31
2 G
1

OPERA

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, EIVS NOMINIS III. VIRI ERVditiſſimi ſimul atq; grauiſſimi, quæ quidem hactenùs obtineri potuerunt omnia, ad diuerſa, antiqua fideq́; digna exemplaria, ſedulò, ſtudioſeq́; caſtigata, & partim iam primùm in lucem edita, & in vnum volumen congeſta.

Quorum Elenchum verſa pagina inuenies.

Floruit, vniuerſaliq́; catholicæ Eccleſiæ præſedit ante annos CCCXLV.

Cum memorabilium ſententiarum Indice locupletiſſimo.



Coloniæ excudebat Ioannes Noueſianus
Anno M. D. LII.

VOLVMINIS HVIVS ELENCHVS.

I. *Ad Reuerendiſſimum Dominum Archiepiſcopum Treuerenſem epiſtola.*
II. *Vita D. Innocẽtij papæ tertij ex diuerſis autoribus cõcinnata.*
III. *Sermones ſeu homiliæ de tempore per anni decurſum.*
IIII. *Sermones ſeu homiliæ in præcipuis ſanctorum ſolennitatibus per totum annum.*
V. *Sermones ſeu homiliæ, ut uocant, Communes in natalitijs ſanctorum Apoſtolorũ, Martyrum, Confeſſorum atq; Virginũ.*
VI. *In conſecratione ſummi Pontificis conciones quatuor.*
VII. *De eleemoſyna. Liber I.*
VIII. *Commentariorum in ſeptem Pſalmos, quos uocant pœnitentiales Liber I.*
IX. *De laude & commendatione charitatis.*
X. *Myſteriorum Euangelicæ legis ac ſacramenti Eucharistiæ. Libri ſex.*
XI. *De Mundi contemptu, ſiue Miſeria humanæ conditionis Libri tres.*
XII. *Encomium ac præconium de Ieſu Chriſto ſeruatore noſtro, eiuſdemq; matre uirgine Maria puriſſima atq; ſanctiſſima.*
XIII. *Ad paſsionem Chriſti precationes tres piiſſimæ.*
XIIII. *De ſanctorum ueneratione precationes tres.*
XV. *Hymnus plane piiſsimus de Ieſu Chriſto eiuſq; ſanctiſſima uirgine matre.*
XVI. *Conciones II. paræneticæ ante Concilium Lateranenſe D. Innocentij papæ tertij.*
XVII. *Acta decretaq; omnia ſacri Concilij Lateranenſis ab eodem D. Innocentio conſcripta.*
XVIII. *Conſtitutionum decretalium Libri V.*

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC ILLVSTRISSIMO

Principi & domino, D. Ioanni Archiepiſcopo Treuerenſi, Sacri Romani Imperij per Galliam & regnum Arelatenſe Archicancellario, Principi Electori, domino ſuo clementiſſimo, Ioannes Noueſianus typographus Colonienſis S. P.

QVI INSIGNEM ALIQVEM AVtorem edunt in publicum, Ampliſſime Præſul, libenter etiam inſignem ſibi patronum deligunt, cuius auſpicijs emittatur. Cum igitur Innocentij eius nominis tertij Romani Pontificis viri citra controuerſiam & piiſſimi & eruditiſſimi opera noſtro prælo excuſa in communem ſtudioſorum vtilitatem euulgare cuperem, & de aliquo idoneo patrono mecum cogitarem, tu mihi vnus ex multis omni ex parte digniſſimus viſus es. Cui enim potius dedicandus erat Pontifex ſingulari vitæ integritate, raraq; eruditione conſpicuus, niſi Pontifici & docto & pio? Nihil hic neceſſe eſt tuæ celſitudinis laudibus admodum immorari. Nam quidam nihil ferunt moleſtius, quàm etiam iuſtis ac meritis ſe laudibus affici, magis ſcilicet virtutum ſuarũ conſcientia, quàm ventoſis hominũ encomijs delectati. De Innocentio vero, cuius hic opera, quæ quidẽ haberi potuerunt, oĩa ſub tuæ celſitudinis nomine damus in lucem, id liquido conſtat doctorum monumenta virorum lectitantibus, maximis cum & animi & corporis ac fortunæ dotibus emicuiſſe. Et eruditio quidem tanta in illo extitit, vt etiã ſummis Eccleſiæ doctoribus nihilo ſit inferior habendus. Probãt hoc illius ſcripta, quæ magnam ſane etiam à ſummis viris laudem cõſecuta ſunt. Et tamen hactenus non integro aliquo corpore, ſed particulatim edita ſunt, quædam etiam in hanc vſq; diem omnino latuerunt, vt ſunt Conciones illius non paucæ, quæ nunc primum hac noſtra editione ſeſe omnibus legendas offerunt. Et forſitan hominum incuria etiam alia vſpiam deliteſcunt, cum certũ ſit plura eum ſcripſiſſe, quàm quæ hactenus obtineri potuerint. Quæ ſi vlla ratione adipiſci licuiſſet, libentiſſime ea ſtudioſis cõmunicaſſemus. Certe quiſquis in huius viri ſcriptis diligenter verſatus erit, næ ille breui multo maiorem ſenti-

et fructum, quàm multorum euoluendis nugis, quibus tamen hodie pleriq; in ſuam ac ſtudiorum ſuorū perniciem plus æquo immorantur, vtilibus ac ſalutiferis ſanctorū patrum ſcriptis aut omnino poſthabitis, aut neglectim & oſcitāter lectis, quaſi vero non permultum interſit, cui quiſq; lectioni addictus ſit. Vtinam Chriſtus Opt. Max. in ſtudioſorum cordibus id efficiat gratia ac benignitate ſua, vt ingenia ſua bonasq; horas illis lectitandis collocent autoribus, vnde & ſibi & aliꝭs quandoq; prodeſſe queant. Sed hæc forſitan admonuiſſe ſuperfluū ſit, quādoquidē ſuo qſq; iudicio ducit. Illud hoc loco prætermittendum non eſt, q; quædam antehac huius viri parua opuſcula fuerūt typographorum arte excuſa, verum mire corrupta ac mendis innumeris ſcatentia. Itaq; haud mediocris hic & induſtria & labor exigebatur, vt diligenter ac ſyncere caſtigata, ſuæ integritati reſtituerentur. Qua in re ſuam nobis locarunt operam Carthuſiani noſtri Colonienſes, qui eadē ad diuerſa antiqua exemplaria multorum labore emendatiora purioraq; reddiderunt: quibus gratiam eo nomine non paruam debent, quotquot hac editione vſuri ſunt, niſi forte ita ſtupidi ſint, vt non intelligāt quantū referat codices habere emendatos. Quod ſi quis dubitat verum me dicere, conferat noſtrum exemplar cum aliꝭs, & ita poterit propria experientia certior fieri. Cuius autem culpa factum ſit, vt ſuperiores aliquot editiones tam deprauatæ ſint, equidem definire neq; poſſum, neq; debeo. Nam ſæpe typographis male ſcripta aut excuſa obtruduntur exemplaria, quibus illi fidentes, iiſdem erroribus inuoluuntur. Sæpe etiam non iuſta adhibetur diligentia ab illis, qui corrigēdis libris præſunt. Verum cuiuſcunque demū vitio id accidat, vt boni autores nō bene, id eſt, non emēdate imprimant̄, hoc vnum certiſſimum eſt, nunq; id abſq; ſtudioſorum detrimento fieri. Quanq̄ nihilominus danda typographis venia eſt, ſi qua errata admiſerint: quādoquidem homines ſunt, quibus errare nonnunquam & falli commune eſt: nec credo facile tantam vnquam vlli excudēdo operi poſſe impēdi operam, quin ſaltem aliquot maculis aſpergatur. Sed ne C. T. mea garrulitate onerem, quod iam initio dicere cœperam, tibi Præſul ornatiſſime hunc autorem nuncupare viſum eſt, vt hoc ipſo meum in te animum declarem. Meretur enim eximia virtus & beneficentia tua, vt te certatim omni officiorum genere proſequi cupiant, quicūq; rei literariæ bene volunt, quādo ſumma tua vbiq; in ſtudioſos, bonarumq; literarū fautores, quales fortaſſe nō poſtremo loco numerandi ſint, qui bonos autores excudūt, liberalitas prædicatur. Atq; vtinā ea mihi obtigiſſet fortuna, vt maiori aliquo beneficio tuam mihi gratiam demereri liceret. Bene vale Reuerendiſſime Antiſtes, memor ſemper clientuli tui.

D.IN-

D. INNOCENTII EIVS NOMINIS III. ROMAnæ ſedis Antiſtitis Vita, ex diuerſis fide dignis ſcriptoribus collecta.

INNOCENTIVS Tertius, natione Cāpanus, patria Anagninus, ex illuſtri Comitū familia patre Traſimundo duxit originem: atq; a pueritia in celeberrima Parrhyſiorum Academia optimis imbutus ſtudijs, vſque eo & eruditione & vitæ ſanctimonia profecit, vt etiam ante quam ad ſummi Præſulatus ſummā eſſet euectus dignitatem, doctrina & moribus inſignis haberetur. Vnde etiam a Papa Celeſtino huius nominis tertio in Cardinalium numerum aſcitus eſt, proprio nomine dictus Lotharius. Interea opuſculum edidit de Contemptu Mundi, ſiue de Miſeria humanæ conditionis, ad deprimendam, vt ipſe ait, ſuperbiam, caput vitiorum omnium: in cuius prologo, quem Portuenſi ſcripſit epiſcopo, dignitatē humanæ conditionis ſe deſcripturum pollicetur, qui liber vtrum interierit, an ab eo editus non ſit, incertum habetur. Vbi autem Celeſtinus vitam cum morte commutauit, Lotharius iſte, quamuis inter Cardinales eſſet iunior, tamen nutu Dei, & votis Patrum atq; omnium conſenſu tanquā vere dignus & idoneus in demortui locum ſuffectus eſt, mutatoq; nomine Innocentius tertius dictus eſt. Quo ſumpto honore, non eſt ſuperbia inflatus, neq; inerti ſeſe ocio dedidit, non animum ad voluptates adiecit, non deniq; quæ ſua ſunt quæſiuit, ſed vt multorū ſcripta teſtantur, innumeros pro Chriſtianæ Reipub. quæ tum varijs bellorum motibus periculoſe quatiebatur, comparanda ac reſarcienda pace labores ſuſcepit: viuaxq; & verſatile ingenium ſuum ſic ad omnia vtriuſq; vitæ, nempe actuoſæ & contemplatiuę munia applicuit, vt quocunq; illud verteret, ꝙ maxime valeret, perinde ac ſi illi vni rei fuerit intentus. Et principio quidem, cum Auaritiam tanquam malorum omnium radicem, præcipue exoſam haberet, vt eam a Romana Curia prorſus profligaret, mox edictū propoſuit, vti ne quis Officialium Curiæ ſuæ quicquam a quoq; exigeret, præter Apoſtolicorum diplomatum ſcriptores, quibus nihilo-

minus certum præſcripſit modum, diſtricte cunctis præcipiens, vt ſinguli officium ſuum gratis impenderent. In quo perſpicue animi eius ſynceritas & erga iuſtitiam amor poteſt animaduerti. Inde etiam factum eſt vt oſtiarios,ſicut Antoninus ait,notariorum cubiculis remoueret, quo liber ad eos pateret acceſſus. Erat autem, vt idem Antoninus affirmat,intra Palatium Lateranenſe menſa,cui vaſa aurea & argentea,multusque theſaurus imponebantur: & hanc itidem vir ſolertiſſimus ilico de toto Palatio fecit remoueri. Et quia,vt diximus,ea tempeſtate qua Pontificatum iniit ac adminiſtrauit,bellici tumultus Chriſtianum orbem miſere perturbabant,omnes animi neruos piiſſimus Pontifex,& pacis amator eo intendit,vt reges & principes Chriſtianos ad concordiam reduceret, & inter eos pace conciliata,ad terram ſanctam, vbi filius omnipotentis Dei trigintatres & eo amplius annos vixit,ac tandem acerbiſſimam mortem perpeſſus eſt,recuperandam eos pariter incitaret. Neque facile dici queat,quantum in his efficiendis rebus poſuerit operæ, quantoque ei labore & ſudore conſtiterit, vt quandoque ſuo voto potiretur. Nec tamen his ſolis tum premebatur curis. Siquidem ingens Saracenorum,Chriſtiani nominis ſæuiſſimorum hoſtiū numerus duce Hilminolino quodam ex Aphrica in Hiſpaniam traiecerat,atque omnem illam terram peruagatus, incendiis, populationibusque ac cædibus Arelatum vſque & Auenionem peruenerat: maiora haud dubie moliturus,ni tantis malis remedium adhiberetur. Itaque pius Pontifex hic quoque animo diſcruciabatur,quibus tandem modis tam cruentus hoſtis a Chriſtianorum ceruicibus poſſet auerti. Præter hæc autem non minimam impendit curam & operam tuendo Siciliæ regno, quod Henricus ſextus Imperator eius fidei commiſerat moriturus, vt Frederico ſecundo adhuc puero filio ſuo Pontificis ope & autoritate conſeruaretur. Germania quidem eo tempore inteſtinis flagrabat diſſidiis, dum alii Philippum Henrici Imperatoris fratrem,Ducem Sueuiæ, & Hetruriæ,alii Othonem quartum Saxoniæ Ducem in Regem Germaniæ & Imperatorem elegiſſent. Othonis partes ſequebantur Colonień. Archiepiſcopus, cunctique eius Suffraganei, pluresque alii Teutoniæ Epiſcopi. Dux item Louanień. Dux Limburgeń. Comes Palatinus Rheni,& Lantgrauius Thuringiæ. Philippo reliqua terra cum cæteris Alemaniæ principibus adhærebat. Et ne quid ad malorum cumulū deeſſet, Rex Galliarum fœdus cum Philippo pepigit, eo quod audiſſet anglorum Regem Othoni fauere. Inter hæc quid animi habuerit Pontifex Innocentius, cui totius Eccleſiæ cura diuinitus commendata erat, vnuſquilibet ſecum facile perpendere

poteſt

poteſt. Sed quia tum anteceſſores Philippi, duces aliquot Sueuiæ, tum etiam Philippus ipſe grauibus Eccleſiam Romanam iniurijs af fecerant,eaq; cauſa Philippus excommunicationis ſententia ligatus tenebatur, Innocentius Papa in illius electionem conſentire noluit, ſed Othoni tanquam legitime electo ab illis, ad quos id pertinebat, potius adhæſit. Interim multa perpetrabantur mala,dum principes quidam Pontifici conſentire nollent,ſed Philippi cauſam tuerentur. Verum omnipotens Deus, qui terribilis eſt in conſilijs ſuper filios hominum,vt Vicarij ſui Romani Præſulis ſententiam confirmaret, Philippum non multo poſt ex hac luce tolli permiſit, idq; morte ſatis improuiſa ac ſubitaria. Quo defuncto Innocentius Papa Othonem coronauit, exigens ab eo iuſiurandum de beati Petri ſeruando ac tuendo patrimonio.Sed non diu fidem ſeruauit. Vt enim Platina refert,contra ius faſq; occupatis Monteflaſcone, Radicophano, multiſq; Eccleſiæ Romanæ oppidis,in regnum Neapolitanum mo uit,id adoleſcenti Frederico ſecundo ſublaturus. Quod grauate ferens Innocentius Papa, ſæpius eum admonuit, vt ab huiuſcemodi machinationibus animum reuocaret. Scribit Abbas Vrſpergeñ. in Chronicis ſuis,qui hiſce temporibus vixit,vidiſſe ſe Romæ virum religioſum Abbatem Morimundi,qui ſe dixerit a D.Michaelis feſto vſque ad Quadrageſimæ ieiunium quinquies ex Roma Capuam Pontificis iuſſu acceſiſſe ob reformandam pacē inter ipſum Innocentium & Othonem.Ex quo licet intelligi, quam pacis ſtudioſus fuerit,tot licet iniurijs laceſſitus. Verum tandem nihil ſe proficere ſentiens,Othonem anathemate notatum,Imperij titulis priuauit,vſus hac in parte,vt Antoninus teſtis eſt,non temeritate ſua,ſed communi Prælatorum conſilio.Qua re cognita Bohemiæ rex cum Colonienſi, Moguntino & Treuereñ. Archiepiſcopis, Lantgrauio Turingiæ,atq; Auſtriæ duce ſuadente,Fredericum ſecundum Siciliæ Regem, vigeſimum agentem annum, Romanorum Imperatorem deligunt. Ita compulſus Otho redire in Germaniam,& paternę ditioni conſulere,Innocentio recuperandi omnia quæ in Italia ceperat,facultatem dedit. Et quia idem Antiſtes pro animi ſui in Deum pietate maximopere deſiderabat terram ſanctam,vbi ſalutis noſtrę peracta myſteria ſunt,ex Barbarorū manibus ereptam, in Chriſtianorum ditionem redigere,audiens reges Franciæ & Angliæ pernicialibus inter ſeſe bellis tumultuari,animaduertenſq; quantum ex illorum diſſidijs Chriſtianæ religioni perturbatiōis ac detrimenti accederet,quantumq; ea res impedimento foret, quo minus terra ſancta poſſet recuperari, Dominum Petrum Capuanum Diaconum

Cardinalem ad reformandam inter illos reges pacem, legatum miſit in Gallias. Qui eo veniens, pacem quidem reformare non potuit, effecit tamen, vt quinque annorum inducias inirent. Eidem autem Legato Dominus Papa id mandati dederat, vt ſuis exhortationibus Galliæ principes ac populos ad ſubſidium terræ ſanctæ ferendum induceret ac animaret. Quod quidem ea dexteritate præſtitit, diuina illi opitulante gratia, vt innumera peditum ac equitum multitudo crucis ſignum acceperit. Inter quos præcipui fuere Theobaldus Comes Treceñ. Ludouicus Comes Bleſeñ. Balduinus Comes Flandreñ. & Hannoniæ, Comes ſancti Pauli, & Sueſſioneñ. ac Trecenſis Epiſcopi. Circa idem tempus Marcouardus quidam regnum Siciliæ excluſo puero, nempe Frederico, ſibi vendicare nitebatur. Itaque Pontifex Innocentius, cuius fidei ac tutelæ Conſtantia Imperatrix mater Frederici pueri & ipſum puerum & Siciliæ regnum moriens commendarat, illi ſua autoritate reſtitit. Quem cum viribus ſuperare non poſſet Marcouardus, infinita eidem Pontifici munera obtulit, ſperans ſe pectus apoſtolicum promiſſis ac muneribus poſſe corrumpere. Sed contemptus a viro ſanctiſſimo, iuſtitiæ acerrimo vindice & auaritiæ hoſte ac perſecutôre. Ita nimirum varijs bellorum motibus pius Pontificis animus ſupra quam dici queat angebatur, vt miraculi loco habendum ſit inter tot rerum turbines durare eum potuiſſe. Sed & in ipſa Italia miſeranda erat rerum confuſio, dum Veneti contra Dalmatas, Piſani contra Genuenſes, & Ciſalpinæ Galliæ Ciuitates inter ſeſe confligerent ac belligerarentur. Quæ igitur mentis tranquillitas pro literarum ſtudio, ſanctiſq; contemplationibus in tantis bellorum tumultibus terroribuſq; reliqua eſſe potuiſſet, niſi excelſus eius animus ſpei ſuæ anchoram in Deo firmiter ac vnice defigens, omnia tam aduerſa quam proſpera fortiter, æquabiliter ac moderate ferre nouiſſet? Porro de perpetuo Eccleſiaſtici fori ſtrepitu quid dicam? Quid de inquietiſſimis cauſarum fluctibus, ac infinitis ex vniuerſo orbe allatis dubitantium & conſulentium Epiſcoporum diuerſorumq; ſtatuum hominum queſtionibus? Quibus nimirum mens illius ſcripturarum lectioni, diuinæq; contemplationi dedita in tam varias quotidie curas diſtrahebatur, vt veriſſime dicere potuerit cum Apoſtolo: In labore & ærumna, in vigilijs multis: præter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Quoties enim ſcripſit in prolixis Epiſtolis Decretalibus, de rebus magnis & difficilibus interrogatus, Conſultationi tuæ taliter reſpondemus? Certe quiſquis iuris Canonici quinq; libros Decretalium vel ſemel perlegerit,

gerit, facile comperiet plura ibi eſſe reſcripta vnius huius Innocen-tij, quam aliorum omnium Pontificum in vnum. Et ea quidem tam caute, docte ac luculenter compoſita, vt omnium Iuriſconſultorum iudicio nihil poſſit decerni vel iuri & æquitati conformius, vel rectæ rationi & honeſtati magis conſentaneum. Quod ſi addas ad hęc omnia latiſſimæ adminiſtrationis curas, quas neceſſario impendit, & gubernandæ vrbi Romæ, & diſpenſando ſancti Petri patrimonio, totcꝫ regendis populis & prouincijs ſedi Apoſtolicæ ſubiectis, haud immerito ſatis fuiſſe grauatus vel ſolis ijs occupationibus videretur. Adde inſuper curas & impenſas ædificationum, quãtas nimirum hodie vix vllus Pontificum perferre poſſet. Ipſe enim hoſpitale ſancti ſpiritus non adeo longe a Baſilica ſancti Petri in Saxia (vt ait Blondus) a fundamentis extruxit, tantisq; prouentibus in perpetuum adauxit, vnde alantur peregrini, ægroti, ac vulgo concepti orphani, vt adhuc hodie tam opulentũ ac bene inſtitutum, omnibuscꝫ neceſſarijs ad ægrotantium curam inſtructum Xenodochium aut Noſocomium non facile in toto orbe terrarum reperias. Ipſe altiſſimam erexit pro familia ſua munitionem, quæ in præſentem vſq; diem Turris comitum appellatur in Vrbe. Ipſe altare Baſilicæ ſancti Petri opere vermiculato inſigniter exornauit: id quod eius imago & literæ in fornice ipſo ſcriptæ adhuc hodie teſtantur. Ipſe beati Sixti eccleſiam in Auentino vetuſtate collapſam magnifice reſtituit. Ipſe vniuerſis Romanæ vrbis Eccleſijs libram argenti ſingulis dedit, vnde calices ſacrificandi gratia conficerentur. Ipſe famis illius tempore, quæ ſub eius pontificatu graſſabatur, mox ad vrbem ſeſe recepit, & miſeris ac egenis liberaliſſime ſubuenit. Curauit nancꝫ, vt pauperes illi, quos a publice mendicando pudor abſtinuit, ſecreto pecuniam hebdomatim, vnde ſuſtentari poſſent, acciperẽt. Qui vero publice ſtipem emendicabant, ijs pius pauperum pater larga manu ſubueniens, & frumentum pro conficiendis panibus, & pecuniam pro tectis reficiendis ac reparandis tribuebat. Fuit igitur & in eiuſmodi cauſis & operibus pietatis quã maxime occupatus & ſolicitus. Acceſſit & alia ſolicitudo nec leuis, nec breuis, vtpote labor in extirpandis hæreſibus. Oportet enim eſſe hæreſes, vt Apoſtolus ait: imo Chriſto ipſo autore, neceſſe eſt vt veniant ſcandala, ſempercꝫ tetri ſpiritus quoſdam inueniunt aptos atcꝫ idoneos, quorum & ingenijs & linguis ſiue ſcriptis ad ſimplicium euertenda corda abutantur. Ita etiam huius ſancti Pontificis tempeſtate hæreſis quædam exorta eſt Almarico quodam autore, qui in Academia Parrhyſienſi nedum in liberalibus diſciplinis, ſed etiam Theologica facultate inſo-

litum

litum quendam ac priuatum ſibi & diſcendi & docendi modum vſurpauit. Atq; eo tandem inſaniæ prorupit, vt conſtanter aſſeueraret vnumquemlibet haud ſecus quam alios ſymboli Apoſtolici articulos credere eſſe obligatum, ſe membrum eſſe Chriſti, neq; aliter poſſe ſaluum effici: Itemq; ideas creari in mente diuina, cum in Deo omnia æterna ſint: atque etiam nullum in charitate conſtitutis peccatũ aſſcribi. Sed cunctis ei contradicentibus, coactus eſt accedere ſummum Pontificem Innocentium. Qui tum illius, tum aduerſariorum auditis rationibus, contra eum ſententiam tulit. Quamobrem Parrhyſios reuerſus, compulſus eſt ore proprio palinodiam canere, tametſi corde in ſua perfidia perſtitit. Deinde breui mœrore ac indignatione confectus, vitam finiuit. At eo defuncto diſcipuli eius praua dogmata ex ipſo hauſta ſpargere cœperunt: qui tandem examinati atq; de hæreſi conuicti, iuſſu Regis Franciæ flammis exuſti ſunt. Ipſeq; Almaricus hæreſiarcha licet iampridem ſepultus, e cœmeterio extractus eſt, eiusq; cineres & oſſa diſperſa ſunt. Alius q̃q; tũ error extitit Ioachim abbate autore, qui etiã damnatus eſt in Concilio Generali ſub hoc Pontifice celebrato. Sed quia idem abbas Ioachim Epiſtola quadam teſtatur ſe tenere fidem Romanæ Eccleſiæ, & omnia ſcripta ſua Sedi Apoſtolicæ vel corrigenda, vel approbanda ſubmiſit, non iudicatur hæreticus, licet errauerit. Enimuero Innocentius Pontifex maximum ac celeberrimum indixit ac celebrauit Romæ Concilium in Eccleſia Lateranenſi, cui ipſemet præſens interfuit ac præſedit. Interfuere etiam duo Patriarchæ Conſtantinopolitanus & Hieroſolymitanus. Archiepiſcopi ſeptuaginta, Epiſcopi quadringenti. Abbates duodecim. Priores Conuentuales D.CCC. Duorum Imperatorum, Romani ſcilicet & Conſtantinopolitani Legati, ac Regis Hieruſalem, Franciæ, Hiſpaniæ, Anglię, &c. oratores. Cuius quidem Concilij conſtitutiones aliquot paſſim recitantur in libris Decretalium. Sub hoc etiam ſanctiſſimo Pontifice perplures Monaſtici Ordines aut inſtituti, aut in melius ſunt reſtituti: verbi gratia, Eremitarum ſancti Auguſtini, Carmelitarum, Cruciferorum, Guilielmitarum. Atq; vt Sabellicus illuſtris Hiſtoriographus Æneadis nonę Sexto libro ait, prouidentia euenit (vt credere ęquum eſt) non caſu, quod Innocentio tertio ſedente multum ſit innocẽtię virtus illuſtrata: multum & religio innocẽtię mater. Nam & Carmelitana, cuius iam meminimus, per id tempus religio vel orta eſt, vel tum demum in lucem edita: & duo Chriſtianæ pietatis lumina terris effulſere, quibus multo maxima parte orthodoxa creuit fides. Autores incrementi huius Dominicus Calaguritanus Hi-

ſpani

ſpani generis,& Franciſcus Aſſias in Vmbria Italiæ regione ortus. Aequales ambo tempore,ſanctitate clari, vterq; alterum vidit. Horum ſanctiſſimorum virorum Ordines in tantum excreuere, vt eo tẽpore quo Sabellicus vixit vt, ipſe teſtis eſt,Dominicani inſtituti fuerint cœnobia quatuor milia centum quadraginta tria, & in his initiati,ſiue monachi ſex & viginti milia quadringenti ſexaginta, quorum circiter mille quingenti eſſent Theologicæ profeſſionis magiſtri:exceptis aliis multis cœnobiis, quæ in Armenia & Æthyopia & alibi fuere:Franciſcani autem inſtituti tot fuerint cõuentus, vt eorum numerus iniri vix poſſit. Si cui placet hinc plura noſſe,legat Sabellicum. Innocentius deniq; poſt multos pro Chriſto & pietate exantlatos labores,cum ad ſedandos Italiæ motus proficiſceretur, Peruſii fato deceſſit,vir nimirum cũctis inſignis virtutibus,labore ſtrenuus,curis peruigil,conſultationibus cautus,iuris prudentia inſtructus,rerum adminiſtratione amplus, opibus florens,honore præcipuus,dignitate maximus,ſacrarum cognitione literarum eminens, pietatis operibus præfulgens,ac nihilo minus ſuo ipſius iudicio paruus & humilis, reipſa ſemper exequens, quod Sapiens quidam monet:Quanto maior es, humilia te in omnibus,& inuenies gratiam coram Deo & hominibus.

INDEX

INDEX RERUM & ſententiarum, nõ quidem omnium, ſed magis inſignium memorabiliumq́; in huius noſtri D. Innocentij papæ III. Operibus contentarum.

Numerus prior foliorum, poſterior vero deſignat columnarum quotitatem. A. columnæ cuiuſq; priorem B. porro eiuſdem commonſtrat poſteriorem medietatem.

Numeri foliorum reſtituendi. 8. 39. 51. 57. 130, 132, 141. 144. 152. 153. 235 241. 244.

Abbas fieri nõ poteſt niſi inſtructus in regula monachali 258.1 a
abbas quãdo ordinem clericalem conferre poſſit 265 4. b
abbates prohibentur intromittere ſe de his quæ epiſcoporum tantum ſunt 240.4.a
abbates reſpondent pro bonis conuentus 247 3.b
abel oblatio myſtice quid, & quomodo illi ſimiles efficiamur 197.4 a
abiectiõis ſalutaris gradus duo qui 52.2.b
ablutio manuum ante miſſam, quid 163 3.a
ablutio trina ſacerdotis myſtice quid 205.4 a
abnegatiõis ſui grad9 5.76.2.b
abortui cauſam præſtãs vtrũ ſit homicida 341.1.a
abrahæ oblatio myſtice quid 197.4.b
abſolõis ambitio quãta 217.2.b
abſtinere poſſe hominem a peccato, ſi velit 53.3.b
Accidentia in ſacramento ſine ſubiecto 288.1.b
acoluthorum officium quod q Chriſtus habuerit 158.2.b
accuſatio contra prælatos non eſt facile credenda 232.1.a
accuſator quomodo ſe inſcribat 338 3.b
accuſatus ĩ aliquis ſe dicens coram iudice quando deſiſtere poſſit 338.1.a
acta in iudicio vt ſint deſcribẽda 237.1.b
acus tres, quid myſtice deſignent 165.3.b
Adã reuera fœnũ fuit, 140.4.b
adorandum quid, vbi, qualiter & quare 30.4 a
adorationis ſpẽs duæq́ 31.3.a
aduentus Chriſti ad mortẽ cuiuslibet, qualis 219 4.b
aduentus Chriſti cur tam diu dilatus ſit 2.2.a
aduẽt9 Chrĩ triplex qs 47.4.b
aduẽtus Chriſti vt p figuras, literas, & nuncios præſignatus ſit 45.4.b
aduentus domini quatuor qui 6.2.b.82.3.b.220.1.a
aduerſa duo cor hominis ſubuertentia 62. 2.a
adulteriũ quã deteſtabile peccatum 32.3 a
aduocati vt fiãt infames 343.1a
Aeq̃litas q tribuat filio 199.4 b
ætas quænam impediat matrimoniũ cõtrahendum 331.4 b
ætates hominis ſex, ſimiliter & ſeculi 143.a
Affectus mentis naturales quatuor qui 7.4.b
affinitas cauſata ex copula illicita vel cõpar ſpõſalia præcedẽtia, priuet q facultate contrahendi 333.3.b.4.a
affinitas quænam admittat vel prohibeat 229.1.a.b
affinitas ſuperueniens non diſſoluit matrimonium 333.4.b
affinitas ſuperueniẽs vt nõ diſſoluat ſpõſalia de pñti 333.2.b
affinitates ſecundi & tertij generis cõtractionem matrimonij non impedire 239 1 a
Agnus vt dicatur ab agnoſcendo 204 4.b
Alba cur in veteri teſtamẽ. ſtricta, in nouo larga ſit 163.4.b
alba qd myſt. 162.1.b.164.4.a
alienatio rei eccleſiaſticæ facta non tenet 237.3.b
alleluia cur a ſeptuageſima vſq; ad paſcha nõ cãtet 172 3.b
alleluia denotat gaudium cœleſtis patriæ 172.2.a
almarici impij dogmatis reprobatio 230.1.b
altare cordis quomodo conſecrandum 31.3.a
altare de terra qd myſt. 138.1.b
altare multiplex in ſcripturis 65.2.b.198.3.b
altare qñ recõſecrãdũ erit & nõ eccleſia tota 326.2.a
altaria plura in vna eccleſia ſimul conſecrari poſſe 326.1.b
altaris conſecratio quid myſtice 32.3 b
altercatio miſ & veritatis 4 1 a
Ambitio & iniquitas pugnãt in ambitioſo 217 1.b
ambitioſi pprietatesq́ 217.1.b
amicitia fidelis per quæ cõprobetur 72.1.b
amict9 qd myſti. 162.1.2.163.3 b
amor bonus, & amor malus, quis 64.3.a
amor dei eſt mater virtutũ 150.4.a
amor ſeculi eſt mater vitiorum ibidem
Angeli quomodo offerant deo preces noſtras 198.3.b
angelorũ pñtia in miſſa 170.3.a
anguſtia damnatorum ineffabilis 220.4 b
animæ glorificatæ dotes tres quæ 21.3.a
animæ peccatricis fœditas quãta 121.4.b
aiæ vires 3.q̃ cur datæ 209 4.b
animæ vocabulum tribus modis accipi 23.3.a
anima fidelis quõ myſtice chriſtũ cõcipiat & pariat 46.3.b
animã hominis multis modis accipi 108.1.b
animam ſuam odire in hoc mũdo, quid 64.3.b
aia q̃liter in cõceptiõe fœdetur & corrũpat a corpore 131.1.b
anima quomodo originaliter corrumpatur 209 4.b
anima quõ ſit ciuitas, & illius fundamentum, muri, turres, portæ & cuſtodes q̃ ſint 74.1 a
annulus põtificalis myſtice qd 163.1.a.164.4.b
antiphona quid 169.2.a
anxietates hois diuerſæ 211.2.b
Appellandi modus ante ſententiam 236.3.b
appellare ab executoribus quãdo liceat 301.2.b
appellare quando licitũ ſit reo 302.2.b
appellatiõe deſerta p negligẽtiam appellantis, quid faciat iudex 301.4.a
appellationem non admittẽdã in iudicio 223.1.b
appellatio quando admittenda ſit 228.2.b
appellatione remota, quid intelligatur 303.2.b
appellatus vt terminũ iuris puenire poſſit 304.2.a
apoſtolicæ ſedis primatũ dñs per ſeipſum inſtituit 85.4.b
apoſtoli cur præcipue honorãdi 72.4.a
apoſtolorum principatum tria commendant 72.4.b
apĩos colũnas terræ eſſe 26.4.a
apoſtolos eſſe ſecundaria eccleſiæ fundamenta 73.3.b
apoſtolos oſſa ecclĩæ eẽ 27.4.b
Aqua cur admiſceatur vino in miſſa 277.3.a
aquam veram exiuiſſe de latere Chriſti 327.4.b.328.1.b
aqua multis accipitur modis 217.2.b
aqua vtrũ cũ vino cõuertat in ſanguinem 193.1.2.3.27.2.a

Arbitri de qbus ſolum iudicare valeant 277 1 a
arbitrorum ſupee reuocatione priorum epiſtolarum quādo rrgratur iudicium 246 2 b
arbor inuerſa eſt homo 210 3 a
archidiaconi officiū qd 267 1 a
archiepiſcopus impeditus poteſt conſecrationem ſui ſuffraganij alteri cōmittere 272.2 a
argentum myſtice qd 8 2 a
arrogātia hoim quāta 218 1 a
arrogantiū ꝓprietates q̄ 218 3 b
Aſcendere ad altare per gradus qd 128 2 b
aſcenſus & deſcenſus laudabilis qs 34 3 a
aſtutia dæmonū quāta 14 3 a
aſtutia diaboli probatur ex tribus 15 1 a
Atramentarium ſcriptorū qs myſtice habeat 224 3 a
atteſtationibus publicatis quādo aduerſarijs admittāt 188 4 a
atteſtationibus publicatis non opponendum in perſonas teſtium 288 1 a
Auaritia clericorū quanta mala gignat 13 3 a
auaritia cur ſit ſeruitus idolorū 215 3 a
auaritiæ ꝓprietates q̄ 215 3 b
auaritia quantū malum 214 1 b
auarus contra naturam nititur 211 4 b
auarus peccat in Deum, in ꝓximum & in ſeipſum 2.5 2 b
auditus duplex qs 133 2 a
auertit ſe Deus ab homine tribus modis 108 2 a
autoritas papæ in confirmando quanta 245 3 a
autoritas vti tribuatur patri
auris numinis, hominis, & dæmonis q̄ (199 4 a 149 3 b
aurora quomodo deſignet Mariam 67 2 a
aurum myſtice qd 1 2 a
BAculi paſtoralis partes 3. qd myſtice 164 4 b
Baculo paſtorali cur non vtatur Ro. pontifex 165 1 a & 165 2 b
Baculus pontificis qd inſinuet 163 3 a 164 4 b
Baliſtarios eē excoicandos 345
Balſamū qd myſt 164 3 b (2 a
Baptiſmatis vnctiones qd inſinuent 265 1 a
Baptiſmi ſacramentum vti credendum 229 2 b
Baptiſmi effectus 3.q 133 1 a
Baptiſmū nō eē verū cui deeſt verbū vel elementum 329 2 a.
Baptiſmꝰ aq̄ q̄modo ſanctificetur in uerbo, & in ſpū 27 3 b
Baptiſmus collatus paruulis quid remittat 328 2 b
Baptiſmus duplex quis 27 3 a
Baptiſmus ignis q̄modo ſanctificetur in uerbo pariter & in ſpiritu 27 4 a
Baptiſmus triplex quis 47 3 b 55 1 b 131 2 b
Baptiſmꝰ ut mari rubro, Aegyptij peccatis cōpareturi 13 3 a
Baptizare neminem poſſe ſemetipſum 329 2 b
Baptizari in ſpū quid ſit 28 1 a
baptizati, alterius ſectæ ritus dimittere compellūtur 342 2 b
baptizati dormiētes uel amētes quando ſuſcipiant characterem 329 1 b
baptizatum putans ſe an ſit vere baptizatus 329 3 b
barrabam quādo præferat peccator Chriſto 53 4 a
Beatitudines 7.q̄ ſint 201 2 b
btitudo æternæ vitę q̄ta 40 2 b
beatitudo diuina, & beatitudo mundana q̄ 113 1 a
beatitudo duplex, viæ videlicet, & patriæ 70 3 b
beatitudo viæ, & beatitudo patriæ in q̄ conſiſtant 112 4 b
benedictio vltima in miſſa, qd 206 4 a
bellū mouēs iniuſtū reſtituere tenetur ablata 291 4 b
beneficia eccleſiaſtica q̄modo ꝑmutatione perdātur 311 3 b
beneficia eccl'iaſtica uti ſine diminutiōe cōferēda ſint 311 3 b
beneficij collatio facta indigno quō caſſanda 348 4 b
beneficij occulta collatio quando ualeat 312 3 b
beneficij renūciatio in manibꝰ laici facta nō tenet 260 2 b
beneficij uacaturi promiſſionē non ualere 311 1 b
beneficium collatū excōmunicato ut non teneat 347 3 a
beneficiū cōferēs excōmunicato q̄ puniendus 347 3 b
beneficium cōferens indigno q̄modo puniēdus 348 4 b
beneficiū eccleſiaſticū abſenti conferri poſſe alio mediante 308 1 b
beneplaciti diuini ſigna quintuplicia quæ 203 1 b
Berengarij confeſſio de ueritate corporis & ſanguinis Chriſti 188 2 a
beſtię hoſtiles quæ 212 3 b
Bigami non ordinandi 266 2 a
Blaſphemari Deum a damnatis 221 4 a
Bona & mala, quædā temporalia, quædam æterna 117 2 b
Bona hæreticorū ut fiſco ſubiaceant 341 4 a
Bona hois triplicia q̄ 182 2 a
Bona tria q̄ petuntur in oratione dominica 32 2 b
Boni ſemper in ſeculo moriuntur, mali autem uiuūt 127 1 a
Bonis ꝓ qbus ſit orādū 201 1 b
Bonitas dei triplex q̄ 23 2 a
Bonus q̄modo ſit Deus, & q̄modo homo 23 2 b
Bos & aſinꝰ myſt. quid 47 1 b
Breuitas humanæ uitæ 210 3 b
CAeci ſpūaliter qui ſint 193 b
Calix ut ſignet paſſionē 200 1 b
candelabra duo ſuper altare, quid 169 4 b
canonici regulares inobedientes priori ſuo, ꝑ ipſm excōmunicari poſſunt 273 3 b
canonicorū cathedralis eccleſię exceſſꝰ uti corrigēdi 313 b
canonicū regularē ꝑfici poſſe eccleſiæ parochiali 322 3 b
canonis miſſæ expoſitio 180 2 b
canonis ſacri autor quis 183 3 a
canon miſſæ cur ſecrete dicatur 180 1 a
cātorꝫ inſtitutio ꝑ Dauid 158 1 b
capituli pars maior uti præualeat minori 312 3 a
capitulo 4. ꝓſidere debēt 233 1 a
caput cur ungatur rpō 264 4 a
caput interioris hois q̄d 122 3 b
caput multipliciter accipitur 122 3 a
carcerē animę eē corpꝰ 210 4 a
carnalē actū q̄ impediāt 334 3 b
carnalis uita ut ſomno comparatur .3 2 b
caro multiplicitcr accipitur 121 3 b
caſtellum quæ duo requirat ad munimentum, & q̄ duo ad cuſtodiam 66 1 a
caſtitas in ſacris ordinibus cōſtitutis obſeruanda 263 3 a
caſula uel planeta quid ſignificet 162 3 b 164 3
caſus bonorum in faciem, & caſus malorum retrorſum quid deſignet 10 3 b
cathenę quādo ſpiritualiter cadant de manibus 61 3 b
Celebrās in loco interdicto q̄modo puniendus 347 3 b
celebrantes in eccleſia polluta ante reconciliationem q̄ pœna multandi 349 3 a
celebrare quādo in die plures poſſit ſacerdos 326 2 b
cemētū qd myſtice 137 4 a
cenſus vt ſoluendi ſint a. antē quam monetam 3:: 3 b

Charitas dei erga hominē quāta 156.2.b
charitas q̄modo operiat multitudinē venialiū pctōꝝ 113.2.b
charitatem & ſapientiam in p̄dicatione coniungēdas 27.1.a
charitatis laus & virtus quanta 156.1.a
chirotecæ pontificis quid ſignent 162.3.b.164.3.a
chriſmatione eccleſiarum nihil exigi debere 342.1.b
chriſma vnde conficiatur, & quid myſtice 264 3.a
Chriſtus quatenus flori comparetur 107.2.a
Cibo duplici cibat nos Chriſt9 195.4.b
cib9 monachorum cuiuſmodi ſit 312.4 b
cicatrices peccatorum duabus ex cauſis cōputreſcunt 123 1.b
cinis multiplex 141.3.b
circunſtantiæ peccatoꝝ in confeſſione exprimēdę 131.3.b
ciſtertienſium ſtatutum de decimis quale 239.4.b
ciuitas dei q̄druplex, q̄ 73.4.a
Clamat pœnitens de multiplicibus profundis 149.3.a
clamor triplex 114.3.a
claues duæ Petro commiſſæ q̄ ſint 58.1.b
claui crucis quatuor ſpiritualiter quid 77.2.b
clerici ad ſeculare forum a laicis trahi non poſſunt 278.3.b
clerici a quibus continere ſe debeant 233 4.a
clerici nō p̄ſtent iuramentū fidelitatis laicis 237 3.a
clericis cōiugatis eccleſiaſtica auferuntur beneficia 306.2 b
clericis illicita quæ 224.1.b
clerici ſuꝑ exceſſibus corā ſuo ep̄o cōueniri debent 279.2.a
clerici vnde appellenſ 307 1.b
clericorum incontinentiū turpitudo & temeritas 13 2.b
clericos non debere ſubuenire neceſſitatib9 ciuitatū 238 1.a
clericū nō poſſe ſibi cōſtituere iudicem laicum 279.1.b
clericus ciuiliter petēs iuſtitiā contra laicū an fiat irregularis 345.1.b
clericus cōiugatus nō beneficiatus, non cogitur deferre tonſuram 306.3.a
clericus in homicidio directe vel indirecte cōſiliū dās vel autoritatem vt fiat irregularis 348.2.a.b.3.a
clerus vt ſit occaſio omnis corruptelæ in populo 225.1.b
Cœli quomodo dicantur laudare deum 178.4.b
cœlorū & terrarum diſtinctio 147.3.a
cœlum & terra qualiter tranſibunt & permanebūt 148.1.b
cœlum varijs modis accipi in ſcripturis 51.2.a
Cognatio ſpiritualis quomodo contraharur 333.1.b
cognatio ſpūalis vt impediat matrimonium 333.1.b
collatio inter Euam & Mariā quæ 67 2.b
collatio inter Pharaonem & S. Laurentium 63.3 a
collatio legis ad euāg. q̄ 171.3 a
collectæ cur in numero impari ſiant 171.1.a
collecta Leonis papæ vt ſit mutata 327.3.b
colores 4. principales ſacerdotalium indumentorum, quid myſtice 166.1.a
colores quatuor veſtimentorū legalium myſtice qd 161.3.b
columbæ proprietates pœnitētibus habendæ quæ 109 3.b
Cœmeteria apud quas eccleſias ſint conſtituenda 312.1.b
cōmemorāda de Chriſto tria q̄ qd in nobis efficiant 196.4.b
commixtio hoſtiæ ſacræ cū ſanguine qd ſignet 204 3.a
communicare tenetur quilibet Chriſtian9 in Paſcha 234.2.b
communitas vti ſpiritui ſancto tribuatur 199 4.b
cōpaſſionis grad9 duo q 52.2.b
compromitti non poſſe ſuꝑ rebus ſpiritualibus 137.2.b
compurgator qd agere debeat 352.3.a
cōputreſcere multis modis accipitur 122.4.b
cōceptio hois duplex q̄ 209 4.b
conceptus quo cibo nutriatur in vtero 210.1.a
concilijs prouincialibus qnā intereſſe debeant 312.1.b
concilium prouinciale quid efficiat 233.4.b
concilium prouinciale ſingulis annis celebrandum 231.2.b
concubinari9 public9 repellendus a denunciatione 339.2.b
cōcubit9 cōiugalis interdū excuſatur a crimine, interdū nō 132.1.b
cōcupiſcentia duplex ſacerdotibus prohibita quę 126.4.a
conditionis humanæ modus q̄druplex 3.3.b
cōfeſſio catholica de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in eucharistia 187.3.a
cōfeſſio duplex q̄ 65.2.b.109.2.a
confeſſio fraudulēta q̄ 131.4.b
confeſſio triplex quæ 15.4.b
confeſſionem reuelantis pœna quæ ſit 234.3.a
confeſſionem ſuam ſex dotib9 commēdat propheta 115.2.b
confeſſionis pudorem eſſe partem ſatisfactionis 81.1.a
confeſſionis reuelatio quā graue ſit peccatum 85.1.b
confeſſio ſalutifera q̄ ſit, & q̄ ita fructuoſa 116.4.a
confeſſorū commemoratio cur non fiat in canone 183.2.b
confirmātis indigne electū pœna. 233.2.b
confirmationem quam religioſus a Papa ſuper temporali adminiſtratione impetrauit, non valere 305.2.a
confirmationis vnctio quid inſinuet 265.1.b
confitentibus maxime cauendum qd 85.1.a
confiteri tenetur quilibet Chriſtianus ſemel in anno 234.3.b
coniuges non eſſe leuiter ſeparandos 294.3.a
coniuges quando non ſeparandi ꝓpter adulterium 341.3 a
cōiuges religionē ꝓfitēdo ab inuicē ſeparari poſſe 319.4.a.b
coniugij bona tria quæ 88.4.b
cōiugij ꝓhibitionem vltra q̄rtū conſanguitatis & affinitatis gradū non extendi 239.1.b
coniugium inter Chriſtum & eccleſiam vti fuerit promiſſum, iuratum, completū, conmatum ac declaratum 41.3.b
coniūx qñ coniugē de adulterio impetere nō poteſt 345 2 a
conſanguineos mariti cū conſanguineis vxoris licite poſſe contraherę 334.1.b
conſcientiæ trāquillæ bonum, quod 107 4 b
conſecrare ſe ſimulans q̄ grauiſſime peccet 327 4 a
conſecrari eccleſias poſſe diebus etiam feſtiuis 326 1 a
conſecraſſe etiam Chriſtum in azymo 185 3 b
conſecratio templi quomodo ſpiritualiter fiat 32 2 a
cōſtitutiones excōicatorū nullo tp̄e robur accipiāt 238 1 b
conſuetudo bona nō facili ex cauſa eſt immutāda 245 1 b
conſuetudo contraria canonibus non valet 249 2 a
conſuetudo quādo dicitur non valere 249 3 a
contemplari quid ſit 71 2 b
continentia quomodo a ſatana impugnetur 211 4 b
contractus vſurarius quomodo

do fiat 313 2 a 314 1 b
cõtrahere poſſe ſobolem ex ſecundis nuptijs ſuſceptã cũ cognatione prioris viri 239 1 a
conuenticula occulta vt nemo ſeruet 343 1 b
conuertit ſe deus ad hominem tribus modis 108 2 a
copula carnalis quando dirimat matrimonium 333 3 b
cor a quibus mundãdũ ſit 71. 1. b
cor mundũ quis habeat 70 1 b
corona ſanctorum duplex quæ 78 1 a
corona ſpinea ſpiritualiter quid 77 3 b
corona virtutum quibus floribus componatur 78 1 b
corporalia quid deſignẽt 177 1 a
corporis & ſanguinis Chriſti veritas ſub ſpecie panis & vini 187 2 a
corporis glorificati dotes quatuor quæ 22 3 a
corpus Chriſti totũ eſſe ſimul in pluribus locis 192 3 b
corpus Chriſti verum & myſticum 189 3 b
corpus Chriſti vt ſit triforme 204 3 b
corrigẽdi exceſſus triplex modus 232 2 a
Crapuloſi clerici pœna quæ ſit 233 3 b 234 1 a
craticulæ myſtica explanatio 64 4 b
craticula triplex in ſcripturis 64 1 a
creare & innouare quid 134 1 a
credere tutius eſſe quam diſcutere 187 4 a
crimẽ probatũ per modũ inquiſitionis quõ puniendũ 339 3 a b
crucem quare portet Romanus Pontifex in pectore 164 1 a
cruces quinque quæ ſecundo fiunt ſuper oblatam & calicẽ, myſtice quid 184 2 a b
cruces quinque quæ tertio ſuper oblatam & calicem fiunt, quid inſinuent 197 1 b
cruces quinque quæ quarto fiunt ſuper oblatam & calicem, quid ſignificent 198 2 a
cruces tres quas Chriſtus ſuſtinuit 200 1 a
cruces tres ſuper os calicis quid myſtice 204 3 b
crucis figuræ diuerſæ ex veteri teſtamento 174 2 b
crucis laus & virtus quanta 174 3 b
crucis ligna quatuor quid ſignificent 77 1 b
crucis myſterium quam ſit profundum 76 3 b
crucis ſignaculũ in miſſa quid efficiat 177 3 b
crucis ſigna tria quæ primo fiunt ſuper oblatam & calicẽ, quid deſignent 180 2 b
crucis ſignum quomodo ſit exprimendum 174 3 b
crucis ſpiritualis altitudo, latitudo, longitudo, & profundum 156 3 a (76 4 b
crucis virtus multiplex, quæ
crux Chriſti vt per Sycomorum & Palmam ſignetur 34 1 b
crux quando ſit ſupplicium, nõ meritum 77 2 b
crux ſpiritualiter duobus modis tollitur 77 1 a
Culparũ aliæ originales, aliæ actuales 113 1 a
cupidus cur ſatiari nequeat 215 1 a
cupiditas quam multos ſeduxerit 62 4 b
curæ ſeculares vt diuinam impediant contemplationem 71 1 b
curatio cur aliquando differatur 108 3 b
Cydaris vel Thyara vt deſignet humilitatem 161 2 b
DAemones prohibiti ſunt a Chriſto veritatem dicere tribus de cauſis 19 4 b
dalmatica quid myſtice 162 3 a 164 2 b
damnatorum funiculi 3. 13 4 a
damnatorum triſtis memoria 220 3 a
Debita quibus obnoxij ſumus triplicia quæ ſint 202 2 a
Decimas qui ſoluere obligentur 317 4 b
Decimas non poſſe quoſcunque laicos ſiue reges ſiue principes dare 318 4 a b
Decimæ cui eccleſiæ ſint ſoluẽdæ 318 1 a
Decimæ neceſſario ſoluendæ, quæ ſint 239 4 a
Decimæ noualium ad quos pertineant 317 4 b
Decimæ quænam cenſeantur remiſſæ 351 3 b
Decimæ fructuum prædij præſcripti cui debeantur 318 4 b
decimarũ a ſolutione an impia lis conceſſio quicquam abſoluat 317 4 b
decimarũ dãdarũ ratio 239 4 b
decimas non ſoluentes, peccare grauiter 35 3 a
decimas prius ſoluendas cenſibus & tributis 239 4 b
decretalis quando ſit authentica iudicanda 292 1 a
defectus animales tres quæ ſint 225 4 b
Defuncti vt dicantur dormientes 199 2 a
Delegatus neceſſarius in teſtẽ remoueri a iudicando 189 4 a
Delegatus Papæ poteſt principium, medium & finem cauſæ cõiunctim & diuiſim ſubdelegare 288 3 b
Delegatus Papæ ſententiã ſuam exequi poteſt, vſque ad integrum annũ 268 2 b
Delegatus quis eſſe non creditur, niſi delegationem probet 270 1 a
Delictum & peccatũ quomodo differant 115 3 b
Delictum vel peccatum Deo cognitũ facere, quid ſit 115 4 a
Denunciator in probatiõe deficiẽs quomõ puniẽ 340 2 a
Derelinquit Deus quoſdam ad tempus, & aliquos æternaliter 128 1 b
Deſiderare quis cõcupiſcat iuſtificationes Dei 35. 4
Deſiderare ſolent homines tria 214 1 b
deſideria hominum vt ſint duplicia 223 3 b
Deſiderium cupidorum inſatiabile 214 4 b
Deſperãdo magis peccaſſe Cain, quam fratrem interficiendo 43 4 b
Deſperare nemo debet propter peccata 43 3 b
Deſponſans duas de præſenti quomodo iudicandus 332 2 a
Deus quid ſit 179 2 a
Deus vt ſit vnus in eſſentia, trinus in perſonis 229 1 a
Dextrum & ſiniſtrum in altari, quid ſignent 170 1 a
Diabolus cur diuerſis nominibus animalium nuncupetur 69 1 b
Diaconi duo ducentes pontificem, quid 167 2 b
Diacono cur detur benedictio, & non ſubdiacono 173 2 b
Diaconorum officium quãdo Chriſtus exercuerit 158 3 b
Diaconorum origo ex veteri & nouo teſtamento 158 3 a
Diaconus & ſubdiaconus cuius gerant figuram 177 2 b
Diaconus qualis eẽ debeat 175 1 a
Diei extremi iudicij rõ 222 1 b
Dies cuius moraliter deficiant 139 4 b
Dies & nox vt multipliciter accipiantur 114 3 b
Dies noſtri qui ſint, & qui non 147 1 a
Dignitates eccleſiaſticæ non licere habere diuerſas 235 3 b

Di

dñ quomodo diuerſi diuerſimode ap;ellentur 182 3 a
dilectio in patria vt ſit perfecta 203 1 b
dilectionis triplicis differentia 156 4 a
diligẽda ex charitate ſunt tria 136 2 b
diluuium in bonam & in malã partem accipitur 117 2 b
diſciplinã duo ipediunt 118 3 a
diſcipuli tres in trãſfiguratione vt ſignificẽt tres ordines fidelium 16 4 b
diſcretio communicãtibus ſeruanda quæ 195 2 b
diuites quam grauiter peccent q de ſibi ſupfluis, indigẽtib9 non ſubueniunt 35 1 b
diuitię ex iniqtate acqſitę qñ poſſint pauperibus erogari, & quando non 30 2 a
diuitiarũ falſa felicitas 215 1 b
diœceſi cuilibet ſolum vn9 pſideat epiſcopus 232 2 b
diſcretio quam ſit ſacerdotib9 neceſſaria 2264 3 b
Doli & cõtumacię pœna quę 2¹4 2 b
dolores malorũ hoĩm in morte, quatuor, qui 219 3 b
dolor humanæ lætitiæ comes 112 4 b
dolus in ore quid ſit 113 4 b
dolus triplex 114 1 a
dol9 in bonam partem 114 1 a
domum dæmonis quæ conſtituant 35 3 b
domum dei in ſcripturis multis modis accipi 303 a
domus gratiæ ex quibus cõponatur 35 4 a
domus naturę ex quibus conſtruatur 35 4 a
dona dei data cõmemorat, & danda commendat pœnitens 131 4 a
dona ſpũs ſancti ſeptem quæ 201 2 b
donationem per epiſcopũ cũ detrimento eccleſiæ ſuæ factam, poſſe reuocari 315 3 a
donationes vti pleniſſimam recipiant interpretationem 315 1 a
dormit anima in vitijs, duob9 modis 82 2 a
dormitionem accipi biſariam 275 3 b
dorſum dei videre quid 71 1 a
dotes glorificati corporis tres quæ 87 3 b
Dulia quæ, quibuſque exhibẽda ſit 313 a
dulia quid ſit, & cui exhibenda 183 3 b
duodenarij numeri myſterium quod 175.4.b
EBrietatis mala q̃ 216.2.a
Eccleſia ædificata poſt noui operis denunciationem vti & a quo deſtruenda ſit 349 1 a
eccleſia corruente tecto quãdo non reconſecranda 326 1 a
eccleſiæ catholicæ partes tres quæ ſint 204 3 b
eccleſiæ Catholicæ ſtabilitas quanta 85 4 b
eccleſiæ conſuetæ regi per regulares, ſecularibus clericis cõferri nõ debẽt 313 1 a
eccleſiæ Rom. pconia q̃ 88 3 a
eccleſiæ res non eſſe alienãdas 313 1 a
eccleſiæ vt reſpondeant epiſcopis de pcurationibus 325 3 a
eccleſia exempta non poteſt in pręiudicium exemptionis cõpromittere 1764 a
eccleſiam Romanam nunquã hæreticam fuiſſe 186 3 b
eccleſia quomõ ſit ciuitas Dei, & quæ illius ſint fundamenta, muri, turres & cuſtodes. 74 1 b
eccleſias concedere non poteſt epiſcopus alijs eccleſijs ſine conſenſu capituli 311 4 b
eccleſias quaſdam non poſſint religioſi in proprios vſus cõuertere 351 2 b
Edentulæ plebi qualem dederit Chriſtus cibum 195 4 a
Egreſſ9 Chriſti duplex 933 1 a
Electio a ſuſpenſis celebrata, non tenet 252 1 a
electionem celebrandi modus 234 4 b 235 1 a
electioni de ſe factę renuncians appellare nequit ad impediendam electionem alterius 251 4 b
electioni quãdo præferatur poſtulatio 258 1 a
electio non habentis ſufficientem ſcientiam, vel ante cõfirmationem adminiſtrantis, caſſari debet 252 1 a
electio non tenet, cum ad vnã præbendam duo ſimpliciter eligũtur 3073 b
electio prælatorum in eccleſia quomodo fieri debeat 251 4 a
electio propter quæ vitia caſſetur 307 2 b
electos in epiſcopos & confirmatos transferre poteſt ſolus Papa 258 4 b
eleemoſynæ effectus multiplices ex ſacra ſcriptura 92 1 b
eleemoſynæ faciẽdæ ordo, modus, cauſa & finis 94 1 a
eleemoſynam eſſe pręparatoriam ad gratiam 93 1 a
eleemoſynam ieiunio & oratione eſſe meliorem, & ee quenquam ab ea excuſari 93 4 a
eleemoſynam in peccatis factam non ſortiri ſuum effectum 93 1 a
eleemoſynam operis non acceptari ſine eleemoſyna cordis 95 2 a
eleemoſynam vtrum liceat dare de iniuſtis bonis 95 3 a
eleemoſyna triplex quæ 94 3 b
eleemoſyna vera quæ ſit 93 2 b
eleemoſyna vnde dicatur, & de eius fructu multiplici, 91 b.
eleemoſyna vnde dicatur, & quomodo erogetur 12 3 b
Emptio & vẽditio iniuſta quæ 313 2 a b
Epiſcopalis poteſtatis & ſacerdotalis conueniẽtia & differentia quæ. 159 2.b
epiſcopatui cedere qui teneantur 231.3.b
epiſcopi coadiutores habere debẽt in verbo dei 232.3.b
epiſcopi interpretatio & officium 158 4 b
epiſcopi monaſteria ſibi ſubiecta reformare tenentur 233.2.a
epiſcopo ppter incurabilem morbum officium ſuum exercere non valenti dandus eſt coadiutor 308.4.a
epiſcoporum officium contra hæreticos 230 4.b
epiſcopus ad religionem tranſiens vtrum epiſcopatum reaſſumere poſſit 261.4.a
epiſcopus propria autoritate de ſua eccleſia ſe transferens ad aliam, carebit vtraque 259.3.a
epiſcopus propter ſex cauſas cedendi licentiã poteſt petere 260.3.b
epiſcopus quibus eccleſiaſticis perſonis non ſit aſtrictus prouidere 248.4.b
epiſtolæ Pauli & pſalmi Dauid cur præ cæteris ſcripturis in miſſa frequententur 44 1.a
epiſtola, præcurſoris deſignat officium 171.2.b
epiſtola ſupererogationem ſignificat 141.2.a
Equus & in bono & in malo varie accipitur 118.4.b

equus & mulus quos deſignēt 119,1.a
Erubeſcentia mala quæ ſit,& quæ bona 111.4.b
Euæ nominis mutatio in Maria 67.3 a
eua quid ſonet 210.2.b
Euangelia cur tantum quatuor recepta ſint 75.2.a
euangelia quatuor vt per 4. fluuios paradiſi ſignificata ſint 75.2.a
euangelij pęminentia & laus quanta 174 4.b
euangeliſtæ 4. cur per 4. animalia figurentur 75.3.b
euāgeliſtæ 4. vt per 4. annulos arcæ deſignentur 75.4.b
euangelium cur ad ſiniſtram partem altaris dicat 172. 4.b
euangelium cur verſus aquilonem legatur 174.1.b
Euchariſtia cur ſub duplici ſpecie conſecretur 191.3.b
euchariſtia cur ſub ſpecie panis & vini data 185 2.b
euchariſtiæ figura multiplex ex veteri teſtamēto 184.4.b
euchariſtiæ ſumptionem nō eſſe nimium differendā 195 2.b
euchariſtiæ veritas 229.2 b
euchariſtiæ virtus & efficacia 196.1.b
euchariſtiam cur poſt cœnam Chriſtus inſtituerit 192 ,.a
euchariſtiam & chriſma firma ſub cuſtodia debere cuſtodiri 234.2.b
euchariſtiam ſumendi modus duplex 189.3.b
euchariſtia trib9 de cauſis ſub alia ſpecie ſumitur. 193.4.b
Excelſum ſanctū quid 145.2.a
Excōmunicādos q parerē tempe diunt in productione teſtiū 190.2,a.b
excōmunicare qñ debeat plat9 ſubditum 228.2.a
excōmunicati cadaueris ſepultura eccleſiā pollui 326.2.b
excommunicati ſepulti qñ ſine exhumandi 317.3,b
excōmunicantis iniuſte pœna quæ ſit 228 2.b.4.b
excōmunicat ſuſpect9 de hęreſi nō p̄ſtita purgatiōe 239.2.a
excommunicatus ab vno epiſcopo, vitandus eſt ab alijs 271.4.b
excōmunicatus celebrās a beneficio deponēd9 eſt 347.3 a
excōmunicat9 nō eſt q abſolute coactus excommunicato communicat 278 4.b
exēpla cōtra cupiditatē 215.1,b
exēpla cōtra ebrietatē 216.1,b
exemplum cuiuſdam philoſophi. 219.1.b
exemptione duplici vtēs eccleſia q̄ ſecure poſſit 350.1.b 2.a b.1.a
exceptione monaſterio conceſſa an capellę cenſeantur excepta illi ſubiectæ 350.1.b
exemptus an cenſeatur is qui ſub protectione papæ ſuſceptus eſt 358.2.a
exercitus Dei triplex in tribus locis 66.3.b
exultatio piorum & impiorum contraria 126.1.b
FAcies Dei duob9 modis accipitur. 139.2.b
Felicitas vitæ æternæ q̄modō contemplanda 71.2,b
falſificantes literas papales excommunicati ſunt 346.4.b
fama & clamor vt ſunt argumentū veritatis 231.4.b
famæ bonæ curam habendam eſſe 56.3.a
famā ſuā maculans prælat9, q̄li ſit pœna multādus 28. 4.a
fautores hæreticorū vt ſint excōmunicati. 230,3.a
Febris ſimplex, duplex, cōtinua & interpolata q̄ ſit 19.2.a
febris ſynagogæ duplex quæ 18 4.b
fœmoralia vti deſignent continentiam. 160.4.a
fermentatum vtrum tranſſubſtantietur 193 4.a
fermētum myſtice qd 185.3.b
feudū qñ poſſit plat9 integrare, nō obſtante iuramento de non reuando 314.4.b
Fictio bona, & fictio mala 114.
fidei apoſtolicę ſedis ſoliditas quanta 159.1.b
fideiubere ac mutuo accipere ſine ſuperioris licentia phibetur religioſis 140 3,b
fides mundat a culpa, ſed non ſemp ab omni pœna 133.1.b
fides ſine baptiſmo intcedum ſaluat adultos, non econtra 133 1.b
figuræ ſacrificij Chriſti vti pręceſſerint in veteri teſtamento 197.4.a
filij huius ſeculi, & filij lucis q ſint 30.1.a
filij interemptorum qui 145. 3.a
fi'ij quinam legitimi ſint iudicandi 334.4.b.335.1.a b
filium propriū vt quis agnoſcat 287.3.a
filius cur potius incarnatus ſit 2,4.b
finis multiplex 123.2.b
Flagellū multiplex q̄d 129.2.b
florem aureum cur Rom. pōt. oſtendat fidelibus 21.1.b
floris aurei proprietates tres q̄ bene Chriſtū deſignēt 21.3.b
fluuiorum quatuor paradiſi interpretatio 75.4.a
Fœnum multiplex 240.1.b
fomes peccati quid 131,2,b
foramina Petrę qd deſignent, & quomodo in eis ſtandū ſit 34.2.a
fornacis interioris damnatorum inſtrumenta 81.4.a
fornacis ſpiritualis inſtrumēta quæ 80.2.b
fornax electorū duplex 81 2.b
fornax malorū duplex 80.2.b
fornicatio clerici qñ nō indigeat accuſatore vel teſte 306.1.b
forum competēs quod 273.4 a
Fractio hoſtiæ conſecratæ qd ſignet myſtice 204 3,a
fraudis pœna quæ 246 4 a
fructum cuiuſmodi producat homo 210 3 a
Fumo incēſi fugari dæmones 198 4 b
fumus multiplex 139 3 b
funiculi peccatorum tres quibus clerici ligantur q̄ 13 2 a
furioſum nō poſſe contrahere matrimonium 331 2,b
furioſus profeſſionē faciens qñ obligetur 319 1 a
GAudium bonorū & gaudium malorū qd 83 a
gaudiū cordis, & lętitiā corporis eſſe 133 2 b
gaudium & dolor quomodo ſimul ſtare valeant 8 2 b
Gehennalia ſupplicia tria habent cōſideranda 81 4 b
generatiōes hoim duæ 144 4 a
geſtus orantium quales quid ſignificent 103 1 a
Gloriæ inanis malum quantū ſit 202 1 a
Gloriæ margaritam quis male & quis bene quærat 83 3 b
gloria in excelſis, quis admiſis m cantari inſtituerit 169 4 a
gloriam deienarrat pœnitens 143 2 a
glorians publice de ſuo crimine qui puniendus 348 1 b
glorificati corporis dotes quatuor vti Chriſtus in ſuo adhuc mortali corpore oſtenderit 188 4 a
glorificati corporis proprietates quatuor Chriſtū oſtēdiſſe in ſuo mortali corpore 172 a
glorificationis ſanctorum ſtola du

la duplex, quæ 172.3.b
glorificationis ſpecies duplex 171.2,233.b
Graduale lamentum pœnitentiæ deſignat, vel etiam vocationem apoſtolorum 172. 1 a
gradus aſcēſionis Chriſti, qui 51. 4 b
gradus deſcenſionis Chriſti q 51.3.a
gradus per quos exēplo Chriſti deſcendēdum ſit nobis 52.2.a
gradus tres quibus ad perfectionem aſcenditur 52.3.a
gratiam apoſtolicam tantum dare quātum ſonat 246.3b
gratiam dei neminem poſſe ſuis viribus promereri, ſed demereri 45.3.b
gratiæ margaritam quis male & quis bene quærat 83.3.b
Gregorij papę fructus in eccleſia quantus 49 1.a
Gula quænam incommoda adferat 216.1.b
gulę breuis voluptas 216 1 a
gulæ ſpecies tres quæ 11.3.b
guloſis nihil ſufficit 216.1.a
HAbitu quali Iudæi & Saraceni vti debeant in terris Chriſtianorum 242..1.a
habitus monachorum qualis ſit 322.4.b
hamo cur Chriſtus comparetur 68 4.b
Hæreſis quando diſſoluit coniugium 336.5.b.2 a b
hæreticæ fœditatis inquiſitores duo vt ſint per diœceſes 231.2.b
hæretica prauitas vt ſeculari manu punienda 230.1.b
hæreticis ſeruientes vt fiant infames 343.1.a
hæreticorum colligationes quomodo diſſoluendæ 14.1.a
Hiericho quid interpretetur, vt que ſignet mundum 33 1.b
Hieruſalem quatuor modis accipi 6.3.b.2.1.b.124 6 1.b.
Holocauſti & ſacrificij differentia 136.3.a
homicidium caſuale non imputari ei qui dedit operam rei licite, nec fuit in culpa, 343.4.b.344.1.a b
homicidium caſuale quomodo imputetur 343.4.a
hominis cadauer quam ſit fœtidum 210.2.a
homo deo factus ſit, ad quid natus, quid faciat & quid futurus ſit 9.2.a.209.2 b
homo eſca vermium 220,2,a
horæ orationis ſeptem myſtice quid 103.2 a
hoſpitalarij exhortationis officio quando priuandi 349.2.a
hoſtes hominis quatuor q 212 3.a
hoſtes ſalutis quatuor qui 15.2.. b.74.110.4.b
hoſtes tres hominem tribulantes quomodo vincendi 79.1.a b
Humilitas & paupertas Chriſti quanta 47.3 a
Hydropici ſpiritualiter q ſint 19.4 b
hyems ſpiritualis quæ 18 4.b
hymnus angelorum & hominum quis 178.2.a
hymnus de Chriſto eiuſque matre 208.1.a.
hypocritæ gloria cuiuſmodi 119.4.b
hyſopus quid myſtice 131. 3.a
IEiunandi modus quis ſit 11.4.a
Ieiunantibus vitia tria cauenda quæ 11.4.b
Ieiunij dignitas multiplex quæ 9 4 b
Ieiunij noſtri alæ duæ q 11.4.a
Ieiunij vtilitas multiplex quæ 10.1.a
Ieiunium guloſorum cuiuſmodi 11.4.b
Ieiunium hypocritarum cuiuſmodi 11.4.b
Ieiunium magnum & ſalutare quod 10.1.b
Ieiunium quatuor temporum propter tres cauſas fieri 10.3.a
Ieiunium ſolenne triplex, quando qualiter & quare fiat 10.3.a
Ieiunium vigiliarū qua ratione obſeruandum 11.2.b
Ieiuno cur ſtomacho ſumenda ſit euchariſtia 192.3. b
Ieſus eſt propitiator & propitiatio 150.2 a
Igne duplici examinatus fuit S. Laurentius 62. 4 a
Ignis cuiuſmodi in cordis altari accendendus 32.2.b
Ignis gehēnalis qualis ſit 205, 1.a
Ignis infernalis duplex 220 2 b
Ignis ſpūalis triplex qs 62 3 a
Ignis triplex eiuſque naturæ diuerſitas 62.2.b
Ignis virtus duplex myſtice quid 27.4.b
Ignis vt ſit ſpiritus ſanctus 27.4b
Ignorantia perículoſa quæ ſit 5.1.a
Ignorantia quam ſit ſacerdotibus cauenda 126.1.a
Illegitimi filij & ſpurij in eccleſijs non promouendi 236 1.a
Illegitimos eſſe natos ex matrimonio interdicto 239.1.b
Illegitimus in eccleſia paterna præbendari nō debet 265.3.b
Illegitimus poteſt poſtulari, non autem eligi 251.3.b
Illuſionum multitudo, quas patitur anima, inexplicabilis 123.4.b
Imagines quomodo venerandæ ſint 31.4.a
Impedimenta contra electionē quorū probationes admittat 188.2.b
Imperatoris electio, approbatio conſecratio & coronatio ad quos pertineat 256.4 b
Imperium non præeſt ſacerdotio, ſed ſubeſt 272.4.b
Impietatis colligationes tres quæ 12 4.b
Impij quatenus nunquam liberabuntur a pœnis 221.3.b
Impœnitentiæ mala quanta & vnde oriatur 96,2.b
Impœnitentiam finalem eſſe mortem a qua nemo reſurgit 45.2.a
imputari quando dicatur peccatum 113.4 a
Incarnationis Chriſti affirmatio 229.1.b
incontinens non præſumitur in ſenectute, qui in iuuentute continuit 293.1.a
incuruatio in bono accipitur & in malo 124.3.b
indulgentiarum dandarum limitatio inferioribus prælatis pręſcripta, quæ 241 .2a
indumenta legalia pontificum & ſacerdotum 160 1.b
indumenta nouem pontificum ſpecialia quid 159.4 b
indumēta pōtificalia vt Chriſto myſtice conueniant 161. 4b
indumenta pontificalia vt cō ueniant myſtice mēbris Chriſti 163.2.b
indumenta ſacerdotalia veteris legis quid myſtice ſignificent 29.3.b
indumēta ſex epiſcopis & presbyteris communia quid ſignificent 159.4.b
infamato, accuſatore non probāte, indicit purgatio 340 1b
infamatus contra quē probari non poteſt quomodo ſe purgare teneatur 351.4.a
infamatus de apoſtaſia vt ſe purgare debeat 343.3.b
infamatus de defectu natalium vt ſe purgare debeat 352 3.b
infamatus de magno crimine quomodo ſuſpēdi poteſt donec ſe purgauerit 352.1.b

Infamis nõ efficitur damnatus pro nulla vel ꝓ modica iniuria 301.1.b
Infantium omnium imbecillitas quanta 210.2.a
Infernus multipliciter accipit 109.1.b
Infideles coniuncti in gradu ꝓhibito poſt baptiſmũ non ſeparãtur 334. 1.a
Infirmitatem corporalem nõ ſemper prouenire ex peccato 107.3.a
Ingreſſus hominis miſerabilis 209.1.b
Inimici multi viam ſalutis obſident 114.4.b
Inimicis loqui in porta, quid ſit 151.1.b
Inimicitiarũ parietes ante aduentum Chriſti, tres 169 3.b
Iniquitatis & peccati differentia 113 3.b
Iniuſtorũ inſultatio iuſtos cautos reddit 126.2.a
Inquiri non poſſe de veritate criminis niſi prius conſtet de infamia 339.2,a.b
Inquiſitores generales ordinẽ inquiſitionis non ſeruantes quomodo caute corrigere ſeſe debeant 338 4.b
Inſtituere ſeipſum non poteſt is ad quẽ ſpectat collatio dignitatum 309 2.b
Inſtrumenti falſitas quomodo probetur 292.1,b
Inſtrumentis publicis qñ fides adhibenda ſit 291.1.a
Inſtrumẽto perdito ꝙmodo ꝗd probari poſſit contentum in eo per teſtes qui illud ante ſe gerunt 349.4 a
Inſtrumentum quid faciat authenticum 292.4.b
Intentator malorum quomodo dicatur Deus 202.1.b
Interdicti generalis tẽpore epiſcopos innocentes poſſe celebrare 240.3.a
Interdictum quidam ſeruare teneantur 351 2.b
Introitus miſſę eiuſq; antiphonæ repetitio, quid deſignet 169.1.a
Ioachim abbatis erroris reprobatio 229.4 a
Ioachim abbatis error de vna trinitatis eſſentia 229 3.a
Ioannes apoſtolus cur bis citetur in canone miſſę 199 3.a
Ioãnes baptiſta vt quindecim modis fuerit magnus 54 2.b
Ioãnes quõ myſtice concipiatur, naſcatur, & nutriatur 55.4.b.
Ira & furor quomodo tribuãt Deo . 106.3.a
Ira hominis triplex ꝗ 107.1.a
Ira patris, domini, & iudicis quomodo differant 206.4 b
Iſraeli deum bifariam accipi 281.4.a
Irregularis an quis efficiatur ꝑdendo furem 344.4.b
Irriguũ inferius & ſuperius ꝗd ſit 124.4.a
Ite miſſa eſt, quid repræſentet 206.2.a
Itineris arreptio vt habeat vĩ appellationis 303.1.b
Iudæi & pagani in bona ſexta feria in publicũ prodire prohibentur 242.1.b
Iudæi vel pagani inter Chriſtianos officijs publicis non ſunt præponendæ 242. 2.a
Iudæi vt ad vſuras reſtituendas ſint cogendi 345 4a
Iudæis nullus Chriſtianus ſeruire debet 342 3.a
Iudæus clericum percutiens ꝗ puniendus 341.3.b
Iudas vtrum acceperit euchariſtiam 189.1.b
Iudex habens conſimilem cauſam a iudicio remouetur 298.3.b.
Iudex in cauſa principali procedere quãdo poteſt 236.4.a
Iudex ſummus propter tria timendus 130.1.b
Iudex veniet Chriſtus, accuſator aduocatus & teſtis in iudicio 223.1.a
Iudices & delegatos eccleſiaſticos gratis iudicare debere 205.3.b
Iudicia quę ꝙmodo fieri debeant in eccleſia 277.3.b
Iudicis quanta erit ſapientia, potentia & iuſtitia 222.4.a
Iudicis delegati officium & poteſtas 267.3.b
Iudicis perſona multis modis commendatur 133.4.a
Iudicis vnius verbo non creditur 287.3.b
Iudicium Chriſti quam erit diſtrictum 223.2.a
Iudicium Dei propter tria formidandum 80.3.a
Iudiciũ extremũ ꝓbatur 229.2a
Iudiciũ multiplex quod 152.3.a
Iudicium vniuerſale quænam præcedent 222.1a
Iugum Chriſti & iugum diaboli quomodo differant 9 3.b
Iura eccleſiaſtica non vſurpãda a laicis 237.4.a
Iura laicorum nullo modo ſibi vendicent clerici 237.3.a
Iuramentum cõtra vtilitatem eccleſiaſticam præſtitum nõ tenere 295.3.b
Iuramentum quando non valeat 195.4.a
Iuramentum qñ ſit obſeruãdũ & quando non 293.3.a
Iurari poſſe licite in cauſa neceſſaria, etiam per religioſos 295 1.b
Iuſtificatio impij quam euidenter manifeſtet diuinam potẽtiam 44 2.b
Iuſtitiam ſectantium perſecutores qui 126.1.a
Iuſtitiæ venditores qui 214.3.b
Iuſtitiæ diuinæ & humanæ differentia 152.2.b
Iuſti in mundo tanquam in exilio ſunt 212.2.b
Iuſti vt videant pœnas impiorum 205.1.a
Iuſtorum ordines tres qui 119. 3.b
Kyrieeleeſon cur nouies cantetur 169 1.a
LAbes peccati originalis quid 131.2.b
Labor multiplex diuerſorum 109 3.a
Lachrymæ multiplices 110.2.a
Lacus multiplex 154 3.a
Læproſi ſpũaliter ꝗ ſint 19 4.a
Lætandum quibus, qualiter & quare ſit 22.2.a
Lætitiæ iuſtorum & iniuſtorũ differentia 219.4a
Lætitia hominis quam ſit breuis 212.4.a
Lætitia ſalutaris quando amittatur, & quomodo recuperetur 135.1.a
Laici ſacerdotes reprehendere non debent 343.2.b
Laicis prædicare vt ſit inhibitum 343.1.a b
Laicus qñ poſſit laicũ coram eccleſiaſtico iudice conuenire 278..4a
Lancea ſpiritualiter ꝗd 77.3.b
Languores mentis diuerſi quæ ſignificent vitia 19.3a
Lapides 12, quas deſignent virtutes 161.2.b
Lapis multis modis accipitur 143.4.a
Lateranenſe concilium cur cõuocatum 223.4.a
Latria cui exhibenda 31.5a 4a, 4b
Latria quid ſit, & cui exhibenda 183.3.b
Lauacrum iuſtificationis triplex 749..a
Lauacrũ triplex, videlicet, baptiſmi

piſſima, eleemoſynarum & lachrymarum 22 4.a. 110.1.b
laudandus eſt Deus in creationis ope ꝓpter multa 147 1 b
laurētij tormenta 10. quę 63 3 b
laurentius in quibus ſit imitādus 63 4 a
laurentius leuita commendatur a tribus 62 1 b
Lectus & ſtratū quomodo differant 110 3 b
lectus multiplex in ſcripturis. 109 4 b
legati Apoſtolici officiū & autoritas 171 2 a
legati Apoſtolici quas expenſas accipiant 236 2 b
legatos ſedis apoſtolicæ vt oēs procurent eccleſiæ 325 1 b
leges ex cauſa rationabili poſſe mutari 339 1 a
leges ſancire in eccleſia laicis non licet 245 2 a 246 2 a
legis antiquæ & nouæ differentia 173 3 a
legitimæ quando cenſeantur ꝓles infidelium poſt eorum cōuerſionem 336 1 a
legitima quādo cenſeatur proles procreata ex ſecunda viuente prima ibidem
legitimare illegitimos quando & in quibus terris poſſit Papa 335 2 b 3 a b
lex diuina in tribus conſiſtit 157 1 a
lex multiplex quę 150 2 b
lex triplex quæ quādo data homini 143 2 a
lex vt fuerit quadruplex 3 4 a
Libri Ioachim abbatis vt damnentur 330 1 a
ligatio duplex, culpę videlicet & ſententiæ 18 3 a
ligni duplicis ſcientiæ & vitæ, collatio 196 1 a
linguarum diuerſarum homines quomō ſint regēdi 331 2 b
linum cur deſignet innocentiā 160 4 a 163 4 a
linū qd myſtice ſignet 124 3 a
liquefactio duplex, bonorū, ſcilicet, & malorum 26 2 a
lite non conteſtata contra contumacem quando teſtes admittendi 288 3 b
lite non conteſtata non recipiuntur teſtes, quibuſdam caſibus exceptis 280 3 a
lite non conteſtata, ſententiā proferri non poſſe in cauſa reſtitutionis contra contumacem 279 4 b
lite pendente nihil eſſe innouādum 285 4 a
litis conteſtatio quomodo fiat 279 3 b
literæ apoſtolicæ pro beneficio impetratæ quando ſint infirmandæ 246 4 b
literæ fraude impetratæ nō valent 247 2 b
literæ papales quomodo cognoſcantur veræ 346 4 a
literæ ſpeciales qñ cenſent̄ pferēdæ l̄ris generalib9 346 2 b
literæ ſuper abſolutione voti per cruceſignatos impetratæ quando non valeant. 291 4 b
literas apoſtolicas non recipi niſi a Papa ab in Curia Romana conſtitutis 346 2 a
literas falſas qui retinuerit excommunicetur 346 2 b
literas Papæ falſantes excommunicati ſunt 346 4 b
literas papales falſandi modi nouem 346 2 b 3 a b
literis falſis vtentes quib9 pœnis ſubijciendi 347 1 a
Loca aquoſa & inaquoſa quæ myſtice. 17 4 b
loca quinq; in quibus, humani ſpūs commotantur 69 4 a
locare debere prædia talibus ne decimarum iacturam patiatur eccleſia 239 4 a
locari quibus debeant res eccleſiæ 313 3 a
locationē cū pacto in pręiudicium iuris alterius eccleſiæ, nō tenere 240 1 b
lotionis ſpecies ſex quæ 22 4 b
Luciferi caſus deſcriptoīi 217 4 b
luctus vt ſit duplex 102 4 a
ludos theatrales in eccleſijs vel ꝑ clericos fieri non debere. 305 4 b
lunæ proprietates quæ, quomodo myſtice in Maria fuerint 67 3 b
lupus triplex quis ſit 23 4 b
luxuriæ generalitas 216 3 b
luxuriæ ſpecies multiplices. 216 4 a
luxuriæ turpitudo quanta 216 3 a
MAgdalenam ter dominum vnxiſſe 177 2 a
magi tres vt ſignificent tres ordines fidelium. 42 3.
magnatum vita breuis & miſera 127 3 b
magorum tria munera myſtice quid 42 2 a
mala quænam exorta in populo Chriſtiano 125 1 b
mala triplicia a quibus liberari petimus 12 1 b
malitia hominū quanta 219 1 b
malogranata & tintinabula quid myſtice 160 4 b
malorum conſortia vitanda. 121 2 b
malum a quo liberari petim9, vt ſit triplex 101 4 b
mandato illicito non eſſe obediendum 294 2 b
manducatio vt accipitur octo modis 225 1 b
mandatum contra oppreſſores monaſteriorum 233 2 b
mane multiplex quod 1,0 4 b
manipulus cur portetur in leua 162 4 b 164 3 b
manſionē quomodo faciat Deus in anima 48 1 b
manus cur vngantur epiſcopo 264 4 a
man9 domini multiplex 115 1 b
manus domini ſeptem modis accipitur 121 2 a
manus hois multiplex 154 1 b
manus presbyterorum quare vngantur 159 3 a
margarita triplex quomō cōparanda 85 3 a
maria cur comparetur auroræ, lunæ, & ſoli 67 2 a
mariæ virginis ad virgam cōparatio 207 1 b
mariam inuocare debent peccatores & tētati 66 2.a. 68 2 b
maria quomodo ſit caſtellum, & quomodo Chriſtus in illud ingreſſus ſit 65 4 a
mari comparat̄ ſeculū 58 4 b
maritus factus monachus non poteſt per vxorem reuocari. 320 3 a
martha & maria myſtice quid ſignent 66 2 a
martyrij ſuſtinendi cauſa triplex quæ 123 3 a
materiæ, hois vilitas 109 3 b
matrimonia cōtrahenda debere proponi in eccleſia 339 2 a
matrimonium accuſans propter q̄ſtū vt repellēd9 336 1 b
matrimonium conſenſu legitimo contrahi 331 2 b
matrimonium contrahere qui nō poſſint ibidem a
matrimonium contrahendum quomodo impediatur 331 4 a
Medici quomodo circa infirmos ſe habere debeāt 234 3 b
medium qualiter tenuerit ſemper Chriſtus 142.4
melchiſedec qd ſonet, ei9q; oblatio myſtice quid 198 1 a
menſę propoſitionis pedes q̄tuor, myſtice quid 167 3 a
mercenarius quis ſit 173 2 b
mercenarius vnde cognoſcatur 23 4 b

merita noſtra chriſti dona ſunt 168.1.b
metus cauſa aut vi quæcunque fiunt, carere debent robore firmitatis 178 4 a
Miracula in Chriſti natiuitate facta 52.1.a
miraculorum de multiplicatione panum differentia, eorumque myſtica ſignificatio 20.1.b
miſerationes Dei quid ſint. 199.2.a
miſerationes Dei vti dicantur multæ ibidem
miſerationum Dei recordatio magnum afflictiorum ſolatium 154.1.a
miſeria bonorum & malorum 212.1.b
miſeria continentis & coniugati 211.4.a
miſeria diuitis & pauperis. 211 2 b
miſeriæ omnes ad tres ſpecies referuntur 123.2.b
miſeria humanæ conditionis quanta 209 1 b
miſeria ſeruorum & dominorum 211 3 b
miſerias ſuas exponit pœnitẽs 139 3 b
miſericordia Dei immenſa. 129 1 a
miſericordia & miſerationes Dñi differunt 129 2 a
miſſa catechuminorum quid differat a miſſa fideliũ 206 2 b
miſſa conſiſtit in q̃tuor 157 2 a
miſſæ officium optime diſpoſitum ibidem
miſſæ officium quando a Chriſto ſit inſtitutum 157 1 b
miſſa quomodo ab Apoſtolis celebrata ſit ibidẽ
miſſa quomodo ſemper ſit bona 181 3 b
miſſa vnde dicatur 206 2 b
mitra pontificis myſtice quid 162 4 b 164 4 a
Modus ſeruandus in bonis terræ delegandis monaſterijs 249 1 a
molæ duæ inter quas anima debet moli 7 4 b
monachi quinam excommunicari poſſint priuilegio non obſtante 351 3 a
monachus ſimoniace receptus quomodo puniendus 340 3 a
monaſticæ vitæ ſcopus & finis quis 71 4 b
mors bona quæ 253 1 a
mors culpæ quo ordine contingat 45 1 b.
mors quadruplex quæ 108 4 b
mors quam ſit homini vicina. 213 1 a
mors triplex quæ ſit 44 4 b 4 4 a 108 4 a
mors vt ſit immortalis apud inferos 221 3 a
mortem peccatoris cur non velit Deus 44 4 b
mortis diem præſcire quare ſit vtile 146 4 b
mortui tres reſuſcitati a Chriſto quid myſtice 50 4 a
Mulier agit pro dote cõtra quẽ libet detinentem bona mariti 314 2 b
mulier quando non audiatur contra alienationem rei dotalis 295 4 a
mulierem poſt partum ſtatim poſſe ingredi eccleſiã 330 2 b
mulieres quænam & quando permittantur clericis cohabitare 306 2 a
munera iniqua vitãda 214 2 a
muri Hieruſalem quid myſtice 137 3 b
mutilatus manu ſi pmotus fuerit in Abbatem ab Abbatia deponitur 266 1 b
muti ſpiritualiter q ſint 19 4 a
mutitas bona & mala quæ. 125 3 a
Myſteria diuina non eſſe perſcrutãda, ſed credẽda 177 1 b
myſterijs plena eſſe omnia quę in miſſa fiunt 157 2 a
NAbuchodonoſor ſuperbia quanta 218 1 b
natiuitas Chriſti cur celebrior ſit cõceptiõe 46 3 b
natiuitas Chriſti triplex per 3. miſſas deſignata 39 1 a
natiuitas Ioãnis triplex, ſcꝫ carnalis, ſacramentalis, & ſpiritalis 58 3 a
naturæ diuinæ ſimplicitas & ſubtilitas 21 4 a 46 3 a
naturam cur potius humanam aſſumpſerit Chriſtus q̃ angelicam 3 2 b
Negligentia in correctiõe peccantium ſacerdotibus quam ſit cauenda 226 3 a
negligentiã prælatorum in cõferendis beneficijs ſupplet papa 262 2 b
negligẽtia quænam ſit ſacerdotibus cauenda 226 1 b
negligentia quam ſit deteſtanda 5 2 b
negociator vt de lucro decimã ſoluat 318 2 b
nequitiam extirpari per ieiunium & orationem 10 1 b
neſcire vel ſcire quomodo dicatur Deus 181 4 b
Nobiſcũ quomodo ſemper ſit Chriſtus 194 2 b 196 2.
noctes ſeptem quæ 180 1 a
nomen bonum a quibus habere debeat prælatus 28 3 b
nomen Dei multipliciter accipitur 145 4 b
nomen Dei ſanctificari quid ſit 203 3 a
nomen diuinitatis multis modis accipi 40 1 a
nomen domini tetragrammaton 161 3 a
nomina Chriſti ſex quæ 39 3 b
nomina 12. filiorum Iſrael in veſte pontificis, myſtice quid 161 1 b
nomina filij Dei diuerſa 146 1 a
notarij vt fiant infames ſeruientes hæreticis 343 1 a
notitiam excommunicationis habens ſi per ſolam famã celebrat debet deponi 347 2 a
nouales decimæ ad quos pertineant 318 3 a
nouales decimæ ſub quibus cõprehendantur 318 2 b
nouitas in Chrĩ natiuitate triplex 37 4 b
nouitius in religionem quando poteſt infra annum probationis ad ſeculum reuerti 320 1 a
nouitius reuertens ad ſeculum infra annum probationis poteſt ad ſacros ordines pmoueri 320 1 b
nouum multis modis in ſcripturis accipi 373 b
nox cuiuſmodi fuerit ante aduentum Chriſti 5 3 b
Nubens infra annum lugubrem an infamiam incurrat 337 4 a
nuditas bonorum operum q̃ ſit confuſiua futura in die iudicij 29 1 b
nuditas naturalis hominis quãta 210 2 b
numeri binarij myſterium q̃d. 200 3 b
numeri XXV. myſterium q̃d. 200 3 a
numeri ſenarij myſterium q̃d. 224 4 b
numeri ternarij myſterium q̃d. 200 3 b
numerus duodenarius quomodo multipliciter ſacratꝰ ſit 73 1 b
nuncij tres vti triplicem viam Chriſto præparauerint. 46 1 b
nutrices Chriſtianæ nõ poſſunt ſeruire Iudæis 342 3 b
nuptiarum ſpecies q̃tuor q̃ 88 1 a
Nycticoraci q̃s ſimilis 140 3 b

Obedien-

Obedientia prælatis eccleſiaſticis exhibẽda. obedĩctia q- (172 4 a
lis eſſe debeat 34 3 b
obliuiſci vel meminiſſe quomodo dicatur Deus 181 4 b
obſeruatio duplex 150 1 b
Oculi dñi duo, correctiõis & conſolationis 118 2 b
Odium bonum, & odium malum quod 64 3 a
Offerre quomodo nos rectè debeamus 197 4 b
officia monachorum qualia eẽ debeant 322 4 b
officij alicuius dignitatem non poteſt quis temere dimittere 249.4 b
officium clericorum contra hæreticos quale 230 3 b
officium nocturnum, cur in q̃tuor diuiſum ſit 74 3 b
officium paſtoris præcipue quod 1 1 b
Oleum conſecratum miſceri poſſe cum non conſecrato. 326 1 b
oleum myſtice qd 293 3 a 264 3 a
Oous triplex quod 122 4 a
onychini duo myſtice quid 161 1 b
Operimẽtum multiplex quod 1.5 3 a
opes habere & eas non diligere, eſt difficile 215 4 a
opes impediunt a regno Dei. 211 3 b
Orandum quinam ſit fructuoſæ 226 2 a
orandum quomodo in perſona Eccleſiæ 202 3 b
orantium diuerſorum differẽtia 99 1 a b
oratio cordis, oris & operis q̃ 102 2 b
oratio dominica in quibus alias orationes præcellat 201 1 a
oratio & obſecratio quomodo differant 152 1 b
orationem indignam quæ efficiant 102 1 b
orationes cur dicantur collectæ, & quot ſint in miſſa dicendæ 170 4 b
orationes tres ad omnes ſanctos 207 4 b
orationes tres de vita & paſſione domini 207 3 a
orationi circunſtantiæ octo neceſſariæ quæ 101 1
orationis aſcenſum impedientia tria quæ 102 2 b
orationis dominicæ ordo quis ſit 201 2 a
orationis dominicæ petitiones quot ſint ibidem
oratio vocalis cur a deo exigatur 201 1 b
ordinarij iudicis officiũ quod 171 4 a
ordinari non poſſe eum qui nõ ſit baptizatus 319 4 b
ordinarius ad mandatum delegati exequitur ſententiam, etiam iniuſtam 269 3 a
ordinarius delegati mandato quando teneať parere 248 1 b
ordinarius ſupplet negligentiã abbatis nõ reuocantis monachum vagabundum 271 4 a
ordinationem communem eccleſiæ non debere impediri ꝑ contradictionem eius, cuiꝰ non intereſt 312 2 a
ordinatio ad ſacros ſine titulo, ordinator compellitur de neceſſarijs prouidere. 307 1 b
ordinatus a ſchiſmatico vel punıendus 343 3 b
ordinatus ad ſacros ordines ſine titulo, ab ordinatore iuſte petit beneficiũ 264 1 b
ordinatus per papam, non eximitur a iuriſdictione ſui epiſcopi 273 2 b
ordinatus ſacerdos per ſaltum quomodo iudicandus 348 1 a
ordines duo ſacri non poſſunt conferri eidem vno die vꝰ duobus continuato ieiunio 263 1 b
ordines miniſteriorum veteris teſtamenti ſex 158 1 b
ordines qui recepit a ſimonia co collatore au in eiſdem miniſtrare poſſit 341 1 a
ordines ſacros ſuſcepturi quales eſſe debeant 263 3 b
ordines tres in Eccleſia qui. 137 2 b
ordinis characterem qui ſuſcipiat baptizatum ſe putans 319 4 b
ordo petitionum in dominica oratione vt ſit duplex 203. 3. b
orientem verſus orandum cur potius ſit 170 1 b
originale peccatum duo in ſe complectitur 131 2 b
originale peccatum quãdo ſit intenſum 113 2 a
ornamenta animæ tria quæ 18 1 a
ornatus ſuperborum quam ſit vanus 219 1 b
Oſcula diuerſa quæ dantur in miſſa, quid 205 2 b
oſculari quando debeant manus & pedes ſummi Pontificis 273 2 a
oſculũ in ſcriptura quid 205 2 b
oſculum oris, altaris & pectoris, quid 168 3 a
oſculum ꝑ omnes fideles in miſſa, quid 205 1 b
oſtiaria purgans triticum myſtice quid 82 2 b
Oues Chriſti tribus modis paſcendas 58 3 b
oues domini triplici cibo paſcendas 87 2 b
oues qui cognoſcãt paſtorẽ, & cognoſcantur ab ipſo 24 1 b
ouium nomine vt vocentur damnati 221 3 a
ouium proprietates laudabiles quæ 24 2 b
ouium vitia tria in baculo paſtorali ſignificata, quomodo curanda ſint 24 3 b
Pabulum animæ myſtice quod 232 3 a
Pacem habere cum peccato & a peccato, quid ſit 122 1 a
Pacto qui committatur ſimonia 341 4 b
Pagani cõiuncti in gradu prohibito quando ſeparandi poſt conuerſionẽ 336 4 a b 337 1 a b
Pallij põtificalis materia & forma myſtice quid 165 1 a
Pallij pontificalis vſus & autoritas, quæ 260 1 a
Pallium largitur Papa epiſcopis 231 2 a
Panis multipliciter accipitur. 140 1 b
Panis quintuplex vt nobis ſit neceſſarius 202 4 a b
Panis ſuperſubſtantialis quis 202 4 b
Panis vtrum ſine vino, vel vinum ſine pane valeat conſecrari 191 4 a
Papa aliquam cauſam ad ſe reuocante, proceſſum poſtea ꝑ iudicem minorem factum nõ tenere 304 1 b
Papa ſolus cognoſcit de dubiis priuilegiorum Apoſtolicæ ſedis 277 3 b
Papa vtrum principes ſeculares punire poſſit 130 1 a
paradiſus quadruplex q̃ 75.1.a
Paſcha accipi multifariam. 213 4. b
Paſcha quid ſignificet ibidẽ
Paſcha quomodo myſtice celebretur 25.2.b
Paſcha vt ſit triplex 214.1.a
Paſcit nos Chriſtus tribus modis 23.3.b
Paſſeri ſimilis quis ſit 140 4 a
Paſſer multiplex 141 4 b

patena

patena myſtice quid 177 3 b 104 2 a
pater vt ſit Deus trifariam 201 3 b
patrem noſtrum cur dicamus deum ibidem
patrimonium habens ſufficiẽs licet non beneficiatus, legitime ad ſacros ordines promouetur 308.1.b
patroni pœna ſi alteri conferre negligat 235.4.a
patronus q̃modo poſſit aliquẽ ad eccleſiã p̃ſentare 314 4.b
patronus vt ad eccleſiã vacantẽ ſe nõ præſentet 324.2.b
paulus vñ, qualiter & quotractus fuerit 43.2.b
pauperes quantũ diuitibus p̱ſiciant 92 3.b
pauperibus tempore famis ſpecialiter ſubueniendum 31.1.a
paupertas triplex quæ 138.3.b
pax duplex quæ 206.2.b
pax q̃druplex q̃ 6.4.a.183.4.a
pax triplex per Chriſtum reſtituta, quę 47.1.a 169.3.b
pax triplex quæ 111.4.b
Peccandi occaſiones vitandas eſſe 123.2.a
peccare in aliquem, & peccare alicui, quõ differãt 130.1.a
peccata dimiſſa quomodo reuocentur 202.2.b
peccat homo quatuor modis 10.3.b 61.2.b.65.1.a
peccati circunſtantiæ in confeſſione exprimendæ q̃ 81.1.a
peccati & delicti differentia. 209 4.b.131.3.b.60.1.a
peccati mortalis culpam & pœnam quandoque ſimul dimitti, & quandoque ſolam culpam 113 3.b
peccatore ſciẽter ſe in mortem precipitante, nihil inſipientius 123.1.a
peccatorum colligationes quomodo diſſoluendæ 14.1.b
peccatorum differentiæ tres q̃. 113 1.b
peccatorum diuerſitates nouẽ. 105.1.b
peccatorũ genera duo, deſperantiũ, ſc3. & ſperantiũ 33.2.b
peccatorum genera nouẽ quæ 169 2.b
peccatum actuale non dimitti ſine conſenſu 128.4.b
peccatum contra naturam q̃ ſit graue 216.4.b
peccatum obreptionis & conſuetudinis quod 110.4.a
peccatum originale cur appelletur iniquitas 113.1.b
peccatum originale remitti ſine conſenſu 328.4.b
peccatum quodcunq; non remitti in dormientibus vel amentibus 309.1.a
peccatum triplex ſignificatum per ſerpentem, mulierem & virum 10.4.b
Pecunia data p̱ confirmatione alicuius electi ipſo p̱hibente, non illi imputari debere (341 3.b
Pedes animæ ſpirituales qui 126.2.b
Pedes dñi myſtice q̃d 66.3.b
Pellicano ſolitudinis quis ſimilis 140 3 b
Pentecoſte ſtatum triumphantis eccleſiæ ſignat 172 1 a
Percutiens alium lethaliter vti ſit irregularis 344 2 b
Perfectorum & imperfectorũ differentia 146 3 a
perfectionem vitæ conſiſtere in duobus 225 4 a
perfectus quis ſit 65.1.b
Perſeuerantia bonorum operũ quam ſit neceſſaria, 95.4.a
perſeuerantia bonorum operũ quanta laude digna. 95.4.a
p̱ſeuerantia duplex quæ 96.1.a
perſeuerantia quomodo conſequi poſſit 96 2.a
petenda cuiuſmodi ſint a Deo 233.3.b
Petri p̃rogatiuæ tres q̃ 56.4.a
petri ſucceſſorumque eius priuilegium 86 4.b
petrus caput aliorum 159.2.a
Pignus pro dote recipiens maritus an tenetur fructus in ſortem computare 346.1.a
pignus q̃ñ debitori reſtituẽdũ ſit 314.3.a
piſcatoris inſtrumentum quæ quatuor requirat, & quid myſtice ſignificent 68.3.b
piſces, volucres, & beſtiæ, q̃d myſtice 39 3 a
Pœna contumaciæ quando intelligitũ nõ p̱petua 246.1.b
pœnæ infernales nouem quæ, 220.3.b
pœna negligentium epiſcoporum 231.1.a
pœnarum ordo in inferno quis 221.2.b
pœna presbyteri copulãtis indebite contrahentes 239.2.b
Pœnitens agnoſcit, non negligit, nõ excuſat, nõ extenuat culpas ſuas 131.4.b
pœnitẽtia damnatorum infructuoſa 81.4.b.109.2.b
pœnitentia damnatorum inutilis 220.3.b
pœnitentiæ fructus digni, qui 55.3.a, 81.1.b
pœnitentiæ partes tres quæ 105.1.b.126 3.b
pœnitentiæ poſt peccata neceſſitas 229 3.a
pœnitentiæ veræ tria neceſſaria, quæ 168.2 a
pœnitentia iniũgenda indebite contrahentibus 239.2.b
pœnitentiam ad mortem vſq; non eſſe tutum differre 208 4.b
pœnitenti duo neceſſaria quæ 109.3.b
pœnitentium maneries tres p̱ tres aues ſignificatę 140.3.b
pœnitẽti, vt iuſtificetur, neceſſaria quæ 116.1.a
pœnitere quid ſit 125.3.b. 126. 4.a
Portio canonica vti in ſepultturis eccleſiæ parochiali ſit ſoluenda 317.2.b
Poſſeſſiões & proprietatis cauſa agenda q̃ ſit 281.4.
poſſeſſor verus qui quis efficiatur 237.2.a
poſtulatio prælatorum in Eccleſia quomodo fieri debeat 250.2.a
poteſtas Petri vt in duobus cõſiſtat 58.1.a
potus multiplex 141.3.b
Præbenda debetur in canonicum recepto 307.3.a
præbendæ Eccleſiæ quomodo ſint diſtribuendę 245.3 b
præbendam conferens quam non poteſt, aliam conferre tenetur 307.2.a
prædicare populo qui debeãt. 230.4.a
prædicationem, etiam veritatis, p̱hibẽdã hęreticis 19.4.b
prædicationis virtus q̃ta 1.2.b
prædicator bonæ opinionis eẽ debet 173 3.b
prædicatori neceſſaria q̃ 1.2.b
præfatio in miſſa quid inſinuet 178.1.a
præfationis expoſitio 178.3.b
præfatio p̱pria quando in miſſa dicatur 326.2.b
prægnantes & nutrientes ſpiritualiter qui 112.1.b
prælati debent laicis & clericis iuſtitiã facere 178.3.b
prælati non reſidentes quando ſint priuandi 306.4.a
prælato neceſſaria duo quæ ſint 89.4.b
prælatorũ pœna ſubditos ſumptibus grauantium 236.3.a
prælatum obligari, qui prouidere p̱mitit eũ poterit 311.1.b
præmiũ in cœlo quomodo ſit diuerſum 199 2.b

premiũ vt ſit duplex 225.3.a
presbyter & diaconus deducẽtes pontificem, quid myſtice 166.4.b
presbyter quid interpretetur 159.1.a
præſcriptio centenaria ſolũ valet cõtra Ro. eccleſiã 297.2.b
præſcriptio contra priuilegia eccleſiæ quanto ſpacio contingat 350.3.b
præſcriptio cũ mala fide in nullo foro admittenda 137.2.b
præſumptione nõ facile aliquẽ de crimine iudicandũ 292.3.b
primatum Petri a domino trina vice conſtitutum 87.1.b
principatus totius eccleſiæ ter Petro commiſſus 159.1.a
principium multiplex 147.2.b
priuilegiũ innouatio vt nouum ius non tribuat 304.4.a
priuilegiorum innouatio vt nouum ius non conferat ſed antiquum conſeruet 349.4.b 350.1.a
priuilegium de ſepultura apud religioſos, quomodo intelligendum 240.2.a
proceſſus factus per literas ſurreptitias irritatur 247.4.a
procurari fratres alicuius domus vti oporteat 325.1.a
procurationem eccleſiæ quando dicitur epiſcopus remittere 325.4.
procurationes vti ſeruabunt eccleſiæ recenter conuerſæ 325.4.b
procurator ad quæ ſolummodo intelligatur conſtitutus 270.2.a
profeſſio fieri nõ debet infra tẽpus probationis 309.2.b
profeſſio recipi non debet infra annum probationis ibid.
profundum multiplex 149.1.b
propheta cur dicatur Chriſtus 6.1.b
proprietas omnis vti monacho interdicatur 322.4.b
proſpera duo cor hominis corrumpentia quæ 62.4.b
Pſalmi Dauid, & Epiſtolæ Pauli, & Euangelium Matthæi, cur præ cæteris ſcripturis frequentẽtur 135.2.b
pſalmi pœnitentiales cur ſolum ſeptem ex aliis excepti 97.2.a
pſalmi quinq; ad miſſam celebrandam præparatorij, qui 163.1.b
Publicani qui dicantur 33.3.a
puluillus libro ſuppoſitus, qd myſtice 173.4.b
purgatorij pœna qᷓta 120.4.b
purgationem non indicendam ſup notorio crimine 352.4.a
purgationi quinam admittendi ſint 352.1.b
purgatio quando indicenda ſit 352.2.a.b
puniri neminem de crimine de quo non conſtat niſi per famam 339.4.a

Quadragenarij numeri myſterium 11.3.a
Quadragenarium numerum eſſe ſatisfactionis 15.3.a
Quadrageſimale ieiunium tribus de cauſis ſeruari 11.1.b
Quadratura rationalis, & duplicitas, quid 161.2.a
Quadriga Aminadab myſtice quid 75.2.b
Quærendus eſt Ieſus in triplici domo 42.3.b
Quæſtiunes curioſas circa diuina ſacramenta, eſſe vitandas. 188.3.b 190.1.b
Quæſtores eleemoſynarũ quãdo non ſint admittẽdi 241.1.a
Quæſtores eleemoſynarũ quomodo debeãt eſſe modeſti & diſcreti 241.2.a
Quantitatem & qualitatẽ peccati caute inquirere debet ſacerdos 29.2.b
Quinarius numerus quid myſtice 138.4.b
Quinquagenæ tres pſalmorum vt deſignent tres gradus fidelium 26.1.a
Quotidie communicare vtrũ expediat 195.3

Rapta vti coniugium cõtrahat cũ raptore 345.3.b
raſura literarũ quomodo iudicãda. 347.1.b
rationale põtificis myſtice qd 86.3.b. 161.2.a. 226.1.b.
rebaptizatores excõmunicati 231.1.b
reconſecranda quando eſt eccleſia 326.1.b
rectorẽ eccleſiæ cõpetentẽ portionem debere habere 236.1.b
rectores tpales negligẽtes pſeq hæreticos excommuncati. 210.2.b
recuſaturus quis iudicẽ quid agere debeat. 228.3.a
redemptio dupliciter accipitur 118.1.a
redemptionis humanæ ratio q. 3.4.b
redimi non potuit homo, niſi per miſericordiam Dei 151.2.b
regimen animarum quibus cõmitti debeat 235.3.a
regnum cœlorũ quatuor modis accipitur 83.1.b
regnum dei accipi multifaram 203.2.a
relictã fratris nõn licere in vxorem accipere 337.1.b
religionem nouam non licere conſtituere ſine autoritate romani pontificis 233.2.b
religionem qui vouit, votoq; non completo ſi fiat epiſcopus, renunciare debet & votum implere 312.3.a
religioſi precio recepti, vna cũ recipientibus de monaſterio expellantur 241.3.a
religioſum quenq; poſſe ad ſtrictiorem religionem tranſire petita licentia & ſi non obtẽta 319.2.b. 3.a.b
religioſ9 exercens chirurgiam quando fiat irregularis 344.4.a
reliquias ſanctorum non vendendas, nec paſſim oſtendendas 240.4.b
renouatio eccleſiæ quadruplex quæ 6.4.b
res aliena duobus modis ſubripitur, & quomodo reſtituenda ſit 35.1.b
reſcripti ordo quomodo exequendus 247.1.a
reſcripto in quo diuerſa ponuntur quomodo ſit vtendum, 248.3.a
reſcriptum impetratum quando dicitur nõ valere 247.1.b 248..a
reſcriptum ſecundum quando dicitur valere 248.1.a
res per ſpolium ablata quomodo reſtituenda 217.1.b.2.a
reſtitutio in integrum quomodo fiat 275.1.b
reſtitutio ſpoliatorum quomodo facienda 282.4.a
reſurrectio prima quæ 25.1.b
retia vt ſignificent prædicationem 59.2.b
retributio quadripartita 127.1.b
reus criminis ad eccleſiam fugiens vt ſit immunis 330.3.a
Romanæ eccleſiæ dignitas quãta 231.2.a
Romani pontificis excellentia dignitatis 87.1.a
Romanos pontifices eſſe ſacerdotes & reges 40.4.a
Roma vt per altitudinem maris ſignetur, & quãta eius ſit dignitas

dignitas 59 1 b
Roſæ aureæ triplex materia myſtice quid 21 4 a
S Abbatū triplex q̄d tio 1 b
ſacerdos vt ſit diſcretus & cautus in cōfeſſiōe audienda 234 3 a
ſacerdotalis ordīs origo 158 3 b
ſacerdotes gerūt vices Chriſti 259 3 a
ſacerdotes maiores & minores q̄tū ſuppleāt vices 158 4 b
ſacerdoti ad meritū duo neceſſaria quæ ſint 225 2 b
ſacerdotib9 quō caſte cauteq; viuendum 85 3 a
ſacerdoti duo maxime neceſſaria quæ 41 1 a
ſacerdoti qd diligenter prouidendū attēdēdūq; ſit 165 4 b
ſacerdotis officiū quando exercuerit Chriſtus 159 4 a
ſacerdotis peccatum cur maximum iudicetur 98 4 1 b
ſacerdotis peccatum quomodo expietur 84 3.b
ſacerdotium duplex q̄d 49.3.a
ſacramenta libere eſſe conferenda 141 4.a
ſacramēta nō iterāda q̄ 265.3.a
ſacramēta ſolis pontificibus reſeruata, cōferre ſimplex ſacerdos nun poteſt 249 2.b
ſacramentorū legalium & euāgeliorum differentia 194.4.b
ſacramētū altaris eſt cōmemoratio mortis Chriſti 155.3 b
ſacramētū altaris ꝓpter diuerſas cauſas inſtitutum 1:6 1 a
ſacramentū altaris veritas eſt & figura 194 1
ſacr̄m in trib9 cōſiſtere 195.1.b
ſacramentū quō actiue & paſſiue dicatur 195.1.a
ſacrificia eccleſiæ tria quæ quomodo figurata 180.4
ſacrificia veteris legis verū fuerint meritoria, & cur inſtituta 136 4.a
ſacrificij veteris & nouæ legis differentia 316.3.b
ſacrificiorum & ſacrificantiū ſpecies ſex 137.1.b
ſacrificiū altaris cruce ſignari ſeptem vicibus qd ſit 200.2.a
ſacrificiū altaris cui, ꝓ qbus, q̄liter & q̄re offerēdū ſit 181.1.b
ſagittæ domini q̄ ſint 121.1.b
ſagittarios excōmunicādos eē (345.2.a
ſalis effectus tres ſpiritualiter quid 90.1.b
ſalutatiōes 7. i miſſa, q̄d 170 2 b
ſalutis impedimēta 4. q̄ 33.3.a
ſalutis ſuffragia 4 q̄ 34.1.a
ſanctis quō cōicemus 183.1.a
ſctitatis vtilitas duplex 117.1.a
ſanctorū cōmemoratio triplex
in canōe qd ſibi velit 182.4.b
ſandalia pontificis myſtice qd 161.4.b, 163.2.b
ſanguinis menſtrui immunditia quanta 210.1.a
~~ſanguis Chriſti cur dicatur nouum teſtamentum 192.4.b~~
ſanguis Chriſti dupliciter intelligitur in remiſſionē pctōrum effuſus 195.2.a
ſanguis myſtice quid 135.4.b
ſanguis triplex 79.4.b
ſatisfactiōe ꝑ peccatis dignā q̄ tria perficiant 60.1.b
ſatisfactiōis partes 4. q̄ 64 4.b
ſatisfactiōis partes 5. q̄ 85.2.a
Scientiæ margaritam quis male quærat, & qs bene 83.3.b
ſcholaſtici officiū in cathedralibus eccleſijs 232.4.a
ſcopæ quibus cor mundādum ſit, quæ 71 4 b
ſcopæ tres quibus conſcientia mundatur 18.1.a
ſcripturæ diuinæ autoritas q̄ta 229.2.b
ſcripturæ ſacræ ſenſus quadruplex per quatuor fluuios paradiſi deſignatus 49.2.b
ſcriptura q̄druplex q̄ 144.4.b
Sede vacante, ſtatum eiuſdem mutari nō debere 311.2.b
ſenari9 nūer9 ꝑfect9 eſt 158.1.a
ſenectus venerabilis q̄ 159.2.a
ſenectutis incōmoda q̄ 210 4.a
ſenſus animæ 5. q ſint 100.3.b
ſenſus ſcripturæ 4. qui 167.3.a
ſententia a qua fuit appellatū quando retractetur 300.4.b
ſententia contra ius litigatoris lata quando valet 299.1.a
ſententia contra priuilegium oſtēſum quādo teneat 300.3 b
ſententiæ cōfirmationi quæ neceſſaria 199.1.a
ſententiæ excōicationis & interdicti poſt appellationem quando non teneant 303.3.b
ſententia per lapſum decem dierum quando tranſeat in rem iudicatam 299 2.b
ſententia quando probetur per teſtes 299.3.b
ſententijs proferendis papa vt ſeruat ordinē iuris 300.2 b
ſeptenarij numeri myſterium 97.2.a
ſeptenarius numerus vt ſit vniuerſitatis 58.1.b
ſepulchra vbi eligenda 317.1.b
ſepultura non careat caſualiter mortuus 317.3.b
ſequeſtrum factum loco miſſionis cur & quomodo ſit reuocandum 286.1.a
Seraphin alæ ſex quid myſtice 148.2.b
ſeraphin duo vt ſignificēt duo teſtamenta 69.3
ſeraphin quid ſonet 179.1.a
ſerui non ordinandi, & de eorū manumiſſione 165.4.a
ſeruitus bona, & ſeruitus mala quæ 150.1.a
ſeruitus quomodo matrimonium impediat 333.1.b
ſeruo fideli 3. neceſſaria 86.2.b
ſilentium ante Chriſti aduētū vt fuerit triplex 2.3.a. 10 4.a
ſilentium poſt offertorium qd inſinuet 176.4.a
ſilentium poſt præfationem qd deſignet 179.4.b
ſilentium quando ſeruare debeant monachi 322.4.b
ſilentiū triplex in triplici lege (143.1.a
ſilētiū triplex videlꝫ naturę, ſcripturę & gratię 2.3.a
ſimonia ambitioſorum 2.7 2.b
ſimoniace aliquem recipiētes quō puniendi 340.3.a.b
ſimonia epiſcoporū q̄ 141.3.b
ſimoniam committi in adeptione adminiſtrationum ſpiritualium 342 2.b
ſimoniā cōmitti in exactione ꝓ cij pro ſpiritualibus 340.2.b
ſimoniam committi in inueſtitura eccleſiarum 342.2.a
ſimonia quō in iudicio ꝓbāda & vetitanda 340.4.a.b
ſimoniacū eſſe aliq̄d exigere ꝓ cōſecratione epōrum, & benedictionibus abbatū, & ordinationib9 clericoꝝ 141.2.b
ſimoniacū non debere conferre ordines 342.1.a (114.2.a
ſimulatio mala, & bona quō ſiō tribus modis accipit 144.2b
Sodomia q̄ꝫ ſit graue crimē, eiuſq; pœna quę 217.1.a
ſolēnitates tres antiquæ legis, quō in noua lege ſpiritualiter celebrentur 14.4.a
ſolicitudo cupidoꝝ ſupflua 215.
ſolis proprietatis duæ vt (2.a fuerint in Maria 67 4.b
ſolis propritates quatuor quæ 17.2 a
ſomnus bonus vt ſit duplex 225.4.a
ſomn9 mortis triplex qs 4.4.a
ſomnus quid ſit 225.4.a
ſomnus vitæ triplex quis 4 3.b
ſophiſtæ fallaces tres, mundus, caro, diabolus 123.4.a
Sperat pœnitens in dei miſericordia, nō ſua iuſtitia 152.1.b
Spes in aduerſis magnum ſolatium oppreſſorum 125.4.b
ſpinæ bonæ & malæ q̄ 114.4.b
ſpiritum ſanctum amittere nolentibus, quid cauendum ſit 234.4.a

ſpiritus

Spiritus multiplex 155.1.b
ſponſalia contrahens ſub conditione honeſta, &c. quomodo iudicandus 332.2.b
ſponſalia de futuro vt diſſoluenda ſint 331.1.a
ſpõſalia de p̃nti quõ ſoluãt p religionis profeſſionem 320.2.b
ſponſalia ſecũda de p̃ſenti quę nam diſſoluant 331.1.b
Status animæ 4. qui ſint 12.1.a
ſtatus clericorum qualis eſſe debeat 233.3.a
ſtatus cõditionis hũanę tria habet conſideranda 9.1.b
ſtatus hominũ 5. qui ſint 132.3.b
Stola iuſtoꝝ triplex quę 79.4.b
ſtola myſt. qd 162.2.a 164.1.b
ſtola ſctõꝝ duplex q̃ ſit 50.3.b
ſtola ſuper vtrunq; humerum ſacerdotis, quid 159.3.
ſtudia hoim diuerſa q̃lia 211.1.b
Subdiaconoꝝ officium in Chriſto 158.2.b
ſubdiaconus in epiſcopum eligi poteſt 263.2.b
ſubdiaconus præcedens pontificem, quid ſignet 267.1.a
ſubditus non præſcribit obedientiam cõtra prælatũ 297.1.b
ſubiectionis gradus 3. q 32.2.a
ſubſtantia vna patris & filij & ſpiritus ſancti 219.4.b
ſupellectilia in eccleſijs nõ debere reponi 234.1.b
ſuperbiæ funiculus q̃modo deſineat clericos alligatos 133.b
ſupbia initiũ omnis pcti 37.1.a
ſuperbia inter vitia ſemp prima & vltima 217.4.a
ſupbiã multos pſtrauiſſe 63.1.b
ſupbia q̃ ſit deteſtabilis 219.2.a
ſupbi nõ regnãt ex deo 218.3.a
ſuperborum ꝓprietates diuerſæ 217.3.b
ſuphumerale qd myſt. 161.1.a
ſupplicia inferorum vt ſint æterna 221.4.b
ſurdi ſpũaliter qui ſint 19.3.b
ſurditas mala & bona q̃ 125.2.b
ſurgendũ eſſe a triplici ſomno 4.4.b
Symbolum cur poſt Euangelium decantetur 175.2.a
Symbolum quibus diebus dicendum ſit 176.1.b
TAbellionatus officiũ interdictum vt ſit clericis omnibus 330.3.b
Tacendũ a q̃bus nõ ſit 114.2.a
Talenta duo homini neceſſaria 118.2.a
Tempeſtas duplex quæ olim fuerit 3.1.a
templum corporis noſtri quomodo conſecrandum 32.2.b
tenebræ damnatorum vt ſint duplices 221.2.a
tentari hominem a tribus, ſed diuerſo modo 14.2.a
tentatio Chriſti ſeptẽ habet notanda 14.3.b
tẽtatio dæmonis circa quæ verſetur 14.2.b
tentatio grauior peccatori cõuerſo incumbit 125.1.b
tentatio vt ſit duplex 202.1.b
tentatis ad Mariam cõfugiendum eſſe 66.2.a
tentator vt ſit triplex 202.1.a
tentatur homo tripliciter a dæmone 59.4.b
terræ ſanctæ deſolatio deplangitur 73.4.b
terra multis modis accipitur 147.3.a
terrã ꝓ ſepulchro fodiendo vẽdi non debere 317.4.a
terror quantus incumbit in die iudicij 222.3.a
terror verus ex falſis ſomnijs 213.1.b
teſtamentorum duorum concordia quanta 75.2.a
teſtamẽtũ Chriſti q̃d ſit 48.4.a
teſtamentum quid ſit, & quæ requirat 48.3.b
teſtes alios quando producere liceat 289.2.b
teſtes antiqui vt admittendi 290.1.a
teſtes criminoſi q̃n admittãtur in crimine ſimoniæ 341.2.a.b
teſtes de conſanguinitate deponentes a quo incipiant ſtipite computare 334.1.b
teſtes diligenter eſſe examinandos 289.1.b
teſtes ex auditu non ſufficienter probant 288.2.b
teſtes q̃n ſint cogendi 290.4.a
teſtes quonam modo ſint producendi 287.4.b
teſtes vt publicãdi ſint 289.4.b
teſtibus quibuſnam credendũ ſit 287.4.a
teſtimoniũ de auditu q̃n valeat ad ꝓbãdã cõſanguinitatẽ in cauſa matrimoniali 337.3.a
teſti ſuper delatoria quãdo credendum ſit 287.4.a
teſtium depoſitionibus quando credendum ſit 288.1.b
teſtium depoſitionibus quando obijciendum 288.1.a
teſtium dicta nõ eſſe ad petitionem terij publicãda 287.4.b
teſtium multitudo a iudice repellenda 289.1.b
teſtium multitudo vt reprimẽda ſit 289.1.b
teſtium productio quarta quãdo admittenda 289.1.a
Thau litera cur in principio canonis ponatur 180.1.b
thau q̃ſnã gerat in frõte 224.3.b
thuribuli cathenulæ tres. quid notent 168.4.b
Timor domini qualiter præparet viam domino 48.1.a
timor vt ſit triplex 201.4.b
Tractus in miſſa quid notet 272.3.b
traditio Chr̃i triplex q̃ 180.2.b
trãsfiguratio domini quid myſtice deſignet 16.1.a
trãſitus æternalis q̃s ſit 225.2.b
trãſitus corporalis quis 224.1.b
tranſitus ſpũalis quis 224.2.b
tranſlationes epiſcoporum vt pertineant ad papam 258.3.b
trãſſubſtãtiatio q̃n fiat 190.2.a
tria ſimul creata quæ 147.2.a
tribulatio iuſtorum multiplex quæ 79.2.a
tribulationes quantæ præcedent iudicium 222.2.a
tribulatio peccatorum quam ſit grauis 79.1.a
trinitas beatiſſima quomodo contemplanda 71.2.b
trinitas quomodo incommutabilis 229.2.a
trinitas ſubſtantiarum in vna pſona Chriſti 288.3.a 19.2.b
trinitas triplex quæ 181.3.a
trinitatẽ per ter iteratum ipm̃ quidam intelligunt 131.1.b
trinitatem quandam creatam parit charitas 156.4.a
trinitatis opa indiuiſa 180.3.b
trinitatis ueſtigium in creaturis 179.1.b
trinitati toti ſacrificium æqualiter offerri 182.3.b
triticum myſtice quid 29.3.a
Tunica dñi deſup cõtexta p totum, quid deſignet 162.2.b
tunica talaris myſtice quid 160.4.b. 164.2.a
turba relinquenda q̃ 34.1.a
turbatio multiplex q̃ 107.4.b
VAnitas duplex q̃ 90.3.b
vaſa & ueſtimenta ſacra, vt ſint munda 234.2.a
vaſa interitus quinam myſtice gerant 224.4.b
Vbera conſolationis duo quæ ſint 22.2.b
Venditor deceptus vltra dimidiam iuſti precij, quõ dãnũ recuperet 313.2.b
veniam petenti q̃tenus dimittendum peccatum 202.3.a
venturi quinam ſint cũ Chriſto iudicaturo 222.3.b
verba canonis miſſæ quæ in euangeliſtis non inueniuntur quõ intelligẽda ſint 326.3.a.b

ver-

verbis dubijs vtens ad decipiendum an contrahat matrimonium 331.3.b
verborum Chriſti virtus quãta 187.1.b
verbum dei dupliciter acceptũ 64 2.b
verbũ dei triplex quod 36.3.a
verbum factũ eſt caro propter quatuor cauſas 36.4.b
verbum patris æternum quomodo ſit conceptum, prolatũ & ſcriptum 36.2.b
veritas vt ſit multiplex 152.2.a
veritatẽ ſeruat deus in miſericordia, & econtra 132.1.a
vermis iſternalis duplex 220 2 b
vermis quare dicatur Chriſtus 69.1.a
veſtibus plus deferri quam virtutibus 219.1.b
veſtimenta legalia ſecundum allegoriam quid 160.3.a
veſtimenta legalia ſecundum tropologiam 160.4 a
veſtium cultus ſuperborum ſuperfluus 218 4.a
vetuſtas multiplex q̃ 111.1.b
Viam trium dierum cuiuſmodi ambulauerunt ſancti martyres 79 2.a
via trium dierum q̃ ad animæ reſurrectionem peruenitur quæ 25.2.a
via veritatis & vitæ q̃ 154.3.b
vicarij papę officiũ q̃d 269.3 a
videre Ieſum volenti quid faciendum 34.1.a
videre a Ieſu q̃d ſit 34.2.b
vidua quãdo poſſit laicum coram eccleſiaſtico iudice conuenire 278 4.b
vigilãdũ cuilibet ubiq; 141.1.a
vigilandum eſſe duobus modis 82.3.a
vigilat Deus, angelus, homo, zabulus 141.1.b
vigiliæ noctis q̃tuor contra hoſtes quatuor cuſtodiendæ q̃ ſint 74 3 b
vigilia Matthię apoſtoli vt ſit ieiunanda 330.2.b
vigilia occurrens in dominica ieiunãda eſt in ſabbato ibid.
villicus bonus, & villicus malus quis 28.3.b
vincula multiplicia q̃ 141.2.b
vinum ablutionis quando in miſſa ſumendum 316.3.a
~~vinum ſine aqua verum conſecretur in ſanguinem 193 3.b~~
vires animæ tres inferiores, q̃ 107.4.b
vires animæ tres q̃ ſint 225.4.a
virgæ proprietates tres in Maria quę 68.3.b
virga & manna cur ſimul fuerint in arca 165.2.
virginitas Ioannis euangeliſtę & Stephani probatur 199 3.a
virtutes quatuor principales mentem viri ſancti circũdantes q̃ ſint 117.4.a
virtutes ſeptem quæ principales 201.2.b
viſio comprehenſiua beatorũ qualis 71.3.b
viſio triplex q̃ 70 4.b
viſitat Deus hominem dupliciter 62.4.b
viſitatorum officiũ q̃d 236.3.a
viſitatorum prouincialium officium 233.1.b
vita actiua & contemplatiua prælato exercenda cur ſit 165.2.b
vitæ actiuæ & contemplatiuæ officium q̃d 66.2.b
vitæ æternæ gaudia q̃ta 22.3.b
vitæ duæ, & poteſtates duæ, q̃ 181.3.a
vita mortalis eſt mors viuens 713.1.a
vita multiplex quæ 153.4.a
vita triplex quæ 4.3.b.45.2.b
vitia principalia ſeptem quæ 201.3.a
vitia ſeptem capitalia ſignificari per ſeptem dæmonia, & per ſeptem gentes 18.2.a
vitiati corpore ordinandi uel non ordinandi 266.1.a
uitulus immaculatus quomodo myſtice pro peccato offerendus 84.4.a
Vmbra multiplex 142.1.b
Vnctiõis ſpecies duæ quæ ſint 264.2.b
unctionum Chriſtianorum ratio 265.1.a
unctionum pontificum regũq; differẽtiæ quæ 264 4 b
unguentum orationis ex q̃bus conficiatur ſpeciebus 12.1.a
unio Chriſti cum eccleſia q̃lis & quanta 196.3.a
unitas eccleſiæ aſſeueratur 129.2.b
unitatis Chriſtifidelium in gratia & triũ perſonarum diuinarũ in eſſentia differẽtia 230.a
uniuerſitas ciuiũ ſcholariũ põt ad agendũ & defendendũ procuratorẽ conſtituere 278.3 b
Voluntas Dei multipliciter accipitur 45.3 b
uoluntas humana quomodo p̄ueniatur & adiuuetur a Dei miſericordia 76.3.a
vluntas in Deo ut ſit duplex 203.2.a.b
voluntas obſtinata in peccatis quæ 181.4.b
uoluntatem Dei eſſe unam, ſed eius multa eſſe ſigna 155.1.a
uoti ultramarini executio autoritate papæ ex cauſa poteſt differri 321.2.b
uoto obligatus quam menſurã ſoluere teneatur 325.2.b
uotum ſolẽne ut impediat matrimonium 332.3.b
votum ultramarinũ certis de cauſis cõmutari poteſt per ſolum papam uel de eius mandato 322 1 b
votum ultramarinum commutari poſſe per papam 321 2 b
voti ultramarini impedito ad executiõem quando indicitur redemptio 321 4 b
votum ultra marinum quãdo clerici redimere poſsit 322 2 b
votum ultramarinũ quam redimere poſſint ibidem
uotum ultramarinũ uir uouere poteſt ſine conſenſu uxoris 322 2 b
Vſura q̃modo ſub emptiõis ſpecie fiat 313 2 a
vſurarij manifeſti q̃rentes puniendi 346 1 a
vſurarius ut ſit ad reſtitutiõem cogendus 345 4 a
vſurario q̃modo appellatio nõ proſit 345 3 b
vſuras ab liceat repetere 294 1 a
vſuras p̃ Iudæos a Chriſtianis extortas reſtituẽdas 241 4 b
vſuras repetens quando ſit audiendus 346 1 b
vult9 dei 6. modis accipitur 113 a
Vxorati nõ admittuntur ad eccleſiaſticas dignitates 306 3 b
vxoratus quando poſſit intrare religionem 320 2 a
vxorem dimitti non poſſe niſi propter adulterium 212 1 b
vxorem nõ poſſe reuocare maritum q ex eius licentia religionem intrauit 320 3 b
vxor quando maritum ex religione reuocare poteſt 320 4 b
ZAchæus q̃d interpretetur 344 b
Zachæus q̃modo Abrahæ filius fuerit, & quõ virtutũ plenitudinem habuerit 35 2 a
Zachæus q̃modo recte obtulerit & diuiſerit 35 2 a
Zacharias & Eliſabet moraliter q̃d 56 1 a
Zelotypia uiri afflictio q̃ 212 1 b
zona ſiue cingulum, quid notet 162 1 b 163 4 b
zona uel balteum vti deſignet caſtitatem 160 4

FINIS.

INNOCENTIVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI, DILECTO FILIO ARNVLPHO ABBATI ORDINIS CISTERTIENSIS SALVTEM ET APOſtolicam benedictionem.

PROPHETICA docet autoritas, Eſaiæ 32
quod beati ſunt illi, qui ſeminant ſup
aquas. Semen enim eſt verbũ Dei, & Lucæ 8
aq̃ multę ſunt populi multi. Econtra, Apoca. 19
Maledictus eſt ille q frumentum ab- Prouer. 11
ſcõdit in populo & ſuffodit in terra ta
lentũ: quia ſuperogare debet aliquid
ſtabularius, q duos accepit a Samarita
no denarios: & ſuplucrari debet aliq̃d Lucæ 10 Matt. 25
ſeruus, cui dominus duo talẽta cõmi-
ſit. Nã a tunica hyacintina dependebant aurea tintinnabula ne ponti
fex ingrediens abſq; ſonitu ſanctuariũ moreretur. Inter cætera ſiqui-
dem, quæ ad paſtorale ſpectãt officiũ, ſanctæ prædicationis virtus ex Exodi 28 Officium paſtoris quod.
cellit, iuxta q̊d docet egregius prædicator. Nõ miſit me dominus, in
quit, baptizare, ſed prædicare. Secundum illud: Prędica verbũ, inſta 1. Corin. 1 2. Cori. 4
opportune, importune, opus fac Euãgeliſtę. Itemq́: Quã ſpecioſi pe Roma. 10 Eſaiæ. 58
des ſuper montes euangelizantiũ bona. Clama, ne ceſſes, exalta quaſi
tuba vocem tuã. Hoc enim officium iniunxit dominus principaliter
apoſtolis, dicens: Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, & q̊d Matth. 10
auditis in aure, prædicate ſup tecta. Euntes in mundum vniuerſum, Marci 16
prædicate Euãgeliũ omni creaturæ. Tantę nanq́ virtutis eſt prædi- Prędicationis virtus.
catio, quod animam reuocet ab errore ad veritatẽ, & a vitijs ad virtu-
tes: praua mutat in recta, aſpera cõuertit in plana: inſtruit fidẽ, erigit
ſpẽ, & roborat charitatẽ: euellit nociua, plãtat vtilia, & fouet honeſta:
via vitæ, ſcala ſalutis, & ianua paradiſi. Prædicator itaq́ debet habe- Prędicatori neceſſaria quæ.
re aurũ, argentũ & balſamũ, videlicet, ſapientiã & eloquentiam & ho
neſtatem, vt quod dicat intelligat, & q̊d dixerit & intellexerit agat.
Nam qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Matth. 5
Alioqn dicetur illi, Medice, cura teipſum: ſimilis ficulneæ, quæ folia ſi Lucæ 4
ne fructu ꝑducit. Omnis vero ſcriba doctus in regno cœlorũ, de the
ſauro ſuo noua ꝓfert & vetera, ſiue quod teſtimonia ꝑducit tam de Matth. 13
nouo q̃ de veteri teſtamento, ſiue q̊d educit, tã de gratiæ nouitate quã
de vetuſtate culpæ ſermonem, ſiue quod agit tã de præmijs, quam de
ſupplicijs, quæ innouatis in bono vel inueteratis in malo debent. De

A his au-

his aũt pro diuerſitate perſonarũ & rerum debet aliter atq; aliter lo-
Can. 1 qui. Vnde ad ſponſam dicit̃ in Cãticis canticorũ: Murenulas aureas
Aurũ qd myſtice. faciemus tibi, vermiculatas argento. Per aurũ enim ſapientia deſigna
Pro. 21 tur, Salomone etiã teſtãte, qui ait: Theſaurus deſiderabilis requeſcit in
Per argentum quid myſtice. ore ſapiẽtis. Per argentũ aũt intelligitur eloquẽtia dicente Pſalmiſta:
Pſal. 118 Eloquia domini, eloquia caſta, argentũ igne examinatum. Decenter
ergo per murenulas aureas flores ſapientiæ deſignãtur, quibus collũ
& pectus eccleſiæ. i. prędicatores & doctores ornãtur. Vermiculatas
aũt, id eſt, diſtinctas & variatas argento, ſcilicet, eloquentia, vt iuxta
varietatem materiæ, vel pſonæ ſtilus ſermonis & varietur. Ait enim
1. Cor. 2 Apoſtolus: Sapientiam loquimur inter pfectos: inter vos aũt nihil
iudicaui me ſcire, niſi Chriſtum Ieſum & hunc crucifixũ. Et iterum:
1. Cor. 3 Nõ potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanq̃
Lucæ 8 paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, nõ eſcã. Sapientibus quo
que & pfectis ait veritas increata: Vobis datum eſt noſſe myſteria re
gni Dei. E contra, rudibus & infirmis ait: Multa habeo vobis dicere,
Ioan. 16 ſed nõ poteſtis portare modo. Hinc ipſa prudẽter iniũgit: Nolite ſan
ctũ dare canibus, nec margaritas mittatis ante porcos. Sed mũdis a-
Matt. 7 nimalibus eſtote ſimiles, q̃ ruminant pariter & vngulã findunt. De-
bet eñ prædicator habere vinum & oleum, virgam & mãna, ignem
Prædicatori quæ neceſſaria. & aquã, ſingula ſuo loco cõgrue proferenda. Principaliter autem ad
eruditionem fidei, & ad informationẽ vitæ, tanq̃ ad fundamẽtum &
ædificium, debet intẽdere prędicator, cõfirmando quod dicit autori
tatibus, rationibus, & exẽplis, vt funiculus triplex difficile diſſoluat̃.
Quia vero puluis inanis gloriæ pedibus prędicatorꝝ frequẽter adhę
Matt. 10 ret, debet vtiq; prędicator excutere puluerẽ de pedibus ſuis, ipſosq;
cõpunctionis aqua lauare, vt mundus ſit totus, ne forte cum alijs prę
1. Cor. 9 dicauerit, ipſe reprobus fiat. Vtinã autem in prędicatiõis officio fece-
rim ipſe q̃d dico, ſed tot ſum cauſarum impeditus incurſibus, tot ne-
gociorꝝ nexibus irretitus, vt neceſſe ſit diuiſum ad ſingula, minorem
in ſingulis inueniri. Contẽplari quidem non ſinor, ſed nec reſpirare
pmittor: ſic traditus alijs, vt pœnæ penitus mihi videar eſſe ſubtra-
ctus. Ne vero p ſolicitudine tẽporalium, quæ tẽporis exigente mali-
tia valde me grauãt, curam ſpiritualium omnino negligerẽ, quæ mi-
hi propter apoſtolicę ſeruitutis officium magis incumbit, q̃ſdam ſer
mones ad clerꝝ & popolum, nunc literali, nunc vulgari lingua pro-
poſui & dictaui, quos ad tuę petitionis inſtãtiam, quam per commu
Nicolaus Monachus Cisterciensis Cappellanus Papæ. nẽ filium, fratrẽ Nicolaum, capellanum meum & monachum tuum,
mihi feciſti, deuotioni tuæ ſtudui deſtinare, rogans & obſecrans in
Chriſto Ieſu, quatenus in oratiõibus tuis apud iuſtiſſimum Iudicẽ &
pijſſimum patrem me reddas ſpiritualiter commendatum.

INNO-

INNOCENTII PAPÆ, HVIVS NOMINIS TERTII, SERMONES DE TEMPORE, QVOS AEDIDIT, omnes, nunc primum, idq; quam fieri potuit emendatiſſime, typis excuſi.

Dominica I. Aduentus domini.

Chriſti aduentus cur tam diu dilatus ſit, de triplici ſilentio, cur filius & non pater aut ſpiritus ſanctus uenerit, cur de muliere tantum corpus aſſumpſerit humanum, cur tot opprobria & ſupplicia uoluerit ſuſtinere, & de quadruplici lege.

SERMO I.

Galat. 4 CVM venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, natum de muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret.

IN ꝑpoſitis ỽbis Apoſtoli q̃tuor pręcipue conſiderare debemus ɛ aduenientis tempus, & perſonã, modum, & cauſam. De tempore nanque præmittitur: Cum venit plenitudo temporis. De perſona ſubiungitur: Miſit Deus filium ſuum. De modo dicitur: Natum de muliere, factum ſub lege. De cauſa ſupponitur: Vt eos qui ſub lege erant redimeret. Tempus autem plenitudinis intelligitur gratiæ, quod ab aduentu Saluatoris incepit. Tempus vtique miſerendi & annus benignitatis. Nam lex per Moyſen data
Ioan. 1 eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Gratia, id eſt, remiſſio peccatorum, veritas, id eſt, exhibitio promiſſorum. Per Chriſtum enim peccata deleta ſunt, per ipſum promiſſa completa. Sed cur tam diu diſtulit venire medicus ad ſanandum ægrotum? Vt quid non antea mortuus eſt vnus pro populo, ne tota gens periret? O altitudo diui- Ioan. 11
tiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm Rom. 11
incomprehenſibilia ſunt indicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Diſpoſuit tamen cœleſtis altitudo cõſilij, vt ideo differret medicus venire ad ſanandum ægrotum, ne ſi feſtinus veniſſet, putaret ægrotus ſe non medici virtute, ſed naturæ vigore, vel infirmitatis lenitate ſanatum, & ſic vilipenderet medicum, vel paruipenderet ægritudiuem. Præſumebat enim peccator de ſuis viribus, dicens: Non deeſt qui faciat, ſed deeſt qui præcipiat. Et iterum: Quęcunq; dixerit nobis dominus
faciemus & audiemus. Vt ergo de ſua Exod. 24
virtute diffideret, & magnitudinem infirmitatis agnoſceret, & medici gratiam poſtularet, diſtulit ſaluator accedere, donec peccator clamaret frequenter, & diceret: Veni domine & noli tardare, rela-
xa facinora plebis tuæ Iſrael. Porro ſub Abac. 2
tilior, etſi ſecretior huius dilationis eſt
ratio, quã Sapiens nobis inſinuat: Dum Sapien. 18
medium, inquit, ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu mediũ iter perageret, omnipotens ſermo tuus domine à regalibus ſedibus venit. Licet enim

hoc aliter & aliter ab alijs & alijs expo-
natur, congrue tamen poteſt intelligi
Silentium triplex. primum ſilentium in lege naturæ, ſecun
dum in lege ſcripturæ, tertium in lege
gratiæ. Indidit enim conditor Deus le-
gem naturalem mentibus hominum,
ab ipſo creationis exordio, geminum
continentem mandatum. Vnum affir-
matiuum, quod ad præſtandum bene-
ficia docetur in Euangelio: Quæcunque
Mat. 7 vultis vt faciant vobis homines, & vos
facite illis. Alterum negatiuum, quod
ad vitandum iniurias legitur in Tobia:
Tob. 4 Quæ tibi odis fieri, alij ne feceris. Sed
lex iſta ſiluit ab initio, cum Cain inter-
Gen. 4 fecit fratrem ſuum Abel, faciens alij,
quod ſibi nollet fieri. Et ſic factum eſt
primum ſilentium vſque ad Moyſen,
Pſal. 77 per quem Deus ſuſcitauit teſtimonium
in Iacob, & præceptum poſuit in Iſra-
Exo. 20 el, dans per eum decalogum legis in
duabus tabulis ſcriptum, altera conti-
nente dilectionem Dei, reliqua proxi-
mi. In quibus duobus mādatis tota lex
Mat. 22 pendet & prophetę. Sed lex iſta ſiluit ab
Exo. 32 initio, cum populus vitulum cōflatilem
adorauit, contra primum legis manda-
tum, adorās deos alienos. Et ſic factum
eſt ſecundum ſilentium legis, vſque ad
Chriſtum, qui miſertus adueniens con
tulit legem gratiæ, ſcribens eam in cor-
dibus hominum digito Dei. Sed lex iſta
ſilebit vltimo, cum reuelabitur filius ini
2. Theſſ. 2 quitatis, qui extollitur ſuper omne quod
dicitur Deus, aut quod colitur. Et forte
Mat. 24 iam ſilet, quia ſuperabūdauit iniquitas,
refrixit charitas multorum. Vix eſt qui
Pſal. 13 faciat bonum, vix eſt vſque ad vnum. In
prima vero lege contulit Deus homini
poſſe, in ſecunda noſſe, in tertia velle. In
prima contulit potentiam per naturam,
in ſecunda ſcientiam per ſcripturam, in
tertia voluntatē per gratiā. Præmiſit itaque
Deus legem naturalē per quam conuin
ceret tranſgreſſorem, ne fortaſſis excuſa
tionem prætenderet dicens: Cecidi qui
dem, qui neſciui ſtare. Sed tollitur excu
ſatio, quia per documentum ſcripturæ,
nouit à malo declinare, ſed noluit. Vlti-
mo, poſt vtranque legem, ſcilicet tempo-
re congruo, cum videlicet nox culpæ me
dium iter arriperet, vel perageret, omni-
potens ſermo tuus venit, id eſt, verbum Sap. 18
caro factum eſt, & contulit legem gra- Ioan. 1
tiæ, vt quod homo poterat per naturam,
& nouerat per ſcripturam, impleret per
gratiam. Non quia & ante quidam gra-
tiam non habuiſſent, ſed pauci, quia plu
res timore quam amore, plures vt ſerui
quam vt liberi ſeruiebant. Vnde in deſcenſu Ioan. 5
angeli aqua mouebatur, ſed vnus ſana-
batur. Verum Samaritanus appropians Luc. 10
vulnerato, eius vulnera, infundens vi-
nū & oleū, alligauit, quē ſacerdos & le-
uita vidētes immiſericorditer pterierāt.
Helizæus quoque præmiſit baculū ad ſu-
ſcitandū filium Sunamitidis, per quem
cum ille non ſurgeret, & ipſemet venit, 4. Reg. 4
cōtrahens ſe puero coaptauit, & ſic mor
tuus exurrexit. Cum ergo venit plenitu Gal. 4
do temporis, miſit Deus filium ſuum.
Miſit illuc vbi erat, ſed miſit ſecundum
humanitatem, vbi erat ſecundum diui-
nitatem. Nam in mundo erat, & mun- Ioan. 1
dus per ipſum factus eſt, & mūdus eum
non cognouit. In propria venit, & ſui
eum non receperunt. Quotquot autem
receperunt eum, dedit eis poteſtatem fi-
lios Dei fieri.

Sed cum tres ſint qui teſtimoniū dant Ioan. 5
in cœlo, pater & verbum & ſpiritus ſan
ctus, cur pater ipſe non venit aut ſpiritū Filius cur potius incarnatus.
ſanctum non miſit? Cur potius filiū de Rom. 11
ſtinauit? O altitudo diuitiarum ſapien-
tiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehen
ſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabi-
les viæ eius. Quis cognouit ſenſum do-
mini, aut quis conſiliarius eius fuit? Di
ſpoſuit tamē altitudo cœleſtis conſilij,
vt Deus qui in ſapientia ſua mundū cre
auerat, ſecundum illud, Omnia in ſapi-
entia feciſti domine, ipſe mūdum in ea Pſal. 103
dem ſapientia recrearet. Hæc eſt mulier
Euangelica, quæ accendit lucernam vt
dragmam, quæ perdita fuerat, primum Luc. 15
inueniret, proprium ſibi filiationis no
men reſeruans, vt qui erat in deitate fili
us Dei, fieret in humanitate filius homi
nis. Porro ſubtilior etſi ſecretior huius
miſſionis eſt ratio, quam Propheta no-
bis inſinuat: Si propter me inquit, orta Ion. 1
eſt tempeſtas, mittite me in mare. Licet
enim hoc aliter & aliter ab alijs & alijs
exponatur, congrue tamen poteſt intel
ligi-

ligi. Prima tēpeſtas orta eſt in empyreo cœlo, ſecunda in paradiſo. Prima inter angelos, ſecunda inter homines. Prima namq; tēpeſtas fuit tumor ſuperbiæ, per quem Lucifer voluit ad æqualitatē Dei aſcendere, iuxta quod ait: Aſcendam in cœlum & ponam ſedem meam ad aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo. Sed volēs aſcendere, cecidit, ſecundum illud: Quo modo cęcidiſti Lucifer qui mane oriebaris? Secunda tempeſtas fuit ardor cupiditatis, per quem homo Dei ſciētiam concupiuit, iuxta quod ſerpens illis promiſerat: Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Sed concupiſcens alienum, amiſit proprium, ſecundum illud: Homo quidam deſcēdebat ab Hieruſalem in Hierico, & incidit in latrones, &c. Hæc duo vitia ſunt radix omnium malorum, & origo omnium vitiorum. Nam de ſuperbia legitur: Initium peccati eſt ſuperbia. De cupiditate dicit Apoſtolus: Radix omnium malorum eſt cupiditas. Verum in ſancta & indiuidua Trinitate, patri attribuitur vnitas, propter principium: filio attribuitur æqualitas, propter medium: ſpiritui ſancto attribuitur connexio, propter conſortium. Prima ergo tempeſtas, quæ orta eſt propter Dei æqualitatem, ipſa eſt orta propter filium, qui ſecundum Apoſtolum, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualē Deo. Sed in trinitate patri attribuitur potentia, filio ſapientia, ſpiritui ſancto dilectio. Secūda ergo tempeſtas, quę orta eſt inter homines propter Dei ſcientiam, ipſa quoque orta eſt propter filium: qui ſecundum Apoſtolum eſt Dei virtus & ſapientia. Porro qui occaſionem damni dat, & damnum dediſſe videtur. Ideoque verus Ionas, id eſt, Chriſtus ſpiritualiter miſſus eſt in hoc mare magnum & ſpatioſum, id eſt, in mundum, in quo fuit abſorptus à cęto, id eſt, ſepultus in monumento, iuxta quod ait: Sicut fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre cæti, ita filius hominis tribus diebus & tribus noctibus erit in corde terræ. Hinc alibi dicit: Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Vt ſic repararet quæ in cœlis & quæ in terris ſunt, id eſt, ruinam angelicam & caſum humanum.

Eſaiæ 14 — Ibidem — Gen. 3 — Lucæ 10 — Eccle. 10 — 1. Tim. 6 — Phil. 2 — 1. Cor. 1 — Mat. 12 — Pſal. 68

Miſit ergo Deus filium ſuum natum de muliere, factum ſub lege. De muliere natus eſt, id eſt, de virgine, quia mulier propter ſexum cenſetur, virgo propter integritatem. Vnde propheta: Nouum, inquit, faciet dominus ſuper terram, mulier circundabit virum gremio vteri ſui. Et alius: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.

Sed cur in ſimilitudine carnis peccati, de muliere corpus aſſumpſit, & non potius ex alia ſibi materia nouum corpus formauit: vt ſicut factus eſt primus à deo, ita fieret & ſecūdus? O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Diſpoſuit enim altitudo cœleſtis conſilij, vt ſicut per mulierem mors intrauerat in orbem, ita per mulierem vita rediret ad orbem: vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret.

Porro ſubtilior etſi ſecretior huius aſſumptionis eſt ratio, quam Apoſtolus nobis inſinuat, dicens: Nuſquam angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Licet enim aliter & aliter ab alijs & ab alijs aſſignetur, cur dominus non angelicam, ſed humanam naturam aſſumpſit, ſiue quod angelus per ſe corruit, quia ſine ſuggeſtione peccauit: homo vero per alium, quia diaboli perſuaſione deliquit: ſiue quod humana natura cecidit tota, quoniam in radice peccauit: angelica vero nō tota, quia pars in ſua permanſit felicitate.

Poteſt tamen ſubtilis indagator conuenienter etiam intelligere, quod Adam peccauit in patrem, Eua peccauit in filium, Lucifer autem peccauit in ſpiritum ſanctum. Sed qui peccat in patrem, remittetur ei, qui peccat in filium remittetur ei, qui vero peccat in ſpiritum ſanctum non remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Ideoque deus nō naturam angelicam, ſed humanam aſſumpſit. Quod autem in aſſumptione non fuit, incurabile manſit. Nam inde curatum eſt, vnde ſuſceptum & propte-

Gal. 4 — Hiere. 31 — Eſa. 7 — Rom. 11 — Hebræ. 2 — Mat. 12 — Mar. 3 — Lucæ 12

rea corpus ſimul ſumpſit & animam, vt
animam ſimul curaret & corpus: Opor-
tuit ergo vt de illo genere carnē aſſume-
Gen.22 ret, quod voluit per aſſumptam carnem
curare: de illius quoque ſemine, cui fa-
cta fuerat promiſſio. In ſemine tuo be-
Gen.26 nedicentur omnes gentes.

Quam vtique carnem ideo aſſumpſit
de virgine, ne per carnis concupiſcenti-
am peccatum traheret, quod per carnis
Matt.1 mundiciam debebat auferre. Vnde,
cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria
Ioſeph, antequam conuenirent, inuen-
ta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto.
Cæteræ ſiquidem mulieres concipiunt,
non deſponſatæ, ſed traductæ: non in
pudore virginitatis, ſed in feruore libi-
dinis: non in gratiam ſed in culpam:
Sed iſta concepit, non traducta, ſed de-
ſponſata. Vnde, cum eſſet deſponſata
mater Ieſu Maria Ioſeph, non in feruo-
re libidinis, ſed in pudore virginitatis.
Vnde, antequam conuenirent inuenta
eſt in vtero habens, non in culpam, ſed
in gratiam, quia de ſpiritu ſancto con-
Auguſtinus. cepit.

Voluitque dominus in ſua conce-
ptione totum humanæ conditionis
modum implere. Primus enim modus
humanæ conditionis fuit, vt homo fie-
ret nec de maſculo, nec de fœmina, ſicut
Adam. Secundus, vt homo fieret non
de fœmina, ſed de maſculo, ſicut Eua.
Tertius fuit, vt homo fieret de maſculo
& fœmina, ſicut Abel. Quartus reſtabat,
quod homo fieret de fœmina, non de
maſculo, ſicut Chriſtus: quem dece-
bat vt ſecundum humanitatem naſcere
tur de matre ſine patre, ſicut ſecundum
diuinitatem natus fuit de patre ſine ma
tre.

Miſit ergo Deus filium ſuum natum
Gal.4 de muliere, factum ſub lege: non ſimpli-
citer factum, ſed factum ſub lege, id eſt,
legi ſubiectum. Legi namque ſe ſubdi-
dit, qui legem condidit: non tamen
ex debito, ſed tantum ex beneplacito:
Luc.2 quia octaua die ſecundum legem cir-
Ibidem cunciſus fuit, & quadrageſimo in tem-
plo præſentatus fuit.

Vt eos qui ſub lege erant redimeret.

Eſt autem, vt probem, lex naturæ, Lex quadruplex.
lex ſcripturæ, lex gratiæ, lex culpæ, quas
ipſe nos docet Apoſtolus. Primã, Cum Rom.2
gentes ea quæ legis ſunt naturaliter
faciunt, ipſi ſibi ſunt lex. Secundam,
Lex ſubintrauit, vt abũdaret delictum. Rom.5
Tertiam, Excluſa eſt gloriatio tua. Per
quam legem? Factorum? Non ſed per le- Rom.3
gem fidei. Quartam, Video aliam legem Rom.7
in membris meis, repugnantem legi mẽ
tis meę, & captiuantẽ me in lege peccati.
Factus eſt ergo ſub lege ſcripturæ Chri
ſtus, vt redimeret eos, qui erant ſub lege
culpæ, reparans eos, qui erant ſub lege
ſcripturæ, per legem gratiæ.

Sed cur Deus non dixit & refecit, ſicut Pſal.148
mandauit & creata ſunt? Cur pro redem
ptione noſtra dignatus eſt tot ſupplicia Rom.11
& obpropria ſuſtinere? O altitudo diui-
tiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm
incomprehenſibila ſunt iudicia eius,
& inueſtigabiles viæ eius. Quis cogno-
uit ſenſum domini, aut quis conſiliari-
us eius fuit? Diſpoſuit tamen cœleſtis al
titudo conſilij, vt per mortem ſuam ge-
nus humanum redimeret, quatenus ini
micos ad charitatem accenderet, ſuper-
bos ad humilitatem reduceret. Quid e- Rom.8
nim nos magis accenderet, quam quod
proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed
pro nobis omnibus tradidit illum? Ma Ioan.15
iorem enim charitatem nemo habet,
quã vt animam ſuam ponat quis pro a-
micis ſuis. Quid magis nos ad humilita
tem inuitat, quam quod ille, qui cum in Phil.2
forma dei eſſet, non rapinam arbitratus
eſt eſſe ſe ęqualem Deo, ſed exinaniuit ſe
formam ſerui accipiens, factus obedi-
ens vſque ad mortem, mortem autem Ibidem
crucis? Porro ſubtilior etſi ſecretior hu-
ius redemptionis eſt ratio, quam pſal-
miſta nobis inſinuat dicens: Miſericor-
dia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & Pſal.84
pax complexæ ſunt ſe. Licet enim ali-
ter & aliter, ab alijs & alijs hoc expo-
natur: congrue tamen poteſt intelli-
gi, quod inter miſericordiam & verita-
tem difficilis quõdam altercatio verte-
batur. Veritas autem in adiutorium &
conſilium ſibi iuſtitiam aduocauit. Mi-
ſericordia vero conſiliatricem & adiutri

cem

cem ſibi pacem aſciuit. Ambæ commu-
niter diuinæ ſapientiæ arbitrium elege-
runt, qua mediante litigium ſopiatur.
Partibus igitur in præſentia conſtitu-
tis, miſericordia pacis inſtructa conſi-
lio taliter allegauit: Quum Deus ſum-
mæ bonitatis arbitrio fecerit hominem
Gen. 1 ad imaginem & ſimilitudinem ſuam,
indignum eſſet, vt tam digna creatu-
ra tota periret, ne Deus ſuo frauda-
retur propoſito: qui propterea fecit
hominem, vt illum cognoſceret, co-
gnitum diligeret, dilectum haberet:
ſicque fieret inæſtimabili felicitate bea-
tus. Vt quid enim fecerit hominem,
quem ex toto nouerat periturum? nul-
la prorſus vtilitas, imo crudelis eſſet im-
pietas. Non igitur obliuiſcatur miſere-
Pſal. 76 ri Deus, neque contineat in ira ſua
miſerationes ſuas: ſed adhuc ei com-
Sapien. 11 placeat miſereri, ſi iuxta teſtimonium
ſcripturarum nihil eorum quæ fecit o-
derit, & neminem velit perire. Veri-
tas autem iuſtitiæ freta conſilio, re-
ſpondit hoc modo: Quum Deus in-
culpabiliter æquitatis iudicio propter
peccatum hominum ianuam paradiſi
clauſerit, collocans ante paradiſum
Gen. 3 Cherubin, & flammeum gladium at-
que verſatilem, vt angelus arceret dia-
bolum, & ignis homines: indignum
Matt. 7 eſſet, vt eum reſeraret indignis, & ſan-
Pſal. 93 ctum daret canibus, & margaritas pro-
ijceret ante porcos. Reddat ergo re-
tributionem ſuperbis, vnicuique iu-
xta merita ſua: quia ſecundum teſtimo-
nia ſcripturarum: Omnes declina-
Pſal. 13 uerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non
eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad
Pſal. 50 vnum. Omnes immundi de immun-
do concepti ſunt ſemine, & appoſue-
runt adhuc peccare ei. Ad hoc miſe-
ricordia prudenter allegans adiecit:
Quamuis homo valde peccauerit, po-
ſtea tamen perfecte pœnituit: & ideo
quod amiſit per culpam, debet recu-
Ezech. 18 perare per pœnitentiam, iuxta quod
dominus ipſe promiſit: Quacunque,
inquiens, hora peccator conuerſus fu-
erit, & cętera, omnium iniquitatum eius
non recordabor. Econtra Veritas re-
ſpondit in hæc verba: Licet pœniten-
tia culpam deleuit, perfectam tamen in
nocentiam non reſtituit, quia remanet
fomes peccati, languor naturæ, tyran-
nis carnis: & ideo cum poſſit pœni-
tentia auferre peccatum, non poteſt glo
riam reſtituere. Omnes ergo peccaue- Rom. 3
runt & egent gloria Dei, ne quis immū-
dus diuino pręſentetur conſpectui. His
inter ſe taliter & taliter obuiantibus, di-
uina ſapientia cogitationes pacis proui-
de cogitabat, & vidit quod iuſtitia læ- Hie. 10
deretur, niſi ſufficiens pœna pro omni-
bus ſolueretur: ſed miſericordia deperi-
ret, ſi quemlibet ſufficienti pœna puni-
ret. Cum ergo Deus iuſtus ſit & miſeri-
cors, imo cum ſit miſericordia & iuſti-
tia, nec poſſet agere contra miſericordi-
am, nec poſſet agere contra iuſtitiam, Pſal. 24
quoniam omnes viæ domini miſericor
dia & veritas (Vnde Propheta: Miſeri- Pſal. 100
cordiam & iudicium cantabo tibi domi
ne) Ideo modum inuenerit, per quem
vtrique ſatisfaceret, tam miſericordiæ,
quàm iuſtitiæ. Iudicauit igitur vt aſſu-
meret in ſe pœnam pro omnibus, & do-
naret per ſe gloriam vniuerſis. Ac per
hæc iuſtitia & pax complexæ ſunt ſe. Apoc. 3
Nullus enim alius inuentus eſt dignus
aperire ianuam paradiſi, niſi leo de tribu
Iuda, qui claudit & nemo aperit, aperit
& nemo claudit. Vix eñ cuiquã alij ſuffi
ciebat iuſtitia ſua, nedum ſufficeret vni-
uerſis: quia nemo ſine peccato, niſi ſo-
lus Deus, dicente Propheta: Non intres
in iudicium cum ſeruo tuo domine, qa
non iuſtificabitur in conſpectu tuo om Pſal. 142
nis viuens. Quapropter ipſe Deus fa
ctus eſt homo, quatenus inter Deum &
hominem legitime mediaret, vtpote
qui neutri parti ſuſpectus exiſteret, v-
triuſque gerens in vna perſona natu-
ram.

Oportuit igitur vt Deus ſua morte Rom. 5
gentem humanam redimeret, vt ſicut
per inobedientiam vnius hominis pec-
catores conſtituti ſunt multi, ita per
vnius hominis obedientiam iuſti conſti
tuerentur multi.

Hic ē ſerpēs ęneus exaltatus in eremo, p Num. 21

quem percuſſi à ſerpentibus ſanabantur.

Ioan. 3

Hic eſt ſummus ſacerdos, cuius in morte rei, qui confugerant ad ciuitates refugij, reuertebantur ad propria.

Num. 35

Hic eſt de quo beatus Iob ait: In oculis eius quaſi hamo behemot capiet. In hamo ſiquidem ſub eſca aculeus latet, & in Chriſto ſub humanitate diuinitas latebat. Chriſtus ergo quaſi hamo cepit behemot, id eſt, diabolum: quia cum caperet eſcam humanitatis, captus eſt aculeo diuinitatis, quia commiſit manus in eum, in quem nihil iuris habebat, iure amiſit illos, in quos aliquid iuris videbatur habere. Vnde quia diabolus hominem in ligno decepit, & homo diabolũ in ligno ſeduxit: & quia mors paradiſum intrauit & colonos eiecit, vita infernum ingreſſa eſt & captiuos eduxit. Mortem igitur de noſtra mortalitate ſuſcepit, & vitam nobis de vita ſua reſtituit. Sit ergo Chriſto laus & honor & gloria, qui ſuper omnia eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

In eadem dominica.

De ſomno multiplici, à quo ſurgendum eſt nobis.

SERMO II.

Rom. 13

HORA eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm quum credidimus. Significatio ſomni multifarie ſpargitur in ſcripturis. Legitur enim ſomnus vitæ & ſomnus mortis. Porro, ſicut triplex eſt vita, videlicet, corporalis, ſpiritualis, & æternalis, ita triplex eſt ſomnus vitæ. Primus, qui prouenit ex natura, ſecundus, qui prouenit ex gratia, tertius, qui cõſurgit ex gloria. De primo dominus dixit in Euangelio: Dormite iam & requieſcite. De ſecundo ſponſa dicit in Cantico canticorum: Ego dormio, & cor meum vigilat. De tertio Propheta in Pſalmo: In pace in idipſum dormiam & requieſcam.

Somnus multiplex in ſcripturis. Somnus vitæ triplex. Mat. 26 Can. 5 Pſal. 4

Sic & triplex eſt ſomnus mortis, quia triplex eſt mors, corporalis, ſpiritualis, & æternalis. De ſomno mortis corporalis dominus dicit: Lazarus amicus noſter dormit. De ſomno mortis ſpiritualis dicit Apoſtolus: Exurge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. De ſomno mortis æternalis inquit Pſalmiſta: Qui dormit non adijciet vt reſurgat. Abijt enim Iudas & laqueo ſe ſuſpendit.

Somnus mortis triplex. Ioan. 11 Ephe. 5 Pſal. 40 Mat. 27

A ſomno mortis corporalis reſurgunt omnes. A ſomno mortis ſpiritualis reſurgũt quidam. A ſomno mortis æternalis reſurgunt nulli. Quoniam omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Beati vero qui partem in reſurrectione prima habuerint. Quia in inferno nulla eſt redemptio: & ideo non reſurgent impij in iudicio, neq; peccatores in conſilio iuſtorum.

1. Cor. 15 Apoc. 20 Pſal. 1

Porro ſomnus mortis ſpiritualis, tribus modis contingit: per negligentiam, ignorantiam, & concupiſcentiam. De ſomno negligentiæ, Salomon ait: Vſquequo piger dormis? quando exurges? De ſomno ignorantiæ dicit Dauid: Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte. De ſomno concupiſcentiæ Pſalmiſta teſtatur: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

Somnus mortis ſpũalis triplex. Prou. 6 Pſal. 12 Pſal. 75

De hoc triplici ſomno dicit Apoſtolus: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Quaſi dicat: Surgendum nobis eſt de ſomno negligentiæ. Propter quod addit: quia propior eſt noſtra ſalus, quàm quum credidimus. Surgendum nobis eſt de ſomno ignorantiæ. Propter quod ſubdit: quia nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Surgendum nobis eſt de ſomno concupiſcentiæ. Propter quod dicit: Non in comeſſationibus & ebrietatibus, & cætera. Et ideo concludit, & interpo-

Rom. 13

terponit ad omnia: Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, &c.

Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Sed dices: Cum ſemper ſit hora ſurgendi à ſomno culpę (iuxta quod in Ezech. 18 quit Propheta: Quacunque hora conuerſus fuerit peccator, & cætera, omnium iniquitatum eius non recordabor, dicit dominus) quid eſt hoc quod dicit Apoſtolus: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere, tanquam non ſemper ſit hora? Teneamus ergo quod Veritas ait: Vigilate, quia neſcitis diem neque horam. Mat. 25 Eſaiæ 55 Et ideo monet Propheta: Quærite dominum dum inueniri poteſt, &c. Non igitur ſibi blandiatur peccator fruſtra, & dicat: Secure poſſum ad tempus peccare, quia quacunque hora conuertar, omnium iniquitatum mearum non recordabitur dominus: quia neſcio diem, neque horam. Iuſto nanque iudicio Dei fit, vt quia quum poteſt homo conuerti & non vult, quum vult forte conuerti, non poſſit. Tunc enim ſecurum eſt homini pœnitere, cum poteſt ipſe peccare. Pœnitere quādo ſecurum ſit

Iam igitur, id eſt, in præſenti vita, vel magis in tempore opportuno, ſurgendum eſt nobis à ſomno culpæ, quoniam ſi in prima vigilia venerit, & ſi in ſecūda, Lucæ 12 vel in tertia vigilia venerit, & ſic inuenerit, beati ſunt ſerui illi.

Surgamus igitur fratres & filij, dum opportunum tempus & horam competentem habemus, ab illo triplici ſomno: quoniam quilibet eſt mortalis. Negligentia q̄ ſit deteſtāda Certe nihil eſt magis amicū iniquitati, quam negligentia. Hiere. 48 Propter quod dicit ſcriptura: Maledictus homo, qui opus Dei negligenter agit. Prou. 12 Quoniam vbi Salomon ait: Manus in manu non erit innocens, econtra conſulitur: Hierony. Semper aliquid operis facito, vt diabolus te inueniat occupatum. Quum enim Dauid quieuiſſet à prælijs, & deambularet in ſolario poſt meridiem, vidit ex aduerſo Bethſa- 2. Reg. 11 bee ſe lauantem, tulitque illam, & dormiuit cum illa. Propter quam homicidium pariter & adulterium perpetrauit: & qui vicit in bello, victus eſt tandem in pace. Ergo dum tempus habetis, operemini bonum ad omnes. Gal. 6 Ioan. 9 Veniet enim tempus, quando nihil poteritis operari. Iuxta quod veritas ait: Mat. 22 Ligate manus eius & pedes, & proijcite in tenebras exteriores.

Surgatis etiam fratres à ſomno ignorantiæ, Ignorantia mala q̄ faciat quoniam & ipſe mortalis exiſtit. Propter quod dicit ſcriptura: Pſal. 35 Noluit intelligere, vt bene ageret: iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo. Et illud: Ipſi vero non cognouerunt vias meas, Pſal. 94 quibus iuraui in ira mea, & cætera. Propterea populus meus, inquit Propheta, captiuus ductus eſt, quia non habuit ſcientiam. Eſa. 5 Et, Si cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Hinc error, hinc hæreſis, hinc perfidia, hinc excuſatio in peccatis. 1. Cor. 14 Sed ignorans ignorabitur, & negligens negligetur.

Surgendum quoque nobis eſt à ſomno concupiſcentiæ, Cōcupiſcētia carnis mala quæ. ne forte obdormiamus in voluptatibus carnis & illecebris mundi: quia non dormitabit neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Pſal. 120 Quaſi quidam ſomnus eſt vita carnalis, vel conuerſatio ſecularis: quia ſicut ille qui ſomniat ſe habere multas diuitias, quum euigilat triſtatur, pro eo quod nihil inuenit ſe habere: ſic ille qui diues eſt in hoc mundo, quum tranſierit de illo, dolebit, quia nihil ſecum de illo portabit. Nudus, inquit, egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Iob 1 Nihil quoque intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia neque auferre quid poſſumus. Nihil enim nobiſcum deferemus ex hoc mundo, niſi opera, 1. Tim. 6 iuxta quod legitur: Opera illorum ſequuntur illos. Apoc. 14 Quæ ſi bona fuerint, perducunt ad gloriam: ſi mala pertrahunt ad gehennam. Heu quot & quanta mortales de mundana conuerſationis amaritudine cogitant, al. incertitudine. ſed ſub mortis articulo repente cuncta, quę cogitauerant, euaneſcunt. Propter quod dicit Pſalmiſta: Exiet ſpiritus eius & reuertetur in terram ſuam, & cæt. Pſal. 145 Homo quippe qui permanet in peccato, ſimilis eſt iumento, quod in ſtercore

compu

computreſcit & qui reuertitur ad pecca
2.Pet.2 tum, eſt quaſi canis qui redit ad vomi-
tum.

Quid enim nos miſeri cogitamus; quid diſponimus, aut quid agimus tota die? Araneарum telas teximus: quonlam euiſceramus noſipſos, conſumimus dies noſtros, & perdimus tempus noſtrum in vanis ſtudijs, & operibus prauis, in voluptatibus carnis, illecebris mundi, ſiquidem vtriuſque concupiſcentiam, videlicet carnis & mundi damnat Apoſtolus in hoc loco, cum prohibet comeſſationem & impudicitiam: in quibus carnales homines, id eſt, guloſi & luxurioſi amplius delectantur. Rurſum, contentionem & æmulationem, in quibus homines mundani verſantur, qui contendunt inter ſe de poſſeſſionibus vel honoribus, & pro his ad inuicem æmulantur.

Hora eſt ergo nos iam de ſomno ſurgere: quia ꝑpior eſt noſtra ſalus, quàm quum credidimus. Quaſi dicat: Non poſſumus excuſationem habere negligendi, quod expectamus, tanquam nimium differatur. Quia propior eſt noſtra ſalus, quam quum credidimus. In principio nanque fidei mundati ſumus per baptiſmum à culpa, nunc autem per meritum digni ſumus corona: & ideo magis appropinquauimus ad ſalutem. Vel ideo magis eſt ſalus propinqua, quia magis eſt mors vicina. Nam precio
Pſal.115 ſa eſt in conſpectu domini mors ſanctorum.

Rurſus, hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: quia nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Quaſi dicat: Ante aduentum Chriſti fuit nox erroris & infidelitatis & ignorantiæ: ſed iam poſt aduentum Chriſti, dies fidei, veritatis & gratiæ rutilauit. Vnde iam non poſſumus excuſationem habere, tanquam ignoremus veritatem occultam. Quia
Ioan.1 lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Nam
Eſa.9 populus gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Et certe
2.Pet.2 melius eſt viam veritatis non agnoſcere, quam poſt agnitam retro ire: quia ſer
Luc.12 uus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens vapulabit multis.

Item hora eſt iam nos de ſomno ſurgere, ſcilicet, quia mundus tranſit & concupiſcentia eius. Et ideo non in co-
meſſationibus & ebrietatibus, quo ad 1.Ioan.2
gulam: Non in cubilibus & impudicitijs, quo ad luxuriam: Non in contentione & æmulatione, quo ad iracundiam & inuidiam, ambulare debemus. Sed induamus dominum Ieſum Chriſtum, id eſt, doctrinam domini noſtri Ieſu Chriſti, & in nouitate ſpiritus ambulemus.

Abijciamus ergo opera tenebrarum,
id eſt, peccata, quæ in tenebris fiunt: Rom.13
quia qui male agit odit lucem: vel quæ
ſunt à principe tenebrarum, id eſt, dia- Ioan.3
bolo, vel ad tenebras exteriores tranſmittunt. Et induamur arma lucis, id eſt,
opera bona, quæ ſunt à lucis autore. Iacob.1
Quoniam omne datum optimum, & omne donum perfectum, de ſurſum eſt deſcendens à patre luminum. Vel, quæ lucere debent coram hominibus,
vt videntes opera noſtra bona, glorifi- Mat.5
cent patrem noſtrum qui in cœlis eſt. Vel quæ tranſeunt tunc ad lucem, per
quam iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno Matt.13
patris eorum: ſic videlicet, vt non in tenebris vitiorum, erroris, & infidelitatis & ignorantiæ, ſed in die virtutum, fidei & veritatis & gratiæ ambulemus honeſte, vt coram Deo & hominibus placeamus. Propterea fratres & filij, qui ſalutem noſtram, id eſt, natiuitatem ſaluatoris noſtri expectamus propinquam, qui ad hoc natus eſt, vt ſaluum faceret populum ſuum à peccatis eorum,
ſurgamus à ſomno peccati, & abijcia- Matt.1
mus opera tenebrarum, vt ſacroſanctam natiuitatem ipſius digne celebrare poſſimus, ipſo præſtante, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

DO-

Dominica ſecunda in Aduentu domini.

Chriſtus cur propheta magnus dica tur, quadruplex aduentus Chriſti, de quadruplici acceptione Hieroſolymorum, de quadruplici pace, deniq; de quadruplici Eccleſiæ renouatione.

SERMO VNICVS.

ECCE veniet pro
pheta magnus, &
ipſe renouabit Hie
ruſalem. Prophe
ta magnus intelli
git Chriſtus. De
Deut.18 quo legit in Deu-
teronomio: Pro-
phetam ſuſcitabit vobis dominus de fra
tribus veſtris: ipſum tanquam me audie-
tis. Et de q̃ in Euãgelio dicitur: Prophe-
Lucæ 7. ta magnus ſurrexit in nobis. Et: Quia
Deus viſitauit plebem ſuam. Chriſtus
Chriſtus propheta cur ſit dictus autem appellatur propheta, tum pro-
pter occultorum intelligentiam, tum
propter ſcientiam futurorum, Deus ſci-
entiarum, dominus occultus, occulto-
rum omnium indagator, qui ſcrutatur
Pſal.7 renes & corda, cuius oculis omnia nu-
Heb.4 da ſunt & aperta. Viuus eſt enim ſermo
Dei & efficax, & penetrabilior omni gla
dio ancipiti, pertingens vſque ad diui-
ſionem ſpiritus & animæ, compagum
quoque & medullarum, & diſcretor co
gitationum & intentionum cordis: &
non eſt vlla creatura inuiſibilis in con-
ſpectu eius. In quo omnes theſauri ſa-
pientiæ & ſcientiæ ſunt abſconditi. Di-
citur ergo propheta, tum quia reuela-
uit occulta, iuxta quod inquit apoſto-
lis: Omnia quæcunque audiui à patre
Ioan.15 meo nota feci vobis. Tum, quia prædi-
xit futura, ſecundum quod ait: Dixi vo
bis prius quam fiat, vt quum factum fue
Ioan.13 rit credatis.

Magnus ergo cenſetur propheta,
nõ ſolum quia dominus prophetarum,
ſed quia ſpiritum & totum accepit &
Ioan.3 ſemper habuit. Nam ſoli Chriſto datus
Col.2 eſt ſpiritus ſine menſura, in quo pleni-
tudo diuinitatis habitat corporaliter:
cæteri vero de plenitudine eius acci- Ioan.3
piunt. Quia vnguentum à capite eius Pſal.132
deſcendit in barbam, & à barba in o-
ram veſtimenti defluit. Solus enim Chri
ſtus ſpiritum ſemper habuit permanen-
tem. Super quem, inquit, videris ſpiri- Ioan.1
tum deſcendentem & manentem, hic eſt
qui baptizat, & cæt. Requieuit enim ſu-
per eum ſpiritus ſapientię & intellectus,
& quæ ſequuntur. Cæteri vero non Eſa.11
ſemper, ſed ad horam ſpiritum habue-
runt, ſecundum quod Helizæus inquit
ad Giezi: Dimitte illam, anima enim
eius in amaritudine eſt, & dominus 4.Reg.4
cælauit hoc à me, & non iudicauit mihi.
Spiritus enim vbi vult ſpirat, diuidẽs ſin Ioa.3
gulis pro vt vult. 1.Cor.12

Veniet ergo propheta magnus. Qua
tuor redemptoris aduentus, ſcriptura
ſacra diſtinguit. Primum in nube, ſe- Aduentus Chriſti quatuor
cundum in rore, tertium in turbine,
quartum in igne. In nũbe carnis, in ro-
re gratiæ, in turbine mortis, in igne iu-
dicij. In nube carnis, vt mundum redi-
meret. In rore gratiæ, vt ſpiritum illu-
minet. In turbine mortis, vt corpus in-
cineret. In igne iudicij, vt ſeculum iudi-
cet. De primo: Exiui à patre, & veni in Ioa.16
mundum, iterum relinquo mundum,
& vado ad patrem. Venit autem in nu-
be carnis. Vnde propheta: Aſcendet do- Eſaiæ 19
minus ſuper leuem nubem, id eſt, aſſu-
met carnem à peccatis immunem, & in-
trabit in Aegyptum, id eſt, deſcendet in
mundum. Hic eſt enim Angelus ille, qui
ſecũdum Apocalypſim Ioannis deſcen Apo 10
dit de cœlo, amictus nube: quia venit ad
nos calciata deitas, id eſt, nube carnis
obtecta.

De ſecundo: Si quis diligit me, ſer- Ioan.14
monem meum ſaruabit. &c̃. Venit au-
tem in rore gratiæ. Vnde Pſalmus: Si- Pſal.132
cut ros hermon qui deſcendit in mon-
tem Sion. Hermon enim interpre-
tatur lumen exaltatum. Is eſt enim
Chriſtus lux vera, quæ illuminat om-
nem hominem veniẽtem in hunc mun-
dum, prius exaltatus in cruce, deinde Ioan.8
exaltatus in cœlo, Sicut ipſe dicit in Eu-
angelio: Quum exaltatus fuero à ter-
ra, omnia traham ad meipſum. A quo
ros gratiæ deſcendit in montem Sion, Ioan.12
id eſt,

id eſt,in animã cœleſti ſpeculatione ſub limen. De cuius aduentu dicit per Prophetam: Rorate cœli deſuper & nubes pluant iuſtum. Et iterũ: Deſcendet ſicut pluuia in vellus, &c. De tertio. Cum venerit & pulſauerit, confeſtim aperiãt ei. Veniet enim in turbine mortis. Turbo quippe dicitur à turbando. Quid autem conturbat magis quam mors. Vnde ſcriptura: O mors quã amara eſt memoria tua. Quocirca dominus ait: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Et iterum: Anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater ſaluifica me ex hac hora. De quarto: Videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli. Veniet autem in igne iudicij. Vñ Pſalmus: Ignis ante eum pibit, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Et iterum: Ignis in conſpectu eius ardebit, &c. Hos quatuor redemptoris aduentus repræſentat eccleſia in quatuor dominicis de aduentu domini, non ſolum numero dierum, ſed etiã ratione officiorum. Quod etiã deſignatur per quatuor verſus primi reſponſorij de aduentu, Qui ſunt, Quique terrigenę, &c. Qui ſedes ſup Cherubin, &c. Tollite portas, &c. Gloria patri, &c. ſicut prudẽs indagator intelligit, q nouit ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo. Veniet ergo propheta magnus, &c. Scitis chariſſimi q̃d Hieruſalem quatuor modis accipitur, ſecũdum quatuor theologicos intellectus, hiſtoricum, allegoricum, tropologicum, & anagogicum. Eſt enim Hieruſalẽ ſuperior & inferior, interior & exterior. Cœleſtis videlicet & terreſtris, ſpiritualis & corporalis. Superior eſt in patria. Inferior eſt in via. Interior eſt in anima. Exterior eſt in Syria. Supior eſt eccleſia triumphans, de qua dicit Apoſtolus: Illa, quę ſurſum eſt, Hieruſalẽ libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Inferior eſt eccleſia militantium, de qua dicit Propheta: Surge illuminare Hieruſalem, &c. Interior eſt fidelis anima, de qua dicitur: Dabo in Sion ſalutem, & in Hieruſalem gloriam meam. Exterior eſt miſerabilis Hieroſolyma. De qua dicitur: Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. Hieruſalem quippe viſio pacis interpretatur. Eſt autem pax peccatorum, pax conuerſorum, pax iuſtorũ, & pax beatorum. Pax peccatorum in vitijs, pax conuerſorum in moribus, pax iuſtorum in gratia, pax beatorũ in gloria. De pace peccatorum in vitijs, dicit Pſalmus: Zelaui in peccatoribus pacem peccatorum videns. Hãc autem pacẽ vidit Hieruſalem exterior, id eſt, miſerabilis Hieroſolyma, quam modo poſſident peccatores, qui de vanitate conueniunt in idipſum. De pace cõuerſorum in moribus, inquit Apoſtolus: Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, vt duos condat in ſemetipſo parietes, in vno nouo homine faciens pacem. Hanc pacem videt Hieruſalẽ inferior, id eſt, eccleſia militantium, qui ambulant in domo domini cũ conſenſu. De pace iuſtorum in gratia dominus ait: Pacem relinquo vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Hanc autem pacem videt Hieruſalem interior, id eſt, fidelis anima. Quia fructus ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia. De pace beatorum in gloria dicit Propheta: In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Hanc autem pacem videt Hieruſalem ſuperior, id eſt, eccleſia triumphantium, quoniam inter electos eſt pax ſuper pacem. Porro pacem temporis inſtãter oramus, dicentes: Da pacem domine in diebus noſtris, ſed eã peccatis exigentibus fere nuſquã habemus: qa ſuſtinuimus pacem & nõ venit, quæſiuimus bona & ecce turbatio. Quatuor autem modis Hieruſalem, id eſt, eccleſia renouatur. Sacramentis & moribus, miraculis & mandatis. De renouatione ſacramentorum Moyſes inquit in lege: Vetuſtiſſima veterum comedetis & nouis ſuperuenientibus vetera proijcietis. Vetuſtiſſima ſunt moralia, vetera ſunt legalia, noua ſunt euangelica. Nos ergo vetuſtiſſima veterum, id eſt, moralia præcepta comedimus, hoc eſt, ad nutrimentum ſpiritualis vitæ ſeruãda ſuſcipimus, ſed ſuperuenientibus nouis, id eſt, euangelicis ſacramentis, proijcimus vetera, id eſt, legalia, vt agnum paſchalem, ſuperueniente corpore Chriſti, & circunciſionem, ſuperueniente baptiſmo. Nam cũ veritas venit, figura ceſſauit, & euanuit vmbra, cum lumen refulſit. Propter q̃d dicit

Eſaiæ 45. Pſal. 71. Lucæ 12. Turbo q̃d. Eccle. 41. Matt. 26. Ioan. 12. Lucæ 21. Pſal. 96. Pſal. 49. Dominicarum quatuor aduẽtus ratio quæ. Deut. 32. Hieruſalẽ quatuor modis accipi. Gal. 4. Eſaiæ 60. Eſaiæ 46. Matt. 23. Pax quadruplex. Pſal. 72. Ephe. 2. Pſal. 54. Ioan. 14. Gala. 5. Pſal. 4. Hiere. 8. Leuit. 26.

dicit Apoſtolus: Vetera tranſierūt, & ecce noua facta ſunt omnia. O quam vtilis renouatio, quæ legalia mutauit in euangelica. Legalia namque ſignificabant & nō iuſtificabant. Propter quod dicit Apoſtolus: Abraham ſignum accepit circuncifionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei. Euangelica vero ſignificabant & iuſtificabant. Propter quod dicit Apoſtolus de baptiſmo: Quia ſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. Et dominus in Euangelio: Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Illa quidem ęgritudinem oſtenderant, ſed ſalutem non conferebant. Propter quod inquit Propheta: Dedi eis præcepta non bona, & iuſtificationes non bonas, in quibus non viuant. Cui conſonat Apoſtolus dicens: Lex neminem ad perfectum adduxit. Imo, lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. Hæc autem oſtendunt infirmitatem, & conferunt ſanitatem. Propter quod dominus inquit in Euangelio: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Hic eſt Samaritanus, q appropians vulnerato ſuperinſudit vinum, & oleum: quem prius ſacerdos & Leuita videntes dimiſerant incuratum. Venit ergo propheta magnus & ipſe renouabit Hieruſalem.

1.Cor.5 — Rom.4 — Col.2 — Mar.16 — Ezech.20 — Heb.7 — Rom.5 — Matt.11 — Luc.10

De renouatione morum dicit Apoſtolus: Exuite veterem hominem cum actibus ſuis, & induite nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Vetuſtas hominis intelligitur culpa, nouitas hominis intelligitur gratia: Illa contrahitur originaliter ab Adam, hæc confertur liberaliter per Ieſum. Per illā animus deformatur, per hanc reformatur. Exuamus itaque veterem hominem cum actibus ſuis, id eſt, deponamus vetuſtatem culpæ, quam contraximus ab Adam, cum actibus ſuis, id eſt, cum vitijs & peccatis, & induamus nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, id eſt, aſſumamus nouitatem gratiæ, quæ confertur per Chriſtum, & in nouitate ſpiritus ambulemus, ſecundum quod pręmiſit Apoſtolus: Renouamini ſpiritu mentis veſtrę. Propter quod alibi dicit: Expurgate vetus fermētum vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. O quam vtilis renouatio, quæ vitioſos efficit virtuoſos. In tantum enim inueterauerant homines per peccatum, vt etiam mutauerint gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & ſerpentium. Sed Chriſtus adueniens perdidit idololatriam, ſecūdum illud Propheticum: Eleuabitur dominus ſolus in die illa, & idola penitus contorentur. In illa die proijciet homo idola argenti ſui, & ſimulacrum auri ſui, quæ fecerat ſibi, vt adoraret talpas & veſpertiliones. Veniens autem pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem inimicitiæ ſoluens, abſtulit cerimoniam à Iudæis, & idololatriam à gentibus: vt duos condat in ſemetipſo parietes in lapide angulari, in vno nouo homine, faciens pacem inter ipſos & Deum. Venit ergo Propheta magnus & ipſe renouabit Hieruſalem.

Ephe.4 — Rom.12 — Ephe.4 — 1.Cor.5 — Rom.1 — Eſa.2 — Ibidem — Ephe.2

De renouatione miraculorum inquit ſcriptura: Innoua ſigna, & immuta mirabilia. Signa ſunt ſacramenta, mirabilia ſunt pdigia. Signa igitur, id eſt, ſacramenta dominus innouauit, & mirabilia, id eſt, prodigia immutauit. Nam primus Adam fuit de virgine terra factus, ſecūdus Adā fuit factus de virgine fœmina. Primus Adam fuit vir in ipſa creatione, ſecundus Adā fuit vir in ipſa conceptione, ſicut Propheta prædixerat: Nouum faciet dominus ſuper terram, fœmina circūdabit virū gremio vteri ſui. De latere primi Adæ dormientis formata eſt Eua. De latere ſecundi Adæ morietis formata eſt eccleſia. Protoplaſtus & Eua fuerunt duo in carne vna: Chriſtus & eccleſia duo ſunt in corpore vno. Illi duo in vna natura: iſti duo in vna perſona. O quam vtilis renouatio, per quam cæci vident, & claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur. Venit ergo Propheta magnus, & ipſe renouabit Hieruſalem.

Eccl.36 — Hier.31 — Luc.7

De renouatione mandatorum in-
Hie.31 quit Propheta: Ecce dies veniunt dicit
dominus,& conſummabo teſtamētum
nouum ſuper domum Iſrael, & ſuper
domum Iuda,non ſecundum teſtamen-
tum,quod feci patribus eorū in die qua
apprehendi manū illorum, vt educerem
eos de terra Aegypti:ſed dabo leges me-
as in mentes eorum, & in corda eorum
ſuperſcribam eas.Lex quippe vetus ſcri-
pta fuit in tabulis lapideis: lex autem no
ua in tabulis cordis. Illa dabatur duris:
iſta deuotis. Illa incredulis :iſta fideli-
bus. Propterea dominus inquit in Euā-
1.Ioan.13 gelio: Mandatum nouum do vobis: vt
diligatis inuicem,ſicut dilexi vos. Au-
Mat.5 ditis quia dictum eſt antiquis: Diliges
proximum tuum, & odio habebis ini-
micum tuum. Ego autem dico vobis:
Diligite inimicos veſtros,benefacite his
qui oderunt vos:& orate pro perſequen
tibus & calumniantibus vos. O quam
vtilis renouatio, per quam iniuria mu-
Leuit.24 tatur in gratiam. Lex quippe vetus red-
debat oculum pro oculo, dentem pro
Matt.5 dente,manum pro manu.Lex noua prę
cipit:ſi percuſſerit te quis in vnam ma-
xillam,prębe ei &alteram:ſi abſtulerit ti
bi tunicam, da ei & pallium: ſi angari-
Ioan.1 auerit te mille paſſus, vade cum eo & a-
lia duo. Lex enim per Moyſen data eſt:
gratia & veritas per Ieſum Chriſtum fa
cta eſt. Venit ergo Propheta magnus &
ipſe renouabit Hieruſalem.

Cum autē venerit filius hominis in
Mat.19 ſede maieſtatis ſuæ, tunc Hieruſalem,id
eſt eccleſiam perfectiſſime renouabit.Si-
cut Ioannes in Apocalypſi teſtatur: Vi-
Apo.21 di ciuitatem ſanctam Hieruſalem no-
uā,deſcēdentem de cœlo, à Deo paratā,
ſicut ſpōſam ornatā viro ſuo. Et dixit q
ſedebat in throno: Ecce noua facio oīs.

Dominica tertia in Aduētu dn̄i.

De quatuor naturalibus mentis affectibus, de gaudio bonorum & malorum, cordis & carnis; & in proſperis & aduerſis quid ſit agendum.

SERMO I.

Phil.4 GAudete in domino ſemper
iterum dico, gaudete: mode-
ſtia veſtra nota ſit omnibus
hominibus: dominus enim
prope eſt. Sacroſanctum redemptoris
aduentum, quem antiqui fideles cum in
genti deſiderio expectauerunt, nos cum
magno gaudio debemus celebrare: quia
quem illi expectauerunt promiſſum,
nos celebramus exhibitum. Nā lex per
Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ie-
ſum Chriſtum facta eſt. Gaudium vero
cordis, tam ore quam opere debemus
exprimere, ſed modeſte: Propter quod Ioan.1
dicit Apoſtolus.

Gaudete in domino ſemper: iterum di
co, gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit om
nibus hominibus: dominus enim pro-
pe eſt. Docet ergo in quo debeamus
gaudere, cum dicit in domino. Quam
diu, cum dicit ſemper. Qualiter, cū dicit:
Modeſtia veſtra nota ſit omnibus homi
nibus. Ac ſi dicat, modeſte. Quare? Quia
dominus prope eſt. Nota ſingula diligē
ter: quia nihil eſt in eis, quod ſuauem
non redoleat intellectum. Ergo gaude-
te in domino ſemper. Noſtis, vt credi-
mus, quia ſæpe vidiſtis quod Romanus
pontifex, tam in quadrageſima, quam
in aduentu, aufrigiata mitra non vti-
tur, niſi tantum in illa mediana domi-
nica quadrageſimæ, quando canta-
tur ad introitum, Lætare Hieruſalem,
nec non in mediana dominica de ad-
uentu, quando cantatur ad introitum:
Gaudete in domino ſemper. Vtrumque
officium gaudium & exultatiōem com
memorat, læticiam & iocunditatem in-
ducit. Cuius rei cauſam & rationis my-
ſterium vobis ad præſens prætermitti-
mus aſſignare: quoniam in præteritis
nos meminimus aſſignaſſe. Gaudete in
domino ſemper &c.

Quatuor ſunt naturales mentis affe-
ctus: dolor & gaudium, timor & ſpes.
Dolor & gaudium de præſenti, timor
& ſpes de futuro. Dolor & timor de ma Affectus
lo: gaudium autem & ſpes de bono. mentis
Attendite quomodo iſta ſibiinuicem quatuor.
colligantur. Nam duo prima ſunt de
pręſenti: duo vltima de futuro. Primū
& tertium ſunt de malo: Secundum &
quartum de bono. Hinc homines me-
tuunt, cupiunt, gaudentq; dolentque.
Iſtæ ſunt duæ molę, ſuperior & inferi- Molę duę
or: inter quas moli debet anima Chriſti inter quas
ana. De quibus in lege præcipitur: Non aīa debet
acci- moli

accipies loco pignoris ſuperiorē & inſe-
Deut.24 riorem molam. Inter gaudiū ſiquidem & dolorem, tanquam inter duas molas, in hac mortali vita verſari debemus: vt vt dolor tēperet gaudiū, ne diſſoluamur: gaudiū vero dolorē, ne confundamur. Nimius enim dolor, immoderatus vel & cōtinuus, mentē cōfundit: nimiū vero gaudium, immoderatum ſimiliter & continuum, mentem diſſoluit. Propter q̄d dicitur: Interpone tuis interdum gaudia curis. Quod caret alterna requie durabile non eſt. Audi gaudium nimiū
Eſaiæ 5 Eſaiæ.22 quod diſſoluit: Cithara & lira & tympanum & vinum in conuiuijs veſtris. Ecce gaudium & lætitiam: occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Audi dolorem nimium, qui confundit: Omnes manus diſſoluentur, & cor homi-
Eze.7 nis tabeſcet: tortiones & dolores tenebunt, quaſi parturiens dolebunt. Inter
Roma.12 has ergo molas verſari nos Apoſtolus docet: Gaudete cū gaudentibus, flete cū
Eccl.11 flentibus. Et alius itē ait: In die bonorum non immemor ſis malorum.

Cum igitur nobis aliqua proſperitas euenit, prouidendum eſt nobis, ne diſſoluti nimium gaudeamus: memores eius
Prouer.14 ſemper quod legitur: Riſus dolore miſcetur, & extrema gaudij luctus occu-
Iob.30 pat. Nouerat hoc ille qui dixerat: Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Et ideo cum dixiſſet Apoſtolus: Gaudete in domino ſemper, adiunxit: Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Ac ſi diceret: Exultate cum modeſtia, lætaminicum menſura, & ipſa nota ſit omnibus, quatenus luceat lux veſtra coram hominibus, vt videntes opera veſtra bona glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt:
Matt.5 vt cortina cortinam trahat, & qui audit dicat veni.

Apoc.22 Similiter cum aliqua nobis cōtingat aduerſitas, prouidendum eſt nobis, ne confuſi nimium doleamus, memores eius ſemper quod dicitur: Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum læ-
Pſal.29 Tobiæ.3 titia: quia poſt tempeſtatem tranquillū facit. Nouit hoc ille qui dixit: Conuer-
Pſal.29 tiſti planctum meū in gaudiū mihi: conſcidiſti ſaccum meū & præcinxiſti me lætitia, vt cantet tibi gloria mea, & non cōpungar. Nam grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur, hora.

Item inter ſpem & timorē, tanquam inter duas molas verſari debemus, vt videlicet timor temperet ſpem, ne præſumamus: Spes vero timorem, ne deſperemus. Inter vtrumq; vola, medio tutiſſi-
mus ibis. Ex nimio timore deſperauit ille qui dixit: Maior eſt iniquitas mea, q̄ vt veniam merear. Ex nimia vero ſpe præſumpſit ille, qui dixit in corde ſuo, non requiret Deus. Ergo gaudete in domino ſemper, id eſt, quicquid boni feceritis ex hilaritate cordis, cum corporis Gen.4
lætitia faciatis: non ex triſtitia neque ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus, & ſi per omnia vultus ac- 2.Cor.9
ceſſere boni. Nā & Pſalmographus ait: Delectare in domino & dabit tibi petitiones cordis tui. Pſal.36

Porro cum dolor & gaudiū ſint contraria, & ſemp gaudendū ſit, iuxta quod monet Apoſtolus dicens: Gaudete in domino ſemper, nunquam eſt ergo dolendum: cum contraria, ſimul eſſe non poſſint. Quid eſt ergo quod dicit Pſalmi-
ſta: Pauper & dolens ego ſum, & ſalus tua Deus ſuſcepit me: Et quod domi- Pſal.68
nus ait: Beati qui fletis, quia ridebitis? Luc.6
Verum gaudere de vno, & dolere de alio, non ſunt contraria. Et ideo ſimul poſſumus & gaudere de bono, & dolere de malo. Quanquā quod dicitur: Gaude te in dn̄o ſemp, non ad continuum actū, ſed ad continuū habitū referatur: imo ſi cut de magno gaudio fletus ſępe pcedit, ita de magno fletu ſępe naſcitur gaudiū. Vt cum anima de peccatis ſuis compungitur & conteritur, ſuſpirat & plorat, continuo accepta ſpe veniæ ſanatur & illuſtratur, dilatatur, & iocundatur, vt dicere valeat cum Propheta: Secundum
multitudinem dolorum meorū in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Sicut enim non eſt Pſal.93
pax oſſibus à facie peccatorum, quia ignis rationis nunquam extinguitur: ſic Pſal.37
omnis gloria filiæ regis ab intus: quia gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Gaudeamus igitur non in hoc ſeculo, ſed in domino, Secun-

dum quod alibi dicit Apoſtolus: Qui gloriatur in domino glorietur. Idem quoque monet Pſalmiſta: Gaudete iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Et alibi: Lætabitur iuſtus in domino & ſperabit in eo:&c. Mali quippe gaudent in ſeculo:beati vero in Deo gaudent. Iſti gaudent de ſpiritualibus & æternis, illi vero de carnalibus & mundanis, iſti de virtutibus, illi de vitijs. De iſtis legitur: Exultabunt ſancti in gloria lætabuntur in cubilibus ſuis. Exultationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum. De illis dicitur: Lætantur cum malefecerint, & exultant de rebus peſſimis: & gloriatur in malitia qui potens eſt in iniquitate. Verum iſtorum gaudiū eſt perpetuum, iuxta quod legitur: Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum, & gaudiū veſtrū nemo tollet à vobis: Illorum vero gaudium momentaneum, iuxta quod legitur: Tenēt timpanum & cytharam & gaudēt ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. O quot hodie ſunt tales in mundo, quos nullum tangit gaudium de ſpiritualibus & æternis, ſed tantum de carnalibus & mundanis. Talis erat ille qui dicebat animæ ſuæ in Euangelio: Anima, habes multa bona repoſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Sed attende quid dixerit Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem paraſti, cuius erūt? Diues enim ille, qui epulabatur quotidie ſplendide, ſepultus eſt in inferno. Nos ergo fratres & filij gaudeamus, non in hoc ſeculo, ſed in domino, id eſt, in his quæ ſpectant ad meritum & ad pręmium, ad gratiam vel ad gloriam, ad virtutem vel ſalutem. De his quæ ſpectant ad meritū gaudebāt Apoſtoli, de quibus legitur: quod ibant apoſtoli à conſpectu conſilij, gaudentes, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati: Hinc Iacobus admonet dicens: Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. De his aūt quæ ſpectāt ad pręmium, gaudebant illi, quibus Chriſtus dicebat: Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Vnde Propheta dicebat: Ego autem in domino gloriabor, gaudebo in domino Ieſu meo. Propter hæc duo gaudia, vnum quod habetur de meritis, & alterum quod habetur de præmijs, repetit Apoſtolus dicens:

2.Cor. 10 · Pſal. 32 · Pſal. 63 · Gaudium malorum. Gaudium bonorum. · Pſal. 149 · Ibidem. · Pro. 2 · Ioan. 16 · Iob. 21 · Luc. 12 · Luc. 16 · Acto. 5 · Iaco. 1 · Abac. 3

Gaudete in domino ſemper, iterum dico gaudete: vel propter geminum gaudium, cordis & carnis. De quo dicit Pſalmiſta: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Exultat cor, cum purgatur ab illicitis deſiderijs, exultat caro, cū mūdatur ab illicitis opibus: quia nō eſt impijs gaudere dicit dominus, nec eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.

Pſal. 83 · Eſa. 48 · Pſal. 37

Gaudeamus igitur fratres in domino: quia dominus prope eſt. Propinquus ſane ſecundum aduentum in carne, iuxta quod legitur: Prope eſt vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabitur. Propinquus ſecūdum aduentum in mētem: Iuxta quod legitur: Prope eſt dñs omnibus inuocantibus eum. Propinquus ſecundum aduentum ad mortē: quia breues dies hoīs ſunt, numerus menſium eius apud te eſt. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs: qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra & nunquam in eodem ſtatu permanet. Nam præciſa velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer, ſuccidit me. Propinquus ſecundum aduentum ad iudicium: quia nouiſſima hora eſt: & nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. Vigilate ergo, quia neſcitis diem neque horam. Sicut enim fulgur exit ab oriente & paret vſque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Quoniam hora qua non putatis filius hominis veniet. Sed quoniam gaudendum eſt ex eo, quod dominus propinquus eſt nobis ad mortem, vel ad iudicium, nunquid non ex vtroque magis timendum eſt quàm gaudendum? Timendum quidem, ſed his qui non diligunt aduentū eius: his autem, qui aduentum eius diligūt, eſt gaudēdū. Vnde dicebat Apoſtolus: Cupio diſſolui & eſſe cū Chriſto. Et iterū: Saluatorem expectamus dominū Ieſum

Eſaie 14 · Pſal. 144 · Iob 14 · Iob 23 · Eſa. 38 · 1. Ioan. 2 · 1. Cor. 10 · Matt. 25 · Matt. 24 · Luc. 12

Ieſum Chriſtum : qui reformabit corpus humilitatis noſtræ , configuratum corpori claritatis ſuæ . Quod ipſe nobis & vobis præſtare dignetur, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.

Dominica in LXX.

De graui iugo ſuper filios Adam, in ingreſſu, progreßu & egreſſu, & de occupatione honeſta & utili.

SERMO I.

Eccle. 40

OCcupatio magna creata eſt omnibus hominibus , & iugum graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſq; in diē ſepulturæ in matrem oīm . Mater omnium hominum terra eſt, & eadem eſt omniū hominum ſepultura. Propter quod Iob dicebat: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. In verbis autem propoſitis circa ſtatum humanæ conditionis tria præcipue conſiderare debemus : Ingreſſum ,progreſſum, & egreſſum. De progreſſu præmittitur: Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus. De ingreſſu ſubiūgitur : A die exitus de ventre matris eorum. De egreſſu concluditur, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Circa quemlibet vero ſtatum conſiderare debemus quod interponitur: & iugum graue ſuper filios Adam .Graue quidem eſt in ingreſſu, grauius eſt in progeſſu, grauiſſimum in egreſſu. Merito ergo flebat & dicebat Propheta : Quare de vulua matris egreſſus ſum , vt viderem laborem & dolorem, & conſumerentur in confuſione dies mei. Formatus ē enim homo de terra, cōceptus in culpa, natus ad pœnam. Agit praua quæ non licent, turpia quę non decent, vana, quæ non expediunt: fiet cibus ignis, eſca vermis, maſſa putredinis. Ecce quā graue iugum creatum eſt ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Exponam id planius, ediſſeram id plenius, oſtendens de quo factus eſt homo, quid faciat homo, qd futurus ſit homo. Formatus eſt homo de puluere, de luto, de cinere : quodque vilius eſt, de ſpurciſſimo ſemine conceptus, in pruritu carnis, in feruore libidinis , in fœtore luxuriæ: Quodque deterius eſt, in labe peccati: natus ad laborem, timorem & dolorem, quodque miſerius eſt, ad mortem. Agit praua, quibus offendit Deum, offendit proximum, offendit ſeipſum. Agit turpia, quibus polluit famā, polluit perſonam, polluit conſcientiam. Agit vana, quibus negligit ſeria , quibus negligit vtilia, negligit neceſſaria. Fiet cibus ignis, qui ſemper vrit & ardet inextinguibilis : eſca vermis, qui ſemper rodit & comedit immortalis : maſſa putredinis, q ſemper fœtet & ſordet horribilis. Si mihi non creditis, ſcripturæ credatis. Formauit, inquit, dominus Deus hominem de limo terræ. Propter quod ipſe dicit ad Deum: Memento quæſo quod ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Et Deus inquit ad ipſum : Cinis es & in cinerem reuerteris. Comparatus ſum, inquit , luto & aſſimilatus ſum fauillę & cineri. Audiſtis enim de q̄ formatus eſt homo : ſed audite de quo conceptus. Quis, inquit, poteſt facere mūdum de immundo conceptum ſemine: Ecce in iniquitatibus cōceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea. Nemo mundus à ſorde peccati , nec infans vnius diei, qui natus eſt ſuper terram. Audite ergo ad quid natus eſt homo. Auis, inquit, naſcitur ad volatum, & homo natus eſt ad laborem. Cuncti dies eius laboribus & ærumnis pleni ſunt: nec requieſcit per noctē mens eius. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra & nunquam in eodem ſtatu permanet. Talis ergo factus eſt homo.

Mater omnium. — Iob 1 — Conditio humana tria habet conſiderāda. — Hie. 20 — Vñ factus ſit homo. — Quid faciat homo. — Quid futurus ſit homo. — Gen. 3 — Iob 14 — Pſal. 50 — Iob 3 — Ad quid natus ſit homo. — Iob 14

Sed audite quid faciat homo. Gloriātur, inquit , cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. Propterea tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciāt ea quę non conueniant, nō expediunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia , nequitia, cæte-

Pro. 2 — Rom. 1

tisq; vitijs & peccatis, q̃ Paulus enume-
Gen. 6 rat ad Romanos. Vidẽs itaq; deus quod
multa malitia hominum eſſet in terra,
& cuncta cogitatio cordis intenta eſſet
ad malum omni tempore, pœnituit eum
quod hominem feciſſet in terra, tactus-
que dolore cordis intrinſecus: Delebo
inquit, hominem quem creaui. Ecce
quid fecit homo.

Pſal. 145 Sed audite quid fiat: Exibit, inquit,
ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſu-
am: in illa die peribunt omnes cogitati-
ones eorum. Auferes ſpiritum eorum
Pſal 103 & deficient, & in puluerem ſuum reuer
tentur. Qui quaſi putredo conſumen-
Iob 13 dus eſt, & quaſi veſtimentum quod co-
Iob 25 meditur à tinea. Homo putredo, filius
hominis vermis: vindicta carnis im-
pij, vermis & ignis. Vermis, inquit, eorũ
Eſa. 66 non morietur & ignis eorũ non extin-
Iudi. 16 guetur. Et dabit dominus Deus ignem
& vermes in carnes eorum, vt vrantur
& ſentiant vſque in ſempiternum. Vere
ergo occupatio magna creata eſt omni-
bus hominibus, & iugum graue ſuper
Differẽtia inter iugũ Christi & iugum diaboli. filios Adam. Beati tamen qui occupan-
tur in bonis: quia de bonis tranſibunt
ad optima. Miſeri vero qui occupan-
tur in malis: quia de malis tranſibũt
ad peſſima. Beati quoque qui iugum
Chriſti portant, quod eſt graue in prin-
cipio, ſed ſemper in fine ſuaue. Miſeri
vero qui iugum diaboli portant, quod
ſuaue eſt in principio, ſed in fine ſemper
eſt graue. Hanc autem humanæ conditi
onis miſeriam conſiderat & deplorat ec
cleſia, gemens & lachrymans ad introi-
tum, cum Propheta legens & recolens
Pſal. 114 lapſum humanum: Circundederũt me,
inquit, gemitus mortis, dolores inferni
circundederunt me. Ne vero præ nimio
dolore deſperet, ſtatim in gradali miſeri
cordiam commemorat conditoris:
Auditor, inquit, in opportunitatibus,
Pſal. 9 in tribulatione, ſperent in te, qui noue-
runt nomen tuum: quoniam non dere-
liquiſti quærentes te domine.

Occupationem autem honeſtam &
Occupatio vtilis & honeſta. vtilem dominus indicat in Euangelio,
conducens in vineam operarios, vt red-
Matt. 20 dat illis mercedem: & Apoſtolus inho-
neſtam & inutilem occupationem in
1. Cor. 9 epiſtola edocet euitare: Neſcitis, inquit,
quod hi qui in ſtadio currunt, omnes
quidem currunt, ſed vnus accipit bra-
uium? Sic currite vt comprehendatis.
Ego autem ſic curro: non quaſi in in-
certum. Sic pugno: non quaſi aerem
verberans &c. Inter iugum & iugum,
Propheta diſtinguit in tractu, De pro-
fundis clamaui ad te domine, domine
exaudi vocem meam. Si iniquitates ob-
ſeruaueris domine, domine quis ſuſti-
nebit? Ecce iugũ diaboli graue, de quo
dicitur per Prophetam. Computruit iu-
gũ à facie olei. Vnde mox ſubdit: Quia
apud te propitiatio eſt, & propter legem
tuam ſuſtinui te domine. Ecce iugum Matt. 11
Chriſti ſuaue, de quo veritas inquit: Iu-
gum meum ſuaue eſt & onus meum le-
ue.

In die cinerum ſeu capite ieiunij.

De ieiunij dignitate, & utilitate, triplici ſolẽni ieiunio, uidelicet quatuor temporum, quadrageſime, & uigiliarum, de modo ieiunij, orationis unguento, & Eleemoſynarum largitione.

SERMO I.

TV cum ieiunaue- Matt. 6
ris vnge caput tu-
um, & faciem tu-
am laua. Digni-
tas ieiunij multi-
pliciter cõmenda
tur. A loco, à tem
pore, ab autore.
Fuit enim ieiunium præceptum à Deo, Ieiunij dignitas.
præceptum Adæ, præceptum in princi-
pio, præceptum in Paradiſo: de ligno Gen. 2
ſcientiæ boni & mali ne comedas: qua-
cunque die comederis, morte morieris.
Primum ergo præceptum, quod Deus
intulit homini, de ciborum extitit ab-
ſtinentia. Quod donec ipſe cuſtodiuit,
fideliter perſtitit. Vbi vero transgreſſus
eſt, mortaliter corruit. Vnde per eius
contrarium intelligi poteſt, quàm bo-
num ſit ieiunium. Omnis enim anima,
quæcunque ſe non humiliauerit in ipſo Leuit. 23
ieiunij die, exterminabitur de populo
ſuo. Vtilitas ieiunij
Vtilitas ergo ieiunij multiplicius aſ-
ſignat. Legit enim ieiuniũ valuiſſe ad irã
dei

dei placandā & veniā impetrandā: ad pœnā vitandam, & nequitiam extirpandā: ad munditiam retinendam, & ignorantiam repellendā: ad victoriā conſequendam & gratiam obtinēdam. Valet ergo ieiunium ad iram placandam, ſecūdum q̄d Daniel orauit dominum in ieiunijs, panem deſiderabilem nō comedens, carneſq; & vinum non guſtans: Auertatur, inquit, obſecro ira tua à ciuitate tua Hieruſalem, & à monte ſancto tuo. Placare domine, attende & fac ne moreris. Adhuc ipſo loquente, ecce vir Gabriel tetigit eum in hora ſacrificij veſptini, & nūciauit præces eius exauditas à domino.

Iram Dei placat ieiunium. Dan. 10
Dan. 9

Valet ad veniam impetrandam, ſecūdum quod ad prædicationem prophetę viri Niniuitæ prædicauerunt ieiunium: homines & iumenta, boues & oues, & pecora non guſtauerunt quidquam aut biberunt. Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi eſſent cito à via ſua mala, & miſertus eſt ſuper malitia quam locutus eſt, vt faceret eis.

Ieiunium veniā Dei impetrat. Ionæ. 3

Valet ad pœnam vitandam, ſecundū quod Heſter ad conſilium Mardochæi tribus diebus & tribus noctibus ieiunauit, & ex tunc ad regem ingreſſa impetrauit reuocationem ſententiæ, quam Aman protulerat aduerſus Iudæos, vt vniuerſi perirent.

Heſter 4

Valet ad nequitiam extirpandam, ſecundum quod Veritas inquit in Euangelio: Hoc genus dæmoniorū non eijcitur, niſi in oratione & ieiunio. Lunaticus enim ille ſtridebat, ſpumabat, & areſcebat. Stridebat per iracūdiam, ſpumabat per luxuriam, areſcebat per ignauiam. Quare? Spiritus iracundiæ, ſpiritus luxuriæ, ſpiritus ignauiæ, per orationē & ieiunium expelluntur.

Nequitiā extirpat ieiunium. Matt. 17

Valet ad mundiciam retinendam, ſecundum quod Daniel & tres pueri propoſuerunt non pollui de menſa regis, neq; de vino potus ipſius, & rogauerunt principem eunuchorum, ne contaminarentur: comederūt legumina, & biberunt aquam, & apparuerunt vultus eorum meliores.

Mundiciā conſeruat ieiunium. Dan. 1

Valet ad ignorantiam expellendam, ſecundum quod Paulus fuit in conuerſione tribus diebus & tribus noctibus non videns, & non manducans neque bibens. In quo triduo creditur Euangelium didiciſſe à ſpiritu ſancto. Vnde gloriatur fuiſſe ſe theodidactum, dicens: Neque ab homine, neque per hominem, illud accepi, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.

Ignorantiam expellit ieiuniū. Acto. 9
Gala. 1

Valet ad victoriam conſequendam, ſecundum quod cæteræ tribus pugnantes aduerſus Beniamin pro vxore Leuitæ, ſecundo ſuccubuerunt in prælio: donec peracto ieiunio præualētes, tribum illam pene penitus deleuerunt.

Victoriā cōſequitur ieiunium. Iudic. 20

Valet ad gratiam obtinendam, ſecūdum quod ſpiritus ſanctus in die Pentecoſtes ſuper apoſtolos ieiunos deſcendit, Petro teſtante: Non ſunt hi ebrij, cū ſit hora diei tertia.

Gratiā conſequitur ieiunium.
Acto. 2

Quia vero longum eſſet ex ſacris ſcripturis ſingulas virtutes ieiunij numerare, illud potiſſimum attendamus, quod per temporale ieiunium meremur æternum conuiuium. Iuxta quod veritas ait: Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini. Edemus enim & bibemus ſuper menſam eius in regno ſuo, ſi ſic à cibis ieiunemus in corpore, vt & à vitijs ieiunemus in mente. Aliter enim ad modicum valet ieiunium, ſicut dominus Iudæis improperans, ait: Cum ieiunaretis per ſeptuaginta annos, nunquid ieiunaſtis mihi? Et alibi: Neomenias veſtras & ieiunium veſtrum odiuit anima mea. Et iterum: Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie, & omnes debitores veſtros repetitis, & cæt. Magnum ergo & ſalutare ieiunium eſt à vitijs declinare. De quo dominus per Prophetam: Sanctificate ieiunium. Et alibi: Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, &c. Sic ieiunauerunt apoſtoli, De quibus ait: Nō poſſunt filij ſponſi lugere, quādiu cum illis eſt ſponſus. Veniet autem dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.

Conuiuiū æternum meret per tēporale ieiunium. Lucæ 6
Lucæ 23
Zach. 7
Eſaie. 1
Eſaie. 58
Salutare ieiunium quod.
Ioel 1
Eſaie. 58
Mat. 9

Triplex eſt autem ſolenne ieiunium, quod generaliter indicit eccleſia. Primum in quatuor temporum obſeruantia. Secundum in quadrageſimalium abſtinentia. Tertium in feſtiuitatum vigilia. Quodlibet eorum certis temporibus, certiſque diebus,

Ieiuniū ſolenne triplex.

certis rationibus, certisq; cauſis eſt inſtitutum.

Quæ ſingula diligenter inueſtigare nos conuenit, vt non ſolum, quid fiat, ſed qualiter fiat, & quare fiat, ex ordine cognoſcamus. Primum ergo ieiunium, quod agitur in quatuor temporum obſeruantia, tribus de cauſis quater in anno fit, ſub trinario: videlicet, ad proſequendum imperium, ad delendum peccatum, & ad exprimendum myſterium. Ad proſequendũ imperium agitur hoc ieiunium, quia præceptum eſt legis, q̃d ante legem legitur obſeruatum, vt ex omnibus Deo primitiæ perſoluantur. Hoc autem præceptum etiam ad tempus extenditur, vt ſicut quatuor ſunt anni tempora, & in quolibet tempore ſunt tres menſes, ita nos pro primitiis quatuor vicibus ieiunemus in anno, & in qualibet vice tribus diebus, ad gloriam Trinitatis. Hoc quadripartitum ieiunium principium habuit ex veteri teſtamento, ſicut legitur in propheta: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi, domui Iſrael vertetur in dies feſtos. Nunc autem conuenientius ieiunatur, in Martio ſcilicet, & in Iunio, in Septembri & Decembri. In Martio nanque fuit mundus conditus & redemptus: & verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. In Iunio lex fuit condita, & ſanctuarium inſtitutum, & præcurſor natus eſt ſaluatoris. In Septembri expiatio facta fuit, & propiciatio impetrata, & mater orta eſt redemptoris. In Decembri mundatũ fuit templum & dedicatum, & natus eſt vnigenitus creatoris.

[Margin: Ieiuniũ quatuor temporum. — Exo. 23 — Zach. 8 — Ioan. 1]

Ad delendum peccatum agitur hoc ieiunium: vt ſicut quatuor modis peccamus ſub ternario, ita quatuor vicibus ſub ternario ieiunemus.

Primo modo peccamus in patrem, peccamus in filiũ, peccamus in ſpiritum ſanctum. In patrem peccamus per impotentiam & fragilitatem. In filium peccamus, per ignorantiam & ſimplicitatem. In ſpiritum ſanctum peccamus, per duritiam & malignitatem. Patri nanq; appropriatur potentia, filio ſapientia, ſpiritui ſancto benignitas: quibus contraria ſunt impotentia, ignorantia, & malignitas. Hinc Veritas inquit in Euangelio: Qui peccat in patrem, remittetur ei, qui in filium, remittetur ei, qui in ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Matt. 12

Secundo modo peccamus tranſgrediendo legem naturæ, tranſgrediendo legem ſcripturæ, & tranſgrediendo legem gratiæ. Hoc eſt triplex illud ſilentium, De quo legitur: Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, omnipotens ſermo tuus domine de cœlis à regalibus ſedibus venit. Primum nanque ſilentium incepit, quando Cain interfecit Abel. Secundum incepit, quando ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Tertium erit vel ſorte iam eſt, quoniam ſuperabũdauit iniquitas, & refriguit charitas multorum.

[Margin: Sap. 18 — Gen. 4 — Exo. 32 — Matt. 24]

Tertio modo peccamus in corde, peccamus in ore, peccamus in ope. Hi ſunt tres mortui, quos dominus ſuſcitauit, in domo, in porta, in monumẽto. Mors in domo eſt, peccatum in cogitatione: mors in porta eſt, peccatum in locutione: mors in monumento eſt, peccatum in actione.

Quarto modo peccatum diſtinguitur in peccatum originale, in peccatum veniale, & in peccatum mortale. Hi ſunt, ſerpens, mulier & vir. Serpens, id eſt, concupiſcentia, ſuggerit originaliter, mulier .i. ſenſualitas, comedit venialiter: vir, .i. ratio, conſentit mortaliter. Iſti ſunt quatuor quadrãtes: de quorum vltimo dominus dicit: Non exiet hinc donec reddat nouiſſimum quadrantem, id eſt, donec ſoluat in pœna, quod commiſit in culpa. Ad exprimendum myſterium agitur hoc ieiuniũ, quia ſicut numerus aſcẽdit ab vnitate ad vnitatem, ſi quater fiat multiplicatio ad ternarium: ſic anima conſcendit de virtute in virtutem, ſi quater agat ieiunium per ternarium. Fiat ergo prima multiplicatio ter vnum, tria: ſecũda, ter tria, nouẽ: fiat tertia multiplicatio, ter nouem, viginti ſeptem: fiat quarta multiplicatio, ter viginti ſeptem, octoginta vnum. Ecce per talem multiplicationem, numerus ab vnitate aſcẽdit ad vnitatem, ſignificans quod per tale ieiunium anima conſcendit de virtute in

[Margin: Peccatum triplex. — Mat. 5 — Pſal. 38]

tute in

tute In virtutem, donec videat Deum de orum in Sion. Hæc autem multiplicatio bene competit animę propter quatuor ſui ſtatus, quibus quatuor iſtæ multiplicationes conueniunt. Primus eſt ſtatus creationis. Secundus eſt ſtatus vegetationis. Tertius eſt ſtatus operationis. Quartus eſt ſtatus reſolutionis. Primo ſtatui cōuenit prima multiplicatio, quæ ab vnico profluit in ternarium: quoniā in ſtatu creationis, anima ſuſcipit & vnitatem eſſentię, & ternarium potentiarū: id eſt, vim iraſcibilem, vim concupiſcibilem, & vim rationabilem. Secundo ſtatui conuenit ſecunda multiplicatio, quę à ternario aſcēdit ad nouennarium: quoniam in ſtatu vegetationis, anima ſuſcipit officium regendi corpus humanum, quod ſecundum naturalem contemperantiam influit & defluit per nouem foramina, id eſt, per duos oculos, duas aures, duas nares, vnum os, & duos inferiores meatus. Tertio ſtatui conuenit tertia multiplicatio, quæ à nouem ad viginti aſcendit: quoniam in ſtatu operatiōis anima viſibiles & corporales actiones exercet, quæ per viginti ſeptem congrue deſignantur, qui numerus eſt ſolidus. Et habet triplicem dimenſionem, ad ſimilitudinem hominis, id eſt, ad longitudinem & latitudinem & ſpiſſitudinem. Quarto ſtatui conuenit quarta multiplicatio, quæ poſt octoginta redit ad vnitatem: quoniam in ſtatu reſolutionis anima poſt varietatem vitæ præſentis, reuertitur ad puritatem naturæ. Nam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Per octoginta nanq; terminus vitæ præſentis accipitur, dicente Propheta: Si in potentatibus, octoginta anni, & amplius eorum, labor & dolor. Ecce quibus rationibus quatuor tempora ieiunamus.

Status animæ quatuor.

Sapien. 9

Psal. 89

Secundum vero ieiunium, quod agitur in quadrageſimalium abſtinentia, tribus de cauſis ſemel in anno, ſub quadragenario celebratur. Propter trinum exemplum, propter diuinū præceptum, & propter numeri ſacramentum.

Ieiunium quadrageſimale.

Propter exemplum ergo ieiunamus quadraginta diebus, quia Chriſtus, Moyſes & Helias totidem ieiunauerūt: ante legem, ſub lege, poſt legem. Hoc eſt, in principio legis, in medio, & in fine. Ante legem Moyſes ieiunauit, qui ac cepturus legem aſcendit in montem, & fuit ibi cū domino quadraginta diebus, panem nō comedens, & aquam non bibens. Sub lege ieiunauit Helias, q in fortitudine cibi vnius panis ambulauit per deſertum quadraginta diebus, vſque ad montem Dei Oreb. Poſt legem ieiunauit Chriſtus, qui ſtatim poſt baptiſmū aſſumptus eſt à ſpiritu in deſertum, & ieiunauit ibi quadraginta diebus & quadragita noctibus, & poſtea eſuriit. Hinc forte apparuerunt diſcipulis Moyſes & Helias in transfiguratione loquentes cum Chriſto.

Exod. 34

3. Reg. 19

Matth. 4

Matt. 17

Quadragenarius enim numerus ſanctus eſt in ſcripturis. Nam Deus in diluuio XL. diebus & XL. noctibus aquas effudit abyſſi. Nunciј Moyſi XL. diebus terram explorauerunt promiſſam Iſraeli. Iſrael XL. annis angelorum pane nutritus eſt in deſerto. Ionas ſubuerſionis Niniue XL. dierum ſpatio prophetauit. Chriſtus quoque poſt reſurrectionem quadraginta diebus remanſit in terris. Hoc autem tempore potius quam alio ieiunamus, vt ſicut exemplum imitatur exemplar, ita ieiunium Chriſtiani, ieiunium Chriſti ſequatur. Et ſicut hoc tempore per abundantiam humorum membra laxantur ad malum, ita per abſtinentiam ciborum membra reſtringantur ad bonū. Et ſicut hoc tempore per eſum illiciti cibi Adam deſcendit in mortem, ita per abſtinentiam liciti cibi Chriſtianus aſcendat ad vitam, vt compatienti Chriſto cōpatiamur. Quia ſi volumus cōregnare, oportet & cōpati. Licet non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis: vt & mundati per abſtinentiā, puriores accedamus ad Euchariſtiam, quam ſi quis indigne manducat, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.

Gene. 7

Num. 13

Exodi. 16

Ionę. 3

Acto. 1

2. Timo. 2

Rom. 8

1. Cor. 11

Propter præceptum vero ieiunamus quadraginta diebus, qa Deus in lege pcepit, vt ex omibus decimæ pſoluantur, quod pceptum vſq; ad tēpus extēditur. Habet enim annus ſolaris trecētos ſexaginta quinq; dies & quadrantem: qrum decimæ ſunt triginta ſex dies & dimidius

Exod. 22

dius,& decima pars quadrantis. Vt autem quadragenarius numerus compleatur dierum,additur decima decimę,quã ex præcepto legis minores Leuitæ,ſummo ſacerdoti reddebant. Eccleſia quoq;

Hebræ. 9

decimam temporis decimans Chriſto, qui eſt pontifex futurorum bonorũ,ſacerdos in æternum ſecundum ordinem

Pſal. 109

Melchiſedech,de triginta & quinq; diebus accepit ꝑ decima decimæ tres dies, & dimidium ad complẽdum quadragenarium. Et quia non reſtabat adhuc decimare,niſi vnum diem & quadrantem, & decimam partem quadrantis, Ideo diſtulit cum miſſa ieiunium vſq; ad noctẽ in ſabbato ſancto paſchali, ſecũdum q̃d dicitur in Collecta:Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem,&c. Propter ſacramentũ quoq; ieiunamus XL. diebus. Et quadragenarius numerus eſt ſupabundans, & ex ſuis partibus aggregatis aſcendit ad quinquagenarium. Cuius partes aggregatæ ſunt ſeptem, vicenarius, denarius, octonarius, qnarius, quaternarius, binarius,& vnitas, quæ aggregatæ reddũt quinquagenarium. Quinquagenarius autem quietem & remiſſionẽ ſignificat,propter quinquagenarium Iubilæ

Leuit. 25

um in quo debita remittebantur,& omnia quieſcebãt. Ieiunamus ergo XL. diebus,per hoc ſignificãtes,quia ſicut quadragenarius ex ſuis partibus aggregatis pertingit ad quinquagenarium,ita quadrageſimale ieiunium cũ ſuis partibus congregatis perducit ad quietem & remiſſionem æternam.

Sunt enim ſeptem partes ſpiritualis ieiunij,videlicet,à ſeptem capitalibus vitijs abſtinere:à quibus tãquam à ſeptem fontibus cætera vitia oriuntur. His ergo per ieiunium areſactis, cæteri vitiorum riuuli deſiccantur. Ecce quibus rationibus quadrageſimã ieiunamus. Tertium quoq; ieiunium, quod agitur in feſtiuitatum vigilia, tribus de cauſis indicitur.

Ieiunium vigiliarũ.

Sed vt compendioſe pertranſeam, id ſolum ad præſens notãdum eſt, quod Deus in lege pręcepit,vt in præcipuis ſolennitatibus omnes in Hieruſalem aſcenderent ad orandũ: nec apparerent in con-

Deut. 16

ſpectu domini vacui,ſed offerrẽt. Nos igitur in præcipuis ſolennitatibus aſcendẽtes Hieruſalem,id eſt,in eccleſiam ad orandum,ne appareamus in conſpectu domini vacui, & præter alias oblationes etiam ieiunium offerimus.

Primum ergo ieiunium,eſt ieiunium primitiarum, ſecundum eſt ieiunium decimarum,tertium eſt ieiunium oblationum. In primo ieiunio,primitias menſium Deo reddimus. In ſecundo ieiunio, decimam anni perſoluimus. In tertio vero ieiunio, dierũ oblationes Deo tribuimus. Ecce quibus temporibus, quibus diebus, quibus ratiõibus, qbuſq; cauſis ieiunare debemus. Quia vero Deus magis attendit modũ in facto, q̃ factum in modo, magiſq; conſiderat,quõ aliquid fiat,q̃ quod aliquo modo fiat:ipſe nos inſtruit,quõ ieiunare debemus: Tu, inqt.

Matt. 6 Ieiunij modus.

cum ieiunas,vnge caput tuum,& faciem tuam laua: vnge caput tuum, id eſt, exhilara mentem vnguẽto orationis. Et laua faciem tuam,id eſt, conſcientiam tuam munda aqua miſerationis. Quum ergo ieiunas,roga ſimul & eroga. Sunt enim præcipue tria vitia, ſcilicet, vana gloria,gula, & auaritia, de quibus primus Adam tentatus eſt & deuictus, de eiſdem ſecundus Adam tentatus eſt & deuicit. His autem oppoſitæ ſunt tres principales virtutes, oratio & ieiunium, & eleemoſyna, quæ ſibi merito coniunguntur: quoniam his duabus virtutibus, quaſi duabus alis, ieiunium volat

Alæ duæ ieiunij.

ad Deum. Vnde quum Veritas præmiſiſſet in Euangelio de oratione & eleemoſyna,ſtatim ſubdidit de ieiunio.

Sed valde cauendum eſt,ne forte dum ieiunamus, ſub occaſione ieiunij

Vitia tria in ieiunio cauenda.

tria prædicta vitia committamus. Quidam enim ieiunant ex vana gloria, quidam ex gaſtrimargia, quidam ex auaritia. Primi ſunt hypocritæ, ieiunando mendaces. Secundi ſunt guloſi, ieiunando voraces. Tertij ſunt cupidi, ieiunando tenaces. Primi ieiunant, vt

Hypocritarum ieiunium.

occultetur exterius, quod continetur interius: extra ſimulant ſanctitatem, ſed intus conſeruant iniquitatem: nolentes apparere quod ſunt. Exterminãt

Matt. 6

enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Sed amen dico vobis, qa receperũt mercedẽ ſuã. Secundi ſunt

Guloſorũ ieiunium cuiuſmodi.

guloſi, qui ieiunant vt magis comedãt, edentes rarius, vt edant auidius: non ad ne-

ad neceſſitatem,ſed ad ſuperfluitatē: nō
vt ſuſtentent naturam,ſed vt prouocent
gulam. At eſca ventri,& venter eſcis. De
us autem & hunc & hanc deſtruet. Ter-
tij ieiunant, vt quod ſubtrahunt volu-
Auari q̄li ptati,reponant cupiditati:gulam euacu-
ter ieiu- ant,vt crumenam adimpleant: ſed the-
nent. ſaurizant, & ignorant cui congregent
illud. De taliter ieiunantibus ſcriptum
eſt: Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur
Eſa.58 voluntas veſtra,&c.

Tu autem cum ieiunas vnge caput tu
um,vnguento orationis. Per vnguentū
Vnguentū enim oratio deſignatur. Secundum il-
oronis. lud: Muſcę morientes perdunt ſuauita-
Eccle.10 tem vnguenti,id eſt,importunę cogitati
ones tollunt deuotionem orationis.

Hoc autem vnguentum ex varijs ſpe
Oronis ciebus conficitur:alijs pertinentibus ad
vnguentū ſubſtantiam orandorum,alijs pertinen-
q̄bus cōfi tibus ad modū orantiū. Ad ſubſtantiam
ciatur ſpe orandorum pertinēt ſeptem ſpecies. Hæ
ciebus. ſunt ſeptē petitiones, quæ continētur in
Septē ſpe oratione dominica,per quas duo princi
cies ad ſub paliter expetuntur, bonorum adeptio,
ſtantiā o- & malorum remotio.
rādorum
ptinētes.
Matth.6

Bonorum aūt quædā ſunt æternalia,
Bona tria quædam ſpiritualia, quædā temporalia.
quæ petū Aeternalia petūtur in pręmium,ſpiritua
tur in ora lia petūtur in meritū,tēporalia petuntur
tione do- in ſuſtentaculū. De æternalibus dicitur:
minica. Adueniat regnum tuū. De ſpiritualibus
dicitur: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo
& in terra. De tēporalibus ſubditur: Pa-
nē noſtrum q̄tidianum da nobis hodie,
Mala tria Maloꝝ autē alia ſunt præterita,alia ſunt
à quibus pręſentia,alia ſunt futura. Pręterita ſunt
liberari dolenda,præſentia ſunt vincēda, futura
petimus. ſunt præcauenda. De præteritis dicitur
Dimitte nobis debita noſtra. De futu-
ris additur: Ne nos inducas in tentatio-
nem. De præſentibus ſubditur: Sed libe
ra nos à malo. Hæc ſunt illa quæ debe-
mus orare, ſed omnia propter beatitudi
Ioan.16 nem,dicente dño: Petite & accipietis,vt
gaudium veſtrum ſit plenum. Vnde his
ſeptem ſpeciebus admiſcendæ ſunt aliæ
ſpecies ſeptē. i. ſeptē beatitudines, quas
Beatitudi ipſe Chriſtus enumerat in Euāgelio: Be-
nes ſeptē. ati pauperes ſpiritu, qm̄ ipſorum eſt re-
Matth.5 gnum cœloꝝ. Hæ ſpecies diſcretionis pi
ſtillo teruntur in mortariolo memorię,
ne durum conficiatur vnguētum, id eſt,
ne oratio fiat in peccatum. Sunt eīm qui
aliud orant, q̄ debēt. Aliud q̄ debebat, o-
rabat mater filioꝝ Zebedęi,quę ad ſug-
geſtionē filioꝝ accedēs ad Ieſum orauit
& petijt: Domine,dic, vt hi duo filij mei Mat.20
ſedeant,vnus ad dexteram tuam,& alius
ad ſiniſtram in regno tuo. Propterea do
minus reſpondit illis: Neſcitis quid pe-
tatis. Aliter quam debebat orabat Phari
ſæus,qui aſcendens in templum vt ora- Luc.18
ret,hoc apud ſe orabat: Domine,gratias
ago tibi,quia non ſum ſicut cęteri homi
nū,raptores,iniuſti,adulteri, ſicut etiam
hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato,de
cimas do omniū quæ poſſideo. Propter
q̄d dominus ſpecialiter intulit: Omnis
qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe hu-
miliat exaltabitur.

Ad modum orantium pertinent ſe- Modus
ptem ſpecies. Hæ ſunt ſeptem virtutes, fi orantium
des,ſpes,charitas,iuſtitia, fortitudo,pru
dentia,temperantia. His etiam admiſcē-
dæ ſunt ſeptem aliæ ſpecies. Hæ ſunt ſe-
ptem dona gratiæ ſeptiformis,quę Eſa- Eſa.11
ias enumerat dicēs: Requieſcet ſuper eū
ſpiritus ſapientiæ,& intellectus,ſpiritus
conſilij,& fortitudinis, ſpiritus ſcientię,
& pietatis,& replebit eum ſpiritus timo
ris domini. Omnes hæ ſpecies deuotio-
nis balſamo condiuntur in vaſculo ſapi-
entiæ, quæ eſt odor ſuauiſſimus domi-
no per quam incēſum dignum offertur
in odorem ſuauitatis.

Sunt enim multi qui multum orant,
ſed negligenter & indeuote,quod domi Mat.6
nus prohibet: Cum,inquit,oratis noli-
te multum loqui, ſicut ethnici faciunt.
Putant enim in multiloquio exaudiri.
Tales cum orāt,aliud loquuntur in ore,
& aliud meditantur in corde. De qui-
bus conuenienter accipitur,quod domi
nus ait: Populus hic labijs me hono- Eſaiæ 29
rat: cor autem eorum longe eſt à me.
De talibus dicitur: In ore ſuo benedice Pſal.61
bant,& in corde ſuo maledicebant. In
ore benedicunt, quia loquuntur elo-
quia veritatis: ſed in corde maledicunt,
quia meditantur inania vanitatis. Ali-
ter orauerunt Moyſes & Suſanna, qui Pſal.106
clamauerunt ad dominum, & de ne-
ceſſitatibus eorum liberauit eos. Clama
uerunt enim,non tam vocis intentione
q̄ cordis deuotione, dicente Propheta:

Dele

Delectare in domino, & ipſe dabit tibi
Pſal.36 petitiones cordis tui. Expedit tamen vt
cordis deuotionem, oris pronunciatio
comitetur. Nam quod facit flatus carbo-
ni, pronunciatio deuotioni. Audi per
Pſal.65 Prophetam: Ad ipſum ore meo clamaui
& exultaui ſub lingua mea: Hoc vnguē-
tum conficiendum eſt in ſecreto quodā
cubili, id eſt, in ſecretario conſcientiæ.
Matt.6 Iuxta quod dominus dicit: Cum oraue-
ris, intra in cubiculum tuum, & clauſo
oſtio ora patrem tuum. Claudendum
Eccli.10 eſt oſtium, ne muſcæ morientes ſubin-
trent, quæ perdant ſuauitatem vnguēti.
Hie.9 Nam ingreditur mors per feneſtras. Si
Marci.11 ſic orauerimus, tunc obtinebimus quod
dominus ait: Quæcunque petieritis in
Ioan.16 oratione credentes, accipietis. Et iterum:
Quidquid petieritis patrem in nomine
Mat.6 meo, fiet vobis. Cum ergo ieiunas, vnge
caput tuum vnguento orationis.

Sed & laua faciem tuam. Laua aqua
miſerationis. Per aquam enim, eleemo-
Eccle.3 ſyna deſignatur, ſecundum illud: Sicut
aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna
extinguit peccatum. Vnde & eleemoſy-
na dicitur, non ſolum ab elimino, ſed
ab heli, quod eſt deus, & mnoys, quod eſt
aqua. Inde eleemoſyna, quaſi eleemoſyna,
id eſt, aqua Dei. Quia per eleemoſynam
maculæ peccatorum abluuntur à Deo.

Hæc aqua diuiditur in tres fontes.
Eleemoſyna triplex Quorum primus manat ex corde. Secū-
dus manat ex ore. Tertius manat ex o-
pere. Eleemoſyna quippe tripliciter e-
rogatur. Ex corde per compaſſionem.
Ex ore per correptionem. Ex opere per
largitionem. De compaſſione cordis di-
2.Cor.11 cit Apoſtolus: Quis infirmatur & ego
non infirmor? Quis ſcandalizatur & e-
go non vror? Peccata proximorum, fri-
xoria ſunt iuſtorum. De correptione o-
Mat.18 ris dominus ait: Si peccauerit in te fra-
ter tuus, corripe eum inter te & ipſum
ſolum. Si te audierit lucratus eris fratrē
Eſa.58 tuum. De largitione operis inquit Pro-
pheta: Frange eſurienti panem tuum, &
egenos vagoſque induc in domum tu-
am. Singuli vero fontes in duos riuulos
diuiduntur. Quorum primus decurrit
Eleemoſynā ordinate dandā eſſe. ad nos. Secūdus decurrit ad proximos.
Eleemoſyna ſiquidem danda eſt ordi-
nate. Primo nobis, ſecundo proximis,
Crudelis enim & fatuus, qui alij compa-
titur, & ſibi nō miſeretur, qui alium ca-
ſtigat, & ſe non emendat, qui alij ſubue-
nit, & ſe decipit. E contra præcipitur: Mi- Eccle.30
ſerere animæ tuæ placens Deo. Eijce pri-
mo trabem de oculo tuo, & tunc educes Mat.7
feſtucam de oculo fratris tui. Cum vide- Eſa.58
ris nudum operi eum, & carnem tuam
ne deſpexeris. Si ſic dederimus eleemo-
ſynas, tūc ſane merebimur quod domi- Luc.11
nus ait: Date eleemoſynā, & omnia mū-
da ſunt vobis. Eleemoſyna quidem ma-
ximam fiduciam præſtat apud altiſſi-
mum.

Cū ergo chariſſimi ieiunamus, vnga-
mus caput noſtrum oleo deuotę oratio-
nis, & lauemus faciē noſtram aqua piæ
miſerationis, illo miſericorditer conce-
dente, cuius verba ſunt optimis vnguē-
tis fragrantia, qui eſt fons vitæ aquæ vi-
uæ ſalientis in vitam ęternam, dominus
Ieſus Chriſtus, qui eſt Deus benedictus
in ſecula. Amen.

In eodem die Cinerum.

De tribus colligationibus impietatis, nimirum hæreticorum, peccatorum & damnatorum, de tribus funiculis peccatorum, quibus Clerici ut plurimum detinentur ligati, & de diſſolutionibus colligatorum.

SERMO II.

HOc eſt maius ieiunium quod
elegi. Diſſolue colligationes
impietatis, ſolue faſciculos
deprimentes. Si digne volu-
mus obſeruantiam ieiuniorum celebra-
re, hoc ieiunium præ cæteris obſerue-
mus, de quo dominus loquitur per Pro-
phetam: Hoc eſt maius ieiunium quod Eſai.58
elegi: diſſolue colligationes impietatis,
&c.

Tres colligationes impietatis legi-
mus in ſcripturis, hæreticorum, pecca-
torum, damnatorum. Colligationes hę-
reticorum, ſunt falſa dogmata. Colliga-
tiones peccatorum, ſunt praua opera.
Colligationes damnatorum, ſunt æter-
na ſupplicia.

De colligationibus hæreticorum ait
me

meretrix in parabolis : Intexui funibus
lectulum meum , ſtraui tapetibus pictis
ex Aegypto: Meretrix enim , id eſt, hære
tica prauitas, intexit lectulum ſuum , id
eſt, doctrinam ſuam confinxit, funibus,
id eſt , deceptionibus ſubtilibus quidẽ,
ſed tortis: vt eius caſtigatio ſit quaſi fu-
niculus triplex qui difficile rumpitur,
contextus de Theologicis autoritati-
bus, de Rhetoricis floribus , & de diale-
cticis argumentis. Sacras autem autori-
tates peruertit, ſophiſticas argumẽtatio
nes inducit, rhetòricos ſermones exor-
nat: ſimplices fallit , vt vagos alliciat , vt
incautos ſeducat . De talibus enim dicit
Propheta in Pſalmo: Quoniam quę per
Pſal.10 feciſti deſtruxerunt. Teſtimonia quippe
ſacræ ſcripturæ , quæ ſpiritus ſanctus
perfecit, hęretici deſtruunt , dum illa per
uertunt . Porro ſcriptura docente didi-
cimus , quod qui ſophiſtice loquitur,
odibilis eſt homo. Non eſt enim illa da-
Eccli.37 ta à domino gratia : ſed omni ſapientia
defraudatus eſt. Scriptum eſt enim: Per-
1.Cor.1 dam ſapientiam ſapientium, & pruden-
tiam prudentium reprobabo. Pręſertim
eorum , qui veritatem Dei detinent in
mendacio. Quorum prædicatio non eſt
in oſtenſione ſpiritus & virtutis , ſed in-
perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ ver-
bis: Iſti ſunt caupones , qui ſecundum
Eſa.1 Prophetam aquam vino commiſcent,
Hie. 51 qui fel draconum in aureo calice Ba-
Matt.23 bylonis propinant , qui circumeunt
mare & aridam , vt vnum proſelytum fa
ciant. Iſti ſunt illæ vulpeculæ, de quibus
Cant.2 ſponſa dicit in canticis: Capite nobis
vulpes paruulas, quæ demoliuntur vine
as. Quarum caudas Sampſon ad inui-
cem colligauit , ignem apponens vt in-
Iudic.15 cenderent ſegetes Philiſtinorum . Sed
ecce iam publice docent & prædicant li
bere, ita quod niſi colligationes eorum
cito fuerint diſſolutæ , timendum eſt no
bis , vt non ſolum infirma ſed & pars
ſyncera trahatur. Diſſoluamus ergo col-
ligationes impietatis : quoniam hoc eſt
maius ieiunium quod elegit dominus.

De colligationibus peccatorum in-
Eſa.5 quit Propheta : Væ qui trahunt peccata
quaſi longam reſtem : Hæc quoque re-
ſtis connectitur ex tribus funiculis. De
quibus Ioannes Apoſtolus ait: Quic-
quid eſt in mundo , eſt concupiſcentia
carnis , & concupiſcentia oculorum, 1.Ioan.2
& ſuperbia vitæ.

Concupiſcentia carnis , ad volupta-
tes , concupiſcentia oculorum, ad opes,
ſuperbia vitæ pertinet ad honores . Vo-
luptates autem luxurioſum faciũt, opes
auarum, honores ſuperbum : His tribus
funiculis nos clerici præcipue colliga- Clerici tribus funiculis peccatorũ detinẽtur ligati.
mur . Funiculus enim luxuriæ, peccatis
exigentibus , ita nos detinet alligatos,
vt non erubeſcamus mulierculas in do-
mibus publice retinere , de quibus ali-
quæ nuper fuerunt turpiter captę & vio
lenter abſtractæ , grauiter flagellatæ , in
magnam clericorum infamiam , multũ
obprobrium ſacerdotum. Nobis autem Eſaiæ.52
dicitur: Mundamini, qui fertis vaſa do-
mini. Nam & in veteri ſacerdotio , lotis Exo.29
manibus & pedibus, oĩa ſacerdos fœmi
nalia induebat. Certe, cum Dauid fuge- 1.Reg.21
ret perſecutionem Saul , venit cum ſuis
in Nobe ad Abimelech ſacerdotem, po-
ſtulans ſibi dari vel quinque panes ad
eſuriem expellendam . Cui ſacerdos re-
ſpondit: Non habeo panes laicos ad ma
num, ſed tãtum panem ſanctum: ſi mun
di ſunt pueri, maxime à mulieribus , mã
ducent . Quia panem ſanctũ digne man
ducare nõ poſſunt , niſi qui mundi ſunt
à coitu mulierum. Turpe dictu , ſed
turpiſſimum actu : dici liceat, vt agi non
libeat . Quidam nocte filium Veneris a-
gitant in cubili : mane filiũ virginis of- Incõtinentiã clericorũ turpitudo.
ferũt in altari. Nocte Venerẽ amplexan
tur, mane virginẽ venerantur . At ſi verũ
eſt, imo quia verum eſt, quod dicit Apo-
ſtolus: Fornicatores & adulteri regnum 1.Cor.6
Dei non poſſidebunt.

Sed & funiculus auaritiæ peccatis Funiculꝰ auaritiæ.
exigentibus ita nos detinet alligatos, &
vt multi noſtrum non erubeſcant mer-
cari, non timeant fœnerari , à propheta
vſq; ad ſacerdotes omnes auaritiæ ſtu- Hiere.6
dent ; & à maiore, vſque ad minorem
omnes faciunt dolũ . Dominus autẽ fa-
cto flagello, vendẽtes & emẽtes eiecit de Ioan.2
templo, æs negociatorꝫ effudit , & men-
ſas numulariorum euertit . Auarus e-
nim ſacerdos , non Deo ſeruit , ſed ido-
lo. Nam vt inquit Apoſtolus : Auaritia
eſt idolorum ſeruitus . Scriptũ eſt enim, Ephe.5
Nihil eſt auaro ſceleſtius : quia nihil eſt Eccle.10

iniqus q̃amare pecuniã.Quia radix oĩm malorum eſt cupiditas. Ex hac radice procedit,quod ſubditorum peccata palpamus: quaſi canes muti, non valentes latrare,ne forte ſubtrahant nobis oblationes,decimas atque primitias. Ex hac radice procedit, quod alienos parrochianos ſeducimus, & inuadimus parrochias alienas, mittentes falcem in meſſem alienam, & tranſgredientes terminos, quos poſuerunt patres noſtri,vt nobis ex eleemoſynis quæſtus accreſcat.

1.Tim.3 Auaritia clericorũ quàm mala gignat. Eſa.10 Pro.22

Sed & funiculus ſuperbiæ, peccatis exigentibus, ita nos detinet alligatos, vt iam magis velimus ſuperbi quã humiles apparere, incedentes extento collo,eleuatis oculis, erecta ceruice, magnificantes fimbrias, phylacteria dilatãtes, quærentes primos recubitus in cœnis, primas cathedras in ſynagogis,& vocari ab hominibus rabbi. Sic iam ornati prodimus,vt magis ſponſi quàm clerici videamur. Qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt. Iuſtius autem elegit abiectus eſſe in domo domini, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Non in veſte pręcioſa dicit Apoſtolus. Nam diues ille qui induebatur purpura & byſſo,ſepultus eſt in inferno. Tanta eſt ſuperbia clericorum,vt nunquam ad ſatisfactionem priores poſſint humiliari, non imitantes eũ qui dicit:Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, qui non venit miniſtrari ſed miniſtrare, Sed illum, qui poſuit ſedem ſuam ad aquilonem, vt eſſet ſimilis altiſſimo. Qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Iſti ſunt faſciculi deprimentes, de quibus cum Propheta dixiſſet:diſſolue colligationes impietatis,conſequenter adiunxit: ſolue faſciculos deprimentes. Impietas enim ſuper talentũ plũbi ſedere deſcribitur. Propter quod alibi legitur:Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum,& ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Nam impius cũ venerit in profundum vitiorum, contemnit. Diſſoluamus ergo colligationes impietatis: quoniam hoc eſt maius ieiunium quod elegit altiſſimus.

Funiculus ſuperbiæ. Matt.23 Matt.11 Pſal.83 1.Tim.2 Luc.16 Superbia ſacerdotũ notatur. Matt.11 Mat.20 Eſai.14 Iob 41 Eſaiæ 58 Pſal.37 Pro.17

De colligationibus damnatorum dominus inquit in Euangelio: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum.

Matt.13

Sed & iſte funiculus connectitur ex tribus funiculis. Qui ſunt, obſcuritas tenebrarum, acerbitas pœnarum, diuturnitas miſeriarum.

Damnatorũ reſtis ex tribus funiculis cõnexa.

Ignis gehennę ſemper ardebit & nũquam lucebit: ſemper vret & nunquam conſumet: ſemper afficiet & nunquam deficiet. Ligatis inquit manibus & pedibus,mittite eum in tenebras exteriores :vbi erit fletus & ſtridor dentium. Ibi erit vermis qui non moritur, & ignis qui non extinguitur. Dimittite me,dicit Iob,vt plangam paululum,dolorem meum, antequam vadam ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine, terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Tantam enim in pœnis reprobi ſuſtinebunt anguſtiam, vt nihil cogitare valeant præter pœnas: Sed illuc dirigent impetum cogitationis, vbi ſentient vim doloris, Salomone dicente:Nec opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia eſt apud inferos,quo tu properas. Si iuſtus vix ſaluabitur,impius & peccator vbi parebunt? Audi Ioannem in Apocalypſi dicentẽ: In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam. Deſiderabunt enim mori, & fugiet mors ab illis. Dies illa,dies iræ, dies tribulationis & anguſtiæ: dies calamitatis & miſeriæ:dies tenebrarum & caliginis : dies nebulæ & turbinis:dies tubæ & clangoris. Diſſoluamus ergo colligatiões impietatis, quoniã hoc eſt maius ieiunium quod elegit altiſſimus.

Matt.22 Eſa.66 Iob 10 Eccl.9 Apoc.9 Soph.1

Quia vero non ſufficit medicos cauſam infirmitatis agnoſcere, niſi ſtudeant medicinam ſalutis adferre, poſtquã ſpecies colligationum oſtendimus, etiam modos diſſolutionum dicamus. Diſſoluamus ergo colligationes hæreticorum,per fidelem doctrinam. Colligationes peccatorum,per humilem pœnitentiam.

Diſſolutionum modi.

Colligationes damnatorum,per finalem perſeuerãtiam. Apoſtolus enim ingt ad Timotheũ:Attende tibi & doctrinæ, in-

1.Tim.4

inſta in illa. Hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. Spiritus enim manifeſte dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentes mendacium, & cauteriatam habentes conſcientiam, prohibentes nubere & abſtinere à cibis, quos Deus creauit. Qualiter autem fit hæc colligatio diſſoluenda, ſtatim docet Apoſtolus, dicens: Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum. Nam vidit Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona.

Colligationes hæreticorũ vt diſſoluendæ.

Diſſoluamus ergo colligationes hæreticorum, per fidelem doctrinã: quoniam hoc eſt maius ieiunium quod elegit dominus.

Ezech. 18

Porro quacunque hora peccator conuerſus fuerit & ingemuerit vita viuet, & non morietur, ait dominus. Nolo, inquit, mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Peccatũ aũt quod per pœnitentiam nõ diſſoluitur, ſuo pondere ſtatim ad aliud trahit. Et ſic efficitur reſtis illa, de qua dicit Propheta: Væ qui trahunt peccatum quaſi longam reſtem.

Eſa. 5
Act. 3

Propter quod Petrus Apoſtolus ait: Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur veſtra peccata. Diſſoluamus igitur colligationes peccatorum, per humilem pœnitentiã: quoniam hoc eſt maius ieiunium quod elegit altiſſimus.

Colligationes peccatorũ vt diſſoluendæ ſunt. 2. Pet. 2 Ioan. 5

Quia vero canis reuerſus ad vomitum, eſt homo rediens ad peccatum, ſi iuxta ſententiam veritatis dimiſſa ſunt tibi peccata, vade & amplius noli peccare, quoniam qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit.

Matt. 10
Gen. 37

Hinc eſt quod Ioſeph inter fratres talarem tunicam habuiſſe deſcribitur, & cauda hoſtiæ in altari iubetur offerri.

Damnatorum colligationes vt diſſoluendæ.

Diſſoluamus igitur colligationes damnatorum per finalem perſeuerantiam, ipſo præſtãte, qui eſt ſuper omnia benedictus Deus in ſecula ſeculorum, Amen.

Dominica prima in quadrageſima.

De tribus tentantibus, Deo ſcilicet, & dæmone, & homine, & de quibus diabolus Chriſtum tentauerit, circa quæ tamen docet ſeptem eſſe obſeruanda, item de aſtutia diaboli unde comprobetur, & de cauſis tentationum.

SERMO VNICVS.

Matt. 4

DVctus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo: & cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit.

Lucæ. 4
Tentatur homo à trib9, ſed diuerſo modo.

Tres ſunt qui tentant. Deus, dæmon, & homo. Sed Deus tentat ſemper ad bonum, dæmon ſemper tentat ad malum. Homo vero quandoque tentat ad bonum, quandoque tentat ad malum. Deus ſemper tentat ad bonum, quia ſemp bonus eſt. Dæmon ſemper tentat ad malum, quia ſemper eſt malus. Homo vero quandoque tentat ad bonum, quandoque tentat ad malum. &c̃. quia quidam bonus eſt, & quidam malus eſt.

Iaco. 1

Deus enim intentator malorum eſt. Vnuſquiſque enim tentatur à ſua concupiſcentia abſtractus & illectus.

De his tribus perſonis ſtatim dicitur in principio: Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo. Ductus eſt Ieſus, ecce homo. A ſpiritu, ecce Deus, Vt tentaretur à diabolo, ecce dæmon. Illuc enim eum ſpiritus duxit diuinus, vbi eum erat malignus ſpiritus tentaturus. Ad ieiunandum duxit illum ſpiritus diuinus, ſed ad tentandum ſumpſit eum ſpiritus malignus: Deus autem tentat vt probet: dæmon tentat vt fallat: homo tentat vt inueſtiget.

Pſal. 25
Act. 4
Dan. 1

De primo dicitur: Proba me domine & tenta me. De ſecundo legitur: Cur ſathanas tentauit cor tuum. De tertio ſcribitur: Tenta nos obſecro diebus decem.

Tentatio dæmonis circa quæ verſetur. 1. Ioan. 2

Dæmon autem principaliter tentat, per voluptates, per opes, & per honores. Nam quicquid eſt in mundo, aut concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Concupiſcentia carnis, ad voluptates, concupiſcentia oculorum, ad opes, ſuperbia vitæ, pertinet ad honores. In voluptatibus, tentat per gulam, & per luxuriam. In opibus, tentat per cupiditatem & a-

uaritiam.In honoribus tentat per ſuper biam & iactantiam.

De his tribus diabolus tentauit Ieſum,de gula videlicet, auaritia, & iactantia. De gula tentauit,cũ ait:Si filius Dei es,dic vt lapides iſti panes fiant. De iactantia tentauit cum dixit: Si filius Dei es,mitte te deorſum.De auaritia vero tẽtauit cum inquit: Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me.

Matt. 4

Attende diligenter aſtutiam tentatoris.Tentat enim ex diuerſis cauſis,in diuerſis locis,diuerſis modis. De gula,de iactantia,de auaritia.In deſerto,in templo in monte. Suggerendo,argumentando,& promittendo. Suggerendo cũ dicit:Dic vt lapides iſti panes fiant. Argumentando cum intulit, ſcriptum eſt enim, Quia Angelis ſuis mandauit de te,& in manibus tollent te,ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Promittendo,cum inquit: Hæc omnia tibi dabo,vt quem ex vna cauſa non poterat,ex alia cauſa ſeduceret. Quem in vno loco non poterat,in alio loco deciperet.Quem non poterat vno modo, fal leret alio. Sed nullo modo profecit,qa Chriſtus ſemper repulit tentatorem & ſuperauit omnino. Non per ſublimitatem potentiæ, ſed per autoritatem ſcripturæ. Per hoc nos docens & inſtruens,vt quotiens nobis graues tentationes emergunt, recurramus ad teſtimonia ſcripturarum. In quibus inuenimus & ſpeculum, quod miremur, & exemplum,quod imitemur.

Dæmonis aſtutia.

Scripturę teſtimoniũ in tentationibus opponendũ.

Porro circa tentationem huius ſeptem præcipue conſiderare debemus, quæ docet nos Euangeliſta notare,videlicet,perſonam,locum,& tempus,cauſam & modum,& ordinem, & qui poſt omnia ſequitur, finem. Perſonam ſcilicet quæ tentatur. Quia Ieſus eſt ductus à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo: Locum,vbi tentatur, quia ductus eſt in deſertum. Tempus,quando tentatur,quia cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Modum in quo tentatur:quoniam accedens tentator dixit ei:Si filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Ordinem ſecundum quem ipſe tentatur: quoniam aſſumpſit eũ diabolus in ſanctã ciuitatem,ſtatuens eum ſuper pinnaculũ templi.Et iterum aſſumpſit eũ in montem excelſum valde,oſtendens ei omnia regna mundi. Finem,ad quem tentatur: quia reliquit eum diabolus & acceſſerunt ad eum angeli & miniſtrabant ei.

Septem quędã circa Chriſti tẽtationẽ notanda.

Circa quodlibet iſtorum duo quædã debemus diſtinguere.

Circa primum debemus attendere perſonam tentatoris, & perſonam tentati:quia ductus eſt Ieſus à ſpiritu vt tentaretur à diabolo. Ieſus ergo tentatur & diabolus tentat.

Circa ſecundum debemus notare locum ſolitarium & locum aſſiduum: quoniam intra deſertum aſſumpſit eum in montem excelſum.Et intra ciuitatem ſtatuit ſupra pinnaculum templi.

Circa tertium debemus attendere tẽpus poſt baptiſmum, & tempus etiam poſt ieiunium.Quia cum baptizatus fuiſſet, tunc, vt dicit Euangeliſta, ductus eſt Ieſus in deſertum, vt tentaretur,& ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

Circa quartum debemus notare cauſam poteſtatis, ex qua ieiunauit: & cauſam infirmitatis, ex qua eſuriit.

Circa quintum debemus attendere modum tentandi ſecundum qualitatem naturę.Quia cũ Ieſus eſuriiſſet, ſuggeſſit ei diabolus:Dic ingens, vt lapides iſti panes fiãt.Et ſecundũ autoritatem ſcripturæ,quia cum ſuggeſſit vt mitteret ſe deorſum,adiicit: Scriptum eſt enim,quia angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Circa ſextum debemus notare ordinem.Quia poſt gulam tentauit de iactãtia,& poſt iactantiam, tentauit de auaritia. Nam cum aſſumpſiſſet eum in ſanctam ciuitatem, & ſtatuiſſet eum ſupra pinnaculum templi, ac illi dixiſſet: Si filius Dei es, mitte te deorſum: iterum aſſumpſit eum in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi,& gloriam eorũ & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me.

Circa ſeptimũ debemus attẽdere receſſum ſpiritus maligni. Quia tunc reliquit eum diabolus: & acceſſerũt benigni

ſpiritus, Quoniam acceſſertũ angeli & miniſtrabant ei. Ecce licet in ſuperficie ſimplex appareat texus euangelicæ lectionis, latet tamen ſub terra fauus, ſub cortice nucleus, ſub ſpica frumentum.

Eruderemus, itaque puteum, quia al-tus eſt, & hauriamus aquã in gaudio de fontibus ſaluatoris. Ioan. 2 Eſa. 12

Tentauit ergo, non qualiſcunque tẽtator, ſed ipſe diabolus, qui ſuper omnes tentatores malignos probatur aſtutus, & ex ſubtilitate naturæ, & ex antiquitate temporis, & ex aſſiduitate fallendi. Ex ſubtilitate naturæ, iuxta quod ei dicitur: Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia & perfectus decore, in paradiſo Dei fuiſti. Ex antiquitate tẽporis, quia prima eſt creatura, nõ quod cunctas præceſſerit, ſed quam nulla præceſſit. Iuxta quod dicitur: Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? Ex aſſiduitate fallendi. Quoniam aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit ſemper quærens quem deuoret. Hic ergo tentator tam ſubtilis, callidus & antiquus, tentauit non hominem qualemcunque, ſed ipſum Ieſum, ductum á ſpiritu vt tentaretur à diabolo, Non peccatorẽ, ſed ſaluatorem. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Prçcaueat ſibi ergo peccator, quia tentatus eſt ipſe ſaluator: nec ſit iuſtus omnino ſecurus, quia tentatus eſt ipſe Deus. Sed nõ deſperet homo qui libet cum tentatur, quia tentatus eſt pro nobis ipſe ſaluator, vt ſua tentatione vinceret noſtram, qui ſua morte noſtrã peremit.

Aſtutia diaboli ꝓbat ex tribus. Eze. 28 Eſaiæ 14 1. Pe. 5 Eſa. 53 1. Petr. 2

Tentauit autem non in foro, ſed in deſerto, non in triuio, ſed in templo: nõ in valle humili, ſed in monte ſublimi. Idem ipſe qui tentauit in paradiſo, tentauit in eremo. Sed in paradiſo tentauit primum Adam & deuicit. In eremo tentauit ſecundum Adam & deuictus eſt. Quia non eſt potentia, non eſt ſapientia, non eſt conſilium contra Deum. Nõ ſit ergo monachus ſecurus in clauſtro, Non ſit eremita ſecurus in ſolitudine: quia tẽtatus eſt Adam in paradiſo, quia tentatus in deſerto Ieſus. Gene. 3 Matt. 4 Pro. 21

Tentauit etiam, non poſt conuiuiũ, ſed poſt ieiunium: non poſt peccatum, ſed poſt baptiſmum: quia magis inſiſtit, ſatagit, & laborat, vt ſeducat magnum quam paruum, iuſtum quam impium, ſapientem quam fatuum: vt ſeductione magni, ſeducant & parui: & in ſeductione iuſti, ſeducãtur & impij: in ſeductione ſapientis, ſeducãtur & fatui. Scriptũ eſt enim, quia ſub vmbra dormit, & in ſecreto calami, in locis humentibus: abſorbet fluuium & non mirabitur: habet enim fiduciam, quod influat Iordanis in eos eius. Cum enim quis ab errore ad veritatem, à vitijs ad virtutes, & à diabolo ad Chriſtum cõuertitur: tunc maiores contra ſe tentationes, & grauiores in ſe perſecutiones perpetitur. Vnde filios Iſrael in deſerto, poſt exitum de Aegypto, Amalechitæ grauiter leguntur impugnaſſe. Propterea ſapiens monet & hortatur. Fili cum acceſſeris ad ſeruitutem Dei, præpara cor tuum ad tentationem. Ab hac igitur tentatione maligna, vel potius ab huius tentatiõe maligni, nulla perſona excipitur, nullus locus excluditur, nullum tempus diſcernitur: vbique dolus & laqueus, vbique fouea & tendicula. Iob 40 Cõuerſi ad Deum grauius à diabolo impugnãtur. Exo. 14 Eccle. 2

Vere tentatio eſt vita hominis ſuper terram. An non vere tentatio? cum multiplices hoſtes vndique ſemper inſidientur vt capiant, perſequentur vt perimãt, dæmon & homo, mundus & caro. Dæmon cum vitijs, homo cum beſtijs, mũdus cum elementis, caro cum ſenſibus. Propterea plorat, & clamat Apoſtolus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Et Pſalmiſta dicebat: Educ de carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo dñe. Iob. 7 Hoſtes quatuor. Rom. 7 Pſal. 141

Diabolus enim cauſas idoneas ad tẽtandum, & aſſumit inuentas, & inuenit aſſumendas. Ad tentandum quippe de gula, cauſam idoneam aſſumpſit inuentam: quia cum ieiunaſſet Ieſus quadraginta diebus & quadraginta noctibus & poſtea eſurijſſet, acceſſit ad eum tentator & ait: Dic vt lapides iſti panes fiant: intendens illi ſi poſſet per nimiam auiditatem edendi trahere ad peccatum, ſicut olim Eſau, qui famem ſuſtinere nõ ſufferens, pro lentis edulio vendidit primogenita. Matt. 4 Gen. 25

Nos ergo fratres & filij caueamus a-

ſtutiam tentationis, ne forte cum ieiunamus, per nimiam auiditatem edendi trahamur ad culpam. Gulę ſpecies tres. Quia non ſolum in varijs ferculis & lautis cibarijs, ſed in hora præuenta, & in appetitu immoderato peccatur. Vnde non ait: Dic vt lapides iſti carnes fiant, aut piſces, ne forte in cibis lautis & varijs deprehendatur facilius aſtutia tentatoris: Sed dixit: Dic vt lapides iſti panes fiant, vt ſi famis impatiens lapides mutaret in panes, nimia deprehenderetur auiditas comedēdi. Attendant hoc illi, qui varios exquirendo ſapores, ſubſtantiam conuertunt in accidens, & naturam in artem, vt prouocent & reuocent appetitum.

Ad tentandum vero de auaritia cauſam idoneā aſſumendam inuenit: quia duxit illum diabolus in montem excelſum, & oſtendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & ait: Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me. Attendite diligenter inſidias inimici. Vt enim traheret illū ad caſum, in montem excelſum aſſumpſit: quia quāto maior excellentia, tanto grauior eſt ruina. Et vt excitaret & inuitaret concupiſcentiam oculorum, oſtendit & promiſit omnia regna mundi & gloriam eorum. Sed cū prius tentaſſet, neque ſeduxiſſet de vitio corporali, hoc eſt, de gula: rurſus tentat de vitio ſpirituali, hoc eſt, de auaritia. Dominus autem contra defectum carnis, virtutem mentis obiecit: reſpōdens ſecundum autoritatem ſcripturæ, quod
Deut. 8 Col. 3 non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et contra cupiditatem & auaritiam, quæ ſecundum Apoſtolum, ſeruitus eſt idolorum, diuinam oppoſuit ſeruitutem, ſe-
Deut. 8 cundum autoritatem ſcripturę reſpondēs: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, id eſt, ſoli Deo ſeruitutem adorationis impendes.

Ad tentandum etiam de iactantia, cauſam aſſumpſit idoneam, & congruū locum inuenit. Quoniam aſſumpſit eū in ſanctā ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculū tēpli, dicens: Si filius Dei es, mitte te deorſum. Duo ſunt de quibus homines ſe magis cōſueuere iactare, dignitas & ſcientia. Doctores de ſciētia, ſacerdotes de dignitate. Ideoque de iactantia tentaturus, ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi: qui locus eſt proprius doctorum & ſacerdotum. Et quoniam qui ſe iactant laudem humanam deſiderant, & expetunt humanum fauorem, idcirco de iactantia tentaturus, eum nō in locum deſertum ſed in ciuitatem ſanctam aſſumpſit: vt cum fauoris applauſu ab hominibus laudaretur. Vt autem perſuaderet facilius quod dicebat, propheticum protulit teſtimonium, ſed illud ad alienum ſenſum peruertit, vt ſpiritus erroris hęreticam inſtrueret prauitatem.

Porro quum ex diuerſis cauſis, in diuerſis locis, diuerſis modis, tentaſſet, nec profeciſſet, confuſus abceſſit. Quia reliquit eum diabolus, & acceſſerunt angeli & miniſtrabant ei. Quid autem miniſtrabant angeli, an cibum eſurienti? Sed quicquid ei angeli miniſtrauerunt, moraliter nos inſtruimur, quia ſi tentationes diaboli curauerimus caute repellere, profecto nobis angeli miniſtrabūt.

Oremus ergo fratres & filij dominū noſtrum Ieſum Chriſtum, vt qui tentatoris ſuperauit aſtutias, ipſe nos liberet ab inſidijs tentatoris, nec nos permittat in tētationem induci, ſed ſi quando ſorte tentatio nos apprehendat humana, 1.Cor.1
non permittat vſque ad conſenſum tentari: Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

In ſabbato quatuor temporum.

Chriſti transfiguratio, & diſcipuli tres quid deſignent, de ueſtimentis Chriſti, de multiplici tranſfigurationis combrobatione, de caſu bonorum & malorum diuerſo.

SERMO VNICVS.

ASſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrē eius, & ducit illos in mōtē excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Quia fidelis eſt dominus in promiſſo, ideo quod promiſit

miſit adimpleuit. Promiſerat enim apo-
Matt. 16 ſtolis dicens: Sunt quidam de hic ſtan-
tibus, qui non guſtabunt mortem, do-
nec videant filium hominis venien-
tem in regno ſuo, id eſt, in ea claritate,
in qua peracto iudicio apparebit in re-
Matt. 17 Marci. 9 Lucę. 9 gno.

Sed ecce promiſſum impleuit, qa poſt
ſex dies aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iaco-
bum, & Ioannem, & ducit illos in mon
tem excelſum ſeorſum, & trãsfiguratus
Lucę. 13 eſt ante eos. Sex enim ſunt dies, in qbus
oportet hominem operari: ſeptimo au-
tem die requieuit Deus ab omni opere,
quod patrarat. Recte igitur hæc trans-
figuratio poſt dies ſex facta fuiſſe narra
tur, quia glorificatio futura promittitur
in requie poſt laborem, tanquam in ſe-
Lucę. 9 ptenario poſt ſenarium.

Et propter eandem cauſam bene Lu
cas dicit: Poſt dies octo: quoniam hæc
transfiguratio in octaua reſurrectionis
ætate promittitur affutura. Quamuis &
ſecundum literam non diſcordet, quod
poſt ſex dies ſecundum Matthũ & Mar
cum, & poſt octo ſecundum Lucam hu
iuſmodi transfiguratio facta fuiſſe doce
tur: cum illi medios dies commemorẽt,
iſte vero & primum præmiſit, & vltimũ
quo compleuit adiunxit.

In transfiguratione vero Ieſus non
ſubſtantiam aſſumptæ carnis amiſit, ſed
gloriam futurę reſurrectionis oſtendit:
quia reſplenduit facies eius ſicut ſol, &
Veſtimẽta Chři myſtice, quę. Eſa. 49 al. indumento. Roma. 6 veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix.
Veſtimẽta Chriſti ſunt vniuerſi fideles,
de quibus ad ipſum dicitur per prophe-
tam: His omnibus velut veſtimento ve-
ſtieris. Et ad q̃s dicit Apoſtolus: Quot-
quot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ
induiſtis. Et ideo nõ ſolum facies Chri-
ſti reſplenduit ſicut ſol, ſed etiam veſti-
mẽta eius facta ſunt alba ſicut nix. Quẽ-
Phil. 3 admodum inquit Apoſtolus: Saluato-
rem expectamus dominum Ieſum Chri
ſtum, q reformabit corpus humilitatis
noſtræ, configuratum corpori claritatis
ſuæ.

Porro, quanta eſt differẽtia inter glo-
riam capitis, & glorificationem mem-
brorum: Sicut aũt poſt reſurrectionem
ad inſtruendam fidem, etiam in corpore
immortali, ſigna mortalitatis exhibuit,
quando lateris aperturã, & locum clauo
rum oſtendit: ſic & propter aſſertionem
fidei ante reſurrectionem immortalita-
tis ſigna in corpore mortali mõſtrauit.
Quia reſplenduit facies eius ſicut ſol, &
veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut
nix.

Verum quia mirum erat & mirabile,
quod mõſtrabat, vt firmius crederetur,
voluit illud multiplici teſtimonio com-
probare. De cœlo ſcilicet, & de terra: de
paradiſo, & de inferno. A Deo & homi
ne: à viuis & mortuis: per præteritos, &
præſentes: per legem & prophetas. Quo
niam apparuerunt eis Moyſes & Helias,
cum ipſo loquentes. Et ecce nubes luci-
da obumbrauit illos, & vox de nube
dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in q̃
mihi bene cõplacui, ipſum audite. Vox
de nube perhibuit teſtimonium veritati
de cœlo.

Diſcipuli autem in monte fuerunt te
ſtes veritatis in terra. Moyſes de infer- Zach. 9
no, quia nõdum Chriſtus eduxerat vin
ctos ſuos de lacu, in quo non erat aqua.
Helias de paradiſo, in quo cum Enoch
vſque ad tribulationem vltimam futu-
ram per Antichriſtum creditur perman
ſurus.

A Deo patre vox illa proceſſit: Hic eſt
filius meus dilectus. Ab homine Petro
verbum illud exiuit: Domine, bonũ eſt
nos hic eſſe. Viuus erat Helias, mortuus
Moyſes. At ille viuus erat, ſed morietur:
iſte vero mortuus, ſed victurus. Ambo
tamen præſentes erãt, is vt legiſer, hic vt
propheta: vt rei miræ mirabile teſtimo-
nium perhiberent. Per illos, vt per præte
ritos: per apoſtolos, vt per pręſentes per Matt. 21
hibetur teſtimonium veritati. Quoniam
& qui præibant & qui ſequebantur cla-
mabant, dicentes: Oſanna filio Dauid,
benedictus qui venit in nomine domi-
ni. Tres apoſtoli & duo prophetæ fue-
runt adhibiti, quia ſecundum legem di- Deut. 13
uinam in ore duorum vel trium teſtium
ſtat omne verbum.

Petrus autem viſionis gloria, vel po-
tius viſione glorię delectatus aiebat: Do
mine, bonum eſt nos hic eſſe. Si Petrus
videns glorificatam humanitatem, tan-
to afficitur gaudio, vt nunquam ve-
lit ab eius intuitu ſeparari: quid de

illis putandum eſt, qui diuinitatem glorificantem aſpiciunt, cum quanto gaudio ſemper illi deſiderant inhærere? Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. In eo vero quod addidit, ſi vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Heliæ vnum, Neſciebat, vt ait alius Euangeliſta, qui diceret. Quia non eſt neceſſarium tabernaculum, vbi, ſecũdum Apocalypſin Ioannis, Deus omnipotens eſt templum & agnus. Et quia gloriam quę promittitur poſt reſurrectionem in cœlo, redditã eſſe putabat ante reſurrectionem in terra, perterritus & attonitus, vel magis in extaſi poſitus, & in exceſſu tranſlatus, neſciebat cogitare futura, quem præſentia delectabat. Vnde reprehendi non meruit, aut etiam increpari. Sed adhuc ipſo loquente: Ecce nubes lucida, non obſcura, Non enim eſt conuentio lucis ad tenebras, neque Chriſti ad Belial, obumbrauit eos, vt oſtẽderet viſionem huiuſmodi, nõ eſſe veritatem futuræ glorificationis, ſed vmbram, vt per vmbram veniretur ad veritatẽ, quaſi per ſpeciem ad rem, & per fidem ad ſpeciem.

Eſa. 63

Apoc. 21

2. Cor. 6

Porro quare factum ſit hoc miraculum, & cur hoc mirabile ſit oſtenſum, oſtenditur, cum infertur: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Ac ſi diceret manifeſtius: Ego qui dixeram: Pœnitet me feciſſe hominem, ecce nunc dico: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Hic ergo non alius, filius eſt, nõ ſeruus, meus, non alienus, dilectus, nõ maledictus, in quo mihi complacui, non diſplicui, & ideo ipſum audite, non contradicite.

Gen. 6

Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam & timuerunt valde. Boni nanq; cadunt in faciem, mali vero retrorſum. De bonis autem cadentibus dicitur: Ceciderunt in facies ſuas & adorauerunt. De malis vero cadentibus legitur: Abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iſti cadunt in faciem, per humiliationem: illi cadunt retrorſum, per auerſionẽ. Iſti ꝗ cadũt intelligũt: illi quo cadunt ignorant. Beatus tamẽ ꝗ ſemper eſt pauidus. Quia timor dñi peccatũ expellit. Hinc propheta dicit ad dñm: A timore tuo concepimus domine, & pepe-rimus ſpiritum ſalutis.

Cadſit bonus in faciẽ, mali aũt retrorſum.

Apoc. 4

Ioan. 18

Prou. 28

Eccle. 1

Eſa. 26

Audientes ergo diſcipuli teſtimoniũ deitatis, & maieſtatis gloriam intuẽtes, ceciderunt & timuerunt: quia accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus, & inueſtigator maieſtatis opprimetur à gloria. Vnde Propheta: Domine audiui auditionem tuam & timui, conſideraui opera tua & expaui. Ex eo autem præcipue timuerunt, quod cum Petrus quaſi comparaſſet Ieſum Moyſi & Heliæ, dicendo: Si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Heliæ vnum, audientes poſtea vocem de nube dicẽtem: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: & intelligentes ipſum Deum eſſe, Dei filium Ieſum Chriſtum, tanquam errauerunt, timore perterriti ceciderunt.

Pſal. 63

Prou. 29

Abac. 3

Diſcipuli cur timuerint.

Sed ne præ timoris magnitudine deſperarent, acceſſit Ieſus & tetigit eos, dixitq; illis: Surgite & nolite timere. Acceſſit & tetigit: quia per ſe ſurgere non valebant. Sine me, inquit, nihil poteſtis facere.

Ioan. 15

Leuãtes autem oculos, neminem viderunt, niſi ſolũ Ieſum. Nam ſi Moyſes & Helias perſeueraſſent cũ ipſo, vox patris videretur incerta, cui potius teſtimonium protuliſſet.

Scio fratres & filij, ꝙ vos delectat expoſitio literalis, ſed puto ꝙ magis ſpiritualis expoſitio delectabit. Et ideo ſi literam diligenter audiſtis, ſpiritũ diligentius audiatis. Aſſumpſit ergo Ieſus Petrum, & Iacobum & Ioannem, & duxit illos in montem excelſum, &c.

Spũalis expoſitio.

Tres iſti diſcipuli, deſignant tres ordines fidelium in eccleſia, prælatos, cõtinentes, & coniugatos. Hi ſunt Noe, Daniel, & Iob, quos Ezechiel vidit in viſione ſaluandos. Sed ſecundum euangelicam veritatem, duo ſunt in agro, duo in lecto, & duo in mola: quorum vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Quoniã de quolibet ordine qdam aſſumuntur ad gloriam, & alij relinquũtur ad pœnã. Nõ eñ locus ſanctificat hominẽ, ſed homo locũ. Tres ergo diſcipulos aſſumpſit Ieſus, & duxit eos in montem excelſum: quia

Diſcipuli tres quid ſignificent.

Ezech. 14

Matt. 24

quia tres ordines fidelium accepit dominus & adducit in cœlum: ſed non oẽs de omnibus: quia ducit illos ſeorſum, id eſt, diuiſim, ſicut paſtor ſegregat oues vel agnos ab hædis, vt tollatur impius, ne videat gloriam Dei, quæ promittitur & datur in cœlo, quia dominus in cœlo ſedes eius. Qui dicit, volo pater, vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus.

Matt. 25
Eſaiæ 26
Pſal. 10
Ioan. 12

Quod autem transfiguratus eſt ante eos ſignificat, quod videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. tunc autem videbimus facie ad faciem, ſicuti eſt, Quãdo de figura transferemur ad veritatem, & de fide producemur ad ſpeciem.

Trãsfiguratio dñi qd myſtice ſignificet.

Duplex autem glorificationis eſt ſpecies: Vna ſpiritus, & altera corporis. Vna qua glorificat corpus, & altera qua glorificatur ſpiritus: quia ſecũdum prophetam de manu domini recipiemus duplicia. Totus igitur homo in ſtola mentis & ſtola carnis gloriam obtinebit.

Quia vero corpus conſtat ex quatuor elementis, terra, aqua, igne, & aere: ad ſtolam corporis quatuor proprietates ꝑtinere dicuntur, claritas, ſubtilitas, agilitas, & impaſſibilitas.

Corporis glorificati ꝓprietates q̃tuor.

Et quia ſpiritus tres habet naturales virtutes, vim rationabilem, vim iraſcibilem, & vim concupiſcibilem: ad ſtolam ſpiritus tres aſſeruntur proprietates ſpectare, cognitio, dilectio, & delectatio. Has & illas commemorat & commendat Sapiens ille, qui ait: Fulgebunt iuſti & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent: & regnabit dominus illorum in perpetuũ. His verbis proprietates glorificati corporis deſignat. Ac ſi diceret: Fulgebunt clari, & tanquam ſcintillæ ſubtiles in arundineto diſcurrent agiles. Et regnabit dominus illorum in perpetuum, & ipſi cum domino impaſſibiles. Conſequenter autem glorificati ſpiritus proprietates aſſignat. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquieſcent ei: quia donum & pax eſt electis Dei. Intelligent veritatem, ecce cognitio. Fideles in dilectione, ecce dilectio. Pax eſt electis, ecce delectatio. Vt añt dñs in apoſtolis circa mercedẽ glorificationis æternę erigeret ſpẽ, aſtrueret fidẽ, & accẽderet charitatẽ: in ſeipſo vtranq; ſtolã, & vtriuſq; proprietates exhibuit. Quia reſplenduit facies eius ſicut ſol, ecce corporis ſtola. Nõ eñi ſimpliciter dixit, reſplenduit, ſed addidit ſicut ſol. Nam illę quatuor proprietates inueniũtur in ſole. Claritas in ſubſtantia, quia ignea eſt, & lucida. Impaſſibilitas in natura: quia perpetua conſiſtit & incorrupta. Subtilitas in radio: qa ſine obſtaculo penetrat vitrum. Agilitas in motu: quia vno die diſcurrit ab Oriente in Occidentem. Has etiam proprietates in mortali corpore Chriſtus oſtendit. Subtilitatem, quando naſcebatur de virgine. Agilitatem, quando gradiebatur ſuper aquas. Claritatem, quando transfigurabatur in monte. Impaſſibilitatem, quando manducabatur in cœna. Proprietates autem glorificati ſpiritus commendantur, cum dicitur: Hic eſt filius meus dilectus: ecce dilectio. In quo mihi bene complacui: ecce delectatio. Ipſum audite ecce cognitio. Nam & ipſe dicebat: Quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Deus enim quanto magis cognoſcitur, tanto magis diligitur. Quanto magis diligitur, tanto magis delectat.

Spũs glorificati ꝓprietates tres.
Sapien. 3

Proprietates q̃tuor in ſole.

Proprietates glorificati corporis Chr̃us in ſuo mortali corpore oſtendit.
Luc. 2
Ioan. 6
Marc. 9
Ioan. 13
Ioan. 15

Nos ergo fratres & filij, ſi cupimus glorificationis ſtola veſtiri, de valle aſcẽdamus ad montem: vt noſtra conuerſatio ſit in cœlis. Iuxta quod monet Apoſtolus, dicens: Quę ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram, non inhiantes terrenis, ſed adhærentes cœleſtibus: vt aſcendamus de virtute in virtutem, donec videamus Deũ deorum in Syon.

Col. 3
Pſal. 83

Præſtante domino noſtro Ieſu
Chriſto, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus
in ſecula,
Amen.

Dominica tertia in Quadrageſima.

Aquoſa loca in quibus immundus ſpiritus requieſcit, de tribus ſcopis, quibus conſcientiæ domus mundatur, & tribus ornamentis, quibus ornatur, & de ſeptem uitijs capitalibus.

SERMO I.

CVM

Lucæ 11

C VM immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam ſcopis mundatam & ornatam. Et tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et tunc ſunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sæpe neceſſitas impedit quod requirit vtilitas, quod ipſe nūc experiri compellor. Requirit enim vtilitas, vt his ſacris diebus frequentius ſolito, per exhortationes ſermonum debeam populos admonere, ſed impedit hoc neceſſitas, qa præter ſolitum, imo plus ſolito, multis, & magnis ſum occupatus negocijs, vt nullum mihi ſit ocium ocioſum. Quid ergo? Facere nolim q̃d queo, qa q̃d velim facere nequeo? Abſit. Eſt aliquo prodire tenus ſi non datur vltra.

1.Cor.3 Lucæ 11 — Nam & Apoſtolus ait: Lac vobis potum dedi, non eſcam. Dicam ergo: Cum immundus ſpiritus exierit de homine ambulat per loca inaquoſa.

Tria quæ circa immundum ſpiritum notanda. — Circa immundum ſpiritum tria notare debemus, quæ docet nos Veritas ipſa notare, videlicet, egreſſum, progreſſum, & regreſſum. Egreſſum ab homine, progreſſum per loca, regreſſum ad domum. De primo dicitur: Cum immūdus ſpiritus exierit de homine. De ſecūdo ſubditur: Ambulat per loca inaquoſa. De tertio vero additur: Reuertar, inquit, in domum meā vnde exiui. Egreſſus eſt ſemper homini bonus, regreſſus ſemper eſt homini malus. Progreſſus autem interdum eſt homini bonus, interdum eſt malus. Bonus, cum tentationi non acquieſcitur: malus autem cum cōſentitur. Videamus ergo quid prouenit de egreſſu, quid euenit de progreſſu, quid aduenit de regreſſu. Cum immundus, inquit, ſpiritus, exierit ab homine, tunc domus ſcopis mundatur & ornatur. Ecce quid prouenit de egreſſu. Ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem, ſed nō inuenit. Ecce q̃d euenit de p̃greſſu. Tunc vadit & aſſumit ſeptē alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitāt ibi. Ecce q̃d aduenit de regreſſu. Procuremus itaque diligenter egreſſum, vt domus noſtra ſcopis mūdetur & ornetur. Caueamus aūt prudenter progreſſum, vt immundus ſpūs quærens requiē non inueniat. Timeamus vero vehemēter regreſſum, ne ſint nouiſſima noſtra peiora prioribus. Intrat ergo ſpūs immūdus per culpam, exit p pœnitētiā, ingreditur per vitiū, ſed exit per virtutē. Nam egreſſus vitij, virtutis operatur ingreſſum. Vel potius virtutis ingreſſus, vitij opatur egreſſum. Quia non eſt conuētio lucis ad tenebras, neq; Chriſti ad Belial. Dimiſſa ſunt, inqt, ei pc̃tā multa, q̃m dilexit multum. — 2.Cor.6 Lucæ.7

Cum aūt immundus ſpūs exierit de homine, tunc ambulat per loca inaquoſa, ſed quærit in eis requiem, & non inuenit. Aquoſa loca, ſunt corda luxurioſa, in quibus concupiſcentiæ luxus exuberat. — Aquoſa loca q̃ ſint. De hac enim aqua patriarcha Iacob dixiſſe legitur ad Ruben: Effuſus es ſicut aqua non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui. Nā & aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſcōditus eſt ſuauior. In his locis aquoſis immundus ſpiritus requieſcit. Iuxta q̃d legit: Sub vmbra dormit, in ſecreto calami, in locis humentibus. Loca vero inaquoſa ſunt corda caſta, quæ charitatis igne flammeſcūt: in q bus nō malignus ſed benignus ſpiritus requieſcit. Iuxta quod legitur. Sup quē, inquit, requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilē & quietū, & trementem ſermonem meum? Ambulat ergo ſpūs immundus per inaquoſa loca, fiduciam habens, vt Iordanis influat in os eius. Circuit enim quærens quē deuoret. Sed quærens in eis requiē & non inueniens, dicit: Reuertar in domū meam vnde exiui. Nō enim eſt mirū ſi ſpūs mendacij mētiatur, aut ſi ſpūs p̃ſumptionis p̃ſumat. Adhuc enī domū dicit eſſe ſuam, de qua exiuit: quæ non eſt iam ſpiritus immundi, de q̃ ſpūs eſt eiectus immundus. Hæc domus eſt conſciētia. De qua dicit Pſal. Perambulabā in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. — Gen.49 Pro.9 Iob.40 Loca inaquoſa quæ ſint. Eſaie 66 Iob.40 1.Pet.5 Domus cōſcientiæ. Pſal.100

Cum ad hāc venerit domum, de qua per pœnitentiam eſt egreſſus, inuenit eam ſcopis mundatam & ornatam. Mundatam

datam eiectis vitijs, ornatam introductis virtutibus.

Scopi tres quibus cõſcientia mũdatur.

Tribus autem ſcopis domus iſta mũdatur, Scopa compunctionis in corde, ſcopa confeſſionis in ore, ſcopa ſatisfactionis in opere. Scopa compunctionis mundatur cor à labe cõtagionis iniquę. Scopa confeſſionis mũdatur os à ſorde locutionis peruerſæ. Scopa ſatisfactionis mundatur opus à fœditate conſuetudinis prauæ.

Ornamenta tria quibus aĩa ornatur. Pſal. 44. Eſaię 11

Tribus etiam ornamẽtis ornatur, donis, virtutibus, & operibus. De quibus inquit Propheta: Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circũamicta varietate. Ornatur enim varietate donorũ, ſpiritu ſapientiæ & intellectus, ſpiritu conſilij & fortitudinis, ſpiritu ſcientiæ & pietatis, & ſpiritu timoris domini. Ornatur & varietate virtutum, fide, ſpe, & charitate: iuſtitia, fortitudine, prudentia, tempãtia. Ornatur quoq; varietate operum: oratione, ieiunio, eleemoſyna, & præſertim illis operibus pietatis, quæ dominus in iudicio cõmendabit. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c.

Matt. 25

Tunc immundus ſpiritus, quaſi non poſſit ſolus domum iſtam irrumpere, vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe. Ideo nobis deſcribitur immundi ſpiritus aſtutia, vt ſtudeamus adhibere cautelam. Certe, cum non poteſt vnum ſeducere, tentat vt ſeducat alium. Quia cum immũdus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa. Cũ vno modo ſeducere nequit, tẽtat vt alio modo ſeducat. Quia quęrens requiem & nõ inueniẽs, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Cum ſolus non poteſt ſeducere, tentat vt ſeducat cum alijs: quia vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Verbi gratia ſupponatur exemplum: Cum ſpiritus luxuriæ eiectus ab homine, videt eum continentia præditum, honeſtate præclarum, ita vt difficile ſit eum de carnis fragilitate ſeduci, ad alias artes recurrit, aliasq; fraudes excogitat. Et primo ſpiritum ſimulationis aſſumens, tentat per hypocriſim, vt ſeducat. Secundo ſpiritum fauoris aſſumens, tentat per vanam gloriam, vt decipiat. Tertio, ſpiritum ambitionis aſſumens, tentat per cupiditatem, vt fallat. Quarto, ſpiritum elationis aſſumens, tentat per ſuperbiam, vt ſeducat. Quinto, ſpiritum præſumptionis aſſumens, tentat per arrogantiam, vt decipiat. Sexto, ſpiritum oſtentationis aſſumens, tentat per iactantiam, vt ſeducat. Septimo, ſpiritum diſſolutionis aſſumens, tentat per ſuperfluitatem, vt fallat. Et ſic demum ſpiritus luxuriæ reuertitur & ſubintrat. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Non ſolum, quia imputantur peccata dimiſſa, ſed quia ſuperinducuntur admiſſa.

Marci 16 Dæmonia ſeptem de Magdalena eiecta, quid ſignificent.

Sed nec ſic deſperandum eſt: quia Ieſus ſeptem dæmonia eieciſſe legitur de Maria, id eſt, vel ſeptem vitia principalia, quæ ſignificata ſunt per ſeptem gentes, quæ de terra promiſſionis fuerunt eiectæ: quibus opponuntur ſeptem petitiones, ſeptem virtutes, & ſeptem dona: Vel potius vitia ſpiritualia ſimul & corporalia, quæ per ſeptenarium deſignãtur, propter ternarium & quaternarium, in quibus componitur ſeptenarius. Ternarius enim refertur ad ſpiritũ, qui tres habet naturales virtutes. Vim rationabilem, vt diſcernat inter bonum & malum. Vim iraſcibilem, vt fugiat malum. Vim concupiſcibilẽ, vt appetat bonum. Quaternarius autem refertur ad corpus, quod conſtat ex quatuor elemẽtis, terra, aqua, igne & aere: vt ſeptem dæmonia intelligantur eiecta, quando vitia corporalia & ſpiritualia ſunt dimiſſa. Corporalia, vt gaſtrimargia, luxuria. Spiritualia, vt ira, inuidia, &c.

Vires aĩæ ſupiores tres cur datæ.

Vitia corporalia. Vitia ſpiritualia.

Proue. 26. 2. Pet. 2. Luc. 9.

Satagamus ergo fratres & filij, ne ſicut canes reuertamur ad vomitũ. Quia nemo mittẽs manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Nam & vxor Loth, quia retro reſpexit, legitur in ſtatuam ſalis fuiſſe conuerſa. Quia vero ex noſtra fragilitate defecimus, beatorum martyrum Stephani & Laurentij merita imploremus, vt ipſi pro nobis intercedant ad dominum Ieſum Chriſtum, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula, Amen.

Feria

Feria V. poſt primam dominicam Quadrageſimæ.

De Chriſti iuſtitia, potentia, miſericordia, prudentia, uigilantia & doctrina, de febribus ſynagoga quibus detinetur, & de ſimplici, duplici, continua & interpolata febri: deniq; de ægritudinis uarietatibus.

SERMO I.

Vrgens Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Multa nobis & magna circa redemptorem noſtrum in hac euãgelicæ lectionis ſerie commendantur, iuſtitia, potentia, miſericordia, prudentia, & vigilantia, & doctrina. Iuſtitia, quia ſurgẽs de ſynagoga, intrauit in domum Simonis. Potentia, quia ſtans ſuper eam imperauit febri, & dimiſit illam. Miſericordia, quia manus ſingulis ſupponẽs, curabat eos. Prudentia, quia increpans dæmonia clamantia & dicentia: quia tu es filius Dei, non ſinebat ea loqui. Vigilantia, quia & alijs ciuitatibus oportet me, inquit, euangelizare regnum Dei. Doctrina, quia erat prædicans in ſynagogis Galilææ.

Luc. 5 — Iuſtitia ſaluatoris. — Potentia Chriſti. — Miſericordia. — Prudẽtia. — Vigilãtia. — Doctrina. — Marci 1

Surgens ergo de ſynagoga, intrauit in domum Simonis, quoniam infideles deſeruit, & ad fideles acceſſit. Synagogã propter perfidiam reprobauit, & Eccleſiam propter obedientiam præelegit. Simon interpretatur obediẽs: cuius domus eſt vniuerſalis Eccleſia, quam ei dñminus gubernandam commiſit. Tu es, inquit, Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Cuius obedientiam dominus commendat & commemorat per prophetam: Populus, inquit, quem non cognoui, ſeruiuit mihi, obauditu auris obediuit mihi. Nihil iuſtius, quàm vt dominus infideles & inobedientes abijciat: fideles autem & obedientes aſſumat. Quoniam humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit. Superbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Propter quod alibi apoſtoli leguntur dixiſſe Iudæis: Quia repuliſtis verbum Dei, & indignos vos feciſtis vitæ æternæ, ecce conuertimini ad gentes. Vnde ſi nolumus abijci, ſed aſſumi, infidelitatem, & inobedientiam ſtudeamus abijcere: fidẽ autem & obedientiam aſſumere ſtudeamus. Quia fides ſine operibus mortua eſt, & opera ſine fide non viuunt.

Simonis domus qd ſignificet. — Matt. 16 — Pſal. 17 — Pſal. 137 — Iaco. 4 — 1. Pet. 5 — Acto. 13 — Iacob. 2

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Quam prius dixerat ſynagogam, modo Simonis ſocrum appellat. Socrus enim eſt mater vxoris. Mater autem eccleſiæ, quæ vxor eſt Simonis, ſacramentaliter ſibi coniugio copulata, intelligitur ſynagoga, iuxta quod ipſa dicit in Cãticis: Filij matris meæ pugnauerunt aduerſum me. Nam de ſynagoga nati ſunt primum fideles, de qua ſecundum carnem & ipſe Chriſtus traxit originem. Propter quod & ipſe dicebat: Quia ſalus eſt ex Iudæis. Poſtquam ergo Chriſtus à ſynagoga ſurrexit, deſerens eam propter perfidiam, tunc ipſa ſocrus Simonis, cœpit magnis febribus detineri. Non dixit febre, ſed febribus, vt intelligatur, non vna tantum ſed multis febribus laboraſſe. Synagoga quippe duabus præcipue febribus detinetur, erroris, videlicet & inuidiæ. De prima dicit Pſalmus: Quoniam errauerunt à ventre, locuti ſunt falſa. De ſecunda dicit Euangeliſta, quod per inuidiam tradiderunt eum. Febris erroris de frigido procedit humore. Iuxta quod legitur: Facta ſunt encœnia in Hieroſolymis & hyems erat. Hyems erroris & infidelitatis & ignorantiæ. Vnde quando Petrus negauit, calefaciebat ſe ad ignem, quia frigus erat. Febris autem inuidiæ, de calido procedit humore. Iuxta quod legitur: Super eos cecidit ignis, & non viderunt ſolem. Ignis inuidiæ, indignatiõis, & odij. Nam exarſit ignis in ſynagoga eorum, & flamma combuſſit peccatores. O quàm graui torquetur inuidia ſynagoga, quando videt Eccleſiam habere regnum & ſacerdotium, templum & altare, legem & prophetiam. Quoniam ablatum eſt ei regnum dei, & datũ genti facien-

Can. 1 — al. primitiui. — Ioan. 4 — Febris ſynagogæ duplex. — Pſal. 57 — Matt. 27 — Ioan. 10 — Hyems ſpiritualis — Ioan. 18 — Pſal. 57 — Pſal. 105 — Inuidia ſynagogæ. — Mat. 21

facienti fructus eius. Tam grãdi tamen
detinetur errore, vt nec ſic intelligat ve-
ritatem. Cognouit bos poſſeſſorem ſu-
Eſai. 1 um, & aſinus præſepe domini ſui: Iſra-
el autem me non cognouit, & populus
inſipiens non intellexit.

His ergo febribus ſocrus Simonis,
id eſt, ſynagoga tenetur: ſed qui ſunt in
domo fideles, orant pro ipſa, petentes,
vt Deus auferat velamen de cordibus e-
ius, vt Ieſum Chriſtum, qui eſt veritas, a-
gnoſcat. Ipſe vero precibus fidelium in
clinatus, ſtans ſuper eam, ad patris vide-
licet dextram exaltatus: quoniam exal-
Phil. 2 tauit illũ Deus & dedit ei nomen, quod
eſt ſuper omne nomen, vt in nomine
Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, ter-
reſtrium & infernorum, & omnis lin-
gua confiteatur, quia dominus Ieſus
Chriſtus in gloria eſt Dei patris:

Imperauit febri, & dimiſit illam. Nõ
quod febris tãquam res ſenſibilis aut ra
tionabilis intellexerit: ſed quod de ipſa
Pſal. 148 ſuum beneplacitũ adimpleuerit, Qui di
Pſal. 134 xit & facta ſunt, mãdauit & creata ſunt.
Nam omnia quæcunque voluit domi-
nus, fecit in cœlo & in terra, in mari & in
omnibus abyſſis. Nihil potẽtius, quam
quod eius imperium inſenſibilia quoq;
ſentiant & obediant imperanti.

Vnde continuo ſurgens miniſtra-
bat illis. Licet enim naturale ſit febrici-
tantibus, incipiente ſanitate laſſeſcere, &
ægritudinis moleſtiam perſentire, mi-
raculum tamen vicit naturam. Quia ſa-
nitas quæ Dei datur imperio, tota ſi-
mul & integra redit. Et ideo continuo
ſurgens miniſtrabat illis: vt in hoc
miraculum alludat myſterio. Quia ſani
tas animę tota ſimul & integra reſtitui-
tur. Scriptum eſt, quia totum hominem
Ioan. 7 ſanum fecit in ſabbato. Hoc autem im-
Rom. 9 plebitur, quando plenitudo gentium
intrabit ad fidem, & tunc omnis Iſrael
Hie. 33 ſaluus fiet. Quoniam in diebus illis ſal-
Rom. 9 uabitur Iuda, & reliquiæ Iſrael ſaluę fiẽt.
Sciendũ ẽ aũt, q̃d quędã febris ſimplex,
quædam duplex, quædam continua, &
Febris ſimplex q̃ quædam interpolata. Simplici febre la-
borat, qui vnico vitio moleſtatur. Sicut
multi ſunt, qui à cæteris abſtinentes, lu
xuria inquinantur. Nam quod Iacobus
Iaco. 2 apoſtolus ait: Quicunque in vno offen-
dit, factus eſt omnium reus, ſane debet
intelligi, ſic videlicet, quod quicunque
in vno offendit, vnum de mandatis di-
uinis tranſgreditur, factus eſt omnium
reus, id eſt, amittit charitatem, ſine qua
cætera non implentur. Nam finis præ-
cepti charitas eſt. Et perfectio legis eſt 1. Timo. 1 Rom. 13
charitas.

Duplici vero febre laborat, qui mul- Febris duplex quę.
tis vitiis irritatur, vt mulier illa pecca- Marc. 16
trix, De qua dominus legitur ſeptem de
monia eieciſſe: non quod qui habet vnũ
vitium, habeat vniuerſa, ſicut, qui ha-
bet vnam virtutem, habet vniuerſas.
Nã ſecus eſt in inuio, quam in via. Om-
nes enim virtutes ſibi inuicem ſuffragã-
tur, ſed quędam vitia ſibi inuicem aduer
ſantur, vt prodigalitas & auaritia, deſpe
ratio & præſumptio, Continua febre la Febris cõtinua quę.
borat quicunque in vitio perſeuerat. Et
hæc febris velut acuta mortalis exiſtit.
De qua dominus ait: Moriemini in pec
catis veſtris. Et de hac forte Ioannes a- Ioan. 8 1. Io. 2
poſtolus ait: Eſt peccatum ad mortem,
non pro eo dico vt quis oret.

Interpolata vero febre laborat, qui
quandoq; pœnitet de peccato, ſed ad il- Febris interpolata.
lud reuertitur tanquam canis ad vomi-
tũ: & talis quãdoq; q̊tidiana, quandoq;
tertiana, quãdoq; quartana febre labo-
rer: ſecundũ quod facile vel facilius vel
facilime pœnitẽs relabitur in peccatum.

Nemo tamen deſperet, quia rogaue-
runt illum pro ea, & imperauit febri & Nemini deſperandum.
dimiſit illam. Certe quæ ſuis meritis cu
rari non poterat, alienis precibus eſt ſa-
nata. Et ideo cum quis aliquo graui pec
cato laborat, recurrat ad eccleſiam, vt o-
ret pro illo. Scriptum eſt enim, quia Ie-
ſus vt vidit fidem illorum, ait paralyti-
co: Dimittuntur tibi peccata tua.

Cũ ſol autem occidiſſet, omnes qui
habebant infirmos variis languoribus,
ducebant illos ad eum, & curabantur
omnes. Sol iuſtitiæ Chriſtus eſt, qui il-
luminat oẽm hominẽ venientẽ in hunc Pſal. 103
mundum. De quo dicit Propheta: Sol Matt. 27
cognouit occaſum ſuum. Hic ſol occu-
buit, quando Chriſtus inclinato capite
ſpiritum emiſit. Verũ antequam ſol oc
cubuiſſet, pauci fuerunt ſanati, quoni-
am pauci ante mortem Chriſti ſunt ad
fidem conuerſi: Propter quod ipſe dice Pſal. 140

Pſal·140
Ioan.12 bat,Singulariter ſum ego donec tranſe
am.Cũ aũt exaltatus fuero à terra,oĩa
Ibi.5 traham ad meipſum. Quia, Niſi granũ
frumenti cadens in terram mortuum
fuerit, ipſum ſolum manent. Si au-
mortuum fuerit multum fructum aſ-
fert.Et ideo cum ſol occubuiſſet,omnes
qui habebant infirmos varijs languori
bus,ducebant illos ad Ieſum & curabat
eos.

Languores mentis ſunt vitia. Tot er
Lāguores mentis qui. go ſunt varietates languoris, quot ſunt
ſpecies vitiorum. Enumeremus ergo
pauca de multis,ad ędificationem mul-
torum.Quidam patiuntur dolores, qui
dam tumores, quidam calores & quidã
furores.Item quidam ſunt cęci,quidam
ſunt ſurdi,quidam ſunt muti, & quidã
ſunt claudi.Rurſus,quidam ſunt lepro-
ſi,quidam hydropici, quidam paralyti-
ci,& quidã lethargici.Graues ſunt ęgri-
tudines iſtę,ſed omnes per Dei gratiam
ſunt curabiles.

Dolor cordis eſt odium. De quo le-
Odium vt ſit lāguor cordis. gitur:Concepit dolorem & peperit ini-
quitatem. Grauis eſt iſte lãguor:quoniã
Pſal.7 qui odit fratrem ſuum,homicida eſt. Tu
1.Ioan.3. mor animi eſt ſuperbia,De quo legitur:
Tumor animi. Scientia inflat: charitas aũt ædificat. Id
1.Cor.8 eſt,ſciẽtia ſine charitate facit hominem
ſuperbire.Sed & grauis eſt iſte languor,
Eccli.10 quoniam initium omnis peccati eſt ſu-
Calor ſpiritus. perbia. Calor ſpiritus eſt luxuria. De
Oſee.7 qua dicit Propheta: Omnes adulteran-
tes,quaſi clibanus ſuccenſus à coquen
te. Et iſte languor eſt grauis, quia for-
1.Cor.5 nicatores & adulteri regnum Dei non
poſſidebunt. Furor cordis eſt ira. De
Furor cordis. qua legitur: Fel draconum vinum
Deut.32 eorum,& furor aſpidum inſanabilis.Et
Iaco.1 iſte languor eſt grauis. Quoniã ira viri
iuſtitiam Dei non operatur.

Porro,quicunque habent infirmos,
ducunt illos ad Ieſum, vt ſanentur à ſal-
uatore: quia non eſt aliud nomen datũ
ſub cœlo,in quo oporteat homines ſal-
Acto.4
Num. 21 uos fieri: reſpiciant ad ſerpentem æneũ
Ioan.3 pendentem in ligno, qui percuſſi ſunt
Cæci ſpiritualiter ab ignitis ſerpentibus, vt ſanentur. Cæ
ci ſunt, qui carent lumine veritatis. De
Matt.15 quibus legitur: Sinite, cæci ſunt, duces
Luc.6 cęcorum.Si cęcus cęcum duxerit,ambo
Surdi myſtice qui ſint. in foueam cadent.Surdi ſunt,qui præce
ptis dominicis obedire contemnunt.De
quibus dicitur:Sicut aſpidis ſurdę & ob Pſal.57
turantis aures ſuas, quæ non exaudiet
vocem incantantium, & veneficia quæ
incantantur à ſapiente. Muti ſunt,qui à Muti ſpiritualiter
laude tacent diuina.Iuxta quod legitur:
Obmutui & humiliatus ſum & ſilui à 3 Reg.18
bonis.Claudi ſunt, qui nõ gradiuntur
per ſemitam mandatorum, Iuxta quod
legitur: Quouſque claudicatis in duas
partes? ſi dominus eſt Deus, ſequimini
eum.

Sed oẽs q habent infirmos,ducant il
los ad Ieſum,vt ſanenſ à ſaluatore:qa ne
minem deſpicit, nullum abijcit.Salus Pſal.38
inquit populi mei ego ſum. Venite ad
me omnes qui laboratis & onerati eſtis, Matt.11
& ego vos reficiam, & inuenietis requi
em animabus veſtris. Omnis enim qui Ioan.5
venit ad me,non eijciam foras.

Hæretici ſunt leproſi,qui in vna par
te ſunt integri, & in alia parte ſunt cor- Leproſi ſpiritualiter qui.
rupti: quia ſub ſpecie veritatis,virus fal-
ſitatis infundunt.Cupidi ſunt hydropi
ci, qui quanto plus bibunt, tanto plus Hydropici myſtice qui.
ſitiunt: ad inſtar fornacis, qui quan-
to plura ligna recipit,tanto plura conſu
mit.Paralytici ſunt actibus diſſoluti.Le
thargici ſunt beneficiorum ingrati.Sed
nec iſti deſperent, ſecuri veniant ad Ie- Eſai.53
ſum vt curẽtur:quia vere languores no-
ſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe
portauit: percuſſus eſt propter iniqui-
tates noſtras,attritus propter ſcelera no
ſtra.Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum,
& liuore eius ſanati ſumus. Exibant au
tem dæmonia à multis, clamantia & di
centia,quia tu es filius Dei.Et increpãs
non ſinebat ea loqui. Porro cum dicat Phi. 1
Apoſtolus, à quocunque prædicetur
Chriſtus,gaudeo,ſed & gaudebo,qua-
re prohibebat dęmonia dicere veritatẽ?
Nonne firmius eſt teſtimonium, quod
profertur ab aduerſario? Tribus quidẽ Quare Chrs ꝓhibuit dæmonia dicere veritatem.
de cauſis.Prima, vt doceret nos fugere
vanam gloriam, ne videlicet humani fa
uoris delectemur applauſu.Secunda,vt
doceret nos hæreticam prauitatem vita Prędicationem etiam veritatis ꝓhibenda hæreticis.
re, quatenus hoc exemplo inhibea-
mus hæreticis,ne prædicent etiam veri-
tatem. Quia fel draconũ propinãt in au
reo calice Babylonis. Tertia,ne qua dæ- Deu.32
mones ſpũs falſitatis,veritatẽ dicere cre Apoc.16
de

dentur. In quo moraliter edocemur, ne laudari velimus à fallacibus & mendacibus: quorum laudatio magis redundat ad iniuriam quam ad honorem.

Illud autem, quod ſubditur: Quia ſciebãt ipſum eſſe Chriſtum, ſane debet intelligi, ne videatur contrarium ei quod
1.Cor.2 dicit Apoſtolus: quia ſi cognouiſſet, nũquam dominum gloriæ crucifixiſſent, quod à quibuſdam exponitur de dæmonibus. Hi ſi cognouiſſent Chriſtum eſſe dominum gloriæ, nunquam eum ſuggeſtiõe maligna crucifixiſſent. Nam
Col.1 hoc eſt myſterium abſconditum à ſeculis, reuelatum autem principibus & poteſtatibus per eccleſiam. Diſtinguãtur itaque tempora & concordat ſcriptura. Dæmones enim quandoque credebãt, quandoque dubitabant. Nam cum videbant eum humanos ſuſtinere defectus, dubitabũt de ipſo, quemadmodum le-
Matth.4 gitur, quod cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus & poſtea eſuriſſet: accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Cum autem videbant eum operari miracula, credebant de ipſo quod filius Dei eſſet. Quemadmodum & alibi di-
Matth.8 xiſſe leguntur: Ieſu Nazarene, quare veniſti an tempus torquere nos? Scimus quia Sanctus Dei es.

Dominica quarta in quadrageſima.

De Chriſti potentia, ſapientia, & benignitate, de duobus miraculis & eorum expoſitione, de uita contemplatiua & actiua, deniq; de duobus teſtamentis & populis.

SERMO I.

Ioan.6 ESt puer vnus hic, qui habet q̃nq; panes hordeaceos & duos piſces. Sed hæc quid ſunt inter tantos?

Tria nobis prẽcipue circa redemptorem noſtrum in hac Euangelicæ lectionis ſerie commendantur: potentia, & ſapientia, & benignitas. Potentia, in miraculo. Sapientia, in myſterio. Et benignitas in officio. Quid enim potentius, quam res augmentare paruiſſimas ſine additamento vel nutrimento? Quid ſapientius, quam cauſas figurare profundas ſine dicto vel ſcripto? Quid benignius, quam turbas ſaturare famelicas, ſine prece vel precio? Et certe quos ſpiritualiter pauerat cibo doctrinę, paſcit etiam corporaliter alimẽto naturæ: vt qui refecerat ſpiritũ, alat & corpus.

Potẽtia redẽptoris. Sapientia Benignitas.

Hoc autem miraculum de multiplicatione panum & piſcium, ex quibus dominus multitudinẽ populi ſatiauit, bis legitur operatus. Sed inter primum & ſecundum miraculum multa & magna differentia eſt. Varia quidẽ, ſed non contraria: diuerſa ſed non aduerſa. In primo quippe miraculo de quinq; panibus hordeaceis & duobus piſcibus q̃nq; milia hominũ ſaturauit, & de fragmentis quæ ſuperauerant diſcipuli duodecim cophinos impleuerunt. In ſecundo vero miraculo de ſeptẽ panibus & paucis piſcibus quatuor milia virorum refecit, & de fragmentis impleuerunt Apoſtoli 7. ſportas. In primo miraculo diſtinguitur quales panes fuerũt, & quot piſces. In ſecundo vero miraculo, neq; hoc exprimitur neque illud. In primo miraculo puer vnus quinque panes hordeaceos & duos piſces habebat. In ſecundo vero miraculo ſeptem panes & paucos piſces diſcipuli habuerunt. In primo miraculo diſcubuerunt quinque milia hominum ſuper fœnum. In ſecundo vero miraculo diſcubuerunt quatuor milia hominum ſuper terram.

Miracula duo de panũ multiplicatiõe quõ differant.

Marc.8

Plena ſunt omnia diuinis myſterijs & cœleſti dulcedine redundantia: ſi tamẽ diligentem habeãt inſpectorem, qui norit ſugere mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo. Eruderemus itaque puteum, quoniam altus eſt, & hauriamus aquam in gaudio de fontibus ſaluatoris.

Sane duæ ſunt vitæ, duo ſunt populi, & duo ſunt teſtamenta: contemplatiua, videlicet, & actiua, Iudaicus & gentilis,

nouũ & vetus. Actiuæ vitæ deſeruiunt
Vita actiua. quinque ſenſus. Iudaicus populus
Popul' Iudaicus. habet xij. Prophetas, duodecim tribus,
& duodecim patriarchas. Vetus teſtamẽ
tum in quinque libros & duabus ta
Vitæ contemplatiuæ deſeruiẽtia. bulis continetur. Porro & contempla-
tiuę vitæ deſeruiunt ſeptem dona. Gen
tilis populus habet ſeptem eccleſias,
Populus gentilis. ſeptem angelos, & ſeptem diaconos. No
uum teſtamentum conſiſtit in quatuor
Euangelijs. Ad primum ergo miracu-
lum, per quod de quinque panibus hor
deaceis & duobus piſcibus quinque mi-
lia hominum ſunt ſatiata, & de fragmẽ
tis quæ ſuperauerãt duodecim cophini
Teſtamentũ vetus. ſunt impleti, vetus pertinet teſtamentũ,
cum quinque libris Moſaicis & dua-
bus tabulis legis. Similiter actiua vita
cum quinque ſenſibus, & Iudaicus po-
pulus cum duodecim prophetis, duode
cim tribubus & duodecim Patriarchis.

Ad ſecundum vero miraculum, per
quod de ſeptem panibus & paucis piſci
bus quatuor milia hominum ſunt refe-
cta, & de fragmentis quæ ſuperauerant
ſeptem ſportę repletæ, pertinet vita cõ
templatiua, cum ſeptem donis, & qui-
buſdam virtutibus. Gentilis populus
cum ſeptem eccleſijs, ſeptem diaconi-
Teſtamentũ nouum bus, & vij angelis. Ac nouum teſtamen
tum cum quatuor Euangelijs. Ecce te
lã ſermonis breuiter ſumus orſi: ſi ta-
1. Iac. 1. men eam ſufficienter texere valeamus.
Apoc. 5 Poſtulemus igitur à domino ſapienti-
tia, qui dat omnibus affluentr e& non
improperat, ſi forte clauis Dauid aperi-
re dignetur, quę claudit & nemo ape-
Panes quinque qd ſignificent. rit, aperit & nemo claudit. Quinque pa
Piſces duo quid. nes hordeacei ſunt quĩque libri veteris
teſtamenti. Et duo piſces, ſunt duæ ta-
bulæ legis diuinæ, vt metonomice acci-
piatur cõtinens pro contento. Puer
vnns qui habebat quinque panes & du
os piſces, eſt Moyſes, qui exhibuit quin
que libros & duas tabulas. Purus qui-
dem inſe, ſed populum inſtituens pue-
rilem. Medulla hordei ſub duro cortice
tegitur, & ſpiritus legis ſub dura litera
2. Cor. 3 occultatur. Quia litera occidit, ſpi-
ritus autem viuificat. Vnde illi panes
hordeacei fuiſſe deſcribuntur. Frangun
tur autem huiuſmodi panes cum expo
nuntur. Et tunc reuera multiplican-
tur, vt poſſint multitudinem eſurientis
populi ſaturare. Porro dupliciter expo-
nuntur, literaliter, ſecũdum hiſtoriam,
& ſpiritualiter, ſecundum allegoriam. Ezec. 2
Nam liber Ezechielis monſtratus ſcri-
ptus erat intus & foris. Fregit ergo
dominus duos piſces & quinq; panes,
quando aperuit diſcipulis ſenſum, vt in Luc. 24
telligerent ſcripturas. Gratias egit, quã
do inquit ad patrem: Confiteor tibi pa Matt. 11
ter domine cœli & terræ, quoniam ab-
ſcondiſti hæc à ſapientibus, & reuela-
ſti ea paruulis. Benedixit, quando legẽ
Moſaicam approbauit: Si crederetis, in- Ioan. 6
quit, Moyſi, crederetis & mihi: de me e-
nim ille ſcripſit. Iuſſit apponi, quando
docuit legem veterem venerari, prote- Matt. 5
ſtans, quia non venit legem ſoluere, ſed
adimplere. Verum de quinque pani-
bus hordeaceis & duobus piſcibus, qn
que milia hominum ſaturantur: quia de
quinque libris veteris teſtamenti, & dua
bus tabulis legis diuinę, ſecundum lite-
ralem expoſitionem hiſtoriæ, reficiun-
tur homines animales actiuam vitam
ducentes: cui deſeruiunt quinque ſen-
ſus, viſus, auditus, odoratus, guſtus, &
tactus, quales ſunt carnales Iudæi, qui
ſenſibilia tantum appetunt, & corporeis
ſolummodo ſenſibus delectantur. Vn- 1. Cor. 2
de, quoniam animalis homo non perci
pit ea quæ Dei ſunt, ſpiritualis autem
omnia dijudicat, de fragmentis quæ re-
manent duodecim cophini cumulan-
tur. Quia de ſubtilioribus legis myſte-
rijs, quę animales homines non percipi
unt, ſpirituales viri replentur, ſenſum ca
pientes duodecim prophetarum, qui
non carnaliter, ſed ſpiritualiter ſunt lo-
cuti.

Audiſtis expoſitionem primi mira-
culi: audiatis expoſitionem ſecundi, ne
dicere valeatis: Paruuli petierũt panem, Thre. 4
& non erat qui frangeret eis, quamuis
non ego frangam, ſed ille quem in fra-
ctione panis diſcipuli cognouerunt. Se Luc. 24
ptem panes, ſunt ſeptem pręcipua dona Panes 7. qd ſignent.
ſpiritus ſeptiformis, quæ enumerat Eſa
ias dicens: Requieſcet ſuper eum ſpiri-
tus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus con Eſa. 11
ſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ &
pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris
domini. Pauci piſciculi, ſunt alię mino-
res

res virtutes, ad contemplationis tamen
epulas neceſſariæ. Hos panes & piſces
Act.1 habebant diſcipuli. De quibus legitur:
Quia repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto,
& induti ſunt virtute ſpiritus ex alto.
Iſti creduntur fuiſſe non hordeacij ſed
Pſal. 77 triticei. Quia panem de cœlo dedit eis,
frumentationem miſit eis in abundan-
tiam. Panes igitur de frumento ſunt do
na, quibus viri contemplatiui fruuntur.
Panes.7. quō ſpūaliter frangātur. Hos ſeptem panes viri contemplatiui
ſpiritualiter frangunt, quando contem
plationis ocium, cui deſeruiunt dona
ſpiritus ſancti ſeptiſormis, propter præ
dicationes officium interrumpere com
pelluntur, vt deſeruiant vtilitatibus pro
ximorum, & quod in ocio contemplati
onis addiſcuut legentes & meditantes,
hoc in ſtudio prædicationis exponant,
admonētes & exhortantes. Quatuor mi
lia hominum, qui de ſeptem panibus &
paucis piſcibus ſaturātur, ſuni homines
ſpirituales, doctrinam Chriſti ſeruātes,
in quatuor Euangelijs comprehenſam:
qui ad prædicationem doctoruni ſpiri-
Deut.8 tuali gratia ſaginantur. Quia non in ſo-
lo pane viuit homo, ſed in omni verbo
Dei, quod procedit de ore eius. Fragmē
Fragmēta remanētia ta quæ remanent, ſunt arcana myſteria
contemplationis, quæ ſimplices non at
tingunt. De quibus ſeptem ſportæ replē
tur, id eſt, ſeptem angeli tuba canentes,
Apo.9 videlicet, prælati ſeptem eccleſiarū, quas
Apo.12 Ioānes Apoſtolus in Apocalypſi deſcri
bit. Tales erant apoſtoli, quibus veritas
Lucę.8 ipſa dicebat: Vobis datum eſt noſſe my-
ſteria regni Dei, cęteris autem in parabo
lis. Et ad hos pertinēt ſeptem diacones,
Acto.6 qui electi ſunt ab Apoſtolis, viri pleni
ſpiritu ſancto & ſapientia, vt menſis mi
niſtrarēt victualia. Reſpice igitur, in pri
mo miraculo diſcubuerunt homines ſu
per fœnum. Et in ſecundo miraculo di-
ſcubuerunt homines ſuper terram. Quo
niam animales homines, qui vitam du-
cunt actiuam, ſuper carnis iacent molli
tiem. Nam omnis caro fœnum, & om-
Eſa.40 nis gloria eius quaſi flos fœni. Spiritua-
les autem viri, qui contemplatiuam vi-
tam obſeruant, ſuper mentis ſtabilitatē
exiſtunt, à terrenis ſuſpenſi & intenti
cœleſtibus. Iuxta verbum Apoſtoli ad-
Coloſ.3 monentis: Quæ ſurſum ſunt quærite,
non quæ ſuper terrā. Quæ ſurſum ſunt
ſapite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſe
dens, Qui cum patre & ſpiritu ſancto vi
uit & regnat Deus, per omnia ſecula ſe-
culorum. Amen.



Dominica Lętare, ſiue de Roſa.

Romanus pontifex cur in dominica lætare florem aureum fidelibus populis repræſentet, & cur in baſilica ſanctæ crucis uidendus oſtenditur, & quadruplici Hieruſalem quæ ſit.

SERMO I.

LAetare Hieruſalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam: gaudete cum lęticia, qui in triſtitia fuiſtis, vt exultetis & ſatiemini ab vberibus conſolationis veſtræ. Eſa.66

Hodierna ſolennitas fratres & filij de antiqua ſedis apoſtolicę conſuetudine celebratur, cuius anno præterito, ſi bene recolitis, duplicem expoſuimus rationem. Quia vero quidam noſtrum, quod aſpectu percipiunt, concipere cupiunt intellectu, ſic aliqua repetere volumus, vt alia ſuperaddere procuremus.

Sane duplex eſt ratio, cur hac die Ro Florē aureum cur pōtifex fidelibus oſtē dat
manus pontifex in hoc loco florem au-
reum fidelibus populis repræſentat. V-
na ſecundum literam, altera vero ſecun-
dum ſpiritum. In quo præcipuæ ſex cō
ſiderare debemus. Perſonam, & cauſam,
materiam, & formam, tempus, & lo-
cum.

Scitis enim chariſſimi, quod corru-
ptibile corpus inter anxitates cōtinuas
non poteſt ſubſiſtere, niſi quandoque
recreationis remedium intercedat. Pro-
pter quod dicitur: Interpone tuis inter-
dum gaudia curis. Quod caret alterna
requie durabile non eſt. Vnde veritas in
Euāgelio inquit: Miſereor ſuper turbā, Mar.8
quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec
habent quod manducent: & ſi dimiſero

eos ieiunos, deficient in via. Ne ergo fi-
delis populus ꝓpter aſperitatē quadrage
ſimalis abſtinentię ſub continuo labore
deficeret, in hac mediana dominica q̃d-
dam recreationis ſolatium interponi-
tur, vt anxietas temperata leuius ſuffera
tur. Hodiernum enim officium totum
eſt plenum lętitia, totum exultatione re
fertum, totum gaudio cumulatū. Lęta-
re, inquit, Hieruſalem, & conuentum fa
cite omnes qui diligitis eā: gaudete cū
lætitia, qui in triſtitia fuiſtis, vt exultetis
& ſatiemini ab vberibus conſolationis
veſtræ. In omnium verborum clauſula
iocunditas exuberat, gaudium reſonat,
hilaritas inculcatur. Lætare Hieruſalē,
gaudete in lætitia, vt exultetis & ſatiemi
ni. Repræſentat enim dies iſte charitatē
poſt odium, gaudium poſt triſtitiam, ſa
tietatem poſt famem. Charitatem poſt
odium, Vnde: Lætare Hieruſalem, & cō
uentum facite omnes qui diligitis eam.
Gaudium poſt triſtitiam, Vnde: Gau-
dete cum læticia, qui in triſtitia fui-
ſtis. Satietatem poſt famem, Vnde: Vt ſa
tiemini ab vberibus conſolationis ve-
Floris au rei ꝓprietates tres qd ſignificēt.
ſtræ. Hæc tria pariter deſignātur in tri-
bus proprietatibus huius floris, quem
vobis viſibiliter præſentamus. Cha-
ritas, in colore. Iocunditas, in odore.
Satietas, in ſapore. Roſa quippe præ
cæteris floribus colore delectat, odore
recreat, ſapore confortat. Delectat in vi
ſu, recreat in olfactu, cōfortat in guſtu.

Ioan. 3
Quia vero ſpiritus viuificat, caro nō
prodeſt quicquam, de carnalibus, ad ſpi
ritualia tanſeamus. Flos iſte, florem il-
lum ſignificat, qui de ſe dicit in Cāticis:
Cant. 2
Ego flos campi, & lilium conuallium.
Eſa. 11
Et de quo dicit Propheta: Egredietur
virga de radice Ieſſe, & flos de radice
Flos q̃ bene appelletur Chriſtus.
eius aſcendet. Vere flos florum, quia ſan
ctus ſanctorum, qui præ cæteris flori-
bus, id eſt, præ cæteris ſanctis colore de
Pſal. 44
lectat in viſu. Quia ſpecioſus forma prę
1. Pet. 1
filijs hominum. In quē deſiderant ange
li proſpicere. Qui odore recreat in olfa-
Can. 1
ctu. Quia meliora ſunt vbera tua vino,
fragrantia vnguentis optimis. Quem
adoleſcentulæ dilexerunt, quia currunt
in odore vngentorum ſuorum. Qui ſa-
pore confortat, in guſtu. Quia panis
Ioan. 6
quē ipſe dat, caro ſua eſt, pro mundi vi-
Sap. 16
ta, omne delectamentum habens, & oīs
Ioan. 6
ſaporis ſuauitatem. Hic eſt enim, qui ſe-
cundū quod audiſtis in Euangelio, de
quinq; panibus & duobus piſcibus qn-
que milia hominum ſatiauit.

Roſę triplex materia myſtice quid.
Triplex eſt autem in hoc flore mate-
ria, videlicet, aurū, muſcus, balſamum.
Sed mediante balſamo muſcus coniun-
gitur auro. Quia triplex eſt in Chriſto
ſubſtantia, Deitas, corpus, & anima. Sed
mediante anima corpus coniūgitur de-
Naturę diuinę ſubtilitas quanta.
itati. Quia tantæ ſubtilitatis eſt diuina
natura, vt corpori de limo terræ forma-
to non congrueret vniri, niſi rationali
ſpiritu mediante. Baiulus huius floris,
vicarius eſt ſaluatoris, Romanus videli-
cet pontifex, ſucceſſor vtiq; Petri, vicari
us Ieſu Chriſti. Ieſus enim inquit ad Pe
Ioan. 21
trū: Tu me ſequaris. Quod intelligi de
Petrus vt duplici modo ſequutus ſit Ieſum.
bet non tantum de ſpecie martyrij, quā-
tum de ordine magiſterij. Tu vocaberis
inquit, Cephas, quod exponitur caput.
Ioan. 1
Vtique caput à capite, ſicut Petrus à pe-
Cephas quid.
tra. Et caput mulieris vir, caput viri Chri
1. Cor. 11
ſtus, caput Chriſti Deus. Sicut enim ple
nitudo ſenſuum abūdat in capite, in cæ
teris aut membris pars eſt aliqua pleni-
tudinis: Ita cæteri vocati ſunt in partem
ſolicitudinis: ſolus autem Petrus aſſum
Plenitudo poteſtatis petri.
ptus eſt in plenitudinem poteſtatis, vt il
lius oſtendatur eſſe vicarius, qui de ſe di
Matt. 28
cit in Euangelio: Data eſt mihi omnis
poteſtas in cœlo & in terra. Vnde Ieſus
ſpiritualiter inquit ad Petrū: Quodcūq;
Matt. 16
ligaueris ſuper terram, erit ligatū in cœ-
lis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram,
erit ſolutum & in cœlis.

Quur in hac tantū dominica flos repręſentetur.
Hunc ergo florem Romanus pon-
tifex repræſentat non in omni tēpore,
ſed in hac tm̄ dominica, q̃ 7 eſt ab illa q̃
ſeptuageſima nuncupatur. Quia Chri-
ſtus non q̃libet hora, ſed in ſeptima tan
tum ætate videtur ab illis, qui beata re-
quie conſolantur. In ſexta namque cer
nitur Chriſtus per fidem. In ſeptima ve
Exo. 33
ro cernitur Chriſtus per ſpeciem. Nō vi
1. Ioan. 4
debit me, inquit, homo & viuet. Quia
Deum nemo vidit vnquam, ſubintelli-
gendum eſt in hac mortali vita. Nam vi
1. Cor. 13
detur in vita beata, non iā per ſpeculum
in ænigmate, ſed facie ad faciē, ſicuti eſt.
Ioan. 14
Propter quod dicit Apoſtolis: Manife-
Marc. 13
ſtabo eis meipſum.

Sex dies ſunt,in quibus licet homini
operari. In ſeptimo vero die requieuit
Gene.2 Deus ab omni opere quod patrarat. Et
ideò ſeptenarius quietem ſignificat. Vn-
de ſeptimus dies, ſeptima hebdomada,
ſeptimus menſis, ſeptimus annus, eſt fe-
riatus in lege: pręſertim autem, qui poſt
ſeptenarium ſequitur Iubileus. Recte i-
gitur in ſeptima tantum dominica hos
iſte, non in quolibet loco, ſed in hac re-
cte baſilica videndus oſteditur: quę ſan-
ctæ crucis in Hieruſalem appellatur, ſu-
pernæ Hieruſalem typum obtinens, &
ſpeciem repræſentans, de qua dicit Apo
ſtolus in epiſtola quam audiſtis: Illa quę
Galat.4 ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quę eſt
mater noſtra. In qua Chriſtũ angeli ſan
cti & beatæ animæ contemplantur. Ad
quam merito dicitur: Lætare Hieruſalē,
& conuentum facite omnes qui diligitis
eam. Hieruſalem quatuor modis accipi-
Hieruſalē q̃druplici ter accipitur, tur, ſecundum quatuor theologicos in-
tellectus: Hiſtoricum, allegoricum, tro-
pologicum & anagogicum. Eſt autem
Hieruſalem ſuperior & inferior, interi-
or & exterior. Superior eſt in patria, in-
ferior eſt in via, interior eſt in anima, ex-
Superior. pſal. 121 terior eſt in Paleſtina. De ſuperiori legi-
tur: Hieruſalē quæ ædificatur vt ciuitas,
cuius participatio eius in idipſum. Ad in
Inferior. Eſaiæ 6 feriorem dicitur: Surge illuminare Hie-
ruſalem, quia venit lumen tuum, & glo-
ria domini ſuper te orta eſt. De interiori
Interior. Eſaiæ 46 legitur: Dabo in Sion ſalutem, & in Hie
Exterior. Matt.23 ruſalem gloriam meam. Ad exteriorem
dicitur: Hieruſalem, Hieruſalem, quæ oc
cidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te
miſſi ſunt. Ad quam ergo Hieruſalē re-
cte pertinet, quod voce prophetica dici-
tur: Lætare Hieruſalem, & conuentum
facite omnes, qui diligitis eam? Non ad
exteriorem, quę peccatis exigentibus ca
ptiua tenetur: cui potius cõpetit, quod
Thren.1 narratur in Threnis: Viæ Sion lugent,
eo quod non ſint qui veniant ad ſolen-
nitatem. Facti ſunt inimici in capite. Sed
ad ſuperiorem præcipue, de qua merito
pſal.149 dicitur: Exultabunt ſancti in gloria, læ-
tabuntur in cubilibus ſuis. Ad hos vero
Eſaiæ 66 dicitur: Gaudete cum læticia, qui in tri-
Eſaiæ 25 ſtitia fuiſtis. Q̃m abſterget Deus oēm la
Apoc.7 chrymã ab oculis ſanctorũ, & iã non erit
amplius neq; luctus, neque clamor, ſed
nec vllus dolor, q̃m priora tranſierunt.
Cũ eñ propheta dixiſſet: Lętare Hieru-
ſalē, ſtatim oſtēdit q debeãt lætari, cũ ait:
Conuentũ facite oēs qui diligitis eã: &
qualiter debeãt lætari, cũ ſubdit: Gaude
te cũ lętitia, q in triſtitia fuiſtis. Et quare
debeant lætari, ſubdit cum ait: Vt exulte
tis & ſatiemini ab vberibus conſolatio-
nis veſtræ.

Debent igitur ad lætandum conue- Lætãdum quib⁹, q̃liter & quare ſit.
nire omnes qui diligunt. i. non hęretici,
ſed catholici, non canes, ſed oues. Quia
charitas fons eſt proprius, cui non com Charitas fons proprius.
municat alienus. Habeat autem charita-
tem in corde, qui vere vult in hoc cõuen
tu gaudere, memor eius quod legitur: Matt.20
Quia cum rex intraſſet ad nuptias, vt vi-
deret diſcumbentes, & vidiſſet ibi homi
nem non veſtitum veſte nuptiali, iuſſit
illũ expelli, & in tenebras exteriores re-
trudi. Ideoq; dicit propheta: Conuẽtum
facite, qui diligitis eam.

Porro, multi lętantur in corpore, qui
triſtantur in corde: gaudium oſtenden-
tes exterius, ſed luctum habentes inte-
rius. Quia non eſt impijs gaudere dicit Eſaiæ 48
dominus: nec eſt pax oſſibus à facie pec pſal.37
catorũ. Ideo cum dixiſſet propheta: Læ- Eſaiæ 66
tare Hieruſalem, cõſequenter adiunxit:
Gaudete cum læticia, qui in triſticia fui-
ſtis. Quaſi diceret: Exterius gaudium, in
terior læticia comitetur, vt cor, & caro
noſtra exultent in Deum viuum. Quia pſal.83
gloria noſtra hęc eſt, teſtimonium con- 2.Cor.1
ſcientiæ noſtræ. Vt exultetis & ſatiemi-
ni ab vberibus conſolationis veſtræ.
Satiabor, inquit, quum apparuerit glo- pſal.16
ria tua.

Patet ergo, quod duo vbera conſola- Duo vbera cõſolationis quę ſint.
tionis, ſunt duæ ſpecies glorificationis,
videlicet ſtola mentis, & ſtola carnis. De
quibus ſponſa dicit in Cãticis: Ego mu Cant.8
rus, & vbera mea ſicut turris, ex quo fa-
cta ſum coram te, quaſi pacem reperiẽs.
Vbere glorificationis in mente, ſatian-
tur animæ ſanctæ in ætate ſeptima qui-
eſcentium: vbere glorificationis in car-
ne, ſatiabũtur corpora incorrupta in o-
ctaua reſurgentium. Propter quod dici-
tur: Da partes ſeptem, necnon & octo. Eccle.11
Septenario dandæ ſunt partes glorifica
tionis in corde, octenario dandæ ſunt
partes glorificationis in corpore.

Dotes aiæ glorificatæ tres. Partes glorificatiõis in corde ſunt tres, cognitio, dilectio,& delectatio. De quibus Sapiẽs proteſtatur: Qui confidunt Sap. 3 in illo intelligent veritatem,&fideles in dilectione acquieſcent illi: quia donum & pax eſt electis Dei. Partes glorificationis in corpore ſunt quatuor, claritas, Corporis glorificati dotes. 4 ſubtilitas,agilitas, & impaſſibilitas. De quibus idem ſapiens proteſtatur. Sap. 3 Fulgebunt iuſti,& tanquam ſcintillę in arũdineto diſcurrent: iudicabunt nationes &c. Quia bonnm eſſet ſi poſſemus hic eſſe,vt liceret nobis has ſpecies gloriationis & glorificationis meditari & cõtemplari. Sed ecce retinet nos & reuocat occupatio grandis & grauis,vtique varia, vtinam non &vana,quia vanitas vanitatum & omnia vanitas. Ecc. 1

Petamus ergo fratres & filij, petamus in oratione credentes,de corde puro,conſcientia bona & fide non ficta, 1. Timo. 1 puras manus fine deceptione leuantes ad Deum,vt de ſacramento rei,quam celebramus,perducat nos dominus ad rẽ ſacramenti,quam expectamus, Vbi vita ſine morte,dies ſine nocte,certe ſine forte, Vbi erit ſecuritas ſine timore,iocũditas ſine dolore, trãquillitas ſine labore: Vitæ æternæ quanta ſint gaudia. vbi erit pulchritudo ſine deformitate, fortitudo ſine debilitate, rectitudo ſine peruerſitate: Vbi erit charitas ſine malitia,veritas ſine fallacia,fœlicitas ſine miſeria: Vbi erit gaudium, quod nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit. Eſa. 64 Quod nobis præſtare dignetur dominus IESVS Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

In Cœna domini.

De triplici lauacro & ſex ſpeciebus lotionis.

SERMO I.

Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Ioan. 13 Triplex eſt lauacrum. In aqua,in lachrymis, & in ſanguine. Lauacrũ triplex Quodlibet autem eorum eſt duplex. Nam aliud eſt lauacrũ aquæ materialis,aliud lauacrũ aquæ ſpiritualis. Materialis aquæ lauacrum eſt baptiſmus. Babtiſma Ioan. 3 De quo dominus dicit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto,non intrabit in regnũ Dei. Qui crediderit & baptizatus fuerit,ſaluus erit. Mar. 16 Spiritualis aquæ lauacrum eſt eleemoſyna. Eleemoſyna De qua dicit ſcriptura:Sicut aqua extinguit ignem,ita eleemoſyna extinguit peccatum. Eccl. 29 Date,inquit,eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Luc. 11

Similiter, aliud eſt lauacrum lachrymarum,quæ procedunt ex oculis,& aliud eſt lauacrum lachrymarum quæ procedunt ex arboribus. Lachrymæ duplices. Ex oculis profluunt ad lamentũ. De quibus inquit Propheta: Pſal. 6 Lauabo per ſingulas noctes lectum meũ,lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Ex arboribus procedunt ad ſacramentum. Iuxta quod legitur,Quia Samaritanus appropians vulnerato,ſuperinfundit vinum & oleum.

Itidem aliud eſt lauacrum ſanguinis in ſupplicio,& aliud lauacrum ſanguinis in myſterio. Sanguis ſupplicij ſemel fuit fuſus in cruce, Iuxta quod legitur: Heb. 9 Non per ſanguinem hircorum aut vitulorum , ſed per proprium ſanguinem, ſemel introiuit Ieſus in ſancta, æterna redemptione inuenta. Sanguis autem myſterij ſępe potatur in calice, Matt. 26 Iuxta quod veritas ait: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim calix noui teſtamenti in ſanguine meo. Hæc quotieſcunque feceritis, in meam commemorationem facietis. Lauit ergo nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Apo. 1

Sex ergo ſunt ſpecies lotionis,quas hodie repræſentat eccleſia. Sex ſpecies lotionis. Lotionem aque materialis in ablutione pedum : propter humilitatis exemplum . Et lotionem aquæ ſpiritualis, in re-

in refectionem pauperum, propter offi-
cium pietatis, ſicut audiſtis quum Euan
Ioan. 13 gelium legeretur. Quia ſurgens Ieſus
à cœna, poſuit veſtimenta ſua, & præ-
cingens ſe linteo, miſit aquam in pel-
uim, & lauit pedes diſcipulorum, & ait:
Exemplum dedi vobis, vt & vos ſimuli-
ter faciatis. Item lotionem lachryma-
rum, quæ profluunt ex oculis ad la-
mentum, in reconciliatione pœniten-
tium, quæ hodie celebratur. Et lotio la-
chrymarum, quæ procedunt ex arbori
bus ad ſacramentum, in chriſmatis con
fectione, quod ex oleo & balſamo con-
ſecratur. Rurſus, lotionem ſanguinis,
qui licet ſemel ſit effuſus in cruce, ſæpe
tamen potatur in calice. Quarum alte-
ram Romanus pontifex repræſentat, in
eo quod hodie remota tabula Latera-
nenſis altaris, infra ipſum altare confi-
cit euchariſtiam: Illud in hoc facto com
memorans, quod pontifex ſummus in
lege ſemel in anno in ſancta ſanctorũ
cum ſanguine introiuit. Ecce breuiter
hodiernæ ſolennitatis intimauimus ſa-
cramenta, quæ proſequi non valemus,
& propter tumultum populi, & prolixi
tatem officij. Sed qui lotus eſt, non indi
Ibidem. get niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus to
tus. Multi loti ſunt ab operibus malis,
q tamẽ loti nõ ſunt à cogitatiõibus pra
uis. Et ideo multi lauant manus, qui ta-
men pedes non lauant. Quocirca, qui
lotas habet manus ab effectu pecca-
ti, lauet pedes ab affectu peccandi: & ſic
mundus ſit totus. Pro qua mũditia præ
miſſæ locutiones ſunt inſtitutæ, quas il-
le digne nos faciat celebrare, qui dignã-
ter illas inſtituit: Ieſus Chriſtus domi-
nus noſter, Qui eſt ſuper omnia bene-
dictus Deus in ſecula ſeculorum, Amẽ.

Dominica ſecunda poſt Paſcha.

De bonitate paſtoris Chriſti, de animæ triplici acceptione in ſcripturis, de triplici alimento quo nos paſcit Chriſtus, & de mercenario, lupo & oue.

SERMO I.

EGo ſum paſtor bo Ioan. 10
nus. Bonus paſtor
animam ſuam dat
pro ouibus ſuis
Parabolicæ ſimili
tudinis propoſi-
tum paradigma,
de mercenario &
paſtore, lupis & ouibus, me ſrates & filij
valde perterret: quia vę mihi eſt, ſi for
te ſim nomine paſtor, & opere mercena
rius: ſi meritum diſcrepat ab officio, ſi vi
ta diſcordat à lingua. Is enim eſt paſtor
bonus, qui animam ſuam dat pro oui-
bus ſuis. Quis autem ſit ille, dominus
oſtendit cũ ait: Ego ſum paſtor bonus.
Quis enim bonus vt ipſe? Bonus in na- Bonitas
tura, bonus in effectu, bonus in offi- Dei tri-
cio. Namque non eſt aliud eſſe bonum, plex.
quam eſſe: cum eius bonitas ſit eſſentia.
Quapropter ipſe bonus eſt per naturã, Bon° quo
homo bonus per gratiam. Ipſe bonus modo ſit
eſſentialiter: homo bonus accidentali- Deus, & q̃
ter. Propter quod ipſe dicebat: Nemo modo ho
bonus, niſi ſolus Deus. Ipſe bonus eſt in mo.
Bonus p naturam.
effectu: quia omne datum optimum, & Mar. 10
omne donum perfectum de ſurſum eſt Bonus in
deſcendens à patre luminum: Qui eſt effectu, Iac. 1
fons & origo bonorum. Propter quod
ipſe dicebat: Si vos cum ſitis mali, noſtis Luc. 11
bona data dare filijs veſtris: quanto ma-
gis pater veſter cœleſtis dabit ſpm̃ bonũ
petentibus ſe. Nam & vidit Deus cuncta
quę fecerat, & erant valde bona. Ipſe bo Gen. 1
Bonus in
nus eſt in officio: Quia bonus paſtor a- officio.
nimam ſuam dat pro ouibus ſuis. Et i-
pſe quidem animam ſuam dedit, non ſo Ioan. 10
lum pro iuſtis, ſed etiam pro iniuſtis.
Quia Chriſtus mortuus eſt pro peccatis 1. Pet. 3
noſtris, iuſtus pro iniuſtis, vt nos of-
ferret Deo, mortificatos quidem carne,
viuificatos autem ſpiritu. Non ſolum
pro amicis, ſed etiam pro inimicis. Quia Rom. 5
cum inimici eſſemus, recõciliati ſumus
in ſanguine eius. Lauit enim nos à pecca Apoc. 1
tis noſtris in ſanguine ſuo. O quãta gra
tia, quantum donum, vt iuſtus pro iniu
ſtis, amicus pro inimicis animam ſuam
daret: imo dominus pro ſeruis, Deus
pro hominibus, creator pro creatu
ris.
Prouideamus ergo nobis, ne tãtę gratię
ſimus ĩgrati, neve tãto dono reddamur
in-

indigni. Quia proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Ipſe eſt ergo paſtor bonus, in natura, in effectu, in officio.

Animę vocabulum trib⁹ modis accipitur.

Bonus autem paſtor dat animam ſuam pro ouibus ſuis. Vocabulum animæ, tribus modis accipitur in ſcripturis. Dicitur enim anima ſpiritus, Secundum illud: Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. Dicitur vita, ſecundum illud: Qui amat animam ſuam perdet eam. Dicitur ſanguis, ſecundum illud: Anima carnis in ſanguine eſt. Secundum quem libet modorum iſtorum, Chriſtus animam ſuam dedit pro ouibus ſuis. Dedit enim animam, id eſt, ſpiritum, in patibulo crucis. Dedit animam, id eſt, vitam in articulo mortis. Dat animam, id eſt, ſanguinē, in poculo calicis. Nam qui dedit ſe pro nobis in precium, vt redimeret nos à morte, ipſe ſe tribuit nobis in cibum, vt nutriat nos ad vitam. Ipſe ergo eſt paſtor bonus, qui animam ſuam dedit pro ouibus ſuis. Paſtor quippe dicitur à paſcendo. Et ipſe tribus modis nos paſcit, videlicet, alimento naturæ, cibo doctrinæ, & pabulo euchariſtiæ. Ipſe nos paſcit alimento naturæ, qui dat ſemen ſerenti, & panem comedenti. Qui dat eſcam pullis coruorum inuocantibus eum. Qui dicit in Euangelio: Nolite ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus aut quid bibemus? Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, & pater veſter cœleſtis paſcit ea. Ipſe eſt ergo paſtor bonus. Ipſe nos paſcit cibo doctrinę, qui cibat nos pane vitæ & intellectus. Et potat nos aqua ſapientiæ ſalutaris. Quia non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo, quod procedit ab ore Dei. Propter quod ipſe loquitur in parabolis: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. Ipſe eſt ergo paſtor bonus. Ipſe nos paſcit pabulo euchariſtiæ, qui dicit in Euangelio: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Panis enim, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Vtinam in futuro nos paſcat epulis gloriæ, de quibus Pſalmiſta dicebat: Satiabor cum manifeſtabitur gloria tua. Nam in voce exultationis & confeſſionis, ſonus epulantis. Edetis, inquit, & bibetis ſuper menſam meam in regno meo: Et, Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei. Ipſe ergo eſt paſtor bonus, qui animam ſuam dat pro ouibus ſuis.

Trib⁹ modis paſcit nos Chriſtus.

Ioan.10 Ioan.12 Leui.17 1.Cor.9 Pſal.146 Matt.6 Ioan.1 Eccle.15 Deut.8 Pro.9 Ioan.6 Pſal.15 Pſal.30 Luc.2 Apo.2

Mercenarius quis ſit.

Mercenarius autem, qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit. Mercenarius quidem eſt, qui locum paſtoris habet, ſed paſtoris opus non agit: qui pro mercede non ſpirituali, ſed pro temporali, non vera ſed falſa, nō æterna ſed tranſitoria paſcit oues: videlicet, pro lucro terreno, pro mundana gloria, pro humano fauore. Sed amen dico vobis, recepit mercedem ſuam. Matt.6

Mercenari⁹ quomodo cognoſcat.

Vtrum autem ſit paſtor, & an oues ſint eius proprię, hoc argumento poteſt probari. Si habet ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, profecto non eſt paſtor, ſed mercenarius. Quia ſi non dat ouibus ſuis terrenā ſubſtantiam, quando daret pro eis animam ſuam. Pellem, inquit, pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua. Talis vtiq; videt lupum veniē tem, & dimittit oues & fugit. Lupus eſt dæmon. Lupus eſt hæreticus. Lupus eſt tyrannus. De primo dicitur: Lupus rapit & diſpergit oues. De ſecundo legitur. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. De tertio vero ſcribitur: Ecce mitto vos, ſicut agnos inter lupos. Hæreticus rapit, tyrannus diſpergit. Demon autem & diſpergit & rapit. Diſpergit per violentiam, rapit per fraudulentiam. Quia eſt violentus vt leo, & fraudulentus vt draco. Quemlibet iſtorum luporum mercenarius videt venientem, & dimittit oues & fugit: non ſemper mutando locum, ſed ſępe ſubtrahendo prę ſidium Quia latet, tacet, & ſuſtinet, cum minime videt iniuſtitiam, violentiam & perfi-

1.Ioan.3 Ioan.10 Iob.2 Lupus qs ſit. Ioan.10 Matt.7 Luc.10

Fuga mercenarij q.

perfidiam, contra impotentes, orpha-
Eſaiæ 56 nos & egenos: quaſi canis mutus non
valens latrare. Heu quot hodie tales ha
al. videm⁹ bemus & dolemus in Eccleſia mercena-
rios: propter quod cum nomen paſto-
ris habeant, & officium, non meritum,
inualeſcunt hæretici, tyranni ſæuiunt, &
perfidi perſequuntur. Quia vix inueni-
Ezech. 13 tur, qui ponat ſe murũ pro domo Iſrael,
aut ſtet ex aduerſo in die domini. Meſ-
Lucæ 10 ſis eſt multa, operarij vero pauci. Quo-
niam & ſi multos videamus in nomine,
paucos tamẽ videmus in opere. Propte-
rea lupus rapit & diſpergit oues. Quoni
1. Petr. 5 am aduerſarius noſter diabolus, tanquã
leo rugiens circuit, quęrens quem deuo
ret. Mercenarius autem fugit, quia mer-
cenarius eſt, & non pertinet ad eum de
ouibus. Sed ego, dicit dominus, ſum pa
ſtor bonus, & cognoſco oues meas, &
Chrs q̃li- cognoſcunt me meę. Ego cognoſco me
ter cogno as per approbationem, dilectionem &
ſcat oues gubernationem. Meę vero cognoſcunt
ſuas.
Oues quõ me, per deuotionem, obedientiam, &
paſtorem imitationem. Nouit enim dominus qui
cognoſcãt ſunt eius. Qui econtra reprobis ait: A-
2. Tim. 2
Matt. 7 mẽ dico vobis, non noui vos. Oues aũt
eius illum ſequuntur, & ſciunt vocem
eius. Alienum autem non ſequuntur,
ſed fugiunt ab eo: quia nõ nouerunt vo
cem alienorum. Sicut nouit me pater, &
ego agnoſco patrem. Filius per ſe nouit
patrem, nos vero per illum. Iuxta quod
Matt. 11 alibi dicit: Nemo nouit filium, niſi pa-
ter: neque patrem quis nouit, niſi filius:
& cui filius voluerit reuelare. Itemque
Ioannes: Deum nemo vidit vnquam, ni
1. Ioan. 4 ſi vnigenitus, qui eſt in ſinu patris, ipſe
enarrauit. Litera iſta duobus modis va-
let intelligi: quia põt dupliciter cõſtrui.
Primo, vt ſub vno verſu dicat: Cogno-
ſco meas, & cognoſcunt me meæ: ſicut
nouit me pater, & ego agnoſco patrem.
Vt ita ſimilitudo cognitionis notetur
inter paſtores & oues, quæ inter patrem
& filium. Hæc autem cognitio eſt dile-
ctio, ſicut Ioannes Euangeliſta teſtatur,
1. Ioan. 2 inquiens: Qui dicit ſe noſſe Deum, &
mandata eius non cuſtodit, mendax
Ioan. 14 eſt. Veritas ergo dicit: Qui diligit me,
ſermonem meum ſeruabit. Eſt ergo ſen
ſus: Sicut diligit me pater, & ego dili-
go patrem: ita ego diligo oues meas,
& ipſæ me diligunt. Cuius dilectionis
eſt euidens argumentum, quia animam
meam pono pro ouibus meis. Maio- Ibidem.
rem enim charitatẽ nemo habet, quam
vt animam ſuam ponat quis pro ami-
cis ſuis. Itemque: Oues meæ vocem me Ioan. 10
am audiunt. Quia populus, quem non Pſal. 17
cognoui, ſeruiuit mihi, obauditu auris
obediuit mihi. Vel intelligi poteſt, vt
ſub alia clauſula diuidatur. Dixerat e-
enim ante: Cognoſco meas, & cogno-
ſcunt me meæ: nunc autem oſtendit,
quo autore, quoue fine illas cognoſcit.
Quo autore, quia ſicut nouit me pater,
& ego agnoſco patrem. Quo fine, quia
animam meam pono pro ouibus meis.
Ac ſi dixiſſet apertius, quod vult pater,
& ego volo: Vnde iuxta beneplacitum
patris animam meam pono pro ouibus
meis.

Oſtẽſum eſt qualis debet eſſe paſtor,
oſtendendum eſt ergo, quales debeant Oues qua
eſſe oues. Tria præcipue commendan- les debeat
tur in oue, manſuetudo, innocentia, & eſſe.
vtilitas. Scriptum eſt enim: Tanquam Proprieta
ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut tes ouium
agnus coram tondente ſe, ſic non ape- laudabiles
ruit os ſuum. Totum eſt vtile quod exit imitandę.
a boue, lac & lana, pellis & caro, fœtus Eſai. 53
& fimus, qui terram impinguat. Tales
debent eſſe fideles, vt ſint manſueti, ne 1. Petri. 3
reddant malum pro malo, neque male-
dictum pro maledicto, eius exemplo:
Qui quum malediceretur non maledi-
cebat, quum pateretur non commina-
batur. Vt ſint innocentes, ne quan-
quam offendant, nulli noceant, nemi-
nem lędant: ſed potius diligant inimi- Matt. 5
cos ſuos, benefaciant his qui oderunt
eos: & orent pro perſequentibus & ca-
lumniantibus ſe, illius exemplo, qui ſo
lem ſuum facit oriri ſuper bonos & ma
los, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Vt
ſint vtiles, quatenus paſtoribus ſuis red
dant lac & lanam, vel fimum & fœtum,
id eſt, primitias, & decimas, & oblatio-
nes. Dignus eſt enim operarius mercede Lucę. 10
ſua. Propter quod dicebat Apoſtolus:
Si ſeminauimus vobis ſpiritualia, non 1. Cor. 9
eſt magnum ſi carnalia veſtra meta-
mus.

Sequitur: Et alias oues habeo,
quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas
oportet

oportet me adducere: & fiet vnum oui-
le & vnus paſtor. Habebat dñs oues, &
iuſtificatas per gratiam, & prędeſtinatas
Ioan. 10 ad vitam. De iuſtificatis præmiſerat: Co
gnoſco meas, & cognoſcunt me meæ.
Ibidem. De prædeſtinatis ſubiungit: Alias oues
habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili. Pri-
mæ ergo iam collectæ erant ex populo
Iudæorum: Secundæ adhuc erant colli-
gendæ de populo gentium. Vtræq; ta-
men congregangæ erant, vt eſſet vnum
ouile, & vnus paſtor, id eſt, vna eccleſia,
Ephe. 2 & vnus dominus. Ipſe enim eſt pax no-
ſtra, qui fecit vtraq; vnum, vt duo parie-
tes e diuerſo venientes in vno angulari
lapide conuenirent. Quęcunq; ouis ex-
tra hoc inuenitur ouile, luporum morſi
bus patet: quoniam & omnes qui non
Gene. 6 fuerunt in arca, in diluuio perierũt. Por
ro quædam oues ſunt lentæ, quędã ſunt
morbidæ, & quædam vagæ. Bonus ita-
que paſtor debet pungere lentes, ſuſten
Tria vitia tare morbidas, & colligere vagas. Quæ
ouiũ in ba tria bene ſignificantur in baculo paſto-
culo paſto rali, qui eſt in vltimo acutus, in medio re
rali ſignifi ctus, in ſummo retortus. Acutus, vt pun
cata, quõ gat oues lentas & pingues: rectus, vt ſu-
curanda. ſtentet oues morbidas & infirmas: re-
tortus, vt recolligat oues vagas & erra-
Ioan. 21 bundas. Oues ſuas paſcendas dominus
Petro commiſit, vocabulo tertio repeti-
Cur ho- to, quem paſtorem ſibi ſubſtituit, & ob
die in baſi hoc hodierna ſtatio in eius baſilica cele-
lica S. Pe- bratur, Ad laudem & gloriam ſummi
tri cele- paſtoris Eccleſiæ Ieſu Chriſti, Qui eſt ſu
bretur. per omnia Deus benedictus in ſecula
ſeculorum, Amen.

In ſolennitate Aſcenſionis domini noſtri Ieſu Chriſti.

De tribus ſolennitatibus, ſcilicet, Paſchæ, Scenopegiæ, & Penteco ſtes, & quomodo debeamus eas celebrare: denique, de tribus ordinibus eas celebrantium.

SERMO I.

AScendens Chri-
ſtus in altum, ca-
ptiuam duxit ca-
ptiuitatem, dedit
dona hominibus.
Tres olim ſolen
nitates non ſolæ,
ſed præcipuæ cele
brabantur in lege, videlicet, Paſcha, Pen
tecoſte & Scenopegia, id eſt, ſolennitas
azymorum, ſolẽnitas hebdomadarum,
& ſolennitas tabernaculorum. Quas &
nos in Euãgelio, non ad literam, ſed in
ſpiritu celebramus. Paſcha, in reſurrecti
one, Scenopegia, in aſcenſione, Penteco
ſtẽ, in paracleti miſſione. Chriſtus enim Pſal. 67
captiuam duxit captiuitatem, quando
reſurgens eduxit vinctos ſuos de lacu, Zach. 9 pſal. 67
in quo non erat aqua. Aſcẽdit in altum,
cum exaltatus eſt ſuper cœlos cœlorum
ad Orientem. Dedit dona hominibus,
cum effudit de ſpiritu ſancto ſuper om- Ioel. 2
nem carnem. Aſcendens ergo Chriſtus
in altum, dedit dona hominibus, quoni Iacob. 1
am omne datum optimum, & omne do
num perfectũ, deſurſum eſt deſcendens
à patre luminum. Paſcha ſiquidẽ tran Paſcha qd
ſitus appellatur, eo quod angelus trãſijt interpret.
per Aegyptum, extinguens primogeni- Exod. 12
ta Aegypti, ab homine vſque ad pecus:
ſed ſuper Hebræorum tecta tranſiuit, ne
minem eorum lędens, eo quod agni ſan
guine lita eſſent. Et tunc populus Iſrael
iter arripuit tranſeundi de Aegypto in
ſolitudinem. Porro paſcha noſtrum im 1. Cor. 5
molatus eſt Chriſtus. Cuius ſanguine
tecta tanguntur, cum corda noſtra fide
paſſionis inſigniuntur, quæ ſola diabo-
lus exterminare non poteſt, in eo qui in
tus ex fide viuit. Trãſitum autem iſtum
Ioannes Euangeliſta determinat, dicẽs: Ioan. 13
Sciens Ieſus, quia eius hora venit, vt trã-
ſeat ex hoc mundo ad patrem, cum dile
xiſſet ſuos, in finem dilexit eos. Reſur-
gens ergo tranſijt de morte ad vitam, de
labore ad requiem, de mundo ad patrẽ.
Nam Chriſtus reſurgens ex mortuis, Rom. 6
iam non moritur, mors illi vltra non do
minabitur. Scenopegia fixio taberna- Scenope-
culorum interpretatur, eo quod Iſrael gia quid
quadraginta annis ſub tabernaculis cõ interpre-
moratus eſt in deſerto. In cuius rei me- tetur. Deut. 16
moriam, adhuc Iudęi celebrant ſcenope
giam,

giam, habitantes in tabernaculis. Porro tabernaculum eſt corpus Chriſti aſſumptum, in quo ſub humanitate latet diuinitas. De quo dicit Pſalmiſta: In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Hoc vtique tabernaculum Chriſtus in carne mortali non figebat. Quoniam exultauit vt gygas ad currendam viam, diſcurrens de loco in locum, vt ſuſceptum miniſterium adimpleret. Sed tunc fixit tabernaculum ſuum, cum aſſumptus in cœlum ſedet ad dextram Dei, requieſcens, in patrimonialibus bonis patris, donec ponat inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum. πεντήκοντα græce, aſiarco Hæbraice, quinquaginta interpretatur latine, in memoriã legis datæ quinquageſimo die ab exitu Iſrael de Aegypto. Nos autem Pentecoſten celebramus in honore ſpiritus paracleti, qui datus eſt Apoſtolis quinquageſimo die poſtquam Chriſtus reſurrexit à mortuis. Ipſe quidem eſt lex ſalutaris, ſcripta non in tabulis lapideis, ſed in cordibus hominum digito Dei. De quo dicit Ioãnes: Vnctio docebit vos de omnibus. Et Chriſtus in Euangelio: Cum venerit paracletus, ille vos docebit omnem veritatem. Huius diei ſolennitatem honorifice celebramus, recolentes, quod dum complerentur dies Pentecoſtes, factus eſt repente de cœlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis. Verum vt omnis Chriſti actio, Chriſtiani ſit lectio, non ſolum requiramus allegoriã, quæ mentem inſtruit ad ſciẽtiam, ſed magis tropologiam, quæ animum inſtruit ad ſalutẽ. Chriſtus enim reſurrexit: vt nos reſurgamus. Aſcendit: vt nos aſcendamus. Paracletum dedit: vt nos conſolemur. Paracletus enim aduocatus vel cõſolator interpretatur. Sed poſt tres dies reſurrexit à mortuis, inde poſt quadraginta dies aſcendit ad cœlos, ex tũc poſt decẽ dies paracletũ dedit. Plena ſunt omnia diuinis myſterijs, ac ſingula cœleſti dulcedine redundãtia: ſi tamẽ diligẽtem habeant inſpectorem, qui nouit ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo

Pſal. 18 / Ibidem / Marc. 16 / Pſal. 109 / Exo. 20 / Acto. 2 / 2. Cor. 3 / 1. Ioan. 2 / Ioan. 15 / Acto. 2 / Senſus tropologic⁹. / Deut. 32

Reſurre ctio prima quæ.

Reſurgamus ergo fratres & filij, reſurgamus à mortuis poſt tres dies. Reſurrectio prima eſt remiſſio peccatorũ. De qua dicit Ioannes: Beati qui habent partem in reſurrectione prima. Apoc. 20

Ad hanc itaque peruenimus per viam trium dierum, qua filij Iſrael egreſſi ſunt de Aegypto, vt ſacrificarent domino in deſerto. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Eſt ergo primæ diei via, per quam ad reſurrectionẽ animæ proficiſcimur, inquiſitio peccatorum, quando peccator inquirit & inueſtigat modum, & numerum, & alias circunſtantias peccatorum. Secundum illud: Cogitabo pro peccato meo. Hic enim primus dies, hæc prima mentis illuminatio. Huic ſuccedit ſecundus, videlicet, recordatio delictorum: quando peccator coram ſe ſtatuit modum & numerum, & alias circunſtantias delictorum. Secundum illud: Peccatum meum corã me eſt ſemper. Hic eſt ſecundus dies, hęc ſecunda mentis illuminatio. Cui tertius quoque ſuccedit, videlicet contritio vitiorum: quando peccator pœnitens conterit vitia per dolorem. Secundũ q̃d inquit: Secũdum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Statim ergo puella ſuſcitatur in domo, iuuenis in porta, Lazarus in ſepulchro. Nam qua hora peccator cõuerſus fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor: vita viuet & non morietur, ait dominus omnipotens.

Via triũ dierũ qua ad reſurrectionẽ aĩe peruenitur / Pſal. 50 / I. / Pſal. 30 / II. / Pſal. 51 / III. / Pſal. 93 / Matt. 9 / Luc. 7 / Ioan. 11

Pascha quomodo myſtice celebretur.

Hoc eſt ergo Paſcha vel ſolennitas, in qua ſalutarem trãſitum celebramus, de morte ad vitam, de malo ad bonum, de tenebris ad lucem, de vitijs ad virtutes. Tunc anima tranſit de tenebris Aegypti, ad columnam nubis obumbrantem per diem, & columnam ignis lucentem per noctẽ: quando peccator per pœnitentiam tenebras interiores deponit, De quibus ait Apoſtolus: Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, Et lucem veritatis aſſumit, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quæ per nubem refrigerat, & per ignem illuſtrat.

Exo. 14 / Roma. 1 / Ioan. 1

Sed à reſurrectione poſt quadraginta dies debemus aſcendere, vt diſponentes aſcenſiones in corde, in conualle la- Pſal. 83

E chry

oportet me adducere: & fiet vnum oui-
le & vnus paſtor. Habebat dñs oues, &
iuſtificatas per gratiam, & prędeſtinatas
Ioan. 10 ad vitam. De iuſtificatis præmiſerat: Co
gnoſco meas, & cognoſcunt me meæ.
Ibidem. De prædeſtinatis ſubiungit: Alias oues
habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili. Pri-
mæ ergo iam collectæ erant ex populo
Iudæorum: Secundæ adhuc erant colli-
gendæ de populo gentium. Vtræq; ta-
men congregangæ erant, vt eſſet vnum
ouile, & vnus paſtor, id eſt, vna eccleſia,
Ephe. 2 & vnus dominus. Ipſe enim eſt pax no-
ſtra, qui fecit vtraq; vnum, vt duo parie-
tes e diuerſo venientes in vno angulari
lapide conuenirent. Quęcunq; ouis ex-
tra hoc inuenitur ouile, luporum morſi
bus patet: quoniam & omnes qui non
Gene. 6 fuerunt in arca, in diluuio perierũt. Por
ro quædam oues ſunt lentæ, quędã ſunt
morbidæ, & quædam vagæ. Bonus ita-
que paſtor debet pungere lentes, ſuſten
Tria vitia ouiũ in baculo paſtorali ſignificata, quõ curanda. tare morbidas, & colligere vagas. Quæ
tria bene ſignificantur in baculo paſto-
rali, qui eſt in vltimo acutus, in medio re
ctus, in ſummo retortus. Acutus, vt pun
gat oues lentas & pingues: rectus, vt ſu-
ſtentet oues morbidas & infirmas: re-
tortus, vt recolligat oues vagas & erra-
Ioan. 21 bundas. Oues ſuas paſcendas dominus
Petro commiſit, vocabulo tertio repeti-
Cur hodie in baſilica S. Petri celebretur. to, quem paſtorem ſibi ſubſtituit, & ob
hoc hodierna ſtatio in eius baſilica cele-
bratur, Ad laudem & gloriam ſummi
paſtoris Eccleſiæ Ieſu Chriſti, Qui eſt ſu
per omnia Deus benedictus in ſecula
ſeculorum, Amen.

In ſolennitate Aſcenſionis domini noſtri Ieſu Chriſti.

De tribus ſolennitatibus, ſcilicet, Paſchæ, Scenopegiæ, & Pentecoſtes, & quomodo debeamus eas celebrare: deniq;, de tribus ordinibus eas celebrantium.

SERMO I.

AScendens Chri-
ſtus in altum, ca-
ptiuam duxit ca-
ptiuitatem, dedit
dona hominibus.
Tres olim ſolen
nitates non ſolæ,
ſed præcipuæ cele
brabantur in lege, videlicet, Paſcha, Pen
tecoſte & Scenopegia, id eſt, ſolennitas
azymorum, ſolẽnitas hebdomadarum,
& ſolennitas tabernaculorum. Quas &
nos in Euãgelio, non ad literam, ſed in
ſpiritu celebramus. Paſcha, in reſurrecti
one, Scenopegia, in aſcenſione, Penteco
ſtẽ, in paracleti miſſione. Chriſtus enim Pſal. 67
captıuaın duxit captiuitatem, quando
reſurgens eduxit vinctos ſuos de lacu, Zach. 9 pſal. 67
in quo non erat aqua. Aſcẽdit in altum,
cum exaltatus eſt ſuper cœlos cœlorum
ad Orientem. Dedit dona hominibus,
cum effudit de ſpiritu ſancto ſuper om- Ioel. 2
nem carnem. Aſcendens ergo Chriſtus
in altum, dedit dona hominibus, quonĩ
am omne datum optimum, & omne do Iacob. 1
num perfectũ, deſurſum eſt deſcendens
à patre luminum. Paſcha ſiquidẽ tran Paſcha q̃d interp̃tet.
ſitus appellatur, eo quod angelus trãſijt Exod. 12
per Aegyptum, extinguens primogeni-
ta Aegypti, ab homine vſque ad pecus:
ſed ſuper Hebræorum tecta tranſiuit, ne
minem eorum ledens, eo quod agni ſan
guine lita eſſent. Et tunc populus Iſrael
iter arripuit tranſeundi de Aegypto in
ſolitudinem. Porro paſcha noſtruın im 1. Cor. 5
molatus eſt Chriſtus. Cuius ſanguine
tecta tanguntur, cum corda noſtra fide
paſſionis inſigniuntur, quæ ſola diabo-
lus exterminare non poteſt, in eo qui in
tus ex fide viuit. Trãſitum autem iſtum
Ioannes Euangeliſta determinat, dicẽs: Ioan. 13
Sciens Ieſus, quia eius hora venit, vt trã-
ſeat ex hoc mundo ad patrem, cum dile
xiſſet ſuos, in finem dilexit eos. Reſur-
gens ergo tranſijt de morte ad vitam, de
labore ad requiem, de mundo ad patrẽ.
Nam Chriſtus reſurgens ex mortuis, Rom. 6
iam non moritur, mors illi vltra non do
minabitur. Scenopegia fixio taberna- Scenopegia quid interpretetur.
culorum interpretatur, eo quod Iſrael
quadraginta annis ſub tabernaculis cõ
moratus eſt in deſerto. In cuius rei me- Deut. 16
moriam, adhuc Iudęi celebrant ſcenope
giam,

giam, habitantes in tabernaculis. Porro tabernaculum eſt corpus Chriſti aſſumptum, in quo ſub humanitate latet diuinitas. De quo dicit Pſalmiſta: Pſal. 18 In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Hoc vtique tabernaculum Chriſtus in carne mortali non figebat. Quoniam exultauit Ibidem vt gygas ad currendam viam, diſcurrens de loco in locum, vt ſuſceptum miniſterium adimpleret. Sed tunc fixit tabernaculum ſuum, cum aſſumptus in Marc. 16 cœlum ſedet ad dextram Dei, requieſcens, in patrimonialibus bonis patris, donec ponat inimicos ſuos ſcabellum Pſal. 109 pedum ſuorum. πεντήκοντα græce, aſiarco Hæbraice, quinquaginta interpretatur latine, in memoriã legis datæ quinquageſimo Exo. 20 die ab exitu Iſrael de Aegypto. Acto. 2 Nos autem Pentecoſten celebramus in honore ſpiritus paracleti, qui datus eſt Apoſtolis quinquageſimo die poſtquam Chriſtus reſurrexit à mortuis. 2. Cor. 3 Ipſe quidem eſt lex ſalutaris, ſcripta non in tabulis lapideis, ſed in cordibus hominum digito Dei. De quo dicit Ioãnes: 1. Ioan. 2 Vnctio docebit vos de omnibus. Ioan. 15 Et Chriſtus in Euangelio: Cum venerit paracletus, ille vos docebit omnem veritatem. Huius diei ſolennitatem honorifice celebramus, recolentes, quod Acto. 2 dum complerentur dies Pentecoſtes, factus eſt repente de cœlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis. Verum vt omnis Chriſti actio, Chriſtiani ſit lectio, non ſolum requiramus allegoriã, quæ mentem inſtruit ad ſciẽtiam, ſed magis tropologiam, quæ animum inſtruit ad Senſus tropologic. ſalutẽ. Chriſtus enim reſurrexit: vt nos reſurgamus. Aſcendit: vt nos aſcendamus. Paracletum dedit: vt nos conſolemur. Paracletus enim aduocatus vel cõſolator interpretatur. Sed poſt tres dies reſurrexit à mortuis, inde poſt quadraginta dies aſcendit ad cœlos, ex tũc poſt decẽ dies paracletũ dedit. Plena ſunt omnia diuinis myſterijs, ac ſingula cœleſti dulcedine redundãtia: ſi tamẽ diligẽtem habeant inſpectorem, qui nouit ſu- Deut. 32 gere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo.

Reſurrectio prima quæ. Reſurgamus ergo fratres & filij, reſurgamus à mortuis poſt tres dies. Reſurrectio prima eſt remiſſio peccatorũ. De qua dicit Ioannes: Beati qui habent partem in reſurrectione prima. Apoc. 20

Ad hanc itaque peruenimus per viam trium dierum, qua filij Iſrael egreſſi ſunt de Aegypto, vt ſacrificarent domino in deſerto. Via triũ dierũ qua ad reſurrectionẽ aiæ peruenitur. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Pſal. 50 Eſt ergo primæ diei via, I. per quam ad reſurrectionẽ animæ proficiſcimur, inquiſitio peccatorum, quando peccator inquirit & inueſtigat modum, & numerum, & alias circunſtantias peccatorum. Secundum illud: Cogitabo pro peccato meo. Pſal. 30 Hic enim primus dies, hæc prima mentis illuminatio. Huic ſuccedit ſecundus, II. videlicet, recordatio delictorum: quando peccator coram ſe ſtatuit modum & numerum, & alias circunſtantias delictorum. Secundum illud: Peccatum meum corã me eſt ſemper. Pſal. 50 Hic eſt ſecundus dies, hęc ſecunda mentis illuminatio. Cui tertius quoque ſuccedit, videlicet contritio vitiorum: III. quando peccator pœnitens conterit vitia per dolorem. Secundũ q̃d inquit: Secũdum Pſal. 93 multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Statim ergo puella ſuſcitatur in domo, Matt. 9 iuuenis in porta, Luc. 7 Lazarus in ſepulchro. Ioan. 11 Nam qua hora peccator cõuerſus fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor: vita viuet & non morietur, ait dominus omnipotens.

Paſcha q̃modo myſtice celebretur. Hoc eſt ergo Paſcha vel ſolennitas, in qua ſalutarem trãſitum celebramus, de morte ad vitam, de malo ad bonum, de tenebris ad lucem, de vitijs ad virtutes. Tunc anima tranſit de tenebris Aegypti, ad columnam nubis obumbrantem per diem, Exo. 14 & columnam ignis lucentem per noctẽ: quando peccator per pœnitentiam tenebras interiores deponit, De quibus ait Apoſtolus: Roma. 1 Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, Et lucem veritatis aſſumit, quæ illuminat omnem Ioan. 1 hominem venientem in hunc mundum, quæ per nubem refrigerat, & per ignem illuſtrat.

Sed à reſurrectione poſt quadraginta dies debemus aſcendere, vt diſponentes aſcenſiones in corde, Pſal. 83 in conualle la-

chrymarum, aſcendamus de virtute in
Matt. 4 virtutem, donec videamus Deum deo-
Pœnitētię fruct⁹ digni qui ſunt rum in Sion. Faciamus ergo dignos fru-
ctus pœnitentiæ, quæ ſunt præcipue, o-
ratio, ieiunium, eleemoſyna: vt ſicut tres
per peccatum offendimus, Deum, noſ-
ipſos, & proximum, ita tres per ſatisfa-
ctionem placemus: vt oratio diriga-
tur ad Deum, ieiunium feratur in nos,
eleemoſyna diſtribuatur ad proxi-
mum

Quadragenari⁹ numerus ſatiſfactionis. Scitis autem chariſſimi, quod qua-
dragenarius ſpecialis & proprius eſt
ſatisfactionis numerus. Vnde & obſer-
uantiam militiæ Chriſtianę, per quam
ad ſatisfaciendum domino de commiſ-
ſis decimam anni perſoluimus, ſub hoc
numero comprehendimus. Vt enim cæ-
teras ſignificationes huius numeri ta-
ceamus, quæ ſunt multiplices in ſcriptu-
Ionæ. 3 ris, Ionas huius numeri ſpatium Nini-
uitis indulſit, vt conuerterentur ad do-
minum & ſatisfacerent de commiſſis.
Adhuc, inquit, quadraginta dies & Ni-
niue ſubuertetur. Eſt enim numerus ſu-
perabundans, ex ſuis partibus aggrega-
tis aſcendens ad quinquagenarium, qui
ratione Iubilei, plenam remiſſionem ſi-
gnificat. Quia ſi ſic aſcenderimus, poſt
decem dies ſpiritum ſanctum paracletũ
accipiemus. Denarius enim dierum eſt
decalogi obſeruantia, qui totus in dile-
Rom. 13 ctione Dei & proximi adimpletur. Nam
1. Tim. 1 plenitudo legis eſt charitas. Et finis præ-
cepti charitas eſt, de corde puro, & con-
ſcientia bona, & fide non ficta. Nam &
illorũ mãdata in tabulis ſunt cõſcripta.
Tria in vna, quæ de dilectione inſinuat.
Exo 20 Quorum primũ ſpectat ad patrem: Nõ
Luc. 19 habebis Deum alienum. Secundum
ad filium: Non aſſumes nomen Dei tui
in vacuum. Tertium ad ſpiritum ſan-
ctum: Memento vt diem ſabbati ſan-
ctifices, qui eſt veræ quietis ſanctifica-
tio.

Vnde non incongrue quinquageſi-
mo die, qui primus eſt poſt ſeptimam ſe-
ptimanam, miſſus eſt in apoſtolos, vt e-
os in illa pacis requie ſolidaret, De
Ioan. 14 qua dicit veritas in Euangelio: Pacem
relinquo vobis, pacem meam do vo-
bis.

Poſt dies hos itaque decẽ, id eſt, poſt
decimam obſeruantiam mandatorum
Dei, paracletum ſpiritum ſanctum acci-
pimus: non quoniam & ante paracletũ
ſpiritum nõ accepimus: quoniam cha- Rom. 5
ritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris
per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt no-
bis: ſed quoniam amplius & ad aliud il-
lum accipimus. Sicut Apoſtoli, qui ſpi-
ritum ſanctum acceperunt ipſo die re-
ſurrectionis dominicæ, quando domi-
nus ait: Accipite ſpiritum ſanctum: quo-
rum remiſeritis peccata remittũtur eis: Ioan. 20
& tamen quinquageſimo ſpiritum ſan-
ctum acceperunt. Quia repleti ſunt om-
nes ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui va-
rijs linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat
eloqui illis. Ad quid eo die ſpiritum ſan-
ctum acceperunt, per viſibiles figuras
oſtenſum eſt. Nam apparuerunt illis di-
ſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditq;
ſupra ſingulos eorum. Ignis expreſſit
conſtantiam, lingua ſcientiam. Nã ignis
teſtam mollem & fragilem conſolidat
& confirmat. Lingua mentis affectum
exprimit & exponit. Datus eſt autem
ſpiritus ſanctus Apoſtolis ad conſtanti-
am, vt induti virtute ſpiritus ex alto, te- Luc. 24 Acto. 1
ſtes fierent in Hieruſalem & Samaria &
vſque ad extremum terrę. Datus eſt ad
ſcientiam, vt loquerentur varijs linguis
Apoſtoli magnalia Dei: quatenus in Pſal. 18
omnem terram exiret ſonus eorum, &
in fines orbis terræ verba eorum. Hinc
alibi legitur: Spiritus domini repleuit Sap. 1
orbem terrarum, & hoc quod conti-
net omnia, ſcientiã habet vocis. Sic nos
fratres & filij, ſi decalogi mandata ſerua-
mus, profecto ſpiritum ſanctum in
igneis linguis accipimus, vt ſit ignis fla-
grans in corde, & lingua ſonans in ore.
De hoc igne dominus ait: De excelſo Thre. 1
miſit ignem in oſſibus. Item: Ignem ve- Luc. 12
ni mittere in terram, & quid volo, niſi vt
ardeat? Et alibi: Ignis in altari meo ſem- Leui. 6
per ardebit. Hunc ignem expoſuit Salo-
mon, vbi ait: Aquæ multæ non poſſunt Cant. 8
extinguere charitatem. Ardeat igitur
ignis in corde: vt lingua congrue ſonet
in ore. Nam peccatori dixit Deus: Qua- Pſal. 49
re tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis te-
ſtamentum meum per os tuum? Certe
cuius vita deſpicitur, reſtat vt prædica-
tio eius contẽnatur, & dicatur ei: Medi-
ce

Luc. 4 ce, cura teipſum. Hypocrita, eijce pri-
Matt. 7 mum trabem de oculo tuo, & tunc eij-
Rom. 2 cies feſtucam de oculo fratris tui. Qui
prædicas non furandum, furaris? qui
dicis, non mœchandum, mœcharis?
Has tres ſolennitates, celebrant tres or-
Ordines tres fideli um has ſo lennitates celebrãt um. dines fidelium: Incipientes, qui reſur-
gunt per humilem pœnitentiam: Profi
cientes, qui aſcendunt per abundantẽ
iuſticiam: Perficientes, qui conſolantur
Quinqua genæ tres pſalmorũ vt deſig- nẽt tres grad° fide lium. per finalem perſeuerantiam. Tres iſtos
gradus fidelium deſignant tres quin-
quagenæ pſalmorum, quarum prima
terminatur in pœnitentia, quam pſal-
mus ille quinquageſimus docet: Miſere
pſal. 50 mei Deus. Secunda terminatur in iuſti-
tia, quam Pſalmus ille centeſimus expri
Pſal. 100 mit: Miſericordiam & iudicium canta-
bo tibi domine. Tertia terminatur in
laudis perſeuerantia, quam vltimus
pſal. 150 Pſalmus exponit: Omnis ſpiritus lau-
Gen. 9 det dominũ. Iſti tres ſtatus ſunt tres ca-
Luc. 13 merę arcę Noe. Hi ſunt tres dies, de qui
bus dominus ait: Hodie dæmonia eij-
cio, cras ſanitates perficio, & tertia die
conſummor.

Celebremus ergo chariſſimi ſolenni
tates iſtas, non tam corpore quam cor-
pſal. 76 de: quia reliquiæ cogitationum agent
Ioan. 16 diem feſtum domino. Inſpirante para-
cleto qui à patre procedit & filio,
Qui cum eis eſt viuus & verus
Deus, benedictus in ſecula
ſeculorum.
Amen.

In ſolennitate ſanctæ Pentecoſtes

De duplici liquefactione, & diuerſitate liquefactorum, de ſapientia & charitate Apoſtolorum, & quod illa duo in prædicationis officio coniungi debeant, ut doceat prædicator uerbo & exemplo.

SERMO I.

Liquefacta eſt terra, & omnes habitãtes in ea: ego confirmaui columnas eius pſal. 74

Duplex eſt liq̃factio, vna bonorum, de qua ſponſa dicit in cantico: Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus meus locutus eſt. Altera vero malorum, de qua Propheta ait in Pſalmo: Sicut cæra liquefacta auferentur. Porro quædam liquefiunt ſolũmodo ad calorem. Quædam ſolummodo ad humorem. Quædam autem ad calorem & humorem. Ad calorem, vt cæra. Ad humorem, vt ſal. Ad calorem pariter & humorem, vt nix. Item quædam quando liqueſcunt & permanent. Quædam quando liqueſcunt & pereunt. Liqueſcunt & permanent, vt cæra & ſepũ. Liqueſcunt & pereunt, vt nix & glacies. Sic & mali quidam ſolummodo liqueſcunt ad calorem: qui videlicet diſſoluuntur per ſpirituales cupiditates, quæ de cordis calore procedunt, vt per iram
vel per inuidiam. De quibus legitur, ꝙ Dani. 13
exarſerunt in concupiſcentijs ſuis, inflammati à gehenna. Quidam vero liqueſcunt ad humorem ſolummodo: qui videlicet diſſoluuntur per corporales concupiſcentias, quæ de carnis humore procedunt, vt per gulam vel per
luxuriam, de quibus legitur, quod Be- Iob. 40
hemoth dormit in locis humentibus, fiduciam habens quod influat Iordanis in os eius. Quidam vero liqueſcunt ad calorem pariter & humorem: qui videlicet & per ſpirituales cupiditates & per corporales concupiſcentias diſſoluuntur. De quibus vt pœna ſit ſimilis culpę, dicit ſcriptura, quod de aquis niuium,
tranſibunt ad calorem nimium. De illis pſal. 71
dicit Dauid: Super eos cecidit ignis, &
non viderunt ſolẽ. De his inquit Iacob: Gen. 48
Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: quando aſcendiſti cubile patris tui. Eorũ vero quidam liqueſcunt & permanent, vt illi qui peccant & pœnitẽt: quia per pœnitẽ
tiam reparantur. Nã quacunq; hora pec Eze. 18
cator ingemuerit cõuerſus, vita viuet & non morietur ait dominus. Quidam vero liqueſcunt & pereunt: vt illi qui pec-

cant, & nunquam pœnitent, quia
propter impœnitentiam condemnan-
Prouer.11 tur. Nam mortuo homine impio,
nulla ſpes erit de eo. O quam pericu-
loſus modus liquefactionis eſt iſte, vt vi
delicet quis moriatur in peccato. Ecce
mũdus fere totus liquefactus eſt vitijs,
fere liquefactus totus eſt in peccatis.
Nam ſuperabundauit iniquitas, & refri
Matt.24 guit charitas multorum. Gloriantur e-
Prouer.2 nim homines cum male fecerint, & ex-
Prouer.18 ultant in rebus peſſimis. Quia cum impi
us venerit in profundum malorum, cō-
temnit. Quos vtique quanto Deus per
patientiam diutius ſuſtinet in præſen-
ti, tanto per iuſtitiam grauius puniet in
futuro: quia iuxta teſtimonium ſacræ
Iob.24 ſcripturæ, dedit eis Deus tempus pœni-
tendi, & ipſi abuſi ſunt eo. Cera quidem
ad ignem primo molleſcit, ſecundo li-
queſcit, tertio euaneſcit. Sic & diabolus,
qui eſt malorum intentor, Primo ignē
tentationis accēdit, quo anima liquefa
cta, quaſi cera molleſcit, cum incipit de-
lectari. Secundo magis ignem tentatio-
nis accendit, quo magis anima caleſa-
cta quaſi cera liqueſcit, cum incipit con
ſentire. Tertio magis ac magis ignem
tentationis accendit, quo magis ac ma-
gis anima calefacta, quaſi cera penitus
euaneſcit, cum incipit perpetrare. Quia
Iaco.1 peccatum cum fuerit conſummatum,
generat mortem: propter quod legitur:
Pſal.67 Sicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant
peccatores à facie Dei.

Eſa.55 Nos ergo fratres & filij quæramus
dominum dum inueniri poteſt, inuoce
mus eum dum prope eſt: ne forte ſi-
mus ex illis, de quibus Propheta præ-
Pſal.74 mittit: Liquefacta eſt terra, & omnes ha
bitantes in ea. Sed vt ſimus de illis, de
Ibidem. quibus dominus dicit: Ego confirma-
Nomine terrę qđ ſignificetur ui columnas eius. Nomine terræ huma
na caro poteſt intelligi, quæ fuit de li-
Gen.3 mo terræ formata. Cui à domino dici-
tur: Terra es & in terrā ibis. Habitantes
Habitātes in terra, q. in ea, poſſunt intelligi viuētes in carne.
Iob.4 De quibus inquit ſcriptura: Qui habi-
tant domos luteas, & terrenum habent
fundamentum. Tales cum venit Chri-
Pſal.13 ſtus inuenit, & cū aſcendit dimiſit. Quo
niam omnes declinauerunt, ſimul inu-
tiles facti ſunt. Sed ne terra tota liquefa
cta periret, Deus confirmauit colum-
nas eius, quando quinquageſima die
poſt reſurrectionem ſuam Apoſtolos Act.1.& 2
induit virtute ſpiritus ſancti ex alto.
Qui deſignantur nomine columnarū: Columnę terræ apoſtoli ſunt.
quia per eos eccleſia ſuſtentatur, ſecun-
quod & Paulus Apoſtolus ait: Quia Pe Gal.2
trus, Iacobus & Ioannes videbantur co
lumnæ eſſe. Niſi enim dominus reliquiſ Eſa.1
ſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſe-
mus. Liquefacta eſt ergo terra, & om-
nes habitantes in ea. Sed dominus con-
firmauit columnas eius. Pro hac confir
matione orant ipſę colūnę dicentes: Cō Pſal.67
firma hoc Deus, quod operatus es in
nobis, a templo ſancto tuo quod eſt in Acto.2
Hieruſalem. Nam poſtquam impleti
ſunt dies Pentecoſtes, factus eſt repen-
te de cœlo ſonus, tanquam aduenientis
ſpiritus vehementis, & repleuit totam
domum vbi erant ſedentes, & cæt. Et re
pleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœ-
perunt loqui varijs linguis, prout ſpiri-
tus ſanctus dabat eloqui illis. Ante-
quam Apoſtoli ſpiritum ſanctum acce-
piſſent, quaſi timore liquefacti relicto
Chriſto fugerunt. Sed vbi ſpiritum pa- Matt.26
racletū acceperunt, quaſi confirmati vir
tute ſpiritus ex alto, ibant gaudentes à Acto.5
conſpectu concilij, quoniam digni ha-
biti ſunt pro nomine Ieſu contume-
liam pati. Vnde Petrus qui prius ad vo-
cem ancillæ negauerat, poſtea coram re Matt.26
gibus & principibus nomen Chriſti
portauit, conſtanter affirmans, quoni-
am magis oportet Deo quam homi- Acto.5
nibus obedire.

Mali liquefiunt per vitia & peccata,
boni autem confirmantur per virtutes
& dona. Illi liquefiunt per ardorem cu-
piditates, & per humorem concupi-
ſcentiæ. Iſti vero confirmantur per ar-
dorem charitatis, & per humorem ſa- Acto.2
pientiæ. Nam apparuerunt illis diſper-
titę linguæ tanquam ignis. Duo dicit:
Ignis & lingua, p viſibiles formas, inuiſi
biles ſpecies repſentans. Ignis enī in a-
rido viuit: lingua manet in vnda. Et i- Ignis charitatē ſignat.
gnis quidē charitatem ſignificat: lingua
vero exprimit ſapientiam. De charita-
tis ardore Salomon dicit in canticis: Can.8
Aquæ multæ non poſſunt extinguere Lingua ſapientiā deſignat.
charitatem. De humore ſapientiæ idem
loqui-

Pro.17 loquitur in Prouerbijs: Aqua profunda ex ore viri verba, & torrens inundans eſt fons ſapientiæ. Et inter virtutes charitas eſt præcipua: & inter dona prima eſt ſapientia. De illa dicit Apoſtolus: Maior autē horum eſt charitas. De iſta dicit Propheta: Requieſcet ſuper eū ſpiritus ſapientiæ & intellectus, &c̄. Has ergo duas, primam videlicet & præcipuam, in figura ignis & linguæ per ſpiritum ſanctum hodierna die Chriſtus in fudit Apoſtolis, quos miſſurus erat in orbem, vt prædicarent Euangelium omni creaturæ. Charitas enim informat vitam, & ſapientia informat doctrinam. Quę duo debent in prędicatione coniungi, vt non ſolum verbo doceat, ſed & exemplo. Nam cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur, & dicatur ei: Medice cura teipſum. Hypocrita, eijce primo trabem de oculo tuo, & tunc eijcies feſtucā de oculo fratris tui. Qui prædicas non furandum, furaris: qui prędicas non mœchandum mœcharis? Cœpit ergo Ieſus facere & docere, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius: qui peccatum nō fecit, vt ſit nobis honeſtas in vitia: Nec inuentus eſt dolus in ore eius, vt ſit veritas in doctrina. Nam qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Vnde à veſte pontificali dependebant mala granata cum tintinnabulis aureis.

Charitas inter virtutes præcipua. 1.Cor.13 Eſai.11 Mat.16 Charitas & ſapientia debent in prædicatione cō iungi. Luc.4 Luc.6 Rom.2 1.Pet.2 Pſal.63 Matt.5 Exo.28

Ardeat ergo prius ignis dilectionis in corde, vt poſtea ſonet lingua prædicationis in ore. Nam cum apparuiſſent illis diſpertitę linguę tanquā ignis, tunc repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto: & cœperunt loqui varijs linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Ecce nunc impletum vident, quod olim audierunt promiſſum: Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis.

Matt.10

In hoc loco coniunguntur ignis & lingua. Quoniā apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis. In Euangelio, quod audiſtis, coniunguntur dilectio & ſermo. Quia qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit. In Pſalmo vero coniunguntur & ſpiritus & doctrina: Spiritu principali confirma me. Doce-

Ioan.14 Pſal.50

bo iniquos vias tuas, vt hoc triplici teſtimonio cognoſcaſ. Quia ſicut vnum ſunt, lingua, ſermo, doctrina: ſic vnum eſt ignis, dilectio, ſpiritus. Nam Deus noſter ignis conſumens eſt. Deus autē eſt charitas. Charitas vero diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Hic eſt dilectio patris & filij, amor & connexio vtriuſque, cui ſpecialiter hodierna ſolennitas dedicatur. Quia vero liquefacta eſt terra & omnes habitantes in ea, idcirco Deus confirmauit columnas eius. Sed rurſus, quia Deus confirmauit columnas eius, liquefacta eſt terra & omnes habitantes in ea. Poſtquam enim Apoſtoli ſpiritum ſanctum accepere paracletū, ſtans Petrus cum vndecim eleuauit vocem ſuam, & locutus eſt plebi, exprimens eis Prophetiam Ioel, & alia Prophetica teſtimonia. Quibus auditis, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apoſtolus: Quid faciemus viri fratres? Petrus vero dixit ad illos: Pœnitentiam agite & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti. Baptizati ſunt igitur & appoſiti ſunt in illa die animæ circiter tria milia. Ecce liquefacti ſunt iſti & per ardorē & per humorem. Per ardorem pœnitentię, & per humorem baptiſmi. De ardore pœnitentiæ dicit Pſalmiſta: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. De humore baptiſmi dominus ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum.

Deut.4 1.Ioan.4 Rom.5 Acto.2 Pſal.38 Ioan.3

Nos ergo fratres & filij, qui iam liquefacti ſumus per aquam baptiſmi, liquefiamus adhuc per ardorem pœnitentiæ, vt noſtra deleantur peccata. Pręſtante ſpiritu paracleto, qui eſt vera remiſſio peccatorum: qui cum patre & filio viuit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

In eadem ſolennitate.

*De duplici baptiſmo nobis in Euan-
gelio commendato, & quomodo
apoſtoli ſpiritu ſancto baptiza-
ti ſunt, & quando nos in ſpiri-
tu baptizamur.*

SERMO II.

IOannes quidem baptizauit
Acto.1 aqua: vos autem baptizabi-
mini ſpiritu ſancto, non
poſt multos hos dies.
Duplex nobis bapti-
Baptiſm° duplex. ſmus in Euangelio commendatur, in
aqua videlicet & igne. Sed in aqua ma-
teriali, & in igne ſpirituali, ne vel aqua
ignem extinguat, vel ignis aquam con-
ſumat. De vtroque baptiſmo Ioannes
Matt.3 baptiſta dicebat: Ego baptizo vos in a-
qua: medius autem veſtrum ſtetit, qui ba
Luc.3 ptizat vos ſpiritu ſancto & igne. Verum
vterque baptiſmus ſanctificatur in ver-
Pſal.32 bo, vterque ſanctificatur in ſpiritu. Nā
verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpi-
ritu oris eius omnis virtus eorū. Omnis
enim firmitas, omnis virtus à Deo pa-
tre, per verbum in ſpiritu ſancto con-
fertur. Nam tres ſunt qui teſtimonium
1.Ioan.5 dant in cœlo, pater & verbum & ſpiri-
tus ſanctus. Et hi tres vnum ſunt. Ioan-
nes quidem baptizauit aqua duntaxat.
Quia cum eſſet homo ſolummodo, ne-
que per verbum, neque per ſpiritum po
terat aquam conſecrare. Ieſus autem ba
ptizat in ſpiritu. Quia cum ſit Deus de
Deo, per ſpiritum ſanctum, qui à patre
procedit, & ipſe ſanctificat & purificat
animam, cui ſpiritum ſanctum infun-
dit. Attende prudenter quomodo bapti
Baptiſm° aquæ quomodo ſanctificetur in verbo ſmus aquæ ſanctificatur in verbo. Bapti
zate, inquit, omnes gentes, in nomine
patris & filij & ſpiritus ſancti. Nomen
enim, id eſt, inuocatio trinitatis ſanctifi
cat aquam, vt tingens corpus purificet
cor. Et ideo dicebat: Mundans eam, id
Ephe.5. eſt eccleſiā, lauacro aquæ in verbo vitæ.
Nam accedit verbum ad elementum &
Baptiſm° aquæ quomodo ſanctificet in ſpiritu. fit ſacramentum. Attende quoque pru-
denter, quomodo baptiſmus aquæ ſan-
ctificatur in ſpiritu, teſte veritate quæ di
cit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Ioan.3
ſpiritu ſancto, non intrabit in regnnm
Dei. Sicut enim homo ſecundum natu-
ram naſcitur ex fœmina, ſed de viro:
quia vir fœcundat fœminam vt conci-
piat: Ita ſecundum gratiam ex aqua re-
naſcitur, ſed de ſpiritu. Quia ſpiritus
aquam ſanctificat, vt purificet. Nam
quod naturaliter eſt ex carne caro eſt.
Quod autem naſcitur ex ſpiritu, ſpiri-
tus eſt.
Sed & baptiſmus ignis ſanctifica- Baptiſm° ignis quomodo ſanctificet, in verbo pariter & in ſpiritu.
tur in verbo pariter & in ſpiritu, quem
admodum oſtendit Epiſtolica lectio
quam audiſtis: Dum complerentur, in-
quit, dies Pentecoſtes, erant omnes di- Acto.2
ſcipuli pariter in eodem loco: & factus
eſt repente de cœlo ſonus, tanquam ad-
uenientis ſpiritus vehementis, & reple-
uit totam domum vbi erant ſedentes.
Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ
tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos
eorum. Et repleti ſunt omnes ſpiritu
ſancto: & cœperūt loqui varijs linguis,
prout ſpiritus ſanctus dabat eloq illis.
Cum audis quod apparuerunt illis diſ
pertitæ linguæ tanquam ignis, attende
baptiſmum in igne. Cum audis quia
repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, atten
de ſanctificationem in ſpiritu. Cum au-
dis, quia cœperunt loqui varijs linguis,
attende ſanctificationem in verbo. Ho-
die namq; completum eſt, quod in per- Thren.1
ſona eccleſiæ Propheta prædixerat: De
excelſo miſit ignē in oſſibus meis. De
excelſo namq;, in eſt, de cœlo miſit ignē
id eſt, ſpiritū ſanctum in linguis igneis.
In oſſibus meis, id eſt, in Apoſtolis, per Oſſa eccleſiæ myſticè q̄ ſint.
quos totum corpus eccleſiæ ſuſtētatur:
quos & tunc fecit oſſa, id eſt, fortes, con
ſtantes, & virtuoſos, quemadmodum il
lis promiſerat: Accipietis, inquit, virtu-
tem ſuperuenietis ſpiritus ſancti in vos: Acto.1
& eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in
omni Iudæa & Samaria, & vſq; ad vlti-
mū terræ. Iſte ignis ſpiritus ſanctus eſt, Spiritus ſanct° vt ſit ignis.
de q̄ dicit ſcriptura: Deus noſter ignis
cōnſumēs eſt, amor, charitas & dilectio. Deut.4
De hoc igne dominus ait: Ignem veni Luc.12
mittere in terram, & quid volo niſi vt
ardeat? Ignis enim per ſplendorem il- Virtus ignis duplex.
luſtrat, per calorem purificat. Et ſpiri-
tus ſanctus, per ſapientiam illuminat
men

mentem, purificat autem per charitatē: quibus baptizatur anima, id eſt, purificatur in ſpiritu. Per ſapientiam à tenebris ignorantiæ: per charitatē à maculis culpæ. Tunc ergo baptizamur in ſpiritu, quum charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. De hoc baptiſmo dominus prædixerat per prophetam: Effundam de ſpiritu meo ſup om̄em carnem. Hunc ergo baptiſmum bene receperunt apoſtoli, iuxta quod dominus illis promiſerat: Ioannes, ingt, baptizauit aqua, vos autē baptizabimini ſpiritu ſancto, non poſt multos hos dies. Quinquageſima die poſt immolationem agni paſchalis, celebrato phaſe, filijs Iſrael exeuntibus de Aegypto per mare rubrum, ſubmerſis Aegyptijs, & liberatis Hebræis, quum Moyſes aſcendiſſet in montem Sinai, vt aſſiſteret domino, & populus exſpectaret ad montis radicem, ipſo quinquageſimo die cœperunt audire tonitrua, fulgura micare. Cunctus autem populus videbat & lampades & ſonitū buccinæ, & montem fumantem, & tunc dominus dedit legem filijs Iſrael, quæ ſcripta eſt in tabulis lapideis digito Dei. Plena ſunt iſta diuinis myſterijs, & cœleſtibus reſonantia ſacramentis. Nam hodie vmbra protulit lucem, & figura veritatem. Poſt immolationē ſiquidem Chriſti, qui eſt verus agnus Paſchalis, de quo dicit Apoſtolus: Paſcha noſtrū immolatus eſt Chriſtus, illo celebrato phaſe, id eſt, tranſitu, De quo dicit Ioannes: Sciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat de hoc mundo ad patrem: filij Iſrael, id eſt, populi Chriſtiani, Deum videntes per fidem, exeunt de Aegypto, id eſt, de tenebris vitiorum, per mare rubrum, id eſt, per ſacramentum baptiſmi, Chriſti ſanguine rubricatū. In quo ſubmerſis Aegyptijs, id eſt, deletis peccatis, liberantur Hebræi, id eſt, iuſtificantur fideles. Quod quidem impletur, quum poſt diem paſſionis dominicæ paſchalibus initiatus myſterijs conſecratur baptiſmus, in quo catechumeni renaſcantur. Cunque verus Moyſes, id eſt, Chriſtus aſcendiſſet in montem, id eſt, in cœlum, vt ſederet ad dexteram Dei patris, quinquageſimo die poſt Paſcha, qui Pētecoſte appellatur: Cœperunt audiri tonitrua, fulguraque micare: quia factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes: & apparuerunt illis diſpartitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum. Iam potes agnoſcere, qualiter lucem vmbra, figura protulit veritatem. Quum enim audis quia factus eſt repente de cœlo ſonus, intellige tonitrua audiri. Cum autem intelligis quod apparuerunt illis diſpartitæ linguę tanquam ignis, agnoſce micare fulgura: & quum audis Deum dediſſe legem filijs Iſrael expectantibus, intelligas eum dediſſe ſpiritum ſanctum apoſtolis, Iuxta quod illis præceperat, ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem patris, quam audiſtis, inquit per os meum. Quia Ioannes baptizauit aqua: vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto, non poſt multos hos dies. Hæc eſt lex gratiæ, quæ ſcribitur in tabulis cordis, & digito Dei, Iuxta quod dominus ipſe promiſerat: Quum venerit, inquit, paracletus, quem ego mittam vobis à patre, ille vos docebit omnia: & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Hæc eſt vnctio, quæ ſecundum Ioannem docet nos de omnibus. Hac vnctione per ſpiritum ſanctum nos vngat dominus Ieſus Chriſtus, vt nos doceat vias ſuas, & ambulemus in ſemitis eius, donec aſcendentes de virtute in virtutem, videamus Deum deorum in Sion.

[Margin notes: In ſpiritu baptizari, quid ſit. — Ioel.2 — Act.1 — Exod.19 — Vmbra q̄ modo hodie protulit luce, & figura veritatem. — 1.Cor.5 — Ioan.13 — Filij Iſrael myſtice qui ſint. — Acto.1 — Ioan.14 — 1.Ioan.2 — Eſaiæ 2 — Pſal.83]

Dominica nona poſt octauā Pentecoſtes.

De rigore & benignitate Dei, de diuite & uillico, de vocatione Dei & eius effectu, de debito & debitoribus, de tritico & oleo quid ſignificent, de filijs ſeculi & lucis, & de mammona iniquitatis.

SERMO I.

Luc.16 HOmo quidã erat
dines, q habebat
villicum, qui diffa
matus erat apud il
lum, quaſi diſſipaſ
ſet bona ipſius.

Qualiter autem
hęc parabola ſum
matim poſſit intelligi, ſrequenter audi-
ſtis. Quomodo vero particulatim intel-
ligi debeat, nondum exiſtimo vos au-
diſſe. Dimittamus ergo quod ab aliјs eſt
expoſitum: & proſequamur quod à no
bis eſt exponendum. Deus igitur, quia
iuſtus eſt & miſericors, idcirco in hac pa
rabola rigorem & benignitatem oſten-
Rigor & benignitas Dei. dit. Rigorem, quia diſſipatorem villicũ à
villicatiõe remouit. Benignitatem, quia
offenſus à villico, prudentiam commen
dabat ipſius. Homo nanque diues, eſt
Christus. Qui eſt diues in omnibus &
Rom.10 Pſal. 23 ſuper omnes: cuius eſt terra & plenitu-
do eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui
Villic⁹ qs. habitant in eo. Villicus vero dicitur vil-
læ cuſtos. Hic eſt rector Eccleſiæ, qui de
bet villam, id eſt, Eccleſiam cuſtodire.
Multos autem villicos habet Chriſtus:
quia multos in Eccleſia rectores conſti
tuit, inter quos alius quidem bonus eſt,
Villicus bonus. Matt.25 qui commendatur, cum dicitur: Euge
ſerue bone & fidelis, ſupra multa te con
ſtituam, intra in gaudium domini tui:
Villicus malus. Matt.18 Alius autem malus, q reprobatur cum
dicitur: Serue nequam, omne debitum
dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nonne
oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut
& ego tui miſertus ſum? Et tradidit il-
lum tortoribus, quouſque redderet vni
uerſum debitum. Talis hic erat villicus,
qui diffamatus erat apud dominum ſu-
um, quaſi diſſipaſſet bona ipſius. In duo
bus enim & ex duobus reprehenſibilis
apparebat: & quia ſamam corruperat,
& quia ſubſtantiam diſſipauerat. Heu
quot hodie tales in Eccleſia prælati, qui
2.Cor.2 quum deberent eſſe odor vitæ ad vitam,
facti ſunt odor mortis in mortẽ: & cum
deberent eſſe diſpenſatores, ipſi ſunt diſ
ſipatores effecti. Debet autem præla-
Nomẽ bonũ à qbus habere debeat prælatus. 1.Tim.3 tus Eccleſiæ nomen bonum habere,
non ſolum ab his qui intus ſunt, ſed
etiam ab his qui ſunt foris, id eſt, non
ſolum à domeſticis, ſed etiam ab ex-
traneis. Non tantum à fidelibus, ve-
rum etiam ab infidelibus: vt habeat de Exod.28
byſſo retorta veſtem contextam. Quia
melius eſt nomen bonum, quam diui- Prou.22
tiæ multæ.

Quantum ergo delinquat, ſi macu- Prælatus maculans famã ſuã quãſit pœna multandus.
let famam ſuam: quantumque ſit pu-
niendus, ſi ſuis culpis exigentibus ma-
la ſit ſama reſparſus: manifeſte colli-
gitur ex hoc loco. Quoniam villicus
ille, qui diffamatus erat apud domi-
num ſuum, quaſi diſſipaſſet bona ipſi-
us, audiuit à domino: Redde ratio-
nem villicationis tuæ: iam enim non
poteris villicare. Nec dicitur quod diſ-
ſipauerit, ſed quaſi diſſipaſſet bona do-
mini ſui: & tamen poſt redditam ra-
tionem à villicatione dicitur amouen-
dus, tanquam is qui de dilapidatio-
ne infamatus erat, etiam poſt compu-
tationem exhibitam ab adminiſtratio-
nis ſit officio ſuſpenſus, vt mala fa-
ma quieſcat: ne ſcandalum ſit in po-
pulo Dei, talem ſuper ſe habere præla-
tum.

Sed dices: Si dominus pro certo ſci-
ebat villicum eſſe dilapidatorem cul-
pabilem, cur indicebat ei rationem red-
dendam, quum ſciret eum non poſſe
digne reddere rationem? Si vero ra-
tionem digne reddere poterat, cur in-
fligebat ei, tanquam culpabili, pœnam,
vt non poſſet amplius villicare? For-
ſitan ex hoc loco quidam viri religio-
ſi quandam regularem inſtitutionem
traxerunt, vt poſtquam prælatus ali-
quis apud eos eſt infamatus, ipſum
ſine omni diſcuſſione remoueant ab
officio prælaturæ, quamuis iudicatur
ſrequenter manifeſte culpabili com-
putatio facienda, vt per hanc, in qui-
bus deliquerit, cognoſcatur, & appare-
at quid ſit reſiduum, quidve diſtra-
ctum.

Vocauit ergo dominus villicum, di-
cens illi: Quid hoc audio de te? Redde
rationem villicationis tuæ: iam enim
non poteris villicare. Similiter pene
dictum eſt Ezechiæ: Diſpone domui Eſaiæ 38
tuæ, quia morieris tu, & non viues.
Iſta vocatio eſt inſpiratio, Iuxta quod
alibi dicitur: Vocabis me, & ego re- Iob.13
ſpondebo tibi. Tunc enim Chriſtus
præ-

Qñ Chriſtus prælatum culpabilẽ vocet prælatum culpabilem vocat, dicens illi:
Quid hoc audio de te: quia mala eſt fa-
ma tua, quç peruenit ad me: quãdo men
ti eius inſpirat, vt de culpa ſua recogi-
tet, & pœniteat, quatenus digne ſatisfa-
ciens in præſenti, dignam rationem red
dere poſſit in futuro. Propter quod ait:
Redde rationem villicationis, id eſt, di-
gnum exhibe te, vt de villicatione tua
dignam poſſis reddere rationẽ. Iam non
poteris villicare. Quia volo te de hac vi-
ta ſubtrahere, poſt quam non erit tem-
pus villicandi, ſed tempus recipiendi.
Clemẽtia & benignitas Dei. Ecce quam clemens & benignus eſt do
minus. Reuera non vult mortem pecca-
Ezech. 18 toris, ſed vt conuertatur & viuat. Corri
pit enĩ vt corrigat: & innoteſcit, vt igno
ſcat.

Diuinç vocationis effectus gs Quis autem ſit huius vocationis effe
ctus, conſequenter oſtenditur, vbi dici-
tur: Ait ergo villicus intra ſe, quaſi diui-
na inſpiratione compunctus: Quid faci
am? quo me peccatorem vertam? Quia
dominus meus aufert à me villicationẽ,
id eſt, de præſenti vita me ſubtrahit, poſt
quam non potero villicare, nec aliquid
operari. Per hoc quod intra ſe ait, oſten
ditur, quod & dominus illum intra ſe
vocauit. Sed ille vocauit per inſpiratio-
nis affectum. Iſte vero reſpondet per
compunctionis effectum. Veruntamen
non audet reſponſionem ad illum diri-
gere, quem vehementer pro ſuo erube-
ſcit delicto. Sed ad ſeipſum reſponſionẽ
conuertit, vt in ſe puniat, quod deliquit
in illum. Quid ergo faciam, quia domi-
nus meus aufert à me villicationem? Fo-
dere nõ valeo, mẽdicare erubeſco. Quia
poſt hanc vitam non eſt locus agendi
opus, ſed recipiendi pro opere. Nec eſt
tempus mendicandi meritum, ſed recipi
2. Cor. 5 endi pro merito. Quia tunc vnuſquiſq;
Matt. 22 recipiet, prout geſſit in corpore. Ligatis,
inquit, manibus & pedibus, proiicite e-
um in tenebras exteriores. Ligati ma-
nus & pedes, operari non poſſunt. Et di
Lucæ 16 ues ille guloſus, qui ſepultus eſt in infer
no, fruſtra mendicabat guttam aquæ de
Matt. 25 digito pauperis Lazari. Fruſtraque fa-
tuæ virgines oleum à prudentibus men
dicare volebant. Heu quanta erubeſcen
Nuditas bonorum operũ & e- tia coram vniuerſis electis & reprobis,
coram Deo & angelis eius, nudum in
iudicio ſine bonorum operum veſtibus rit confuſiua in iudicio.
apparere: quantum obprobrium, quan-
ta confuſio, quantus pudor. Reuera be-
ati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & Pſal. 31
quorum tecta ſunt peccata. Quia chari- 1. Petri. 4
tas operit multitudinem peccatorum.
Primi parentes, licet ſoli eſſent in para-
diſo, quum cognouiſſent ſe nudos, con Gene. 3
ſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi pe-
rizomata, & abſconderunt ſe in medio
paradiſi. Reprobus autem quilibet in
iudicio nec indumentum ſibi poterit
mendicare, nec latibulum fodere. Quia
tunc libri erunt aperti, & manifeſtabun-
tur abſcondita tenebrarum. Et ideo for
te dicit: Fodere non valeo, mendica-
re erubeſco. Sed prope eſt dominus o- pſal. 144
mnibus inuocantibus eũ. Et ideo quid
anxius faceret ille, ipſe miſericorditer
inſpirauit.

Scio, inquit, quid faciam, vt quum
amotus fuero à villicatione, recipiant
me in domos ſuas: non vtique materi-
ales in terris, ſed ſpirituales in cœlis.
De quibus ait Veritas: In domo patris Ioan. 14
mei manſiones multæ ſunt: vt videlicet
illi me ibi recipiant, apud quos ego pote
ro promereri.

Et ideo conuocatis ſingulis debi-
toribus domini ſui, dicebat primo:
Quantum debes domino meo? Qui di-
xit: Centum cados olei. Debitum il-
lud eſt pœna, quæ debetur pro culpa,
Iuxta quod alibi legitur, Quia duo de- Lucæ 7
bitores erant cuidam fœneratori: vnus
debebat denarios quingentos, & alius
quinquaginta. Et ob hoc petimus in
oratione dominica: Dimitte nobis de- Matt. 6
bita noſtra, ſicut & nos dimittimus
debitoribus noſtris. Per hoc quod
villicus à debitore quæſiuit, quantum
deberet domino ſuo, myſtice datur
intelligi, quod ſacerdos à pœnitente
debet inquirere, de quantitate & qua- Quãtitatẽ & qualitate peccati caute inquirere debet ſacerdos.
litate peccati, ne ſupprimat illa con-
fuſus. Quia per interrogationem con
feſſio facilius extorquetur. Caueat
tamen, nec ſic interroget, vt ſuper i-
gnotis & enormibus peccandi mo-
dis inſtruat pœnitentem. Quia Ni-
timur in vetitum ſemper, cupimusque
negatum. Quia vero dominus villicum
iſtum de prudentia commendauit, vi-
deamus

deamus quam prudens extiterit in opere & ſermone. Recognouit ergo ſe peccatorem, & ad pœnitētiam ſe conuertit: vt pro venia conſequenda ſatisfaceret de peccato. Dimiſit itaq; debitoribus ſuis, vt Deus ſibi dimitteret debitori. Et ideo conuocatis debitoribus domini ſui, tanquam debitoribus ſuis: quoniam & ipſe tanquam prælatus Eccleſię vicarius eius erat: vni dimidiam partem debiti, & alij quintam partem dimiſit. Vnus enim cētum cados olei, & alius centum coros tritici debebat. Sed debenti centum cados olei, quinquaginta dimiſit. Et debenti centum coros tritici, dimiſit viginti: vt illi de debito quinquaginta cadi, & iſti octoginta cori reſtarent. Oleum in hoc loco ſignificat nitidam famā, Iuxta q̄d alibi legitur: Oleum effuſum nomen tuum. Triticum vero ſignificat terrenam ſubſtantiam, quemadmodum alibi dicitur: Vt det illis in tempore tritici menſuram. Qui ergo maculat nitidam famam, ille corrumpit oleum: & ideo debet centum cados olei, hoc eſt, magnā pœnam pro fama corrupta. Qui vero dilapidat terrenam ſubſtantiam, ille diſpergit triticum: & ideo debet centum coros tritici, hoc eſt, magnam pœnam, pro ſubſtātia diſſipata. Nam per numeri magnitudinem, exprimitur debiti magnitudo. Verum longe perículoſius eſt interiorem, quam exteriorem ſubſtantiam diſſipare. Sicut de prodigo filio legitur, q̄d in regionem longinquā abijt, & ibi ſubſtantiā ſuam cū meretricibus diſſipauit.

Oleū qd ſignificet. Cant.1

Triticum quid deſignet. Luc.12

Periculoſius eſſe interiorē q̄ exteriorem ſubſtantiā diſſipare. Luc.15

Ait ergo illi, qui centum cados olei debebat: Accipe cautionem tuam, id eſt, cautelam adhibe neceſſariam, Iuxta quod dominus præcepit: Dimiſſa ſunt tibi peccata tua: vade & amplius noli peccare, ne velut canis ad vomitum reuertaris. Et ideo ſede cito, id eſt, ſtatim, ex nūc à peccato quieſce. Et ſcribe quinquaginta, id eſt, cognoſce dimidiam partem debiti tibi à me fore dimiſſam, ex illa parte clauium, quam mihi dominus tribuit. Quorum, inquit, remiſeritis peccata, remittuntur eis. Et quorum retinueritis, retenta ſunt. Scribe dicit, id eſt, in corde tuo, quaſi ſcriptum firmiter retine, ne tantæ gratiæ ſis ingratus. Similiter ait illi, qui centum coros tritici debebat: Accipe literas tuas, id eſt, ſcribe hoc in tabulis cordis, vt amodo deleri non poſſit.

Ioan.8

Ioan.20

Porro cum tātum debuerit ille qui nitidam famam corrupit, quantum & ille qui terrenam ſubſtantiam diſſipauit: q̄niam ille centum cados olei, & iſte centum coros tritici debebat: quid eſt quod illi magis & iſti minus dimiſit? Maius enim peccatum eſt diſſipatio quam diffamatio. Nam diſſipatio & culpa eſt diſſipantis, & pœna eſt diſſipati. Diffamatio magis eſt culpa quam pœna.

Poteſt & aliter hoc intelligi, vt per oleum ſignificetur miſericordia, per triticum fortitudo, ſecundum quod legitur: Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. De tritico nanq; fit panis. Qui ergo miſeris non compatitur, ille corrumpit oleum, quia negat miſericordiam: & ideo debet centum cados olei, id eſt, plenā & perfectam pœnę menſuram pro miſericordia denegata. Similiter & ille qui cedit aduerſis, diſpergit triticum, & fortitudinem perdit: & ideo debet centum coros tritici, id eſt, plenam & perfectam pœnæ menſuram pro perdita fortitudine. Verum illius debitū, qui miſericordiā denegauit, quando dimittitur, ad quinquaginta reducitur, qui eſt numerus miſericordiæ impendendæ, propter quinquageſimū Iubileum. Illius vero debitum, qui perdidit fortitudinem, quando dimittitur, ad octoginta reducitur, qui eſt numerus vſque ad quem fortitudo perſeuerare ſolebat, Iuxta quod legitur: Si autem in potentatibus, octoginta anni, plurimum eorum labor & dolor. Attende prudentiam dimittentis, non ſolū in hoc, ſed in eo q̄d illis dimiſit, q ad ſimilitudinē eorum debebat. Ipſe nāq; debebat, & quia diffamatus erat apud dn̄m ſuum, & quia diſſipauerat bona eius, talibus ipſe dimiſit, qui & famā corruperant, & q ſubſtantiam diſſipauerāt. Et ideo laudauit dn̄s villicum iniquitatis. Nō quod tunc iniquus eſſet, ſed q̄d fuiſſet iniquus: quē admodū dicebatur Simō leproſus, non quia talis exiſteret, ſed quia talis extiterat. Laudauit inquam, non q̄d fuiſſet iniquus, ſed q̄a prudēter feciſſet. Quia filii huius ſeculi prudētiores filijs lucis in generatio-

Miſericordia per oleum ſignificata.

Fortitudo p triticū ſignificata.

Pſal.103

Pſal.89

Nota prudentiā dimittentis.

Marc.14

neratiõe ſua ſunt. Filij huius ſeculi ſunt,
Filij huius ſeculi qui ſint. qui deſeruiunt huic ſeculo. Filij vero lu-
cis in hoc loco dicũtur hypocritæ. Qui
Filij lucis qui. cum ſint angeli Satanæ, transfigurant
2. Cor. 11 ſe in angelos lucis: & faciunt iuſtitias ſu-
Matt. 6 as, vt videantur ab hominibus. Vnde a-
libi dicuntur ſtellę de cœlo cadentes. Ve-
rũ filij huius ſeculi, id eſt, amatores mũ-
di, qui peccant propter amorem ſeculi,
prudentiores ſunt filijs lucis, id eſt, hy-
pocritis, in generatione ſua, id eſt, in ſta-
tu ſuo. Quia licet illi plus inſiſtant illici-
tis, & iſti plus à licitis abſtineant: illi ta-
men recognoſcunt quandoque ſe ma-
los, & conuertuntur à malo: Iſti vero,
quia ſemper volunt videri boni, raro cõ-
uertuntur ad bonum.

Et ego vobis dico: Facite vobis ami-
cos de mammona iniquitatis, vt quum
defeceritis, recipiant vos in ęterna taber-
nacula. Hic eſt fructus, hæc merces, hoc
præmium præmiſſæ parabolæ, vt per ele-
emoſynam temporalem acquiratur glo-
ria ſempiterna. Mammona lingua Syra
diuitiæ nuncupantur. Præcepit ergo do-
minus, vt de mammona iniquitatis fa-
ciamus nobis amicos, id eſt, vt iniquas
diuitias pauperibus erogemus. Quate-
nus per erogationem earum iniquitas
Danie. 4 deleatur, iuxta conſilium Danielis: Pec-
cata tua eleemoſynis redime: quia ſicut
Eccl. 3 aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna
reſiſtit peccato. Date, inquit, dominus
Lucæ 11 eleemoſynam, & ecce omnia mũda ſunt
vobis. Porro, cum Deus iniqua munera
non acceptet (vnde reſpexit Deus ad A-
Gene. 4 bel & munera eius: ad Cain autem & mu-
nera eius non reſpexit. Nam qui offert
Eccl. 34 ſacrificia de rapina pauperis, ac ſi victi-
met filium in conſpectu patris. Et in le-
Deut. 23 ge præcipitur: Non offeras in domo do-
mini Dei tui precium canis, aut merce-
dem proſtibuli) quid eſt ergo quod do-
minus iubet in Euangelio: Facite vobis
Lucæ 16 amicos de mammona iniquitatis, tan-
quã acceptet eleemoſynas de iniuſtis o-
peribus erogatas? Verũ, mammona ini-
quitatis appellantur hic opes: non qui-
dem iniquę, ſed quia de iniquitate ſolẽt
acquiri. Vnde ab eo quod contingit fre-
quentius, vocabulũ ſortiuntur. Vel, mã-
mona iniquitatis dicuntur diuitiæ, qui-
bus præeſt Mãmon iniquus. i. dęmon il-
le, qui tentat hominem de diuitijs, ſicut
ille malignus qui tentauit Chriſtum de
diuitijs (ſed non profecit) quando oſtẽ- Matt. 4
dit illi omnia regna mundi & gloriã eo-
rum, & ait: Hęc omnia tibi dabo, ſi cadẽs
adoraueris me. Vel potius inter iniqui-
tatem, & iniquitatem diſtinguendũ eſt. Diſtinctio inter iniquitatẽ & iniquitatem.
Nam eſt quædam iniquitas ex qua diui-
tiæ acquiſitæ, licite poſſunt pauperibus
erogari, vt de militia, vel de ioculatione:
quia trãſeunt in dominium poſſeſſoris.
Et eſt quędam iniquitas, ex qua diuitias
acquiſitas nõ licet alijs erogari, vt de fur-
to, vſura, in quibus dominium non trãſ-
fertur, & ideo tanquam alienas oportet
illas reſtitui. Quia non dimittitur pecca-
tum, niſi prius reſtituatur ablatũ. Quod
Zachęus bene diſtinxit, cum dixit: Ecce
dimidium bonorum meorum domine Lucæ 19
do pauperibus, & ſi quid aliquẽ defrau-
daui, reddo quadruplum. Ait ergo: Faci-
te vobis amicos de mammona iniquita-
tis, vt cũ defeceritis, id eſt, deceſſeritis ex
hac vita, vel cum propria defuerint meri-
ta, illi vos recipiant, id eſt, meritis eorum
recipiamini in æterna tabernacula, id
eſt, in perpetuas manſiones, de quibus
legitur: Beati qui habitant in domo tua Pſal. 83
domine, in ſeculum ſeculi laudabunt te.
Ex hoc perpenditur euidenter, quod ſi-
cut vnus alij poteſt gratiam promereri,
(iuxta quod legitur: Quia Ieſus vt vidit Lucæ 5
fidem eorum, ait paralytico: Dimittun-
tur tibi peccata tua ita vnus poteſt alte-
ri gloriam promereri, quemadmodum
hic habetur: Facite vobis amicos de mã-
mona iniquitatis, vt cum defeceritis, re-
cipiant vos in æterna tabernacula. Sed
vtrum cum quis eleemoſynam dat iniu-
ſto, quem tamen reputat eſſe iuſtum, ille
ſibi gloriam, aut gratiã mereatur, ne da-
tor eleemoſynæ iniuſte ſuo merito de-
fraudetur, an quia cum ille diſpliceat nõ
poſſit Deum ad gratiam vel gloriã pro-
uocare: Vel, ſi poſſit, an vnũ & idẽ opus,
& alij meritoriũ debeat iudicari: Ac per
hoc & vni ſit meritum mortis, & alteri
meritum vitæ, ſicut bonum & malum à
Deo, & à diabolo: inde merito quęri po-
teſt & dubitari. Sed harum quæſtionum
ſolutio differatur, quia non eſt hu-
ius propoſiti huiuſmodi
ſoluere quæſtiones.

In So-

In Solennitate Dedicatio- nis Eccleſiæ.

Domus & manſiones Dei ut ſint ua riæ: & quid, ubi, quomodo, & qua re ſit adorandum.

SERMO I.

Pſal. 5 INtroibo domine in domum tuam, adorabo ad templum ſanctū tuū in timore tuo.

Vniuerſorum dominus & creator, cuius eſt immenſa maieſtas, incircunſcripta ſublimi-
Domū dei ſumi in ſcripturis octo modis. tas, & increata poteſtas, multas & varias habet domos, plurimas & diuerſas in domibus manſiones: vniuerſalem videlicet & particularem, ſpecialem & ſingularem, ſuperiorem & inferiorem, interiorem & exteriorem.
I. Vniuerſalis domus Dei eſt tota machina mundialis, de qua Salomon ait: Nouimus domine, q
2. Para. 7 fabricaſti tibi domum perpetuam, cœlum, terram, ſimul & mare. Particula-
II. ris domus Dei eſt ſancta mater Eccleſia, de qua legitur: Domum tuam domine
Pſal. 92 decet ſanctitudo in lōgitudine dierum.

Specialis domus Dei eſt glorioſa vir-
III. go Maria, de qua dicit propheta: Vidi, et
Ezech. 43 ecce impleuit gloria domini domū Dei.

Singularis domus Dei, humanitas ſal-
IIII. uatoris aſſumpta, de qua legitur: Sapien-
Pro. 9 tia ædificauit ſibi domū, excidit columnas ſeptem. Superior domus Dei eſt
V. beatitudo cœleſtis, de qua ſcriptum eſt:
Pſal. 41 Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, vſq; ad domū Dei. Inferior do-
VI. mus Dei eſt orationis baſilica, de qua do-
Eſaiæ 56 Luc. 19 minus ait: Domus mea, domus oratio-
VII. nis vocabitur. Interior domus Dei, eſt pura conſcientia, de qua dicit Pſalmi-
Pſal. 100 ſta: Perambulabam in innocētia cordis mei, in medio domus meæ. Domus
VIII. exterior eſt quæ habitatur, eiuſq; familia, vel ſacra ſcriptura, de qua ſcriptum
Pſal. 54 eſt: Ambulauimus in domo domini cū conſenſu.

Quoniā igitur ex tam multis & varijs domibus domū Dei vir fidelis intrabit, vt ad templum ſanctum adoret: conſiderandum ergo nobis occurrit, quid, vbi, Quid, vbi, qualiter, & quare ſit adorandum.
qualiter, & quare ſit adorandum. Sane adorandus eſt pater, adorandus eſt filius, adorandus eſt ſpiritus ſanctus. Adorandi ſunt, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Quoniam omnes & ſinguli ſunt ſolus & vnus Deus, ſpiritus increatus, immenſus, incommutabilis, ſumme potēs, ſumme ſapiens, ſumme bonus. Spiritus, quia non conſtat in partibus. Increatus, quia non incepit ex tempore.

Immenſus, quia non circumſcribitur loco. Incommutabilis, quia non variatur affectu. Summe potens, cui nihil eſt impotentię. Summe ſapiens, cui nihil eſt ignorantię. Summe bonus, cui nihil eſt inuidentiæ. A quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: à quo diligenter ſunt conſeruata creata per potentiam, formata per ſapientiam, conſeruata per diligentiam. Per potentiam, patrem cauſam efficientem. Per ſapientiam, filium cauſam afficientem. Per diligentiam, ſpiritum ſanctum cauſam perficientem. Tres ſunt nanque 1. Ioan. 5
qui teſtimonium dant in cœlo, pater, & verbum, & ſpiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt, quum tamen perſonaliter ſua quiſq; notione diſtinctus ſit. Pater generatione, verbū filiatione, ſpiritus ſanctus proceſſione: vnum eſſe initialiter, totum omīes quod ſinguli ſunt natura, potentia, volūtate, & omnino quicquid ſecundum ſubſtantiam prædicatur. Licet enim alia ſit perſona patris, alia filij, alia ſpiritus ſancti: tamen patris & filij & ſpiritus ſancti vna eſt diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas. Vna eſt igitur & æqualis totius indiuiduæ Trinitatis adoratio. De qua ſane poteſt intelligi quod dominus ait: Veri adorato- Ioan. 4
res adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Nam qui Deum adorat veraciter, ipſe quidem adorat patrem in ſpirtu, ſed & veritate: hoc eſt, in filio, qui de ſe dicit:
Ego ſum via, veritas, & vita. Ego, inquit, Ioan. 14 Ioan. 8
in patre, & pater in me eſt. Ideo pater adorandus eſt in filio, & filius eſt adorandus in patre, & ſpiritus ſanctus eſt adorandus in vtroq;.

Adorandi ſunt pater & filius & ſpiritus ſanctus in domo inferiori, in domo Vbi Deus ſit adorandus.

inte

interiori, in domo exteriori, id eſt, in ſacra baſilica, in pura coſcientia, & in di uina ſcriptura: vt tandem adoretur in domo ſuperiori, hoc eſt, in cœleſti pa-
Pſal. 83
tria, de qua legitur: Beati qui habitãt in domo tua domine, in ſeculũ ſeculi laudabunt te.

Sed cum Deus vbiq; ſit, non tantum per potentiam, verum etiam per eſſenti-
Cur in tẽplo magis q̃ in alio loco ſit orandum.
am, cur magis in templo, quam in alio loco Deus eſt adorãdus? In omni enim loco dominationes eius ſunt, ſecũdum
Hiere. 23
quod Propheta dicit: Cœlum & terram ego impleo. Et de quo dicit Pſalmiſta:
Pſal. 138
Si aſcendero in cœlum tu illic es, & ſi de ſcendero ad infernum ades. Item cum
Ioan. 4
mulier Samaritana ſolutionem quæſtionis à Chriſto quæſiſſet, quæ de loco adorationis frequentiſſime vertebatur: Patres, inquit, noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia in Hieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Reſpondit ei Ieſus: Mulier, crede mihi, qa venit hora quãdo nec in mõte hoc, nec in Hieroſolymis adorabitis patrẽ: ſed veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Quaſi diceret: Non præfero locum loco, vbiq; adoretur Deus, duntaxat in ſpiritu & veritate, id eſt, pro ſpiritualibus & veris, hoc eſt, æternis. Verum licet vbique ſit Deus ado-
Pſal. 28
randus, ſpecialiter tamen in templo, Se cundum illud: Adorate dominũ in aula ſancta eius. Specialiter quoq; ad ori-
Sap. 16
entem, ſecundum quod in libro ſapientiæ legitur: Ad ortum lucis oportet adorare, ſcilicet vt nobis adorantibus Deũ,
Ioan. 1
oriatur lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hũc mundũ, ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. Fruſtra nãq; tãto ſtudio, tantoq; labore tẽplum domino fieret, niſi gratius acceptaret in
Reg. 3. 8
eo dominus adorari. Legimus enim q̃ templo conſtructo & dedicato Salomon adorauit ad dominum, vt quicunque Iudæus vel gentilis aſcenderet in templũ orans pro peccatis, vel quacũq; tribulatione clamans ad dominum, in his quæ iuſte poſtularet, exaudiret à domino. Quam quidem orationis formã adhuc ſeruat eccleſia, quæ in dedicatione templi ſic orat: Vt quiſquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lætetur. Aſſiſtunt
Angeli ſancti orãtib⁹ in tẽplo aſſiſtunt.
enim in ſacris templis angeli Dei fidelibus adorantibus, vt deuotas eorum orationes offerant domino, Secundum illud: In conſpectu angelorum pſallam tibi, & adorabo ad templum ſanctum tu-
Pſal. 137
um, & confitebor nomini tuo domine. Hinc angelus ad Tobiam: Ego obtuli
Tob. 12
orationem tuam domino. Requieſcunt & in ſacris templis ſanctorum reliquiæ,
Reliquiæ ſanctorũ attendendæ orãtibus.
qui nobis ſuis precibus aſſequuntur, q̃d nos noſtris meritis nõ valemus. Et ideo fratres diligenter attendite, quam ſolicitos & deuotos ante ſanctorum reliquias, coram angelis Dei, vos oportet in tẽplo dominum adorare. Vnde neceſſe eſt vt non tantũ in ſacra baſilica, quantum in pura conſcientia dominum adoremus.

De corde puro Deus eſt adorandus,
De corde puro adorandũ eſſe deum.
non vt quidam adorant, qui Deum in proſperitate glorificant, ſed in aduerſitate blaſphemãt, De quibus inquit Propheta: Confitebuntur tibi cum beneſeceris eis. Si vero non fuerint ſaturati,
Pſal. 48
murmurabunt.

Adorandus eſt Deus de conſcientia
De cõſcien bona.
bona: non vt quidam adorant, qui contra Deum grauiſſime peccant, & tamen illi ſacrificant. De quibus legitur: Peccatori dixit Deus: quare tu enarras iu-
Pſal. 49
ſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Illud vtique teſtamentum, de quo veritas ait: Hic eſt ſanguis
Luc. 22
meus noui teſtamenti.

Adorandus eſt Deus de fide non ficta: non vt quidam adorant, qui recte di
De fide nõ ficta.
cunt, ſed praue viuunt, quibus domi-
Eſa. 29
nus improperat dicens: Populus hic la-
Matt. 15
bijs me honorat, cor autem eorum lon-
Mar. 7
ge eſt à me. Dicunt enim & non faciunt.

Adorandus eſt ergo Deus, corde, ore & opere. Corde, per deuotionem,
Adorand⁹ eſt de⁹ corde, ore & opere.
ſuper omnia diligendo. Ore, per confeſſionem, ſuper omnia collaudando. Opere, ſuper omnia famulando. Quia vero quidam zelum Dei habent, ſed nõ
Rom. 10
ſecundum ſcientiam, ne per ſimplicem ignorantiam graui detineamur errore, adoremus iuxta ſententiam & autoritatem ſacræ ſcripturæ. Sacra nanque ſcri-
Adorationis ſpecies duæ.
ptura duas ſpecies adorationis diſtin-

 guit.

guit, Latriam videlicet & duliam. Latriam creatori debemus impendere. Duliam vero quibuſdam creaturis poſſumus exhibere. Latria ſolum creatorem debemus ſuper omnia reuereri. Dulia autem quaſdam creaturas poſſumus inter omnia venerari. Ad latriam ſpectant templa, altaria, ſacerdotia, ſacrificia, feſtiuitates & cærimoniæ: quæ, vt ait doctor egregius Auguſtinus, ſoli creatori Deo ſunt exhibenda. De cuius adoratione ſcriptum eſt: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, id eſt, ſoli Deo ſeruitutem adorationis impendes. Qui ſecus agunt, non Theoſebiæ cultum exhibent, ſed idololatriæ crimen incurrunt: ſeruientes creaturæ quaſi creatori, mutantes gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem corruptibilis hominis. Legimus enim, quod cum Paulus & Barnabas quendam claudum ſanaſſent, eleuauerunt vocem turbæ dicentes: Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos. Quibus ſacrificare volentes attulerunt tauros ad victimam. Vbi vero Paulus & Barnabas audierũt, quod eis diuinos honores volebant impendere, ſciderunt ſibi veſtimenta, dicentes ſe homines eſſe mortales, qui potius venerant vt eos ab idololatria reuocarẽt. Ioannes quoq; cum in viſione vellet angelũ adorare, prohibuit eum angelus dicens: Deũ adora. Ego enim frater tuus ſum, & conſeruus fratrũ tuorum.

Latria cui exhibẽda.
Dulia qb^9 exhibẽda.
Ad latriã ſpectãtia.
Matt. 4
Deut. 6
Rom. 1
Acto. 14
Apoc. 19

Cum igitur homines & angeli ſancti nolint aliquatenus adorari, quid eſt quod quidam ſub prætextu pietatis, & obtentu religionis, vt cætera taceam, diuerſas adorant imagines, tanquam liceat manufactum aliquid adorare? Siquidem ſimulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Confundãtur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Quantum etiam huius criminis damnetur peruerſitas, ex libris Prophetarum, & præſertim ex libro Sapientiæ, manifeſtiſſime declaratur. Quorum hic teſtimonia breuitatis cauſa prætereo, illud tantum commemorans, quod Moyſes ait populo Iſrael: Ne forte errore deceptus adores ea quæ creauit dominus Deus tuus. Hinc eſt, quod ſerpentem æneum, quẽ Moyſes erexerat in deſerto, vt intuentes in illum percuſſi à ſerpentibus ſanarentur, licet in figuram humanæ redemptionis præceſſerit, quia tãdẽ poſt multum temporis euoluti, populus ei contra legis præceptum thuris adolebat incenſum, rex Ezechias pius & prudẽs cõfregit, & puluerem ſparſit in torrentem Cedron.

pſal. 134
Deu 4
Num. 21
4. Regu

Porro fratres, vna eſt Dei patris imago, quam vna cum patre debemus adoratione venerari, ſcilicet vnigenitum Ieſum Chriſtum Dei filium, qui eſt ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis ſuæ. Cuius non ſolum deitatem, ſed & humanitatẽ adorare debemus, iuxta illud: Adorate ſcabellum pedum eius, quoniã ſanctum eſt. Cæteras autem imagines, non latria, ſed dulia poſſumus venerari: non propter imaginem, quæ per ſe nihil poteſt, ſed propter imaginatum, qui per ſe cuncta poteſt: non vt nos, qui facti ſumus ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei, memores nos reputemus ſimiles imaginibus, quas ipſi fecimus ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: ſed vt nos propter Deum ſacris imaginibus inclinemus, qui propter nos exinaniuit ſe formam ſerui accipiens. Omnis enim qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Vidẽtes quippe imagines inclinamus, nõ vt ſpem ſalutis cõſtituamus in illis, ſed ad memoriã excitati, deuotionem, quam ipſi Deo corde gerimus, opere demonſtremus. Duliam enim, vt dictũ eſt, creaturis, ſanctis, & ſacris poſſumus exhibere, ſcilicet, angelis, hominibus, ſacramentis. De adoratione angelorum legitur, quod Abraham eleuans oculos ſuos in conualle Mambre tres vidit, & vnum ex angelis adorauit. Loth quoq; duobus angelis ciuitatem intrantibus occurrens, adorauit, petens vt in domum ſuam hoſpitio declinarent. Quid eſt ergo quod Ioannes inhibitus fuerat angelum adorare? Quia Chriſtus homo iam erat ſuper angelos exaltatus. De adoratione hominum legitur, quia Iacob videns Eſau

Heb. 1
pſal. 98
Imagines ſanctorũ quomodo venerãdę
Phil. 2
Luc. 18
Adoratio angelorũ
Gene. 18
Gen. 19
Ioãnes cur angelũ adorare prohibit^9 fuerit.
Apoc. 1

Adoratio hominũ. Gen. 33 Gen. 47 Esau venientem, præceſſit vtramq; tur-
mam, & pronus in terrã adorauit ſepti-
es. Filij quoque Iacob adorauerunt Io-
Mardochęus cur noluerit Aman adorare. ſeph in Aegypto. Cur ergo Mardoche-
us Aman noluit adorare? Quoniam il-
le diuinam volebat ſibi adorationem
Ephe. 15 impendi. De adoratione ſacramento
Adoratio ſacramentorum. rum dicit eccleſia: Crucem tuam adora
mus domine. Vnde alibi legitur: Chri-
ſtiani ſacras imagines pie venerantur &
Deus veriꝰ adoratur corã imagine, q̃ imago coram Deo. adorant. Verius tamen adoramus Deũ
coram imagine, quam imaginem coram
Deo. Vnde præceptum eſt: Coram alta-
ri hoc adorabitis. Non ait altare, ſed co-
Pſal. 5 ram altari. Et Propheta: Adorabo ad tẽ
plum ſanctum tuum in timore tuo. Nõ
Matt. 10 in timore humano, de q̃ dominus ait:
Nolite timere eos qui corpus occidunt,
1. Ioan. 4 animam autem non poſſunt occidere,
Nec ſeruili, de quo Ioãnes Apoſtolus di
cit: Timor nõ eſt in charitate, ſed pfecta
Eccl. 1 charitas foras mittit timorem, Sed in ti-
more initiali, de q̃ dicit Sapiẽs: Initiũ ſa-
Pſal. 18 pientiæ timor domini, Sed in timore fi
liali, de q̃ dicit Dauid Propheta: Timor
Dei ſanctus pmanet in ſeculũ ſeculi.

Deꝰ cur ſit adorandꝰ. Cur autem Deus ſit adorandus, idẽ
Pſal. 94 nos inſtruxit dicens: Venite adoremus
& procidamus ante Deum, ploremus
coram domino qui fecit nos, quia ipſe
eſt dominus Deus noſter. Quia ipſe eſt
Deus, id eſt, creator: quia ipſe eſt domi-
nus, id eſt, redemptor: quia ipſe eſt no-
Col. 3 ſter, id eſt, ſaluator. Tunc enim erit veriſ
ſime noſter, cũ erit oĩa in omnibus, id
eſt, ſufficientia ſingulorum. Ipſe eſt er-
go Deus, qui nos de nihilo creauit. Ipſe
eſt dominus, qui ſuo ſanguine nos rede
mit. Ipſe eſt noſter, qui ſuo munere nos
ſaluauit. Qui creando dedit nobis natu
ram, qui redimẽdo tribuit gratiam, qui
ſaluando feret gloriam.

Habemus ergo quid ſit adorandum,
quia pater & filius & ſpiritus ſanctus.
Vbi ſit adorandum, quia in ſacra baſili-
ca, pura conſcientia, & in diuina ſcriptu-
ra. Quomodo ſit adorandũ, quia ex cor
de, ex ore, ex opere. Quare ſit adorandũ,
quia ꝑpter creationem, ꝑpter redepmti-
onem, & ꝑpter ſaluationem. Quã nobis
p̃ſtare dignetꝰ dñs Ieſus Cdriſtus, qui eſt
ſup oĩa deus benedictus in ſecula ſecu-
lorum. Amen.

In conſecratione altaris.

De dedicatione templi corporis noſtri, & conſecratione altaris cordis noſtri, & quid ſignificent ea quæ in conſecratione altaris fiunt.

SERMO II.

NEſcitis quia corpora veſtra
templum ſunt ſpiritus ſan-
cti? Si deſideratis fieri parti-
cipes ſolennitatis huius, ad
quam cum deſiderio conueniſtis, ſatage
re vos oportet, vt quicquid in conſecra
tione templi materialiter agitur, totum
in nobis ſpiritualiter compleatur. Tem
plum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis Templi cõſecratio q̃modo ĩ nobis ſpiritualiter cõpleatur.
vos, ſuperædificati ſuper fundamentũ
Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo
ſummo angulari lapide Ieſu Chri-
ſto. In quo omnis ædificatio conſtru-
cta, creſcit in templum ſanctum in do- Ephe. 2
mino. Nos tamen ad præſens dabimus
vobis lac potum, non eſcam: quia perfe 1. Cor. 3
ctorum ſolidus eſt cibus, & ſapientiã 1. Cor. 2
loquimur inter perfectos. Inter vos au-
tẽ nihil iudicamus nos ſcire, niſi Ieſum Ibidem.
Chriſtum & hunc crucifixum. Quia
quaſi modo geniti infantes lac concu- 1. pet. 2
piſcitis vt in ſalutem creſcatis. Exci-
piamus ergo pauca de multis, quorum
vobis ſignificationem ad ædificationẽ
exponamus breuiter.

Templum quod dedicatum eſt, intel-
ligitur corpus, Altare quod cõſecratum
eſt intelligitur cor. De templo corpo
ris dicit Apoſtolus: Neſcitis quia corpo Templũ corporis.
ra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti?
Iuxta quem modum dicebat dominus:
Soluite templum hoc, & in tribus die- 1. Cor. 3
bus excitabo illud. Hoc autem dicebat Ioan. 2
de templo corporis ſui. De altari cor
dis iubetꝰ à domino: Ignis in altari meo Altare cordis.
ſemper ardebit. Ignis qui ardet iugiter Leui. 6
in altari eſt charitas, quæ continue fer- Ignis ardens in altari quis.
uet ĩ corde. Nã aquæ multæ nõ poſſunt
extinguere charitatem. Vos ergo ſecun Cant. 8
dũ Prophetã agite diẽ ſolennẽ in cõfre- Pſal. 117
quentationibus, vſque ad cornu altaris
Quia reliquiæ cogitationis diem feſtũ Pſal. 57
agent domino. Corporis tẽplum q̃ modo cõſecrãdum & mutandum.

Dedicetur ergo templum corporis
noſtri per abſtinentiam, emundetur à

F ij ſordibus

ſordibus gulæ, dedicetur per continen-
1. Cor. 6 tiam, vt purgetur ab inquinamentis lux
xuriæ. Nam omne peccatum quod fe-
cerit homo, extra corpus eſt: qui au-
tem fornicatur in corpus ſuum pec-
Adulteriũ q̃ ſit graue peccatum. cat. Attendite fratres & filij, quam gra-
ue ſit peccatum templum ſpiritus ſan-
cti per adulterium violare, tollere mem
1. Cor. 6 bra Chriſti & facere membra meretri-
cis. Vnde legitur, quod adulterium pri-
Gal. 5 mum in pœnis optinet locum. Crucifi-
gatis ergo carnem veſtram cum concu-
piſcẽtijs, ne dominetur peccatum in ve-
ſtro mortali corpore: ſecundum exem-
1. Cor. 9 plũ Apoſtoli de ſeipſo dicentis: Caſti-
go corpus meũ & in ſeruitutem redigo,
ne forte cum alijs prædicauero ipſe re-
Altare cordis q̃modo conſecrandũ. probus efficiar. Conſecretur altare cor-
dis per conceptum timoris, conſecretur
Ecc. 1 per affectum amoris, conſecretur vt cõ-
ſummetur in melius. Nam initium ſapi-
Eſa. 26 entię timor domini. De quo dicitur per
alium Prophetam: A timore tuo domi-
ne concepimus & peperimus ſpiritum
ſalutis. Finis autẽ præcepti eſt charitas,
1. Tim. 1 de corde puro, & conſcientia bona, & fi
de non ficta. Plenitudo namque legis
Gal. 5 charitas eſt. Conſecretur altare cordis
in vobis, vt concipiatis deſideria ſancta.
Dedicetur & templum corporis, vt paria
tis opera iuſta, quatenus mũdi corde &
1. Cor. 5 caſto corpore ſacrificetis Deo: nõ in fer
mento malitię & nequitię, ſed in azymis
Altaris cõſecratio qd myſtice ſignificet. ſynceritatis & veritatis. Altare vero cõ
ſecratur hoc ordine. Reconduntur reli-
quiæ, quæ ſunt exẽpla, quæ nobis ſunt
ad imitationem relicta. Hæc in capſa re-
condimus, cum ad imitandum ea in me
moria retinemus, Sicut dicit Apoſtolus:
Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chri
1. Cor. 4 1. Pet. 3 ſti. Chriſtus enim paſſus eſt pro no-
bis, vobis relinquens exemplum, vt ſe-
quamini veſtigia eius. Qui peccatum nõ
fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.
Quid eſt autem quod ſanctorum reli-
quię cum tribus granis thuris in capſu-
la reconduntur, niſi quod exempla ſan-
ctorum in fide Trinitatis debemus in
memoria retinere. Nam ſine fide im-
Heb. 11 poſſibile eſt placere Deo. Iuſtus enim ex
fide viuit. Tabula ſuperpoſita ſignificat
charitatẽ, de qua dicit Apoſtolus: Chari
Rom. 5 tas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris
per ſpiritum ſanctum qui datus eſt no-
bis. De cuius latitudine dicitur per Pſal Pſal. 118
miſtam. Latum mandatum tuum ni-
mis. Latum eſt enim charitatis manda- Matt. 5
tum, quod vſque ad inimicos extendi-
tur, ſecundum præceptum dominicum:
Diligite inimicos veſtros, benefacite his
qui oderunt vos, & orate pro perſequẽ
tibus & calumnantibus vos. Diligite
corde, orate ore, benefacite opere, vt fiat
in vobis funiculus triplex, qui difficile
rumpitur. Reliquijs ergo tabula ſuper- Pro. 10
ponitur, quia exemplis ſanctorum accẽ 1. Pet. 4
ditur charitas, quę operit multitudinẽ
peccatorum. Menſa iungitur, vt chari-
tas miſereatur. Vnctio namq; deſignat
miſericordiam, ſecundum illud: Vnge Matt. 6
caput tuum, & faciem tuam laua. Vnde
Samaritanus appropians vulnerato, ſu- Luc. 10
perinfudit vinum & oleum. Quid eſt
autẽ quod menſa in ſex locis inũgitur,
videlicet, in medio, in quatuor angulis, Charitatẽ p miſericordię opera exercendã eſſe.
& in fronte, niſi quod charitatem exer-
cere debemus per ſex opera miſericor-
diæ, q̃ cõmemorantũ, in Euãgelio: Eſu- Mat. 25
riui & dediſtis mihi mãducare &c̃. Poſt
vnctionem adoletur incenſum, vt fama
boni operis diffundatur ad proximos.
De qua dicit Apoſtolus: Chriſti bo- 2. Cor. 2
nus odor ſumus in omni loco: vt corti Exo. 36 Apoc. 22.
na cortinam trahat, & qui audit dicat ve
ni, quam in quinque ſenſus corporeos
ſic exercere debemus, vt luceat lux no- Matt. 5
ſtra coram hominibus, quatenus viden
tes opera noſtra bona, glorificent patrẽ
noſtrum qui in cœlis eſt. Iam igitur
veſtitur altare, quando cor hominis mũ
dum, operibus adornatur. De quibus
Salomon ait: Omni tempore veſtimen-
ta tua ſint candida, id eſt, opera tua mun Eccl. 9
da. Super altare quod hoc ordine conſe
cratur ſacrificium offertur acceptum al Sacrificiũ Deo acceptum
tiſſimo. Illud videlicet, de quo Propheta
dicit in Pſalmo: Sacrificiũ Deo ſpiritus Pſal. 50
contribulatus, cor contritum & hu
miliatum Deus non ſpernit. Vel
illud etiam, de quo di- Pſal. 49
cit in alio loco: Immola
Deo ſacrificium lau-
dis, & redde al
tiſſimo vo-
ta tua.

In ea-

In eadem ſolennitate enarratio euangelicæ lectionis.

De duobus egreſſibus redemptoris, & quod uoluntarie mutabilitatem noſtram aſſumpſit: de duobus generibus peccatorum, de quatuor impedimentis ſalutis, & quatuor ſuffragijs ſalutis: denique quid faciendum ut uideri poſſit Ieſus, & de eleemoſynarum largitione & uirtutibus Zachæi & triplici domo.

SERMO III.

Luc. 19 EGreſſus Ieſus perambulabat
Hierico. Et ecce vir nomine
Zachæus. Et hic erat prīceps
publicanorum, & ipſe diues.
Et quærebat videre Ieſum, quis eſſet, &
non poterat præ turba, quia ſtatura pu-
ſillus erat.

Duo ſunt redēptoris egreſſus. Vnus
æternus & alius temporalis. Vnus oc-
cultus, & alius manifeſtus. Vnus ſecun-
dum quod eſt natus de patre, & alter ſe-
cundum q̊d eſt natus de matre. Vnus in
forma Dei, & alter in forma ſerui. Vtrū
que commemorat & commendat Pro-
Mich. 5 pheta cum ait: Et tu Bethleē terra Iuda,
nequaquam minima es in principibus
Iuda. Ex te enim egredietur, q̇ regat po-
pulum meum Iſrael: & egreſſus eius ab
initio, à diebus æternitatis. Egreſſus
ergo Ieſus perambulabat Hierico. Quo
niam exiuit à patre, & venit in mundum.
Ioan. 16 Egreſſus q̄modo fit Chriſt⁹ à patre. Exiuit autem non deſerendo naturam
diuinam, in qua cum patre manet oc-
cultus, ſed aſſumendo naturam huma-
nam, in qua de matre apparuit manife-
Hierico quid. ſtus. Hierico namque ſecundum inter-
pretationem exponitur luna: quæ pro
ſui volubilitate & mutabilitate ſignifi-
cat mundum, qui ſemper voluitur &
mutat. Vidi enim cuncta quæ fiunt ſub
Eccl. 1 ſole, & ecce vniuerſa vanitas & afflictio
ſpiritus: & vidi nihil permanere ſub ſo-
Mūdi hu-
i⁹ mutabilitas. le. Vnus naſcitur & alter moritur, vnus
extollitur & alter deprimitur, vnus cre-
ſcit & alter decreſcit, vnus lætatur
& alter triſtatur, vnus fit pauper & al-
ter fit diues, vnus fit dominus & alter
fit ſeruus. Homo natus de muliere,
breui viuens tempore, repletur multis Iob. 14
miſerijs. Qui quaſi flos egreditur & cō-
teritur, & fugit velut vmbra, & nunquā
in eodem ſtatu permanet.

Egreſſus ergo Ieſus perambulabat
Hierico. Nam q̇ prius quā egrederetur
de ſinu patris in vterum matris, de cœlis
ad terras, idem ipſe ſemper erat & eſt, iu-
xta quod ipſe de ſe loquitur per Prophe
tam: Ego ſum Deus & non mutor. Idē Mal. 3
ipſe poſtquam exiuit à patre & venit in
mundum, voluntarie mutabilitatem no
ſtram aſſumpſit, & ſe ſponte mutationi
noſtræ ſubiecit: quoniam eſuriuit, & ſi-
tiuit, & expauit, doluit, ad vltimum cru
cem & mortem ſuſcepit. Cum enim ie- Matt. 4
iunaſſet quadraginta diebus & quadra-
ginta noctibus, poſtea eſuriit. Qui cum Ioan. 19
dixiſſet in cruce ſitio, dederunt in eſcam
eius fel, & ipſum in ſitim ſuā aceto pota Pſal. 97
uerunt. Ipſe quoque de ſe per Prophe-
tam teſtatur: O vos omnes qui tranſitis Thre. 1
per viam attendite & videte, ſi eſt dolor Matt. 26
ſicut dolor meus. Cœpit enim Ieſus pa-
uere & tædere, cœpit contriſtari & me- Mar. 14 Phi. 2
ſtus eſſe, factus obediens vſque ad mor-
tē, mortē aūt crucis. Ieſus ergo, cui ſecū-
dū naturā diuinā nihil accedit, & à q̊ ni-
hil recedit quia nihil in ſe habet, niſi ſe,
nec aliud eſt habens ab habito, nec ali-
ud habitum ab habente: niſi quod in ſi-
militudinem hominum factus, habitu Ibidem.
eſt inuentus vt homo ipſe pro nobis
mutabilitates noſtras aſſumpſit & defe-
ctus noſtros ſuſcepit.

Et ideo egreſſus perambulabat Hieri
co. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic
erat princeps publicanorum & ipſe di-
ues. Et quærebat videre Ieſum, quis eſ-
ſet, & non poterat præ turba, quia ſtatu
ra puſillus erat. Duo ſunt genera pecca-
torum, quorum quidam de ſua deſpe-
rant miſeria, dicentes miſerabiliter cum Duo genera peccatorum.
Cain: Maior eſt iniquitas mea, quam
vt veniam merear. Et eorum quia deſpe Gen. 4
rabilis eſt infirmitas, ipſorum quoque
ſanitas deſperatur. Nam impius cum Pro. 18
venerit in profundum peccatorum con
temnit. Alij vero de miſericordia ſpe-

rant diuina, dicentes miſericorditer cũ
pſal.50 quodam: Miſerere mei Deus ſecundum
magnam miſericordiam tuam. Et ipſi
quia quærunt ſalutem, ſanitatem acqui-
runt.

Luc.19 Venit enim filius hominis quæ-
rere & ſaluare quod perierat. Ta-
lis erat iſte Zachæus, qui licet eſſet prin-
ceps publicanorum & ipſe diues, quæ
rebat tamen videre Ieſum quis eſſet,
& non poterat præ turba, quia ſtatura
Salutis impedimẽta quatuor. puſillus erat. Quatuor impedimen-
ta ſibi videbantur obſtare, ne poſſet vide
re Ieſum. Primũ, quia princeps erat pu
blicanorum. Secundum, quia diues
erat. Tertium, quia non poterat præ
turba. Quartum, quia ſtatura puſil-
publicani qui dicantur. lus erat. Publicani dicebantur, qui pu-
blica vectigalia exigebant, quorum
commercia vix aut nunquam ſine pecca
to præualent exerceri. Princeps ergo
publicanorum erat exactor fiſci. Vnde
ſicut princeps latronum eſt particeps la
tronum, ita publicanorum ipſius publi
ci commercii particeps erat, ex quo ſibi
per fas & nefas diuitias acquirebat. Li-
cet enim habitus diuitiarum non ſit in
crimine, ſed abuſus (Propter quod dici
Pſal.61 tur per Prophetam: Diuitiæ, ſi affluant
Gen.13 nolite cor apponere. Nam Abraham di
2.Reg.12 ues erat, & Dauid locuples, & Iob opu-
Job.1 lentus, qui Deo placentes inuenti ſunt
iuſti) Difficile tamen eſt diuitias habere
& non amare, ſicut eſſe in igne & non
Matt.19 ardere. Propter quod veritas ait: Diffici
Mar.10 le eſt diuitem intrare in regnum cœlo-
rum. Sed quod impoſſibile creditũ apud
homines, apud Deum poſſibile reputa-
tur: qui non deſpicit diuites, cum & ipſe
Luc.19 ſit diues. Vnde Zachæus quærebat vide
re Ieſum quis eſſet, ſed non poterat præ
turba, quia ſtatura puſillus erat. Quam
diu turma premit, Ieſus videri non po-
teſt, præſertim quid ſit: niſi forte per fi-
Ioan.14 dem, non autem per ſpeciem. Propter
quod ipſe dicebat: Manifeſtabo eis me
ipſum. Quoniam hæc eſt vita æterna, vt
cognoſcant te ſolum verum Deum, &
Matt.5 quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Beati mun
do corde, quoniam ipſi Deum videbũt.
Statura puſillus myſtice quis ſit. Ille moraliter eſt puſillus ſtatura, qui pa
rum perſiſtere poteſt, id eſt, qui facile ca
dit, aut fragilitate carnis infirmus, aut
compede conſuetudinis alligatus: qua-
les multos eſſe nouimus & dolemus,
quibus diſplicent mala quæ faciunt,
ſed fragilitate vel conſuetudine tracti
ſeu victi, operantur quod deteſtantur.
Quia caro concupiſcit aduerſus ſpi- Gal.5
ritum, & ſpiritus concupiſcit aduer
ſus carnem. Peccant tamen magis
ſub domino, quam contra dominum,
ſemper de pœnitentia cogitantes, & de
miſericordia confidentes: qualis erat
Zachæus, qui deſiderabat videre Ieſum,
tanquam qui meditabatur de venia,
ſed non poterat præ turba, tanquam
qui detinebatur à culpa, ratione repu-
gnans, ſed ſenſualitate ſuccumbens. Ad
hoc vtique pertinet quod inquit Pſal-
miſta: Concupiuit anima mea deſidera-
re iuſtificationes tuas. Ille iuſtificatio- Iuſtificationes dei qs deſiderare concupiſcat.
nes Dei concupiſcit deſiderare, qui nõ-
dum perfecte deſiderat, ſed vt perfecte
deſideret concupiſcit. Quemadmodum
quidam dolẽt, quia dolere non poſſunt,
ſed dolent vt doleant, id eſt, vt dolor
inefficax dolorem inferat efficacem. Præ
cedit enim in peccatoribus quiddam, Loc' corruptus.
ſcilicet quodlibet verbum iuſtificatio-
ne dignum, id eſt, vt habiles iuſtificatio
nibus inueniantur. Quærebat ergo Za-
chęus videre Ieſum quis eſſet, ſed prę tur
ba non poterat. Quia muſcæ morientes Eccl.10 Turba impedit.
perdunt ſuauitatẽ vnguenti. Turba nan
que turbabat, ſiue malorum hominum,
ſiue malignarum cogitationum, ſiue dæ
monum malignorum, qui ſemper indu
cunt, ſuggerunt, pertrahunt ad peccan-
dum. Vnde legitur q̃d cum cæcus clama Luc.18
ret, miſerere mei fili Dauid, qui præibãt
increpabãt eum, vt taceret, ipſe vero mul
to magis clamabat: Fili Dauid miſere-
re mei. Quia quanto magis contra nos
inſurgit turbatio, vel dæmonum, vel co
gitationum, vel hominum, tanto magis
debemus inſiſtere, vt tentationes huiuſ-
modi repellamus, ne per ignorantiam
vel negligẽtiam obdormiamus in mor-
tem: ſed per ſolicitudinem & vigilan-
tiam reſurgamus ad vitam: exemplo Za
chæi, qui præcurrens aſcendit in arbo-
rem ſycomorum, vt videret Ieſum, quia
inde erat tranſiturus. Nullus ergo, pro
eo quod in aliquo præoccupatus eſt de-
licto, negligendo diffidat, aut negli-
gat

gat diffidendo, ſed præcurrens aſcendat in arborem ſycomorum. Ecce Zachæus de ſalute ſolicitus, contra quatuor impedimenta, quatuor inuenit ſuffragia, per quatuor argumenta. Nam quia diues erat, dimidium bonorum ſuorum dedit pauperibus: & quia princeps erat publicanorum, ſi quem defraudauit, reddidit quadruplum. Rurſus, quia ſtatura puſillus erat, aſcendit in arborem ſycomorum: & quia præ turba videre nõ poterat, præcurrit, & ita poſt ſe turbam dimiſit. Sic & nos fratres, quoties in via Dei ab aduerſantibus impedimur, argumentoſi & ſtudioſi ad opportuna ſuffragia recurramus, nec deficiamus in via, ſed potius expediti proficiſcamur ad patriam. Præcurrens ergo Zachæus, turbã dimiſit poſt ſe: quia peccator volens ad veniam properare, debet poſt ſe deſerere malos homines, cogitatiões malignas, & dæmones malignantes, quoſque per turbam prædiximus deſignari: vt in iſtis non hæreat, his nõ ſuccumbat, illis non acqeſcat: ſed quanto magis impugnant, tanto magis repugnet, vt expugnet potius impugnantes eius exemplo, quem quanto plus increpabant turbæ, quæ præibant, vt taceret, tanto magis clamabat: Fili Dauid miſerere mei. Vincat ergo piæ poſtulationis clamor, impiæ ſuggeſtionis clamorem, vt præualeat ſpiritus contra carnem: vt cum fuerit ſeparatus à malis, diuiſus à pſidis, & diſcretus à prauis, aſcendat in arborem ſycomorũ, vt Ieſum inde videat tranſeuntem.

Quatuor ſalutis ſuffragia.

Moraliter

Turba relinquenda quæ ſit.

Sycomorus eſt celſa, &, vt à quibuſdã dicitur, ficus fatua. Hæc eſt ſane crux Chriſti: quæ ab infidelibus ſtultitia reputatur. Et, Prædicamus, inquit Apoſtolus, Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. Huius arboris aſcenſum alia quoque ſcriptura proponit: Aſcendam, inquit, in palmam, & apprehendam fructus eius. Palma, quæ eſt ſignum victoriæ, fidem crucis deſignat, De qua dicit Ioannes: Hæc eſt victoria, quæ vincit mũdum, fides noſtra. Quæ comprehendit cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum. Fructus huius arboris eſt purpureus, ſuccinum habẽs ſanguineum: quia fructus vitæ, quæ pependit in cruce, ſanguinem ſuum pro nobis effudit.

Sycomor⁹ myſtice qd

1. Cor. 1

Cant. 7 Palma qd deſignet.

1. Ioan. 5

Ephe. 3

Qui vult ergo videre Ieſum tranſeuntem, aſcendat in arborem ſycomorum: quia Ieſus, id eſt, ſaluator, videri non poteſt, niſi de loco ſalutis, id eſt, de cruce, per quam Deus, rex noſter ante ſecula, operatus eſt ſalutem in medio terræ, in loco Caluariæ. Vnde quum Moyſes poſteriora domini vidit, legitur quod in foramine petræ ſtetit. Quum enim petra ſignificet Chriſtum, Secundum illud: Petra autem erat Chriſtus, recte foramina petræ, vulnera Chriſti deſignant. Propter quod alibi legitur: In foraminibus petræ, in cauernis maceriæ, oſtende mihi faciem tuam: quia qui vult faciem Chriſti videre, debet in foraminibus petræ, hoc eſt, in vulneribus Chriſti, per fidem paſſionis & crucis ſtare. Aſcendit ergo Zachæus in arborem ſycomorum, vt videret Ieſum, quia inde erat tranſiturus. Erat enim in loco, vbi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nõdum quiſquam poſitus fuerat. Ibi ergo propter Paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum. Vnde tranſiuit de morte ad vitam, de mundo ad patrem, quemadmodum dicit Ioannes: Sciens Ieſus quia eius hora venit, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.

Ieſum videre volẽti quid ita cicundum.

Pſal. 73

Exod. 33

1. Cor. 10 Foramina petræ qd deſignẽt.

Cant. 2

Standũ eſſe in foraminibus petræ.

Ioan. 19

Ioan. 13

Et cum veniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus vidit illum. Ab æterno vidit eũ prędeſtinationis inſpectu, Iuxta quem modum inquit Nathanaeli: Priuſquam te Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu, vidi te. Sed quum in plenitudine temporis venit ad locum Caluariæ, in quo pro peccatorum ſalute voluit crucifigi, ſuſpiciens vidit eum & alios peccatores miſerationis intuitu, quatenus eos benigne reſpiciens redimeret & ſaluaret. Et ecce quum Zachæus aſcendiſſet arborem ſycomorum, vt videret Ieſum, legitur quod Ieſus ſuſpiciens vidit Zachæum: quia niſi viſus fuiſſet, vbi potuiſſet videre veritatem? quemadmodum niſi lux lucernæ, vel ſolis prius videat oculos hominis, quãtumlibet

Ioan. 1

aperiat oculos homo, non poteſt videre lucernã vel ſolē. Chriſtus aũt eſt veritas, [Ioan 1] Chriſtus eſt ſol, Chriſtus ē lux vera, quę illuminat oēm hominem venientem in [Matt. 26] hunc mundum. Vnde legitur: Reſpexit dominus Petrũ, & ſtatim exiēs foras, fleuit amare. Dixitq; dñs ad Zachęum: Zachæe feſtinans deſcende, qa hodie in domo tua oportet me manere. Cõmendatur [Aſcenſus laudabilis] aſcenſus, qa prę currens aſcendit. Cõmendatur & [Deſcenſus bonus.] deſcenſus, quia feſtinans deſcendit. Aſcendit per fidem, vt videret Ieſum: deſcendit per humilitatem, vt ſuſciperet ipſum. [Eſaiæ 66] Super quem, inquit, requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum, & trementem ſermones meos? [Ephe. 3] Nam qui deſcēdit, idem eſt & qui aſcendit. [Gen. 28] Et Iacob vidit ſcalam, ſummitas eius cœlos tangebat, & angelos aſcēdentes & deſcendentes per eam. Ergo feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Quaſi diceret: Iam es illuminatus per fidem, quapropter vide per fidem. Tenebris fugatis erroris, opportunum eſt non mihi, ſed tibi (quia ego non indigeo bonorum tuorum, ſed tu ſine me nihil potes facere) vt in domo tua faciam manſionem, non tã quam hoſpes diurnus, ſed tanquam perpetuus habitator. Quoniam qui perſeuerauerit vſq; in finem, ſaluus erit. [Matt. 10] Domo quidem, non tam materiali, quæ cõſtruitur ex lapidibus, quam ſpirituali, quę ex virtutibus fabricatur. Plus obtinuit quã ſperauit: qa contentus erat vt aſcendens in arborem videret Ieſum: ſed Ieſus non ſolum ſe illi videndum oſtendit, imo & in domo ſua dignatus eſt hoſpitari. Per quod conncitur & colligitur manifeſte, quia & dimittit quæ conſcientia metuit, & adncit quod oratio non pręſumit.

Porro, quia non auditores legis, ſed factores iuſti ſunt apud Deũ, [Rom. 2] Zachæus, nõ tardus & obliuioſus auditor, ſed ſtudioſus & diligens executor, feſtinans deſcendit, & ſuſcepit illum gaudēs. Per q̃d [Obediētia qualis eſſe debeat.] moraliter inſtruitur Chriſtianus, vt nõ cum mora vel tarditate, nõ cũ tædio vel deſidia, diuinum exequatur mãdatum. Iuxta quod dicit Apoſtolus: Obediētia ſine mora. Sed nec cum triſtitia vel dolore, cum murmure vel querela diuinã exerceat ſeruitutem. Quia ſecundum eundem Apoſtolum: Hilarem datorem diligit Deus. [1. Cor. 9]

Feſtinans ergo deſcendit, & ſuſcepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabant, quod ad hominem peccatorem diuertiſſet.

Quidã ex inuidia, & quidam ex ignorantia murmurabant: ſed vtrunq; murmur erat iniuſtum, tanquam ſi quilibet murmuraret, q medicus diuerteret ad egrotum. Perinde quidem, quod Saluator ad peccatorē diuertere dignabatur. Vnde cum phariſæi dixiſſent apoſtolis: [Matt. 9] Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magiſter veſter? Ieſus audiens ait illis: Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Et Petrus attonitus miraculi nouitate, [Luc. 5] dixit ad dominũ: Exi à me domine, qa homo peccator ſum, cum potius dicere debuiſſet, intra ad me domine, quia homo peccator ſum: quoniam niſi lux accedat, tenebræ non recedunt.

Stans autem Zachæus dixit ad dñm: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

Quãtum pſentia profecit ſaluatoris, [Præſentia Chri quãtũ pfuerit Zachæo.] ſalutis effectus oſtēdit. Nam q fuerat iniquus p fraudem, factus eſt iuſtus per fidē: & q fuerat princeps publicanorũ & ipſe diues, factus eſt pater egenorũ & ipſe paup. Vnde nõ immerito nomē eius vocat Zachęus, q̃d interptatur iuſtificatus. [Zachæus qd interpretetur.] Ecce, inqt, dimidiũ bonorũ meorũ dñe do paupibus, & ſi qd aliquē defraudaui, reddo quadruplũ. Quia vero ſi recte offeras, non aũt recte diuidas, peccaſti, Zachæus tanq̃ prouidus & diſcretus, & recte obtulit, & recte diuiſit: qa dimidium bonorũ ſuorũ dedit pauperibus, & ſi qd aliquē defraudauit, reddidit quadruplũ. Dedit ſua, & reddidit aliena. [Auguſt.] Quia nõ dimittitur peccatũ, niſi reſtituatur ablatũ. Et q facit eleemoſynã de rapina pauperis, ac ſi victimet filium in conſpectu patris. Deus iniqua munera non acceptat, [Munera iniqua nõ acceptat Deus.] præſertim quæ fuerunt de ſacrilegio vel de furto, de rapina vel vſura, in quibus, quia non transfertur dominium, ira magis q̃ miſericordia prouocatur. Quidam cum habeant multum, dant parum: cum habe-

habeant carum, dant vile: cum habeant proprium, dant alienum: cum dare debeant egenis, dant hiſtrionibus. Zachæus autẽ & recte obtulit, & recte diuiſit: dando non parum, ſed multum. quia dedit dimidium, Non vile, ſed carum: quia dedit dimidium bonorũ, Non alienum, ſed proprium: quia dedit dimidium bonorum ſuorum, Non hiſtrionibus, ſed egenis: quia dedit dimidium bonorum ſuorum pauperibus.

Zachæus quõ rectè obtulerit, & rectè diuiſerit.

Omni tempore debemus indigentibus ſubuenire, ſed præſertim hoc tẽpore, in quo Deus ſterilitatem & famẽ induxit, in vno ſimul eodemq; negocio & miſericordiam exhibẽs, & iuſtitiã manifeſtãs: vt cũ pro peccatis noſtris per famis inediam nos flagellat, iuſtitiæ ſuæ rigorem oſtẽdat: & cũ ſubueniẽdi pauperibus occaſionem exponit, miſericordię cauſam impendat: quatenus cum flagellum Dei portauerimus patiẽter, & indigentibus liberaliter ſubuenerimus, liberemur vtique per iuſtitiã, & p miſericordiã coronemur. Qui aũt in tantæ neceſſitatis articulo nõ cõtentus etiam ſupflua retinuerit, ſciat ſe tot mortibus eſſe dignum, q̃t inopes propter ipſius auaritiã moriuntur: aut ſaltem tot eſſe puniendũ ſupplicijs, quot pœnis ſupplices affliguntur. Nam qui habuerit ſubſtantiã huius mundi, & viderit fratrẽ ſuum neceſſitatẽ habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quõ charitas Dei manet in illo? Nec ſe quiſquã excuſet: qa ſufficit, vt vnuſquiſq; tribuat ſecũdum propriã facultatem. Si multũ ei fuerit, abundanter impendat: ſi exiguũ, etiã de exiguo libenter ſtudeat impartiri: ita q̃d neceſſitati aliqd ſubtrahat, & ſupfluitati auferat totum, ex toto reſtituẽs alienum, non ſemp in ſimplũ, ſed interdum in quadruplum. Res enim aliena ſubripitur aliquando per induſtriã ſcienter, aliquando per negligentiã ignoranter. Cũ vero res aliena ſubripiebatur ſcienter, ſi res exſtabat, ſecundũ legis iuſtitiã, reſtituebatur in duplum: ſi nõ exſtabat, reſtituebatur in quadruplum, ſicut iubetur in Exodo. Si aũt res aliena ſubripiebatur per ignorantiã, reddebatur caput, & qnta pars deſup. Idẽ q̃q; fiebat de re furtiua, ſi furtũ latebat, & fur confitẽs ſponte reddebat, ſicut in libro Numeri repitur.

Indigentib⁹ q̃ tẽpore mag is ſubueniendum ſit.

Supflua retinentes quantum peccent.

1. Ioan. 3

Neminem excuſari à ſubuentione pauperum.

Tubi. 4

Res aliena dupliciter ſubripit, & quo reſtituenda ſit.

Exo. 22

Ait illi Ieſus: Hodie ſalus domui huic facta eſt eo q & ipſe filius ſit Abrahæ. Filius qdem, nõ carne, ſed fide, nõ ſucceſſione, ſed imitatione. Iuxta quod Veritas ait: Si filij Abrahæ eſtis, opa Abrahæ facite. Abraham credidit Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam: Zachæus aũt obedivit Ieſu, & factũ eſt ei in ſalutem. Abraham angelos dñi ſuſcepit hoſpitio: Zachęus aũt dñm angelorũ. Abrahã exultauit vt videret diẽ eius, vidit & gauiſus eſt: Zachæus aũt aſcendit in arborẽ ſycomorũ, vt videret illum tranſeũtem, & deſcendens ſuſcepit illum gaudens. Merito ergo ſalus domui huic facta eſt, eo q̃d & ipſe filius ſit Abrahæ.

Zachæus quõ filius Abrahæ fuerit.

Ioan. 8

Gen. 15

Rom. 4

Galat. 3

Gene. 18

Ioan. 8

Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere q̃d perierat. In hoc ſane iuſtificato plenitudo virtutum multipliciter aſſignatur, fides, ſpes, charitas, iuſticia, fortitudo, prudentia, tẽperantia, obediẽtia cum humilitate, hoſpitalitas cum hilaritate, miſericordia cum largitate. Fides, quia præcurrẽs aſcendit in arborem ſycomorum. Spes quia quęrebat videre Ieſum quis eſſet. Charitas, quia ſuſcepit illum gaudẽs. Iuſtitia, quia reddidit quadruplum. Fortitudo, quia ſtans dixit ad dñm. Prudentia, quia non ſolum dedit pauperibus, ſed reddidit defraudatis. Tẽperantia, quia non diſtribuit totum, ſed dedit dimidium. Obedientia cum humilitate, quia feſtinans deſcendit. Hoſpitalitas cum hilaritate, quia ſuſcepit eũ gaudens. Miſericordia cum largitate, quia dimidium bonorum ſuorum dedit pauperibus, & reddidit defraudatis.

Plenitudo virtutum in Zachęo

Fides.

Spes

Charitas.

Iuſtitia.

Fortitudo.

Prudẽtia.

Temperãtia.

Obedientia.

Hoſpitalitas.

Miſericordia.

Per fidem crucis aſcendit. Per ſpem quærebat videre Ieſum quis eſſet, vidit & gauiſus eſt. Hinc enim dñs ait: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Per charitatẽ ſuſcepit illum gaudens. Charitas enim gaudebat, quia veritatẽ ſuſcipiebat. Per iuſtitiã reddidit quadruplũ: quia nemo iuſtificatur à culpa, niſi reſtituat aliena. Per fortitudinẽ ſtabat, nõ iacebat vt debilis, ſed ſtabat vt fortis. Nã & Ieſus vt Stephanũ confortaret, non apparuit ei ſedens, ſed ſtãs: Ecce, inquit, video cœlos aptos, & Ieſum ſtantẽ à dextris Dei. Per prudentiã dedit pauperibus, & reddidit defraudatis: dedit proprium, & reddidit alie-

Lucę 11

Acto. 7

Decimas non reddẽtes grauiter peccãt alienum. Grauiter ergo peccant, qui decimas & primitias non reddunt ſacerdotibus, ſed eas pro ſua voluntate diſtribuunt indigentibus. Per temperantiam dedit nõ totum, ſed dimidiam partem: dedit ſuperflua, & retinuit neceſſaria, dicente Propheta: Cum videris nudum o-
Eſaiæ 58 peri eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Per obedientiam feſtinauit. Scriptũ eſt enim: Obedientia ſine mora. Per humilitatem deſcendit: quoniam qui ſe hu-
Luc. 18 miliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur. Per hoſpitalitatem cum hilaritate ſuſcepit eum gaudens: quoniam hilarem datorem diligit Deus. Per miſe-
2. Cor. 9 ricordiam cum largitate dimidium bonorum ſuorum dedit pauperibus, & id-
pſal. 111 Luc. 11 eo iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.
Eccle. 3 Scriptum eſt enim: Date eleemoſynam, & ecce omnia n[illegible]uda ſunt vobis. Quia ſicut aqua extinguit ignẽ, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Quis noſtrum chariſſimi, non dico dimidium, ſed vel quartum, vel ſextum, vel etiam duodecimum ſatagit pauperibus erogare? Quan-
Matt. 19 Marc. 10 Luc. 18 do ſecundum conſilium Ieſu Chriſti vẽdet vniuerſa quæ habet & dabit pauperibus, quando nec decimam reddit, quam reddere tenetur ex debito? Certe ſuper-
Matt. 24 abundauit iniquitas & refriguit charitas multorum. Zacheus autem dimidium bonorum ſuorum dedit pauperibus, & ſi quid aliquẽ defraudauit, reddit quadruplum.

Ex iſtis virtutibus domus illa cõſtruitur, in qua Ieſus habitare dignatur. Feſtinans, inquit, deſcende: quia hodie in
Dom⁹ triplex. domo tua oportet me manere. Eſt domus numinis, & eſt domus hominis, & eſt domus dæmonis. Domus Dei, p gratiam. Domus hominis per naturam. Domus dæmonis, per culpam. De prima le-
pſal. 92 gitur: Domum tuam domine decet ſanctitudo in longitudine dierum. De ſecũ-
Iob 4 da dicitur: Qui domo[illegible] habitant luteas, & terrenũ habent fundamentũ. De ter-
Matt. 12 tia ſcriptum eſt: Reuertar in domum meam vnde exiui.

Domũ dæmonis q̃ cõſtituant. Vitiorum tectum eſt ſupbia, quæ eſt initium peccati. Oſtium cõcupiſcentia,
Eccl. 10 1. pet. 2 Col. 3 q[illegible] militat aduerſus animam. Pauimẽtum auaritia, quæ eſt idolorum ſeruitus. Quatuor latera parietum, ſunt quatuor genera peccatorũ, videlicet peccatũ fragilitatis, per impotentiam: peccatum ſimplicitatis, per ignorantiam: peccatum ſecuritatis per negligentiam: & pecatum malignitatis per inuidintiã. In domo
Dom⁹ naturæ ex q̃b⁹ cõſtruatur. naturæ fundamentum eſt ratio, tectum memoria, oſtium intellectus, pauimentum voluntas, quatuor laterales parietes, quatuor naturales affectus, timor & ſpes, dolor & gaudiũ: Hinc cupiũt homines metuũt gaudẽtq; dolẽtq;. In domo
Dom⁹ gratiæ ex q̃b⁹ cõponat. Heb. 11 gratiæ, fundamentũ eſt fides, De q̃ dicit Apoſtolus: Fides eſt ſubſtãtia rerũ ſperãdarum, argumẽtũ nõ apparentiũ. Tectũ
Iac. 5 eſt charitas, de qua Iacobus ait. Charitas operit multitudinem peccatorum. Oſtium, obedientia, de qua dominus
Matt. 19 pſal. 118 ait: Si vis intrare ad vitam, ſerua mandata. Pauimentum, humilitas, de qua Pſalmiſta, Adhęſit pauimento anima mea. Quatuor laterales parietes, ſunt quatuor principales, virtutes, iuſtitia, fortitudo, prudentia, temperãtia. Hæc ſunt
Apo. 20 in Apocalypſi quatuor latera ciuitatis ęqualia. Feneſtræ ſunt hoſpital[illegible]tas cum hilaritate, & miſericordia cum larg[illegible]ate. Hæc eſt domus, de qua dominus ait:
Ioan. 14 Si quis diligit me ſermones meos ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãſionẽ apud eũ faciemus.

Verum & hæc ſacra baſ[illegible]ca domus eſt numinis & tẽplum dei. De qua dominus ait: Domus mea domus oratio-
Eſaiæ 56 Matt. 21 Luc. 19 nis vocabitur. In hãc domũ hodie venit Ieſus p dedicationis gratiã, & conſecrationis effectũ. Legitur enim quod templo Salomonis dedicato, cũ ſacerdotes dicerẽt, cõfitemini d[illegible]o qm̃ bonus, q̊niã
3. Reg. 7 in ſeculũ miſericordia eius, nebu[illegible] iple uit domũ dñi, & obũbrauit facies ſacerdotum, ita quod ſe inuicem vid[illegible]re non poterant. Et ait Salomõ: Dñs dixit v[illegible]t habitaret in nebula. Dixit, i. opere demonſtrauit, quoniã in monte Sina a[illegible]paruit
Exo. 19 Exo. 24 Exo. 33 in nebula, & Iſrael in nube p̃ceſſit, & ante Moyſen poſitum in cauerna pertranſiuit in nebula. Expreſſum myſterium, ſed alias expo[illegible]ndum.

Rom. 15 De cętero fratres, quia quęcunq; ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſ[illegible]nt, imitemur Zacheũ, vt i domo noſtra Ieſus habitare digneẽ, Qui eſt ſu[illegible]o[illegible] Deus benedictus in ſecula ſeculorũ. A[illegible]ẽ.

DVI

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III. SERMONES PER FESTIVITATES SANctorum totius anni, iam primum inuenti, & in lucem ad gloriam Chriſti, honoremque Sanctorum ſuorum, editi.

IN SOLENNITATE NATIVITAtis domini noſtri Ieſu Chriſti

De multiplici uerbo, de carnis quadruplici acceptione, & cur uerbum caro factum ſit.

SERMO I.

Ioan. 1

VERbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Iuxta cõmunẽ ſenſum loquendi, multis modis accipitur verbum. Eſt enim verbum quod corde cõcipitur, verbum quod ore profertur, verbum quod calamo ſcribitur. Corde concipitur intellectus, ore profertur ſonus, calamo ſcribitur ſignũ. Intellectus in mente, ſonus in aere, ſignũ eſt in margine. Quia vero ſpiritus eſt qui viuificat, de carnalibus ad ſpiritualia tranſeamus: caro enim non prodeſt quicquam.

Ioan. 6

Verbũ humanum.

Eſt enim verbum humanum, & verbum diuinum. Verbum humanum tranſit prolatum: verbum diuinũ permanet natum. De illo dicit poeta: Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum. De iſto dicit Propheta: Verbum domini manet in æternum, cogitationes cordis eius in generatione & generationem. Verbum Dei patris eſt Dei filius, per quem ipſe dixit & facta ſunt, mãdauit & creata ſunt. Nam omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Sicut enim per verbum exprimitur intellectus, ita per filium pater innotatur, Iuxta quod ipſe dicit in Euãgelio: Pater, ego clarificaui te ſuper terram, ego manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo. Propter quod ipſe filius ſermo patris & nomen patris nuncupatur. Scriptum eſt enim: Omnipotens ſermo tuus domine à regalibus ſedibus venit. Et alibi: Ecce nomẽ domini venit de longinquo. Eſt aũt hoc verbum conceptum, prolatum, & ſcriptum. Conceptum, ſecundum natiuitatem diuinam, Prolatum, ſecũdum natiuitatem humanam, Scriptum, ſecũdum natiuitatẽ gratuitam. Secũdum natiuitatem diuinam, conceptum de patre, Secundum natiuitatem humanam, natum ex matre, Secundum natiuitatẽ gratuitam, ſcriptum in mente. De patre naſcitur æternaliter, De matre temporaliter, In mente ſpiritualiter. Aeternaliter cõceptus de diuinitatis arcano, Temporaliter profertur ex matris vtero, Spiritualiter ſcribitur digito Dei. De verbo concepto ſecundum diuinam natiuitatem ex patre dicit Ioannes: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. De verbo prolato ſecũdum natiuitatem humanam ex matre loquitur Eſaias: Verbum miſit dominus in Iacob, & cecidit in Iſrael. De verbo ſcripto ſecundum natiuitatem gratuitam

Verbũ diuinum. Pſal. 38 Ioan. 1 Pſal. 38 Ioan. 17 Sapien. 18 Eſaiæ 31 Ioan. 1

Lucæ.3 tuitam in mente Lucas teſtatur: Factum eſt verbum domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.

Eſt autem verbum supernũ, verbum internum, & verbũ externum. Verbum ſupernum, Deus & caro, verbum internum, ſpiritus & vita, verbum externum, ſemen & gladius. Verbum Deus ſecundum æternitatem, quoniã in principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Verbum caro ſecundum humanitatem, quia verbum ca-
Ioan.1 ro factum eſt, & habitauit in nobis. Verbum ſpiritus, intelligentibus. Verbum
Ioan.6 vita, credentibus. Vnde: Verba quę locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Verbum ſemen in propagandis virtutibus.
Luc.8 Vnde: Semen eſt verbum Dei. Verbum gladius, in vitijs amputandis. Vnde: Et
Ephe.6 gladius ſpiritus, quod eſt verbum Dei.

Sane fit verbũ caro, fit panis caro, fit homo caro. Verbum fit caro per vnionem, Panis fit caro, per cõuerſionem, Homo fit caro, per commixtionem. Per vnionem perſonalem, per cõuerſionem ſacramentalem, per commixtionem carnalem. De primo dicitur: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. De ſe-
Ioan.6 cundo legitur: Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. De tertio ve-
Gen.2 ro ſcribitur: Propter quod relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Nomine carnis, quandoq; deſignatur natura, quãdoq; perſona, quandoq; fragilitas, quandoq; carnalitas. Natura, cum dici-
1.Cor.15 tur: Alia eſt caro piſcium, alia volucrum, alia iumentorum. Perſona, cum dicitur: Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri.
Gene.6 Fragilitas, vbi dicitur: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, qa
1.Cor.15 caro eſt. Carnalitas, vbi dicitur: Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. Cum ergo dicitur, verbum caro factum eſt, nomine carnis intelligitur vel habitus vel humanitas. Verbum enim caro factum eſt, id eſt, Deus eſt incarnatus:
Rom.1 quia factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem.

Ac per hoc ſoluitur quæſtio illa, qua dicitur: Quum homo ſufficienter ex anima conſiſtet & carne, cur propter vnam partem verbum dicitur caro factum, & propter alteram, verbum non dicitur factum anima: pręſertim cum maior ſit ſimilitudo inter verbum & animã, quam inter verbum & carnem? Quia ſcilicet incarnatum ſignificat habitum, id eſt, carne veſtitum: quod conuenit verbo. Animatum vero ſignificat vitam, id eſt, anima vegetatum, quod verbo non conuenit. Verbum enim non viuificatur ab anima, ſed potius viuificat animam. Vel per ſynecdochen verbum dicitur caro factũ, id eſt, Deus factus homo. Nam homo factus eſt in ea, & ipſe fundauit eam Pſal. 86
altiſſimus, ſecũdum quod alibi dicitur: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem Ioel.2
carnem. Antequam verbum caro fieret, procul habitabat à nobis: Vbi vero factum eſt caro verbũ, habitabat in nobis: nõ ſolum per gratiam, verum etiam per naturam. Hic enim eſt Deus noſter, qui ſecundum Prophetam in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus Baru.3
eſt: os ex oſſibus noſtris, & caro de carne noſtra. Illos autem inhabitat, quos templum ſpiritus ſanctus conſtituit, ſicut dicit Apoſtolus: Templum Dei ſanctum 1.Cor.3
eſt, quod eſtis vos. Propter quod ipſe dominus dicit in Euangelio: Si quis diligit Ioan.14
me, ſermonem meũ ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Et iterum: Vobiſcum, inquit, ero vſq; ad conſummationem ſeculi. Matt.28

Quatuor enim ex cauſis, verbum factum eſt caro: vt ſuperbos humiliaret, vt inimicos reconciliaret, vt ſeruos redimeret, vt amicos nutriret. Propter q̃tuor cauſas verbũ factũ eſt caro.

Quum enim in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Phil.2
Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. Quod Apoſtolus dicit exinaniuit, Propheta dicit abbreuiatum: Verbum, inqt, Eſaiæ.10
abbreuiatum faciet ſuper terram dominus. Vitium quippe ſuperbiæ, per humilitatis virtutẽ oportuit expiari: quia contraria contrarijs curantur: vt quantum fuit ſuperbiæ vitium, tanta foret virtus humilitatis. Vitium autem ſuperbiæ tantum fuit, vt homo vellet eſſe ſicut Deus, ſicut ſerpens illi promiſerat: Eritis ſicut Gen.3
dij, ſci-

Gen. 3 dij,ſcientes bonum & malum. Tanta er
go debuit eſſe virtus humilitatis, vt
Deus fieret ſicut homo. Iuxta quod di
cit Apoſtolus: Cum in forma Dei eſſet,
non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqua
lem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit,
formā ſerui accipiens, in ſimilitudinem
hominis factus, & habitu inuentus vt
homo. Verbum ergo factum eſt caro, vt
daret nobis humilitatis exemplum: qua
tenus qui ſuperbi receſſimus, humiles
Eccl. 10 redeamus. Initium enim omnis peccati
eſt ſuperbia. Per hanc angelus peccauit
Eſa. 14 in cœlo, qui dixit: Ponam ſedem meam
ad aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo.
Per hanc homo peccauit in paradiſo,
cui dictum eſt: Eritis ſicut dij, ſcientes
bonum & malum. Hoc vitium primum
in peccante, vltimum in pœnitente: quo
accedente peccatum committitur, quo
recedente peccatum dimittitur: quia
quam cito mandatum contemnimus di
uinum, tam cito cōtra dominum ſuper
bimus: & quam cito pro peccato com-
pungimur, tam cito coram Deo humi-
liamur. Verbum ergo factum eſt caro,
vt ſicut humiliatus eſt Deus pro homi-
ne, dominus pro ſeruo, creator pro cre-
atura, ita humilietur homo pro Deo, ſer
uus pro domino, creatura pro creatore:
Luc. 14 quoniam qui ſe humiliat exaltabitur,
& qui ſe exaltauerit, humiliabitur. Deus
Iaco. 4 enim ſuperbis reſiſtit, humilibus aūt
dat gratiam. Inter Deum & hominem
grauis erat inimicitiarū diſcordia, quo-
niam homo ſeruum ſubtraxit & abſtu-
lit Deo, quem tradidit & ſubiecit diabo
lo. Pax igitur inter eos fieri rationabi-
liter non poterat, niſi damnum q̄d intu
lerat reſtauraret. Homo vero nihil habe
bat, quod digne Deo recōpenſaret pro
damno: quia ſi quid Deo de rationabili
redderet creatura, pro rationabili ſubla
ta ſubſtantia, minus eſſet: ſed hominem
non poterat digne reſtituere, quia iuſtū
& innocentem abſtulerat, & neminem
niſi peccatorem inueniebat. Videns ita
que Deus hominem ſua virtute non poſ
ſe iugum damnationis euadere, primo
pręuenit eum per ſolam miſericordiam,
vt deinde liberaret etiam per iuſtitiam.
Vt ergo Deus placari poſſet ab homi-
ne, dedit Deus homini gratis, ꝙ homo
pro debito redderet Deo. Dedit igitur
homini hominē, quem reſtitueret ho-
mo pro homine: qui vt recompenſatio
digna fieret, priori non ſolum eſſet æ-
qualis ſed maior. Quocirca verbum ca-
ro factum eſt, vt daretur hominibus De
us homo, ſicut prædixerat Eſaias: Puer
natus eſt nobis & filius datus eſt nobis,
quatenus inter Deum & hominem legi
time mediaret. Si enim alterius tantum Eſa. 9
eſſet naturę, non vtriuſq; cōmunis, q̄circa
nec eſſet idoneus, vt inter eos pacis fęde
ra reformaret. Mediator enim vnius nō Gal. 3
eſt, vt inq̄t Apoſtolus: & ob hoc in nati-
uitate Chriſti cœleſtis militiæ multitu-
do pſallebat: Gloria in excelſis Deo, &
in terra pax hominibus bonæ volunta- Luc. 2
tis. Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit
vtraq; vnum. Lapis angularis, q duos e Ephe. 2
diuerſo parietes in vno nouo homine Ibidem.
copulauit. Poterat Deus hominem ſolo
verbo p potentiam liberare, ſed maluit
eū redimere ꝓcio per iuſtitiam, vt eum
non ad potentiā, ſed ad iuſtitiam inuita
ret. Et iuſtum erat, vt homo per pecca-
tum pœnæ redimeretur à debito culpæ:
placando per pœnam, quem offenderat
p culpam. Nullius enim pœna ſufficere
poterat ad precium redemptionis hu-
manæ p omnibus: ꝓſertim cum qlibet
eſſet debitor pœnę: non ſolū ex iniq̄tate
cōmiſſa, verū etiā ex labe contracta. Nā 1. Ioan. 1
ſi dixerimus, quia peccatū nō habemus,
noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis Pſal. 13
non eſt. Oēs declinauerunt, ſimul inu-
tiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonū,
non eſt vſq; ad vnum. Quocirca ꝟbum
caro factum eſt, vt i carne mundiſſima,
quę prſus eſſet immunis à culpa, ſuſtinē
do pœnam indebitā, ꝓcium redemptio
nis humanæ Deo perſolueret, factus o-
bediens vſq; ad mortē, mortē autem cru Phil. 2
cis. Redēpti enim ſumus, nō corruptibi 1. Pet. 1
li auro vel argento, ſed precio magno,
ſanguine agni immaculati. Hic eſt ſum- Nu. 35
mus ſacerdos, in cuius morte rei q ſuge
rant ad ciuitatem refugij, ſecuri reuerte-
bantur ad ꝓpria. Suſcepit igit in ſe pœ-
nā p omnibus, vt daret p ſe gloriam v-
niuerſis, Eſaia teſte q ait: Vulneratus eſt Eſa. 53
ꝓpter iniq̄tates noſtras attritus eſt pro-
pter ſcelera noſtra, diſciplina pacis no-
ſtræ ſup eū, & liuore eius ſanati ſumus.

Vere lãguores noſtros ipſe tulit & dolo
res noſtros ipſe portauit. Cãrnem autẽ
aſſumptam non ſolum dedit pro nobis
in precium, vt redimeret nos à morte,
verum etiam dedit eum nobis in cibũ,
vt aleret nos ad vitam. Secundum quod
Ioan. 6 ipſemet pollicetur: Panis quem ego da-
bo caro mea eſt, pro mundi vita, vt ſicut
per cibum, mors intrauerat in orbem,
ita per cibum vita rediret ad orbem. Si-
cut enim corporalis vita, ſine corporali
cibo non poteſt ſubſiſtere, ita ſpiritua-
Ibidem. lis vita, ſine ſpirituali cibo nõ poteſt nu-
triri. Niſi manducaueritis, inquit, carnẽ
filij hominis, & biberitis eius ſangui-
nem, non habebitis vitam in vobis. Ver
bum itaq; caro factum eſt, vt quod erat
cibus angelorum ſecundum diuinita-
Pſal. 77 tem, fieret cibus hominum ſecundum
humanitatem: vt panem angelorum
Sap. 16 manducaret homo, omne delectamen-
tum in ſe habentem, & omnem ſaporis
1. Cor. 11 ſuauitatem. Probet autem ſeipſum ho-
mo, & de pane iſto ſic edat, & de calice
bibat. Nam qui panem iſtum mandu-
cat indigne, iudicium ſibi manducat,
non diiudicans corpus domini. Sicut e-
nim bonus ſuſtinendo mortem vitam
acquirit: ita malus ſumendo vitam, mor
tem incurrit. Nos ergo fratres tantę gra
tiæ non ſimus ingrati, ſed redemptori
noſtro digniſſimas grates pro tanta gra
tia referamus, humiliter implorantes, vt
qui factus eſt particeps noſtræ naturæ,
faciat nos participes ſuæ gloriæ, Ieſus
Chriſtus dominus noſter, qui eſt per
omnia Deus benedictus in ſecula ſecu-
lorum, Amen.

In eadem ſolennitate

Quomodo nouum multis modis in ſcriptura accipiatur, deque triplici nouitate in Chriſti natiuitate facta, & de tribus illius nominibus.

SERMO II.

Hiere. 31 NOuum faciet dominus ſup
terram, fœmina circundabit
virũ, gremio vteri ſui. Nouũ
in ſacra ſcriptura multis mo
dis accipiť. Nã nouum dicitur innouãs,
& nouũ dicitur innouatũ, nouũ dicitur
recens, & nouũ diciť inſuetũ, nouũ dici-
tur vltimũ, & nouũ diciť miraculoſum.
Nouũ diciť innouãs, ſecundũ illud: Mã Ioan. 13
datum nouum do vobis & diligatis in-
uicem, ſicut dilexi vos. Nouũ dicitur in-
nouatũ, ſecundum illud: Vidi cœlũ no- Apoc. 21
uum & terram nouã. Et dixit, qui ſede-
bat in throno: Ecce noua facio omnia. Mar. 2
Nouũ dicitur recens, ſecundũ illud: Ne
mo mittit vinũ nouum in vtres veteres.
Nouum diciť inſuetũ, ſecundum illud:
Linguis loquentur nouis, ſerpentes tol
lẽt. Nouũ diciť vltimum, ſecũdum illud: Mar. 16
Tunc incipies cum rubore locũ nouiſ- Luc. 14
ſimum tenere. Nouum dicitur miracu-
loſum, ſecundũ illud: Innoua ſigna, &
immuta mirabilia. Nouũ ergo faciet do Eccle. 36
minus ſuper terrã. Nã à domino factũ
eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Pſal. 117
His omnibus modis nouum fecit domi
nus ſuper terram: quoniam fœmina cir
cundedit virum, gremio vteri ſui. Tunc
enim venit Propheta magnus, & ipſe re
nouauit Hieruſalem. Tunc conſumma
uit dominus teſtamentũ nouũ ſup Hie Hiere. 31
ruſalem, domũ Iſrael, & ſuper domũ Iu
da: non ſecundũ teſtamentum quod de
dit patribus eoꝝ, cũ exirẽt de terra Ae-
gypti. Tunc illud impletũ eſt: Vetuſtiſſi Leui. 26
ma veterũ comedetis, & nouis ſuperue-
niẽtibus, vetera proiicietis. Tunc eñ no Nouitas triplex in Chriſti natiuitate.
uum fecit dñs in perſona, nouũ fecit in
natura, nouum fecit in gratia. In perſo-
na, quia nouum fecit in matre, nouum
fecit in prole. In natura, quia nouum fe
cit in ſigno, nouũ fecit in modo. In gra
tia, quia nouũ fecit in fœdere, nouũ fe-
cit in munere. Nouũ fecit in matre, quia
virgo peperit virum, ſtella protulit ſo-
lem, filia concepit patrem, creatura crea
torem genuit: ſimul in vnũ mater & fi-
lia, genetrix & ancilla, quæ cum integri-
tate peperit, cum virginitate concepit:
quod ignis in rubo, quod fructus in vir
ga, quod ros in vellere præſignauerant.
Deſcendit enim ſicut pluuia in vellus,
& ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terrã. Pſal. 71
Hæc eſt porta in domo domini clauſa,
& vir non eſt ingreſſus per eam. Hæc Eze. 44
eſt illa, quæ prima & ſola maledictum
legis euaſit, qua dicitur: Maledicta ſte-
rilis in Iſrael, & propoſitum virginita-
tis impleuit: qͦniam antequam conueni
rent

Mat.1 rent inuenta eſt in vtero habẽs de ſpiritu
ſancto. Nouũ fecit in prole, quia domi-
nus factus eſt ſeruus, æternus factus eſt
puer, excelſus factus eſt paruulus, immẽ
ſus factus eſt localis, ſimplex factus eſt
compoſitus, immortalis factus eſt mor
talis, matris ſuæ pater, & filiæ ſuæ filius.
Deſcendit in matrẽ, ſed remanſit cũ pa-
tre, ſuſcepit humanitatẽ, ſed retinuit di-
Phil.2 uinitatẽ. Nam cũ in forma Dei eſſet, nõ
rapinã arbitratus eſt, eſſe ſe æqualẽ Deo
Ephe.9 &c̃. Puer natus eſt nobis, & filius datus
eſt nobis, & vocabitur nomen eius ad
mirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pa-
Pſal.16 ter futuri ſeculi, princeps pacis. Matri Si
on dicet homo, & homo natus eſt in ea,
& ipſe fundauit eam altiſſimus. Ecce no
uũ illud miraculoſum & inſuetũ, quod
fecit dominus ſuper terram, quando fœ
mina circundedit virũ, gremio vteri ſui.
Pſal.97 Ergo cantate domino canticum nouũ,
quia mirabilia fecit dominus. Nouũ fe-
cit in ſigno: quia Chriſto naſcente ſtel-
la Magis apparuit, ſecundum vaticiniũ
Nu.24 Balaam: Orietur, inquit, ſtella ex Iacob,
& exurget virga ex Iſrael. Octauianus
Auguſtus fertur in cœlo vidiſſe virginẽ
geſtantem filium ad oſtenſionem Sibyl
le, & ex tunc prohibuit, ne quis eum do
minum appellaret: quia natus erat rex
regum & dominus dominantium. Vn-
de poeta: En noua progenies cœlo di-
mittitur alto. Fons olei per totũ diẽ de
taberna emeritorum largiſſimus ema-
nauit: ſignans quod ille naſceret in ter-
ris, qui vnctus erat oleo præ cõſortibus
Pſal.44 ſuis. Templum pacis funditus corruit.
Romani ſiquidem pro pace perfecta, q̃
toti orbi ſub Auguſto imminebat, tem
plum pacis mirificũ conſtruxerant. De
quo conſulentes quamdiu deberet du-
rare, reſponſum eſt, donec virgo pariat.
Qui gaudentes reſponderũt: Ergo erit
1.Cor.1 æternum: quia nunquã virgo pariet. Sed
perdidit Deus ſapientiã ſapientiũ, & pru
dentiã prudẽtium reprobauit: q̃m in ho
ra dominicæ natiuitatis funditus corru
it. Cum enim plena pax & perfecta per
totum orbem vniuerſaliter abundaret,
quod nunquam ante cõtigerat, nec diu
poſt vnquam euenit, natus eſt Deus, for
tis, pater futuri ſeculi, prĩceps pacis. Vn
Pſal.71 de Propheta: Orietur in diebus eius iu-

ſtitia & abundantia pacis, donec auſe-
ratur luna. Et alius item Propheta: Pax
erit in terra noſtra cũ venerit. Ipſe enim
eſt pax Dei, quæ exuperat omnem ſen- Phi.4
ſum: Ipſe pax noſtra qui fecit vtraque v-
num: in cuius ortu cœleſtis militię multi Ephe.2
tudo pſallebat: Gloria in altiſſimis Deo, Luc.2
& in terra pax hominibus bonæ volun-
tatis.

Nouum fecit in modo, quia in ſua
natiuitate modnm humanæ conditio-
nis impleuit. Primus enim modus fuit
vt homo fieret nec de maſculo nec de
fœmina, ſicut Adam. Secũdus vero fuit,
vt homo fieret de maſculo nõ de fœmi-
na, ſicut Eua. Tertius fuit, vt homo fie-
ret de maſculo & de fœmina, ſicut Abel.
Quartus fuit, vt homo fieret de fœmi-
na, non de maſculo, ſicut Chriſtus, quẽ-
admodum admirans virgo dixerat ad
angelum: Quomodo fiet iſtud, quoni-
am virum non cognoſco? Et ſicut tres
ſunt perſonæ in vnitate ſubſtantiæ, ita
fecit, vt tres ſint ſubſtantię in vnitate per
ſonæ: vt ſicut trinitas perſonarum non
diſtinguit ſubſtãtiam, ita trinitas ſubſtã
tiarum non diſtinguat perſonam. Quo Luc.1
niam ſicut anima ratiõalis & caro vnus
eſt homo, ita Deus & homo vnus eſt
Chriſtus. Ecce nouum illud recens & vl
timum, quod fecit dominus ſuper ter-
ram, quoniam fœmina circundedit vi-
rum, gremio vteri ſui. Ergo cantate do
mino canticum nouum: quia mirabilia
fecit dominus. Nouum fecit in fœdere,
quia Deus in vtero virginali naturam ſi
bi coniugauit humanam. In vna perſo-
na ſponſum repræſentans & ſponſam,
dicente Propheta: Sicut ſponſo impo- Eſa.61
ſuit mihi mitram, & tanquam ſponſam
decorauit me corona. In ſole nãq; poſu- Pſal.18
it tabernaculũ ſuum, & ipſe tãquam ſpõ
ſus procedens de thalamo ſuo. Hinc il-
lud reſonat epithalamicum canticum:
Oſculetur me oſculo oris ſui: &, melio- Cant.1
ra ſunt vbera tua vino, fragrãtia vngẽtis
optimis. Huius coniugij ſacramen-
tũ illud nomen ſignificat, quod Prophe
ta prædixit: Vocabitur nomen eius E- Eſa.7
manuel. Ipſe namque vocatur Ieſus, vo-
catur Chriſtus, vocatnr Emanuel. Ieſus
ſecundum naturam diuinam, Chriſtus
ſecundum naturam humanã, Emanuel,

ſecundum vtramque. Ieſus enim inter-
pretatur ſaluator, & ipſe ſecundum q̃d
Mat. 1 Deus ſaluauit populum ſuum à peccatis
Abac. 3 eorum. Vnde in cantico Abbacuc: Ego
autẽ in dño gaudebo, gloriabor in Deo
Pſal. 44 Ieſu meo. Chriſtus interpretať inũctus,
& ipſe, ſecundum q̃d homo, vnctus eſt
oleo lætitię ꝑ conſortibus ſuis. Vnde in
Can. 1 Cantico canticorũ: Oleum effuſum no-
mẽ tuum. Chriſtus enim à chriſmate di
citur. Chriſma vero principaliter fit ex
oleo. Vnde nomẽ eius dicitur oleũ. Et q̃
niam à Chriſto cuncti fideles Chriſtia-
ni dicunť, ob hoc oleũ effuſum eſt nomẽ
Mat. 1 eius. Emanuel interpretatur nobiſcum
Deus, ſcilicet, homo Deus, vel Deus ho
mo. Vt enim inter Deum & hominẽ le-
gitime mediaret, vtpote qui neutri par-
ti ſuſpectus exiſteret, factus eſt Deus ho
mo, vtriuſque gerens in vna perſona na
Gal. 3 turam. Mediator enim nõ eſt vnius, De-
us autem vnus eſt: ſimul in vnum diues
& paup, ſacerdos & hoſtia, iudex & ad
1. Ioan. 2 uocatus. Aduocatum enim habemus a-
pud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, q
interpellat pro nobis: & ipſe eſt propi-
Heb. 5 tiatio pro peccatis noſtris: qui exaudiť
in omnibus pro ſua reuerentia. Ipſe ro-
gat ſe, & ipſe ſeipſum exaudit. Ipſe ſer-
uus rogat ſe dominũ, ipſe Deus exaudit
ſe hominem.

Nouum fecit in munere, quia Deus
factus eſt homo, vt homo fieret Deus.
Deus de cœlis ad terras deſcendit, vt ho
mo de terris ad cœlos aſcẽderet. Deus fa
ctus eſt ſeruus, vt hõ fieret liber: Deus fa
ctus eſt mortalis, vt homo fieret immor
talis. Deus factus eſt pauper, vt homo fie
Ioan. 3 ret diues. Tantum Deus dilexit mundũ,
vt filium ſuum vnigenitum daret ꝑ mũ-
Rom. 8 do. Nam proprio filio ſuo non pepercit
Deus, ſed ꝑ nobis omnibus tradidit il-
lum. Vix ꝑ iuſto quis moriť: nam ꝑ bo-
Rom. 5 ibidem. no qs mori audeat? Commẽdat autem
ſuam charitatem Deus in nobis, q̃niam
cum adhuc peccatores eſſemus, Chri-
ſtus ꝑ nobis mortuus eſt: & cum inimi-
ci eſſemus recõciliati ſumus Deo ꝑ mor
tem ipſius. Ecce nouum illud innoua-
tum & innouans, quod fecit dominus
ſuper terram, quando fœmina circun-
dedit virum gremio vteri ſui: circundãs
illum in vtero, à quo circundabatur in
ſeculo. Fœmina virgo, mulier illibata Hiere. 31
circundedit Deum verum, virum perfe
ctum, qui attingit à fine vſque ad finem Sap. 8
fortiter, & diſponit oñia ſuauiter: q per
Prophetam dicit: Cœlum & terram ego Hie. 23
impleo. Et ad quem dicit Propheta: Si Pſal. 138
aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcen
dero ad infernum, ades. Super omnia,
non elatus: ſubter omnia, non proſtra-
tus: inter omnia, non incluſus: extra om
nia, non excluſus. Cæterę mulieres con
cipiunt infantes, hæc autem fœmina cir
cundedit virum. Cæteræ mulieres acci-
piunt ex vtero viri: hæc autem fœmina
circundedit virũ gremio vteri ſui. Tunc
tempus produxit æternitatem, locus cõ
cepit immenſitatem, numerus compre-
hendit infinitatem. Ergo, cantate do-
mino canticum nouum, quia mirabilia
fecit dominus. Vt autem nouo regi cãti
cum nouum digne cãtare poſſitis, exui
te veterem hominem cum actibus ſuis, Col. 3
& induite nouum, qui ſecundum Deũ
creatus eſt. Expurgate vetus fermentũ, 1. Cor. 5
vt ſitis noua conſperſio. Non in fermen
to veteri, neq; in fermento malitiæ & ne
quitię: ſed in azymis ſynceritatis & veri
tatis, Ipſo pręſtante, qui eſt ſuper omnia
Deus benedictus in ſecula.

In eadem ſolennitate.

De tribus Chriſti natiuitatibus, quas in miſſis tribus in feſto nati domini repręſentat Eccleſia, & de ſex Chriſti nominibus, & cur non ſint plura aut pauciora.

SERMO III.

PVer natus eſt nobis & filius
datus eſt nobis, & vocabitur Eſa. 9
nomen eius admirabilis, con
ſiliarius, Deus, fortis, pater
futuri ſeculi, princeps pacis.

Sicut tres in Chriſto ſubſtantias fi-
des catholica confitetur, diuinitatem,
carnem, & ſpiritum: ita tres in ipſo na-
tiuitates ſcriptura ſacra teſtatur, diui-
nam ex patre, carnalem ex matre, ſpiri-
tualem in mente. Ex patre naſcitur
Deus, de matre natus eſt caro, in mente
naſci

naſcitur ſpiritus. Ex patre via, de matre
Ioan. 14 veritas, in mente vita. Ego ſum, inquit,
via, veritas, & vita. Ex patre naſcitur ſem
per, de matre natus eſt ſemel, in mente
naſcitur ſępe. O mira nouitas, & nouū
miraculum: vt idem ipſe naſcatur & ſem
per, & ſemel, & ſępe. De patre naſci-
tur ſemper, quoniam illa generatio eſt
æterna, De qua pater inquit ad filium:
pſal. 109 Ante luciferū genui te. Chriſtus enim
1. Cor. 1 eſt Dei virtus & Dei ſapientia, primoge
nita ante omnem creaturam, quæ de ſe
prouer. 8 dicit per Salomonem: Priuſquam fierēt
abyſſi ego iam concepta eram: ante col-
Ioan. 1 les ego parturiebar. Nam in principio
erat verbum, & verbum erat apud Deū,
& Deus erat verbum. De matre na-
tus eſt ſemel, quoniam illa generatio eſt
Eſa. 7 humana, De qua dicit Propheta, Ecce
virgo in vtero cōcipiet & pariet filium.
Iere. 31 Et alibi: Nouum faciet dominus ſuper
terram, fœmina circundabit virum gre
Ioan. 1 mio vteri ſui. Nam verbum caro factum
eſt, & habitauit in nobis. In mente na
ſcitur ſæpe, quoniam illa generatio eſt
Mala. 4 gratuita. De qua dicit ſcriptura: Timen
Apo. 3 tibus Deum orietur ſol iuſtitiæ. Sto, in-
quit, ad oſtium & pulſo, ſi quis aperue-
rit mihi, introibo ad illum, & cœnabo
cum illo, & ipſe mecum. Secundum
natiuitatem ęternam Chriſtus habet pa
trem ſine matre. Secundum humanita-
tem Chriſtus habet matrē ſine patre. Se-
cundū gratuitā Chriſtus habet patrē &
matrem, ipſo atteſtāte, qui ait: Quicunq;
Matt. 4 fecerit voluntatem patris mei qui in cœ
lis eſt, ipſe meus frater ſoror & mater eſt.

Has tres Chriſti natiuitates, in tribus
miſſis hodie repręſentat eccleſia. Primā,
in miſſa quæ cantatur in nocte. Secun-
dam, in miſſa quæ cantatur in aurora.
Tertiam, in miſſa quę cātatur in die. Ae-
terna quippe natiuitas eſt prorſus oc-
Eſa. 53 culta, vt de ea dicat Propheta: Genera-
tionem eius quis enarrabit? Ad quod ſi
gnificādum prima miſſa cantatur in no
cte. Carnalis natiuitas, partim occul-
ta, partim manifeſta. Occulta quantum
ad modum, manifeſta quantū ad factū.
Luc. 1 Quod admirans virgo dixit ad angelū:
Quomodo fiet iſtud, quoniam virum
nō cognoſco? Et reſpondit illi angelus:
Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & vir
tus altiſſimi &c. Ad qđ ſignificandū, ſe-
cūda miſſa cantat in aurora. Spiritualis
aūt natiuitas eſt clarius manifeſta, Chri Ioan. 14
ſto manifeſtante, q ait: Si qs diligit me
ſermonē meum ſeruabit. Chriſtus enī,
per affectum concipitur, per effectū na-
ſcitur, p profectum nutrit. Ad quod ſi-
gnificandum tertia miſſa celebratur in
die. Puer ergo natus eſt nobis: ſed de pa
tre natus eſt nobis, ad creationē, in mē-
te ad iuſtificationem, ex matre ad ſalua-
tionem. Ad creationē vt naturam daret.
Ad iuſtificatiōem vt daret gratiam. Ad
ſaluationem, vt daret gloriam. Ad crea
tionem ergo natus eſt de patre nobis.
Iuxta quod legit: Dixit Deus: Fiat lux, Gen. 1
id eſt, verbum protulit, hoc eſt, filium
genuit, per quem fecit lucem. Nam om- Ioan. 1
nia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo fa-
ctum eſt nihil. Ad iuſtificationē naſcit
nobis in mente. Iuxta quod legitur: Ti Mal. 4
mentibus Deum orietur ſol iuſtitiæ, id
eſt, lux quę iuſtificat, illa videlicet, q illu
minat omnem hominē venientē in hūc
mundū. Ad ſaluationē natus eſt nobis
ex matre. Iuxta quod legit: Paries quidem Luc. 1
filiū, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe Matt. 1
enim ſaluum faciet populū ſuum à pec-
catis eorū. Et filius datus eſt nobis. No-
bis autem datus eſt à Deo, vt Deo redde
retur à nobis pro debito. Inter Deum e-
nim & hominē grauis erat inimicitiarū
diſcordia, quoniam homo peccando ſeruū
ſubtraxit & abſtulit dño, quē tradidit &
ſubiecit diabolo. Pax igit inter eos ratio
nabiliter fieri nō poterat, niſi dānum qđ
intulerat reſtauraret. Homo vero nihil
habebat qđ digne Deo recōpenſaret p
dāno: qa ſi quid de rationabili redderet
creatura, p rationali ſublata ſubſtantia,
minus eſſet: ſed hominē non poterat di
gne reſtituere, qa iuſtū & innocentē ſu-
ſtulerat, & neminē niſi peccatorē inueni
ebat. Vidēs itaq; Deus hominē ſua vir-
tute nō poſſe iugū dānationis euadere,
primo p̄uenit eū per ſolā miſericordiā, vt
deinde liberaret etiā p iuſtitiā. Vt ergo
Deus placari poſſet ab homine, dedit
Deus homini gratis, qđ homo ex debi
to redderet Deo. Dedit igit hominē ho
mini, quē reſtitueret homo p homine: q
vt recōpenſatio digna fieret, priori non
ſolū eſſet æqualis, ſed maior. Quocirca

verbum caro factum eſt, vt daretur ho-
minibus Deus homo, ſicut pdixerat E-
Eſa. 9 ſaias: Puer natus eſt nobis, & filius da-
tus ẽ nobis. Filius ſpũaliter, iuxta quod
Rom. 8 dicit apoſtolus: Proprio filio ſuo nõ pe
percit Deus, ſed p nobis omnibus tradi
Gal. 4 dit illũ. Et iterũ: Cũ venit plenitudo tem
poris, miſit Deus filiũ ſuum, natũ de mu
liere, factũ ſub lege: vt deus q in ſapiẽtia
ſua mundũ creauerat, ſecundum illud:
Pſal. 103 Omnia in ſapientia feciſti dñe, ipſe mũ
dũ in eadẽ ſapiẽtia recrearet. Hæc eſt mu
Luc. 15 lier Euãgelica, q̃ accẽdit lucernã, vt dra-
gmã decimã, q̃ perdita fuerat, inueniret.
Propriũ ſibi filiationis nomẽ reſeruãs,
vt q erat in deitate Dei filius, idem fieret
in humanitate hominis filius. Puer er-
go natus eſt nobis, vt nos renaſcamur:
& filius datus eſt nobis, vt nos redima-
mur. Vt renaſcamur in gratiam, & redi
Ioan. 3 mamur in gloriam. vt renaſcamur ex a-
qua, & redimamur in ſanguine: quia niſi
qs renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſan-
1 pet. 1 cto, nõ intrabit in regnũ dei. Et redẽpti
ſumus nõ corruptibilibus auro & argẽ-
to, ſed pcioſo ſanguine agni imaculati.

Et vocabitur nomẽ eius admirabilis.
Sex huius pueri noĩa numerantur, nec
pauciora nec plura. Scitis enim fratres &
filij, qa ſecundũ arithmeticas ratioẽs nu
merorũ, alius eſt diminutus, alius perfe-
ctus, alius ſupabundãs. Diminutus eſt
cuius partes aggregatæ, minorẽ ſummã
conſtituunt, vt octenarius. Cuius partes
ſunt q̃ternarius, q̃ eſt medietas, & binari
us, q̃ eſt q̃rta, & vnitas q̃ eſt octaua. Quæ
ſimul aggregatę reddũt ſeptenariũ. Per-
fectus eſt ille, cuius partes aggregatę red
dũt eandẽ ſummã, vt ſenarius. Cuius par
tes aggregatæ, ſunt trinarius, q̃ eſt medi
tas, & binarius, q̃ eſt tertia, & vnitas q̃ eſt
ſexta. Quę ſimul aggregatę reddũt ean-
dẽ ſummã. i. ſenariũ. Supabundans eſt il
le, cuius partes aggregatę, maiorẽ ſum-
mã conſtituunt, vt duodenarius. Cuius
partes aggregatę ſunt ſenarius, q̃ eſt me
dietas & quaternarius, quæ eſt tertia, &
ternarius, quæ eſt quarta, & binarius, q̃
eſt ſexta, & vnitas, q̃ eſt duodecima: q̃ ſi-
ſimul aggregatę, maiorẽ ſummã cõſtitu
unt. i. ſedenariũ. Quia ergo puer hic De
us eſt, cui noĩa iſta cõueniunt: & in Deo
nihil eſt diminutum, tanq̃ infirmium: ni-
hil eſt ſuperabundãs, quaſi ſuperfluum:
ſed totum eſt omnino perfectum, velut
æternum: idcirco hæc nomina, quæ ſibi
ſecundum naturam diuinam conueni-
unt, ſub perfecto numero deſignantur.
Deo namq; nihil accedit, vt aliquid ſup
abundet in illo, nec ab eo quicquam re-
cedit, vt aliquid diminuatur ab ipſo: ſed
idem ipſe ſemper exiſtit, non habens in
ſe quicquam diuerſum, ſicut non habet
aduerſum: nec habet quicq̃ variũ, ſicut
nec contrariũ: nõ habet in ſe niſi ſe, nec
aliud eſt habens ab habito, nec aliud ha
bitũ ab habente: licet ipſius habẽtis nul-
lius ſit habitus, nec alicuius habitus ipſe
ſit habens, niſi quod in ſimilitudinẽ ho
minũ factus, habitu inuẽtus ẽ vt homo. Phil. 2
Propter q̃d ipſe de ſe p Prophetã teſtat: Mal. 3
Ego ſum Deus & nõ mutor. Porro
cũ tres numeri ſint pfecti, Primus, infra
primũ limitẽ. i. infra denarium, videlicet
ſex, Secũdus, infra ſecundũ limitẽ. i. cen
tenarium, videlicet XXVIII, Tertius in
fra tertium limitem. i. millenarium, vide
licet quadringẽta nonaginta ſex, cur po
tius ſub hoc tantum perfecto numero,
videlicet ſenario, nomina deſignantur?
An ideo, quia Deus ſpiritus eſt, & ideo Ioan. 4
ſumme ſimplex? Quocirca ne multipli-
citas iſta nominum aliquid in eo cõpo-
ſitum deſignaret, ſub eo numero com-
prehenditur, qui ſolus perfectus eſt in
monadibus, id eſt inter ſimplices nume
ros, qui eſt ſenarius. Vnde ſexto die per Gen. 1
fecit Deus cœlum & terram, & omnem
ornatum eorum. Et cum in plenitudine
temporis ſexta veniſſet ætate, ſexto die
ſub hora ſexta genus redemit humanũ.
Vocatur ergo nomen eius admirabilis. Eſa. 9
Vere glorioſus Deus in ſanctis ſuis, mi-
rabilis in maieſtatibus, faciens prodi-
gia. De quo docetur in Euangelio, quo Luc. 15
niam mirabantur omnes ſuper doctri-
na & reſponſis eius, & ſuper his quæ
glorioſe fiebãt ab eo. Ad quẽ ſpirituali-
ter dicit: Innoua ſigna & immuta mira-
bilia. Eccle. 36

Et vocabit nomẽ eius cõſiliarius, qa
conſiliũ pacis inuenit, ſicut ipſe teſtatur: Eſa. 9
Ego cogito cogitatioẽs pacis, & nõ affli
ctiois. De q̊ dicit Propheta: Cõſiliũ dñi Hie. 29
manet in æternũ, cogitatio eius in ſecu- pſal. 32
lũ ſeculi. O altitudo diuitiarũ ſapiẽtię & Rom. 11
ſcientiæ

ſcientiæ Dei, quã incomprehenſibilia
ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ
Eſaie 40 eius. Quis cognouit ſenſum domini,
aut quis conſiliarius eius fuit?
Eſaie 9 Et vocabit nomen eius Deus. Hic er
go puer, Deus vocaẽ. Nomẽ ergo diuini
tatis multis modis accipiẽ in ſcripturis.
Subſtãtiue, ſecundũ naturã. Adoptiue,
ſcdm gratiã. Poteſtatiue, ſcdm officiũ.
Vſurpatiue, ſecundũ vitiũ. Secũdũ natu
Deut. 6 rã, Vt: Audi Iſrael, deus tuus, Deus vnus
pſal. 81 eſt. Scdm gratiã, Vt: Ego dixi dĳ eſtis,
& filĳ excelſi omnes. Secundum offici-
Exo. 22 um, Vt: Dñs non detrahes, & principem
populi tui non maledices. Secundũ viti-
pſal. 95 um, Vt: Oẽs dĳ gentiũ dæmonia. Hic au
tem puer vocaẽ Deus ſubſtãtiue, ſecun-
dũ naturã. Vt autẽ confundaẽ hęreticus,
& erubeſcat Iudęus, pducãtur in mediũ
teſtimonia, tã de veteri, q̃ de nouo teſta-
mẽto, vt rota cõtineatur in rota, & baſis
Deut. 19 ſit in colũna. Qm̃ in ore duorũ vel triũ
teſtiũ ſtat omne verbũ. Dicat ergo Ioan
Ioan. 1 nes: In principio erat verbũ, & verbũ e-
rat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Dicat
Ioan. 20 Thomas: Dñs meus & Deus meus. Di-
phil. 2 cat Paulus: Cũ in forma Dei eſſet, non
rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem
pſal. 44 Deo. Dicat Dauid: Vnxit te Deus, Deus
tuus, oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis.
Dicat Hieremias: Hic eſt Deus noſter, &
nõ æſtimabitur alius p̃ter ipſum. Poſt
Baru. 3 hæc in terris viſus eſt, & cũ hominibus
Abac. 3 conuerſatus eſt. Dicat & Abacuc: Ego
in domino gloriabor & exultabo in
Deo Ieſu meo. Nam quia voluit homo
eſſe ſicut Deus, iuxta quod ſerpens illa
Gen. 3 promiſerat: Eritis ſicut dĳ, ſcientes bo-
num & malum, oportuit vt Deus fieret
Phil. 2 homo, Iuxta q̃d dicit Apoſtolus: Quia
in ſimilitudine hominum factus eſt, &
habitu inuentus eſt vt homo: vt quantũ
fuit ſuperbiæ vitium, tanta fieret virtus
humilitatis.
Eſaie 9 Et vocabitur nomẽ eius fortis. Quis
pſal. 23 eſt iſte rex glorię? Dominus fortis & po
tens, dominus potens in prælio. Ipſe e-
nim eſt ſapientia, quæ vincit malitiam.
Sap 8 Attingit ergo à fine vſque ad finem for
titer & diſponit omnia ſuauiter. Sapien-
1. Cor. 1 tia Chriſtus eſt. De q̃ dicit Apoſtolus:
Chriſtus eſt Dei virtus, & Dei ſapientia.
Hic à fine vſq; ad finem, id eſt, ab empy
reo vſque ad infernum attingit fortiter,
dĳciendo ſuperbos angelos de empy-
reo, & educendo iuſtas animas de infer-
no: & omnia, id eſt, media, quæ ſunt in-
ter empyreum & infernum, diſponit ſua
uiter, redimendo miſeros, & iuſtificando
peccatores. Hic eſt verus Dauid, manu
fortis, q̃ vicit vrſum, ſuperauit leonẽ, pro 1. Reg. 17
ſtrauit Phyliſtæũ. Hic eſt verus Sãpſon, Iudic. 14
qui catulũ leonis occidit, mille viros mã
dibula aſini interfecit, portas Gazæ cum
ſuis poſtibus aſportauit, hic fortior ſup-
ueniens fortem ſuperauit armatum. Luc. 11
Et vocabitur nomen eius pater futuri
ſeculi. Si pater, & dator, ſicut ipſe teſtatur
in Euangelio: Pater veſter cœleſtis dabit Luc 11
ſpiritum bonũ petẽtibus ſe. Venit enim
dare fidelibus, non præſentia, ſed futura:
non terrena, ſed cœleſtia: non trãſitoria,
ſed æterna: non ſolum, ſed polum: non
mundum, ſed cœlum: vt futuri ſeculi pa-
ter hæreditatem paternã filĳs ſuis largia
tur. Propter quod docuit nos orare: Ad- Matt. 6
ueniat regnum tuum. Regnum, inquit, Ioan. 18
meũ non eſt de hoc mũdo. In cuius vtiq;
regno eſt vita ſine morte, dies ſine nocte,
certe ſine forte: vbi erit ſecuritas ſine ti-
more, iocunditas ſine dolore, tranquilli
tas ſine labore: Vbi erit pulchritudo ſine
deformitate, fortitudo ſine debilitate, re
ctitudo ſine peruerſitate: Vbi erit chari-
tas ſine malitia, veritas ſine fallacia, felici
tas ſine miſeria: Vbi erit gaudium q̃d nec
oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor 1. Cor. 2
hominis aſcendit. Et vocabitur nomen Eſaie 9
eius princeps pacis. Ipſe eſt enĩ pax Dei, phil. 4
quæ exuperat omnẽ ſenſum: ipſe pax no
ſtra, qui fecit vtraq; vnũ: in vno nouo ho
mine faciẽs pacem, pacem his qui prope,
& pacem his qui longe: in cuius natiuita
te cœleſtis militiæ multitudo pſallebat:
Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax Luc. 2
hominibus bonæ voluntatis. Qui circa
paſſionem dixit apoſtolis: Pacem relinq̃ Ioan 14
vobis, pacem meã do vobis, non quomo
mundus dat, ego do vobis. Et poſt reſur-
rectionẽ dixit eiſdem: Pax vobis, iterum Ioan. 20
dicẽs eis: Pax vobis: propter pacẽ tempo
ris & pacem æternitatis. Ad quã ipſe nos
perducat, qui eſt ſuper omnia De-
us benedictus in ſecula ſe-
culorum, Amen.

In Feſto D. Sylueſtri ponti ficis maximi.

De dignitate, ſanctitate & utilitate ſancti Syluestri, de regno & ſacerdotio pontificis Romani, & quod ſacerdotium praeceſſit regnum, deniq; ſplendorem ſciētiae pariter & uitae neceſſarium eſſe ſacerdoti.

SERMO I.

Eccle.44 ECce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit Deo, et inuētus eſt iuſtus: & in tēpore iracundię factus eſt reconciliatio.

Tria nobis in verbis propoſitis circa beatum Sylueſtrum præcipue commendantur, dignitas, ſanctitas, & vtilitas. De dignitate præmittitur, ecce ſacerdos magnus. De ſanctitate ſubiūgitur, q in diebus ſuis placuit Deo, & inuentus eſt iuſtus. De vtilitate concluditur, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Vnde poſt dignitatem ſubiungitur ſanctitas, poſt ſanctitatem vtilitas. Quia qui locum obtinet dignitatis, debet habere meritum ſanctitatis. Et qui meritum habet ſanctitatis, debet exercere opus vtilitatis. Ne forte q ſummus eſt loco, ſit infimus merito: & innocens corde ſit inutilis opere. Heu quot hodie tales ſunt in Eccleſia, qui ſunt loco ſublimes, ſed merito viles, & alijs ſunt inutiles. Vtinā & ego non ſim vnus de talibus, Luc.2 quaſi poſitus in ruinam magis, quam in reſurrectionem multorum. Auertat hoc Matt.3 dominus, qui potens eſt de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ.

Fuit ergo B. Sylueſter ſacerdos, non ſolum magnus, ſed maximus, pōtificali & regali poteſtate ſublimis. Illius quidē vicarius, qui eſt rex regum, & dominus do Apo.19 Pſal.109 minantium, ſacerdos in æternum, ſecundum ordinē Melchiſedech, vt ſpiritualiter poſſit intelligi dictū ad ipſum & ſucceſſores illius, quod ait beatus Petrus a 1.Petri 2 poſtolus, primus & præcipuus prædeceſſor ipſorum: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium. Hos enim elegit dominus, vt eſſent ſacerdotes & reges. Nā vir Romanus pontifex [illegible] reges Conſtantinus egregius imperator, ex reuelatiōe diuina per beatum Sylueſtrum fuit a lepra in baptiſmo mundatus, vbi bē pontifex & ſenatum cum hominibus & dignitatibus ſuis, & omne regnum Occidētis ei tradidit & dimiſit, ſecedēs & ipſe Byzantiū, & regnum ſibi retinēs Orientis. Coronam vero capitis ſui voluit illi conferre: ſed ipſe pro reuerētia clericalis coronæ, vel magis vtilitatis cauſa noluit illam portare. Veruntamen pro diademate regio vtitur aurifrigio circulari. Ex autoritate pontificali conſtituit patriarchas, primates, metropolitanos, præſules. Ex poteſtate vero regali, ſenatores, præfectos, iudices & tabelliones inſtituit.

Romanus itaq; pontifex in ſignū imperij vtitur regno, & in ſignum pontificij vtitur mitra. Sed mitra ſemper vtitur & vbiq;, regno vero, nec vbiq; nec ſemper. Quia pontificalis autoritas, & prior eſt & dignior & diffuſior, quam imperialis. Sacerdotium enim in populo Dei regnum præceſſit, cum Aaron primus pōtifex Saulem primum regem pręceſſerit: Noe quoq; Nemroth, cū de illo dicit ſcri Gen.10 ptura, quod principium Nemroth extitit Babylon. Noe vero ædificauit altare Gen.8 domino, & holocauſta obtulit ſuper illud. De ſacerdotibus autem & regibus loquens, ſacerdotes appellat deos, & reges principes. Dijs, inquit, non detrahes, & Exo.22 principem populi tui non maledices. Et cum de rege dicat Apoſtolus: Subditi 1.Petri 2 eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis. Ad Hieremiam ſacerdotem de ſacerdotibus Anatoth, ipſe dominus ait: Cōſtitui te ſuper Hiere.1 gentes & regna, vt euellas & deſtruas, ædifices & plantes. Petro vero fuit datum à domino, & in Petro ſucceſſoribus Petri: Tibi dabo claues regni cœlorum: & Matt.16 quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Nihil excepit, qui dixit: quodcunq;. Propter quod alibi dixit: Paſce oues meas, Ioan.21 nō diſtinguens inter has oues & illas: vt oſten-

vt oſtenderet ad oues ſuas minime perti nere, qui Petrum recuſat habere paſto- rem. Ei quoq; ſingulariter dixit: Tu vo- caberis Cephas, quod exponitur caput, in quo ſenſuũ plenitudo conſiſtit. Quia quum cæteri vocati ſint in partem ſolici tudinis, ſolus Petrus aſſumptus in pleni tudinem poteſtatis.

Ioan.1

Fuit ergo beatus Syluester ſucceſſor Petri, vicarius Ieſu Chriſti. Et ideo vere ſacerdos magnus fuit, qui in diebus ſu- is placuit Deo. Non tam in diebus tem- porum, quam in diebus virtutum. Nam illi volubiles tranſeunt, iſti ſtabiles per- ſeuerant. Singulæ nanque virtutes, ſunt ſinguli dies, quæ mentem illuſtrant. De quibus myſtice legitur, quod filij Iob fa ciebant conuiuia per ſingulos dies.

Iob 1

Duo vero ſunt maxime neceſſaria ſa- cerdoti, ſplendor vitæ, ſplendorque ſci- entiæ, vt videlicet tam exemplo, quam documento reſplendeat. Cœpit enim Ie ſus facere & docere, ſacerdotibus relin- quens exemplum, vt ſequantur veſtigia eius. Qui peccatum non fecit, vt ſit ho- neſtas in vita. Nec inuentus eſt dolus in ore eius, vt ſit veritas in doctrina. Nam qui fecerit & docuerit, magnus vocabi- tur in regno cœlorum. Vnde à tunica pontificali dependebant mala granata, cum tintinnabulis aureis. Debet enim ſacerdos, propter exemplum bonis ope ribus reſplendere, Propter quod alibi di citur: Luceat lux veſtra coram homini- bus, vt videant opera veſtra bona, & glo rificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Et iterum: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ve- ſtris.

Duo ſacer doti neceſ ſaria.
Acto.1
1.Petri 2
Matt.5
Exo.28
Matt.5
Luc. 12

Debet & propter documentum pol- lere ſcientia. Propter quod dicitur: Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi. Nemo accendit lucernam & ponit eam ſub mo dio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat o- mnibus qui in domo ſunt. Nam dies di- ei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam. Iſti forte ſunt duo dies, de qui bus Euãgeliſta teſtatur, quod Ieſus man ſit apud Samaritanos duos dies, videli- cet, quia Samaritani remanſerunt illu- minati per Chriſtum, tam exemplo vi- tæ, quam verbo doctrinæ. Non ſuffici- at ſacerdoti alterum ſine altero. Quia cu ius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædica tio cõtemnatur, & dicatur ei: Medice, cu ra teipſum. Hypocrita, ejice primo tra- bem de oculo tuo, & tunc ejicies feſtucã de oculo fratris tui. Qui prędicas non fu randum, furaris: qui prædicas non mœ chandum, mœcharis. Certe, ſi ſacerdos, qui vnctus eſt, peccauerit, facit delinque re populum, & ſi incantator fuerit à ſer- pente percuſſus, quis medebitur ei? Po- tentes potenter tormenta patientur. Et iudiciũ durum fiet his, qui præſunt. Iſti ſunt duo dies, vita videlicet, & ſcientia, in quibus beatus Syluester placuit Deo, & inuentus eſt iuſtus, ſicut hiſtoria mani- feſte teſtatur. Nã multa ſuſtinuit ad meri tum vitæ, multaque conſtituit ad docu- mentum ſcientiæ. Et ipſe in tempore ira cundiæ factus eſt reconciliatio, reconci- lians peccatores ad veniam, & diſcordan tes ad pacem. Nam vſque ad tempus ipſi us tanta paganorum cõtra Chriſtianos efferbuit iracundia, quod tãquam oues occiſionis mactabantur vbique, lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladij mor- tui ſunt. Circuierunt in melotis & in pel libus caprinis, egẽtes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mũdus. Sed per beatum Syluestrũ reconciliati ſunt Chri ſtiani paganis. Quia baptizato pijſſimo principe Conſtantino, tranquillitas & li bertas eſt Eccleſiæ Dei data. Et ex tunc cœpit Eccleſia dilatari, & impleri vatici- nium Eſaiæ dicẽtis ad ipſam: Leua in cir cuitu oculos tuos & vide: omnes iſti con gregati ſunt, venerũt tibi. Filij tui de lon ge venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. Illius vere vicarius, de quo dicit Apoſto lus: Deus erat in Chriſto mundum recõ cilians ſibi: & poſuit in nobis verbum re conciliationis. Obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo. Mediatores enim ſunt ſacerdotes inter Deum & hominẽ. Et ideo tales debent exiſtere, vt & Deo ſint grati, & hominibus accepti. Quales nos faciat meritis & precibus bea- ti Syluestri dñs Ieſus Chriſtus, Qui eſt ſuper omnia be- nedictus in ſecu- la ſeculorum, Amen.

Matt.5
pſal.18
Ioan.4
Luc. 4
Luc. 6
Rom. 2
Leui. 4
Eccl. 12
Sapien. 6
Heb. 11
Eſaie 49
2.Cor. 5

IN

IN SOLENNITATE Apparitionis domini noſtri Ieſu Chriſti.

De ſacroſancto coniugio inter Chriſtum & Eccleſiam, promiſſo iurato completo, conſummato, confirmato & declarato, de tribus manifeſtationibus, de aduentu & muneribus Magorum, ac eorundem declaratione, denique de allegorica Euangelij expoſitione, & de domibus in quibus Chriſtus inuenitur.

SERMO I.

Matt. 2 VIdentes ſtellam magi, gauiſi ſunt gaudio magno valde. & intrantes domũ, inuenerũt puerum cum Maria matre eius, & procidẽtes adorauerunt eum: & apertis theſauris ſuis, obtulerũt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

Sacroſanctum coniugium, quod inter Chriſtum & Eccleſiam fuerat patri-
Gen. 15 archæ Abrahæ promiſſum, deinde Da-
pſal. 131 uid regi iuratum, deinde matri Mariæ
completũ, hodie eſt conſummatũ, con-
firmatum, & declaratum. Conſummatũ
in adoratione Magorum, confirmatum
in baptiſmo Iordanis, declaratum in mi
raculo vini. Olim enim Deus Abrahę pa
Gene. 22 triarchæ pmiſit, quod in ſemine ſuo be-
nedicerentur omnes gẽtes. Et Dauid re-
pſal. 131 gi iurauit, quod de fructu ventris ipſius
poneret ſuper ſedem ſuã. Sed quod pro-
miſerat & iurauerat, Mariæ matri cõple-
uit: quoniã in ſole poſuit tabernaculum
pſal. 18 ſuum, & ipſe tanquã ſponſus procedens
de thalamo ſuo. Verbũ eñ caro factum
Ioan. 1 eſt, & habitauit in nobis. Illud enim con
iugiũ legitur hodie cõſummatum, quan
do gentiles in adoratione Magorum cõ
iunxerunt ſe Chriſto per fidem. Quoni-
am ecce Magi ab Oriente venerunt Hie-
roſolymã, dicentes: Vbi eſt qui natus eſt
rex Iudæoꝝ? Hodie legitur confirmatũ:
qm̃ vox patris ab ipſo in Iordanis baptiſ
mo audita eſt ſup Chriſtũ: Hic eſt filius
Matt. 3 meus dilectus, in q̊ mihi bene cõplacuit.
Hodie legitur declaratum, qñ Chriſtus
in nuptijs aquã conuertit in vinum: qm̃ Ioan. 2
hoc fecit initium ſignoꝝ Ieſus in Cana
Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam,
& crediderunt in eum diſcipuli eius. Hęc
tria ſimul hodie recolit & veneratur Ec-
cleſia. Quia tertiadecima die poſt natiui-
tatem, Ieſus fuit adoratus à Magis, & eo
dẽ die triceſimo anno, in Iordane bapti-
zatus eſt à Ioãne: ac deiñ reuoluto anno,
eadẽ die aquã mutauit in vinum. Et ideo
fratres & filij gaudeamus & exultemus,
nõ in hoc ſeculo, ſed in dño, ſicut dicit: 1. Cor. 1
Qui gloriatur, in dño glorietur: ſicut iu-
bilando cantauimus: Hodie cœleſti ſpõ
ſo iuncta eſt Eccleſia, hodie in Iordane
lauit Chriſtus eius crimina, currũt cum
muneribus Magi ad regales nuptias, &
ex aqua facto vino lætãtur cõuiuæ. Pro-
pterea dies iſte, ſicut in antiquioribus co
dicibus inuenitur, Epiphaniarum, id eſt,
manifeſtationum pluraliter appellatur:
quia hodie manifeſtatus eſt Chriſtus per
ſignum ſtellæ, per verbum patris, per mi
raculum vini. Vnde quidam has tres ma
nifeſtationes ſpecialibus diſtinguũt no
minibus, Epiphaniam vocantes, & quæ
deſuper eſt facta per ſtellã. Ab ἐπὶ, quod
eſt ſupra. Theophaniam, quæ à Deo fa-
cta eſt in baptiſmo, à θεός, quod eſt De-
us. Et bethphaniam, quę in nuptijs facta
eſt intra domũ, à beth, quod eſt domus,
& phane, quod eſt illuſtratio.

Gaudeamus ergo fratres & filij, gau-
deamus in domino. Nam & Magi gauiſi
ſunt gaudio magno valde. Quia viderũt
ſtellam gauiſi ſunt, ſed quia ſtellam quã
viderãt in Oriente, añcedebat eos, gauiſi
ſunt gaudio magno, & quia inuenerunt
puerum cum Maria matre eius, gauiſi
ſunt gaudio magno valde. Secundum hi
ſtoriam tres iſti Magi, tres reges fuerunt:
non arioli, ſed philoſophi, qui à magni-
tudine ſcientię ſunt ſic vocati: quia quos
Græci philoſophos, Perſæ magos ap-
pellant, ſucceſſores doctrinæ Balaam,
qui ſtellam eius vaticinio cognouerunt,
prædicentis olim in ſpiritu: Orietur Nume. 24
ſtella ex Iacob. Venerunt autem de fi-
nibus Perſarum & Chaldæorum, vbi flu
uius eſt Saba, quo & Sabæa regio nun-
cupatur. Sicut prædixerat Dauid: Re- Pſal. 71
ges Arabum & Saba dona adducent.

Et

Et quod de partibus tã remotis in tam breui tempore ſuper dromedarios, animalia videlicet velociſſima, feſtinaſſe creduntur, ſecundum illud prophetæ: Inundatio camelorum operiet te: dromedarij Madian & Epha. Isaiæ 60

Conuenientes igitur iſti tres reges iuxta condictum, ſecundum conſuetudinem in ſuis dogmatibus perſcrutandis, viderunt quandam ſtellam mirabilẽ exiſtentem ſupra regionem Iudææ, in multis notabilem & diſcretã: quia videlicet lux ſolis eã nõ obſũbrabat, nec in firmamento cũ ſyderibus erat, nec cum planetis in æthere: ſed in aere ſublimiori, vicina terris, immobilis permanebat, cuius ſigno commoniti, crediderunt illum regem eſſe natum in Hieruſalem, de quo prædixerat Balaam: Orietur ſtella ex Iacob, & exurget virga ex Iſrael: & de Iacob erit qui dominetur. Ideoq; Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam, putãtes inuenire natum regem in regia ciuitate, ſed qui certificati fuerãt per ſignum ſtellæ de tempore, per vaticiniũ prophetiæ meruerunt certificari de loco. Sic eñ fuerat ſcriptum per prophetã Michæam: Mich. 5 Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te eñ egredietur dux, qui regat populũ meum Iſrael: & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis.

Et ecce ſtella quam viderant in oriente, antecedebat eos, exiſtimantes quod in oriente viderant ſtellam ſuper Iudã: & quæ prius ſtabat immobilis donec Hieruſalem aduenifſent, incepit moueri & antecedebat eos, donec veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Et intrantes domum, illud videlicet diuerſorium, de q̃ dicit Euangeliſta, quia non erat ei locus in diuerſorio, inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Hic eſt lapis angularis, ad quem duo parietes conuenerunt, vnus videlicet ex Iudæis, id eſt, paſtores ad verbum angeli, alter ex gentibus, id eſt, Magi, ad ſignum ſtellæ: vt ſit vnum Ioan. 10 ouile & vnus paſtor: vtraq; tamen in terra, ſed de cœlo commonita: quia rex cœlorum natus erat in terris, ſtella cucurrit ad ſtellam, quia ſtella deſcendit in ſtel- Apo. 22 lam. Ego ſum, inquit, ſtella ſplendida & matutina. Et ꝓcidentes reguli ante regẽ, Magi ante magiſtrum, adorauerunt, ſerui dominum, homines Deũ: ſed magni paruulum, imo verius parui magnum. Erat enim hic puer ille, de quo prædixerat Eſaias: Puer natus eſt nobis, & filius Eſaiæ 9 datus eſt nobis: & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Et quia puerum iſtum, cui ſtella famulabatur, credebant eſſe Deum, ideo procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis obtulerũt magi domino aurum, thus, & myrrhã, iuxta conſuetudinem Sabæorum: ſignificantes tamen ipſum in auro regem, in thure Deum, in myrrha mortalem. Aurũ enim regi reddit in tributum, thus offert Deo in ſacrificiũ, myrrha vero adhibet mortuo in ſepulturam, quia vermes arcet à corporibus mortuorum. Vnde Ioſeph Ioan. 19 attulit mixturã myrrhæ & aloes, vt vngeret corpus Ieſu. Non ſingula ſinguli, ſed omnes omnia obtulerunt: quia quilibet obtulit aurũ, credens eũ eſſe regẽ & dominũ dominantiũ. Quilibet obtulit thus, credens eũ Deum deorũ, & creatorẽ creaturarum. Et quilibet obtulit myrrham, credens eum mortalem pro mortuis, & pro mortalibus moriturũ. Vel potius in tribus muneribus tres in Chriſto deſignauere ſubſtãtias, deitatẽ videlicet, carnẽ & animã. Magi Pharaonis primũ & Exo. 8 ſecundum ſignũ in plagis Aegypti fecerũt, ſed defecerunt in tertio, dicentes ad Pharaonẽ: Digitus Dei eſt hic: quia videlicet naturales philoſophi ductu ratiõis peruenerũt ad notitiã patris & filij, q̃s ipſi togatũ & noim appellabãt: ſed ad cognitionẽ tertiæ pſonæ, videlicet ſpiritus ſancti, ſine doctrina fidei minime peruenerunt. Qui digitus Dei dicitur, iuxta illud quod dñs inquit in Euang. Si ego in di- Luc. 11 gito Dei eijcio dæmonia, filij veſtri in q̃ eijciũt? Vnde ꝑ digito alius Euangeliſta Matt. 12 dicit in ſpiritu. Illi ergo Dei digitũ nominabãt, q ignorabant: ideoq; ſignũ tertiũ facere nõ valebãt. Iſti vero illuminati ꝑ fidẽ crediderũt, q tres ſunt q teſtimoniũ dant in cœlo, pater & verbum, & ſpiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt. Et ideo hi tres ipſi reges, in fide Trinitatis tria munera obtulerunt. Quiſquis igitur ad no-

ad notitiam indiuiduæ Trinitatis ſine
prædicatiōe vel lectione peruenit, hanc
ei non humana ratio, ſed diuina inſpi-
ratio reuelauit: vt ei qui perhibetur di-
xiſſe: Prima monas ſecundã monadem
genuit, prima & ſecunda ſuum in ſe re-
flectunt ardorem.

Porro ſecundum allegoriam, per tres
Magos ſignificantur tres ordines fideli
um in Eccleſia, Noe, Daniel, & Iob, q̃d
Ezechi. 14 eſt, prælati, continentes, & coniugati, fi
dem trinitatis habentes, quos Ezechiel
vidit in viſione ſaluandos: & ſecundum
Matt. 18 Euãgelicam parabolam, duo ſunt in a-
gro, & duo in lecto, & duo in mola, quo
rũ vnus aſſumetur, & alter relinquetur.
Iſti videntes ſtellam, id eſt, euangelicam
prædicationem intelligentes, quæ no-
cte ſeculi fulget contra tenebras erroris
& ignorantię, dicente pſalmiſta: Lucer-
na pedibus meis verbum tuũ domine,
& lumen ſemitis meis, Gauiſi ſunt gau-
pſal. 118 dio magno valde. Iuxta illud Propheti-
cũ: Hereditate acquiſiui teſtimonia tua
in æternum: quia exultatio cordis mei
ſunt. Hic eſt enim ille theſaurus in agro
Matt. 13 abſconditus, quem qui inuenit homo,
abſcondit, & præ gaudio illius vadit &
vendit vniuerſa que habet, & emit agrũ
illum. Multi quidem intelligenti & dili
genti eſt exultatio, & dulcedo in euange
licæ prædicationis doctrina, quæ men-
tem reficit & iocundat, exhilarat & ſagi
pſal. 118 nat. Vnde Pſalmiſta: Quam dulcia fauci
bus meis eloquia tua, ſuper mel ori
meo.

Et intrantes domum, inuenerunt pu
erum cum Maria matre eius. Qui vult
inuenire Ieſum, ingrediatur ſanctam ec
cleſiam, puram conſcientiam, & diuinã
ſcripturam. In his enim domibus Ieſus
inuenitur, quoniã inter multas iſtę ſunt
præcipue domus Dei. De prima legitur:
pſal. 92 Domum tuam domine decet ſanctitu-
do in longitudine dierum. De ſecunda
dicitur: Perambulabam in innocentia
pſal. 100 cordis mei, in medio domus meę. De ter
pſal. 54 tia legitur: Ambulauimus in domo do-
mini cum conſenſu. Fruſtra ergo quæ-
rit hæreticus, quia Chriſtus extra do-
mum eccleſiæ nullatenus reperitur. Pro
Ioan. 7 pter q̃d ipſe dicebat Iudęis: Quęretis me
Luc. 2 & non inuenietis. Quærebant Ieſum pa
rentes eius, & inuenerunt eum in tem-
plo, in medio doctorum, interrogantẽ
& reſpondentem: Neſciebatis, inquit
quærentibus, quia in his quæ patris mei
ſunt oportet me eſſe? Hanc ergo domũ
intrantes fideles, puerum Ieſum cũ Ma-
ria matre eius inuenerunt, credentes eũ
natum de virgine, ſecundum humanam
naturam aſſumptam, qui ſtellam crea-
uit, ſecundum poteſtatem diuinam.

Et procidentes adorauerunt eum.
Boni cadunt in faciem, mali vero cadũt
retrorſum. De bonis namq; cadentibus
legitur: Ceciderunt in conſpectu thro- Apo. 5
ni in facies ſuas, & adorauerunt Deum.
De malis autem cadentibus legitur: A- Ioan. 18
bierunt retrorſum, & ceciderunt in ter-
ram. Qui vero cadunt in faciem, ipſi qui
dem cadunt ſub Chriſto, & añ Chriſtũ,
tanquam ſubditi & deuoti. Vnde: Popu pſal. 44
li ſub te cadent &c̃. Et procidamus ante
Deum. Procidentes ergo per ſubiectio- pſal. 94
nem & deuotionem, adorauerunt eum.
Illum videlicet, de quo dicit ſcriptura: Luc. 4
Dominum Deum tuum adorabis. Sa
ne vbi ſit adorandus oſtendit cum dicit:
Et intrantes domum. Et quomodo ſit
adorandus oſtendit, cum additur: Obtu
lerũt ei munera, aurum, thus & myrrhã.
Verum cum ſolus Deus ſit adorandus,
illa videlicet adoratione, quæ latria græ
ce vocatur vel nuncupatur, ad quam per
tinẽt altaria, templa & ſacrificia, quæ ſo-
li Deo ſunt dedicanda, conſecranda, &
offerenda: non quidem angelis, nõ Apo
ſtolis, non martyribus, ſed Deo tantum
ad honorem ipſorum: quia videlicet ſer
uitus iſta, non craturę, ſed creatori debe
tur (Vnde angelus in Apocalypſi ſe pro
hibuit adorari, dicens Ioanni: Deum a-
dora. Ego enim frater tuus ſum, & cõſer
uus fratrũ tuorũ. Et Paulus & Barnabas Acto. 14
cũ Lyſtris in Lycaonia claudum ſanaſ-
ſent, & voluiſſent eis turbę victimas im-
molare, conſciſſis tunicis exierunt in tur
bas, prohibentes ſe adorari. Et Mardo- Heſt. 13
chæus teſtatur ſe timuiſſe Aman ſuper-
biſſimum adorare, ne honorem Dei ſui
transferret ad hominem, & ne quẽquam
adoraret, excepto Deo ſuo) Quid eſt hoc
quod Magi, nõ Deum, ſed puerum ado
raſſe dicũtur? Qui licet in veritate ſit De-
us, non tamen ſecundum naturam diui
nam

nam,ſed ſecundum carnem aſſumptam eſt puer,ſecundum quam etiam non eſt
Rom.1 factor,ſed factus, Paulo atteſtante: Qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundũ car-
pſal.86 nem,Conteſtãte Pſalmiſta,quod homo factus eſt in ea,& ipſe fundauit eam altiſ ſimus, cum & Moyſes mandet in lege,
Deut.4 ne quis errore deceptus adoret ea, quæ fecit dominus Deus ſuus.Porro ſi ſolus Deus ſit adorandus,cum puer iſte ſit De us,Eſaia propheta teſtante: Puer natus
Eſa.9 eſt nobis,& filius datus eſt nobis,& vo- cabitur nomen eius admirabilis, conſi- liarius,Deus, fortis, Ergo puer iſte, qui natus eſt nobis, quaſi Deus adorandus exiſtit:vna quidem adoratione cum pa- tre qui genuit,& ſpiritu qui procedit, ſi
Ioan. 4 cut ipſa Veritas ait in Euãgelio: Veri ad- oratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate.Nam & tanta eſt illa vnio perſo nalis inter diuinam & humanam natu- ram,vt in hypoſtaſi verbi, propter aſſu- mentem diuinitatem, humanitas etiam
pſal.89 adoretur aſſumpta,ſecundum illud Pro pheticum:Adorate ſcabellum pedum e- ius,quoniam ſanctum eſt. Cætera vero ſacra vel ſancta non adorãda ſunt latria, ſed dulia veneranda, ne forte ſub ſpecie pietatis θεοσέβεια conuertatur in idolola- triam,& ita ſubintret vitium virtute.

Apertis ergo theſauris ſuis,non vtiqꝫ
Deut. 16 theſauris pecuniæ: de quibus illa mune ra proferuntur, quæ oculos ſapientium excæcant & peruertunt verba iuſtorum: ſed theſauris ſapientiæ, de quibus do-
Matt. 13 minus inquit in Euangelio, quod om- nis ſcriba doctus in regno cœlorum de
Eccl. 1 theſauro ſuo noua profert & vetera. Et Salomon:In theſauris ſapientiæ ſignifi catio diſciplinæ.His ergo theſauris aper tis fideles offerunt ei munera,aurũ,thus & myrrham.Aurum cõtemplationis in fide,Thus oratiõis in ſpe, Myrrham cõ paſſionis in charitatate. Ordo conue- niens& conuenientia ordinata,vt prius anima contempletur per fidem, deinde deprecetur in ſpe, tandem compatiatur in charitate.

In feſto cõuerſionis diui Pauli Apoſtoli.

De tractione Pauli, & magna Dei miſericordia & patientia erga peccatores, & ut nemo deſperet.

SERMO I.

NEmo venit ad me, niſi pater meus Ioan.3
traxerit eum.

Sæpe locutus ſum vobis per diuiſiones & diſtinctiones ad inſtructionem ſcientiæ, Nunc autem locutus ſum vobis per admonitiones,& exhortationes ad informationem vitæ,quę eſt in Chriſto Ieſu. Nam ſcientia inflat, Charitas autem
ædificat. Nemo, inquit filius, venit ad 1.Cor.8
me,niſi pater meus traxerit eũ. Vereuerum eſt verbum hoc, quia verbũ veritatis verbi,verbi quod erat in principio apud Deum. Non eſt enim volentis neqꝫ Rom.9
currentis,ſed Dei miſerẽtis.Sine me,in- Ioan.15
quit,nihil poteſtis facere, quia ſine me factum eſt nihil. Non enim palmes poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi man Iaco.1
ſerit in vitę: cum & omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum ſit deſcendens à patre luminum. Homo namque per ſe peccare poteſt, ſed per ſe non poteſt reſurgere. Cum
enim homo deſcendit ab Hieruſalem Luc.10
in Hierico,tunc incidit in latrones,qui deſpoliant eum, & plagis impoſitis abeunt ſemiuiuo relicto.Nemo ergo venit ad filium, niſi pater traxerit eum. Huius ſententiæ manifeſtum exemplum in conuerſione Sancti Pauli reperimus, qui fuit tractus vt traheret in Chriſto & traheret ad Chriſtum.

Sed vnde,qualiter & quo tractus?De
profundo confuſionis,Per ſpiritum ti- Paulus vnde qualiter
moris,Ad ſemitam veritatis. Audi bre- & quo tra-
uiter vnde tractus extiterat: Saulus, in- ctus fuerit,
q̃t,adhuc ſpirans minarꝫ & cædis in di- Acto.9
ſcipulos domini,acceſſit ad principem ſacerdotum, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcũ ad ſynagogas,vt ſi q̃s inueniret huius viæ viros ac mulieres,vinctos perduceret illos in Hieruſalem.

Audi qualiter tractus fuerit: Et dum

H iter

iter faceret, ſubito circumfulſit eum lux de cœlo: cadenſque in terram, audiuit vocem de cœlo dicentem ſibi: Saule Saule, quid me perſequeris? Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Et tremens ac ſtupens dixit ad Ieſum: Domine quid me vis facere?

Audi quo tractus fuerit: Baptizatus eſt, inquit, & continuo ingreſſus in ſynagogas prædicabat Ieſum, quoniam hic eſt filius Dei. Magis autem ac magis conualeſcebat & confundebat Iudæos, affirmans quoniam hic eſt filius Dei. Tractus eſt igitur à profundo confuſionis, quæ latebat in corde: quia Saulus erat ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos domini. Tractus eſt à profundo confuſionis, quæ patebat in opere, quando abijt ad principem ſacerdotum, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſynagogas, vt ſi quos inueniret &c. Vides ergo quod tractus eſt à profundo peruerſitatis, quam ſuſtinebat, & à profundo peruerſitatis, quam inferebat. Tractus eſt autem à ſpiritu timoris, & per fulgorem illuſtrationis ſupernæ, Quia ſubito circumfulſit eum lux de cœlo: & per tremorem inſpirationis internæ, Quia tremens ac ſtupens dixit: Domine, quid me iubes facere? Lux ſuperueniens excæcauit illum in corpore, vt lux interueniens illuminaret illum in mente. Lux intulit cæcitatem & cæcitas intulit lucem. Tractus eſt quidem & ad fidei ſacramentum, quia baptizatus eſt: & manſit apud diſcipulos dies aliquot, Et ad prædicationis officium, quãdo ingreſſus in ſynagogas ꝑdicabat Ieſum, ꝗ niam hic eſt Chriſtus. De Saulo factus eſt Paulus, de perſecutore factus eſt prædicator, de lupo factus eſt agnus. Hic eſt enim de ꝗ dicitur in benedictionibus
Gen.49 patriarchę Iacob: Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, ſero diuidet ſpolia. Habes ergo vnde tractus eſt Saulus: quia de confuſione cordis & operis. Quomodo tractus: quia ꝑ illuſtrationem ſupernã, & aſpirationem internam. Et ꝗ tractus: quoniã ad fidei ſacramentum, & prædicationis officiũ. Nullus ergo ꝓ multitudine vel magnitudine peccatorũ deſperet. Quia deus non ſolũ recipit pœnitentes, verũ etiã attrahit pec

Nemini deſperandũ de peccatorum multitudine.

catores. Nam à diebus Ioannis baptiſtę regnum cœlorum vim patitur, & violẽti diripiunt illud. Nullus omnino deſperet: quia Deus eſt patiens & miſericors, & pſtabilis ſuper malitia: ſuauis ac mitis & copioſus in miſericordia omnibus inuocantibus ſe. Quia non vult mortẽ peccatoris, ſed vt cõuertatur & viuat. Quia maius ẽ gaudiũ angelis Dei ſup vno peccatore pœnitentiã agente, quã ſup nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Quia non venit vocare iuſtos, ſed peccatores: quia non indigent qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent. Venit enim quærere & ſaluare quod perierat. Quacunque hora peccator conuerſus fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatũ eius non recordabor. Quacunque hora, ſiue in pueritia, ſiue in iuuẽtute, ſiue in ſenectute, id eſt, ſemp dum vixerit. Item quacunque hora conuerſus fuerit, id eſt, quotieſcunque pœnituerit. Iuxta quod veritas inquit ad Petrum quærentem quoties eſſet dimittendũ fratri peccanti: Non dico tibi vſqꝫ ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Nec dicit, conuerſus fuerit & ſatisfecerit, ſed dicit, conuerſus fuerit & ingemuerit. Quoniam in contritione peccatum dimittitur, ſecundum illud Propheticum: Dixi confitebor iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Multum peccauit Cain, quando interfecit Abel, ſed magis peccauit, cũ ait: Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear. Abſit enim vt maior ſit iniquitas hominis, quam miſericordia Dei: cum defectus à bono, qui eſt iniquitas, ſummo bono non poſſit comparari, quod eſt miſericordia Dei. Nullus ergo de miſericordia diuina deſperet. Quoniam miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Non enim ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Primum, inquit Apoſtolus, fui blaſphemus, & perſecutor, & iniurioſus: ſed miſericordiam conſequutus ſum, vt oſtenderet in me Chriſtus Ieſus omnem longanimitatem, ad informationẽ eorũ, q credituri ſunt. Hinc eſt enĩ ꝙ epiſtolæ Pauli & pſalmi Dauid præcæteris ſcripturis in eccleſia frequentantur, vt

Matt.11 Ioel.2 Ezech.18 Luc.15 Mat.9 Luc.19 Matt.18 pſal.31 Gen.4 pſal.144 Tit.3 1. Tim.1

Epiſtolæ Pauli, & pſalmi Dauid cur ꝓ cæteris.

ſcripturis frequentē tur. tur, vt cum peccatores audierint Paulū blaſphemum & perſecutorem factū eſ ſe Apoſtolum, & Dauid adulterū & ho micidā eſſe factū Prophetā, confidant p Dei miam non ſolū veniam promereri, ſed etiā gloriā adipiſci. Quis enim dubi tet, quin Deus miſereri velit illius, quem talē ac tantū fecit creando, quē talē & tā tū fecit etiā redimēdo. Magnū eſt ꝙ cre- auit: ſed maius eſt ꝙ redemit. Creādo fa ctus eſt homo ad imaginem & ſimilitu dinem Dei, redimendo factus eſt Deus
Gen. 1 ad imaginē & ſimilitudinē hominis. De illo dicitur: Fecit Deus hominē ad ima- ginē & ſimilitudinē ſuā. De iſto dicitur:
phil. 2 Cum in forma Dei eſſet, nō rapinā arbi- tratus eſt eſſe ſe æqualē Deo, ſed exina- niuit ſe, formā ſerui accipiens, in ſimili- litudine hominū factus, & habitu inuē tus vt homo. Maius eſt quidē habere ſi- militudinē Dei, quā habere ſimilitudi- nem hominis. Sed tamē maius eſt ꝙ Le us factus eſt ad imaginē & ſimilitudinē hominis, quā quod homo factus eſt ad imaginē & ſimilitudinē Dei. Maius qui dem ratione dignationis, maius etiā ra-
Gen. 1 tione vtilitatis. Quis ergo pōt diffidere, qn Deus miſereaſ illius, quē fecit ad ima ginē & ſimilitudinē ſuā, quē pfecit vola- tilibus cœli, beſtijs terræ, ac piſcibus ma-
Pſal. 8 ris? Nā oīa ſubiecit ſub pedibus eius, o- ues & boues vniuerſas, inſup & pecora cāpi. Volucres cœli & piſces maris, q p- ambulāt ſemitas maris. Quis valeat du- bitare, qn deus miſereaſ illius, ꝑpter quē exinaniuit ſe, formā ſerui accipiens, in ſi militudine hoīm factus, & habitu inuē- tus vt homo: factus obediēs vſq; ad mor
phil. 2 tē, mortē autē crucis? Nam proprio filio
Rom. 8 ſuo nō pepercit Deus, ſed ꝓ nobis omni bus tradidit illū. Qui tantū dilexit mun
Ioan. 3 dū, vt filiū ſuū vnigenitū daret ꝓ mūdo. Alioqui fruſtra natus eſt Chriſtus & paſ ſus, fruſtra reſurrexit à mortuis, & aſcen dit in cœlos. Abſit. Hæc eſt fides catholi ca. Sanguis enim ipſius clamat ſemp ꝓ nobis ad patrē: q exaudiſ in omnibus ꝓ
1. Ioan. 2 ſua reuerētia. Aduocatū enim habemus apud patrē, Ieſum Chriſtum iuſtū. Qui ſemp interpellat ꝓ nobis, ſigna paſſiōis oſtendēs. Et ipſe eſt vere ꝓpitiatio ꝓ pec catis noſtris. Redempti enim ſumus, nō
1. Pet. 1 corruptilibus auro & argento, ſed ꝑcio- ſo ſanguine agni immaculati. Quis audi ens tanta beneficia redemptoris, nō tra- hatur ad ipſum? Si lapis audiret, vtique traheretur: & quidem de lapidibus ſuſci tat Deus filios Abrahæ. Mittit enim cri Mat. 3
ſtallū ſuā ſicut fruſtū panis. Et ex Baſan pſal. 147
conuertit. Pone tibi ante oculos mulie- Pſal. 67 Luc. 7
rem, quæ erat in ciuitate peccatrix, de q̃ dæmonia ſeptem eiecit. Pone ante ocu- Luc. 23
los tibi latronem, qui propter homicidi um & ſeditionem miſſus fuerat in carce rem, imo ſuſpenſus in cruce: & ꝑ certo videbis, quod nō eſt vnq̃ de Dei miſeri- cordia deſperandū: Licet enim vniuerſæ viæ dñi ſint miſericordia & veritas, vt co pſal. 24
gnoſcamus tamē, quia miſericordia ſup Iaco. 2
exaltat iudiciū, ſicut oleū ſupernatat vi- no, conferamus ad inuicem miſericor- diam & iuſtitiam, & videbimus manife ſte, quia iuſtum eſt, vt Deus parcat, non tamē piū eſt vt Deus puniat. Iuſtū eſt q- dē vt parcat, qa nō poteſt eſſe Deus, qn ſit miſericors, imo diuinitas ipſa eſt mi- ſericordia. Sed nec poteſt eſſe Deus, qn ſit ipſe iuſtus, cū deitas ſit ipſa iuſtitia. Er go ratio deitatis hoc exigit, vt ipſe idem & parcat per miſericordiam, & puniat ꝑ iuſtitiam. Nihil autem eſt iuſtum, niſi ꝙ exigit ratio. Iuſtū, eſt igitur, vt parcat & puniat. Quis ergo deſperet de miſeri- cordia, cum ſpem adiuuet ipſa iuſtitia. Iuſtitia tamen diuina ſolummodo, non humana. Quia ſtatuentes ſuam iuſtitiā, Rom. 10
iuſtitiæ diuinæ non ſunt ſubiecti. Nemo ergo venit ad filium, niſi pater traxerit eum. Quamuis indiuiſa ſint opera trini- tatis, patri tamen attribuitur, quod eſt tribus commune, propter autoritatem principalem. Vel potius, quia cum in tri nitate patri attribuatur potentia, filio ſapientia, ſpiritui ſancto benignitas, re- cte patri appropriatur quicqd pertinet ad potentiam. Et certe nihil diuinam po potētiam diuinā qd euidētius manifeſtat.
tentiam euidentius manifeſtat, quam iu ſtificare impium, hoc eſt, trahere pecca- torem. Iuxta quod legitur: Quia Deus omnipotentiam ſuam parcendo maxi- me & miſerando manifeſtat. Maius eſt enim iuſtificare, quam ſit creare: cū creā do detur natura, iuſtificando vero & au feratur culpa, & gratia conferatur.

Ecce fratres & filij, propoſitū eſt no- bis ſpeculū ꝙ miremur, propoſitum eſt

plum, quod imitemur ad dominum, vt ipſe conuertatur ad nos, & nos cõuertamur ad ipſum. Vt nos trahat de profundo confuſionis quæ latet in corde, per prauam cogitationem, quæ patet in ore, per iniquam locutionem, quæ valet in opere, per malam conſuetudinem. Hoc eſt, vt reſuſcitet puellã in domo, iuuenem extra portam, quatriduanum in monumento per ſpiritũ timoris. Quia timor domini expellit peccatũ, dicente Propheta: A timore tuo domine concepimus, & peperimus ſpiritũ ſalutis. Cũ enim peccator incipit in ſe cogitare magnitudinem, multitudinem, & turpitudinem peccatorum, & attendit in iudice potentiam, quam non poteſt effugere: ſapientiam quam non poteſt latere: & iuſtitiam, quam non poteſt corrumpere: videt quæ & quanta & qualis pœna peccatores maneat in gehenna, ſtatim obſtupeſcit & timet, concipiens compunctionem in corde, pariens confeſſionẽ in ore, nutriẽs ſatisfactionem in opere, vt iam dicere valeat: A timore tuo domine concepimus & peperimus ſpiritũ ſalutis. Sicq; trahitur ad ſemitã veritatis, per vitationem prohibitorum, per executionem mandatorum, & ſupererogationem conſiliorum vt in primo gradu de malo trahatur ad bonum, in ſecũdo gradu de bono trahatur ad melius, in tertio gradu de meliori trahatur ad optimum. Quod precibus & meritis beatiſſimi Pauli vobis & nobis concedat dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Eccl. 1
Eſa. 26

In eodem Feſto.

De morte triplici, de reſurrectione triplici, de uita triplici & uoluntate Dei.

SERMO II.

NOlo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.

Huius ſententiæ manifeſtum exemplum in conuerſione S. Pauli nobis dñs demonſtrauit. Quẽ non ſolũ venientẽ recepit, ſed etiã fugientem retraxit. Attendamus ergo fratres in eo mortem, quã dominus noluit, conuerſionem quam fecit, vitam quam tribuit. Mortem culpæ, conuerſionem pœnitentiæ, vitam gratiæ. Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos domini, acceſſit ad principes ſacerdotum, & petiit ab eis epiſtolas in Damaſcum ad ſynagogas, vt ſi quos inueniret huius viæ viros ac mulieres, vinctos pduceret in Hieruſalem. Ecce mors culpæ, quam dominus noluit. Et cũ iter faceret, ſubito circumfulſit eum lux de cœlo, & cadens in terram audiuit vocẽ dicentem ſibi: Saule Saule, quid me perſequeris. Qui dixit: Quis es domine? Et ille: Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Et tremens ac ſtupens dixit: Domine quid me vis facere? Ecce conuerſio pœnitentiæ, quam dominus fecit. Et cũ baptizatus fuiſſet, ingreſſus ſynagogas prædicabat Ieſum, quoniam hic eſt filius Dei, affirmans quoniam hic eſt Chriſtus. Ecce vita gratiæ, quam dominus tribuit. Verum eſt ergo quod veritas ait: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Ideo Deus mortem peccatotoris non vult, quia Deus mortem non fecit. Ideo vero mortẽ nõ fecit, quia quod factum eſt in ipſo, vita erat. Quia ipſe eſt via, veritas & vita. Ideo quoque Deus mortem peccatoris non vult, quia mors peccatorum peſſima. Ideo autem eſt peſſima: quia mortuo homine impio nulla ſpes erit de eo. Ideo vero nulla. q̃a in inferno nulla erit redemptio. Gratias ergo tibi dñe Ieſu Chriſte nos peccatores referimus, quia mortẽ peccatorum non vis, ſed vt conuertãtur & viuant. Dicã vobis quæ ſit illa mors peccatoris, quam tu vita non vis. Nonne tu mortificas & viuificas? nõne mors & vita in manu tua? Quid ergo? an eos, q[illegible]s nõ vis exiſtere peccatores, vis mori? ſed co[illegible] vis mori, non vis exiſtere pe[illegible]? Quia culpam odis, ſed pœnam inflig[illegible] An diſtinguendum eſt inter mortem & mortem? Vtique diſtinguendum. Eſt enim mors corporalis, ſpiritualis & gehennalis. Mors corporalis extinguit naturam, mors ſpiritualis ad

Act. 9
Mors culpæ.
Cõuerſio pœnitẽtię
Vita gratiæ.
Ezechi. 18
pſal. 33
Mors triplex

adimit gratiam, mors gehennalis impe
dit gloriam. Ergo prima mors mala, ſe-
cunda peior, tertia mors peſſima eſt.
Prima mors eſt mala pro pœna: ſecun-
da peior pro culpa: tertia vero peſſima,
pro pœna ſimul & culpa. De prima legi
pſal. 88 tur: Quis eſt qui viuit & nō videbit mor
tem? Quaſi dicat: Nullus omnino qui
1. Ioan. 5 mortem corporis non incurrat. De ſe-
cunda legitur: Eſt peccatum ad mortē,
non pro eo dico, vt quis oret. Quaſi di-
cat: Eſt quoddam peccatum mortale, ꝓ
quo non eſt orandum: quia nec in hoc
Mat. 12 ſeculo, nec in futuro remittitur. De ter-
pſal. 48 tia morte legitur: Sicut oues in inferno
poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Quaſi di-
cat: Sicut ouis non carpit herbam, ſed
paſcit, vt herba ſemper renaſcatur ad pa
ſtum: ita infernus non conſumit homi-
nem, ſed affligit, vt homo ſemper viuat
ad mortē. A corporali morte reſurgunt
omnes. A ſpirituali morte reſurgūt qui
dam. A gehennali morte reſurgunt nul
1. Cor 15 li. Omnes enim reſurgemus, ſed non
Apo. 20 omnes immutabimur. Beati vero q ha-
bent partē in reſurrectione prima. Quia
Pſal. 1 non reſurgent impij in iudicio, neque
peccatores in conſilio iuſtorum. Iam in
telligo plenius domine Ieſu Chriſte,
Oſee 13 quia mortem culpę tu non vis. Tu nan-
que dixiſti: O mors ero mors tua, mor-
Mors culpę q ordine cōtingat. ſus tuus ero inferne. Mors iſta contin-
git hoc ordine. Prius homo diſtempera
tur, deinde infirmatur, deinde mori-
tur, poſt hæc effertur, ad vltimum tumu
latur. Diſtemperatur in cogitatione, in-
firmatur in delectatione, moritur in cō
ſenſu, effertur in opere, tumulatur in cō
ſuetudine, in qua putreſcit & fœtet.
Mat. 9 Moritur ergo ſpiritus in cōſenſu: & tūc
Lucæ 7 puella mortua iacet in domo. Effertur
in opere: & tunc adoleſcens mortuus e-
ducitur extra portam. Tumulatur in cō
Ioan. 11 ſuetudine: & tunc quatriduanus mor-
Ioel 1 tuus fœtet in monumento. Quia tūc a-
nima quaſi iumentum in ſtercore com
putreſcit. O ſi videretur anima mortua
in peccatis, quantis fœtoribus ſordet,
quantis ſordibus fœtet, quā deteſtabilis
& abominabilis appareat. Sed nec ſic
deſperandum, quia tu domine tres iſtos
mortuos ſuſcitaſti. Puellam in domo, a-
doleſcentem extra portam, Lazarum in
ſepulchro. Vna tantum eſt ſpecies huius
mortis, à qua nemo reſurgit, ſcilicet, fi Finalis impœnitentia
nalis impœnitentia. De qua forte tu di- Mat. 18
xiſti: Sine mortuos ſepelire mortuos ſu
os. Ad cæteros autem clamat Apoſto- Eph. 5
lus: Surge qui dormis & exurge à mor-
tuis, & illuminabit te Chriſtus. Mortē
culpæ ſequitur mors gehēnę: mors im-
mortalis, mors viuens, in qua viuent
morti, qui vitæ ſuæ mortui, quęrēt mor
tem & non inuenient, qui vitam habue-
runt & perdiderunt. Audi Ioannem in Apoc. 9
Apocalypſi dicentem: In diebus illis quę
rent homines mortem, & non inueni-
ent: deſiderabunt mori, & fugiet mors
ab illis. O mors quam dulcis eſſes, qui-
bus tam amara fuiſti: te ſolam deſidera-
bunt, optabunt, qui te ſolam vehemen
ter oderunt. Gratias ergo tibi domine
Ieſu Chriſte nos peccatores referimus,
quia non vis mortem peccatoris, ſed vt
conuertatur & viuat. Quacunque hora
peccator conuerſus fuerit, vita viuet &
non morietur, ait dominus. Viri Niniui Ionæ 3
tę ad prædicationem Ionæ prædicaue-
runt ieiunium, & induti ſunt ſacco, &
vidit Deus opera eorum, quia conuerſi
ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt ſup
malitia, quam locutus fuerat vt faceret
eis. Patiens enī eſt & miſericors, & præ- Ioel 2
ſtabilis ſuper malitia. Conuertamur er
go peccatores ad dominum, quia ſtatim
dominus cōuertetur ad nos. Non enim Matt. 9
venit vocare iuſtos, ſed peccatores: quia
venit quærere & ſaluare quod perierat.
Quantacunq; ſit noſtra miſeria, maior
eſt pietas ſua. Abſit vt cum Cain de- Luc. 19
ſperemus, dicentes: Maior eſt iniquitas
mea, quam vt veniam merear. Propter Gen. 4
quod ille vagus & profugus abijt ſuper
terram.

Porro, triplex eſt vita, ſicut triplex eſt
mors: Vita naturæ, vita gratiæ, vita glo-
riæ. De vita naturę beatus Iob ait: Memē
to mei Deus, quia ventus eſt vita mea. Iob. 7
De vita gratiæ dicit Propheta: Iuſtus ex
fide viuit. De vita gloriæ ſapiēs ꝓteſtat: Abac. 2
Iuſti in perpetuū viuēt, & apud dominū
eſt merces eoꝝ. Prima bona, ſecūda meli Sap. 5
or, tertia vero optima. Cōuertatur ergo
pctōr à morte culpę, ad vitam gratiæ, vt
euadat à morte gehennę, ad vitā gloriæ.
Deus enim ſemp tenet manus expanſas

vt recipiat peccatores. Quia non vult
mortem peccatoris, ſed vt conuertať &
viuat. Verum cum diuinæ voluntati ni-
Pſal. 113 hil obſiſtat, Nam cum omnia quæcunq;
vult fecit in cœlo & in terra, in mari, &
in omnibus abyſſis, ſi Deus non vult
mortē peccatoris, ſed vt cōuertatur & vi
uat, quid eſt quod plurimi peccatores,
non ſolū nō conuertunť vt viuāt, ſed eti
Matt. 20 am puertuntur, vt pereāt? Nā multi ſunt
vocati, pauci vero electi. An forte quos
non vult mori conuertunť & viuunt: q̊s
autem vult mori peruertuntur & pere-
unt? Nam vt dicit Apoſtolus: Cui vult
Rom. 9 Mal. 1 miſeretur, & quem vult indurat. Sed &
ipſe per Prophetā teſtatur: Iacob dilexi:
Eſau autem odio habui. Quid eſt ergo
quod alibi dicit Apoſtolus: Deus vult
1. Tim. 2 Sap. 11 oēs homines ſaluos fieri, Et Propheta
dicit ad ipſum: Nihil odiſti eorum quæ
Rom. 11 feciſti domine? O altitudo diuitiarū ſa-
pientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomp̄-
henſibilia ſunt iudicia eius & inueſtiga-
biles viæ eius. Voluntas tamen Dei mul
tipliciter accipiť: pro beneplacito videli-
cet & p ſigno. Beneplacitum vnum eſt,
ſed ſigna diuerſa. Propter quod dicitur:
Pſal. 110 Magna opera domini, exquiſita in om
nes voluntates eius. Inter quæ ſunt con
ſilium & pręceptum. Vult ergo Deus, id
eſt, conſulit omnes homines ſaluos fie
ri. Et vult, id eſt, præcipit, vt conuerta-
tur & viuat. Sed conſilium eius & præce
ptum eius non ſemper implentur. Verū
qui ſecundum conſilium & præceptum
eius conuertitur, viuet: qui vero non cō
uertitur morietur. Porro cū ſine gratia
Dei operante peccator conuerti nō poſ-
Rom. 9 ſit, nam vt dicit Apoſtolus: Non eſt vo-
lentis neq; currentis ſed Dei miſerentis,
& gratiam operantem nemo poſſit pro
mereri: quoniam vt idem Apoſtolus ait:
Rom. 11 Si ex meritis eſt, iam non ex gratia: non
videtur homini imputamdum, ſi nō cō
uertatur, quandoquidem Deus gratiā
non apponit. Sed aliud eſt promereri, &
aliud demereri. Promereri nemo gratiā
poteſt, ſed demereri gratiā quiſque po-
teſt. Et ideo non penitus imputandum
homini ſi gratiam modo non mereatur,
ſed imputatur ei prorſus ſi gratiam de-
meretur. Si ergo fratres aliqs veſtrū p̄oc
cupatus eſt in aliq̄ delicto, nullo modo
deſperet, ſed interim faciat quicqd boni
poteſt, vt Deus cor eius illuſtret ad pœ-
nitentiam, aperiat oculos, vt ſolis lucē a-
ſpiciat, mollificet ceram, vt imp̄ſſionē ſi-
gilli recipiat, reddat ſe habilē, vt ei Deus
formam ſuæ ſimilitudinis imprimat, &
gratiæ ſuæ virtutem imponat. Amen.

In ſolennitate Purificationis glorioſiſſimæ ſemper virginis Mariæ.

De literis, ſignis & nunciis ante Chriſti aduentum præmiſſis, de tribus trium nunciorum uijs, & & triplici pace, quur in purificatione cereos portamus accenſos, item de triplici aduentu domini & triplici templo ad quod uenit & de tēpli ædificatione.

SERMO VNICVS.

ECce ego mitto an
gelum meū, & p̄-
parabit viā ante fa
ciē tuā: & ſtatim
veniet ad templū
ſanctū ſuū domi-
nator, quē vos q̄-
ritis, & angelus te
ſtamenti, quem vos vultis.
Rex regū & dn̄s dominantiū pro ſalute
populi ſui venturus in p̄pria, qa ſui eum
recepturi non erant, ne de ignorātia ſui
aduentus excuſationes in peccatis aſſu-
merent, aduentus ſui ſigna præmiſit, li-
teras illis direxit, & ante faciem ſuam
nuncios deſtinauit. His enim tribus, vi-
delicet, literis, ſignis, & nuncijs, ſuum li Luc. 10
quido declarauit aduentum. Non enim
ſolus aut ſubitus debuit venire, qui
cum veniſſet binos & binos ante faciem
ſuam legitur deſtinaſſe. Præmiſit iaq; ſi
gna, myſteria figurarū. Direxit literas,
id eſt, teſtimonia ſcripturarū. Deſtinauit
nuncios, p̄ſonas videlicet Prophetarū. Figurę aduētū Chri
Pręſignatus eſt etenim in figuris: vt Iſa- ſignificantes.
ac natus de ſterili, p̄ſignauit Chriſtū na Gen. 21
ſciturū de v̄gine: Virga frōduit & attulit Num. 17
fructū, qa cōcepit virgo, & peperit Chri Exo. 3
ſtū. Hoc ipuſm ignis in rubo, mā̄na in de Exo. 16
ſerto, pluuia in vellere p̄ſignauit. Prænū Iudic. 6
ciatus

ciatus eſt in ſcripturis, vt in Geneſi: Non
Gen.49 auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœ
Teſtimonia ſcripturarū. more eius, donec veniat qui mittendus
eſt: & ipſe erit expectatio gentium. Et ali
Amos.1 bi: Veniet dominus ſicut quercus, qui ē
in Silo, cum ex ſemetipſa fuerit in duode
Baru.3 cim partita. Et in ſecretis Hieremię: Poſt
hoc in terris viſus eſt, & cum hominibus
Nuncij an te aduētū Chriſti præmiſſi. conuerſatus eſt. Annunciatus eſt ꝑ pro-
phetas, vt Eſaias: Ecce virgo cōcipiet, &
pariet filium, & vocabitur nomen eius e-
Eſa.7 manuel. Et Abacuc: Si moram fecerit ex
Aba.2 pecta eum: quia veniens veniet & nō tar-
Danie.9 dabit. Et Daniel: Septuaginta hebdoma
dæ abbreuiatæ ſunt, vt cōſummetur præ
uaricatio, & adducatur iuſtitia ſempiter
na, & vngatur ſanctus ſanctorum. Por-
ro tam manifeſta ſigna ſynagoga miſera
non notauit, tam apertas literas Iudæa
cæca non intellexit, tam veridicos nunci
os populus incredulus non accepit, & i-
Ioan.1 deo cum venit in propria, ſui eum non
receperunt. De quibus per prophetā con
Eſaiæ 1 queritur, dicens: Cognouit bos poſſeſſo
rem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui:
Iſrael autem me nō cognouit. Hinc eis
dicit in Euangelio: Si crederetis Moyſi,
Ioan.5 crederetis vtique & mihi. De me enī ſcri-
pſit ille: Prophetam ſuſcitabit vobis De
Deut.18 Deut.28. us de fratribus veſtris, &c. Rurſum: Vi-
debitis vitam veſtram pendentem ante
oculos veſtros, & non credetis vitæ ve-
ſtræ. Hos autem nuncios longe ante prę
Tres nuncij erūt triplex via. miſit. Nouiſſime vero cum iam veturus
eſſet, in proximo tres egregios & illu-
ſtres nuncios deſtinauit. Primus, præpa
rauit viam incarnationis, Secundus, viā
natiuitatis, Tertius, viam prædicationis.
Per primam viam venit ad templum ſa-
lutare, Per ſecundam venit ad templum
materiale, Per tertiam venit ad templum
ſpirituale. De primo nūcio legitur in E-
Primus nuncius. uangelio: Miſſus eſt angelus Gabriel à
Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomē Na
zareth, ad virginem deſponſatam viro,
cui nomen erat Ioſep, & nomen virginis
Maria. Et accedens ad virginem eam ſua
uiter ſalutauit: Aue, inqt, gratia plena, do
minus tecū, benedicta tu in mulieribus.
Aue, qa per te mutabitur nome Eue. Illa
fuit plena pctō, ſed tu plena gratia. Illa re
ceſſit à deo, ſed dominus tecū. Illa fuit ma
ledicta in mulieribus, ſed bn̄dicta tu in

mulieribus. Fructus vētris illius fuit ma
ledictus Cain, ſed fructus vētris tui erit
bn̄dictus Ieſus. Per illā mors intrauit in
orbē: tu cōcipies & paries filiū, & vocabi Matt.1
tur nomē eius Ieſus. Ipſe enim ſaluum ſa
ciet populū ſuū à peccatis eoꝝ. Salutatio
ne ꝑmiſſa, ſtatim dn̄i ſui ꝓnunciauit ad- Luc.1
uentū: ſpūs ſanctus ſupueniet in te, & vir
tus altiſſimi obumbrabit tibi. His ita pa-
ctis, ſtatim ſpūs ſanctus aduenit, & tripli
cē viā ante faciem dn̄i ꝑparauit. Prima fu
it virginalis conſenſio, ſcdā fuit carnalis
mūdatio, tertia fuit corporalis formatio.
Prima fuit cōſenſus mētis in virgine, Se
cunda fuit mūdatio carnis à fomite, Ter
tia fuit formatio corporis ex puriſſimo
ſanguine. Cum enī angelus admirāti vir
gini modū conceptionis & ordinē indi-
caſſet, ſtatim illa ſummo deſiderij flagrās
ardore, cōſenſit, & inſtinctu ſpūs ſancti
reſpōdit: Ecce ancilla dn̄i, fiat mihi ſcdm
verbū tuū. Beata q̄ credidit, qm̄ oīa com- Luc.1
pleta ſunt ei. Non enī autor fidei cōcipi
potuit de incredula: ideoq; primā viā, ſci
licet cōſenſum virginis, oportuit ꝑpara-
ri. Statim aūt ſpūs ſctūs ſupuenit in eam:
prius quidē in eā venerat, cū in vte ro ma
tris animā eius ab originali peccato mū-
dauit, ſed & nunc ſupuenit in eā, vt car-
nē eius à fomite peccati mūdaret, quate-
nus eſſet ſine ruga prorſus & macula. Ty
rannū itaq; carnis, languorē naturæ, fo-
mitē peccati, ſicut opinor, in ea prorſus
extinxit: vt de cætero nō poſſet in mem-
bris eius ſurgere motus ex lege peccati,
contra legem iuſtitiæ: neque caro concu
piſcere poſſet aduerſus ſpiritum, in qua
pax Dei, quæ exuperat omnē ſenſum, de
bebat corporaliter habitare. Ideoq; ſcdā
da via, ſcilicet carnis mūdatio, debuit ꝑ-
parari. Mox aūt de puriſſimis ſanguini-
bus glorioſiſſimæ virginis, corpus redē
ptoris ſpūali quadā operatiōe formauit,
& ſine tēporis interſtitio, nouā animā in
fundēdo creauit, quam vna cū corpore
verbū aſſumpſit, & factū eſt homo, ex a-
nima rationali, & humana carne ſubſi-
ſtēs. Hac ergo triplici via dn̄o ꝑparata, ſta
tim virtus altiſſimi deſcendit in eam, &
vniuit ſe corpori anima mediante. Medi
at autem anima, nō ſolum per vnionem,
verum etiam per naturam. Diuinitas e-
nim penitus eſt ſimplex: nam & caret
H iiij mul

multiplicitate partium,& habet concrea
tionem proprietatum.Corpus aũt pror-
ſus eſt compoſitum. Nam & habet mul-
tiplicitatem partium,& habet concretio
nem proprietatum. Anima vero par-
tim eſt ſimplex.quia caret multiplicitate
partium vt diuinitas, partim compoſi-
ta, quoniam habet concretionem pro-
prietatum, vt corpus. Hinc itaq; legitur
tãtæ ſubtilitatis eſſe diuina natura,vt cor
pori de limo terrę formato vniri non cõ
grueritt,niſi rationali eſſentia mediante.
Mal.3 Ioan.2 Statim ergo venit ad templum ſanctum
ſuum,templũ videlicet ſalutare. De quo
dicit in Euãgelio: Soluite templum hoc,
&in triduo excitabo illud. Hoc autem
dicebat de templo corporis ſui.Hoc tem
plũ eſt ſanctum.i. ſanctificans: non autẽ
ſanctificatum, id eſt, à peccato munda-
Eſaiæ53 tum:eo quod iniquitatem non fecerit,
nec inuentus ſit dolus in ore eius.Sed ne
pſal. 68 Eſaiæ 19 que peccatum contraxit,quia quod non
rapuit hoc exoluebat. Aſcendit enĩ Deus
nubem leuem,id eſt, aſſumpſit carnem à
peccato immunem, & intrauit Aegy-
ptum,id eſt venit in mundum. Venit au-
Ioan.1 tem per incarnationem: quia verbum ca
ro factum eſt,& habitauit in nobis.Exi-
Phil.2 naniuit enim ſe formam ſerui accipiens,
in ſimilitudine hominum factus,& habi
tu inuentus vt homo.Porro ſicut nõ ve-
nit ſubitus,ita nec ſolus. Venerunt enim
cũ eo ſpiritus poteſtatis, & ſpiritus chari
tatis.Ex poteſtate valuit, ex charitate vo
Sap.18 luit incarnari. De poteſtate legitur:Om-
nipotẽs ſermo tuus domine à regalibus
ſedibus venit:inſimulatum portans im-
perium.Et quæ maior potẽtia,quàm ꝗd
Luc.2 æternus fecit ſe temporalem,ſimplex cõ
poſitum,& immortalis mortalem? Cer-
Natiuitas Chr̃i cur celebrior ſit conce-ptione. te,non eſt impoſſibile apud Deum om-
verbum.Cum ergo maius fuit Deũ ho-
minem fieri,& de virgine concipi,quam
Deum hominem factum de virgine na-
ſci: quid eſt ergo quod natiuitas Chriſti
maiori ſolennitate recolitur, quam eius
conceptio? An quia conceptus occultus,
Aĩa ꝗmodo chriſtũ myſtice cõcipere et parere de beat. &partus extitit manifeſtus: vel potius
ratione myſterij:quia quod virgo conce
pit Chriſtum per carnem in vtero, ſigni
ficabat,quod fidelis anima debet conci-
pere Chriſtum per fidem in animo? Qđ
virgo peperit Chriſtum in ſeculo,ſignifi
cat ꝙ fidelis anima debet parere Chriſtũ
in opere.Fides vero ſine operibus mor- Iacob.2
tua eſt. Viuit autem,cum fides ꝑ dilectio
nem operatur. Ideoq; magis partus,quã
cõceptus ſolẽnis habetur.De charitate le
gitur:Sic Deus dilexit mundũ, vt filium Charitas dei.
ſuũ vnigenitũ daret ꝓ mundo. Filiũ de-
dit,non ſeruũ:vnigenitum & optimũ de Ioan.3
dit,non reddidit:quia nõ ex operibus iu Titum.3
ſtitię q̃ fecimus nos, ſed ſcd'm ſuam miſe
ricordiã ſaluos nos fecit. Nec tñ dedit,
ſed tradidit:quia proprio filio ſuo nõ pe Rom.8
percit Deus,ſed ꝓ nobis omnibus tradi-
dit illũ.Maiorem autem charitatẽ nemo
habet,vt animã ſuã ponat quis pro ami- Ioan.14
cis ſuis.O inęſtimabilis Dei charitas,q ſe
cit hominẽ ſine hoĩe, factus eſt homo ꝓ
hoĩe. Hinc etiã de ſpiritu ſctõ natus aſſe
rit,nõ ꝗd ipſo paternaliter gñante, ſed ꝙ
eo ſpũaliter opante natus ſit Chriſtus de
virgine.Licet enĩ indiuiſa ſint opa trini-
tatis,opus tñ dilectionis ſpiritui ſancto
ſpecialiter attribuitur, qui eſt dilectio
patris &filij,amor &connexio vtriuſq;.
Sed in incarnatiõe charitas euidẽter elu
cet,non ſolum quia Deus ineffabili cha-
ritate filium ſuum vnigenitum incarna-
uit:verum etiã,quia virgo ex nimio cha-
ritatis ardore Dei verbum cõcepit, cum
ait:Ecce ancilla dñi,fiat mihi ſecundum Lucæ.1
verbum tuum.Habetis itaq; primũ tem-
plũ.Sed poſt primũ nunciũ venit ſecun- Secundus nuncius.
dus,qui apparens paſtoribus ait:Euãge-
lizo vobis gaudiũ magnũ,quia natus eſt
Chriſtus dñs in ciuitate Dauid. Hic quo Lucæ.2
que triplicem viã ante faciem domini ꝓ-
parauit.Primam, præparando famulum
in obſequio.Secundam, præparando lo
cum in diuerſorio. Tertiã, ꝓparando cu-
nabulum in ꝓſepio. Apparuit enim an-
gelus dñi Ioſeph in ſomnis,dicẽs:Ioſeph
fili Dauid,noli timere accipere Mariam Matt.1
coniugem tuam: quod enim in ea natũ
eſt de ſpiritu ſancto eſt. Diſpoſuit ſane
cœleſtis altitudo conſilij, vt virgo ſpon-
ſum haberet,non ſolũ vt tolleret forni-
catiõis opprobriũ, nõ ſolũ vt falleret fal
lacẽ diabolũ, verũ etiam vt eſſet virgini
ad ſolatium,& vt parienti pręberet obſe
quium:Poſtmodum autem inter frequẽ
tiã multitudinis,quæ ad ꝓfitendũ conue
nerat,locũ ſcilicet artiſſimũ parienti vir-
gini præparauit. De quo dicit Euange-
liſta

liſta,quia non erat ei locus,alius ſcilicet,
in diuerſorio. Tandem vero præparauit
illi cunabulum in præſepio,in quo virgo
puerum reclinauit.De quo dicit prophe
Abac. 3 ta: In medio duum animalium innote-
ſceris. Non enim eſt credibile,quin hoc
ille preparauerit, qui facit angelos ſuos
ſpiritus, & miniſtros ſuos ignẽ vrẽtem.
Sed quid eſt quod angelo congaudẽ
te paſtoribus, Deus homo naſcitur,in p̃
ſepi bouis &aſini: quid eſt,inquã,niſi q̃d
Pax triplex hominum per Christum ventura. triplicem pacẽ nobis inſinuat?Scitis eñ
chariſſimi, quod ante redẽptoris aduen
tũ,tres erant inimicitiarum parietes. Pri
mus erat inter Deum & hominem. Secũ
dus, inter angelum & hominẽ. Tertius,
inter hominem & hominẽ. Homo nãq
per inobediẽtiam creatorem offenderat,
per ſuum caſum reſtaurationẽ angeli im
pedierat,p varios ritus ſe ab homine ſe-
parauerat.Iudæus nãq; cæremonias ex-
colebat,Gẽtilis,idololatriam exerceb.t,
vtriq ritus alterius diſplicebat. Sed veni
Ephe.2 ens pax noſtra fecit vtraq vnum,deſtru
xit macerias inimicitiarum, & concurrẽ
tes parietes in ſe angulari lapide copula-
Ioan.10 uit,vt de cætero eſſet vnum ouile &vnus
paſtor. Abſtulit ergo peccatum & recon
ciliauit hoiem Deo, reparauit caſum, &
reconciliauit hominẽ angelo , deſtruxit
ritus & recõciliauit hoiem hoi. Reſtau-
rauit ergo,ſcd'm Apoſt.q̃ in cœlis &q̃ in
terris ſunt,&ob hoc illa cœleſtis militię
Lucæ 1 multitudo pſallebat : Gloria in excelſis
deo,i.angelis,deo:&in terra pax hoĩbus,
Iudęis & gẽtibus,bonę voluntatis.Hinc
eſt etiam q̃d angelus loqtur & cõgaudet
paſtoribus:quia pax inter angelos & ho
mines eſt reformata.Naſcitur Deus ho-
mo: quia pax inter Deum &homines eſt
reſtaurata.Naſcitur in p̃ſepi bouis & aſi
ni:quia pax eſt inter hoĩes &homines re
parata.Per bouem enim Iudaicus,per aſi
Bos & aſinus invſti ce quid. num gentilis populus p̃figuratur, ſecun
dũ illud:Non arabis in boue & aſino,Iu
dæo ſcilicet & gẽtili. His geſtis, venit do
Mala.3 minator dñs ad templũ ſanctũ ſuum. Ad
templũ materiale, de quo legitur in Euã
Ioan.2 gelio:Quadraginta & ſex annis ædifica
tum eſt templum hoc. Et in Pſalmo:Su-
pſal.64 ſcepimus miſericordiam tuam,in medio
templi tui. Venit autem per oblationem,
ſecundum quod hodierna die ſancti E-
uangelij lectio declarauit : quia poſt- Lucæ 2
quam impleti ſunt dies purgationis Ma
riæ , tulerunt Ieſum in Hieruſalem,
vt ſiſterent eum domino , & cætera.
Oblatus eſt enim , quia ipſe voluit: ſed à
matre fuit oblatus in templo , qui patri
ſe obtulit in cruce.In tẽplo redẽptus eſt,
qui in cruce redemit.Sed ipſe ſeipſum de
dit redemptionem pro mũdo, mundus
autem par turturum,aut duos pullos co
lumbarum dedit redemptionem pro eo.
Legitur autem bis fuiſſe redemptus, ſe-
mel ſacerdotibus, ſed columba vel turtu
re.Item miniſtris,ſed dragma vel ſtatere. Matt.17
Ipſe tamen non fuit redemptus ex debi-
to,ſed tantum ex beneplacito.Nam ſecũ Leuit.12
dum legem redimi nõ tenebatur,niſi pri
mogenitus vuluam aperiẽs: ſed ipſe vul-
uam virginis non aperuit. Nam hæc eſt Ezech.44
porta clauſa, & vir non eſt tranſgreſſus
per eam.
Quid eſt autem, quod in hoc feſto ce
reos portamus accẽſos?Hoc ex libro Sa- Cerei accẽſi cur hodie portẽtur.
pientiæ poteſt connci,vbi leguntur ido-
lolatrę obſcura ſacrificia faciẽtes. Genti-
les eñ Februariũ mẽſem inferis dedica-
uerunt,eo q̃d ſicut ipſi putabãt, ſed erra-
bãt, in pricipio eius mẽſis Proſerpina ra
pta fuerat à Plutone : quam quia mater
eius Ceres facibus accenſis in Aethna to
ta nocte per Siciliã quæſiſſe credebatur,
& ipſi ad commemorationem ipſius fa-
cibus accenſis in principio mẽſis vrbem
de nocte luſtrabant . Vnde feſtum iſtud
appellabatur Amburbale. Cum autẽ
ſancti patres conſuetudinem iſtam non
poſſent penitus exſtirpare,conſtituerũt,
vt in honore beatæ virginis Mariæ ce-
reos portarent accenſos. Et ſic quod pri
us fiebat ad honorem Cereris, modo
fit ad honorem virginis. Et quod prius
fiebat ad honorem Proſerpinæ, modo
fit ad laudem Mariæ . Ob hoc quo-
que in Purificatione virginis cereos ac-
cenſos portamus, vt purificati per gra-
tiam, cum accẽſis lampadibus quaſi pru Matt.25
dentes virgines ad nuptias ingredi me-
reamur. Ad hæc, ſicut non ſubitus ve-
nit,ſic nec ſolus. Venerunt enim cum eo
ſpiritus humilitatis,& ſpiritus pauperta
tis.Humilitas eum obtulit, humilitas in
præ-

Humilitas & paupertas Chriſti. præſcpio reclinauit. Paupertas eum vili-
bus pannis inuoluit: paupertas eum vili
mercede redemit. O mira dñi pietas, mira
dignatio: paup effectus eſt, cuius ē terra
psal. 23 & plenitudo orbis terrarum, & vniuerſi
qui habitant in eo. Humiliatus eſt qui e-
Pſal. 146 rat excelſus, quia magnus dñs & magna
virtus eius, & ſapientiæ eius nõ eſt nume
rus. Habetis ergo ſecundũ angelũ, ſecun
dã viã, ſcd'm aduentũ, ſecundũ templũ.

Tertius nuncius. Sed poſt ſecundum nuncium venit &
tertius. De quo angelus Gabriel ait: Ipſe
Luc. 1 præibit ante illum in ſpiritu & virtute
Heliæ, parare domino plebem perfectã.
Ioannes autem angelus appellatur, non
naturę proprietate, ſed officij q̃litate, iu-
xta quem modum ipſe Chriſtus conſe-
quenter angelus appellatur, Iuxta illud:
Mala. 3 Et ſtatim veniet ad templum ſanctũ ſuũ
dominator, quẽ vos quæritis, & ange-
lus teſtamenti quem vos vultis. Reuera
magnus, quia præco iudicis, vox verbi,
paranymphus ſponſi, lucerna ſolis, qui
pro ſui dignitate non tantum propheta,
Matt. 11 ſed plusquam Propheta meruit appella
ri. Ipſe nanq; limes p̃cedentium & ſequẽ
Lucę 16 tiũ. Quia lex & prophetę vſq; ad Ioannẽ:
Euangelium & apoſtoli à Ioanne. Ipſe cũ
præcedẽtibus Chriſtũ p̃dixit futurũ: qui
Ioan. 1 poſt me veniet, ante me factus eſt, cuius
non ſum dignus corrigiam calciamenti
ſoluere. Cum præſentibus prẹſentem o-
Ibidem ſtẽdit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pec
cata mundi.

Hic viã ante faciem dñi p̃parauit. Viã,
inquam, triplicẽ. Nam triplex legitur eſſe
baptiſmus, ablutionis, compũctionis, &
paſſionis. Ablutiõis in aqua. Cõpunctio
nis in lachrymis. Paſſionis in ſanguine.
Primã viam p̃parauit baptizando. Secun
dam viam prædicãdo. Tertiam viam mo
riendo. Baptizabat corpus exterius, ſed
non mentem interius. Vnde: Ego bapti-
Matt. 3 zo in aqua, medius autem veſtrum ſtat,
qui baptizat vos in ſpiritu ſancto & igni.
Prædicauit pœnitentiã, ſed non contulit
Luc. indulgentiam, Vnde: Pœnitentiam agi-
te, appropinquabit enim regnum cœlo-
rum. Mortuus eſt pro iuſtitia, ſed nõ ipſe
Marc. 6 iuſtificauit: quia Herodes fecit amputa-
ri caput Ioannis in carcere. Statim ergo
venit dominus ad templum ſanctum ſu-
um, ad templum ſpirituale, De quo dicit

Apoſtolus: Templum Dei ſanctum eſt, 1. Cor. 3
quod eſtis vos. Poſt baptiſmum enim at
que ieiunium, congregauit eos quos ele
git de mũdo, quos templum ſpiritus ſan 1. Petri 2
cti cõſtituit, genus electum, regale ſacer-
dotium. Sed tunc ſicut nõ venit ſubitus,
ita nec ſolus. Venerunt enim cum eo ſpi-
ritus honeſtatis, & ſpiritus veritatis. Ho-
neſtatem in factis, veritatem in dictis ex-
hibuit. Ipſe nanq; peccatũ non fecit, ecce Eſaiæ 53
ſpiritus honeſtatis: nec inuẽtus eſt dolus
in ore eius, ecce ſpiritus veritatis. Fecit e-
nim opera ſingularia. Iuxta quod ipſe te
ſtatur: Si opera non feciſſem, quæ nemo Ioan. 15
alius fecit, &c̃. Verba protulit ſalutaria,
Petro teſtante, qui ait: Domine, verba vi Ioan. 6
tæ æternæ habes, &c̃. Venit ergo ad tem-
plum ſanctum ſuum dominator, quem
vos quæritis, & angelus teſtamẽti quem
vos vultis. Metaplaſmus hic eſt. Prius e-
nim loquebatur pater ad filium: Ecce e-
go mitto angelum meum, &c̃. Nunc au-
tem conuertit ſermonem ad illos, qui fi-
lij deſiderabant aduentum dicentes: Ve-
ni domine, & noli tardare, relaxa facino
ra plebis tuæ Iſrael. Et alibi: Emitte agnũ Eſaiæ 16
domine, dominatorem terræ, & cæt. De
quibus dominus inquit apoſtolis: Mul Luc. 10
ti reges & prophetæ voluerunt videre,
quę videtis, & non viderunt, &c̃. Horum
deſiderium repræſentat Eccleſia in illis
antiphonis: O emanuel, & cæt. O ſtirps
Ieſſe.

Cæterum, quia ſpiritus eſt qui viuifi-
cat, de ſpirituali aduentu Chriſti, ſpiritua
liter aliquid proponamus. Tres enim ad
uẽtus Chriſti legimus in ſcripturis, p̃ſen Aduentus Chriſti triplex.
tẽ, p̃teritum & futurũ. Prẹſentẽ in ſẽita-
te, p̃teritum in humilitate, futurũ in maie
ſtate. Primo, venit in mundũ ad redẽptio
nẽ. In ſecũdo, venit in aĩam ad ſanctifica
tionẽ. Tertio, veniet ad retributionẽ. De
primo dicit: Exiui à patre & veni in mun Ioan. 16
dũ. De ſcd'o dicit: Ad eũ veniemus & mã Ioan. 14
ſionem apud eum faciemus. De tertio di
cit: Videbitis filium hominis venientẽ in Luc. 21
nubibus cœli, cum poteſtate magna, &c̃.
De primo dictum eſt. De ſecundo dicen
dum eſt. Sed in hoc aduẽtu angelus ante
faciem Chriſti præmittitur, q prẹpararet
ei viam. Hic eſt ille familiaris & ſpiritua
lis nuncius, de quo dicit propheta: A ti- Eſaiæ 26
more tuo domine concepimus & peperi
inus

Exo.14 mus ſpiritum ſalutis. Timor iſte præparat iter trium dierum, quo filij Iſrael egreſſi ſunt de Aegypto, id eſt, pœnitentes egrediuntur de tenebris peccatorum. Iter primæ diei, eſt inquiſitio vitiorum. Iter ſecundæ diei, eſt recordatio peccatorum. Inter tertiæ diei eſt contritio delictorum. Præcedit enim in pœnitente ſubtilis inquiſitio, quæ diligenter conſiderat & inquirit numerum & genera vitiorum. Iuxta quod ipſe pœnitēs ait: Iniquitatem meam ego prænuncio, & cogitabo pro peccato meo. Succedit huic lamentabilis recordatio, quæ recolit & attendit turpitudines & circunſtantias delictorum, ſecundum quod ait: Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatū meum contra me eſt ſemper. Sequitur grauis contritio, quæ delet & purgat maculas peccatorum. Iuxta quod ait: Secundū multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerūt animam meam. Hac triplici via per timorem domino præparata, ſtatim venit per gratiam ad templum ſanctum ſuum, id eſt, in animam pœnitentis, vt illam ſanctificet. Venit autem non ſolus, ſed cum eo pater & ſpiritus ſanctus accedunt. Iuxta quod ipſe teſtatur: Ad eum veniemus & manſionē apud eū faciemus.

Pſal.37 Pſal.50 pſal.93 Ioan.14

Manſionē quō Deus ſpūaliter faciat in anima

Manſionem autem iſtam hoc ordine faciūt. Fundamentū iaciunt, baſes diſponunt, columnas erigunt, epiſtilia ſupponunt, capitella perficiunt, parietis producunt, feneſtras ordinant, tectum ſupponunt, oſtium inſerunt, pauimentum ſternunt, & templum in duas manſiones diſtinguūt. Hęc oia fratres ſpūalibus ſunt plena ſacramentis. Fundamentū enim eſt fides Chriſti, ſuper quā fidelis anima fundata, cōtra ſpiritus tempeſtatis & turbinis ſtabilis ſoliditate conſiſtit. De qua dicit Apoſtolus: Fides eſt ſubſtantia rerū ſperandarum, argumētum non apparentiū. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Quia quicqd nō eſt ex fide, pctm̄ eſt. Iuſtus em̄ ex fide viuit. Vnde in Geñ. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiā. Super hoc fundamētum ſeptem baſes ordinabiliter diſponūtur. i. ſeptem petitiones, q̄ cōtinentur in oratione dñi ca: tres pertinentes ad p̄ſentem vitam, & tres ptinentes ad futurā vitā: media vero

Fundamē tum. Heb.11 Ibidem Roma.14 Aba.2 Rom.1 Hebr.10 Gen.15 Baſes ſeptem

pertinens ad vtranq;. Adueniat, inquit, regnum tuū, fiat voluntas tua, &c. Super has baſes ſeptem columnæ firmiter erigūtur. i. ſeptem dona gratiæ ſeptiformis, quæ Eſaias ſuper Chriſtum enumerans, ait: Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientię & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini. De quibus Salom. Sapiētia ędificauit ſibi domū, excidit colūnas ſeptē. Hinc & oculi ſeptē in lapide vno, & lucernę ſeptē aureę in candelabro, ſecundū vaticiniū Zachariæ. His colūnis ſeptē epiſtilia p̄ponūtur, & epiſtilijs capitella. i. ſeptē virtutes, & ſeptē beatitudines, quas ipſe Chriſtus enumerat inqens: Beati pauperes ſpiritu, q̄m ipſorū eſt regnū cœlorū. Beati mites, &c. Octaua nāq; btitudo redit ad caput. Ad hoc ædificiū quatuor parietes producūtur. i. quatuor cardinales virtutes, Iuſtitia, fortitudo, prudētia, tēperantia. Latus iuſtitiæ reſpicit Orientē, per quā timentibus Deū ſol iuſtitiæ Chriſtus exorit. Latus fortitudinis reſpicit aqlonem, p quā aduerſis reſiſtimus, q̄ ſecundū prophetā ab aquilone panduntur. Latus tēperātiæ reſpicit ad Meridiem, p quā illecebras coercemus, qbus cōcupiſcētiæ exardeſcūt. Latus prudentiæ reſpicit Occidentē, per quam occidua declinamus, & occidentium vitamus inſidias. Hęc quatuor latera ſunt æqualia, vt in quadrū ſit ædificium. In his lateribus quinq; feneſtræ ordinantur. i. qnq; ſenſus ſpiritualiter intellecti, ſcilicet, viſus intelligētię, auditus obediētiæ, odoratus diſcretiōis, guſtus delectationis, & tactus operis. Per hos ſpirituales ſenſus vita ſubintrat, ſicuti econtra mors per carnales ſenſus ingreditur, dicente propheta: Intrauit mors per feneſtras. Tectum quod præfertur eſt charitas, ſuper alias virtutes excellēs, quæ operit multitudinem peccatorum. Oſtiū q̄d in latere Orientis infertur, eſt ſpes, per quam ad iuſtitiam exequendam ingredimur. Cuius duæ ſunt ianuæ, abſtinētia & continentia. Abſtinētiæ ianua claudi debet, ne forte Nabuzardam princeps coquorum ſubintret, qui Hieruſalem totam ſubuertat. Continentiæ ianua debet claudi, ne ſubintrent mulieres alienigenæ, quæ mentem Salomonis euertant. Inte-

Columnę ſeptem Eſaiæ 11 Prou.9 Zach.3 Epiſtilia ſeptem Capitella ſeptem Matt.5 Parietes quatuor Hierem.1 Feneſtræ quinq; Hierem.9 Tectū q̄d. Prouer.10 Oſtium Ianuę duę 3.Reg.11

Pauimentum pſal. 118 Interius autem ſternitur pauimẽtum, id
eſt, humilitas. De qua legitur: Adhæſit
pauimento anima mea. Templum iſtud
in duas mãſiones diuiditur. Interior eſt
ſapientia, qua cœleſtibus contemplãdis
inhæret. Exterior eſt ſcientia, quæ terre-
nis diſponendis intendit. Interior con-
templatiua, exterior actiua. In interiori,
Lucæ 10 Maria ſecus pedes domini audiens eius
verba ſedebat. In exteriori, Martha ſata-
gebat circa frequens miniſterium. Sata-
Matt. 3 gamus igitur & nos dignos fructus age
re pœnitentiæ, vt tale templum nos ſibi
faciat angelus teſtamenti dominus no-
ſtor Ieſus Chriſtus, qui eſt ſuper omnia
benedictus Deus in ſecula ſeculorum,
Amen.

In feſto D. Gregorij papæ, huius nominis I.

Quæ ad teſtamentum requirantur, & de teſtamento Chriſti, de quatuor ſpeciebus ſcripturæ, quæ per quatuor flumina de paradiſo fluentia deſignantur, de duplici ſacerdotio, & de pontificalibus indumentis, quibus pontifex ueteris teſtamenti induebatur.

SERMO I.

Eccle. 45 STatuit illi domi-
nus teſtamentum
ſempiternum, &
dedit illi ſacerdo-
tium magnum, &
beatificauit illum
in gloria.
Teſtamentũ qd, quę ad illud ptineant. Teſtamentum
eſt propriæ voluntatis iuſta ſententia, ſu
per eo quod quis de rebus ſuis vult fieri
poſt mortem. Exiguntur autem in teſta
mento teſtes idonei, coram quibus teſta
tor & hæredes inſtituat, & de rebus diſ-
ponat. Exigitur & tabellio, qui teſtamen
tum conſcribat, vt ſic demũ poſt obitum
teſtatoris ſit immobile teſtamentũ. Hæc
omnia fratres in teſtamẽto Chriſti poſ-
ſumus inuenire: qui quanto perfectior Teſtamentũ Chriſti quod
eſt, tanto perfectius volẽs condere teſta-
mentum, cum moriturus eſſet in proxi-
mo, non ſolum ſeptem teſtes, ſed vniuer
ſos apoſtolos ſibi teſtes adhibuit, qui- Luc. 24
bus & dixit: Vos eritis mihi teſtes in Hie
ruſalem, & in omni Iudæa & Samaria. &
vſque ad extremum terræ. Coram ipſis
non vnum tantum hęredem, ſed omnes
electos ſibi hęredes inſtituit. Qui ſecun-
dum Apoſtolum ſunt hæredes Dei, co- Rom. 8
hæredes autem Chriſti. De quibus dixe
rat per Prophetam: Diſpoſui teſtamen- pſal. 88
tum electis meis. Eis ergo regnum cœlo
rum ex teſtamento diſpoſuit, ſecundum
quod dixit: Beati pauperes ſpiritu, quo- Matt. 5
niam ipſorum eſt regnum cœlorũ. Hinc
ergo Apoſtolis ait: Diſpono vobis ſicut Lucæ 22
diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt e-
datis & bibatis ſuper menſam meam in
regno meo. Summã vero teſtamenti con
cludens, accepit panem, benedixit & fre
git, deditque diſcipulis ſuis dicens: Acci Ibidem
pite & comedite: Hoc eſt corpus meum.
Similiter & calicem poſtquam cœnauit,
dicens: Hic eſt ſanguis meus noui teſta-
menti, qui pro multis effundetur, in re-
miſſionem peccatorũ. Adfuit & tabellio,
non vnus tantum, ſed Matheus & Ioan-
nes, qui teſtamentum illud, id eſt, Euan-
gelium, cõſcripſerunt, Iuxta quod alter
eorum ſubſcribẽs, ait: Hic eſt diſcipulus Ioan. 21
ille, qui ſcripſit hæc. Hoc ergo teſtamen-
tum eſt ſempiternũ: quia teſtatoris mor- Heb. 9
te fuit firmatum. Ideoque vetus teſtamẽ-
tum debuit de iure ceſſare, ſecundum ꝙ
ſcriptum eſt: Nouis ſuperuenientibus, Leuit. 26
vetera proijcietis. Et iterum: Ecce noua Apo. 21
facio omnia. Vnde Propheta: Ecce dies Hiere. 31
venient dicit dominus, & conſummabo
teſtamentum nouum ſuper domum Iſra
el & ſuper domum Iuda: non ſecundum
teſtamentum quod dedi patribus eorũ,
cum educerem eos de terra Aegypti: ſed
dabo leges meas in mentes eorum &c.
Licet autem hoc teſtamẽtum electis om
nibus diſpoſuerit, principaliter tamẽ A- Teſtamentum ſuꝰ qbꝰ Chriſtus d pſuerit
poſtolis, eorumq; vicarijs, quibus regni
principatum commiſit, dicente Pſalmo-
grapho: Pro patribus tuis nati ſunt tibi pſal. 44
filij, conſtitues eos principes ſuper om-
nem terram: qui ordinant teſtamentum pſal. 49
eius ſuper ſacrificia. Beatus autem Gre-
gorius

gorius reuera teſtamentum eius ſuper
D.Grego. fructus in Eccleſia quantus ſacrificia ordinauit:qui ſicut vniuerſalis
tenet Eccleſia, normam & regulam of-
ficiorum,tam ſuper ſacrificio,quam ſu-
per cæteris myſterijs prudenter inſtitu-
it:qui nouum &vetus teſtamentum &v-
tilius expoſuit & ſubtilius intellexit,vt
ei conuenienter aptetur,quod ſponſa di
Cant.8 cit in canticis: Omnia poma noua &ve-
tera ſeruaui tibi dilecte mi:quia nimirũ
nouum &vetus teſtamentum per alios
expoſitores aliquatenus floruit,ſed per
Mat.13 ipſum plene fructificauit. Hic eſt enim
ſcriba doctus in regno cœlorum, qui
de theſauro ſuo noua produxit &vete-
Luc.10 ra. Hic eſt ſtabularius, qui ad curationẽ
vulnerati protulit duos denarios,quos
à Samaritano recepit. Hic de fonte ſcri-
pturæ quatuor expoſitionum riuos pro
Gen.2 duxit. De quibus myſtice legitur: Fluui
us egrediebatur de loco voluptatis ad ir
rigandum paradiſum. Qui diuiditur in
quatuor capita,Phyſon,& Gyõ,Tygris
& Euphrates. Locus voluptatis con-
grue ſpiritus ſanctus accipitur,qui eſt di
lectio patris & filij, amor & cõnexio v-
Pſal.35. triuſq;.De quo legitur: Torrente volu-
ptatis tuæ potabis eos.Fluuius inde pro
grediens eſt ſacra ſcriptura, quæ per ſpi
ritum ſanctum eſt ædita & expoſita. Si
cut enim fluuius ille diuidebatur in qua
tuor capita,Phyſon,& Gyon, Tygrim,
Scripturę ſacrę ſenſ᷒ q̃druplex & Euphratem: ſic ſcriptura ſancta diui-
ditur in quatuor ſpecies,hiſtoriam,& al
legoriam, anagogen & tropologiam.
Gyon q̃d Gyon interpretatur hiatus terræ, deſi-
gnans hiſtoriam. Quia ſecundum vete-
res,inhiabant terrenis, eo quod ſecun-
dum hiſtoriam terrena promitteban-
Exo.23 tur.Vt:Dabo vobis terram lacte &mel-
le fluentẽ,frumentum &vinum & oleũ,
Phyſon q̃d & ſimilia. Phyſon interpretaꝛ oris mu-
tatio, ſignans allegoriam, ſecundum
quam litera mutatur in ſpiritum: aliud
que ſonat in litera, &aliud in ſpiritu
cõtinetur. Tygris interpretatur velox,
Tygris q̃d deſignans anagogen, ad cuius intelle-
ctum velox declaratur ingenium, & fa-
cilis intelligentia: eo quod præcipue
de ſupercœleſtibus agat, id eſt, de tri-
Euphrates q̃d ſignet nitate perſonarum, & ordinibus ange-
lorum.Euphrates interpretatur frugi-
fer,ſignans tropologiã, per quam ani-
ma plantatur in moribus, pululat in vir
tutibus & fructificat in operibus. His
autem fluminibus beatus Gregorius ir
rigauit paradiſum, id eſt,fecundauit ec-
cleſiam:tetendit arcum ſuum & parauit Pſal.9
illum:& in ipſo parauit vaſa mortis, ſa-
gittas ſuas ardẽtibus effecit.In arcu duo
ſunt,lignum & corda, ſibi inuicem co-
hęrentia. Sed lignum durum per cordã
mollem inflectitur.Lignum durum eſt
lex Moſaica, de qua Petrus Apoſtolus Acto.15
ait:Cur tentatis nobis imponere iugũ,
quod neque nos neq; patres noſtri por
tare potuimus?Corda mollis, eſt lex E-
uangelica.De qua dicit dominus: Iugũ Mat.11
meum ſuaue eſt,& onus meum leue. Iu-
gum durum per cordam mollem infle-
ctitur:quia lex Moſaica per legem Euã
gelicam temperatur. Lex illa reddebat Leuit.24
oculum pro oculo, manum pro manu,
dentem pro dente. Lex iſta præcipit: Si Mat.5
quis te percuſſerit in vnam maxillam,
præbe ei & alteram.Si quis abſtulerit ti-
bi tunicam,da ei & pallium. Si quis an-
gariauerit te mille paſſus, vade cum eo
alia duo.Præterea ſponſa dicit in canti- Can.1
co:Meliora ſunt vbera tua vino fragran
tia vngentis optimis. Et ſponſus in E- Mat.11
uangelio:Venite ad me omnes qui labo
ratis &onerati eſtis,&ego vos reficiam:
&inuenietis requiem animabus veſtris.
Lignum & corda cohærent:quia nouũ
& vetus teſtamentum conueniunt. Ro- Ezec.1
ta namque continetur in medio rotæ.
Et duo Cherubin ſeſe reſpiciunt verſis Exo.25
vultibus in propitiatorium.In hoc arcu
parauit beatus Gregorius vaſa mortis
aduerſus hæreticos aduerſantes,vt cape
ret vulpeculas quæ demoliuntur vine- Can.2
as,ora quidem habẽtes diuerſa,ſed cau-
des ad inuicem colligatas:quia de vani- Iudic.15
tate conueniunt in idipſum. Sagittas
ſuas ardentibus effecit, propter catholi
cos delinquentes, vt oues errantes ad
caulas reduceret,&in amœnis virgultis
paſceret. His vaſis atque ſagittis liber
moralium quaſi pharetra plena conſi- Libri moralium D.Gregorij.
ſtit.

Statuit igitur ei dominus teſtamen- Eccli.45
tum ſempiternum & dedit illi ſacerdo-
tium magnum. Duplex eſt ſacerdoti-

 um.Vnũ

Sacerdotium duplex. um. Vnum quod viſibiliter datur exte-
rius in ordinatione. Alterum quod viſi
biliter datur interius in iuſtificatione.
Vnum eſt dignitatis. Alterum eſt ſancti
Exo.28 tatis. De primo ait dominus ad Moy-
ſen: Applica ad te fratrem tuum Aaron
& filios eius vt ſacerdotio mihi fun-
gantur. De ſecundo Petrus ait: Vos e-
1.Petri.2 ſtis genus electum, regale ſacerdotium.
Vtrumque contulit dominus beato
Gregorio, non ſolum magnum, ſed
maximum: quem & indumentis virtu-
tum ornauit, & ad apicem Apoſtolicæ
ſedis ſublimauit. Licet enim cõmuniter
omnes Apoſtoli claues regni cœlorum
Matt.16 acceperunt, ac per hoc omnes Epiſcopi,
vt quicquid adhibitis clauibus ligaue-
rint ſuper terram, ſit ligatum & in cœ-
lis: & quicquid ſoluerint ſuper terram,
Claues regni cœlorũ principaliter beato Petro & ſuis ſuccefforibus collatas. ſit ſolutum & in cœlis: principaliter ta-
men beatus Petrus claues regni cœlo-
rum accepit, ac per hoc ſucceſſor eius,
vt ipſe poſſit ligare cæteros: ſed ligari
non poſſit à ceteris. Ei namque ſingula
Ioan.1 riter dictum eſt: Tu vocaberis Cephas,
id eſt, caput. Sicut enim in humano cor-
pore ſolum caput habet plenitudinem
ſenſuum, cætera vero membra partem
recipiunt plenitudinis: ſic & in Eccleſia
ſtico corpore cęteri epiſcopi vocati ſunt
in partem ſolicitudinis, ſed ſupremus
pontifex aſſumptus eſt in plenitudinem
poteſtatis.

Porro beatus Gregorius magis volu
it prodeſſe quam præeſſe: ita vt poteſtas
magis ei fuerit oneri, quam honori,
vnus eorum effectus, de quibus legitur:
pſal.64 Induti ſunt arietes ouium, & valles abũ
dabunt frumento. Indutus eſt autem or
namentis virtutum, quæ per pontifica-
lia indumenta ſignantur, vt eſſet vnus
pſal.131 eorum, de quibus dicitur: Sacerdotes
tui induant iuſtitiam, & ſancti tui exul-
Indumẽta ſacerdotalia vet. legis quid myſtice tent. Erant autem in lege octo, vel veri-
us ſeptem pontificalia indumenta, ſpiri
tus ſancti gratiam ipſo modo deſignan
Exo.28.39 tia, ſpiritum ſapientiæ & intellectus, ſpi
Eſa.11 ritum conſilij & fortitudinis, ſpiritum
ſcientiæ & pietatis, & ſpiritum timo-
ris domini. Eis autem pontifex indue-
batur hoc ordine. Lotis prius manibus
ac pedibus induebatur monachaſim,
id eſt, fœminalia, ſignans quod ſacer
dos mundatis operibus & affectibus
lachrymis pœnitentiæ debet aſſumere
continentiam, vt offerat hoſtiam im-
maculatam, ſanctam, Deo placentem.
Noſter autem pontifex, quia iugem de Rom.12
bet habere continentiam, non indu-
it in ſacrificio fœminalia ſed ſandalia.
Acſi dicatur: Qui lotus eſt non in- Ioan.13
diget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mun-
dus totus. Per manus enim opera deſi- Manus myſtice qd.
gnantur, ſecundum illud: Benedictus Pſal.143
dominus Deus meus, qui docet ma-
nus meas ad prælium, & digitos me-
os ad bellum. Per pedes ſignantur af- Pedes myſtice qd.
fectus, ſecundum illud: Excutite pul- Mat.10
uerem de pedibus veſtris. Secundo
induebatur cathemone, id eſt veſtem
lineam, ſignificans quod ſacerdos de-
bet induere innocentiam, vt quod ſi- Matt.7 Lineũ qd ſignet.
bi non vult fieri, alij non faciat. Li-
num enim propter candorem ſignifi- Eccle.9
cat innocentiaui, Secundum illud: Om
ni tem pore veſtimeuta tua ſint candida.
Tertio cingebat ſe balteo, ſignificans
caſtitatem, qua circa lumbos debet ac-
cingi, vt reſtringat concupiſcentiam. Luc.12
Vnde veritas ait: Sint lumbi veſtri præ-
cincti & lucernæ ardentes in manibus
veſtris. Quarto induebat tunicam po-
derim, id eſt, talarem, ſignificans quod
pontifex debet induere perſeuerantiam. Mat.10
Quia qui perſeuerauerit vſque in finem,
hic ſaluus erit. Per talum enim, propter
extremitatem, perſeuerantia deſignatur. Gen.3
Secundum illud: Ipſa conteret caput tu- Exo.28
um, & tu inſidiaberis calcaneo eius. De-
pendebant enim pro fimbrijs malogra
nata cum tintinnabulis aureis. Per malo
granatum intelligitur operatio. Per tin-
tinnabulum aureum accipitur prædica-
tio: quæ duo debent in ſacerdote con- Acto.1
iungi, ne ſine illis ingrediens ſan-
ctuarium moriatur. Cœpit enim Ie-
ſus facere & docere, ſacerdotibus re-
linquens exemplum, vt ſequantur ve- 1.Pet.2
ſtigia eius. Qui peccatum non fe-
cit, vt ſit honeſtas in conuerſatio-
ne: nec inuentus eſt dolus in ore
eius, vt ſit veritas in prædicattone.
Quinto induebatur ephot: id eſt, ſuper
humerale, ſignificans, quod pontifex
debet

Matt.16 debet induere patientiam, vt in patientia ſua poſſideat animam ſuam. Humeris enim onera portantur, ſecundum illud: Suppoſuit humerum ad
Gen.49 portandum, & factus eſt tributis ſer
Exo.28 uiens. Habebat autem duas oras coniunctas in vtroque latere ſummitatum, ſignificans quod pontifex de
2.Cor.6 bet habere arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, vt non erigatur proſperis, nec deprimatur aduerſis. Habebat & duos lapides Onychinos inſertos humeris, in quibus ſculpta erant duodecim nomina filiorum Iſrael, ſex in vno, & ſex in altero. Per duos Onychinos ſignificantur veritas & ſynceritas. Veritas per charitatē, ſynceritas per ſoliditatem. Per filios Iſrael ſignificantur ſancta deſideria & iuſta opera, Secundum illud: Maledictus homo qui non reliquerit ſemen in Iſrael. Per ſenarium ſignificatur perfectio, pro eo quod Deus ſexto die perfecit cœlum & terram & omnem ornatum eorum. Quod ergo ſex nomina filiorum Iſrael ſculpta erāt in vno lapide, & ſex in alio, ſignifica
1.Cor.5 bat quod deſideria ſacerdotis & opera perfici debent. Non in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Vt ſynceritas formet in
Exo.28 tentionem, & veritas finem. Habebat & duas catenulas auri puriſſimi ſibi inuicem cohærentes, quæ duobus inſerebantur vncinis, ſignificās quod pōtifex debet habere duos charitates affectus, ad Deum ſcilicet, & ad proxi
Deut.6 mum, de quibus præcipitur: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde
Luc.10 tuo, & proximum tuum ſicut teipſum. Sicut enim aurum præminet vniuerſis metallis, ita charitas excellit vniuerſas
1.Cor.13 virtutes. De qua dicit Apoſtolus: Maior horum eſt charitas. Duo vncini, ſunt intentio & finis, quibus catenulæ inſeruntur, vt tam Deum quam proximum diligat de corde puro, & conſcien
1.Tim.1 tia bona, & fide non ficta: & tam Deum quam proximum diligat propter beati
Exo.28 tudinem, Deum propter ſeipſum, proximum propter Deum. Sexto induebat logion, id eſt, rationale, ſignificās quod pontifex debet induere diſcretionem. Per quam diſcernit inter lucem & tenebras, inter dexteram & ſiniſtram. Quia non eſt conuentio lucis ad tene 2.Cor.6
bras, neque Chriſti ad Belial. Erat autē rationale quadrangulum, ſignificans quod debet diſcernere inter quatuor: inter verum & falſum, ne deuiet in credendis: Inter bonum & malum, ne deuiet in agendis. Erat & duplex, quia debet diſcernere pro duobus, pro ſe videlicet & pro populo, ne ſi cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadant. Habebat & qua Luc.6
tuor ordines lapidum, figurans quod Exo.28
pontifex debet habere quatuor principaliores virtutes, iuſtitiam, fortitudinē, prudentiam, temperantiam. In ſingulis autem ordinibus habebat tres lapides, ſignans quod pontifex in primo debet habere fidem, ſpem, charitatem, In ſecūdo modeſtiam, manſuetudinem & benignitatem, In tertio, pacem, miſericordiam & largitatem, In quarto vigilantiam, ſolicitudinem, & lōganimitatem. Per lapides etiam figurantur virtutes, ſecundum illud: Alius ædificat aurum & 1.Cor.3
argentum & lapides precioſos. Supremum capitis ornamentum erat cydaris vel thiara, quam vltimo pontifex aſſumebat, ſignificans humilitatem. De qua dominus ait: Omnis qui ſe exaltat hu Luc.14.18
miliabitur; & qui ſe humiliat exaltabit. Hanc autem geſtabat in capite, ſignificans, quod pontifex debet gerere humilitatem in mente, exemplo capitis noſtri dicētis: Diſcite à me, quia mitis ſum Mat.11
& humilis corde. Per caput enim mens intelligitur, Secundum illud: Vnge ca Mat.6
put tuum, & faciem tuam laua. De cydari dependebat à fronte lamina aurea, ſignificans ſapiētiam. In qua ſcriptum erat nomē Dei tetragrāmaton, id eſt, quatuor literarum, Ioth, He, Vau, Heth, id eſt, principiū vitæ, paſſionis iſte. Ac ſi diceret aptius, ille, cuius pontifex iſte gerit perſonā, ſcilicet Chriſtus, eſt principiū. i. autor vitæ, paſſionis. i. vitæ reſtauratæ p paſſionem: quia mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit. Nomē amabile, delectabile & ſalutare. Nomen qđ ſanat, reficit & illuminat. De quo legitur: Oleum effuſum eſt nomen tuum, ideo adoleſcentulæ di Cant.1

In Solennitate Annunciationis glorioſiſſimæ ſemper virginis Mariæ.

De cœli uaria acceptione, de gradibus deſcenſus Chriſti, & aſcenſionis eiuſdem, & quomodo nos debeamus deſcendere.

SERMO VNICVS

NEmo aſcendit in
cœlum, niſi qui de
Ioan. 1. cœlo deſcendit, fi
lius hominis, qui
eſt in cœlo.

Cum diligẽter
intendo, quis ſum
qui loquor, aut de
quo loquor, ſilendum potius arbitror
quam loquendum. Loquor enim mu-
Pſal. 49. tus de verbo, terra de cœlo, peccator de
ſaluatore. Cum tamẽ de peccatore dicit
deus, q̃re tu enarras iuſtitias meas, & aſſu
mis teſtamentum meũ per os tuum? Sed
quoniam creatura non debet obmute-
ſcere in laudibus creatoris, liceat mihi
fratres aliquid ex verbis præmiſſis ad
laudem redemptoris in gazophylacium
mittere. Quæ quidem verba, tanto ſubti
liori ſunt conſideratione penſanda, quã
to profundiori ſunt intellectu fœcun-
da. Videtur enim quantum ad literę ſu-
perficiem, quod ſolus Chriſtus ad cœ-
lum aſcenderit, ſicut ipſe ſolus de cœlo
deſcendit: cum tamen multi cum ipſo,
vel multi poſt ipſum in cœlum aſcende
rint. Multi ergo ſunt aſcenſuri, vt quo
præceſſit ſublimitas capitis, illuc & hu-
militas corporis ſubſequatur, ipſo dicẽ
Ioan. 17. Pſal. 67. te: Volo pater vt vbi ego ſum, illic ſit &
miniſter meus. Aſcendens autem in
altum, captiuam duxit captiuitatem,
ſanctos ſcilicet, qui à diuina viſione ſu-
ſpenſi in infernĩ tenebris tenebantur.
Zach. 9 De quibus legitur: Eduxit vinctos ſuos
de lacu, in quo non erat aqua. Porro ſi
corticem literę velimus diligenter atten
dere, inueniemus ſub illo nucleum
ſubtilis intelligentiæ.

Cœlum enim in ſacra ſcriptura, va- Cœli varijs modis accipitur.
rijs modis accipitur. Interdum diuinita
tis ſignificat celſitudinem, vt cum Luci- Eſa. 14.
fer ait: Aſcendam in cœlum, & ponam
ſedem meam ad aquilonem, & ero ſimi-
lis altiſſimo. Cum enim Lucifer eſſet in
Empyreo conſtitutus, non erat cœlum
ſuperius quo poſſet aſcendere. Sed cœ-
lum diuinitatis celſitudinem intellexit,
in quã deſiderabat aſcendere, vt eſſet ſi-
milis altiſſimo. Sic & hic cœlum poteſt
conuenienter intelligi, vt taliter accipia
tur: Nemo, id eſt, nullus hominum vn-
quam, quantumlibet ſanctus, etiam ab
vtero ſanctificatus, aſcendit in cœlum,
id eſt, in ſublimitatem diuinitatis, vt eſ-
ſet Deus, niſi ille qui de cœlo deſcendit,
id eſt, de celſitudine diuinitatis, vt eſſet
homo, filius ſcilicet hominis, qui eſt in
cœlo, manens Deus. Non enim ſic deſcẽ
dit de cœlo, vt non remaneret in cœlo:
quia non ſic factus eſt homo, vt defierit
eſſe Deus: ſed ſimul in vnum eſt diues &
pauper, Deus & homo: Deus de Deo,
añ ſecula genitus: homo de homine in
ſeculo natus. In Pſalmo q̊q; ſimile legi- Pſal. 18.
tur: A ſummo cœlo egreſſio eius, & oc-
curſus eius vſq; ad ſummum eius. Hoc
hodie fratres impletum eſt, quando ver Ioan. 1.
bum caro factum eſt, & habitauit in no Hiere. 31.
bis. Hodie nouum fecit dominus ſuper
terram, mulier circundedit virum gre-
mio vteri virginalis. Mulier, ſed intacta:
mater, ſed virgo. Hæc in vtero circun-
dedit puerum, ſed virum, infantem, ſed
Deum. O vere nouum quod hodie fecit
dominus ſuper terram. Quia ſtella ſolẽ,
creatura creatorem, filia patrem conce-
pit. Hodie fecit, vt æternus ſit tempora-
lis, ſimplex compoſitus, & mortalis ſit
immortalis. Hodie trinitatis myſterium
innouauit, vt tres ſint ſubſtantiæ in vni
tate perſonæ, ſicut tres perſonæ ſunt in
vnitate ſubſtantiæ: vt naſceretur de ma
tre ſine patre, qui de patre natus eſt ſine
matre. Hodie ſimul deſcendit & aſcen-
dit: ſed Deus deſcendit in hominem &
homo aſcendit in Deo.

Deus ergo deſcẽdit, homo aſcendit.

Sed quia Chriſtus Deus eſt & homo, ipſe deſcendit pariter & aſcendit. Fuit autem Chriſti deſcenſus, ſeruilis formę ſuſceptio, de qua dicit Apoſtolus: Exinaniuit ſe formā ſerui accipiens. In hoc vero deſcenſu, velut in ſcala, multi ſunt gradus diſpoſiti. Diſtribuamus itaque gradus eius, vt enarrentur in progenie altera. Primus gradus eſt paſſibilitas, quam aſſumpſit. Vltimus eſt paſſio, quam ſuſtinuit. Et inter primum & vltimum diuerſæ ſunt graduum differentiæ. Ad primum ſpectant defectus hominis, quos ſuſcepit, vt pauor & dolor, fames & ſitis, paupertas & labor. Ad vltimum pertinent pœnę illatę ab hominibus, quas ſuſtinuit. Captus eſt enim & ligatus, percuſſus & flagellatus, irriſus & exprobratus, maledictus & condemnatus, crucifixus & lanceatus. Ecce fractum eſt alabaſtrum, & domus repleta eſt ex odore vngenti. Sed vt ſuauiuius odor vngenti reſpiret, aſſignandi ſunt gradus defectuum, quoniam manifeſti ſunt gradus pœnarum. In gradum ergo pauoris ipſe ſe deſcendiſſe fatetur in Pſalmo: Formido mortis cecidit ſuper me, timor & tremor venerunt ſuper me. De eodem in Euangelio: Cœpit Ieſus pauere & tędere. O mira Chriſti dignatio. Pro nobis timuit, quem angeli timent, quem Archangeli tremunt: cui flectitur omne genu, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. In gradū ergo doloris ipſe quoque ſe deſcendiſſe per Prophetam teſtatur: O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Vnde in Euangelio: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. O mira domini pietas. Pro peccatoribus doluit, pro miſeris fleuit: cuius gaudium ſemper eſt plenum, cuius lætitia nunquam deficit, per quē pater & ipſe coram patre luſit in orbe terrarum. In gradum famis & ſitis deſcendit, ipſo teſtante: Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. De eodem in Euangelio: Cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. O ineffabilis diſpēſatio redēptoris, fons vitæ ſitit, cibus angelorum eſurit, panis vitæ, qui de cœlo deſcendit, de quo ſi quis guſtauerit viuet in æternum.

Phil. 2 | Grad° deſcenſionis Chriſti. | Matt. 26 | pſal. 54 | Mar. 14 | Phil. 2. | Thre. 1. | Matt. 26 | Pro. 8. | Pſal. 68 | Matt. 4. | Ioan. 6.

In gradum paupertatis idem ſe deſcendiſſe fatetur: Pauper, inquit, & dolens ego ſum. De eodem in Euangelio: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. O magnum humilitatis exemplum. Factus eſt pauper, cuius eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo.

Pſal. 68. | Matt. 8. | Pſal. 23.

In gradū laboris deſcendit, ipſo dicente: Laboraui clamans &c̄. Et in Euangelio fatigatus legitur in itinere. Quis autem adeo durus, cuius pectus tam ferreum, cuius corpus tam lapideū, vt poſſit ſuſpiria claudere, gemitū reprimere, cum audit creatorē ſuum, redemptorem ſuum, per hos gradus humiliter deſcendiſſe, qui factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis? Sciat ſe culpabiliter durum, qui deflet contumelias & dolores amici, & cum audierit tot Chriſti pœnas, tot contumelias & obprobria, non mouetur ad gemitum, lachrymas non effundit. Non enim deſcendit pro ſe, ſed pro nobis, & dedit animam ſuam redemptionem pro mundo. Verum qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit. De quo aſcenſu dicit Propheta: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Conſequenter autem quaſi gradus aſcēſionis determinans ſubdit: Et requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini.

Pſal. 8. | Ioan. 4. | Phil. 2. | Eſa. 11. | Gradus aſcenſionis Chriſti.

Alibi quoque gradus in hoc aſcenſu deſcribens idem Propheta, ſic ait: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarus, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Hic eſt qui ad gradum ſummæ poteſtatis aſcendit, ſicut ipſe teſtatur: Data eſt mihi omnis poteſtas, in cœlo & in terra. Quia omnia quæcunque voluit fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus ab-

Eſa. 9. | Matt. 28. | Pſal. 113.

abyſſis. Habuit enim gradus aſcenſionis, non ſolum per dona, quæ in conceptione recepit, verum etiam per miracula, quæ propria poteſtate perfecit. Aſcendit ergo per miracula, quæ fecit in cœlo, & per miracula, quæ fecit in terra, & per miracula, quæ fecit in aqua. Et in his tribus miracula fecit, naſcendo, prædicando, moriendo. Ipſo quoque

Miracula in Chriſti natiuitate facta.

naſcente, noua ſtella apparuit in Oriente: quia ortus eſt ſol iuſtitiæ, quem Magi ſtella duce venerunt cum muneribus adorare. Romæ vero templum pacis mirabiliter corruit: quia natus eſt ille, qui non venit mittere pacem, ſed gladium. Plena ſiquidem pace toti orbi ſub Auguſto Cæſare reſtituta, Romani templum pacis ædificauerunt. De quo conſulentes, quam diu foret duraturum, reſponſum eſt: donec virgo pariat. Qui gaudentes intulerunt: Ergo erit in æternum: quia nunquam virgo pariet. Statim autem in hora natiuitatis dominicæ funditus corruit. Tunc etiam fluuius Tyberis recepit in ſe riuulum olei manantem de taberna emunctoria: quia natus eſt fluuius voluptatis, de quo legitur: Oleum effuſum nomentuum.

Matt. 2 / Matt. 10 / Can. 1

Ipſe etiam prædicando per hos gradus aſcendit. Nam in transfiguratione de cœlo vox patris audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Ipſe etiam, vt cætera miracula prætermittam, de terra quatriduanum Lazarum ſuſcitauit. Ipſe ſuper aquas ſiccis pedibus ambulauit. Eodem in crucis patibulo moriente, ſol obſcuratus eſt, terra tremuit, & de latere eius aqua profluxit.

Matt. 17 / Mar. 6 / Luc. 23

Hæc ſunt quæ nemo alius fecit vnquam, aut facere potuit: & ideo nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcẽdit, filius hominis qui eſt in cœlo.

Sed & nos fratres ſi volumus conregnare, oportet & compati: & ſi volumus aſcendere, oportet vt deſcẽdamus. Quia qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Diabolus autem, quia voluit aſcendere per ſuperbiam, nõ tantum deſcẽdit, ſed cecidit, iuxta quod legitur: Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? Et de eodem: Videbam Satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem. Deſcendamus ergo per humilitatem, & in ipſo deſcenſu gradus exemplo domini diſponamus. Primo namque debemus deſcendere per ſubiectionem, ſecundo per compaſſionem, tertio per abiectionem.

2. Tim. 2 / Lucæ 14 / Eſaiæ 14 / Lucæ 1 [Lucæ 10]

Deſcendẽdum quibus gradibus ſit nobis.

Subiectio vero tres continet gradus. Primus eſt, ſubdere ſe maiori. Secundus, ſubdere ſe pari. Tertius, ſubdere ſe minori. In primum, deſcendimus per debitam neceſſitatem. In ſecundum, per mutuam charitatem. In tertium, per abundantem humilitatem. In hunc gradum Chriſtus deſcendit, quando lauit pedes diſcipulorum, & quando caput tremendum angelis Baptiſtæ manibus ſuppoſuit, dicẽs: Sic decet nos implere omnem iuſtitiam, id eſt, ſuperabundantem humilitatem. In eundem gradum docuit apoſtolos & nos in illis deſcendere, dicens: Qui maior eſt veſtrum, erit omnium ſeruus: ſeipſum in exemplũ pręponens: quia filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Hinc eſt quod maximus in eccleſia ſe ſeruum ſeruorum Dei appellat.

Subiectionis grad. tres. / Ioan. 13 / Mat. 3 / Matt. 20

Compaſſio vero in duos gradus diſtinguitur. Quorum primus eſt compaſſio ſui, ſecundus, eſt compaſſio proximi. De primo dicitur: Miſerere animæ tuæ placens Deo. In ſecundum gradum deſcendit Apoſtolus, qui dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcãdalizatur, & ego non vror? Deſcendamus & nos flentes huius vitæ miſeriam, & ad futuram gloriam ſuſpirantes, & gementes pro peccatis proprijs, plorantes pro alienis.

Cõpaſſionis grad. duo. / Eccli. 30. / 2. Cor. 11.

Abiectio quoque duos continet gradus. Primus, eſt abiectio mundi, ſecũdus abiectio ſui. Ad primũ nos hortatur Ioannes dicens: Filioli, nolite diligere mundum, neque ea quę in mũdo ſunt. Quicquid enim in mũdo eſt, concupiſcentia carnis eſt, quantũ ad gulam & luxuriam, & concupiſcẽtia oculorum, quantum ad diuitias & poſſeſſiones. Sed difficile eſt diuitem intrare in regnum cœlorum. Et ſuperbia vitę, quantũ ad honores & dignitates. Sed tollimur in altũ, vt lapſu grauiore ruamus. Ad ſecundum gradum dominus nos inuitat dicens: Qui vult venire poſt me, ab-

Abiectionis gradus duo. / 1. Ioan. 2 / Matt. 19 / Luc. 9

 neget

neget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me.

Et in omnibus his debemus deſcendere, corde, ore, opere. Vt à corde excludamus ſuperbiam. Ab oré iactantiam. Ab opere inanem gloriam. Si ſic deſcendimus, melius aſcendemus de malo ad bonum, de bono ad melius, de meliori ad optimum. Primus aſcenſus eſt incipientium, ſecundus proficientium, tertius peruenientium. Primo aſcenditur ad iuſtificationem, ſecundo ad perfectionem, tertio ad glorificationem. Primus autem aſcenſus tres gradus habet, qui ſunt contritio cordis, confeſſio oris, ſatisfactio operis. Ad primum aſcendimus per dolorem, in ſecundum per pudorem, in tertium per laborem. Secūdus aſcenſus tres ſimiliter habet gradus. Primus eſt vitatio prohibitorum, ſecundus adimpletio præceptorum, tertius ſupererogatio conſiliorum. Tertius aſcenſus duplici gradu diſtinguitur. Primo aſcenditur ad glorificationem animæ, ſecundo ad glorificationem corporis. Ad quas nos faciat aſcendere dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Gradus aſcenſionis tres

I.

II.

III.

In die S. Paraſceues.

Cur Chriſtus cum impijs ſit ligatus, & Chriſtum eligendum eſſe non Barrabam, Chriſtum inquam non peccatum, & omnes peccatores Barrabam præferre Chriſto, poſſeq; eos abſtinere a peccato, ſi non magis peccatum quam Chriſtum diligerent.

SERMO I.

Matt. 28

QVem vultis dimittam vobis? Barrabam, an Ieſum qui dicitur Chriſtus?

Verba iſta chariſſimi, quæ frequēter audiſtis, frequēter legiſtis: manifeſtum eſt à quo hæc quæſtio facta ſit. Pilatus hanc fecit Iudæis. Sed quare hanc fecit? Ipſe quidem iudex erat, & pro iudiciaria poteſtate plures in carcere ſuo vinctos habebat. Hæc autem conſuetudo illi erat, quatenus die Paſchæ, quum pro eius ſolennitatis gratia, tum pro conſeruanda Iudæorum amicitia, per ſingulos annos vnum ex eis, quos vinctos haberet, die ſupradicta, ad petitionem ipſorum liberum abire permitteret. Itaq; inter alios vinctos vnus erat, cui nomen Barrabas. Sed cur Barrabas ſit ligatus, cauſam optime nouimus. Ipſe enim latro erat, & in ſeditione homicidium fecerat. Ieſus autē quid meruit? Cur inter criminoſos adiudicatur? Nonne ille ipſe eſt qui ineffabili voluntate criminoſis veniam dabat? Qui corporali pręſentia mortuos ſuſcitabat? Pro nefas. Quę ſocietas luci ad tenebras? 2. Cor. 6.
Sed ideo Chriſtus cum impijs religatur, vt illud quod de eo dictum fuerat impleretur, & cum impijs reputatus eſt. Cum impijs pietas deputatur, & cum impietate pietas non mutatur: ſed potius ad pietatem ipſa poſtmodum impietas commutatur. Dicit ergo Iudæis Pilatus: Quem vultis vobis de duobus dimitti? Ecce Iudæi, ecce in veſtro arbitrio poſita eſt Chriſti & latronis electio. Quem vultis eligite, quem vultis abijcite. Chriſtus peccatum non fecit, nec dolus inuētus eſt in ore eius. Barrabas autem latrocinij ſcelere diffamatus, & homicidij ſanguine cruentatus. Ecce Paſcha in azymis celebratis, fermentum reſpuitis. Eligite ergo Chtiſtum innocentem & purum, reſpuite latronem multis iniquitatibus conſermentatum, abijcite hominem interſectorem, & ſuſcipite hominem ſaluatorem. Abijcite, inquam, illum, qui viuos mortificabat, & ſuſcipite illum, qui mortuos viuificabat.

Eſa. 53.

Mat. 27. 1. Ioan. 2

Videamus tamen quem elegiſtis, audiamus quid dixiſtis: Non hunc, ſed Barrabam. Electio quam non fecit dilectio: puto nec illum diligebatis, quem elegiſtis. Nec ob aliud voluiſtis quod Barrabas liberaretur, niſi vt Chriſtus crucifigeretur. Non hunc, ſed Barrabam.

Non

Non hunc proh dolor. Latronis nomē
dicitur, Chriſtus nō nomine dignus ha
betur. Sed grauis erat eis ad nominan-
dum, qui grauis erat eis ad videndum.
Sed o dilectiſſimi, quur iſta elicimus?
Cur & Pilati quæſtionem, & Iudæorum
reſponſionem tam diligēter diſcutimus?
Ideo vtique, quia ad huius queſtionis ſi-
militudinem aliam volumus facere que-
ſtionem. Illa queſtio facta eſt populo Iu
dæorum, vt noſtra fieret populo Chriſti-
anorum. Sed quia in populo Chriſtiano
ſunt boni & mali, nos in præſenti ſermo-
ne non illam facimus bonis, imo poti-
us illis, qui mali ſunt, & filij hominum
appellantur. Duo itaq; proponamus il-
lis, peccatum, & Chriſtum. Dicite ergo
filij hominū: Quid vultis de duobus di-
mitti, peccatum, an Chriſtum? Bonū an
malum? Veritatem an vanitatem? Iniqui
tatem an æquitatem? Et vt dicam expreſ
ſius, q̊d volumus, quid vultis de duobus
dimitti? Scortum, an Chriſtum? Carnem
meretricis, an carnem filij hominis? Car
nē quæ vitam præſtat æternā, an carnem
quę mortem afferat ſempiternam? Quid
melius vultis, an comedēdo corpus Chri
ſti in ipſo manere, an cohærendo mere-
trici, veſtrum & illius corpus vnum effi-
cere? De corpore quippe ſuo Chriſtus ſic
Ioan. 6 loquitur: Qui manducat carnem meam,
& bibit ſanguinem meum, in me manet
& ego in eo, &c. Apoſtolus vero de cor-
1. Cor. 6. pore meretricis ſic dicit: Qui adhęret me
retrici vnum corpus efficitur. Dicite filij
hominum quid diligitis? Reſpōdete qd
de duobus elegiſtis? Adhibete ſi poteſtis
diſcretionem, & facite electionem: & ſic
date reſponſionē. Palam vobis facio que
ſtionem, nec habet neceſſariam, nec pro-
fundam diſcretionem. Bonum & malū,
ſcortum & Chriſtū vobis proponimus:
& de his duobus, quid potiſſimum eli-
gatis, inquirimus. O filij hominū, quid
dubitatis? Cur non cito reſpōdetis? Cur
niſi quia filij hominum eſtis? Et quid eſt
filij hominum, niſi filij carnalium, carna
lia amantium, carnalia ſapientium? Non
ne illi vos eſtis, de quibus ſcriptum eſt: Fi
Pſal. 4. lij hominum vſquequo graui corde, vt
quid diligitis vanitatem & quæritis men
dacium? Certe iſta ē cauſa, quare bonū nō
eligitis, quod & graui corde eſtis, & vani
tatem diligitis. Quam bonus Iſrael De- Pſal. 72.
us. Sed quibus? Non curuis corde. O gra
ui corde, o filij hominum, quid eſt quod
ſupergreditur caput veſtrū: vnde in cor-
de veſtro tanta grauitas? Hæc ſiquidem
eſt, de qua ſcriptum eſt: Iniquitas ſuper Zach. 5.
talentum plumbi ſedet. Sed hoc iniqui-
tatis onere laborabat, qui in Pſalmo di-
cebat: Quoniam iniquitates meæ ſuper- Pſal. 37.
greſſæ ſunt caput meū, & ſicut onus gra
ue grauatę ſunt ſuper me. Hoc etiam pō-
dere premebantur illi, de quibus dicitur: Exo. 15.
Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis
vehementibus. Hęc itaq; iniquitas, o gra
ui corde filij hominum, non ſolum gra-
uat corda veſtra, ſed etiā ne nobis reſpon
deatis, opilauit os veſtrum: & vtinam ſal
tem taceretis, & nihil reſponderetis, & cō
tempto Chriſto, ſcortum non eligeretis.
Quod ſi quæritis, quomodo vel quādo Chriſtus
Chriſtum contemnitis, quō vel quando quō et quā-
ſcortum eligitis: reducite ad memoriam do contē-
tempus veſtræ confeſſionis, mementote natur.
quid dicatis tempore communionis. Ec
ce ponamus aliquē ad presbyterū venien
tē, peccata confitentem & dicentem: Cō-
fiteor domine quia peccaui, patrem &
matrem offendi, mentitus ſum, peiera-
ui, aliena furto & violentia rapui. Ad
quem ſacerdos, pœnitet te iſta feciſſe, &
ſi vis de cætero iſta dimittere? Et ille: Ex
corde iſtorum pœnitet, & libenter dimit
to. Et ſacerdos: Vide ſi, ait, plus feci-
ſti. Dic mihi, ſi vnquam mulierem te-
tigiſti. Et ille: Quis eſt domine, qui
hæc non faciat? Quis eſt qui ſe abſti-
neat à peccato iſto? Et ſacerdos: Noli
ſic loqui amice, noli ſic loqui. Niſi hoc
peccatum ſicut & alia confeſſus fueris,
& niſi de iſto ſicut de alijs emendati-
onem promiſeris, ſcias pro certo, quod
nec communionem Chriſti digne per-
cipias, nec poſt iſtam temporalem vi-
tam, ad æternam vitam peruenies. Fac
igitur & de iſto pctō confeſſionem, pro
mitte emendationem, & ſic accipe com
munionem. Et ille: O domine, valde
infirmus ſum, a muliere abſtinere non
poſſum; & ideo non audeo promit-
tere, quod ſcio me non poſſe ſeruare.
Vouete, inquit, & reddite domino Deo pſal. 75
veſtro. Et melius eſt non vouere, quam Eccl. 5
vouere & non reddere. Et ſacerdos:
Non

Non exigo vt votum facias, quod non feciſti, ſed redde quod promiſiſti. Nonne in baptiſmo diabolo & operibus eius abrenunciaſti? Nonne fornicatio diaboli eſt operatio? Itaque ſi ſecundum conſilium noſtrum promittis non fornicari, facis quod facere debes: ſi non promittis, ſemper tamen debes. Denique votum reddere nec debere, non votum, ſed gratuitas dicitur proprie. Is etenim votum facit, qui quod non debet, gratuito ſe facturum eſſe promittit. At qui non fornicari promittit, votum non facit, id eſt, non quod non debet, promittit, ſed id quod debet reddere decreuit. Ego itaque cum te à fornicatione abſtinere, & caſtitatem tenere moneo, non votum exigo, ſed debitum quæro. Quod autem dicis, infirmus ſum, à muliere abſtinere non poſſum, diſcute quod dicis, vide vtrum pro certo poſſis. Credo enim quod poſſes, ſi velles. Poſſes ſi tantum Deum, quantum oculum tuum diligeres.

Abſtinere poſſent homines à peccato, ſi vellent.

Ecce tibi facio quæſtionem, da veram reſponſionem. Si modo tentatio ſuperueniẽs te ad luxuriam prouocaret, ſi diabolus inſtigaret, ſi caro titillaret, ſi etiam mulier impudenter & irreuerenter ſe ingereret, & ſe totam ad peccandum exponeret, tunc in ipſo tentationis ardore, ſi pro certo ſcires quod oculum perderes, ſi cum ea peccares, dic pro Deo quid faceres? Nonne ſtatim horror quidam per corpus diffunderetur, & ardor ille libidinis, qui te totum occupauerat, ſopiretur? Nonne ipſam mulierem abhorreres? Nonne & pugno eam percuteres? Modo attẽde quid ſoles dicere. Vellem abſtinere, ſi poſſem. Ecce potes, quia oculum perdere times. Quod potes per oculum, non potes per Deum: niſi quia plus diligis oculum, quàm Deum? Num plus valet oculus, quàm Deus? Noli itaque dicere, quod ſoles, vellem, videlicet abſtinere, ſi poſſem: imo dic, poſſem ſi vellem. Corrige voluntatem, & dilige caſtitatem, & continendi accipies poteſtatem. Si autem te profiteris infirmum, quare non curris ad medicum? Si pateris infirmitatem, cur non amplecteris ſanitatem? Si te conſpicis impotentem, quare non ſuſcipis omnipotentem? O infelix, reſpice teipſum & deſpice, ſuſpice & ſuſcipe. Ipſe totum erit, ſi ad te venerit, ipſe curabit, ipſe ſanabit, & ipſe virtutem præſtabit. Ipſe enim medicus, ipſe ſalus, ipſe etiam virtus, ipſe ſanitas. Acquieſce noſtro cõſilio & dimitte fornicationem & fac caſtitatis promiſſionem: & ſic accipies cõmunionem. Si vnum elegeris, aliud habere non poteris. Elige ergo quod vis. O filij hominum intendite, quid hic ſocius veſter reſpondeat, videte quid eligat. Si inquit aliter cõmunicare nequeo, niſi caſtitatem promittam, melius volo differre communionem, quàm vltra me um poſſe ferre promiſſionem. O ſtulta reſponſio. O Iudaica electio. Quid reſpõderunt Pilato Iudæi? Non hunc, ſed Barrabam. Quid reſpõdit filius hominis ſacerdoti? Si verborũ eius diſcutimus ſenſum, quid aliud reſpondet, niſi, nõ Chriſtum, ſed ſcortum? Quid enim aliud dicit, quum dicit: Melius volo communionem differre, quàm caſtitatem promittere. O quam periculoſum differre, o infelix hic differre, quando potes ſcire ferre. Nonne melius tibi eſſet tentationem ſufferre, quàm communionem differre? Suffetentia quidem tentationis faceret te beatum, iſta vero communionis dilatio non abſoluit, ſed auget reatum. Beatus enim qui ſuffert tentationem. Sed væ illi, qui pro amore peccandi differt communionem. Abnegate filij hominum Iudaicam impietatem, ſequimini Chriſtianam pietatem, diligite iuſtitiam, mũdate conſcientiam. Si vultis æternam euadere damnatiõem, fugite fornicationẽ. At vos miſeri non ſolum præſentem & inſiſtentem non repellitis, ſed quod peius eſt, abſentem quæritis, fugientem retinetis. Sed quid eſt fugere fornicationem, niſi euitare occaſionem fornicandi? Hãc ergo fugite, Chriſtum eligite, quatenus in præſenti vita digne percipiatis eius communionem, & in futura vita ad ipſius poſſitis pertingere poſſeſſionem, qui viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Iacob. 1

In Solennitate Sancti Ioannis Baptiſtæ.

Quomodo Ioannes baptiſta multis modis fuerit magnus.

SERMO I.

Matt.11. INter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.
Qui laudat, & qui glorificat Deum, & ipſe laudatur & glorificatur
Luc.12. à Deo, ipſo teſtante: Qui me confeſſus
fuerit coram hominibus, confitebor &
Matt.16. ego eum coram patre meo. Petrus enim
quia dixit ad Chriſtum: Tu es Chriſtus
filius Dei viui, & Chriſtus inquit ad i-
pſum: Et ego tibi dico, quia tu es Petrus,
& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſi-
Ioan.1. am meam. Sic ergo Ioãnes quia dixit de
Chriſto: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit
peccata mundi, & Chriſtus inquit de i-
pſo: Inter natos mulierum non ſurrexit
maior Ioãne Baptiſta. Illi de Chriſto cõ-
feſſi ſunt veritatem, Chriſtus de ipſis p-
feſſus eſt dignitatem. Quia veritatis con
feſſio, dignitatis profeſſionem mere-
tur.

Quantus enim extiterit Ioãnes, tam
prophetica, quàm Euãgelica lectio pro-
Ioannes multipliciter fuit magnus. teſtatur. Fuit eñ magnus in prædeſtina-
tione, magnus in annũciatione, magnus
in conceptione, magnus in natura, ma-
gnus in perſona, magnus in gratia, ma-
gnus in officio, magnus in merito, ma-
gnus in ſacramento, magnus in dignita
te, magnus in poteſtate, magnus in clari
tate, magnus in opinione, magnus in p̃-
I. dicatione, magnus in paſſione. Fuit
ergo magnus in prædeſtinatione, Iuxta
quod dominus ei loquitur per prophe-
Hierem.1 tam: Priuſquam te formarem in vtero
2.Timo.2 noui te. Nouit enim dominus qui ſunt
eius, id eſt, p̃deſtinauit ſuos. Qui per con
Matt.7. trarium reprobis ait: Non noui vos. Se-
cũdum quemmodum dominus inquit
Nathanaeli: Priuſquam te Philippus vo Ioan.1.
caret, cũ eſſes ſub ficu, noui te. Sed cum
Deus om̃ia nouerit antequam fiant, qd
eſt quod ſpecialiter dicit de Ioanne: Pri-
uſquam te formarem in vtero noui te?
Sed quando quod pluribus communi-
ter conuenit, vni ſpecialiter attribuitur,
antonomatice debet intelligi. Deus eñ
plenius nouit Ioannem: quia prędeſtina
uit ei maiorem gratiam in præſenti, &
ampliorem gloriam in futuro. Fuit II.
magnus in annunciatione. Quoniam ap Luc.1.
paruit angelus Zachariæ, ſtans à dextris
altaris incenſi: Ne timeas, inquit, Zacha
ria, quoniam exaudita ẽ deprecatio tua.
Et ecce Elizabeth vxor tua pariet tibi fi-
lium, & vocabis nomen eius Ioannem:
& erit gaudium tibi & exultatio: & mul
ti in natiuitate eius gaudebunt. Idem an
gelus annunciauit patri natiuitatem Io-
annis, qui annunciauit matri natiuita-
tem Ieſu, videlicet Gabriel: magnum v-
trobique annuncians miraculum, & vir
ginis & ſterilis partum. Ioannis autem
non conceptum dicit, ſed ortum. Ieſu ve
ro prædicit ortum pariter & cõceptum.
Nam Zachariæ patri prædicitur: Vxor
tua pariet tibi filium, & vocabis nomen
eius Ioannem. Sed Mariæ matri prædici
tur: Ecce concipies in vtero, & paries fi- Luc.1.
lium, & vocabis nomẽ eius Ieſum. Quia
Ioannes fuit conceptus in culpa: ſolus
autem Chriſtus fuit ſine culpa cõceptus:
vterque vero natus in gratia. Et ideo vtri
uſque natiuitas colitur: ſed ſolius Chri-
ſti conceptio celebratur. Fuit magnus III.
in conceptione: quia conceptus eſt, non
exigente natura, ſed gratia operãte: cum
eſſet Zacharias ſenex, & Elizabeth ſteri
lis, & ambo pariter proceſſiſſent in die-
bus ſuis. Ecce alter Iſaac natus de ſene, Gen.17.21
conceptus de ſterili, prænunciatus ab an
gelo, p̃nominatus ab ipſo, pater Iacob,
qui genuit duodecim patriarchas. Ille de
Abraham, iſte de Zacharia. Ille de Sa-
ra, iſte de Elizabeth: vterque de ſene,
vterque de ſterili: vterque prænuncia-
tus & prænominatus ab angelo: ille
Iſaac, iſte Ioannes. In natiuitate Iſaac
ait Sara: Riſum mihi fecit dominus: qui- Ibidem
cunque audierit, corridebit mihi. In
natiuitate Ioannis audientes vicini Luc.1
& cognati quod manifeſtauit, vel
magni

magnificauit dominus miſericordiam
ſuam cum Elizabeth, congratulabantur
ei. Iuxta quod angelus prædixerat Za-
chariæ: Gaudium erit tibi & exultatio,
& multi in natiuitate eius gaudebunt.
Sed Zacharias, quia non credidit ange-
Gen. 15 lo, mutus factus eſt: Abraham autem,
quia credidit Deo, reputatum eſt ei fides
ad iuſtitiam. Iſaac quaſi carnalis pater, Ia
cob carnaliter genuit. Ioannes quaſi ſpi-
ritualis, ſpiritualiter genuit Chriſtum. Il
le duodecim patriarchas, iſte duodecim
apoſtolos generauit. Ille magnus, ſed i-
Matt. 11 ſte maior. Quoniam inter natos mulie-
rum non ſurrexit maior Ioanne Bapti-
IIII. ſta. Magnus exiſtit in natura: quia de
ſacerdotali genere procreatus. Fuit, in-
Luc. 1 quit, in diebus Herodis regis Iudææ ſa-
cerdos quidam nomine Zacharias, de
vice Abia, & vxor eius de filiabus Aa-
ron, & nomen eius Elizabeth. Nobilis
de nobilibus, & iuſtus de iuſtis: quia e-
rant ambo iuſti ante Deum, incedentes
in omnibus mandatis & iuſtificationi-
bus domini ſine q̃rela. Fuit magnus
V. in perſona: quia ipſe eſt qui præceſſit an-
te Deum in ſpiritu & veritate Heliæ, pa-
rare domino plebem ſuam perfectam.
Propter quod & dominus dixit de illo:
Ipſe eſt Helias, qui venturus eſt. Iſte nan
Matt. 11 que prænunciauit primum aduentum,
ille prænunciabit ſecundum. Iſte perſe-
cutionem paſſus eſt ab Herode propter
Herodiadem vxorem ipſius, Ille quidem
perſecutionem paſſus eſt ab Achab, pro-
pter Iezabel vxorem eius. Magnus in
VI. gratia, vnde vocatum eſt nomen eius Io
annes, quod Dei gratia interpretatur:
Luc. 1 quia repletus eſt ſpiritu ſancto adhuc ex
vtero matris ſuæ, domino ſibi per pro-
Hierem. 1 phetam dicẽte: Antequam exires de vul
ua ſanctificaui te. Prius fuit renatus, quã
natus, & regeneratus prius, quam gene-
ratus. Vnde vt audiuit ſalutatiõem Ma-
Luc. 1 riæ Elizabeth, infans in eius vtero exul
tauit. Magnus exiſtit in officio. Iuxta
VII. quod ipſe prophetico verbo reſpondit:
Ioan. 1 Ego vox clamantis in deſerto, parate vi-
am domini, rectas facite ſemitas Dei no
ſtri. Ipſe conuertit corda patrum in fili-
os, & incredulos ad prudentiam iuſto-
rum, parare domino plebem perfectam.
Ipſe vox verbi, præco iudicis, paranym-
phus ſponſi, lucerna ſolis, finis legis, ini
tium Euangelij. Magnus in merito: VIII.
quia vinum & ſiceram non bibit, & ha- Matt. 3
bebat veſtimentum de pilis camelorum,
& zonam pelliceam circa lumbos ſuos.
Eſca autem erant locuſtæ & mel ſylue-
ſtre. Modeſtus abſtinentia: quia vinum
& ſiceram non bibit: & erat eſca eius lo-
cuſtæ & mel ſylueſtre. Caſtus in conti-
nentia: quia veſtimentum habebat de pi
lis camelorum, & zonam pelliceam cir-
ca lumbos ſuos: vt eſſent lumbi eius præ
cincti, & lucernæ ardentes in manibus Luc. 12
eius. Magnus in ſacramento: nam lex IX.
& pphetę vſq; ad Ioannẽ: & ex eo regnũ Matt. 11
cœlorũ euangelizatum eſt. A diebus au-
tem Ioannis Baptiſtę regnum cœlorum Ibidem.
vim patitur, & violenti diripiunt illud.
Ipſe eſt qui rationem ſacramenti de ſei-
pſo teſtatur: Qui habet ſponſam ſpon- Ioan. 3
ſus eſt. Amicus autem ſponſi ſtat & gau-
dio gaudet propter vocem eius. Propter
quod & alibi dicit: Qui poſt me veniet, Ioan. 1
ante me factus eſt, cuius nõ ſum dignus
corrigiam calciamenti eius ſoluere.

Magnus in dignitate, ſicut de eo pa- X.
ter inquit ad filium: Ecce ego mitto an- Mal. 3
gelum meum ante faciem tuam, qui præ
parabit viam tuam ante te. Ioannes di-
ctus eſt angelus, non naturæ proprieta-
te, ſed officij dignitate: cuius excellenti-
am ipſa Veritas extulit, dicens: Quid ex- Luc. 7
iſtis in deſerto videre? Prophetam? Eti-
am dico vobis, & plus quam prophetã.
Nam Ioannes & cum prophetis dixit fu
turum: Ecce veniet fortior me, Et plus
quam propheta oſtendit præſentem: Ec Mar. 1 Ioan. 1
ce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũ-
di. Magnus in poteſtate, ſicut in per-
ſona prophetæ dominus inquit de illo: XI. Hiere. 1
Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce con
ſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas
& deſtruas, & diſperdas & diſſipes, & æ-
difices & plantes. Nam manus domini
erat cum illo. Magnus in claritate: qa XII.
ipſe erat lucerna ardens & lucẽs. De qua Ioan. 5
pater per prophetam: Paraui lucernam pſal 131
Chriſto meo. Fuit enim homo miſſus à
Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit Ioan. 1
in teſtimonium, vt teſtimonium perhi-
beret de lumine, vt omnes crederent per
illum. Magnus in opinione. Nam ex XIII.
iſtimante populo & cogitantibus omni Luc. 3
bus

bus in cordibus ſuis de Ioanne, ne forte
ipſe eſſet Chriſtus, reſpondit Ioãnes om
nibus dicens: Ego baptizo vos in aqua:
veniet aũt fortior me poſt me, qui bapti
zabit vos ſpiritu ſancto & igne. Popu-
lus exiſtimabat illum ſublimen, ſed ipſe
Ioan. 3. reſpõdit ſe humilem dicens: Me oportet
minui illum autem creſcere. Nam qui ſe
Luc 14 exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat,
XIIII exaltabitur. Magnus in prædicatio-
Luc. 3 ne: quia venit Ioannes in omnem regio
nem Iordanis, prædicans baptiſmum
pœnitẽtiæ in remiſſionem peccatorum.
Mat. 3 Facite, inquit, dignos fructus pœniten-
tiæ. Et pœnitentiam, inquit, agite, ap-
proproquabit enim regnum cœlorum.
Egregius prædicator, qui ea præcipue
prædicabat, per quæ peccatorum vera
remiſſio datur, id eſt, baptiſmum & pœ-
nitentiam.
XV
Matt. 3. Magnus in paſſione: quia pro verita
te carcerem paſſus, tandem capite eſt trũ
Ioan. 1. catus, baptizatus in ſanguine, qui bapti
zauit in aqua.

Baptiſm' triplex Eſt autem triplex baptiſmus: In aqua,
in lachrymis, in ſanguinæ. In aqua rege
nerationis. In lachrymis cõpunctionis.
In ſanguine paſſionis. Quorum quem-
libet Ioannes ante faciem domini præ-
parauit, baptizando, prædicando & mo
Matt. 11. riendo. Inter natos itaque mulierum nõ
ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Quid
ergo? An non maior eſt Chriſtus, qui
Ioan. 19 natus fuit de muliere? Iuxta quod i-
pſe inquit ad matrem: Mulier, ecce fili-
us tuus? Sed Chriſtus natus eſt de mulie
re ſecundũ ſexum, non autem ſecũdum
amplexum. Natus eſt de muliere ſecun-
ſpeciem, non ſecundum mollitiem. Vel
ſubintelligitur Propheta, cũ dicit: Non
ſurrexit maior Ioanne baptiſta, videli-
cet maior Propheta. Iuxta quod domi-
Matt. 11. nus ipſe præmiſerat: Quid exiſtis in de
ſertum videre? Prophetam? Etiam di-
co vobis, & pluſquam Prophetã. Nã etſi
Chriſtus alicubi Propheta dicatur, vt:
Ecce veniet Propheta magnus. & iterũ:
Matt. 21. Luc. 7. Propheta magnus ſurrexit ĩ nobis: ipſe
tamen dicendus eſt non tam propheta,
quam dominus prophetarum.

Mat. 11. Quid eſt autem quod ſequitur: Qui
minor eſt in regno cœlorum, maior eſt
Ioanne Baptiſta? Vt autem expoſitio-
nes dubias & obſcuras omittamus, pla-
ne ſimul & plene dicamus, quia in re-
gno cœlorum, id eſt, in patria ſoli ange-
li erant, qñ Chriſtus iſta dicebat: qa nõ-
dũ aſcendens in altum ſuã duxerat capti psal. 67.
uitatem captiuam. Angelos autem ma-
iores eſſe quam homines Propheta lo- psal. 8.
quens de Chriſto teſtatur: Minuiſti eũ
paulo minus ab angelis. Nam illi ſunt
immortales, ſed iſti mortales: illi ſunt im
paſſibiles, ſed iſti paſſibiles: illi beati, ſed
iſti miſeri: illi triumphant, iſti militant.
Ergo qui tunc minor erat in regno cœ-
lorum, maior erat Ioanne Baptiſta.

Nos ergo fratres & filij, qui conue-
nimus ad celebrandam natiuitatem ipſi
us, ſi eam digne curauerimus celebrare,
pro certo ſperare debemus, quod quan
to maior eſt aqud Deum, tanto magis
pro nobis interueniet apud ipſum. Sed
eſt nobis ſummopere prouidendum, vt
qui in natiuitate eius gaudemus exteri-
us, in natiuitate eius interius gaudea-
mus: quia reliquiæ cogitationum diem psal. 75.
feſtum agent domino. Non eſt autem Esa. 48.
impijs gaudere dicit dominus, conteſtã
te Pſalmiſta: Non eſt pax oſſibus meis à psal. 37.
facie peccatorum meorum: conſcientia
mea me remordente. Quocirca purge-
mus animam à maculis peccatorum,
vt tantę ſolennitatis gaudium digne ce- Mat. 23.
lebrare poſſimus. Nam qui nitet exteri-
us, & ſordet interius, ſimilis eſt, vt do-
minus ait, ſepulchro deforis dealbato,
intus autem omni pleno ſpurcitia.

Oremus ergo fratres & filij, oremus
omnes & ſinguli, vt intercedente
beato Ioanne baptiſta nobis
det gaudiũ ſolẽnitatis ęternæ,
Ieſus Chriſtus dominus
noſter, Qui eſt ſuper
omnia Deus be-
nedictus in ſe-
cula ſeculo-
rum. A-
men.

briel: annuncians vtrobique miraculū, & virginis & ſterilis partum. Ioannis autem non conceptum prædixit, ſed ortum. Ieſu vero prædixit ortum, pariterque conceptū. Nam Zachariæ patri prædicit: Elizabeth vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomē eius Ioannem: ſed Mariæ matri prædicitur: Concipies in vtero & paries filium & vocabis nomē eius Ieſum. Cur hoc? niſi quod Ioannes fuit conceptus in culpa, ſolus autē Chriſtus fuit ſine culpa conceptus: vterque vero natus in gratia: Et ideo vtriuſq; natiuitas colitur, ſed ſolius Chriſti conceptio celebratur.

Moralis ſenſus natiuitatis Ioannis.

Verum ne longe petamus exempla, quoniam in quolibet noſtrum poſſumus moraliter inuenire Zachariā & vxorē eius Elizabeth, quę parit ei filium, cuius nomē debet vocari Ioānes: eritq; ſibi gaudium & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Elizabeth nanque vxor Zacharie, poteſt intelligi caro copulata ſpiritui. Quia ſicut vir caſtigat & regit vxorem: ita ſpiritus caſtigare debet & regere carnem: ne ſorte laſciuiat & incidat in fornicationis reatum. Hęc pariet ei filium, quando ſpiritus per carnis officium bonum opus exercet, vt ſi dat eleemoſynam, veſtit nudum, paſcit eſuriētem, viſitat infirmum, ſepelit mortuum. (Pſal. 127) Tunc vxor ipſius ſicut vitis abundat in lateribus domus ſuæ: filij ſui ſicut nouellę oliuarum in circuitu menſe ſuę. Huius nomē debet vocari Ioānes, videlicet Dei gratia: quia nemo bonum opus ſibi debet aſſcribere, ſed gratiæ Dei noſtri. Iuxta quod dicit Apoſtolus: (1. Cor. 15) Gratia Dei ſum id q̄d ſum, & gratia Dei in me vacua non fuit, ſed gratia eius in me ſemper manet. Eritque ſibi gaudium & exultatio, quia de bono ope gaudebit & exultabit, quod mentem lætificat & ſerenat. (Ioan. 16) Nam mulier cum parit triſtitiam habet: cum autem peperit maſculū, iam non meminit præſſurę propter gaudium, quia natus eſt homo in mūdum. Et multi in natiuitate eius gaudent: omnes videlicet boni, qui proximo ſuo cōgratulabuntur in bono. (Matt. 5) Propter q̄ veritat dicit: Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videntes opera veſtra bona, glorificent patrē veſtrū qui in cœlis eſt.

Eſt ergo ſummopere prouidendum, vt qui gaudemus exterius tripudiantes in corpore, gaudeamus intus exultantes in mente: quia reliquiæ cogitationis diem feſtum agent domino. (Pſal. 75) Non eſt autem impijs gaudere dicit dominus: (Eſa. 48) nec eſt pax oſſibus meis, à facie peccatorum. (Pſal. 37) Quocirca purgemus animas noſtras à maculis peccatorum, vitiorum, vt tantæ ſolennitatis gaudium digne celebrare poſſimus: ne forte ſimus ex illis qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis: (Prou. 2) & tenent tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi, (Iob. 21) ſed in puncto ad inferna deſcendunt: quin potius ſimus ex illis (Pſal. 41) qui ingrediuntur in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei, in voce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis. Præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

In ſolennitate D. Apoſtolorum Petri & Pauli.

Docet famam propriam non eſſe negligendam & multa diſputat de felicitate, dignitate & poteſtate Petri.

SERMO I.

INterrogabat Ieſus diſcipulos ſuos dicens: Quem dicūt homines eſſe filiū hominis? Et reliqua. (Matt. 16)

Quia corde creditur ad iuſtitiam, (Rom. 10) ore autem confeſſio fit ad ſalutem, ideo dominus interrogabat diſcipulos ſuos, non quod ignoret aliqua qui nouit omnia, ſed vt ex ipſa reſpōſione occaſionē aſſumat & confirmandi fidem, & remunerandi confeſſionem. Vnde cum Petrus dixiſſet: Tu es Chriſtus filius Dei vi

ui,ſtatim dominus fidem confirmans reſpōdit: Beatus es Simon Bariona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis. Ac deinde confeſſionem remunerans intulit: Et ego dico tibi, cuius dicere facere eſt, quia tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & tibi dabo claues regni cœlorum. Prius tamē de alio rum opinione quæſiuit, vt eorum reprobaret errorem. (1.Cor.6.) Quia non eſt ſocietas luci ad tenebras: & veritas plantari non poteſt, niſi falſitas extirpetur. Ait ergo: Quem dicūt homines eſſe filium hominis? Manifeſtum nobis tradidit exemplum, ne ſimus conſcientia ſola cōtenti, ſed de fama quoque ſoliciti, vt & (Famę bonę curam habēdam eſſe.) conſcientiam, quoad Deum, & famam, quo ad proximum, procuremus habere dilucidam, & ſtudeamus ſeruare ſere (Prou.22) nam. Nam melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multę. At illi de aliorum opinione interroganti dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Heliam, alij Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Pro eo namque quod Chriſtus baptizabat, putabant homines, ſed errabant, ſuſcitatum eſſe Ioannem Baptiſtā. Vel vnum ex duobus Prophetis, qui transe (3.Reg.17 4.Reg.2 Hiere.1.) untes Iordanem præfigurauere baptiſmum, id eſt, Heliam, vel Helizeū. Hieremiam vero, quia legitur ſanctificatus in vtero: ſicque poterant errare de cæteris, quemadmodum Herodes errauerat (Matt.14) de Ioanne. Hic eſt, inquit, Ioannes baptiſta, ipſe ſurrexit à mortuis & ideo virtutes operantur in eo. Vos autem, quem me eſſe dicitis? Ac ſi diceret: Vos, qui nō carnales eſtis, ſed ſpirituales, vt merito debeatis iam non homines, ſed dij ap (Pſal.81) pellari potius, ſicut habetur in Pſalmo: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Quem me eſſe dicitis? Prudēter interrogat & diſtincte. Ac ſi diceret manifeſtius: Homines de filio hominis ita ſentiunt: vos autem de me quid ſentitis? Sed qd poſſunt homines facti dij ſentire de deo facto homine, niſi quod Petrus primus & præcipuus inter omnes reſpondit pro omnibus dicēs: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Quaſi dicat: Tu, non Ioannes baptiſta in carcere decollatus, es Chriſtus: nō Helias in paradiſum trans (4. Reg.2) latus, Filius Dei, nō Hieremias, q̄uis ab vtero ſanctificatus. Dei viui, nō vnus ex Prophetis in cœmeterio tumulatus. Reſpondens autem Ieſus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis nō reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis. Bariona eſt nomen Hebræum, compoſitum ex integro, quod eſt, Bar, id eſt, filius, & corrupto, quod eſt Iohanna, id eſt, filius Ioannis.

Sane nobis tria Euangelica lectio in B. Petro ſingulari quadā p̄rogatiua cōmēdat, felicitatē, dignitatē, & poteſtatē. (Prerogatiuę Petri.) De felicitate p̄mittitur: Beatus es Simō Bariona: qa caro & ſanguis nō reuelauit tibi, ſed pater meus q eſt in cœlis. De dignitate ſubiungitur: Tu es Petrus & ſup hāc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portę inferi non præualebunt aduerſus eam. De poteſtate ſupponitur: Et tibi dabo claues regni cœlorū. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Et quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Beatus es igitur, ſed nunc merito, tādem præmio: nūc ſpe, tādem re: nūc beatitudine viæ, tandem beatitudine patrię nunc beatitudine fidei, tādem beatitudine ſpeciei. Quia caro & ſanguis. i. carnalis quilibet, ſapientia carnis inflatus, non reuelauit tibi: ſed pater meus qui eſt in cœlis, qui cœleſtes mentes inhabitat, & eas lumine veritatis illuſtrat. Abſcondit enim hæc à ſapientibus, & (Matt.11) reuelauit ea paruulis, qualis eſt Petrus, non ſuperbus ſed humilis. Vnde bene dicitur Simon, quod interpretatur obediens. Bariona, id eſt, filius Ioānis, quod interpretatur Dei gratia: quia virtus obedientiæ de gratia diuina procedit.

Beatitudo iſta potiſſimum in cognitione ac dilectione conſiſtit, id eſt, in fide & charitate. Quarum vna inter virtu (Heb.11) tutes eſt prima, reliqua præcipua. De fide namque dicit Apoſtolus: Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium. Ecce fides eſt prima. De charitate vero idem (1 Cor.13) Apoſtolus ait: Nunc manent fides, ſpes, charitas, tria hæc: Maior autem his eſt charitas. Ecce charitas eſt præcipua.

De

Heb.11 Abac.2 De fide legitur: Sine fide impoſſibile eſt
1.Cor.13 placere Deo: quia iuſtus ex fide viuit.
De charitate dicitur: Si diſtribuero om
nes facultates meas in cibos pauperum,
charitatem autem non habeam, nihil
Matt.9 mihi prodeſt. Ecce vtraq; eſt neceſſaria.
Nam de fide dominus ait: Fides tua te
Luc.7 ſaluam fecit, vade & amplius noli pec
care. Idẽ dicit de charitate. Dimiſſa ſunt
ei peccata multa, quoniam dilexit mul-
tum. Vtramque dominus requiſiuit à
Petro. Fidem, quando conceſſit claues.
Ioan.21 Charitatem, quando ſibi commiſit o-
ues. In conceſſione clauium, de fide in-
terrogans requiſiuit: Vos autem quem
me eſſe dicitis? Et Petrus reſpondit: Tu
es Chriſtus filius Dei viui. In commiſſio
ne ouium de charitate requirens inter-
Ibidem. rogauit: Simon Ioannis diligis me plus
his? Et ille reſpondit: Domine tu ſcis,
quia amo te. Sed de fide ſemel tãtum in
terrogans requiſiuit: quia vnus eſt De-
us, vna fides, vnum baptiſma. De chari-
tate vero requirens tertio ſimul interro
gauit: q̃a tres debemus ex charitate dili-
Deut.6 gere, Deum, noſipſos & proximum. Di-
Matt.22 liges, inquit, dominum Deum tuũ. Ecce
primum. Et ſicut teipſum. Ecce ſecun-
dum. Diliges proximum. Ecce tertium.
Cum ergo dominus tertio requiſiſſet à
Petro: Simon Ioannis diligis me plus
his? & ille tertio reſpondit: Domine, tu
ſcis quia amo te, tertio quoque pręcepit
oues paſcendas. Ac ſi diceret: Paſce ver-
bo, paſce exemplo, paſce præſidio. Paſce
verbo prędicationis, paſce exemplo con
uerſationis, paſce præſidio defenſionis.
O paſtor bone, paſtor ſancte, paſtor
egregie: quia animam tuam pro tuis oui
bus poſuiſti, ſicut dominus ipſe prædi-
xerat: Cum eſſes iunior cingebas te &
ibas vbi volebas: cum autem ſenueris
extendes manus tuas, & alius te cinget
Ioan.21 & ducet quo tu nõ vis. Hoc autem dice
bat ſignificãs qua morte clarificaturus
eſſet Deũ. Vnde & alibi ſibi ait: Sequere
me. Quaſi diceret: Sequere me in gene-
re mortis, videlicet in patibulo crucis.
Claues autem concedens quęſiuit de
Ibidem. fide: quia claues non niſi fidelibus con
ceduntur. De quibus qui male ſentiunt
in præſenti, malum vtiq; ſentient in fu-
turo: quoniam qui non credit iam iudi Ioan.3
catus eſt. Oues vero committens in-
terrogauit de charitate: quia non eſt pa-
ſtor ſed mercenarius, qui paſcit oues cu
piditate lucri, non aſt amore Dei.
Qualis enim & quanta fuerit fides Non paſtor ſed
Petri, ſua perfectio indicauit: Tu es, in- mercenari
quit, Chriſtus filius Dei viui. Nam cor- us quis.
de creditur ad iuſtitiam: ore autem con-
feſſio fit ad ſalutem. Duas autem con
fitetur in Chriſto naturas, & vnam per- Rom.10
ſonam. Naturam humanam, cum dicit:
Tu es Chriſtus, quod interpretatur vn-
ctus, ſecundum humanitatem, ſicut ei
dicitur à Propheta: Vnxit te Deus tu pſal.44
us oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.
Naturam diuinam cum ait: Filius Dei
viui. Non enim quis naturaliter poteſt
eſſe filius alicuius, quin habeat natu-
ram ipſius. Quia ſicut non poteſt eſſe fi-
lius hominis niſi homo, ita non po-
teſt eſſe filius Dei viui, niſi Deus. Vn-
de pater inquit ad filium: Filius meus es pſal.2
tu, ego hodie genui te. Qui de ſua & pa-
tris vnitate ſecundum naturam diuinã
ſic aiebat: Ego & pater vnũ ſumus. Por Ioan.10
ro ſicut inter patrem & filium eſt diuer-
ſitas in perſonis, ſed vnitas in natura: Ita
inter diuinitatem & humanitatem eſt di
uerſitas in natura, ſed vnitas in perſona.
Nam ſicut anima rationalis & caro vnus
eſt hõ, ita deus & hõ vnus eſt Chriſtus.
Propter q̃d Petrus reſpõdit: Tu es, inq̃t,
Chriſtus, non Chriſti: tu es filius, & nõ
filij: quia q in deitate erat Dei filius, idẽ
ipſe factus eſt in humanitate hominis fi
lius. Quia natura nomẽ eſt generis, per-
ſona vero nomen eſt iuris. Tu ergo diſ-
cretiue, nõ alius: quia multi pſeudopro- Mar.13
phetæ venient in nomine tuo dicentes:
Ego ſum Chriſtus. Sed tu ſolus es, non
putatiue, ſed ſubſtantiue. Nã & Ioannes
reputatus eſt Chriſtus, quod de ſe ipſe
negauit: Non ſum, inquiens, ego Chri- Ioan.1
ſtus: ſed qui deſurſum venit, ſuper om-
nes eſt. Tu es Chriſtus, videlicet vnctus,
non vnctione humana, ſecundum quã
multi ſunt Chriſti, Iuxta quod legi-
tur: Nolite tangere Chriſtos meos: ſed pſal.88
vnctione diuina, ſecundum quam vnus
tantum eſt Chriſtus. Quoniam vnxit
te Deus tuus oleo letitiæ præ conſorti- pſal.44
bus

bus tuis.Propter quod ipſe per Prophe-
Eſa.61 tam dixit: Spiritus domini ſuper me,eo
quod vnxerit me: euangelizare paupe-
ribus miſit me. Filius nō adoptiuus,ſed
pſal.2 verus: quoniam dixit ad te:Filius meus
es tu,ego hodie genui te. Vnde non es
tantum filius hominis, ſed etiam filius
pſal.113 Dei: non vtique mortui, ſicut dij genti-
um,Qui os habent & non loquuntur,
oculos habent & non vident,aures ha-
bent & non audiunt, manus habent &
non palpant, pedes habent & nō gradi
untur.Sed tu es Chriſtus filius Dei viui,
Act.17 qui viuēs in ſe,viuificat vniuerſa:in quo
viuimus mouemur & ſumus. Hanc tan
tam fidem dominus nulla paſſus eſt ten
tatione deficere. Vnde cum in paſ-
ſionis articulo beato Petro dixiſſet:
Luc.22 Simon,ecce ſatanas expetiuit vos vt cri-
braret ſicut triticum, ſtatim adiecit,Sed
ego pro te rogaui, vt non deficiat fides
tua & tu aliquando conuerſus, confir-
Matt.14 ma fratres tuos. Licet enim aliquando
dubitauerit,propter quod dominus eū
increpauit, Modicæ fidei quare dubita-
ſti:quia tamen fides in ſua ſoliditate cō-
ualuit,ſtatim eum de periculo pelagi li-
berauit.

Hæc vera fides & ſancta, non de
figmento proceſſit humano,ſed de reue
latione diuina. Vnde Chriſtus intulit
dicens: Beatus es Simon Bariona, quia
caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed
pater meus qui eſt in cœlis.Super hāc fi-
dem eccleſia ē in petra fundata, propter
quod dominus addidit:Tu es Petrus,&
ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam
meam.Dignitas hæc in duobus attendi
tur, quia ſcilicet beatiſſimus Petrus &
fundamētum eſt & caput eccleſiæ. Licet
enim Chriſtus ſit primum & præcipu-
um fundamentum, ſecundum quod di-
1.Cor.3 cit Apoſtolus: Fundamentum poſitum
eſt,præter quod aliud poni nō poteſt,ꝙ
eſt Chriſtus: ſunt tamen ſecunda & ſe-
Eph.2 cundaria fundamenta, videlicet apoſto
li & prophetæ,Iuxta quod inquit Apo
ſtolus:Superędificati ſuper fundamen-
tum Apoſtolorum & Prophetarum.
Pſal.86 De quibus alibi dicitur per Prophe-
tam: Fundamentum eius in monti-
bus ſanctis. Inter quos beatiſſimus
Petrus primus & præcipuus: cui ſingu
lariter à domino dicitur: Tu vocaberis Ioan.1
Cephas. Cephas enim licet ſecūdum v-
nam linguam interpretatur Petrus, ſe-
cundum aliam tamē dicitur caput. Quia
ſicut plenitudo ſenſuum conſiſtit in ca-
pite,in cæteris autē membris pars eſt ple
nitudinis: ita cæteri vocati ſunt in par-
tem ſolicitudinis,ſolus autem Petrus aſ
ſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis.
Vnde cum dominus omnibus ſimul
apoſtolis loqueretur,particulariter ait: Ioan.20
Quorum remiſeritis peccata remit-
tuntur eis. Cum autem ſoli Petro lo-
cutus eſt vniuerſaliter dixit: Quod-
cunque ligaueris ſuper terram, erit li-
gatum & in cœlis: quia Petrus po-
teſt ligare cæteros, ſed non ligari po-
teſt à cæteris, vtpote primus & ſummus
magiſter & princeps eccleſiæ.Quod etſi
omnibus Apoſtolis ſimul dictum fuiſ-
ſe legatur, non tamen alijs ſine ipſo,ſed
ipſi ſine alijs legitur dictum eſſe: vt
quod non alij ſine ipſo, ſed ipſe ſine
alijs intelligatur hoc poſſe de plenitu
dine poteſtatis. Hinc eſt etiā quod cum Luc.4
communiter dictum ſit alijs:Laxate re-
tia in capturam: ſingulariter dictum eſt Ioan.21
Petro:Duc in altum.Et cum poſt reſur-
rectionem cæteri nauigio veniſſent ad
dominum, ſolus Petrus tunica ſe ac-
cinxit & miſit ſe in mare. Ex hac noua
nominis impoſitione traxit Eccleſia,
vt quando Petri ſucceſſor eligitur, no-
uum ei vocabulum imponatur.

Sed ſolet quæri quando fuerit ei
nomen hoc impoſitum,Vel cum ſecun
dum Ioannem intuitus eum Ieſus dixit
ei:Tu es Simon filius Ioanna, tu voca-
beris Cephas, quod interpretatur Pe-
trus.Vel cum ſecundum Matthæum di
xit illi Ieſus:

Tu es Petrus & ſuper hanc petram
ædificabo eccleſiam meam.Sed ibi ma-
gis prædixiſſe: hic autem magis con-
firmaſſe videtur. Nam ibi dicitur
vocaberis,Hic vero: Tu es. Verum abſ-
que dubitatione tenendum eſt, quod
in electione duodecim fuit ei no-
men hoc Petrus impoſitum.Iuxta quod
Marcus teſtatur:Et impoſuit, inquit,Si
moni nomen Petrus,Ioanni autē & Ia-
cobo impoſuit noīa boanerges. Et por-
tæ inferi non p̄ualebunt aduerſus eam,

vitia

vitia videlicet & peccata, quæ ad infernum introducunt: quia nec peruerſitas, nec aduerſitas Eccleſiam poſſunt vllo modo deijcere. Iuxta quod Veritas ait: [Matt. 7] Flauerunt venti, venerunt flumina, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra petram: & ideo portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum.

[Poteſtas Petri in duobus.] Poteſtas autem in duobus maxime commendatur, videlicet, in abſolutione peccatorum, & operatiõe miraculorum. Licet enim communem cum alijs dimittendi peccata poteſtatem acceperit, non tamen ſine rationali cauſa ſolus legitur [Matt. 18] interrogaſſe Ieſum: Si peccauerit in me frater meus, dimittam ei vſque ſepties? & ei ſoli legitur reſpondiſſe Ieſus: Non dico tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties. [Septenarius numerus vniuerſitatis.] Septenarius enim numerus vniuerſitatis eſt, quoniam omne tẽpus ſeptenario dierũ numero cõphenditur. Quid ergo ſeptenarius numerus per ſeipſum multiplicatus hoc loco ſignificat, niſi vniuerſorũ vniuerſa peccata? Sic ergo ſoli Petro pręcipitur, vt ſi peccauerit in ſe frater ſuus dimittat ei: non tantum ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties, quia ſolus Petrus in terra dimittere poteſt vniuerſorũ vniuerſa peccata. Nam & ſunt quædam peccata, quorum abſolutio ſoli Petro eſt reſeruata. Hic eſt qui tanta virtute polle- [Acto. 3. 4.] bat ad facienda miracula, vt de ipſo legatur, quod augebatur virorum ac mulierũ [Acto. 5] credentium in Chriſto multitudo, ita vt in plateis eijcerent infirmos, & ponerẽt in lectulis & grabatis, vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quẽquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. Cõcurrebat autẽ & multitudo vicinarum ciuitatum Hieruſalem, afferentes ægros & vexatos à ſpiritibus immũdis, qui curabantur omnes. In hoc vere completũ eſt quod Veritas ait: Qui [Ioan. 14] credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horũ faciet. Vna quidem eſt clauis Dauid, quæ claudit & ne- [Apoc. 3] mo aperit, aperit, & nemo claudit: quæ vni Petro duas claues commiſit, propter [Claues duę Petro cõmiſſę.] illam excellẽtiſſimam fidem, quæ in vno Chriſto duas naturas veraciter recognouit. Petrus ergo per claues acceptas, & claudit & aperit. Claudit cum ligat, aperit cum abſoluit. Et quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Clauis quidem diſcernit & dijudicat, claudit & aperit. Inter interiores & exteriores diſcernit & dijudicat: ingredientibus & egredientibus claudit & aperit. Et quidem prima clauis intelligitur ſcientia diſcernendi & dijudicandi, ſecunda clauis intelligitur potentia ligandi & abſoluendi. Neceſſaria quidem eſt clauis ſcientiæ ad diſcernendum inter lepram & lepram, inter bonum & malum, inter lucem & tenebras, inter ſanctum & prophanum. Nam vę qui dicunt bonum malum, & malum bonum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: viuificantes animas quæ non viuunt, & mortificantes animas quæ non moriuntur. Verum ſcientia diſcernendi non ſemper eſt clauis: quoniam etſi quidam diſcernere ſciant, diſcernere tamen non poſſunt: qa non habent clauem potentiæ, ſine qua ſcientia non eſt clauis. Prouideat ergo ſibi paſtor eccleſiæ, vt clauem potentiæ ſine claue ſcientiæ non recipiat, quia ſcriptum eſt in propheta: Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi. Nam labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius. Qui noluit intelligere, vt bene ageret. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo. Cõtra quos dominus ait: Ipſi non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Clauis ergo ſcientię neceſſaria fuit Petro cum claue potentię: vt quodcunque ligauerit is ſuper terram, ſit ligatum & in cœlis: & quodcunq; ſoluerit is ſup terram, ſit ſolutum & in cœlis. Quid ergo? Nonne ſacerdos iuſto quandoq; deceptus errore ligat aliquem ſuper terrã, qui quoniam innocens eſt, nõ eſt à Deo ligatus in cœlis? Sane licet in vinculo ligationis huiuſmodi adhibeatur clauis ſciẽtiæ, qa ſcientia impermixta eſt falſitati, ſed opinio quædam, quæ licet ſit iuſta, tamẽ eſt falſa: cum tamẽ ſententia ligationis iuſte fertur ex animo & ex ordine, q ligatur ſic ſup terram, nihilominus ligat & in cœlis: quia ligationem illã curia cœleſtis approbat & confirmat. Eſt ergo talis & ſolutus & ligatus in cœlis:

 ſicut

ſicut eſt & ligatus & ſolutus in terris. Ligatus eſt ex ſententia: ſolutus à culpa.

Ligario duplex.

Eſt ergo duplex ligatio, culpæ videlicet & ſententiæ. Vnde ſæpe contingit, quod non ſemper iſtæ ſolutiones ſeſe pariter comitantur. Quod dominus ipſe in ſolutione Lazari myſtice deſignauit: qui prius mortuum ſuſcitauit, & poſtea iuſſit apoſtolis, vt ſoluerent ſuſcitatum. Soluit autem ſacerdos, non tantum oſtendendo ſolutum: & ligat, non tantum oſtendendo ligatum: ſed ligat & ſoluit ſubtrahendo, vel reſtituendo ſuffragia eccleſiaſtica & ſacramenta diuina. Forte nunc ſoli Petro ſicut promiſit, ita commiſit claues Eccleſiæ, ſpecialiter quidem & principaliter: vel poſt reſurrectionem cum alijs generaliter & communiter, quando inſufflauit, & ait: Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Oues Chriſti tribus modis paſcendę.

Habeat ergo fidem qui recipit claues, habeat charitatē qui ſuſcipit oues: quas vtique tribus modis paſcere debet: quia tertio iubetur vt paſcat. Sunt enim tres ordines fidelium in Eccleſia, Noe, Daniel, & Iob, id eſt, prælati, continentes, & coniugati: quos Ezechiel vidit in viſione ſaluos. Quos paſcere debet prælatus, verbo, exemplo, & ſacramento. Verbo doctrinæ, exemplo vitæ, ſacramento Euchariſtiæ. Sic oues ſibi commiſſas pauit beatus Petrus, quem generaliter orbis ſe gaudet patrem habere, ſed ſpecialiter vrbs ſe gloriatur habere patronum. Per eum enim facta eſt veritatis magiſtra, quæ fuerat caput erroris. Et longe nunc excellentior eſt in apoſtolico magiſterio, quam olim fuerat in imperiali principatu: cuius etiam magiſterio ipſe Romanus princeps noſcitur eſſe ſubiectus. In ea nunc viget cœleſtis autoritas, in qua quondam vigebat terrena poteſtas: ad illud dignitatis prouecta faſtigium, vt eius ſententia, quæ profertur in terris, etiam obſeruetur in cœlis. Super animas quoque iudiciariam optinet poteſtatem, vt eas & ſoluere valeat & ligare. Ipſum ergo patrem & patronum noſtrum fratres & filij deprecemur, quatenus à peccatorum vinculis abſolutos nos ad regna cœleſtia ſuis meritis introducat, Præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

In eadem Solennitate.

Quomodo per mare ſeculum, per nauim Eccleſiam, per maris altitudinem Romam, & per rete prædicationem accipere debeamus.

SERMO II.

Luc. 5

DVC in altum, & laxate retia veſtra in capturam.

Cum Ieſus aſcē diſſet in vnam nauim, quæ erat Simonis, & ſedēs doceret de nauicula turbas, vt loqui ceſſauit, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia in capturam. Cui Simon reſpondit: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Quod cum feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam. Si aquæ multæ ſunt populi multi, profecto mare magnum eſt totum ſeculum. De quo legitur: Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus, illic reptilia, quorum non eſt numerus: animalia puſilla cum magnis, illic naues pertranſibunt. Sicut enim mare ſemper eſt turbulentum & amarum, ita ſeculum in amaritudine ſemper & turbatione conſiſtit. Nuſquam enim eſt pax & ſecuritas, nuſquam requies & tranquillitas, ſed vbique timor & tremor, vbique labor & dolor. Mundus enim in maligno poſitus eſt. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus

Apoc. 19

pſal. 103

Mari comparatur ſeculum.

1. Ioan. 5

Prou. 14

ctus occupat. Merito ergo clamabat Apoſtolus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et Pſalmiſta dicebat: Educ de carcere animam meam. Auis enim naſcitur ad volatum, & homo naſcitur ad laborem. Cuncti dies eius laboribus pleni ſunt & ærumnis: nec per noctem requieſcit mens eius. Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & iugum graue ſuper omnes filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. In mari minores piſces à maioribus deuorantur, & in ſeculo minores homines à maioribus opprimuntur. Qui deuorant, inquit, plebem meam ſicut eſcam panis, Deum nõ inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, & cæt. Venatio leonis onager in eremo: ſic paſcua diuitum pauperes. Quicquid delirant reges plectuntur Achiui.

Rom. 7 · Pſal. 141 · Iob. 5 · Eccl. 1 · Eccli. 40 · Pſal. 13 · Eccli. 13

Altitudo maris

Altitudo maris iſtius, de qua Chriſtus inquit ad Petrum, Duc in altum, eſt Roma, quę primatum & principatum ſuper vniuerſum ſeculum obtinebat & obtinet: quam in tantum diuina dignatio voluit exaltare, vt cum tempore paganitatis ſola dominium ſuper omnes gentiles habuerit, Chriſtianitatis tempore ſola magiſterium ſuper fideles habeat vniuerſos. Dignum ergo Deus prouidit & congruum, ſed & congruum prouidit & dignum: vt ille qui erat princeps Eccleſiæ, ſedem conſtitueret apud vrbem, quæ tenebat ſeculi principatum: & ideo dominus inquit ad Petrum: Duc in altum. Quaſi diceret: Vade Romam, te & cum tuis transfer ad vrbem, & laxate ibi retia in capturam. Ecce liquido patet, quantum Deus vrbem iſtam dilexerit, vt eadem eſſet ſacerdotalis & regia, imperialis & apoſtolica, obtinens & exercens non ſolum dominium ſuper corpora, verum etiam magiſterium ſuper animas. Longe nunc maior & dignior autoritate diuina, quam olim poteſtate terrena. Per illam habens claues regni cœlorum, Per iſtam orbis terrarum regens habenas. Ne vero tantæ dignitatis honor, vel potius tanti donoris dignitas ad aliam ciuitatem quacunque ratione tranſiret, ſed in hac vrbe iuxta diſpoſitionem perpetua lege maneret: quum Petrus perſequutionem fugiens infidelium vrbem exiſſet, apparuit ei dominus iuxta vrbem: Cui quum Petrus dixiſſet: Domine, quo vadis, reſpondit: Vado Romam iterum crucifigi. Quod Petrus intelligens pro ſe dictum, vt videlicet caput crucifigeretur in membro, redijt ad vrbem: quam tandem in crucis patibulo ſuo ſanguine conſecrauit. Habuit autem ſocium beatiſſimum Paulum. Vnde cum ſingulariter pręmittitur: Duc in altum, pluraliter ſubditur: & laxate retia in capturam, quia ſolus Petrus tanquam vniuerſalis princeps Eccleſiæ in altitudinem ſupremæ prælationis aſcendit, ſed ipſe cum Paulo retia prædicationis ad capiendos homines in vrbe laxauit. Et quidem non ſine diuina prouidentia creditur diſpenſatum, vt vbi duo fratres ſecundum carnem, Remus & Romulus, qui vrbem iſtam corporaliter condiderunt, honorabilibus iacent tumulati ſepulchris: ibi duo fratres ſecundum fidem, Petrus & Paulus, qui vrbem iſtam ſpiritualiter fundauerũt, glorioſis requieſcant baſilicis tumulati. Petrus ab ea parte vbi ſepultus eſt Romulus, & Paulus ab illa vbi Remus eſt tumulatus: vt hinc inde locati, ciuitatem iſtam ſuis patrocinijs tueantur. Vnus ergo in altum, ſed ambo retia laxauerũt in capturam.

Romanę vrbis dignitas quanta.

Porro, ſicut nauis Eccleſia, mare ſeculum, altitudo Roma, ſic rete intelligitur prædicatio. Rete nanque de diuerſis filis & cordis connectitur, & prædicatio de diuerſis autoritatibus & rationibus confirmatur. Debet enim prouidus prædicator ſecundum diuerſitatem rerum & perſonarum formare ſermonem, vt modo loquatur de virtutibus, modo de vitijs, quandoque de præmijs, quandoque de pœnis, aliquando de miſericordia, aliquando de iuſtitia interdũ ſimpliciter, interdũ ſubtiliter, ſecundũ hiſtoriam & ſecundũ allegoriã, ſecũdũ anagogen, & ſecũdum tropologiam, per autoritates & rationes, p ſimilitudines & exẽpla, vt ſingula quæq; locũ teneant ſortita decẽter. Iſta ſunt fila, iſtę ſunt cordę, de quibus rete connectitur, id eſt, prædicatio confirmatur. Docet hoc egregius prædicator, qui de ſeipſo ſic ait: Sapi-

Retia qd deſignent

1.Cor.2 Sapientiam loquimur inter perfectos: inter vos autem non iudicaui me ſcire 1.Cor.3 aliquid, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et iterum: Non potui loq vobis quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam. Retibus autem & piſces & volucres & beſtiæ capiuntur. Sed piſces in aqua, volucres in aere, beſtiæ capiuntur in terra. Piſces, volucres et beſtię q̃s myſtice deſignent. Piſces intelliguntur luxurioſi, volucres ſuperbi, beſtiæ violenti. Quum ergo prædicator ſermonem format contra luxuriam, ſuperbiam & violentiam, inducens autoritates & rationes, ſimilitudines & exempla, vt reuocet luxurioſos ad continentiam, ſuperbos ad humilitatem, violentos ad manſuetudinem: tunc vtique laxat retia prædicationis, vt capiat piſces in aqua, volucres in aere, beſtias in terra. Et captos non mortificat, ſed viuificat: non occidit, ſed alit: non deſerit ſed cuſtodit. Hæc ergo retia beatiſſimi Petrus & Paulus laxauerunt pariter in capturam: per quorum prædicationem Roma conuerſa eſt ab errore ad veritatem, à vitijs ad virtutes. Omnes ergo beatos apoſtolos Roma debet communiter venerari, ſed hos duos quaſi primos & præcipuos, quaſi patres & patronos ipſius debet ſpecialiter & principaliter honorare: quatenus meritis & precibus eorum adiuta, ita nunc ſalubriter conſeruetur in terris, vt tandem feliciter coronetur in cœlis. Præſtante domino noſtro Ieſu Christo, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

IN SOLENNITATE beatiſſimæ Mariæ Magdalenæ,

Quomodo ſeptem modis humana mortalitas deliquit, & dæmon tripliciter hominem uexat, itē quomodo Maria magdalena ſeptem dæmonijs fuerit obſeſſa, & de peccato illius & pœnitentia ac ſatisfactione.

SERMO I.

VBI abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Rom.5 Propoſitum vobis Apoſtoli verbum, certum eſt in Maria Magdalena fuiſſe completum: in qua videlicet abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia.

Septem modis mortalitas humana deliquit. In corde, in ore, in opere: per ignorantiam & impotentiam, per negligentiam & inuidentiam. Hæc ſunt fortaſſe illa ſeptem dæmonia, quæ iuxta teſtimonium Euangelicum de Maria Magdalena Chriſtus eiecit. Videlicet, peccatum cogitationis in corde, peccatum locutionis in ore, peccatum executionis in opere: delictum ſimplicitatis per ignorantiam, delictum fragilitatis per impotentiam, delictum ſecuritatis per negligentiam, & delictum malignitatis per inuidentiam. Non enim credendum eſt eam corporaliter à ſeptem dæmonijs, ſed ſpiritualiter à ſeptem vitijs fuiſſe vexatam.

Tripliciter enim dæmon hominē vexat. Dęmon tripliciter hominem uexat. Primo per culpam, auferendo gratuita. Secundo per pœnam, lædendo naturalia. Tertio per iacturam, inſerendo diſcrimina. De primo legitur: Homo q̄dam deſcendebat ab Hieruſalē in Hiericho, I. Luc.10 & incidit in latrōes, qui deſpoliauerunt illum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. De ſecundo legit: Erat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat II. Luc.11

mu-

mutum. Ab effectu videlicet: quia mutum effecerat. De tertio legitur, quod Satan percuſſit Iob à planta pedis vſque ad verticem vlcere peſſimo, omnibus prius ablatis: ita quod ſedens in ſterquilinio ſaniem teſta radebat. Vexabant ergo ſeptem dæmonia Mariam Magdalenam, per culpam: quoniam eam ſeptē modis, non ſolummodo delinquēdi, ſed etiam peccandi ſeduxerant. Inter delictum & peccatum diſtinguitur: quia delictum in omittendo, peccatum in committendo conſiſtit. Delictum eſt non agere facien dum, peccatum eſt facere non agendum. Hinc dominus in Leuitico diſtrictè præcepit hoſtias offerri pro peccato, & pro delicto. Deliqt & peccauit igitur in corde, deliquit & peccauit in ore, deliquit & peccauit in opere. Deliquit in corde, cū deſcendētes bonas cogitationes abiecit: peccauit in corde, cum aſcendentes cogitationes malas recepit. Bonæ nanq; cogitationes deſcendunt à Deo, ſecundū qđ Iacobus apoſtolus ait: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de ſurſum eſt deſcendēs à patre luminum. Male cogitationes aſcendunt ab homine, ſecundum quod dominus inquit apoſtolis: Vt quid cogitationes aſcendūt in corda veſtra? Deliquit in ore cum tacuit veritatem, peccauit, cum protulit falſitatem. De primo dicit Propheta: Væ mihi, quia tacui. De ſecundo dicit Pſalmus: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Deliquit in opere cum bonum omiſit, peccauit in opere, cum malum cōmiſit. Econtra præcipitur: Declina à malo, & fac bonum. Fuit autem eius peccatum magnum, multum, notorium. Magnum fuit: quia ſeptem dæmonia Chriſtus de ea deiecit. Multum: quia dimiſſa ſunt ei peccata multa. Notoriū: quia mulier erat in ciuitate peccatrix. Omnibus ad eam patebat acceſſus: nec quiſquā patiebatur ab ea repulſam. Sed vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Nam quia magnum fuit eius pctm̄, magno ſatisfecit dolore: quia multum, multo ſatisfecit labore: quia notorium, notabili ſatisfecit pudore. Hæc tria ſunt, quæ dignam ſatisfactionem perficiūt, dolor in corde, pudor in ore, labor in opere. Vt iuxta Salomonis ſapientiam, per quę qs

III. Iob. 1 — Diſtinctio inter delictū et peccatum. — Leuit. 2. 10 — Iacob. 1 — Luc. 14 — Eſa. 6 — Pſal. 5 — pſal. 33. 36 — Mar. 16 — Luc. 7 — Ibidem — Rom. 5 — Satiſfactionem tria perficiūt. — Sap. 11

peccauit, per hæc torqueat. Veniens ergo peccatrix ad fontem miſericordię ab ſoluenda, magno dolore turbata, lachrymis pedes eius rigauit: notabili confuſa pudore, ſtetit retro ſecus pedes ipſius, & oſculabatur eos. Erubeſcēs ante faciem domini apparere, ſed tacēs ore, clamabat corde: Domine tu ſcis inſipientiam meā, ſcelera mea & delicta mea à te non ſunt abſcondita. Ecce quæ non erubeſcit con uiuas, dominum erubeſcit: quoniam illi cōtemplantur exterius, dominus autem interius contemplatur. Et illa quidē lon ge turpior erat intus in conſcientia, quā foris in fama. Multo labore deuota attulit alabaſtrum vngenti, & vnxit pedes ipſius. Nec ſemel hoc tantum egit, ſed ſæpius. Primo, cum in domo Simonis phariſæi pedes domini vnxit. Secundo, cum in domo Simonis leproſi ſuper caput eius vngentum effudit. Tertio, cum emit aromata, vt veniens vngeret corpus Ieſu. Profundum in his eſt ſacramentum, ſed alias exponendum. Delictum itaque cordis purgauit lachrymis, delictū oris purgauit oſculis, delictū operis pur gauit vngentis. Hęc eſt mutatio dexteræ excelſi. Sicut enim exhibuerat membra ſua ſeruire immunditiæ ad iniquitatem, ita, ſecundum exhortationem apoſtoli, exhibuit ea ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Quinque enim ſunt ſenſus corporei, viſus, auditus, guſtus, odoratus & tactus. His quinque ſenſibus abundauit in Magdalena delictum, his quinque ſenſibus ſuperabundauit & gratia. Deliquit oculis: quia fornicatio mulieris in extollentia eſt oculorum. Sed in oculis ſatisfecit, iuxta quod ſcriptum eſt: Maria ſtabat ad monumentum plorans. Dum ergo fleret inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum. Deliquit auribus: quia conuertit auditum ad fabulas vanitatis. Sed & auribus ſatisfecit. Iuxta quod ſcriptum eſt: Maria ſedebat ſecus pedes domini, & audiebat verba illius. Deliquit naribus: Circulus enim aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua. Sed & naribus ſatisfecit. Iuxta quod ſcriptum eſt: Maria accepit libram vngenti nardi piſtici precioſi, & vnxit pedes IESV, & domus repleta eſt ex odore vngenti. De-

Pſal. 68 — Luc. 7 — Ioan. 12 — Matt. 26, Mar. 16 — Pſal. 76 — Rom. 6 — Eccl. 26 — Ioan. 20 — Luc. 10 — Prou. 11 — Ioan. 12.

Deliquit labijs: quia fauus diſtillãs labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Sed & labijs ſatisfecit. Iuxta quod ſcriptum eſt: Maria ſtans retro ſecus pedes domini oſculabatur eos. Deliquit manibus: quia mulier inſipiens domum conſtructam manibus deſtruit. Sed & manibus ſatisfecit. Iuxta quod ſcriptum eſt: Maria lauit pedes Ieſu, & capillis capitis ſui terſit.

Pro.5. Luc.7. Pro.14. Luc.7.

Verum in his deliquit & peccauit per ignorantiam & fragilitatem: deliquit & peccauit per negligentiam & malignitatem. Sed vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Nam contra delictum ignorantiæ ſuſcepit in Dei cõtemplatione ſcientiam. Et contra peccatum fragilitatis, aſſumpſit in Chriſti paſſione conſtantiam. Rurſus, contra delictum negligentiæ, pium exercuit operationis obſequium. Et contra peccatum malignitatis, benignum exhibuit dilectionis officium. De contemplationis ſciẽtia cõmendatur a domino: Maria, inquit, optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Sedebat enim ſecus pedes domini, & audiebat verbum illius. De mentis cõſtantia commendatur ex eo, quod cum diſcipuli relicto Chriſto fugiſſent, Maria Chriſtum vſque ad crucem ſequuta eſt. Stabat enim iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. De operationis obſequio commendatur à domino: Quid, inquit, moleſti eſtis huic mulieri? Opus bonum operata eſt in me. Mittẽs enim hoc vngẽtum in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. De dilectionis officio commendatur ex eo, quod dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Charitas enim operit multitudinem peccatorum. Diligebat Maria dominum, quoniã dominus diligebat Mariam, dicente ſcriptura: Diligebat Ieſus Martham & ſororem eius Mariam & Lazarum. Fleuit Maria pro domino: quia dominus fleuit pro Maria, dicẽte ſcriptura: Ieſus vt vidit Mariam plorantem, turbauit ſemetipſum, & lachrymatus eſt. Sed illa flebat, quærens viuentem cum mortuis: iſte flebat reuocans mortuum ad viuentes, ſecundum quod legitur: Ieſus ergo rurſus fremens in ſemetipſo clamauit voce magna, dicens: Lazare veni foras. Et ſtatim prodijt, qui mortuus fuerat. Abundauit igitur in Magdalena delictum, quia multis fuit vitijs irretita. Superabundauit & gratia, quoniam fuit virtutibus vniuerſis exornata. Quædam enim vitia ſibi inuicẽ aduerſantur, vt alia cum alijs haberi non poſſint: ſed vniuerſæ virtutes ſibi inuicem ſuffragantur, vt aliæ ſine alijs haberi non poſſint.

Rom.5. Luc.10. Ioa.19. Mat.26. Luc.7. Pro.10. Ioan.11. Ibidem Ioan.20. Ioan.11. Rom.5.

De cætero fratres, quia quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, exemplo beatæ Mariæ Magdalenæ conuertamur ad dominum: quoniam pius eſt & multum miſericors, & præſtabilis ſuper malitia. Nõ enim vult mortem peccatoris, ſed magis, vt cõuertatur & viuat. Sit ergo nobis eius exemplo dolor contritionis in corde, pudor confeſſionis in ore, labor ſatisfactionis in opere: quatenus dolore contritionis deleatur peccatum cogitationis, vt puella, ſuſcitetur in domo. Pudore confeſſionis abluatur crimen locutionis, vt adoleſcens ſuſcitetur in porta. Labore ſatisfactionis purgetur facinus actionis, vt ſuſcitetur Lazarus de ſepulchro. Illo miſericorditer concedente, qui primo beatæ Mariæ Magdalenæ ſuæ reſurrectionis gaudium intimauit, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Rom.15. Ioel.2. Ezech.18. Mat.9. Luc.7 Ioan.11. Ioan.20.

In Feſto beati Petri ad Vincula.

Allegorica huius dici Epiſtolæ expoſitio.

SERMO I.

MISIT

Acto.12 MIſit Herodes rex
manus, vt afflige-
ret quoſdam de
eccleſia. Occidit
autem Iacobũ fra
trem Ioannis gla
dio. Videns autẽ
quia placeret Iu-
dęis, appoſuit vt apphenderet & Petrũ.

Quia plane videmus hiſtoriam, ple-
ne inueſtigemus allegoriam: ſub litera
ſpiritum, quaſi ſub cortice nucleum re-
Ioan.6. quirẽtes. Quia ſpiritus eſt qui viuificat,
caro non prodeſt quicquam. Miſit er-
Herodes go Herodes rex manus, vt affligeret
qd myſtice quoſdã de Eccleſia. Herodes diabolus,
Iudæi dæmones. Ille rex Iudeorum, iſte
Iob.41 rex dæmonum. Ipſe enim eſt rex ſuper
omnes filios ſuperbiæ. Herodes itaque
rex miſit manus vt affligeret quoſdam
de eccleſia: quia diabolus poteſtatem ex
ercet, vt flagellet aliquos de congregati
Iacobus one fidelium. Occidit autem Iacobum
quid. fratrẽ Ioannis gladio, qñ ſeducit aliquẽ
iuſtũ: fratrẽ Ioannis, quaſi germanũ gra
tiæ: quia nemo iuſtus niſi per gratiam.
Occidit eum gladio, quando ſeparauit
illum à capite Chriſto, quia caput viri
Chriſtus, caput Chriſti Deus. Videns
1.Cor.11 autem quia placeret Iudæis, appoſuit vt
apprehenderet & Petrum. Lætantur dę
mones cum malefecerint, & exultant in
Prou.2 rebus peſſimis. Et ideo videns Hero-
des quod occiſio iacobi placeret Iudęis,
id eſt, cognoſcens diabolus, quod ſedu
ctio iuſti placeret dęmonibus, appoſuit
vt apprehẽderet & Petrum. Non quem
libet iuſtum, non qualẽcunque fidelem:
Petrus qd ſed ipſum Petrum prælatum Eccleſiæ.
r. prælatꝰ Abſorbet enim fluuium & non mirabi
Iob.40 tur, & habet fiduciam quod Iordanis in
fluat in os eius. Eſca enim electa eſt ci-
bus ipſius. Nam ſi ſacerdos, qui eſt vn-
Leuit.4 ctus, peccauerit, facit delinquere popu-
lum. Erat autem dies azymorum. Sicut
Peccatum perſonæ ſublimitas peccatum exagge-
aggrauan rat, ita ſolennitas temporis delictum au
tia duo. gmentat. Et ideo non in quolibet tem-
pore appoſuit Herodes apprehendere
Petrum, ſed in diebus azymorum: quan
do propter ſolennitatẽ maiorẽ, ſi delinq
tur, magis peccat. An non Petrum apph-
hendit Herodes, quando Petrus contra
ſuam promiſſionem tertio Chriſtum ne
gauit? Apprehendit quidem, ſed non oc
cidit: quia reſpexit dominus Petrum.

Nos ergo fratres, & apprehenſionis
modum, & ereptionis ordinem attenda
mus, vt caueamus nobis ne capiamur: et Captionis
ſi forte capti fuerimus, prouideamus no myſticę
bis vt liberemur. Cum enim Herodes ap modus.
prehendiſſet & Petrum, miſit eum in car
cerem: quia cum diabolus ſeducit præla
tum, inducit illum in conſuetudinem,
vt fœteat, quaſi quatriduanus in monu
mento. Quia grauis carcer eſt praua con Carcer
ſuetudo, de qua nõ facile quis educitur, diaboli
niſi per Dei gratiam liberetur. Quoniam quid.
Prou.18
impius cum venerit in profundum vitio
rum, contemnit. Tradens eum quatuor
quaternionibus militum cuſtodiẽdum,
id eſt committens eum quatuor princi-
pibus dęmonum retinẽdum. Sicut enim
q̃tuor ſunt pricipales virtutes, videlicet,
iuſtitia, fortitudo, prudentia, tẽperãtia: Quatuor
ita ſunt q̃tuor pricipales modi peccãdi, modi pec
qbus dęmones peccare faciũt hoies & ſe candi.
ducunt. Per fragilitatem, & ſimplicitatẽ:
per malignitatem & ſecuritatem. Siue
per impotentiam & ignorantiam: per in
duſtriam & negligentiam. Per impo- I.
tentiam vel fragilitatem, contra fortitu-
dinem. Per ignorantiam vel ſimplici II.
tatem, contra prudentiam. Per indu- III.
ſtriam & malignitatem, contra iuſtiti- IIII.
am. Per negligentiam vel ſecuritatem,
contra temperantiam. Non eſt enim pec
catum, quod non modorum iſtorum a-
liquo committatur. Iſti ſunt quatuor il-
li quadrantes, de quorum vltimo veri- Matt.5
tas dixit in Euangelio: Non exiet hinc,
donec reddat nouiſſimum quadrãtem,
id eſt, donec ſoluat in pœna quicquid
commiſit in culpa. Tradidit ergo eum
quatuor quaternionibus militum cuſto
diendum, volens poſt Paſcha produce-
re eũ populo. Feſto durante noluit eum
producere populo, id eſt, tradere eum dę
monibus puniendum, vt quia peccatũ Iaco.1
conſummatum generat mortẽ, eũ retru
derent in infernum. Et Petrus quidem
ſeruabatur in carcere: quod myſtice fit,
quando prælatus fouetur in praua con-
ſuetudine. Oratio autem fiebat ab eccle-
ſia ſine intermiſſione ad Deum pro eo.
Ex hoc patet quantũ valeat deprecatio, Oratio

quantum valeat.

modo aſſidua: q̃ſquidem per orationes ecce peccator de praua conſuetudine liberaſ.

Iacob. 5

Eccleſia pro ſũmo pontifice orare debet.

Ex hoc quoque colligitur, quod vniuerſalis eccleſia pro ſummo pontifice ſine intermiſſione debet orare. Cum autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus cathenis duabus. Qui iacet in culpa, dormit in nocte.

Ioan. 3

Nam qui male agit, odit lucem, & ideo Petrus in ipſa nocte erat dormiẽs inter duos milites, vinctus cathenis duabus.

Cathenę duę, myſtice quid.

Duæ cathenæ ſunt cupiditas & concupiſcentia, vna mentis, altera carnis. Duo milites ſunt duo dęmones, qui tentant per cupiditatem rerum, & concupiſcentiã mulierum. Ideoque Petrus erat dormiẽs inter duos milites, vinctus cathenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem. Oſtium per quod intratur ad carcerem, eſt opus per quod intratur ad conſuetudinem. Oſtium ergo carceris cuſtoditur, quando peccatum conſuetudinis frequentatur.

Cuſtodes ante oſtiũ quid myſtice ſignẽt.

Illi qui cuſtodiunt carcerem ante oſtium, ſunt libertas peccandi, & voluptas peccati. Nihil enim magis fouet conſuetudinem prauam, quam delectatio culpę, & impunitas pœnę.

Et ecce angelus domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo.

Liberationis ordo quis.

Hactenus modum captionis audiſtis, amodo liberationis ordinem audiatis. Herodes apprehendit Petrum, & miſit eum in carcerem. Angelus autem domini, non inſtigator aut hoſtis, ſed viſitator & cuſtos, aſtitit ad protegendum & liberandum: & ideo lumen gratiæ refulſit in habitaculo, quod tenebris peccatorum fuerat obſcuratum: percuſſoque latere Petri, lancea charitatis, de qua ſponſa dicit in canticis: Vulnerata charitate ego ſum,

Cap. 2.

excitauit eum, à ſomno peccati, dicens: Surge velociter. Iuxta quod dicit Apoſtolus: Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Chriſtus. Et ceciderunt cathenę de manibus eius.

Cathenæ quãdo cadãt de manib' noſtris.

Tunc cathenæ cadunt de manibus noſtris, quando cupiditas & concupiſcentia decidunt ab operibus: vt iam nec cupiditas cupiat, nec concupiſcentia concupiſcat. Dixit autem angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Non ſufficit nobis malum dimittere, niſi bonum etiã faciamus. Propter quod dicitur: Diuerte à malo & fac bonũ.

Pſal. 33

Et ideo poſtquam ceciderunt cathenæ de manibus, dicitur illi: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Ac ſi dicatur: Aſtringe te cingulo continentiæ, contra concupiſcentiam: & aſſume tibi exempla iuſtitiæ, contra cupiditatem. Iuxta quod dominus præcipit: Sint lumbi veſtri pręcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

Luc. 12

Pedes enim ſunt opera, caligæ ſunt exempla. De quibus profecto dominus ait: Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.

Matt. 5

Ex hoc moraliter datur intelligi, quod viri religioſi exigente neceſſitate poſſunt aliquando rigorem ordinis tẽperare: quia Petrus in carcere cingulum relaxauit. & dixit illi: Circunda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me.

Veſtimenta myſtice quæ.

Veſtimẽta ſunt opa. De quibus alibi dicitur: Om̃i tẽpore veſtimenta tua ſint cãdida, id eſt, opera tua munda.

Eccl. 9

Ille ergo circundat ſibi veſtimentum ſuum, & ſequitur angelum, qui ornat ſe operibus bonis & ſequitur Chriſtum. Et exiens ſequebatur eum: & neſciebat quia verum eſt quod fiebat per angelũ. Exiſtimabat autem ſe viſum videre. Quicquid in tempore agitur vanitas eſt, non veritas, reſpectu æternitatis: non ſtatus, ſed ſomnus, Salomone atteſtante: Vidi in omnibus vanitatem, & nihil permanere ſub ſole,

Eccle. 1

Pſalmiſta quoq; dicente: Dormierunt ſomnũ ſuum, & nihil inuenerunt oẽs viri diuitiarum in manibus ſuis.

Pſal. 75

Cũ autem homo euigilauerit in futuro, tũc vere dicere poterit: Nũc ſcio vere q̃a miſit dñs angelũ ſuum, & eripuit me de manu Herodis &c. Tranſeuntes autẽ primã & ſecunndã cuſtodiam venerũt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatẽ, quæ vltro aperta eſt eis. Porta ferrea eſt perſecutio dura, de qua dicit Propheta: Propter verba labiorũ tuorũ ego cuſtodiui vias duras.

Porta ferrea.

Pſal. 16

Hęc ducit ad ciuitatem: quia arcta eſt via quę ducit ad vitã.

Matt. 7

Quę vltro aperta eſt eis. Quia fidelis eſt Deus, qui non patitur fideles ſuos tentari ſupra quam poſſunt: ſed facit cum tentatione prouentum.

1. Cor. 1

Et exeuntes proceſſerunt

vicum

vicum vnum. Exierunt, videlicet mundum iſtum, in quo quamdiu ſumus, tan
1.Cor.5 quam in vico peregrinarum à domino.
Et cõtinuo diſceſſit angelus ab eo: quia
poſt hanc vitam, cum peruenif ad illam,
non eſt neceſſarius viſitator aut cuſtos:
Col.3 quia Deus eſt omnia in omnibus.

Nos ergo fratres & filij, ſine intermiſſione oremus ad dominum, vt mittat angelum ſuum, qui eruat nos de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum, Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

In Feſto D. Laurentij martyris.

De operibus, miraculis & tormẽtis Beati Laurentij, de multiplici igne, de uiſitatione Dei, quomodo ab auaritia, ſuperbia & ambitione Beatus Laurentius fuerit alienus, ſed patiens & fortis, & demum collationem facit inter Pharaonem regem Aegypti, & beatum Laurentium Archidiaconum Eccleſiæ Chriſti.

SERMO I.

Probaſti domine
cor meum & viſi-
Pſal.16 taſti nocte: igne
me examinaſti, &
nõ eſt inuenta in
me iniquitas.

Tria ſunt quæ beatum Laurentium glorioſe commendant. Opera, mira
Cõmendatur S. laurentius à tribus. cula, & tormenta. Opera iuſta, miracula
clara, tormenta crudelia. Propter hæc
tria propheticis verbis clamabat ad dominum: Probaſti cor meum, operibus iuſtis: viſitaſti nocte, miraculis claris: igne me examinaſti, tormentis crudelibus. Probaſti cor meũ operibus iuſtis: quia iam theſauros tuos expẽdi, quos tra
Pſal.111 didiſti mihi. Diſpſit eñ dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi.
Viſitaſti me nocte, miraculis claris: quia mea nox obſcurum non habet, ſed omnia in luce clareſcunt. Laurentius enim bonum opus operatus eſt, qui per ſignum crucis cæcos illuminauit. Igne me examinaſti, tormentis crudelibus: quoniam in craticula te Deum non negaui, ſed in ignem applicatus te Chriſte cõfeſſus ſum. Stringebãt enim corporis membra poſita ſuper craticulam, ſubijciẽtibusq; miniſtris prunas inſultat leuita Chriſti. Probaſti cor meum, operibus iuſtis, quoniam à fructu arbor cogno
ſcitur. Non enim poteſt arbor mala fru Matt.7
ctus bonos facere. Viſitaſti me nocte,
miraculis claris: quia mirabilis Deus Pſal.67
in ſanctis ſuis, ipſe dat virtutem & fortitudinem plebi ſuæ. Igne me examinaſti,
tormentis crudelibus. Nam beatus vir, Iacob.1
qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Ergo probaſti cor meum &c̃.

Triplex eſt ignis, ſpũalis, artificialis & Ignis triplex.
naturalis. Sed inter hos multiplex eſt naturę diuerſitas. Nã quidã ignis non vrit, ſed lucet, qdam nõ lucet ſed vrit, qdam & lucet & vrit. Nõ vrit & lucet ignis empyrei. Non lucet ſed vrit ignis inferni. Lucet & vrit ignis camini. Rurſus qdam ignis ſemp viuit & nunq̃ moritur, qdam aliquãdo viuit & aliquãdo moritur, qdam ſtatim vt viuit, ſtatim & moritur. Semper viuit & nunquam moritur ignis ſyderis: aliquando viuit & aliquando moritur ignis fornacis: ſtatim vt viuit ſtatim & moritur ignis fulguris. Itẽ quidam ignis paſcitur & conſumit, quidam conſumit & non paſcitur, quidam paſcitur & non conſumit. Paſcitur & cõſumit ignis vſualis, conſumit & non paſcitur ignis ſolaris: paſcitur & non conſumit ignis gehennalis. Scriptum
eſt enim: Sicut oues in inferno poſiti Pſal.48
ſunt, mors depaſcet eos: ſed optabunt Apoc.9
homines mori, & fugiet mors ab illis. Quia vero Philoſophicũ eſt magis quã theologicum rerum indagare naturas: nos qui ſpirituales eſſe debemus, de ſpiritualibus proſequamur. Eſt enim ignis
culpæ, ignis pœnæ, & ignis gratiæ. I- Ignis ſpiritualis triplex
gnis culpæ, liuor inuidiæ, vel ardor concupiſcentiæ, de quo legitur: Super eos ce

Pſal.57 cidit ignis & non viderunt ſolem. Et ali
Ioel 1 bi: Aſcendit ignis & combuſſit ſpecioſa
II. deſerti. Ignis pœnæ, dolor eſt com-
punctionis, vel mœror compaſſionis,
Rom.12 De quo dicitur: Hoc faciens carbones i-
gnis congeres ſuper caput eius. Et ali-
Pſal.38 bi: Concaluit cor meũ intra me, & in me
III. ditatione mea exardeſcet ignis. Ignis
gratiæ, feruor charitatis, vel ſplendor ve
ritatis, de quo ſcribitur: Ignem veni mit
Luc.12 tere in terram, & quid volo niſi vt accẽ
Tren.1 datur? Et alibi: De excelſo miſit ignem
in oſſibus meis. Item, eſt ignis diabo
licus, angelicus, diuinus. De primo dici
tur: Ignis de cœlo cecidit, ſecundum il-
Lucæ 10 lud: Videbam ſatanam quaſi ſulgur de
cœlo cadentem. De ſecundo ſcribitur:
Pſal.103 Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & mini
ſtros ſuos ignem vrentem. De tertio le-
Deut.4 gitur: Deus noſter ignis conſumens eſt.

Rurſus, eſt ignis perſecutionis, ignis
Increpationis, & ignis purgationis. De
pſal.65 primo legitur: Probaſti nos Deus, igne
nos examinaſti, ſicut examinatur argẽ
Exo.22 tum. De ſecundo dicitur: Si quis ſuccen
derit ignem, & ignis deſtruxerit ſegetes,
1.Cor.3 ille tenetur qui ſuccendit ignem. De ter
tio ſcribitur: Vniuſcuiuſq; opus, quale
ſit, ignis probabit.

Amplius: Eſt ignis doctrinę ſacrę, ignis
Deut.33 cauteriatæ conſciẽtiæ, & ignis ęternę vin
dictæ. De primo legitur: Venit dñs de
Ezech.28 monte Pharan, & in manu eius ignea
lex. De ſecundo ſcribitur: Producam i-
Matt.25 gnem de medio tui, qui comedat te.
De tertio dicitur: Diſcedite à me maledi
cti ignem eternum, &c̃. Præterea eſt
Leuit.6 ignis myſtici ſacrificij, de quo legitur:
Pſal.104 Ignis in altari meo ſemp ardebit. Ignis
ſuperni pręſidij, De quo dicitur: Expan
dit nubem in protectionem eorum, &
ignẽ vt luceret eis per noctẽ. Eſt etiam
Pſal.49 ignis diuini iudicij, De quo ſcribitur:
Ignis in conſpectu eius ardebit, & in cir
cuitu eius tempeſtas valida. Quia vero
iudicia Dei abyſſus multa, ignis diuini
Pſal.35 Iudicij multis de cauſis emittitur. Ad
Gen.19 vltionem, vt ibi: Pluit dominus ſuper
Zodomam & Gomorram ſulphur &
3.Regu.19 ignem à domino de cœlo. Ad ſignifica
tionem, vt ibi: Tranſit ignis, ſed non in
3.Reg.18 igne dominus. Ad probationem, vt ibi:
Domine Deus patrum noſtrorum, ex-
audi me hodie, vt diſcat populus iſte,
quia tu es dominus Deus meus. Et de-
ſcendit ignis de ſublimi, & deuorauit
holocauſtum & ligna.

Eſt ignis bonus, de quo dicit Ioan-
nes: Ego baptizo vos in aqua: medius Matt.3
autem veſtrum ſtat, qui baptizat vos Eſa.66
ſpiritu ſancto & & igne. Eſt & ignis
malus, de quo dicit Propheta: Vermis
eorum non morietur, & ignis eorum
non extinguetnr. Cum ergo tot ſpecies
ignis ſcriptura ſacra diſtinguat, quo i-
gne glorioſus martyr & leuita Lauren-
tius, Propheticis verbis examinatum ſe
ſuiſſe teſtatur? Probaſti cor meum, in-
quit, & viſitaſti nocte: igne me examina
ſti, & non eſt inuẽta in me iniquitas. Ex Duplici i-
aminatus eſt quidẽ igne pſecutionis, & gne exami
igne dilectionis. Igne perſecutionis in natus fuit
corpore: igne dilectionis in corde. Igne B. Lauren
perſecutionis in aduerſis: igne dilectio- tius.
nis in proſperis: quia probauit eum De
us & viſitauit. Probauit in die, viſitauit
in nocte. Probauit in proſperis: viſita-
uit in aduerſis. In proſperitate fuit hu-
milis & miſericors: in aduerſitate fuit
fortis & patiens. In neutro defecit, ſed in
vtroque profecit. Quia diligentibus De Rom.8
um omnia cooperantur in bonum: his
qui ſecundum propoſitum vocati ſunt
ſancti.

Deus autem dupliciter viſitat, con viſitat de⁹
ferendo gratiam, & inferendo vindi- dupliciter
ctam. De primo legitur: Per viſcera mi- Luc.1
ſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſi-
tauit nos oriens ex alto. De ſecundo
deſcribitur: Viſitabo in virga iniqui- pſal.88
tates eorum, & in verberibus peccata eo
rum. Verum inter omnia proſpera duo
maxime ſolent cor humanum corrum- Inter pro
pere, videlicet, opes & dignitates. Opes ſpera duo
enim cupidum faciunt, dignitates ſu- maxime
perbum. Porro ſcriptura ſacra docen- cor homi
te didicimus, quod radix omnium ma- nis corrũ-
lorum eſt cupiditas: & initium omnis punt.
peccati eſt ſuperbia. Nam qui volunt di- 1Tim.6
uites fieri, incidunt in tentationem & Eccl.10
laqueum diaboli. Homo vero, qui cum 1.Timo.6
in honore eſſet, non intellexit, compa- Pſal.48
ratus eſt iumentis inſipientibus, & Cupiditas
ſimilis factus eſt illis. Multos enim ſe- multos ſe
duxit cupiditas & damnauit. Achior la duxit.
pidatus interijt, quia tulit aurum & Ioſue.7
argen-

4. Reg. 5 argẽtum de anathemate Hiericho. Gie-
zi lepra percuſſus eſt, quia petijt & acce-
pit aurum & argentum & veſtes ſub no
Matt. 27 mine Helizei. Iudas laqueo ſe ſuſpẽdit,
Mar. 14 quia vendidit ſanguinem iuſti. Fur e-
Ioan. 12 nim erat & loculos habens, ea quæ mit-
Charitas Beati laurentij. tebantur portabat. Non ſic, non ſic bea
tus Laurentius: qui cum eccleſiæ theſau
ros haberet reconditos, non paucos aut
modicos, ſed tot & tantos, quos etiam
Romanus princeps cuperet vehementer
habere, nõ eos ſibi retinuit, non parenti
pſal. 111 bus tradidit, ſed diſperſit dedit pauperi
bus: & ideo iuſtitia eius pmanet in ſeculũ
Patrimonij crucifixi dilapidatores notantur. ſeculi. Conſiderent hoc qui facultates
eccleſiæ, qui patrimonium crucifixi in
delicias proprias luxurioſe cõſumunt,
vel in diuitias propinquorum immo-
1. Ioan 3. derate diſtribuunt, pauperes autem ne-
gligunt & egenos contẽnunt. Nam qui
habet ſubſtantiam huius mundi, & vide
rit fratrem ſuum neceſſe habere, & clau
ſerit viſcera ſua ab eo, quoniam chari-
tas Dei manet in illo? Deus autẽ non tã
fecit diuites propter pauperes, quã pau-
peres propter diuites: quia plus proficit
diuitibus quod diſtribuunt, quam pau-
Luc. 16 peribus quod accipiunt. Facite, inquit,
vobis amicos de mammona iniquitatis,
vt cum defeceritis, recipiant vos in æter
na tabernacula. Sicut non tam bonis vti
tur ꝑpter malos, q̃ malis vtitur propter
bonos: quia non granum propter flagel
Superbia multos proſtrauit lum, ſed flagellum factum eſt propter
granum. Sed & ſuperbia multos ex-
Dan. 4 tulit & proſtrauit. Nabugodonoſor,
quia potentiam ſuam ſuperbe iactauit,
4. Reg. 19 regnum amiſit: & cum beſtijs quaſi bos
Eſa. 37 fœnum comedit. Sennacherib, quia os
ſuum poſuit in cœlum, & contra De-
Eſther. 7 um ſuperbe locutus eſt, in templo Neſ-
rath à filijs eſt occiſus. Aman, quia di-
Humilitas Beati laurentij uinum ſibi voluit honorem impendi,
ſuſpenſus eſt in patibulo. Non ſic, non
ſic beatus Laurẽtius, qui cũ eſſet apoſto
licæ ſedis archidiaconus, ſummus poſt
primum, vel primus potius poſt ſum-
mum, quærebat pauperes ſanctos per
regiones & vicos, per domos & cryptas,
quorum pedes lauabat, & oſculis con-
fouebat, magiſtri ſecutus exemplũ, qui
cum lauiſſet pedes diſcipulorum, adie-
cit: Exemplũ dedi vobis, vt ſimiliter vos Ioan. 13
faciatis.

Inter aduerſa quoque duo ſolent ma Inter aduerſa quenam cor hominis maxie ſubuertant.
xime cor humanum ſubuertere, ſcili-
cet, damna rerum, & pericula perſona-
rum. Illa propter timorem mundanum:
iſta propter humanum. Herodes enim Matt. 2
timens amittere regnum, innocentes oc
cidit. Iudæi quoque timentes, ne Roma Ioan. 11
ni venirent & auferrent eis locum
& gentem, inierunt conſilium, vt Ie-
ſum caperent & occiderent. Petrus au-
tem qui dixerat, & ſi oportuerit me Matt. 26
mori tecum, nõ te negabo, timore mor
tis, ad vocem ancillæ negauit. Marcel-
linus quoque, qui diu confeſſor exti-
terat, thurificauit idolis, formidine paſ-
ſionis. De talibus ſcriptum eſt: Filij Pſal. 77
Effrem intendentes arcum, & mittentes
ſagittas ſuas, conuerſi ſunt in die belli.
Multi namque mittentes manum ad a- Luc. 9
ratrum, & reſpicientes retro cum vxo-
re Loth, in ſtatuam ſalis conuerſi ſunt.
Non ſic, non ſic beatus Laurentius, qui
cum conſpiceret Sixtum epiſcopum &
diacones eius ad martyrij tormẽta dedu
ci, fortis & intrepidus exclamabat: Quo
progrederis ſine filio pater: quo ſacer-
dos ſancte ſine diacono properas? No-
li me derelinquere pater ſancte: quia iam
thezauros tuos expẽdi, quos tradidiſti
mihi. Non erat ambitioſus honoris, nõ
cupidus dignitatis, vt deſideraret mortẽ
prælati, q̃tenus ipſe poſt illũ ad ꝓlatio-
nem aſcenderet. Non eñ deſiderabat ꝓ
lato ſuccedere, q volebat eũ ꝓlato dece-
dere: ſed cupiebat diſſolui & eſſe cũ Chri Rom. 7
ſto, nõ timẽs eos q corpus occidũt, ani- Matt. 10
mam aũt occidere nõ poſſunt: Sed eum
timens qui corpus & animam poteſt
mittere in gehennam. Indutus enim
virtute ſpiritus ex alto tam fortis, exti- Luc. 24
tit, tam patiens perdurauit: vt inter ipſa
tormenta, tam dira, tam dura, vt hor-
ribile ſit non ſolum ea dicere, verum
etiam audire, diceret ad tyrannum: Di-
ſce miſer, quia carbones tui non ardo-
rem, ſed refrigerium mihi præſtant: Ec-
ce miſer aſſaſti partem vnam, regira ali-
am & manduca. Chriſtum ergo ſine ti-
more confeſſus eſt, cum amore ſecutus:
vt moriens de morte triũpharet, viuens

Sap. 3 / 1. Petri. 1 / Pſal. 16

cum vita regnaret. Tamquam aurum in fornace probauit eum: vt probatio fidei multo precioſior auro, quod per ignem probatur, inueniretur in laudem, & gloriam & honorem: quoniam iniquitas in eo inuenta non fuit.

Collatio inter pharaonem et S. laurẽtiũ / Exo. 3 / Exo. 4

Quia vero contraria iuxta ſe poſita clarius eluceſcunt, proponamus in medio Pharaonem, qui defecit in proſperis & aduerſis, vt ex comparatione duorum, illius vitium, iſtius virtutem extollamus. Ille namq; fuit rex in terra Aegypti: iſte archidiaconus in eccleſia Chriſti. Ille tyrãnus corporum: iſte medicus animarum. Ille temporalium rector: iſte ſpiritualium miniſtrator. Ille beneficia Ioſeph penitus ignorabat: iſte dona Dei iugiter memorabat. Ille populum Dei detinebat in ſeruitute: iſte theſaurum eccleſiæ habebat in poteſtate. Ille populũ duris angarijs affligebat: iſte theſaurum eccleſiæ largis muneribus erogabat. Ad illum venerunt Moyſes & Aaron, vt populum Dei liberarent: in iſtum inſurrexerunt Decius & Valerianus, vt eccleſiæ theſauros deriperẽt. Miniſtri Dei cõtra ſeruũ diaboli, miniſtri diaboli cõtra ſeruũ Dei. Decius & Valerianus intonabãt minis: Moyſes & Aaron choruſcant miraculis. Illi proponabant ſęua pręcepta, iſti dabant conſilia. Pharao tamen ſanis conſilijs noluit acquieſcere: Laurentius ſęuis præceptis noluit obedire. Ille nomen Dei ſuperbe cõtempſit: iſte nomen eius humiliter prædicauit. Ille populum grauius affligebat: iſte theſaurum largius erogabat. Illum tandem Moyſes & Aaron decem plagis mirabiliter perculſerunt: iſtum Decius & Valerianus decem tormentis cruciarunt.

Decem tormenta S. Laurẽtij.

Primo namque beatus Laurentius fuit recluſus in carcere, ſecundo ſcorpionibus cęſus, tertio vinctus cathenis, quarto fuſtibus flagellatus, quinto laminis ignitis aduſtus, ſexto maceratus plumbatis, ſeptimo in cathaſta proſtratus & protenſus, octauo contuſus lapidibus, nono furcis compreſſus, decimo flammis aſſatus. Verum ille plagis reuocari non potuit: iſte tormentis inclinari nequiuit. Ille magis ac magis indurabatur in malo: iſte magis ac magis confortabatur in bono. Cæterum, quia contrarij fuerunt in vita, contrarij quoque fuerunt in morte. Nam ille ſuper currum fuit aquis ſubmerſus: iſte ſuper craticulam fuit igne crematus. At ille de aquis niuium tranſiuit ad incendium: iſte de igne trãſiuit ad refrigerium. Ille deſcendit in conſortium dæmonum: iſte aſcendit in conſortium angelorum.

Exo. 14 / Iob. 24 / Rom. 15 / Imitand⁹ eſt nobis S. Laurentius. / Matt. 5

De cætero fratres, quia quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, habeamus exẽplum beati Laurentij, miſericordiam, humilitatem in proſperis: fortitudinem & patientiam in aduerſis: vt ſimus miſericordes in corde, miſericordes in ore, miſericordes in opere. Corde per compaſſionẽ, ore per correptionem, opere per ſubuẽtionem. Vt ſimus humiles ad maiores, ad pares, & ad minores. Ad maiores per debitam neceſſitatem, ad pares per mutuam charitatem: ad maiores per ſuperabundantem humlitatem. Vt ſimus fortes in corde, fortes in ore, fortes in opere. Corde contra timorem, ore cortra pudorem, opere contra laborem. Vt ſimus patientes in dãnis, in obprobrijs, in flagellis, ne concipiamus dolorem, ne pariamus furorem, ne nutriamus rancorẽ, ſed iuxta præceptum dominicum diligamus inimicos noſtros, benefaciamus his qui oderunt nos, & oremus pro perſequentibus & calumniãtibus nos.

Præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

In

In eodem Feſto.

De triplici craticula, item de craticula pœnitentium, perfectorum & martyrum, de duplici confeſſione, & multiplici altari.

SERMO II.

Exo.27 Facies craticulam in modum retis æneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli, quos pones ſuper arulam altaris.

Craticula triplex. Tres craticulas legimus in ſcripturis. Vnam ſuper quam carnes ſacrificiorum aſſabantur. Alteram ſuper quam panes azymi coquebantur. Aliam ſuper quam homines damnaticij cremabantur. De prima reperitur in Exodo: Facies craticulam in modum retis æneam, & pones ſuper arulam altaris. De ſecundo Leuit.2 legitur in Leuitico: Si ſacrificium fuerit de craticula, ſimila oleo conſpergetur. De tertio dicitur ab Hiſtoriagrapho: Stringebant corporis membra poſita ſuper craticulam. Super hanc craticulam glorioſus martyr & Leuita Laurentius igne crudeli, vel potius, ignita crudelitate crematus eſt. Verum ardebat interius ignis amoris, qui refrigerabat exterius ignem ardoris. Ignis interior mitigabat exteriorem: ſed ignis exterior accendebat Cant.8 interiorem. Fortis eſt enim vt mors dilectio: & dura ſicut infernus æmulatio. Ibidem Aquæ multæ non poſſunt extinguere charitatem. Hinc enim beatus Laurentius pura voce clamabat ad dominum: In craticula te Deum non negaui, & ad ignem applicatus te Chriſte confeſſus Pſal.16 ſum: probaſti cor meum & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.

Sit ergo prima craticula pœnitentium, ſecunda craticula perfectorum, tertia Craticula martyrū. craticula martyrum. Ad craticulam martyrum pertinet primum capitulum, Ioan.12 quod audiſtis in Euangelio: Niſi granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si vero mortuum fuerit, multum fructum adfert. Granum frumenti eſt verbum Dei, quo fruuntur homines & angeli ſancti. Hoc granum in terram cecidit, quando verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Ioan.1 Nam verbum miſit dominus in Iacob, Eſa.9 & cecidit in Iſrael. Cecidit ergo quando Chriſtus exinaniuit ſe, formam ſerui ac Phil.2 cipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Mortuum autem fuit, quando Chriſtus fa- Ibidem ctus eſt obediēs vſque ad mortem, mortem autem crucis. Multum fructum attulit: quia propter hoc exaltauit illum Ibidem Deus, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Antequam hoc granum frumēti fuiſſet mortuum, modicum attulit fructum, ſicut ipſe dicit in Pſalmo: Singulariter ſum ego, do- Pſal.140 nec tranſeam. Poſtquam autem mortuum fuit, multum fructum attulit, ſicut ipſe dixit in Euangelio: Cū exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipſum. Vn- Ioan.12 de in Exodo legitur de filijs Iſrael, quod quanto plus opprimebantur, tanto ma- Exod.1 gis multiplicabantur & creſcebant. Eſt & verbum Dei, quod Deus eſt. Nam verbum erat apud Deum, & Deus erat ver- Ioan.1 bum. Eſt & verbum Dei, quod non eſt Verbū dei dupliciter acceptum. Deus, de quo dicit ſcriptura: Non in ſolo Deut.8 pane viuit homo, ſed in omni verbo, Matt.4 quod procedit de ore Dei. Verbum Dei quod Deus eſt, niſi cadēs in terram mortuum fuiſſet, nullum fructum profecto tuliſſet, quia nihil naſci profuit, niſi redimi profuiſſet. Verbum autem Dei quod non eſt Deus, ſi cadens in terram mortuum fuerit, nullū penitus fructū adfert. Vnde legitur, quod ſemē illud, quod cecidit ſecus viam, natum nō fuit: quia vo- Luc.8 lucres cœli comederunt illud.

Ad craticulam pœnitentiū pertinet ſe- Craticula pœnitētiū. cundū capitulū, q̄d audiſtis in Euangelio: Qui amat aīam ſuā, perdet eam. Qui aūt odit aīam ſuam in hoc mundo: in vitā æternā cuſtodit eā. Porro, ſi iuxta propheticum teſtimonium, qui diligit ini- Pſal.10 quitatem, odit animam ſuam: Et iuxta verbū dominicū, qui odit animā ſuā in hoc mūdo, in vitā æternam cuſtodit eā: Ioan.12

Conſequens ergo videtur, quod qui di-
ligit iniquitatem, animam ſuã in vitam
Amor et odium vt ſit duplex æternam cuſtodit. Abſit omnino. Nam
ſicut eſt amor bonus & amor malus: ita
Amor bonus. eſt bonum odium & malum odium. Bo-
Ioan. 21 nus amor eſt ille, de quo dominus ait: Si
Amor malus. amas me, paſce oues meas. Malus amor
2. Timo. 3 eſt ille, de q̃ dicit Apoſtolus: In diebus il-
Odiũ bonum. lis erunt homines ſeipſos amantes. Bo-
num odium illud eſt, de quo dicit Pſal-
miſta: Iniquos odio habui, & legem tu-
Pſal. 118 am dilexi. Et iterum: Perfecto odio ode-
ram illos, & inimici facti ſunt mihi. Ma-
Odiũ malum. lum odium eſt, de quo dicit Ioãnes: Qui
1. Ioan. 3 odit fratrem ſuum homicida eſt. Et ali-
Pſal. 73 bi: Superbia eorum qui te oderunt aſcẽ-
dit ſemper. Ergo qui male amat, perdit:
& qui bene odit, cuſtodit. Nam qui bene
odit, hic cuſtodit: & qui male amat, hic
odit. Non ſimpliciter dicitur, qui odit a-
nimam ſuam, cuſtodit eam, ſed cum ad-
Animã ſuam odire i hoc mũdo quid ſit. iuncto, qui odit animã ſuam in hoc mũ-
do, id eſt, in voluptatibus & concupiſcẽ-
tijs, & illecebris huius mundi, vt eas ha-
Gal. 5 beat odioſas, crucifigendo carnem ſu-
am cum vitijs & concupiſcentijs, & ille-
cebris huius mundi, vt eas habeat odi-
oſas, crucifigendo carnem ſuam cum vi-
tijs & concupiſcentijs. Hic profecto in
vitam æternam cuſtodit eam. Similiter
per cõtrarium, qui amat animam ſuam,
ſubaudiendo in hoc mũdo, id eſt, ad vo-
luptates & concupiſcentias & illecebras
huius mundi, vt delectetur in illis, eun-
do poſt concupiſcẽtias: hic vtiq; perdet
eam in gehennam ignis æterni.

Craticula perfectorum. Ad craticulam perfectorum pertinet
tertium capitulũ, quod audiſtis in Euan-
gelio: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur,
& vbi ego ſum, illic & miniſter meus e-
rit. Alibi legitur dominum reſpondiſſe:
Matt. 19 Si vis perfectus eſſe, vade & vẽde omnia
Mar. 10 quæ habes, & da pauperibus, & veni ſe-
Luc. 18 quere me. Ad perfectionem ergo perti-
net ſequi Chriſtum, vt nudus ſequatur
nudum, & pauper pauperem. Qui quam-
uis ſit dominus omnium, habens in ve-
ſtimẽto & in fœmore ſuo ſcriptum: Rex
Apo. 19 regum & dominus dominantium, tam
pauper tamen eſt factus, vt de ſe dicat in
Matt. 8 Euangelio: Vulpes foueas habent, & vo-
Luc. 9 lucres cœli nidos: filius autem hominis
non habet vbi caput reclinet. Vnde cum

naſceretur, non erat ei locus in diuerſo- Luc. 2
rio. Præmittit ergo meritum, vbi dicit:
Qui mihi miniſtrat, me ſequatur, & ſta- Ioan. 12
tim promittit præmium, vbi ſubdit: Vbi
ego ſum, ibi & miniſter meus erit. Simul
& in terra manebat ſecũdum hominem,
& in cœlo regnabat ſecundum Deũ. Vn- Ioan. 3
de & ipſe dicebat: Nemo aſcendit in cœ-
lum, niſi qui de cœlo deſcẽdit, filius ho-
minis qui eſt in cœlo. Et ideo promitte-
bat non regnum terrenum, ſed cœleſte,
dicendo: Vbi ego ſum, ibi & miniſter me-
us erit. Beati enim pauperes ſpiritu, quo- Matt. 5
niam ipſorum eſt regnum cœlorũ. Quid
enim honorabilius, glorioſius & beati-
us, quã vt ſit homo cũ Deo, ſeruus cum Luc. 23
domino, creatura cum creatore: Hodie,
inquit, mecum eris in paradiſo. Ac ſi di-
xiſſet apertius: Hodie mecum eris, quod
eſt in paradiſo eſſe,

Facies ergo craticulam in modum re- Exo. 27
tis ęneã, per cuius quatuor angulos erũt
quatuor annuli, q̃s pones ſuper arulam
altaris. Habebat ergo craticula quatuor
angulos laterales, & quatuor annulos
angulares. Habebat & coſtas reticulate
diſpoſitas, vt per oculos craticulæ ignis
ſuccenſus aſcenderet, qui ſacrificium ſu-
perpoſitum adoleret. Excutiamus ergo Craticulæ myſticæ paratio.
paleam, & colligamus frumentum: fran-
gamus corticẽ, vt nucleum extrahamus:
exprimamus fauũ, vt mel deguſtemus.

Ignis ergo ſuccẽſus, eſt dolor cõpun-
ctionis. Craticula ſuperpoſita, eſt labor
ſatisfactionis. De hoc igne dicit Pſalm. Pſal. 38
Concaluit cor meum intra me, & in me-
ditatione mea exardeſcet ignis. Cum e-
nim peccator de futuro iudicio medita-
tur, in corde eius doloris ignis accendi-
tur, timens in manus Dei viuentis inci-
dere, qui exigit debitum vſq; ad nouiſſi- Matt. 5
mum quadrantum. Ipſe enim reddit vni- Apoc. 20
cuiq; ſecundum merita ſua. Currit igi-
tur & feſtinat ad ſacerdotem, qui craticu-
lam ſatisfactionis imponat, ſuper quam
carnalitatem ſuam contritionis igne cõ-
burat, vt dicere valeat cum Propheta:
Oſſa mea ſicut in frixorio confrixa Pſal. 101
ſunt: quia cinerem ſicut panem man-
ducabam, & potum meum cum fletu tẽ-
perabam.

Per quatuor angulos huius craticulę, Satisfactionis partes quot.
q̃tuor partes ſatisfactionis intellige, vz
ora-

orationes,eleemoſynas,ieiunium,& vigilias. Quatuor enim modis peccamus, per ignorantiam & fragilitatem, per negligentiam & malignitatem. Iſti forte ſunt illi quadrantes, de quibus Veritas dicit in Euangelio: Non exiet inde, donec reddat nouiſſimum quadrantem, id eſt, donec ſoluat in pœna quicquid deliquit in culpa.

Peccat homo modis quatuor.

Matt.5

Econtra, quatuor modis oportet nos ſatisfacere. Contra fragilitatem, ieiunare, contra ignorantiam, orare, cõtra malignitatem, erogare, contra negligentiam, vigilare. Iſti ſunt digni fructus pœnitentiæ, quos dominus commemorat, & commendat in Euangelio: Hoc, inquit, genus dæmonij, non eijcitur, niſi in oratione & ieiunio. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Vigilate, quia neſcitis, qua hora fur venturus ſit.

Matt.4

Matt.17 Mar.9 Luc.12 Matt.25 Mar.13 Luc.12

In his quatuor angulis, quatuor annuli debent immitti, videlicet, quatuor principales virtutes. Iuſtitia, fortitudo, prudentia, temperantia. In oratione prudentia, ne fiat oratio in peccatum. In ieiunio fortitudo, vt perueniat ad montem Dei Oreb. In eleemoſyna iuſtitia, vt inueniat iuſtum cui det. In vigilijs temperantia, ne deficiat in tentatione.

virtutes principales quatuor.

Pſal.108

3.Reg.19

Coſtæ craticulæ ſunt opera pietatis, quę dominus in iudicio commendabit: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, Sitiui, & dediſtis mihi bibere, Nudus eram, & operuiſtis me, Hoſpes, & collegiſtis me, In carcere, & viſitaſtis me. His operibus pœnitentes debent inſiſtere, his fructibus abundare.

Opera miſericordię quę

Matt.25

Sed & perfectus ignem ſibi ſuccendit & craticulam ſupponit. Ignis eſt feruor dilectionis: craticula, dolor compunctionis. De hoc igne Veritas ait: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt ardeat? De hac craticula legitur: Peccata proximorum, frixorium ſunt iuſtorum. Perfectus eſt enim qui diligit proximum, ſicut ſeipſum, & qui compatitur proximo tanquam ſibiipſi. Sibi compatitur ſuper incolatu vitæ pręſentis, & ſuper dilatione vitæ futuræ, dicente Pſalmiſta: Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Hoc eſt irriguum ſuperius & inferius, quod Caleph dedit Axæ filiæ ſuæ in dotem. Proximo vero compatitur in aduerſis, & peruerſis, Apoſtolo conteſtante: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Iſti ſunt quatuor anguli, quibus & quatuor annuli debent immitti. In incolatu vitæ præſentis, contemptus mundi, Secundum illud Ioannis: Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo ſunt. In dilatione vitæ futuræ, deſiderium cœli, Secundum illud Apoſtoli: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. In peruerſitate correptio, Iuxta quod Veritas præcipit: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum. In aduerſitate ſubuentio, ſecundum quod Propheta ſuadet: Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam.

Luc.12

Perfectus quis ſit

Pſal.119

Ioſue.15

2.Cor.11

1.Ioan.2

Phil.1

Matt.18

Eſa.58

Facies ergo craticulam in modum retis æneam. Aes quia metallum ſonorum eſt, confeſſionem ſignificat. Eſt autem duplex confeſſio, præconiorum, & peccatorum. De prima dicitur: Confitemini domino in cithara, in pſalterio decem cordarum pſallite illi. De ſecunda legitur: Confitemini alterutrum peccata veſtra. Debet ergo vtraque craticula eſſe ænea. Illa propter confeſſionem peccati, quam agit pœnitens: iſta propter confeſſionem præconij, quam agit perfectus.

Confeſſio duplex. Pſal.32

Iacob.5

Facies ergo craticulam, & pones eam ſuper arulam altaris. Multiplex altare legitur in ſcripturis, ſuperius & inferius, interius & exterius. Quodlibet autẽ eſt duplex. Nam altare ſuperius eſt Deus, Trinitas, De quo legitur: Non aſcendes ad altare meum per gradus. Eſt & altare ſuperius triumphans Eccleſia, de qua dicitur: Tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Altare inferius eſt militans Eccleſia, De qua legitur: Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus. Eſt & altare inferius menſa templi, de qua dicitur: Conſtituite diem ſolennem in condenſis, vſque ad cornu altaris. Altare interius eſt cor mundũ, de q̃ p̃cipitur: Ignis in altari meo

Exo.27 Altare multiplex

Exo.20

Pſal.50

Exo.20

Pſal.117

Leuit.6 meo ſemper ardebit. Eſt & altare interi
us, fides incarnationis, de qua iubetur:
Exo.20 Altare de terra facietis mihi. Altare exte
rius eſt ara crucis, hoc eſt, altare holocau
Exo.29 ſti, ſuper quod cremabitur ſacrificium
veſpertinum. Eſt & altare exterius, eccle
ſiaſtica ſacramenta, De quibus ſcriptum
Pſal.83 eſt: Altaria tua domine virtutum, &c.

Cum ergo tot ſunt altaria, ſuper cu-
ius altaris arulam præcipitur poni crati-
cula? Sed certe craticula ſuper altaris aru
lam, eſt pœnitentia ſuper cordis mundi
Pſal.50 tiam: quia ſacrificium Deo ſpiritus con-
tribulatus, cor cõtritum & humiliatum
Deus non ſpernit. Faciamus ergo no
bis fratres chariſſimi craticulam pœnitẽ
tiæ, ſuper quam offeramus ſacrificium
pro peccato, carnalitatem noſtram com
punctionis igne cremantes, vt ſic poſt-
modum immolemus ſacrificiũ laudis:
non in fermento malitiæ & nequitiæ,
1.Cor.5 ſed in azymis ſynceritatis & veritatis, i-
pſo misericorditer cõcedente, qui eſt ſu-
per omnia Deus benedictus in ſecula ſe
culorum, Amen.

IN SOLENNITATE
Aſſumptionis glorioſiſſimæ ſemper virginis Mariæ.

Quomodo beata Maria ſit caſtellum & quale, & quomodo Chriſtus illud ſit ingreſſus, & de duabus ſororibus, de uita actiua & contemplatiua.

SERMO I.

Luc.10 INtrauit Ieſus in
q̃ddam caſtellum,
& mulier quędam
Martha nomine
excepit illũ in do-
mũ ſuam. Et huic
erat ſoror nomi-
ne Maria: quæ ſe-
dens ſecus pedes domini, audiebat ver-
bum illius.

Caſtellum illud quod intrauit Ieſus,
eſt virgo Maria, quando verbum caro fa Ioan.1 Maria quõ ſit caſtellu
ctum eſt, & habitauit in nobis, ſicut an-
gelus illi promiſerat: Spiritus, inquit, ſan Luc.1
ctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi
obumbrabit tibi. Ideoq; quod naſcetur
ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.

Porro cũ Chriſtus ſit verus Deus &
verus homo, Deus de deo ante ſecula ge
nitus, & homo de homine in ſeculo na-
tus: quicquid ei veraciter attribuitur,
aut conuenit ei ſecundum diuinam na-
turam, aut ſecundum humanam, aut ſe-
cundum vtranq;. Secũdum diuinam ap
pellatur Ieſus, quod interpretatur ſalua-
tor. Secundum humanam dicitur Chri-
ſtus, quod exponitur vnctus. Secũdum
vtrãq; vocatur emanuel, quod interpre- Matt.1
tatur nobiſcum Deus.

Cum autem intrare ſit deforis intus
accedere, quæri poteſt & etiam dubitari,
ſecũdum quam naturam in iſtud caſtel-
lum, i. in vterum virginalẽ intrauit. Non
ſecundum diuinam, cum ipſe ſine motu
moueat vniuerſa, & totus ſit ſemp vbiq;,
ſicut de ſe loquitur per prophetam: Cœ Hiere.23
lum & terrã ego impleo. Item: Ego ſum Mal.3
Deus & non mutor. Sed non ſecũdum
humanam, cum mater eius Maria nõ ac
cepit exterius quidquam in vterum, ſed
concepit tantum interius in vtero, ſicut
Eſaias aperte teſtatur: Ecce, inquit, virgo Eſa.7
concipiet in vtero & pariet filium, & vo Matt.1
cabitur nomen eius emanuel. Hæc eſt e-
nim, ſecũdum Ezechielem, porta in do- Ezech.44
mo domini clauſa, & vir non eſt ingreſ-
ſus per eam. Chriſtus autem ab ipſa con
ceptione vir extitit, Hieremia propheta
teſtãte: Nouum, inquit, faciet dominus Hiere.31
ſup terrã, fœmina circũdabit virum, gre
mio vteri ſui. Quid ergo dicemus? Quõ
ergo in caſtellũ illud intrauit? Salubre
cõſilium dedit Apoſt. dicens: Noli plus
ſapere, q̃ oportet ſapere, ſed ſape ad ſobri Rom.12
etatem. Et alius: Altiora te ne q̃ſieris, & Eccle.3
maiora te ſcrutatus ne fueris. Perſcruta- Prou.25
tor em̃ maieſtatis, opprimetur à gloria.
Nam accedet homo ad cor altum, & ex- pſal.63
altabitur Deus. Salua tamen fidei ma
ieſtate poſſumus reſpondere, quod cum
ſecundum philoſophos initium exiſten
di, ingreſſus in ſubſtantiam appelletur,
quæcunq; res habet initiũ, habet pariter
& in-

&ingreſſum. Vnde cum verbum Dei ſecundum humanitatem aſſumptam incepit eſſe in vtero virginali, profecto ſecundum eandem intrauit in illum, non deforis veniens, ſed intus aſſumens. Iuxta quem modum loquendi veritas ipſa teſtatur: Exiui à patre & veni in mundũ, non quod extra mundum acceſſerit, ſed quod intra mundum proceſſerit.

Ad munimentũ caſtelli duo neceſſaria eſſe, ſimiliter ad cuſtodiam. Intrauit ergo Ieſus in q̃ddam caſtellum. Ad munimentum caſtelli duo ſunt neceſſaria, murus & turris. Murus exterior, & turris interior. Ad cuſtodiam quoq; caſtelli duo opportuna, ſpeculator & propugnator. Speculator, vt contempletur: & propugnator, vt operetur.

Mur⁹ virginitatis. Turris humilitatis. Quęramus ergo ſi tale fuerit hoc caſtellum. Sane in hoc ſpirituali caſtello, quod eſt Dei genitrix virgo Maria, murus exterior, eſt virginitas corporis: turris interior, eſt humilitas cordis. Nam omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur, luxta quod ipſa virgo teſtatur: Depoſuit potẽtes de ſede & exaltauit humiles. De muro virginitatis dicit ad angelũ: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum nõ cognoſco? Nam antequam cõuenirent inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. Itẽ de turri humilitatis, eadẽ ad angelum ait: Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſecundum verbum tuũ: quoniam reſpexit humilitatem ancillæ ſuę: ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes gñationes. O felix virginitas, quã ornat humilitas. O felix humilitas, quã honorat virginitas. Humilitas ornat virginitatem, ne ſit ſuperba. Virginitas honorat humilitatẽ, ne ſit deſpecta. Eſt ergo virginitas humilis, ne extollatur: eſt humilitas virginalis, ne contemnatur. (Luc.14; Luc.1; Ibidem; Matt.1; Luc.1)

Legimus enim & virgines prudentes & virgines fatuas. Prudẽtes ſunt humiles, fatuæ ſunt ſuperbę. Habet ergo caſtellum iſtud murum virginitatis, contra inſultum luxuriæ, habet turrim humilitatis contra incurſum ſuperbiæ. Iſti nanq; ſunt hoſtes, qui miſerum hominem frequenter ac violenter infeſtant, videlicet luxuria carnis exterius, & ſuperbia mentis interius. De quibus inquit Apoſtol. Non eſt nobis colluctatio tãtum aduerſus carnem & ſanguinem, ecce luxuria: ſed aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, ecce ſuperbia. Ex hac procedũt turpia, quæ non decent, ex illa procedũt turpia, quæ non licent, ex vtraq; procedunt vana, quæ non expediunt. (Matt.25; Hoſtes hominis qui; Ephe.6)

Refugiũ in tẽtatio nibus habendũ eſſe ad Mariã. Si quando te luxuria carnis impugnat, ad hoc caſtellum procede, muro virginitatis adhęre, deprecare Mariam. Quis vnquã inuocauit eam, & non eſt exauditus ab ea? Si quando te ſuperbia mentis infeſtat, ad hoc caſtellum accede, turrim humilitatis aſcende, deprecare Mariã. Quis vnq̃ inuocauit eam, & non eſt exauditus ab ea? Hæc eſt mater pulchrę dilectionis & ſanctæ ſpei: quæ pro miſeris orat, pro afflictis ſupplicat, pro peccatoribus intercedit: (Eccli.24)

Sorores duę caſtellum cuſto dientes myſtice quę. In hoc caſtello duæ ſorores inhabitant, quæ caſtellum cuſtodiũt, Martha, ſcilicet, & Maria. Martha, quæ laborat & operatur, Maria quæ quieſcit & contemplatur. Illa laborat & operatur, ne caſtellum capiatur per negligentiam: iſta quieſcit & contemplatur, ne caſtellum rapiatur per ignorantiam. Ignorantia gignit errorem cordis. Negligentia parit torporem operis. Per errorem cordis delinquimus in credendis: per torporem operis delinquimus in agendis. Porro impoſſibile eſt ſine fide placere Deo. Fides autem ſine operibus mortua eſt. (Hebræ.11; Iacob.2)

Contẽplatiua vita. Actiua vita. Vtranque vitamquo modo exercuerit virgo Maria. Vigilet ergo contẽplatiua, vt deleat ignorantiam, q̃m ignorans ignorabitur. Laboret actiua, vt perimat negligentiam, quoniam maledictus eſt, qui facit opus Dei negligenter. Audi virginem laborantem: Fili quid feciſti nobis ſic? Ego enim & pater tuus dolẽtes quęrebamus te. Audi virginem contemplantem: Maria conſeruabat omnia verba hęc, conferens in corde ſuo. Si quando negligentia te reddit pigrum, inuoca Martham, age cum Lia. Si quando te ignoratia reddit obſcurum, appella Mariam, viglla cum Rachele. (1.Cor.14; Hiere.48; Luc.2; Ibidem; Gen.29)

Intrauit ergo Ieſus in quoddam caſtellum, & mulier q̃dam Martha nomine, excepit illum in domũ ſuã: qa venit Ieſus, nõ ad quietẽ, ſed ad laborẽ: nõ ad lætitiam, ſed ad dolorem: non ad pacem ſed ad agonem: poſtremo venit ad mortem. Audi laborem. Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ. (Pſal.68)

Tota

Eſa.65 Tota die expandi manus meas ad popu
Ioan.4 lum non credentem mihi. Vnde & ſati-
gatus legitur ex itinere. Audi dolo-
Threno.1 rem: O vos omnes, qui tranſitis per vi-
am, attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut
Matt.26 dolor meus. Triſtis eſt, inqt, anima mea
Mar.14 vſq; ad mortem. Cœpit enim pauere &
tædere. Audi agonem: Factus, inqt,
Lucæ.23 in agonia, prolixius orabat: & factus eſt
ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis, caden
tis in terram. Audi & mortem. Pro-
Rom.8 prio filio ſuo nõ pepercit Deus, ſed pro
nobis om̃ibus tradidit illum. Factus eſt
enim obediens vſque ad mortem, mor-
Phil.2 tem autem crucis.

Audi quomodo ipſe Ieſus ſatagebat
circa frequens miniſteriũ, & turbabatur
Ioan.4 erga plurima. Meus, inquit, cibus eſt, vt
faciam voluntatem eius, qui miſit me.
Luc.12 Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo
coarctor donec perficiatur. Vere ergo
Martha excepit illum in domum ſuam.
Vnde ſecundum carnem non de Rache
le natus eſt, ſed de Lia. Maria autem
ſedebat ſecus pedes domini, & audiebat
Pedes dni verbum illius. Duo pedes domini, ſunt
myſticegd duo mentis affectus, timor & amor. Ti-
mor ſanctus, & amor caſtus. Timor ſan
Pſal.110 ctus præſtat initium. Nam initium ſapi-
entiæ, timor domini. Amor caſtus præ-
1.Tim.1 parat finem. Nam finis præcepti charitas
Lucæ 10 eſt. Maria igitur optimam partem ele
git, quæ non auferetur ab ea: quia chari
1.Cor.13 tas nunquam excidit. Et timor domini
Pſal.18 ſanctus permanet in ſeculũ ſeculi. Mar-
tha ergo ſtabat & ſatagebat vt paſceret
dominum, hæc audiebat, vt paſceretur à
domino. Illa quidem vt paſceret domi-
num cibo carnali, hæc autem vt paſcere-
tur à domino cibo ſpirituali. Quia non
Deut.8 in ſolo pane viuit homo, ſed in omni ver
Matt.4 bo quod procedit de ore Dei. Sane quan
to melior eſt anima corpore, tanto dulci
us ſapit ſpiritualis cibus in mẽte, quam
Pſal.118 carnalis in ventre. Quam dulcia, inquit,
faucibus meis eloqa tua dñe, ſup mel &
fauũ ori meo. Illa dicebat ad dominũ:
Domine, non eſt tibi curę, quod ſoror
mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic
ergo illi, vt me adiuuet. Pro hac domi-
nus reſpondit: Martha Martha, ſolicita
es, & turbaris erga plurima. Porro vnũ
eſt neceſſarium. Maria optimam partem
elegit, quæ nõ auferetur ab ea. Non hoc
Martha dicebat, tanquam inuideret Ma
riæ, quod ipſa laboraret & illa quieſce-
ret: ſed quod actiua cum ſibi non ſuffi-
cit, propter difficultates rerum, vel ambi Actiua vi
guitates cauſarum, auxilium contempla ta auxiliũ
tiuæ requirit: vt quod ipſa laborãdo vel requirit cõ
operando nequit efficere, illa orando & templatiua.
ſupplicando valeat impetrare: quia cum Exo.17
Moyſes orabat in mõte, Ioſue vincebat
in valle. Sed nec dominus illi reſpondit
tanquam reprehenderit Martham com-
mendando Mariam: ſed bonis prætulit
optimum, plurimis vnum, perpetuum
tranſitorijs. Martha, inquit, ſolicita es,
& turbaris erga plurima. Porro vnum
eſt neceſſarium. Maria optimam partem
elegit, quæ non auferetur ab ea. Ad acti- Ad actiuã
uam enim pertinẽt opera pietatis, quæ vitam per
dominus in iudicio commendabit: Eſu tinentia
riui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, &
dediſtis mihi bibere. Nudus eram, & ope
ruiſtis me. Ipſe quoq; Mariam commen
dauit de officio ſepulturæ. Quid, inquit,
moleſti eſtis huic mulieri? Bonum opus
operata eſt in me. Mittens enim vngen-
tum hoc in corpus meum, ad ſepelien-
dum me fecit. Bona ſunt iſta, nec ceſſan-
dum ab ipſis: quandiu fuerint neceſſa-
ria. Porro cum ceſſauerit defectus miſe-
riæ, miſericordiæ quoque ceſſabit effe-
ctus. Quia miſericordia miſeris exhibe-
tur. Cum autem venerit quod perfectũ 1.Cor.[illegible]
eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Et il-
lud eſt optimum, quod in æternum ma-
nebit. Maria ergo optimam partem Pars opti
elegit, quæ nõ auferetur ab ea. Quia hęc ma qu[illegible] ſit
eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Ioan.[illegible]
verum Deum, & quẽ miſiſti Ieſum Chri
ſtum. Quod vtiq; nũc incipit à contem-
platione per fidem, & conſummabitur
tandem in glorificatione per ſpeciem.
Nunc enim ex parte cognoſcimus, & ex 1.Cor.13
parte prophetamus: tunc autem cogno-
ſcemus ſicut & cogniti ſumus: videntes
non per ſpeculum in ęnigmate, ſed facie
ad faciem intuentes. Audi quomodo
Paulus Apoſtolus tanquam actiuus ſo
licitus erat, & erga plurima turbatus:
Quis, inquit, infirmatur, & ego non in- 2.Cor.11
firmor? Quis ſcandalizatur, & ego non
vror? Inſtantia mea quotidiana ſolicitu-
do omnium eccleſiarum. Sed audi quod
idem

Ibidem idem ipſe tanquam contemplatiuus, ra
ptus eſt vſque ad tertium cœlum, & au-
diuit arcana verba, quæ non licet ho-
Phi.1 mini loqui. Ad hoc tanquam ad vnum
aſpirabat, cum diceret: Cupio diſſolui
& eſſe cum Chriſto: ſed illud tanquam
neceſſarium ſuſtinebat, cũ adderet: Ma-
nere autem in carne neceſſarium eſt pro
pter vos. Ergo & illa neceſſaria ſunt cir-
ca quæ ſatagit Martha, & illud eſt neceſ
ſarium quod elegit Maria. Sed illa ſunt
neceſſaria, id eſt, vtilia: iſtud autem neceſ
ſariũ, id eſt, commodabile. Iuxta quem
modum in logica facultate docetur, q̃d
aliud eſt verum contingens, aliud ne-
ceſſarium. Contingens eſt illud, quod
ita eſt verum, quod poſſit non eſſe verũ.
Neceſſarium eſt autem illud, quod ita
Luc.2 verum eſt, quod non poſſit non eſſe ve-
rum. Nonne cum virgo dixit ad filium:
Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tu-
us & ego dolentes quærebamus te, qua
ſi cum Martha dixiſſe videtur: Domine,
non eſt tibi curæ quod ſoror mea reli-
Ibidem quit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi,
vt me adiuuet. Et cum ipſe reſpondit:
Quid eſt quod me quærebatis, neſcieba
tis, quia in his quæ patris mei ſunt, opor
tet me eſſe, nonne quaſi dominus reſpõ
diſſe videt ad Marthã: Martha ſolicita es
& turbaris erga plurima: porro, vnũ eſt
neceſſarium? Maria ergo optimã partem
elegit, quæ non auferetur ab ea. Hoc v-
num optabat & petebat Propheta cum
Pſal.26 diceret: Vnam petij ad domino, hanc re
quiram, & inhabitem in domo domi-
ni omnibus diebus vitæ meæ. ¶Præponi
tur vnum multis: quia ſicut omnia pro-
cedunt ab vno, ſic omnia procedere de-
bent ad vnum: ad illum videlicet, qui eſt
Apoc.1 alpha & O, primus & nouiſſimus,
principium & finis, Ieſus Chriſtus
dominus noſter, Qui eſt ſu
per omnia Deus be-
nedictus in ſe-
cula ſeculo-
rum, A-
men.

In eadem Solennitate.

De auroræ lunæ & ſolis conditio nibus ſiue qualitatibus, & quo modo Mariæ conueniant.

SERMO II.

QVæ eſt iſta, quæ progreditur Cant.6
quaſi aurora cõſurgens, pul
chra vt luna, electa vt ſol, ter
ribilis vt caſtrorum acies or
dinata.

Cum aurora ſit finis noctis & ori- Aurora quo modo designet Mariam.
go diei, merito per auroram deſigna-
tur virgo Maria: quæ finis damnatio-
nis, & origo ſalutis fuit. Finis vitiorum,
& origo virtutum. Oportebat enim, vt Collatio inter Euã & Mariã.
ſicut per fœminam mors intrauit in
orbem: ita per fœminam vita rediret in
orbem: Et ideo quod damnauit Eua,
ſaluauit Maria, Vt vnde mors oirieba-
tur, inde vita reſurgeret. Illa cõſenſit dia
bolo, & vetidum pomum comedit, ſe- Gen.3
cundum illud: Tulit de fructu & co- Luc.1
medit, deditque viro. Iſta credidit ange-
lo, & filium promiſſum concepit, ſe- Ibidem
cundum illud: Ecce concipies & pari-
es filium. Illa comedit pomum ad mor-
tem, iuxta quod ſuerat illi prædictum: Gen.2
Quacunque die comederis, morte mo-
rieris. Iſta concepit filium ad ſalutem, ſi-
cut ei fuerat prænotatum: Vocabis no- Matt.1
men eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faci-
et populum ſuum à peccatis eorum. Illa
peperit in dolore, ſecundum illud: Mul Gen.3
tiplicabo ęrumnas tuas & conceptus tu
os & in dolore paries. Iſta generauit in Luc.2
gaudio, ſecundum illud: Annuncio vo
bis gaudium magnum, quod erit omni
populo: quia natus eſt nobis hodie ſal-
uator, qui eſt Chriſtus dominus in ciui
tate Dauid. Illa fuit de ſolo viro produ- Gen.2
cta, quoniam ædificauit dominus De-
us coſtam quã tulerat de Adam in mu-
lierem, ſed produxit virum & fœminã.
Hæc autem producta fuit de viro & fœ
mina, ſed ſolum virum produxit. Quia Heire.31
nouum fecit dominus ſuper terram, fœ
mina circundedit virum gremio vteri
M ſui.

ſui.Illa fuit ſine culpa producta, ſed pro
duxit in culpam. Hæc autem fuit in cul-
pa producta, ſed ſine culpa produxit.
Illa dicta eſt Eua,huic dictũ eſt aue:quia
Mutatio nois Euę. per hanc mutatum eſt nomen Euæ. A-
Luc.1 ue,inquit,gratia plena dominus tecum.
Quaſi diceret:Illa fuit plena peccato,ſed
tu plena gratia.Illa fuit maledicta in mu
lieribus,ſed benedicta tu in mulieribus.
Fructus ventris illius fuit maledictus
Cain,ſed fructus ventris tui erit benedi
Gen.4 ctus, Ieſus. Cain inuidioſe fratrem occi
dit Abel: ſed Ieſus inuidioſe fuit occi-
ſus à fratribus.

Aurora fugatis tenebris lumen mun
do oſtendit: tu vero deſtructis vitijs ſal
uatorem ſeculo protuliſti: quia per te
populus gentium qui ambulabat in te-
Eſa.9 nebris vidit lucem magnam: habitanti-
bus in regione vmbræ mortis lux or-
ta eſt eis.Illa videlicet,quę illuminat om
Ioan.1 nem hominem venientem in hunc mun
dum.Tu es igitur aurora conſurgens,fi
nis videlicet noctis, & origo diei: finis
damnationis & origo ſalutis.

Pulchra vt luna. Sicut rationabiliter
aſſerunt,qui de rerum naturis ediſſerũt,
Lunę natura. Luna frigida eſt & humida. Quia frigi-
da, deſignat virginitatẽ. Quia humida,
deſignat humilitatẽ. Ignis enim de quo
ſiccitas prouenit, quaſi leuis, naturali-
ter petit ſublimia. Aqua vero de qua,p-
Lunæ quã bene comparetur Maria. cedit humiditas,quaſi grauis, naturali-
ter petit humilia. Frigiditas ergo & hu-
miditas lunæ,virginitas eſt & humilitas
Mariæ: quia frigida fuit,contra æſtum
luxuriæ,humida vero,contra faſtum ſu
perbiæ. Luna vero tunc eſt plene pul-
chra,cum exiſtit rotunda, & Maria tũc
extitit plene formoſa, cum fuit prole
fœcunda. Felix virginitas, quam orna-
uit humilitas: felix humilitas,quam ho-
norauit virginitas. Sed longe felicior
vtraque fœcunditas, quam ſimul orna-
uit & honorauit virginitas & humili-
tas.Ne ergo virginitas maledictionem
Exo.23 illam incurreret,De qua dicitur:Maledi
Deut.7 cta ſterilis quæ non parit, comitatur il-
lam fœcunditas. Et ne fœcunditas im-
munditiam illam contraheret, de qua le
Iob.14 gitur: Quis poteſt facere mundum, de
immundo conceptum ſemine, comita-
tur illam virginitas. Ne vero virginitas
vel fœcunditas ſententiam illam accipe
ret,de qua legitur: Omnis qui ſe exal- Luc.14.18
tat humiliabitur, vtramque comitatur
humilitas. Hæc tria ſimul Euangeliſta
commendat, & commemorat in Ma- Matt.1
ria: Cum eſſet,inquit, deſponſata mater
Ieſu Maria Ioſeph, antequam conueni-
rent,inuenta eſt in vtero habens de ſpiri
tu ſancto.Magna humilitas:quia mater
Ieſu erat deſponſata Ioſeph. Sancta fœ-
cunditas: quia inuenta eſt in vtero ha-
bens de ſpiritu ſancto. Pura virginitas:
quoniam antequam conuenirent, inuẽ
ta eſt in vtero habens: non quod poſt
vnquam carnali commixtione conue-
nirent.Quia virgo fuit ante partum,vir
go in partu,virgo poſt partum. Hæc eſt Ezech.44
enim porta in domo domini clauſa, &
vir non eſt ingreſſus per eã. Hic eſt hor- Cant.4
tus concluſus & fons ſignatus. Hæc eſt Exo.3
rubus ardens,ſed non conſumptus. De
fœcunditate Gabriel angelus prædixit
illi: Ecce concipies & paries filium. Illa Luc.1
vero de virginitate reſpondit: Quomo-
do fiet iſtud, quoniam virum non co-
gnoſco? Cum autem audiuit quod nec
virginitas impediret fœcunditatem,nec
fœcunditas auferret virginitatem: Spi-
ritus ſanctus, inquit, ſuperueniet in te,
& virtus altiſſimi obumbrabit tibi: ſta-
tim de humilitate ſubiunxit: Ecce ancil
la domini: fiat mihi ſecundum verbum
tuum.Fuit ergo Maria pulchra vt luna,
virgo ſcilicet humilis & fœcunda.

Electa vt ſol. Duo præcipue commẽ-
dantur in ſole, ſplendor & calor. Quia Maria quomodo ſit electa vt ſol
ſplendet,ſignificat ſapientiam: quia ca-
let, ſignificat charitatem. De ſapientia Sap.8
namque legitur,quod ipſa eſt candor lu
cis æternæ & ſpeculum ſine macula
dei maieſtatis,& imago bonitatis illius. Eſa.31
De charitate legitur, quod ignis eſt in
Sion,& caminus in Hieruſalem. Aquæ Cant.8
multæ non poſſunt extinguere charita
tẽ.Electa eſt ergo Maria,quatenus ſplẽ-
deret & caleret vt ſol. Splenderet per ſa-
pientiam, caleret per charitatem: quia
ſpiritus ſanctus ſuperuenit in eam, &
virtus altiſſimi obumbrauit eam.Spiri-
tus ſanctus eſt charitas, de quo dicitur: 1. Ioan.
Deus charitas eſt. Et virtus altiſſimi, ſa-
pientia,de qua legitur: Chriſtus eſt Dei Sapientia & charitas maris 5.
virtus & Dei ſapientia.Audi Mariã in-
ter-

terrogantem ex ſapientia: Quomodo fi et iſtud, quoniam virum non cognoſco? Audi reſpondentem ex charitate: Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. Audi ſapientiam in Maria: Luc. 2 Maria, inquit, obſeruabat omnia verba hęc, conferens in corde ſuo. Audi charitatem in ea: Ibidem Magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo. Superuenit igitur in eam ſpiritus ſanctus, vt ad concipiendũ in corpore daret ei charitatis affectum. Propter quod legitur, quia Chriſtus natus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine. Et virtus altiſſimi obumbrauit ei, vt ad concipiendum in corde daret ei ſapientiæ intellectum. Propter quod legitur: Ibidem Beata quæ credidiſti: quoniam omnia completa ſunt tibi à domino. Concepit in corpore verbum, quod caro factum eſt, & habitauit in ea. Ioan. 1 Concepit in corde verbum, quod erat in principio apud Deum, & Deus erat verbum. Electa igitur eſt vt ſol, Cant. 4 Pſal. 18 quatenus in ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquã ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Cant. 6 Sap. 8 Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Scriptum eſt enim, quia ſapientia vincit malitiam: inter quas in hac vita mortali grandis & grauis exercetur conflictus. Pro ſapientia namque pugnat & expugnat chorus virtutum: pro malitia vero pugnat & repugnat exercitus vitiorum: 2. Cor. 6 quia non eſt conuentio lucis ad tenebras, neque Chriſti ad Belial. Caſtra vitiorum quaſi ducem ſequuntur ſuperbiam, de qua dicit ſcriptura: Eccli. 10 Initium omnis peccati eſt ſupbia. Caſtra vero virtutum, quaſi ducem ſequũtur humilitatẽ, de qua dicit Maria: Luc. 1 Reſpexit humilitatẽ ancillę ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Acies ergo caſtrorũ, id eſt, plenitudo virtutum ita fuit in virgine ordinata, vt de ſe vere dicere poſſit: Cant. 2 Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem, Col. 2 vt poſtquam in ea plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit, vicit ex toto malitiam. Quoniam vt vehemẽter opinor, ex tunc fomes peccati, languor naturæ, ſtimulus carnis in ea fuit non ſolum ſopitus, ſed prorſus extinctus: vt de cætero non concupiſceret caro aduerſus ſpiritum, ſed plena gratia, vitijs & dæmonijs terribilis appareret.

Ipſa eſt ergo aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Luna lucet in nocte, aurora in diluculo, ſol in die. Nox autem eſt culpa, diluculum pœnitentia, dies gratia. Qui ergo iacet in nocte culpæ, reſpiciat lunam, deprecetur Mariam: Peccatores Mariã inuocent. vt ipſa per filium cor eius ad compunctiõem illuſtret. Quis enim de nocte inuocauit eam, & non eſt exauditus ab ea? Eccli. 24 Ipſa eſt mater pulchræ dilectionis & ſanctæ ſpei. Qui vero ad diluculum pœnitentiæ ſurgit, reſpiciat auroram, deprecetur Mariam: vt ipſa per filium cor eius ad ſatisfactionem illuminet. Quis enim deuote inuocauit eam, et non eſt exauditus ab ea? Ipſa eſt mater pulchræ dilectionis & ſanctæ ſpei. Quia vero militia eſt vita hominis ſuper terram Iob. 7 (nam mundus poſitus eſt in maligno, 1. Ioan. 5 caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, Gal. 5 oculus deprædatur animã, Threno. 3 mors ingreditur per feneſtras: Hiere. 9 nec eſt nobis colluctatio tantum aduerſus carnem & ſanguinem: EPh. 6 ſed aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, aduerſus rectores tenebrarum harũ. Aduerſarius enim noſter diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quẽ deuoret) 1. Petri. 5 Quicunque ſentit impugnationem ab hoſtibus, vel à mundo, vel à carne, vel à dæmone, reſpiciat caſtrorum aciem ordinatam, Tētati mariam inuocare debēt deprecetur Mariam, vt ipſa per filium mittat auxilium de ſancto, & de Siõ tueatur. Pſal. 19 Ipſo præſtante, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorũ. Amen.

In ſolẽnitate Natiuitatis glorioſiſſimæ ſemper virginis Mariæ.

De inſtrumentis piſcatoris, uidelicet uirga, linea, hamo & eſca, & quid per ea accipere debeamus, & quare diabolus nominibus diuerſarum beſtiarum nuncupetur.

SERMO VNICVS

Iob.40 IN oculis ſuis quaſi hamo capiet Behemoth.
Verba quæ locutus ſum fratres chariſſimi, verba ſunt domini ad Iob pauca, ſed multa: parua ſed magna: breuia ſed prolixa. Pauca literis, ſed multa ſententijs: parua ſyllabis, ſed magna figuris: breuia dictionibus, ſed prolixa ſignificatiõibus. Plena ſunt quippe omnia ſuis myſterijs, & cœleſti dulcedine ſuperredundantia: ſi tamen diligẽtem habeant inſpectorem, qui norit ſugere mel de petra, & oleum de ſaxo duriſſimo. Ego vero dabo vo-
Deut.32 bis lac potum, non eſcam: quia ſicut mo-
1.Cor.3 1.Petr.2 do geniti infantes lac cõcupiſcitis, vt in ſalutem creſcatis,

I. In inſtrumento piſcatoris quatuor
In piſcatoris inſtrumento 4. notanda ſunt. notare debemus, virgam, & lineam, hamum, & eſcam. Quæ ſit hæc virga Propheta determinat dicẽs: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius
Eſa.11 Can.3 aſcendet. Hæc eſt virgula fumi, ex aro-
Num.17 matibus myrrhę & thuris. Virga floruit & attulit fructum: quia virgo concepit & peperit Chriſtum. Hanc ergo virgam
Virgę conditiones vt habuerit Maria. dixerim eſſe Mariam. Virga teneritudinem habet, rectitudinem & longitudinem. Teneritudinem: ne ſit dura: Rectitudinem: ne ſit curua. Longitudinem: ne ſit curta. Maria vero virginitatem habet, humilitatem, & charitatem. Virginitatem ſine concupiſcentia, humilitatem
virginitas ſine ſuperbia, charitatẽ ſine malitia. De virginitate dicit Propheta: Ecce virgo
Eſa.7 concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Miſſus eſt enim Mat.1
angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilęę, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomẽ virginis Humilitas
Maria. De humilitate dicit ipſa beata Maria: Reſpexit humilitatem ancillæ Lucæ.1
ſuæ: ecce enim in ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Super quem, Eſa.66
inquit Deus, requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum & trementem verba mea. De charitate dicit in can Charitas. Cant.2
ticis: Stipate me malis, ornate me floribus: quia amore langueo. Introduxit enim me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem.

Huic virgæ linea colligatur, quã Ma II.
thæus Euãg. deſcribit: Liber gñationis Matt.1
Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. Hanc ergo lineam dixerim eſſe genealogiam. Nam ſicut linea piſcatoris de diuerſis filis cõnectitur, ſic genealogia redemptoris de diuerſis perſonis contexitur: de viris & mulieribus, de iuſtis & peccatoribus. Nam omnes peccauerunt Rom.3
& egent gloria Dei. Præterea dicit in Matt.9
Euangelio: Non veni vocare iuſtos ſed peccatores. Et ideo clamabant dicentes: Veni domine, & noli tardare: relaxa fa Eſa.16
cinora plebis tuæ Iſrael. Emitte agnum domine, dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion.

Huic lineæ ſub nectitur hamus, ſicut III.
Euangeliſta determinat dicẽs: Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ: de qua natus eſt Ieſus, qui dicitur Chriſtus. Hunc i- Hamo cõparatur Chriſtus.
itur hamum dixerim eſſe Chriſtum, ferreum, acutum & vncum. Ferreum, per potentiam. Acutum, per ſapientiam. Vncum, per diligentiam. Per potentiam enim domat & ſuperat. Per ſapientiã penetrat & indagat. Per diligentiam retinet & conſeruat. De primo dicit Pſalmo Pſal.2
graphus: Reges eos in virga ferrea, & tãquam vas figuli confringes eos. De ſecundo dicit Apoſtolus: Viuus eſt ſermo Hebrę.4
Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. De tertio dicit dñs: Hæc eſt Ioan.5
voluntas patris mei, vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo.

Huic hamo circumpoſita fuit eſca, IIII.
cum verbum caro factum eſt, & habita Ioan.1
uit in nobis. Hamus enim eſca cælatus,

eſt

Eſca in hamo eſt Chriſti caro. eſt Deus carne velatus. Hanc igitur eſcā dixerim carnem, ſecundum quam Chriſtus comparat ſe vermi: Ego ſum, inquit, vermis & nō hō, obprobriū hoīm & abiectio plebis. pſal.21 Dicitaūt vermis, propter vilitatē abiectionis & propter ꝓprietatē cōceptiōis. Vermis cur dicatur Chriſtus. Eſa.53 Nos, inqt propheta, putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatum: generationem autem eius quis enarrabit? Sicut enim vermis naſcit ſine ſemine, ita Chriſtus natus eſt de virgine.

Hūc hamum miſit piſcator in mare, vt caperet piſcem, cum Deus miſit Chriſtum in mundum, vt caperet Behemoth id eſt, diabolum. Diabolus enim cum caperet eſcam humanitatis, captus eſt hamo diuinitatis. pſal.73 Vnde Propheta: In die illa viſitabit dominus in gladio ſuo duro & grandi & forti ſuper Leuiathā ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum, & occidet cetum, qui eſt in mari. Propterea dicit in Pſalmo: Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Cum ergo diabolus ſuggeſſit Chriſtum occidi, tunc à Chriſto meruit captiuari. Secundum illud Propheticum: O mors, ero mors tua: Oſe.13 morſus tuus ero infernæ. Diabolus enim paradiſum intrauit, & colonos eiecit: & Chriſtus ad infernum deſcendit & captiuos eduxit. Nam quia diabolus miſit manum in illum, in quo nihil iuris habebat, iure amiſit illos, in quibus aliquid iuris videbatur habere. Ne vero diabolus videretur fraude deceptus cū hamo dicitur captus, præmiſit: Iob.40 In oculis ſuis quaſi hamo capiet Behemoth. Nam ſcienti & volenti dolus non infertur. Diabolus enim Chriſtum cognoſcendo timuit, & timendo cognouit. Luc.8 Quid inquit tibi & nobis Ieſu Nazarene? Veniſti ante tēpus perdere nos. Scio quia ſis ſanctus Dei. Mar.5 Et iterum: Quid mihi & tibi fili Ieſu Dei altiſſimi? Obſecro te ne me torqueas. Conſueta tamen auiditas eum traxit & temeritas impulit, vt ſanguinem eius ſitiret & carnem appeteret.

Behemoth nominis interpretatione ſignat Beluam. Diabolus cur diuerſis nominibus animalium nuncupetur. Diabolus enim propter diuerſas proprietates, diuerſis animalium nominibus nuncupatur. Nominatur enim nominibus beſtiarum: propter violentiam & oppreſſionem. Nominibus reptilium: propter aſtutiam & deceptionem. Nominibus piſcium: propter luxuriam & effuſionem. His enim quatuor modis maxime tentat & ſuperat. Dicitur enim auis. Vnde: Nunquid illudes ei quaſi aui? Iob.40 Et ſpecificato vocabulo dicitur perdix. Vnde illud: Clamauit perdix, cōgregauit quod nō peperit. Hiere.17 Dæmones ergo volucres appellantur. Vnde in Euangelio. Volucres cœli comederunt illud. Luc.8 Dicitur Behemoth, id eſt, belua, Vnde: Ecce Behemoth, quæ feci tecum. Iob.40 Et ſpecificato vocabulo dicitur leo. Vnde Petrus: Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quęrens quem deuoret. 1.Petr.5 Dicitur lupus. Vnde: Lupus venit & mercenariut fugit. Ioan.10 Dæmones ergo beſtiæ nūcupatur. Vnde in Pſalmo: Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. Pſal.73 Dicitur ſerpens. Vnde illud: In die illa viſitabit dominus ſuper Leuiathan ſerpentem vectem. Eſa.27 Leuiathan enim interpretatur additamentum eorum, quia ſcilicet primis parentibus gloriam addere ſe ſpopondit: Leuiathan quid. Eritis, inqt, ſicut dij, ſcientes bonū & malum. Gen.3 Et ſpecificato vocabulo dicit coluber. Vnde dicitur: Obſtetricante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus. Iob.26 Dicitur draco. Vnde: Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei. Pſal.103 Dæmones ergo, quia diuerſis modis ſe ducunt, diuerſis reptilium nominibus appellantur. Vnde: Super aſpidem & baſyliſcū ambulabis, &c. Pſal.90 Item: Caput aſpidum ſuget, & occidet eum lingua vipręe. Iob.20

Dicitur piſcis, in cuius figura piſcis immanis exiuit vt deuoraret Thobiam. Tobię.6 Et ſpecificato vocabulo dicitur cetus. Eſa.27 Vnde. Occidet dominus cetum, qui eſt in mari. In his omnibus appellatur Satan, id eſt, aduerſarius. Vnde illud: Stabat Satan à dextris eius vt aduerſaretur ei Zach.3 Dicitur Belial, id eſt, apoſtata, præuaricator & abſq; iugo. Belial quid ſit. Vnde dicit: Quæ cōmunicatio Chriſti ad belial? 2.Cor.6 Nūcupatur diabolus, id eſt, criminator, ſiue deorſum fluēs. Vnde in Pſalmo: Dia bolus ſtet à dextris eius, & oratio eius fiat in peccatum. Pſal.108 Luc.11

Fortis eſt ergo diabolus & aſtutus, ſed fortior & aſtutior ſuperuenit, qui

vaſa eius diripuit,& captiuos eduxit,dominus Ieſus Chriſtus,Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorũ.

In ſolennitate oĩm ſanctorum.

Quid per duo Seraphin intelligere debeamus, & de tribus exercitibus clamantibus, & de quinque locis,in quibus humani ſpiritus commorantur.

SERMO I.

Eſa.6 DVo Seraphin clamabãt alter ad alterum & dicebant: ſanctus, ſanctus, ſanctus dñs Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria tua.

Duo Seraphin, quorum alter clama-
Ezech.1 bat ad alterum,duo ſunt teſtamẽta,quo
Exo.25 rum alter conuenit alteri.Nam rota con
tinetur in medio rotæ, & duo Cheru-
bin ſeſe reſpiciunt verſis vultibus in pro
Gen.1 pitiatorium.Vnde vtrumque teſtamen-
tum conſimiliter incipit.Illud: In prin-
Ioan.1 cipio creauit Deus cœlum & terram.I-
ſtud:In principio erat verbum, & verbũ
erat apud Deum, & Deus erat verbum.
Quod enim in illo minus aperte ſcribi-
Eſa.6 tur,in iſto magis aperte narratur. In il-
lo ſcribit:Sanctus,ſanctus,ſanctus,do-
1.Ioan.5 minus Deus exercituum, in iſto narra-
tur:Tres ſunt qui teſtimonium dant in
cœlo,pater,verbum,& ſpiritus ſanctus:
& hi tres vnum ſunt.Præter vnitatis igi
tur & trinitatis myſterium,quod euidẽ
ter & excellenter hæc verba commen-
dant,etiam hodiernæ ſolennitati plene
Exercitus ſimul ac plane conueniunt. Deus enim
deſtriplex trinus & vnus, tres tribus locis habet
exercitus.Vnum,qui triumphat in cœ-
lo,Alterum qui pugnat in mundo,Ter
Phi.2 tium qui iacet in purgatorio. De his tri
Eſa.6 bus exercitibus inquit Apoſtolus:In no
mine Ieſu omne genu flectatur,cœleſti-
um terreſtrium & infernorum. Hi tres
exercitus diſtincte clamãt cũ Seraphin,
ſanctus pater, ſanctus filius,ſanctus ſpi
ritus.Patri namq; attribuitur potentia,
quæ conuenit exercitui, qui pugnat in
via.Filio ſapientia,quæ competit exerci
tui,qui triunphat in patria. Spiritui ſan
cto miſericordia, quæ congruit exerci-
tui,quæ iacet in pœna. Primus exerci-
tus in laude, ſecundus in agone, tertius Pſal. 83
autem in igne.De primo legitur: Beati
qui habitant in domo tua domine,in ſe
cula ſeculorum laudabunt te. De ſecun Iob.7
do dicitur: Militia eſt vita hominis ſup
terram:& ſicut dies mercenarij dies eius.
De tertio vero inquit Apoſtolus: Vni- 1.Cor 3
uſcuiuſq; opus quale ſit ignis proba-
bit.Sane quinq; loca ſunt,in quibus hu Quinque loca in quibus humani ſpiritus cõmorant
mani ſpiritus commorãtur. Supremus,
qui eſt ſumme bonorum. Infimus,qui
eſt ſumme malorum.Medius,qui eſt bo
norum & malorum:& inter ſupremũ &
medium, vnus qui eſt mediocriter bo-
norum:& inter medium & infimum al-
ter,qui eſt mediocriter malorum. Sup- I.
mus,qui eſt ſumme bonorum,eſt cœlũ, II.
in quo ſunt beati. Infimus, qui eſt ſum
me malorum, eſt infernus, in quo ſunt III.
damnati. Medius, qui eſt bonorũ & ma
lorum,eſt mundus,in quo iuſti & pecca
tores.Et inter ſupremum & mediũ, qui IIII.
eſt mediocriter bonorum,eſt paradiſus:
in q̃ ſunt Enoch & Helias,viui quidem,
ſed morituri. Et inter medium & infi- V.
mum,qui eſt mediocriter malorum, in
quo puniuntur, qui pœnitentiam non
egerunt in vita, vel aliquam maculam
venialem portauerunt in morte.Qui ꝑ
pterea mali dicuntur,partim à malo pœ
nę,partim à malo culpę.Licet autẽ quin
quæ ſunt loca, in tribus tamẽ exercitus
domini commoratur. Nam qui ſunt in
inferno,non pertinent ad exercitũ Dei,
ſed ad exercitum Zabuli, quibus tandẽ Matt.25
dicetur:Ite maledicti in ignẽ æternum,
qui paratus eſt diabolo & angelis eius.
Qui vero ſunt in paradiſo, licet pertine
ant ad exercitum Dei, per ſe exercitum
non perficiunt,cũ ſint duo. Medius au
tem exercitus hodie reddit laudes pro
exercitu qui triumphat in cœlo,cras fũ-
dens preces pro exercitu qui iacet in
purgatorio:pro illo reddit laudes,qui re
gnat in gloria:pro iſto fundet preces,vt
euadat à pœna.O quã rationabilis & ſa-
lubris eſt huius obſeruantiæ inſtitutio.
Quis enim non libenter reddat laudes Laudare debemꝰ deum ꝑ ſanctis.
indiuiduę Trinitati, ꝑ ſanctis,quorũ ꝓ-
cibus & meritis nos credimus adiuuari,
vt vbi

vt vbi ſunt, illic ſimus & nos? Quis non
Orandum eſſe libẽter pro mortuis. libenter fundat preces indiuiduæ Trini
tati pro mortuis, cum & ipſe ſit moritu-
rus: vt alij faciat in hac vita, quod ſibi
vult fieri poſt vitam? Plena eſt igitur om
nis terra gloria eius: quia ſonus ſolenni
tatis iſtius, per quam Deus glorificatur
Pſal.18 in ſanctis, in omnem terram exiuit, quę
ſub vna ſolẽnitate omnium ſanctorum
merita veneratur. Ad laudem & gloriam
indiuiduæ Trinitatis, Quæ viuit & re-
gnat deus, per omnia ſecula ſeculorum,
Amen.

In eadem Solennitate Sermo II. habitus in Monaſterio Sublatenſe.

Mundi corde quinam ſint, quomodoque ijdem beati, beatitudo ut ſit duplex, uiſionem Dei eſſe triplicem, quo denique pacto cor mundandum ſit.

Beati mũdo corde, quoniam
ipſi Deum videbunt.
Plana, ſed plena ſunt ver-
ba, quę protulit verbũ: facun
da pariter & fœcũda, ſi tamen
diligentem habeãt inſpectorem, qui no
rit excutere frumentum de palea, & eli-
cere mel de fauo. Quibuſdam quęſtioni
bus præmiſſa verba pulſant animum, vt
pleniorem concipiant intellectum. Salo
mõ quippe teſtatur: Quis poteſt dicere,
Pro.20 Mundum eſt cor meum, & purus ſum à
peccato? Nam ſi dixerimus, quia pecca-
1.Ioan.1 tum non habemus, noſmetipſos ſeduci
mus, & veritas in nobis non eſt: quoni-
Iaco.3 am in multis offendimus omnes. Quo-
modo ergo beati ſunt mundo corde, ſi
nemo poteſt dicere ſe mundum habere
Hic aliqd deſideratur. cor? quam dicere, vel dicere, quam habe
re. Cor ſiquidem mundum habent viri
ſancti & homines iuſti, qui mũdati ſunt
Cor mundum quis habeat. à peccatis mortalibus, & à vitijs crimina
libus expiati, quales erãt illi, quibus Ve-
Ioan.13 ritas ipſa dicebat: Qui lotus eſt, non in-
diget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus
totus. Vos autem mundi eſtis, ſed nõ o-
mnes. Alioquin fruſtra oraſſet Pſalmi-
ſta, cum diceret: Cor mundũ crea in me Pſal.50
Deus, & ſpiritum rectum innoua in vi-
ſceribus meis. Amplius laua me ab iniu
ſtitia mea, & à delicto meo mũda me. Li
cet enim fragilis homo non poſſit omni
no venialibus culpis carere, quia nec lu-
na penitus eſt ſine macula, & ſepties in Pro.24
die cadit vir iuſtus, ſed fortior reſurgit:
p gratiam tñ Dei, quæ principaliter ope
ratur, & libertatem arbitrij, q̃d ſane coo-
peratur eidem, poteſt ab offenſis crimi-
nalibus abſtinere. Mundus autem hic
dicitur, non quia omnino mundus, ſed
magis magiſq; mũdandus, quia nullus
adeo mundus eſt in hac vita, quin mun-
dior poſſit eſſe in ea. Omnem, inquit, pal Ioan.15
mitem, qui fert fructum, purgabit eum,
vt fructus plus adferat. Nemo tamẽ di-
cere debet, quaſi gloriando, ſe cor mun-
dum habere, ſed qui ſtat videat ne cadat: 1.Cor.10
quia militia eſt vita hominis ſuper terrã, Iob.7
& ideo ante finem pugnę, non eſt de ſuc
ceſſu victorię gloriandum. Aduerſarius 1.Petri.5
enim noſter diabolus tanquam leo ru-
giens circuit quęrens quem deuoret: pu
gnantq; quotidie cõtra miſerum homi
nem, dæmon, mundus & caro. Dæmon
cum vitijs, mundus cum elementis, caro
cum ſenſibus. Beatus ergo q ſemper eſt Pro.28
pauidus: quia timor domini peccatum Eccli.1
expellit. Vnde timẽdum eſt potius & ca
uendum, quam gloriandum vel præſu-
mendum. Sed qui gloriatur, in domino 1.Cor.1
glorietur, non in ſublimitate, ſed in hu-
militate, ſicut gloriabatur Apoſtolus, di
cens: Libenter gloriabor in infirmitati- 2.Cor.12
bus meis, vt inhabitet in me virtus Chri
ſti. Nec eſt contrarium quod alibi dicit: 2.Cor.1
Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium con
ſcientiæ noſtræ. Quia gloria illa non e-
rat ſibi de ſe, ſed de Deo, id eſt, teſtimoni
um liberæ conſcientiæ, ne videlicet fru-
ſtra gloriaretur de Deo, ſi præſumeret
contra teſtimonium rectæ conſcientiæ
gloriari: quemadmodum fruſtra glori-
antur hypocritę, ſimiles ſepulchris defo Matt.23
ris dealbatis, intus aũt pleni ſunt omni
ſpurcitia, & oſſibus mortuorum. Quia
ſpiritus ſanctus diſciplinę effugiet fictũ. Sap.1
Vel, Quis põt dicere: mundũ habeo cor,

& purus ſum à pctõ? quaſi rarus. Quia
Matt.10 multi ſunt vocati, pauci vero electi. Pau
ci nanque ſunt boni reſpectu malorum.
Eccli.1 Quoniam ſtultorum infinitus eſt nu-
merus, & peruerſi difficile corriguntur.
Sed & delicta quis intelligit? Vnde cum
Pſal.18 1.Cor.4 dixiſſet Apoſtolus, nihil mihi conſcius
ſum, ſtatim adiunxit, nec tamen in hoc
iuſtificatus ſum. Et ideo Pſalmiſta dice-
bat: Ab occultis meis munda me domi-
Eccli.9 ne. Nam & alibi legitur: Nemo ſit vtrum
dignus ſit odio vel amore. Quod de præ
deſtinatione vel reprobatione potius in
telligitur, quemadmodum dominus lo
Mal.1 quitur per prophetã: Iacob dilexi, Eſau
autem odio habui: quia Deus prædeſti-
nauit Iacob, & Eſau reprobauit. Ergo
beati mũdo corde, quoniam ipſi Deum
videbunt. Sed quomodo ſunt beati, qui
adhuc ſunt in pugna & in miſeria? Quis
Rom.7 mundior erat Paulo, qui tamen dicebat:
Infelix ego homo, quis me liberabit de
corpore mortis huius? Cui cõſonat Pſal
miſta, dicens: Educ de carcere animam
Pſal.141 meam ad confitendum nomini tuo do-
mine. Si erat infelix, quomodo ergo bea
Eccli.1 tus? Nihil eſt quippe ſub ſole niſi vani-
tas & afflictio ſpiritus. Miſeriam enim
noſtram plus experiri contingit, quam
exprimi poſſit. Verum duplex eſt beati-
Beatitudo duplex. tudo, vna viæ, altera patriæ. Beatitudo
viæ conſiſtit in ſpe, beatitudo patriæ con
ſiſtit in re. Iſta conſiſtit in fide, illa in ſpe
cie. Iſta conſiſtit in merito, illa cõſiſtit in
ꝑmio. Iſta cõſiſtit in gratia, illa conſiſtit
Pſal.118 in gloria. De hac beatitudine legit: Beati
immaculati in via, qui ambulant in lege
Pſal.83 domini. De illa beatitudine dicitur: Bea
ti qui habitant in domo tua domine, in
ſeculum ſeculi laudabunt te. Iſti ambu-
lant, ſed illi habitant: quia iſti laborant,
ſed illi quieſcunt: iſti exercentur in lege,
ſed illi delectantur in laude. Beati ergo
ſunt mundo corde, ſed modo per ſpem,
tandem per rem: modo per fidẽ, tandem
per ſpeciem: modo per meritum, tãdem
per præmium: modo per gratiam, tan-
dem per gloriam: qm̃ ipſi Deũ videbũt.

Contrarium videtur dixiſſe Ioannes
Ioan.1 in Euangelio: Deum nemo vidit vn-
Exo.33 quam. Et Deus inquit in lege: Non vi-
debit me homo & viuet. Quibus tamen
Eſa.6 Eſaias videtur contradicere, dicens: Vi-
di dominum ſedentem ſuper ſolium ex-
celſum & eleuatum. Et Iacob: Vidi do- Gen.32
minum facie ad faciem, & ſalua facta eſt
anima mea. Forſan aliquis reſponderet
& diceret, quod Deus videri non poteſt
ſecũdum naturam diuinam, viſus eſt ta-
men ſecundũ naturam humanam, quẽ-
admodum innuit Hieremias: Hic eſt, in Baru.3
quit, Deus noſter, & non æſtimabitur
alius ad illũ. Poſt hæc in terris viſus eſt,
& cum hominibus conuerſatus eſt. Ve-
rum ergo eſt quod Deum nemo vidit ſe
cundum puritatem & ſimplicitatem di-
uinæ naturæ: quia Deus eſt ſpiritus in-
uiſibilis. Sed & verum eſt, quod viſus eſt
Deus ſecundum imaginem & ſimilitu-
dinem humanæ naturæ, quia factus viſi
bilis homo. Verum iſta viſionis diſtin-
ctio ad hunc ſententiæ intellectum non
pertinet: quia multi viderunt & vide-
bunt in Deo naturam humanam, qui ta
men nec beati fuerunt, nec erunt, vt He-
rodes & Pilatus, & Iudas, & Caiphas. Il
li quoque de quibus dicitur: Videbunt Ioan.19
in quem transfixerunt: qui non ad ſalu
tem, ſed ad damnationem videbunt: qa
tolletur impius ne videat gloriam Dei.
Beati ergo qui non viderunt & credide Ioan.20
runt. Sic eſt ergo potius diſtinguẽdum,
quod viſionum, alia eſt corporea, alia æ-
nigmatica, alia cõprehenſiua. Corporea Viſio triplex.
cõſiſtit in ſenſu. Aenigmatica, in imagi-
ne. Comprehenſiua in intellectu. De pri
ma dicitur: Viderunt oculi mei ſalutare Luc.2 1.Cor.13
tuum. De ſecunda legitur: Videmus nũc
per ſpeculum in ænigmate. De tertia ve-
ro ſubditur: Tunc autem videbimus fa-
cie ad faciem. Viſione corporea nullus
vnquam videre potuit aut poterit deita-
tem: quia Deus non eſt corpus, ſed ſpiri
tus. Viſione autem ænigmatica, Deus in
præſenti videtur vtcunque, non per ſpe-
ciem, ſed per fidem, nec plene, ſed im-
perfecte. Viſione vero comprehenſiua
pure videtur ab angelis ſanctis & anima
bus beatis, qui cognoſcunt, ſicut & co-
gniti ſunt. Verum eſt ergo quod Deum
nemo vidit vnquam, ſed intelligendum
eſt de viſione corporea. Verum eſt quo-
que quod ait: Non videbit me homo
vtique & viuet, ſed intelligendum eſt in
hac vita mortali. Quod bene ſignatum
eſt Moyſi, qui ſtans in foramine petræ,

Exo.33 poſteriora domini vidit, ſed faciem non
Dorſū dei videre qd ſit. aſpexit. Quia ſicut hō verſus à tergo ſci-
tur vtiq; quod ſit homo, ſed nō quis ho-
mo: ita quod Deus ſit modo ſcimus, ſed
quid ſit ipſe neſcimus. Scimus equidem,
quod ſit deus, ſed neſcimus quid ſit. Do
minum ergo patres antiqui viderunt æ-
nigmatice, per quandam videlicet ſimili
tudinem viſionis humanæ, quæ vel ſen-
ſui vel imaginationi potius apparebat.
Sed beati mundo corde, quoniā ipſi De
um videbūt. Non ait de pręſenti, vident,
ſed de futuro, videbunt: quia plenius &
perfectius videtur in futuro. Videtur ta
men & in præſenti per inſpirationis, cō-
templationis, oratiōis, meditationis, le-
ctionis, prædicationis, effectum, quibus
ad intuēdum Deum anima ſubleuatur.
Cor à quibus ſit mūdandum. Oportet autem mundari cor, & à crimi-
nalibus culpis, & à ſecularibus curis, ne
Deus lippis videatur oculis: quia ſi ocu-
Matt.6 lus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tu
um lucidum erit: ſin autem nequam exti
terit, totū corpus tuū tenebroſum erit.
Et ideo iſte minus, ille minime lumē in-
Ioan.3 tuetur æternnm. Nam qui male agit, o-
dit lucē, & in tenebris ambulat. Lux au-
Ioan.1 tē in tenebris lucet, ſed tenebræ eā mini-
me comprehenderunt. Obſcuratum eſt,
Rom.1 inquit Apoſtolus, inſipiens cor eorum:
& quo magis quis peccat, eo magis obte
nebrat, donec de tenebris interioribus
Matt.22 proijciatur in tenebras exteriores, vbi
erit fletus & ſtridor dentiū: vbi erit ver-
Eſa.66 mis qui non morietur, & ignis qui non
extinguetur.

Exeat igitur de Aegypto, qui vult ſacrificare domino in deſerto, purgetur à tenebris vitiorum: quia deus
1.Ioan.1 lux eſt, & in eo tenebræ non ſunt vllæ.
Heu ſi quis videret animā peccatricem,
Anima peccatrix quā ſit fœda & deteſtabilis. quam ſit fœda, quam ſit fœtida, quā ob-
ſcura, quam tenebroſa, profecto magis
abominabilis & deteſtabilis appareret
quam caro leproſa. Oportet etiā, vt qui
Curę ſeculares diuinam impediunt contēplationē Deum vult libere contemplari, mundet
cor à ſecularibus curis: quia quādiu fue
rit diuiſum per actiones mundanas, &
diſtractum per occupationes terrenas,
quaſi proſtratum ad ſolum, ſuſpicere ne
Luc.19 quit ad polum. Quod bene ſignatum eſt
in Zachęo, qui cum eſſet princeps publi
canorum, & ipſe diues, volebat videre
Ieſum quis eſſet, ſed præ turba non pote
rat, quia ſtatura puſillus erat. Princeps
erat publicanorum, & ideo negocijs ve
ctigalibus occupatus. Statura puſillus,
quia terrenis intentus, proſtratus erat in
terram, nec erectus in cœlū: & ideo præ
turba ſolicitudinum ſecularium, non
poterat videre Ieſum quis eſſet, donec
turbam præteriens, id eſt, occupationes
mundanas relinquens, aſcendit in arbo
rem ſycomorum, id eſt, ad fidem viuifi-
cæ crucis acceſſit. De qua apprehendit Eph.3
cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitu-
do, latitudo, quæ ſit ſublimitas & pro- Eccli.10
fundum. Abigantur autem muſcę mori
entes, quæ perdunt ſuauitatem vngenti, Muſcę morientes abigendę quę ſint.
hoc eſt, excludantur importunæ cogita
tiones, quæ contēplationis dulcedinem
tollunt: & paruuli alliſdantur ad petram, Pſal.136
id eſt, primi motus comprimantur ad
Chriſtum, vt anima de virtute in virtu- Pſal.83
tem aſcendens, Deum deorum videat in
Sion. Subſternat itaq; ſibi mens vniuer- Felicitas ſupernę vitę quomodo contēplanda.
ſa terrena, in quibus eſt vanitas & affli-
ctio, & tranſcendat ad inueſtiganda cœ
leſtia, in quibus eſt vera felicitas & beati
tudo perfecta: cōſiderans & admirās in
illa ſuperna curia ordines angelorū, pa-
triarcharum cœtus, prophetarum cho-
ros, apoſtolorum coronas, martyrū pal-
mas, confeſſorum manipulos, & virgi-
num fructus, quieſcentes in pace, gaudē
tes in laude, fulgentes in luce, ſine timo-
re ſecuros, ſine labore quietos, ſine do-
lore iucundos: quanta ſit illis cognitio,
delectatio & dilectio, quanta ſit pulchri
tudo, rectitudo, & fortitudo, quanta ſit
impaſſibilitas, incorruptibilitas & im-
mortalitas, quod ipſe Deus ſit omnia in
omnibus, merces & præmium ſingulo- Contēplatio quid ſit
rum. Et ſi ad hæc inueſtiganda mens ra
pitur cum quodam dulcedinis guſtu,
tunc vtique contemplatur. Et quam dul
ce ſit taliter contemplari, nouit ille ple-
nius, qui guſtauit. Adhuc tamen dul-
cior quidam contemplationis eſt gu-
ſtus, videlicet, inueſtigare complexum
patris & filij & ſpiritus ſancti, qui eſt a-
mor & delectatio vtriuſque ab vtroque
procedens: ſed nec poſterior nec minor
vtroque, tanquam conſubſtantialis, Trinitatis contēplatio.
vel coęternus vtriq;. Sicut em̄ in Chriſto
ſunt tres ſubſtantię in vna perſona, ſic in
Deo

Deo tres ſunt perſonæ in vna ſubſtãtia. In tribus ſubſtãtijs eſt aliud, ſed non alius. In tribus autem perſonis eſt alius, ſed nõ aliud: quia tres vnum ſunt, quod eſt æternum & ſimplex: quia nec principium habet nec finem, ſed eſt principium ſine principio, & finis ſine fine, quaſi principium ſit ad finem, & finis ſit ad principium. Nec habet multitudinem partium, nec habet concretionem proprietatum, quia nihil habet in ſe niſi ſe, nec aliud eſt habens ab habito, nec aliud habitum à habente: licet ipſius habentis * nulli ſit habitus, maius aut minus. Licet in ipſo ſubſtantialiter vno ſit alter & alius, videlicet pater & filius & ſpiritus ſanctus. In illo vero perſonaliter vno, quia & alterum eſt * & aliud inuenitur, prius & poſterius, maius & minus, videlicet æternum, nouum & vetus: æternum deitas, nouum anima, vetus caro. Inter hæc dulce nimis & iocundum, in hoc ſummo & vero bono inueſtigare potentiam, quæ cuncta creauit, ſapientiam, quæ cuncta diſpoſuit & benignitatem, quæ cuncta gubernat. A qua, & per quã, & in qua vniuerſa conſiſtũt, magna, pulchra & vtilia. Vt per magnitudinẽ inueſtiges potentẽ, per pulchritudinem ſapientem, per vtilitatem benignũ. Vnus tamen & idem eſt, qui creauit, diſpoſuit, & gubernat. In quo non eſt aliud potentia, quam ſapiẽtia, vel benignitas, vt ſicut eſt vnitas in natura, ſic & diſtinctio in perſonis. Sed deſinâmus ſcrutari ſcrutinium: quoniam accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, & inueſtigator maieſtatis opprimetur à gloria.

Tria in deo contẽplanda.

Pſal. 63
Pro. 25

Beati ergo ſunt mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Comprehenſiua ſiquidem viſio eſt animi beatitudo perfecta: quoniam hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Perfecte nanq; eſt beatus, cui omnia optata ſuccedunt. Et certe qui Deum videt, qcquid deſiderat habet. * Delectaris in ſapientia, quæ attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit vniuerſa ſuauiter. In quo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt abſconditi. Delectaris in pulchritudine, ſi Deũ vides, habes quod cupis, quia Deus eſt perfectiſſima pulchritudo, in quem deſiderant angeli proſpicere. Cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur. Delectaris in pace, ſi Deum vides, habes quod cupis, quia ipſe eſt perfectiſſima pax, quæ fecit vtraq; vnum, cuius pax exuperat omnem ſenſum. Delectaris in luce, ſi deum vides, habes quod cupis, qa Deus eſt perfectiſſima lux, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & ipſe habitat lucem inacceſſibilem. Delectaris in fortitudine, ſi Deum vides, habes quod cupis, qa Deus eſt perfectiſſima fortitudo. Cui nihil eſt impoſſibile, cuius voluntati nihil reſiſtit, qui eſt fortis & potens ſuper omnes Deos. Si delectaris forſan in dulcedine, ipſe eſt ſumma dulcedo, de quo dicit ſcriptura: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te. Guſtate, inquit, & videte quoniam ſuauis eſt dominus, dulcis & rectus, benignus & pius. Quid autem moramur in ſingulis? Quicquid boni deſideras, ſi Deũ vides, habes in eo. Qui cum ſit ſummum bonum, in ipſo eſt omnium plenitudo bonorum, quem ſi vides & comprehendis, ſi comprehendis, & habes. Propter hoc ſummum bonum adipiſcendum & obtinendum deſeruiſtis ſeculum, & eremum elegiſtis, non quãcunque, ſed illam videlicet, quam pater & patronus noſter beatus Benedictus elegit, in qua monaſticam vitam cõſtituit & monaſterium ordinauit, cuius vtiq; ſtatuta nõ ſolummodo propter votum, ſed etiam propter locum tenemini cuſtodire. Quocirca fratres mũdate cor veſtrum, vt deum videre poſſitis. Cor autem mundãdum eſt ſcopis illis, quibus mundata eſt domus illa, de qua ſpiritus immundus exiuit, quã poſtea ſcopis mũdatam & ornatam inuenit. Bona ſcopa eſt pœnitentia, bona eleemoſyna, bona ieiunium, bona oratio, bona vigilię. His vtiq; ſcopis domos veſtri cordis mundetis, vt Deum videre poſſitis. Ipſo præſtante, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Viſio comprehẽſiua quę.
Ioan. 17
Sap. 8
Col. 2
Ioan. 1
1. Timo. 6
Pſal. 30
Pſal. 33
Religionis ſiue monaſticę vitę ſcopus.
Scopę quibus cor mũdandũ ſit.

D. IN-

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III. IN NATALITIIS ET FESTIS SANCTOrum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum ac Virginum Sermones, quos Communes vocant.

DE APOSTOLIS.

De ſingulari prærogatiua, honoratione ac ueneratione apoſtolorum, & de tribus præcipue quæ illorum commendant honorabilem principatum.

SERMO I.

Pſal. 138

NIMIS honorati ſũt amici tui deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. In quo plus poſſet quiſpiam honorari, quam vt veri dei veraciter appelletur amicus? Si enim honorificum reputatur & inter amicos terreni regis aſſcribi, quanto plus debet honorabile reputari cœleſtis eſſe regis amicum? Inter familiares autem amicos debet eſſe communitas euẽtuum, communicatio ſecretorum, & cõmunicatio volũtatum: ex quibus amicitia fidelis comprobatur.

Amicitia fidelis in quibus cõprobetur.

Quoniam hoc eſt proprium amicorum, nihil eſſe proprium inter illos. Chriſtus enim tam inſolubili charitate ſibi deuinxit apoſtolos, vt ipſorum euentus reputet eſſe ſuos, quemadmodum verbis aiebat: Qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui vos recipit, me recipit.

Luc. 10

Propter quod Saulo dicebat: Saule, Saule, quid me perſequeris? Durum eſt tibi cõtra ſtimulum recalcitrare.

Acto. 9

Idem Petro quærenti: Domine quo vadis? reſpondit: Eo Romam, iterum crucifigi. Ipſe quidem impaſſibilis regnabat in cœlo, & tamen ſe paſſibilem dicebat in terris. Quoniam & ſua reputat ſuorum eſſe, & ſuorum reputat eſſe ſua. Non enim eſt diſpar euẽtus, quorum compar effectus: nec eſt diuerſa fortuna, quorum eſt vna anima. Vnde dicebat: Volo pater, vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Pater, quos dediſti mihi, volo, vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum: vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus.

Ioan. 17

Idem apoſtolos ſuos tam ſyncera ſibi amicitia copulauit, quod ſuorum eos fecit cõſcios ſecretorum. Iam, inquit, non dicam vos ſeruos, ſed amicos, qa ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis.

Ioan. 15

Et iterum: Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei, cæteris autem in parabolis.

Luc. 8

Propter quod ipſe dicebat: Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quoniam abſcondiſti hæc à ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis.

Matt. 11

Sed quomodo verum eſt, quod omnia quæcunque audiuit, nota fecit apoſtolis, quum alibi dicat: Multa habeo vobis dicere, quæ non poteſtis portare mo-

Ioan. 16

modo: Conſiderandum eſt, quis hoc di
xerit. Ille pfecto, qui dixit & facta ſunt:
qui cuncta nouit antequam fierent, cui
ſunt futura prçterita, vel potius cui ſunt
vniuerſa præſentia, tam præterita, quam
Eccli.18 futura: quoniam qui viuit in æternum,
creauit omnia ſimul. Quædã ergo quan
tum ad ipſum notificauit Chriſtus apo-
ſtolis, quæ quantum ad illos notifican-
Ioan.16 da erant eiſdem. Cum venerit, inquit, il-
le ſpiritus veritatis, docebit vos omnem
veritatem: quoniam docebit vos de om-
Ioan.6 nibus, & eritis oẽs docibiles Dei. Chri-
ſtus ergo tanquam verus amicus Apo-
ſtolis ſuis reuelauit occulta: ipſi vero tã-
quam veraces amici domini ſui benepla
cita perfecerunt: quemadmodum illis
Ioan.15 aiebat: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis
Ioan.14 quæ præcipio vobis. Nam ſi quis diligit
Mat.12 me, ſermonem meum ſeruabit: & qui fe
cerit voluntatem patris mei qui in cœ-
lis eſt, ipſe meus frater & ſoror & mater
eſt. Quapropter extendens manus in
diſcipulos ſuos ait: Hæc eſt mater mea,
1.Ioan.3 & hi ſunt fratres mei. Nimirum ipſe pro
illis animam poſuit, & illi pro ipſo ani-
Iob.1 mam poſuerunt. Pellem quippe pro
pelle, & cuncta quæ habet homo da-
Ioan.15 bit pro anima ſua. Maiorem autem
charitatem nemo habet, quam vt ani-
mam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.
Prou.23 Profecto ſederunt apoſtoli ad men-
ſam diuitis amici: & ideo talia parauerũt
illi, qualia perceperunt ab ipſo. Biberat
enim ille pro ipſis: & ideo biberunt ipſi
pro illo calicem paſſionis, Iuxta vocem
dicentis in Pſalmo: Quid retribuam
Pſal.115 domino pro omnibus quæ retribuit mi
hi. Calicem ſalutaris accipiam, & no-
men domini inuocabo. Ibant igitur a-
Acto.5 poſtoli gaudentes à conſpectu concilij,
quoniam digni habiti ſunt pro nomine
Ieſu contumeliam pati. Memores enim
erant diſcipuli eius, quod audierãt à ma
Luc.12 giſtro dicente: Qui me confeſſus fuerit
corã hominibus, confitebor & ego eum
Rom.10 coram patre meo. Nam corde creditur
ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad
Luc.9 ſalutem. Nam qui me erubuerit coram
hominibus, hunc filius hominis erube-
ſcet, cum venerit in maieſtate ſua, & pa-
tris & ſanctorum angelorum. Ideoq; di
cebat Apoſtolus: Mihi abſit gloriari, ni

ſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, p Gal.6
quem mihi mũdus crucifixus eſt, & ego
mundo. Licet igitur omnes ſancti ſint
honorabiles apud Deum, & apud Eccle
ſiam venerabiles: apoſtoli tamen princi
paliter & præcipue ſunt honorandi ac
venerandi, qui ſalutare Dei videre meru
erunt familiariter, & audire, quemadmo
dũ ipſe dominus proteſtatur: Beati qui
vident quæ vos videtis, & audiunt quæ Luc.10
vos auditis. Amen dico vobis: Multi re-
ges & prophetæ voluerunt videre quæ
vos videtis, & non viderunt, & audire
quæ auditis, & non audierunt. Propter
huius familiaris prærogatiuæ gratiam
ſingularem dominus eos & fratres & a- Ioan.15
micos appellat. Fratres, tanquam cohæ-
redes bonorum. Amicos, tanquam ſoci
os ſecretorum. Narrabo, inquit, nomen
tuum fratribus meis. Itemq; : Dico vo- Pſal.21
bis amicis meis, ne terreamini ab his, Luc.12
qui corpus occidunt, animam autem nõ
poſſunt occidere: Illorum autem princi
patum præuidens Propheta prædixit in
Pſalmo: Nimis honorati ſunt amici tui
Deus, nimis cõfortatus eſt principatus Pſal.138
eorum. Multa ſunt ſane, quæ bonorum
apoſtolorum commendant honorabi-
lem principatũ. Sed inter vniuerſa ſunt
principalia tria, dignitas, autoritas & po Honorabiles quæ ni apoſtolos fecerunt
teſtas. De dignitate nanq; Veritas inquit
apoſtolis: Vos eſtis qui permanſiſtis me
cum in tentationibus meis: & ego diſpo
no vobis regnum, ſicut pater meus mi- Luc.22
hi diſpoſuit, vt edatis & bibatis ſuper mẽ
ſam meam in regno meo. O quanta di-
gnatio domini, quanta dignitas ſerui, vt
videlicet ſeruus domino cohærens con
ſtituatur in regno, edatq; panem vitæ,
qui de cœlo deſcendit, & bibat vinum, Ioan.6
quod de latere Chriſti profluxit ſuper
menſam altaris in regno Eccleſiæ mili-
tantis. De his etiam ad ſponſam dicitur
per Pſalmiſtam: Pro patribus tuis nati
ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſu
per omnem terram. Duodecim enim a- Pſal.44
poſtoli nati ſunt Eccleſię pro duodecim
patriarchis, totidemq; pro prophetis,
quos ipſa principes ſuper omnẽ terram
conſtituit. Quoniam ipſi ſunt principes
populorum, qui fuerũt cum Deo Abra-
ham congregati. Porro, principatus iſte Pſal.46
non confert dominium, ſed tribuit mi-
niſte

niſteriũ: qm̃ interdicit dñatio,& indicit miniſtratio. Iuxta quod dñs inquit Apoſtolis: Principes gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur. Vos autem non ſic. Sed qui maior eſt inter vos, erit ſicut iunior, & qui præceſſor, ſicut miniſtrator. Et ideo princeps Apoſtolorum aiebat: Non quaſi dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo. Quoniam qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Excelſus enim dominus humilia reſpicit, & alta de longe cognoſcit. Propter quod dicitur: Quanto maior es humilia te in omnibus. Principem te conſtituerunt, noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Quanto enim humilior eſt ſublimitas, tanto ſublimior eſt humilitas. Ideoque ſint humiles, qui volunt eſſe ſublimes. Autoritatem dominus commemorat, & commendat Apoſtolis, dicens: Quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Facti non tam principes corporum, quam iudices animarum. Quoniam in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Dominus enim ad iudicium veniet cum ſenioribus populi ſui. Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ. Duodenarius enim numerus eſt ſacratus in duodecim Apoſtolis, duodecim Prophetis, duodecim Patriarchis, In duodecim exploratoribus, duodecim principibus, duodecim tribubus, In duodecim fontibus, duodecim lapidibus, duodecim ſedibus, In duodecim horis, duodecim menſibus, duodecim annis, In duodecim ſignis, duodecim ſtellis, duodecim gemmis, In duodecim portis, duodecim angulis, & duodecim fundamẽtis, In duodecim virgis, duodecim cubitis, & duodecim cophinis, In XII phialis, XII acetabulis, & XII mortariolis, In XII bubus, XII leuiculis, & duodecim arietibus. Eſt autem numerus ſuperabundãs, cõſtãs ex duobus ſenarijs, ſignãtibus pfectionẽ cogitationis & operis, ſiue mẽtis & corporis, ex trinario multiplicato p quaternariũ, & q̃ternario p trinariũ, ſi

Luc.22 · 1.Petri.5 · Luc.14.18 · Pſal.112 · Eccle.3 · Eccle.32 · Ioan.20 · Matt.16 · Eſa.3 · Prou.31 · Numeri duodenarij priuilegia.

gnantibus fidẽ indiuiduę trinitatis, & q̃tuor Euangeliorum doctrinã. Siue tres virtutes catholicas theologicas, & quatuor virtutes politicas, vex quinario ſenſuum, q̃ ſpectant ad corpus, & ſeptenario duorum, q̃ ſpectant ad ſpiritũ. Vnde Chriſtus primo die de qnque panibus hordeaceis, ꝓpter vitam actiuam cui deſeruiunt ſenſus corporis, & poſtea de 7. panibus triticeis, ꝓpter vitam contemplatiuã, cui deſeruiũt dona ſpũs, per manus Apoſtolorũ multitudinẽ populi ſatiauit. Hic numerus ex ſuis partibus aggregatis excreſcit in ſenarium: q conſtat ex denario & ſenario, mandatorũ executionẽ ſignãs. Quia decem ſunt legis mãdata, q̃ ſex diebus exequimur, excreſcentes in charitatis perfectionem, quæ ſecundum Apoſtolum ſedecim proprietates habere dinoſcitur. Charitas enim, inquit, patiẽs eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, nõ eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nunquam excidet. Poteſtas vero cõmendatur, & commemoratur, cum dicitur: Conuocatis Ieſus XII Apoſtolis ſuis, dedit illis poteſtatẽ ſpirituum immũdorum, vt ejcerent eos, & curarent omnem languorẽ & omnẽ infirmitatẽ. Et hinc illis aiebat: Si habueritis fidem, vt granum ſinapis, dicetis monti, tranſi hinc & tranſibit. Nam qui crediderit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet: q̃niam omnia poſſibilia ſunt credenti. Vnde reuerſi ſunt diſcipuli cum gaudio dicẽtes: Dñe, etiã dæmonia ſubijciũtur nobis in nomine tuo. Sancti namq; p fidẽ vicerũt regna, qm̃ hęc eſt victoria q̃ vincit mũdũ, fides noſtra. Iſti ſunt enim ad q̃rum clangorẽ muri Hierico corruerũt: q in ſua p̃dicatione conuerterũt mundũ ab errore ad veritatẽ, & à vitijs ad v̄tutes, euntes in mũdũ vniuerſum & p̃dicantes Euangeliũ vniuerſæ creaturæ, docẽtes oẽs gẽtes ſeruare, q̃cunq; mãdauit eis deus. Vnde pfecti p̃dicauerunt vbiq;, dño cooperãte, & ſermonẽ confirmãte ſequentibus ſignis. Nam In omnem terram exiuit ſo-

Hic videtur aliqd deſiderarĩ · Ioan.6 · Matt.15 · 1.Cor.13 · Matt.10 · Matt.17 · Ioan.14 · Mar.9 · Luc.10 · Heb.11 · 1.Ioan.5 · Ioſue.6 · Mar.16 · Matt.28 · Mar.16

Pſal.18 Pſal.63 nus eorum, & in fines orbis terrę verba eorũ. Annunciauerunt opera Dei & facta eius intellexerũt. Iſti ſunt vigiles, de
Cant.3 quibus ſponſa dicit in canticis: Inuenerũt me vigiles q cuſtodiũt ciuitatẽ: paululũ cum ptranſiſſem eos, inueni quẽ diligit anima mea. De qbus etiã ait dñs p
Eſa.62 Prophetam: Super murus tuos Hieruſalẽ poſui cuſtodes, tota die & nocte non tacebũt laudare nomen dñi. Iſti ſunt te-
Act.4 ſtes de quibus legitur: Quia virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimoniũ Ieſu Chriſti, queadmodũ pmiſerat illis:
Luca 24 Manete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Et eritis mihi teſtes
Act.1 in Hieruſalem, & in omni Iudęa & Samaria, & vſq; ad extremũ terræ. Vnde cum inhibiti fuiſſent Apoſtoli, ne in nomine Ieſu pdicarent, reſponderũt dicẽtes:
Act.5 Act.4 Oportet Deo magis q̃ hominibus obedire. Non enim eſt aliud nomẽ ſub cœlo, in q̃ oportet homines ſaluos fieri. Iſti ſunt cœli, de qbus per Pſalmiſtam dici-
Pſal.18 tur: Cœli enarrant gloriã Dei & opera manuũ eius annũciat firmamentũ. Ver-
Pſal 32 Iob.26 bo dñi cœli firmati ſunt, & ſpũ oris eius
Act.2 oĩs virtus eorũ. Quia ſpiritus dñi cœlos ornauit, & apparuerũt illis diſpertitæ linguę tãq̃ ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorũ: & repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto, & cœperunt loq varĳs linguis, prout ſpũs ſctũs dabat eloqui illis. Sane licet Chri-
1.Cor.3 ſtus ſit primum & præcipuum fundamẽtum eccleſiæ, de q̃ dicit Apoſtolus: Fundamentũ poſitũ eſt, præter q̃d aliud po-
Fundamẽta eccleſię ſecundaria eſſe apoſtolos. Pſal.86 ni nõ poteſt, q̃d eſt Chriſtus Ieſus: Apoſtoli tamẽ ſunt ſecũda & ſecundaria fundamenta, de quibus dicit Pſamliſta: Fundamenta eius in montibus ſanctis, diligit dñs portas Sion ſup oĩa tabernacu-
Eph.2 la Iacob. Hinc enim Apoſtolus ait: Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei: ſuper ædificati ſup fundamentũ Apoſtolorũ & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. Quia vero laudes Apoſtolicas non ſufficimus dignis pcōnĳs explicare, conuertamur ad pces, ſupfpliciter implorantes, vt q tantã dignitatem, autoritatem & poteſtatem à domino ſuſceperunt, & optinere merentur quicquid poſtulant in nomine ſaluatoris, ipſi pro nobis ſuis meritis & precibus interueniant apud eum, qui eſt ſup omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

In Communi Apoſtolorũ.

De diuerſis ciuitatibus Dei, nimirum cœleſti, terreſtri, ſpirituali & corporali.

SERMO II.

Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, in vanum vigilant qui cuſtodiunt eam. Pſal.126
Rex regum, fratres chariſſimi, diuerſas habet in diuerſis regionibus ciuitates: cœleſtem videlicet & terreſtrem, ſpirituale & corporalem. Cœleſtis ciuitas eſt eccleſia triumphantium. Terreſtris eſt eccleſia militantium. Spiritualis eſt fidelis anima. Corporalis eſt miſerabilis Hieroſolima. De prima legitur: Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. De ſecunda: Mons Sion latera aqlonis, ciuitas regis magni. De tertia: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. De quarta: Videns Ieſus ciuitatem, fleuit ſuper eam. Sed & nunc ſuper eam flere magis libet, quã aliquid dicere. Cuius enim pectus tam ferreum, cuius cor tam lapideum, vt gemitus nõ producat, lachrymas non effundat: cum diligenter attendat calamitoſam terræ ſanctę miſeriam, & miſerabilem terreni ſanctuarĳ calamitatem, vt dicere valeat cum Propheta: Viæ Sion lugent, eo q̃d non ſint qui veniãt ad ſolennitatem: & facti ſunt inimici eius in capite. O infelix euentus, vel eueniens infelicitas. De- us venerunt gentes in hæreditatem tuã, coinquinauerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Hieruſalem in pomorũ cuſtodiam. Fuderunt ſanguinem ſeruorum tuorum in circuitu Hieruſalem, & non erat qui ſepeliret. Deducti nos opprobrium vicinis noſtris, deriſum & cõtẽptum his qui in circuitu noſtro ſunt. Inſultant nobis inimici noſtri dicentes: Confidebatis in ligno: ſed ecce ſeipſum non potuit ſaluũ facere. Vnde nunc eſt eſt gloriatio veſtra: Perĳt omnino ſpes veſtra.

Marginalia (right): Ciuitas dei quadruplex. — I. Pſal.121 — II. — III. — IIII. Luc.19 — Thren.1 Deplangit terrę ſanctę captiuitas & deſolatio. Pal.78

veſtra. Stulti redite ad cor, & ſapientes
quandoque ſapite. Sed tu domine re-
ſponde pro nobis: imo reſponde pro te,
Deut.32 ne conſentiant aduerſarij noſtri & di-
cant: Manus noſtra & non Deus fecit
Pſal.126 hęc oĩa: quia niſi tu cuſtodieris ciuitatē,
Ioan.15 in vanum vigilant qui cuſtodiunt eam.
Sine me, inqt, nihil poteſtis facere. Por
ro cœleſtis ciuitas non munitur cuſto-
vitę ęternę felicitas dibus: quia non impugnatur ab hoſti-
bus. Eſt em̄ in ea ſecuritas ſine timore,
Pſal.30 iocunditas ſine dolore, dies ſine nocte,
vita ſine morte. O quam magna multi-
tudo dulcedinis tuæ domine, quam ab-
1.Cor.2 ſcondiſti timentibus te: quam neque
oculus vidit, neque auris audiuit, nec in
cor hominis aſcendit. Fœlix anima, cui
datum ciuitatem iſtam, non ſolum inha
bitare per gloriam, verum etiam adire
per gratiam: non tantum intueri per ſpe
Eccleſia militans. ciem, ſed imaginari per fidem. Ciuitas
vero ſuper montem conſtructa, funda-
mentum habet & muros, turres & por-
tas, cuſtodes & hoſtes. Mons autem ſu
Eſa.2 per quem ciuitas iſta conſiſtit eſt Chri
ſtus, qui de lapide paruo creuit in mon
tem magnum, mons in vertice monti-
um, ad quem confluunt omnes gentes,
Matt.5 de quo ipſemet dicit: Non poteſt ciui-
tas abſcondi ſuper montem poſita. Hic
eſt primum & præcipuum, quaſi funda
mentum fundamentorum. de quo di-
1.Cor.3 cit Apoſtolus: Fundamentum poſitum
eſt, præter quod aliud poni non poteſt,
quod eſt Chriſtus Ieſus. Super hoc fun
damentum quaſi ſecundaria fundamen
ta conſurgunt Apoſtoli & Prophetæ,
de quibus inquit Pſalmiſta: Fundamen
Pſal.86 ta eius in montibus ſanctis. Muri ciui-
Muri eccleſię. tatis ſunt vniuerſi fideles, ſuperędificati
ſuper fundamentum Apoſtolorum &
Eſa.62 Prophetarum, de quibus inquit Pro-
pheta: Super muros tuos Hieruſalē con
ſtitui cuſtodes. Sed & Chriſtus eſt mu-
Eſa.26 rus murorum, de quo legitur: Vrbs for
titudinis noſtræ Sion ſaluator, ponetur
Turres. in ea murus. Inter hos muros quaſi tur-
res eleuantur perfecti, præminentes
pſal.121 excellentia meritorum, de quibus in-
quit Pſalmiſta: Fiat pax in virtute tua, &
abundantia in turribus tuis. Sed & Chri
ſtus eſt turris turrium, de qua legitur:
pſal.60 Factus eſt ſpes mea turris fortitudinis

à facie inimici. Portæ ciuitatis ſunt do- portę.
ctores eccleſię, quæ gentes introducunt
ad fidem, De quibus inquit Pſalmiſta: Pſal.86
Diligit dominus portas Sion ſuper om
nia tabernacula Iacob. Sed & Chriſtus
eſt oſtium oſtiorum, qui de ſe ait: Ego Ioan.10
ſum oſtium &c̄ Cuſtodes ciuitatis ſunt Cuſtodes.
rectores eccleſiæ, ſancti Apoſtoli & apo
ſtolici viri, de quibus ſponſa dicit in can
ticis: Inuenerunt me vigiles qui cuſtodi Can.3
unt ciuitatem. Sed & Chriſtus cuſtos cu
ſtodum, de quo legitur: Ad me clamat Eſa.21
rex Seir: Cuſtos quid de nocte? Ad hūc Ciuitas ſpiritualis
modum dilectiſſimi fratres, ſpiritualis
ciuitas habet fundamentum & muros,
turres & portas, cuſtodes & hoſtes. Fun
damentum animæ fides eſt, de qua dicit Heb.11
Apoſtolus: Fides eſt ſubſtantia rerum
ſperandarum, argumentum non appa-
rentium. Scriptum eſt enim: Niſi credi- Eſa.7
deritis, non permanebitis. Quatuor ani
mæ muri, ſunt quatuor principales vir-
tutes: Iuſtitia, fortitudo, prudentia, tem
perantia. Murus iuſtitiæ reſpicit orien- Mal.4
tem, per quam timentibus Deum ori-
tur ſol iuſticiæ, qui illuminat omnem Ioan.1
hominem venientem in hunc mundū.
Murus fortitudinis reſpicit aqlonem,
per quam occidua fugimus, quæ ſecun- Hiere.1
dum Prophetā ab aquilone panduntur.
Murus temperantiæ reſpicit ad meridi-
em, per quam illecebras coercemus,
quibus concupiſcentiæ ſeruor ardeſcit.
Murus prudentiæ reſpicit occidentem,
per quam occidua fugimus, ne cum i-
pſis infeliciter occidamus. Turres ani-
mę ſunt dona ſpiritus ſeptiformis. Quę Eſa.11
Eſaias enumerat dicens: Requieſcet
ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intelle-
ctus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpi
ritus ſcientiæ & pietatis, & replebit e-
um ſpiritus timoris domini. Sed vt bre-
uiter trāſeam, animæ porta eſt charitas,
ianua ꝟo ſpes, cæterę virtutes ſunt ꝑpu-
gnacula. Cuſtodes animæ angeli ſunt,
De quibus veritas dicit: Angeli eorum Matt.18
ſemper vident faciem patris. Vtraque Hoſtes quadruplices.
ciuitas multiplices hoſtes habet: ſupe-
riores & inferiores, interiores & exterio
res. Superiores ſunt dæmones malignā
tes. Inferiores ſunt homines aduerſan-
tes. Interiores ſunt concupiſcentię car-
nales. Exteriores ſunt illecebræ ſecula-

res. De ſuperioribus inquit Apoſtolus:
I. Non eſt nobis colluctatio aduerſus car
Eph.6 nem & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiri-
II. tualia nequitiæ in cœleſtibus. De inferi
Pſal.128 oribus dicit Pſalmiſta: Supra dorſum
meũ fabricauerũt peccatores, plongaue
III. runt iniquitatẽ ſuã. De interioribus ait
Gal.5 Paulus: Caro concupiſcit aduerſus ſpi-
ritũ, & ſpiritus aduerſus carnem. De ex
IIII. terioribus dicit Ioannes: Nolite dilige-
1.Ioan.2 gere mundum, neque ea quæ in mũdo
ſunt: quia quicquid in mundo eſt, aut
eſt concupiſcentia carnis, aut concupi-
ſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. In-
felix hõ, quẽ tot inimici circunſtãt, quẽ
tot hoſtes impugnant. Ob hoc & clama
Rom.7 bat Apoſtolus: Infelix ego homo, quis
me liberabit de corpore mortis huius?
Pſal.126 Certe niſi dominus cuſtodierit ciuita-
tem, in vanum vigilant qui cuſtodiunt
Rom.9 eam. Quia non eſt currentis, neque vo-
lentis, ſed Dei miſerẽtis. Aduerſus hos
quatuor hoſtes, rectores eccleſiæ q̃tuor
noctis vigilias debẽt ſolicite cuſtodire.
Nã paſtores cuſtodiebãt vigilias noctis
ſup gregẽ ſuum, videlicet, conticinium,
gallicantum, intempeſtum, & anteluca-
num: in quibus cuſtodes ciuitatis obſeſ
ſæ vigilant alternatim. Primam ergo
noctis vigiliam cuſtodire debent aduer
ſus hoſtes ſupiores, id eſt, contra fallaci
as dæmonũ. Secũdam, aduerſus hoſtes
inferiores, id eſt, contra verſutias homi
num. Tertiam, aduerſus hoſtes interio-
res, id eſt, contra carnales concupiſcen-
tias. Quartam, aduerſus hoſtes exterio-
res, id eſt, cõtra ſeculares illecebras. Pri-
mus enim hoſtis tanquam ſerpens calli
dus Euam ſeduxit. Secundus, tanquam
vulpes doloſa, vineas depaſcit. Tertius,
tanquam Dalida blandiens, Sampſonẽ
circumuenit. Quartus, tanquam Sirena
mulcens nautas adducit. Hinc forte no
cturnũ officiũ in quatuor partes diſtin-
ctũ eſt: in tres nocturnos, & matutinas
laudes. Quod, vt tradũt, diuiſum p qua-
tuor noctis vigilias, contra quatuor ho
ſtium perſecutiones antiquitus decan-
tabat eccleſia. Primus enim hoſtis perſe
quitur per diabolicas ſuggeſtiones. Se-
cundus, per hæreticas ſubuerſiones. Ter
tius, p vanas delectationes. Quartus, p
mundanas ambitiones. Sed vt cæteros

Vigiliæ noctis quatuor contra quatuor hoſtes cuſtodiendæ. Luc.2

Nocturnũ officiũ cur in quatuor partes diuiſũ ſit.

ptermittã, ex ipſis hominibus varios ha
bet hoſtes: impios & ſciſmaticos, perfi-
dos & hæreticos. Nondum enim ex to
to defecerunt ſchiſmati, qui nitũtur di-
uidere caput à membris, patrem à filijs,
paſtorem ab ouibus. Sed niſi deſiſtant,
cum Dathan & Abiron portionem acci Num.16
pient, quos terra viuos abſorbuit. Nec-
dum etiam defecerunt hæretici, quorũ
ſermo ſerpit vt cancer. Quia venenum Hiere.51
aſpidum & fel draconum in aureo cali-
ce Babylonis propinant: qui veris falſa
miſcentes, ſub prætextu religionis vi-
rus nequitiæ diffundunt in ſimplices.
Veniunt autem in veſtimentis ouium, Matt.7
cum ſint lupi rapaces. Inſtemus ergo ſo
liciti, circunſpiciamus attenti, vt capia-
mus vulpes paruulas, quæ demoliun- Can.2
tur vineas: ora quidem habentes diuer-
ſa, ſed caudas ad inuicem colligatas: qa Pſal.61
de vanitate conueniunt in idipſum. Si
diligenter cuſtodimus diuitias tempo-
rales, quanto diligentius cuſtodire de-
bemus diuitias ſpirituales. Qui fidẽ ſur
ripit, vitam furatur: quia iuſtus ex fide vi Rom.1
uit. Qui charitatem tollit, Deum adi-
mit: quia Deus charitas eſt. Ab his ergo
hoſtibus meritis & precibus beati N.
Apoſtoli ciuitatem ſuam cuſtodiat do-
minus Ieſus Chriſtus, Qui eſt ſuper om
nia Deus benedictus in ſecula ſeculo-
rum. Amen.

In Communi de Euãgeliſtis.

De quadruplici acceptione paradiſi, ſecundum quam uerba thematis quatuor modis exponuntur, ſcilicet, hiſtorialiter, allegorice, moraliter & anagogice.

SERMO VNICVS

FLuuius egredie- Gen.2
batur de loco vo-
luptatis ad irrigã
dum paradiſum.
Qui diuiditur in
quatuor capita,
Phiſon & Geon,
Tigrin & Euphra
tem

Paradiſus q̃druplex tẽ.Quadrupliciter in ſacra ſcriptura le-
giſ paradiſus.Superior &inſerior,interi
or & exterior. Superior eſt cœleſtis, in-
ferior eſt terreſtris. Interior ſpiritualis,
exterior corporalis. Cœleſtis in patria,
terreſtris in via:ſpiritualis in mente,cor
poralis in oriente. De ſuperiori paradi-
Eze.28 ſo dicitur ad Luciferum: Tu ſignaculũ
ſimilitudinis,plenus ſapientia & perfe-
ctus decore,in delicijs peradiſi Dei ſui-
Apoc.2 ſti.De inſeriori dicitur a d angelum E-
pheſi:Vincenti dabo edere de ligno vi-
te, quod eſt in paradiſo Dei mei. De ſpi
rituali ſcriptum reperitur in Euange-
Lucæ 23 lio:Amen dico tibi, hodie mecum eris
in paradiſo. De corporali ſcriptum re-
Gen.2 peritur in Geneſi:Plantauerat dominus
Deus paradiſum voluptatis à principio.
Secundum hanc quadripartitam acce-
ptionem nominis paradiſi,quatuor mo
dis propoſita verba poſſunt exponi. Hi
ſtorialiter,&allegorice,moraliter &ana
gogice. Hiſtorialiter enim fons quidã
erumpit de medio paradiſi ad irrigan-
dum herbas & arbores paradiſi. Qui
de paradiſo progrediens in quatuor ca
pita deriuatur,quæ ſunt quatuor flumi-
Allegorice qd deſignet fluuius paradiſi. na paradiſi.Allegorice vero fluuius qui
de loco voluptatis egreditur, eſt Euan-
gelica prædicatio, quæ de domino Ieſu
Chriſto procedit. Qui eſt fons vitæ, in
cuius lumine videbimus lumen: à quo
generaliter omnis vera voluptas ema-
Matt.11 nat. Venite, inquit, ad me omnes qui la
boratis & onerati eſtis, & ego vos refi-
ciam: & inuenietis requiem animabus
veſtris.Iugum enim meum ſuaue eſt, &
Pſal.33 onus meum leue. Guſtate & videte quo
niam ſuauis eſt dominus,beatus vir qui
ſperat in eo. Hæc prædicatio recte flu-
uio comparatur, non ſolum quia refi-
cit,abluit & fœcundat, ſed quia fluuius
pro.18 dicitur aqua fluens. Et vt ait Salomon:
Aqua profunda,verba ex ore viri,& tor
rens mundans eſt fons ſapientiæ :quæ
tam longe lateq; defluxit, vt mũdum re
Mar.16 pleuerit vniuerſum. Iuxta quod domi-
nus ipſe præcepit Apoſtolis dicens:E-
untes in mundum vniuerſum prædica-
te Euangelium omni creaturæ. Qua-
Pſal.18 propter:In omnem terram exiuit ſonus
eorum,& in fines orbis terrę verba eo-
rum.Hæc irrigat paradiſum,id eſt,fœcũ
dat eccleſiam. Iuxta quod dicit Apoſto 1.Cor.3
lus:Ego plantaui,Apollo rigauit:Deus
autem incrementum dedit.Hic eſt enim Can.4
ſons hortorum,puteus aquarum viuen
tium,quę fluunt impetu de libano.Flu- Euangelia quatuor per quatuor fluuios paradiſi ſignificata.
uius iſte in quatuor capita diuiditur:qa
prædicatio Ieſu Chriſti in quatuor E-
uangelia deriuatur. Licet enim multi
ſcripſerunt Euangelia: nam vt Lucas te
ſtatur multi conati ſunt ordinare narra
tionem eoꝶ quæ in nobis cõpletæ ſunt: Cur tantũ quatuor euangelia recepta ſit
tamen non niſi quatuor recepta ſunt ab
eccleſia,videlicet,Matthęi,Marci,Lucę,
Ioannis.Quod vtique ſactum eſt ratio- I.
ne multiplici. Primo ad oſtendendam
duorum teſtamentorum concordiam. Teſtamentorũ duorum cõcordia.
Sicut enim in veteri teſtamento vnus ſu
it legiſlator,videlicet Moyſes, & quatu
or maiores Prophetæ, videlicet Eſaias,
Hieremias,Ezechiel, & Daniel:duode-
cim autem minores Prophetæ,ac multi
alij ſapiẽtes, vt Iob,Dauid & Salomon,
& Ieſus:ita & in nouo teſtamento vnus
fuit legis dator,videlicet Chriſtus, & q̃
tuor Euangeliſtæ, videlicet Mattheus,
Marcus,Lucas,Ioannes. Duodecim au
tem Apoſtoli: & alij multi doctores, vt
Hieronymus,Auguſtinus,Ambroſius,
& Gregorius: vt per hoc oſtendatur,qa
rota continetur in medio rotæ, & duo Ezech.1
Seraphin ſeſe reſpiciunt verſis vultibus Exo.25
in propitiatorium.Secundo,pro myſte- II.
rio quadrugæ Aminadab de qua ſpon
ſa dicit in canticis: Anima mea turbata
eſt propter quadrigas Aminadab,Ami-
nadab enim interpretatur ſpontaneus Amiadap quid.
Dei.Hic eſt Chriſtus,qui ſactus eſt obe- phil.2
dens vſque ad mortem: & oblatus eſt, Eſa.53
quia ipſe voluit. Huius quadriga eſt E-
uãgelica doctrina,per quam ſama Chri Quadriga Amiadab quid myſtice.
ſti per mundum vehitur vniuerſum.Cu
ius quatuor rotæ ſunt quatuor Euange
liſtæ. Proprer hanc quadrigam ſponſa,
id eſt,eccleſia ſalubri dolore turbaſ ad III.
pœnitentiam.Tertio,ad ſignificandam
liberationem humani generis à morte
quadrifida, id eſt, à transgreſſione qua-
druplici.Prima namq; ſuit transgreſſio
mãdati in paradiſo, ſecunda tranſgreſ-
ſio legis naturalis, tertia transgreſſio le-
gis ſcriptę,quarta, transgreſſio Euange
lij.Vel potius, pęccatum ſragilitatis, per
impotentiam: peccatum ſimplicitatem

per ignorantiam: peccatum ſecuritatis, per negligentiam: peccatum malignitatis, per inuidentiam. His enim quatuor modis peccati anima moritur, id eſt, ſeparatur à Deo. ꝓ myſterio forte quadrati. Sicut enim inter cęteras formas quadrum, ſic inter cæteras doctrinas Euangelium ſolidius & ſtabilius perſeuerat. Nam illud vndique ſtat, & iſtud propter ſtabilitatem appellatur æternum: per cuius gratiam homo quadratur in moribus, id eſt, virtutibus ſolidatur. Iſtorum autem potius quam aliorum Euangelia ſunt recepta: tum quia diligentius & apertius hiſtoriam Euangelicam deſcripſerunt, tum quia licet aliquando varia, nunquam tamen contraria: licet interdum diuerſa, nunquam tamen aduerſa ſcripſerunt. Et quoniam iſti quatuor per figuras quatuor animalium in viſione Ioannis & Ezechielis præfigurati fuerunt.

Apoc.4

Cur Matheus per hominem figuretur

Mattheus per hominem: eo quod eius intentio præcipue circa ſcribendam humanitatem Chriſti verſatur. Vnde ab humana Chriſti natiuitate liber eius ſumit exordium: Liber, inquit, generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham.

Matt.1

Marc' cur per leonẽ deſignet

Marcus per leonem: eo quod eius intentio præcipue circa deſcribendam Chriſti reſurrectionem cõſiſtit. Vnde eius Euangelium in die reſurrectionis Antonomaſtice legitur. Dicitur enim quod leo rugitu maximo tertia die ſuos excitat catulos. Ita Deus pater immenſa potentia filium ſuum tertia die ſuſcitauit. Vnde & Marcus ab exclamatione incipit dicens: Vox clamantis &c̃.

Mar.1

Pro.30

Hic eſt leo fortiſſimus beſtiarũ, qui ad nullius paueſcit occurſum: qui quantę ſanctitatis exſtiterit, ipſius collobium, quod in hac ſua conſeruatur eccleſia, patentur oſtendit.

Lucas cur per vitulum ſignificetur.

Lucas per vitulum: eo quod eius intentio præcipue circa ſcribendam Chriſti paſſionem verſatur: in qua Chriſtus ſe obtulit hoſtiam Deo patri: idem ipſe ſacerdos & hoſtia. Vitulus enim erat hoſtia ſacerdotis. Vnde à ſacerdotio incipit dicens: Fuit in diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos quidam, &c̃.

Luc.1

Ioannes cur per aquilam figuretur.

Ioannes per aquilam: quia cæteris in terra cum domino gradientibus, ipſe in cœlum ad deſcribendam Chriſti diuinitatẽ volauit, & ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum & Deus erat verbum.

Ioan.1

Hæc quatuor principales intentiones deſignatæ ſunt per figuras illorum quatuor animalium. Quorum quodlibet ſecundum viſionem Ezechielis quatuor facies habet: quoniam omnes de ſingulis agunt, licet quidam principalius de quibuſdã: præſertim cum omnes agãt de Chriſto, cui quatuor illę figuræ conueniunt. Fuit enim homo naſcendo, vitulus moriendo, leo reſurgendo, aquila aſcendendo.

Ezech.1

Gen.2

Phiſon q̃d

Hi ſunt Phiſon, & Geon, Tigris, & Euphrates. Phiſon interpretatur oris mutatio: per quem ſignificatur Ioannes, qui mutat os, cum de diuinitate ad humanitatem deſcẽdit, vel de humanitate ad diuinitatem aſcendit. Vnde cum de diuinitate dixiſſet: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: conſequenter ad humanitatem deſcendit, dicens: Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

Geon q̃d.

Geon interpretatur hiatus terræ: per quem ſignificatur Mattheus, qui humanam Chriſti generationem deſcribit, de qua dicit Propheta: Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit, id eſt, Chriſtus natus eſt de Maria.

Tigris q̃d.

Tigris interpretatur velox, ſignans Marcum, qui cæteris velocius, id eſt, breuius deſcribit hiſtoriam Euangelicam. Cui figura leonis congrue coaptatur, qui eſt animal velociſſimum.

Euphrates quid.

Euphrates interpretatur frugifer, ſignificans Lucam, cui ſecundum viſionem Propheticam figura vituli coaptatur, qui frugibus excolendis inſeruit: & ipſe fructum vẽtris bene dictum deſcribit.

Exo.25

Euangeliſtę vt per quatuor annulos arcę ſignificentur.

Hi quatuor ſignificati ſunt etiam per quatuor annulos arcæ, qui rotundi erant & aurei. In auro namque claritas, in rotũdo deſignatur æternitas: quia rotundum & initio caret & fine. Elegãter eñ per annulos aureos deſignant, q̃ ęternã Chriſti claritatẽ, & clarã æternitatẽ deſcribũt. Per duos annulos à ſiniſtris, ſignificant, duo Euãgeliſtę, q̃ doctrinã Euãg. nõ acceperũt à Chriſto: ſed vnus à Petro, vꝫ Marcus, & alter à Paulo, ſ. Lucas. Per duos à dextris, duo illi, q̃ ab ipſo Chriſto fuerũt edocti, ſ. Matthæus & Ioãnes. Quidam tamen per duos annulos à ſiniſtris Matthæ-

thæum,& Ioannem accipiunt,qui adhę
ſerunt domino adhuc paſſibili & mor-
tali.Per duos à dextris Marcum & Lu-
cam qui poſt aſcenſionem adhæſerunt
Chriſto,iam facto immortali & impaſ-
ſibili.Per ſiniſtram enim mortalitas:per
dexterã vero immortalitas deſignatur,
Cant.2 ſecundum illud: Leua eius ſub capite
meo, & dextera eius amplexabitur me.
Propter hanc cauſam in picturis Eccle-
ſiarum Paulus ad dexteram, & Petrus
ad ſiniſtram Saluatoris ſtatuitur.

Fluui⁹ paradiſi qđ deſignet. Moraliter autem fluuius,qui de loco
voluptatis egreditur,eſt infuſio gratiæ,
quæ de ſpiritu ſancto procedit:q eſt de-
lectatio patris & filij,amor & connexio
Pſal.35 vtriuſq;,De quo dicit Pſalmiſta:Torren
te voluptatis tuæ potabis eos.Hæc irri-
gat paradiſum,id eſt, inebriat mentem,
ſecundum id quod in Pſalmo præmitti
tur: Inebriabuntur ab vbertate domus
tuæ.

Diuiditur autem in quatuor capita,
id eſt,in quatuor principales virtutes,Iu
ſtitiam,fortitudinem,prudentiam,tem-
perantiam.Hæc ſunt moraliter quatuor
flumina paradiſi, De quibus Veritas di-
Ioan.7 cit: Qui credit in me,flumina de ventre
eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dice-
bat de ſpiritu,quem accepturi erant cre-
dentes in eum.

Anagogice. Anagogice vero,fluuius qui de loco
voluptatis egreditur,eſt beatitudinis af-
fluentia,quæ de diuina perfruitione pro
cedit.Hæc irrigat paradiſum, id eſt,læti-
Pſal.45 ficat patriam,ſecundum illud:Fluminis
impetus lætificat ciuitatem Dei.Diuidi-
tur autem in quatuor ſpecies,duas perti
nentes ad ſtolam corporis, & totidem
pertinentes ad ſtolam animæ. Ad illam
pertinent claritas & impaſſibilitas. Ad
iſtam pertinẽt,cognitio & delectatio.De
Matt.13 claritate corporis legitur:Fulgebunt iu-
ſti ſicut ſol in regno patris eorũ.De im-
Apoc.21 paſſibilitate carnis legitur: Abſterget de
us omnem lachrymam ab oculis ſancto
rum,& iam nõ erit amplius neq; luctus
neque clamor,ſed nec vllus dolor: quo-
niam priora tranſierunt. De mentis co-
gnitione Veritas ait:Hęc eſt vita æterna,
Ioan.17 vt cognoſcant te ſolum verum deum, &
quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Ibi cogno-
ſcemus ſicut & cogniti ſumus:videntes,
non per ſpeculum in ęnigmate,ſed facie 1.Cor.13
ad faciem. De cordis delectatione dicit
Pſalmiſta: Exultabunt ſancti in gloria, Pſal.149
lætabuntur in cubilibus ſuis. Ibi gaudi-
um noſtrum implebitur,quod omnem
ſenſum exuperat:ad quod per ſuam mi-
ſericordiam ineffabilem nos faciat per-
nenire,meritis & precibus beatiſſimi N.
Euangeliſtæ,dominus Ieſus Chriſtus,
qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in
ſecula ſeculorum,Amen.

In Communi de vno Martyre.

*De abnegatione ſui, & quinque
gradibus eius,& de myſterio, &
ſacramento ſanctæ crucis.*

SERMO I.

QVI vult venire
poſt me, abneget Luc.9
ſemetipſum,&tol
lat crucem ſuã, &
ſequatur me.

Volẽtibus ire
poſt Chriſtũ duo
principaliter dicũ
tur,videlicet,abnegare ſeipſum,& tolle-
re crucem poſt Chriſtum. Hoc eſt,decli- Pſal.36
nare à malo,& facere bonũ,vt q̊ præceſ-
ſit ſublimitas capitis,illuc & corporis hu
militas ſubſequatur. Abnegationis autẽ
huius qnq; ſunt gradus: qa debet Chri- Abnegationis gradus qnq;.
ſtianus abnegare, nõ tm̃ aliena, ſed ſua:
nec ſua tm̃,ſed ſe:nec ſe tm̃,ſed ſeipſum:
nec ſeipſum tm̃,ſed ſemetipſum. Abne-
gat aliena,qui nec oblata retinet, nec cõ
cupiſcit auferre. Vnde Zachęus: Si qd ali
quẽ defraudaui reddo quadruplum. Ab Lucæ 19
negat ſua,q neq; acquiſitis adheret,neq;
inhiat acquirendis. Vñ Petrus: Ecce nos Matt.19
reliquimus oia & ſecuti ſumus te. Ab-
negat ſe,q cõcupiſcẽtias carnis caſtigat.
Vnde Paulus: Caſtigo corpus meũ & in 1.Cor.9
ſeruitutẽ redigo. Abnegat ſeipſum,q cu
piditates mentis euacuat. Vnde Dauid:
Dñe non eſt exaltatũ cor meũ,neq; elati Pſal.130
ſunt oculi mei. Abnegat ſemetipſum,
qui propriam abdicat voluntatem. Vn- Mar.14
de Ieſus: Non quod ego volo,ſed quod
tu. Cum ergo guloſus ſit ſobrius,luxu-
rioſus ſit caſtus,auarus ſit largus,ſuper-
bus ſit humilis, iracundus ſit manſue-

 tus,

tus:&,vt generaliter dicam, cum crimi-
noſus ſit virtuoſus, tunc abnegat ſei-
pſum, vt dicere valeat cum Apoſtolo:
Gal.2 Viuo iam non ego, viuit autem in me
Chriſtus. Quum autem impius ab im-
pietate conuertitur, profecto dicere po-
teſt: Non ſum qui fueram, quia videli-
cet non eſt talis in culpa, licet idem ſit in
natura, Secundum illud Propheticum:
Verte impios & non erunt. Qui ergo
pro.12 vult ire poſt Chriſtũ, abneget ſeipſum.
Porro, ſi iuxta teſtimonium veritatis in
hominis voluntate conſiſtit, vt abne-
gando ſeipſum, poſſit ire poſt Chri-
Rom.9 ſtum, quid eſt quod dicit Apoſtolus:
Non eſt volentis, neque currentis, ſed
Dei miſerentis? Verum id dicitur, quia
bonum opus principalius ſpectat ad
Dei miſericordiam, quam ad hominis
Voluntas humana quomodo præueniatur & adiuuetur à dei miſericordia. voluntatem. Quia diuina miſericordia,
non ſolum præuenit & præparat, verum
etiã ſubſequitur, & proſequitur volun-
tatem humanam. Præuenit inſpirando,
ſubſequitur adiuuando. Præparat vt in-
cipiat, proſequitur vt perficiat. De præ-
Pſal.58 ueniente Propheta dicit in Pſalmo: Mi
ſericordia eius præueniet me. De ſubſe-
Pſal.22 quente dicit in alio: Miſericordia tua
ſubſequetur me. Gratia nanque principali-
ter operatur, cui ſecundario coopera-
tur arbitrium. Iuxta quod dicit Apo-
ſtolus: Gratia Dei ſum id quod ſum, &
1.Cor.15 gratia eius in me vacua non fuit. Et i-
deo Veritas ait: Qui vult venire poſt me,
Luc.9 abneget ſemetipſum, & tollat crucem
ſuam, & ſequatur me. Suam dicit, id
eſt, voluntariam, non coactam: ſponta-
neam, non inuitam: per patientiæ vir-
tutem, non per angariæ ſeruitutem.
Quia non placent ei coacta ſeruitia, qui
potius exigit cor quam manum, vo-
luntatem, quam actionem. Spontane-
us enim tulit crucem Ieſus, De quo le-
Ioan.19 gitur: Et baiulans ſibi crucem, exiuit in
eum, qui dicitur Caluariæ locus. Inui-
Matt.27 tus autem tulit crucem Simon Cyrenæ
us, De quo legitur, quod angariaue-
Myſteriũ crucis quã ſit profundum. runt eum, vt tolleret crucem Ieſu. O
quam profundum eſt crucis myſteri-
um, quam arduum ſacramentum. Legi
tur quod Moyſes ad mandatum domi-
ni ſerpentem æneum erexit pro ſigno,
Nu.21 quem aſpicientes, qui percuſſi fuerant à
ſerpẽtibus, ſanabãtur. Quod ipſe Chri-
ſtus exponens in Euangelio ait: Sicut Ioan.3
Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto,
ita exaltari oportet filium hominis, vt
omnis qui credit in ipſo non pereat.
Legitur etiam, quod quum Ioſeph ap-
plicuiſſet Manaſſen & Effraim ad Iacob, Gen.48
ſtatuens maiorem ad dexteram, & mi-
norem ad ſiniſtram, vt eis ſecundum or
dinem benediceret, Iacob manus com-
mutans, id eſt, in modum crucis cancel-
lans, dextram poſuit ſuper caput Effra-
im minoris, & ſiniſtram ſuper caput Ma
naſſe maioris, & dixit: Angelus qui
eruit me de cunctis malis benedicat pu-
eris iſtis, & cætera. Ezechiel autem au
diuit dominum dicentem ad virum ve-
ſtitum lineis, habentem atramentarium
ſcriptoris ad renes: Tranſi per mediam Ezech.9
ciuitatem, & ſigna Thau in frontibus vi
rorum dolentium & gementium. Poſt
hæc dixit ſeptem viris: Tranſite per me
diam ciuitatem, & percutite omnem ſu-
per quem non inueneritis Thau. Nemi
ni parcat oculus veſter. Ioannes quoque Apoc.17
vidit angelum aſcendentem ab ortu ſo-
lis, habentem ſignum Dei viui, & cla-
mauit voce magna quatuor angelis, qui
bus datum fuit nocere terræ & mari, di-
cens: Nolite nocere terræ & mari, ne-
que arboribus, quoadusque ſignemus
ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.
Hinc eſt igitur, quod cum dominus Ae- Exo.12
gyptiorum percuteret primogenita, do-
mos Hebræorum abſque læſione tran-
ſcendit, eo quod ſanguinem in ſuperli-
minari, & in vtroque poſte vidiſſet.
Dum Moyſes manus tenebat extenſas, Exo.17
Iſrael pugnans Amalech ſuperabat.

Lignum miſſum in Marath aquas, Exo.15
aquas dulcorauit amaras. Et ad lignum 4.Reg.6
miſſum in Iordanem, ferrum quod exci
derat enatauit. Hoc eſt lignum vitæ in Gen.2
medio paradiſi, de quo Sapiens prote- Sap.14
ſtatur: Benedictum lignum per quod fit
iuſtitia, ſaluatio. Quoniam regnauit à li- Pſal.95
gno Deus: etenim correxit orbem terræ
qui non commouebitur. Qui dixerunt: Sap.2
Morte turpiſſima condemnemus eũ, ne
ſcierunt ſacramenta Dei, neque cõprehen
derunt, quæ ſit lõgitudo & latitudo, ſub
limitas & profundũ. Crux ergo ſanita- Virtus crucis multiplex.
tẽ reſtituit, bñdictionẽ impẽdit, diſcernit

à per

à perfidis, liberat à periculis: hoſtes expellit, victores conſtituit. Crux myſteriũ fidei, firmamentum ſpei, clauis ſcientiæ, forma iuſtitiæ, magnificentia regum, gloria ſacerdotum, inopum ſuſtentatio, pauperum conſolatio, cæcorum dux, claudorum baculus, ſpes deſperatorum, reſurrectio mortuorum. Crux autem & ſpiritualiter & materialiter tollitur. Spiritualiter vero duobus modis: per mentis compaſſionem, & carnis afflictionem. Propter quod dicit Apoſtolus: Crucifixerunt membra ſua cum vitijs & concupiſcentijs. Et iterum: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Cum enim quiſque cruciatur in corde compatiendo proximo, tunc vtique crucem tollit cum Apoſtolo, qui dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Quum vero cruciatur in corpore, affligendo ſeipſum, tunc etiam cum Apoſtolo crucem tollit, qui ait: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Materialiter quoque duobus modis crux tollitur, in ſignum religionis, & in ſuppliciũ paſſionis. In ſignum enim religionis quidam religioſi crucem portant, vt oſtendant ſe ſpiritualiter mancipatos ad obſequium crucifixi. In ſupplicium, & boni quidam, & mali, qui pro iuſtitia vel offenſa ſuſpenduntur in cruces: quemadmodum iuxta crucem Ieſu duo latrones crucifixi fuerunt, vnus à dextris, & alius à ſiniſtris. Fuerũt autem in cruce dominica ligna quatuor, ſtipes erectus, & lignum tranſuerſum, truncus ſuppoſitus, & titulus ſuperpoſitus. Fuerunt & claui quatuor, quibus manus confixæ ſunt, & pedes affixi ſunt, & lancea, qua latus apertum eſt. Fuit & corona ſpinea capiti circumpoſita.

Crux ſpiritualiter duob⁹ modis tollit. Gal.5 Gal.6 2.Cor.11 1.Cor.9 Materialiter duob⁹ modis tollitur crux Matt.27 Crucis Chriſti ligna quatuor

Hæc omnia fratres etiam in ſpirituali cruce ſpiritualiter poſſunt aſſignari. Nam quatuor crucis ligna ſunt quatuor mentis virtutes, fides, ſpes, perſeuerantia, patientia. De quibus inquit Apoſtolus: Vt comprehendatis cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo,
I. ſublimitas & profundum. Longitudo crucis eſt perſeuerantia, De qua dominus ait: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Latitudo crucis eſt patientia, De qua Veritas ait: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Profunditas crucis eſt fides, De qua dicit Apoſtolus: Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentũ non apparẽtium. Sublimitas crucis eſt ſpes, De qua dicit Pſalmographus: In verbo tuo ſuperſperaui.

Quatuor crucis ligna qd ſpiritualiter. Eph.3 Matt.10 II. Luc.21 III. Heb.11 IIII. Pſal.118

Habuit ergo crux Chriſti vnum lignum erectum in longitudinem, & alterum tranſuerſum in latitudinem. Per illa duo ligna myſtice deſignata, quæ paupercula mulier in Sarepta collegit. Et bene ſtipes erecta, habuit trũcum ſuppoſitum & titulum ſuperpoſitum: quia perſeuerantia de fide procedit ad ſpem, quaſi ſtipes erectus de trunco ſuppoſito ad titulum ſuppoſitum. Quod intelligens Iob, ait: Credo quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Deum. Quem viſurus ſum ego ipſe & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Niſi eñ crux habeat fundamentũ fidei, & titulum ſpei, profecto ſupplicium eſt ſolummodo & non meritum. Quod autem patientia ſpectet ad crucem, per ſe ſatis apparet, eo quod patientes in aduerſis tribulationibus ſuſtinent cruciatum. Vnde Iacobus apoſtolus ait: Tribulatio patientiam operatur. De perſeuerantia quoque legitur: Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Porro ſecundum Apoſtolum: Non coronatur quis, niſi legitime certauerit. Habet igitur perſeuerantia, quæ coronat & ipſa certamen, vt merito ſpectet ad crucem.

3.Reg.17 Iob.19 Crux quãdo ſit ſuppliciũ & non meritum Iacob.1 Apoc.2 2.Tim.2

In his duobus lignis duos pedes & duas manus, quatuor clauis debet configere Chriſtianus. Quatuor claui ſunt quatuor principales virtutes, Iuſtitia, prudentia, fortitudo, temperantia. Pedes ſunt mentis affectus, De quibus Sponſa dicit in Canticis: Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Et dominus dicit Apoſtolis: Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Et iterum: Excutite puluerem de pedibus veſtris.

Claui quatuor ſpiritualiter. Can.5 Ioan.13 Mar.6

Sunt

Sunt igitur duo pedes, duo mentis affe-
ctus, metus & appetitus. Præcipuus em̃
mentis affectus, aut eſt in fugiẽdo quod
metuit, aut in eligendo, quod appetit.
Pes timoris, clauo fortitudinis debet cõ
figi, ne timidus propter aduerſa ſuccum
bat. Metus enim dũ in Petro clauo for-
titudinis confixus non extitit, ad vocẽ
Luc. 22 ancillæ negauit, Cum autem clauo for-
titudinis confixus extitit, ante reges &
præſides nomen domini prædicauit.
Sed & ipſe timor quidam clauus eſt, De
Pſal. 118 quo dicit Pſalmographus: Confige ti-
more tuo carnes meas. At clauus clauo
cõfigitur, cum timor fortitudine robo-
ratur. Pes appetitus, clauo iuſtitiæ debet
configi: ne cupidus euagetur ad illicita
deſideria. Appetitus enim, ſi confixus
non fuerit, tunc caro concupiſcit aduer
ſus ſpiritum. Si fuerit confixus, ſpiritus
concupiſcit aduerſus carnem. Sic itaque
Chriſtianus clauos ſuos debet affigere
cruci, ne vel timidus ſuccumbat, vel cu-
Lancea ſignificat charitatẽ. pidus euagetur. Lancea vero qua latus
eſt vulnerandum, eſt charitas, De qua
ſponſa dicit in Canticis: Vulnerata cha-
ritate ego ſum. Latus enim eſt cordi con
tiguum, beneficio cuius diligimus: q̃d
ideo vulnerandum eſt, vt affectus exeat,
non ſolum ad amicos, ſed ad inimicos.
Matt. 5 Iuxta quod dominus præcipit: Diligite
inimicos veſtros, benefacite his qui ode
runt vos: & orate pro perſequentibus &
calumniantibus vos. Corona ſpinea,
Corona ſpinea q̃d ſpiritualiſ ipſa quidem eſt pœnitentia, circumpo-
nenda capiti, id eſt, menti. De qua dicit
Pſal. 31 Pſalmiſta: Conuerſus ſum in ærumna
mea, dum configitur ſpina. Hæc corona
Spinę tres de tribus ſpinis complectitur, ſcilicet,
contritione, confeſſione, ſatisfactione.
Prima pungit cor, propter vanam cogi-
tationem. Secũda pungit os, propter va
nam locutionem. Tertia pũgit manum,
propter iniquam operationem. Prima
pungit per dolorem, ſecunda per pudo-
rem, tertia per laborem. Manus autem
ſunt opera, de quibus dicit Pſalmiſta: Be
Pſal. 143 nedictus dominus Deus meus, qui do-
cet manus meas ad prælium. Et Salo-
Pro. 31 mon: Dedit ei lanam & linum, & o-
perata eſt conſilio manuum ſuarum.
Man⁹ duę Sunt igitur duæ manus, duo genera o-
perum: opus videlicet voluntatis, & o-
pus neceſſitatis. Quodlibet enim opus
eſt voluntarium vel neceſſarium. Manus I.
operis voluntarij cõfigi debet clauo pru
dentiæ, ne curua faciat opera tenebrarũ.
Quum enim in Saulo clauo prudentiæ
confixa non fuit, Saulus perſequebatur
Eccleſiam. Cum aũt in Paulo clauo pru
dentiæ cõfixa fuit, Paulus paſſus eſt pro
Eccleſia. Manus operis neceſſarij confi- II.
gi debet clauo temperantiæ, ne laxa ni-
mis ad ſuperflua extendatur. Opera ne-
ceſſaria ſunt, dormire, comedere, & ſimi
lia: quæ cum modeſtia temperare debe-
mus, vt ſomnum temperemus orationi-
bus & vigilijs: cibum temperemus elee-
moſynis & ieiunijs. His enim quaſi for-
tibus armis expugnare ꝑualebimus ini-
micos. Legimus enim, quod cũ pugna-
ret Iſrael aduerſus Amalech in deſerto, Exo. 17
Moyſe orante vincebat, quo deſiſtente,
Iſrael vincebatur. Legimus etiam quod Iudicũ. 20
cum cæteræ tribus pugnarent aduerſus
Beniamim pro vxore Leuitæ, ſecundo
ſuccubueruut in prælio, donec indicto
ieiunio & humiliter celebrato, tribum
illam pene penitus deleuerunt. Cæte-
rum non ſufficit cuiquam abnegare ſei-
pſum, & tollere crucem ſuam, niſi Chri-
ſtum ſequatur. Fuerũt enim quidam phi
loſophi, ſunt & quidam hæretici, qui ab
negauerunt ſeipſos, & graues ſuſtinent
cruciatus: ſed eis non profuit, nec profi-
cit ad ſalutem: quia non ſequuntur eum
qui eſt via, veritas, & vita, videlicet, Ieſum Ioan. 14
Chriſtum, q̃ paſſus eſt pro nobis, relin- 1. Petri. 2
quens exemplum, vt ſequamur veſtigia
eius. Qui peccatum non fecit, nec inuen
tus eſt dolus in ore eius. Nos ergo fra-
tres abnegantes impietatem & ſecularia
deſideria, crucifigamus membra noſtra
cum vitijs & concupiſcentijs, vt ſequen-
do Chriſtum, ad vitam perueniamus æ-
ternam, Ipſo præſtante, qui eſt ſu-
per omnia Deus benedictus
in ſecula ſeculorum,
Amen.

In

In Communi de vno Martyre.

De duplici corona ſanctorum, & de precioſis lapidibus corundẽ, & floribus.

SERMO II.

Pſal.20 POſuiſti domine ſuper caput
eius coronam de lapide pre-
cioſo.
Duplex eſt corona ſan-
ctorum. Vna qua coronantur in via. Al-
Corona ſanctorũ duplex. tera qua coronantur in patria. Vna quę
datur ad meritum, & altera quę datur ad
præmium. Vna virtutis & gratiæ, altera
ſalutis & gloriæ. Vna militantiũ, & alte-
ra triumphantium. Corona virtutis eſt
argentea, quam gratiæ candor illuſtrat.
Corona ſalutis eſt aurea, quam gloriæ
ſplendor illuminat. De prima dicit Pſal
Pſal.64 mographus: Benedices coronæ anni be
nignitatis tuæ, id eſt, multiplicabis virtu
tes in tempore gratiæ. Vnde ſubiungit:
Et campi tui replebuntur vbertate. De ſe
cunda dicit Apoſtolus: De reliquo repo
2.Timo.4 ſita eſt mihi corona iuſtitiæ, id eſt, prę
mium, quod reddetur p meritis. Vnde ſub
iungit: Quam reddet mihi dominus in
illo die, iuſtus iudex. Sunt autem tam in
gyro quam in ſummo coronæ lapides
precioſi & pulcherrimi flores cum mar
garitis & gẽmis mira varietate diſpoſiti.
Singuli lapides collaterales habẽt gemi-
nos flores, in q̃s minores gemmæ conſi
ſtant, quę margaritis optimis circundã-
Corona virtutum quibus floribus componatur. tur. Habet enim corona virtutis in gyro
quatuor principales lapides, id eſt, qua-
tuor virtutes politicas, iuſtitiam, fortitu
dinem, prudentiam, temperantiam. Ab
anteriori parte iuſtitiã, à poſteriori par-
te prudentiam: temperantiam à dextris,
fortitudinem à ſiniſtris. Congruunt be
ne loca lapidibus. Nam quæ ſunt ante,
ſunt certa: quæ ſunt retro, ſunt dubia:
quæ ſunt à dextris ſunt pſpera: quę ſunt
à ſiniſtris, ſunt aduerſa. In certis autẽ eſt
exercenda iuſtitia. In dubijs eſt adhiben
da prudentia. In proſperis opus eſt tem-
perantia. In aduerſis eſt neceſſaria forti-
tudo. Iſti ſunt digiti quatuor, de quibus
iubetur in Exodo: Facies coronã inter- Exo.25
raſilem, altam quatuor digitis, & ſuper il
lam coronã aureolam. Iuſtitia habet du-
as cohærentes virtutes, diſcretionem &
rectitudinem. Prudentia, vigilantiam,
& cautelam. Temperantia, continentiã,
& abſtinentiam. Fortitudo, conſtantiã,
& magnanimitatẽ. Inter hos flores, qua
tuor minores gemmæ conſiſtunt, id eſt,
quatuor naturales affectus, dolor, &
gaudium, timor, & ſpes, De quibus legi
tur: Hinc metuunt, cupiunt, gaudentq;
dolentque. Iuſtitia nanque dirigit ſpem,
prudentia mitigat dolorem, temperan-
tia format gaudium, fortitudo confor-
tat timorem. Circa gemmas in gyro, ſe
ptem margaritæ reſplendent, id eſt, ſe-
ptem dona gratiæ ſeptiformis, quæ Eſa
ias enumerat, dicens: Requieſcet ſuper Eſa.11
eum ſpiritus ſapiẽtiæ, & intellectus, &c.
Cæterum in ſummo coronæ, tres præci
pui lapides ſunt diſpoſiti, id eſt, tres vir-
tutes theologice, ſpes, fides, charitas, ſu-
per quas timor domini cõſtituitur, ſcri-
ptura dicente: Qui timetis dominũ, cre- Eccli.2
dite illi, & non euacuabitur merces ve-
ſtra. Qui timetis Deum ſperate in illum,
& in oblectationem veniet vobis miſeri
cordia. Qui timetis Deũ diligite illum,
& illuminabuntur corda veſtra. Habent
& lapides iſti flores contiguos: fides, ſyn
ceritatem & veritatem: ſpes, patientiam
& perſeuerantiam: charitas, benignitatẽ
& largitatem: timor, obedientiam & re-
uerẽtiam. Inter hos flores, tres minores
gemmę conſiſtunt, id eſt, vires animę na
naturales, vis rationalis, vis iraſcibilis,
& vis concupiſcibilis. Prima diſcernit in
ter bonum & malũ. Secunda abijcit ma-
lum. Tertia eligit bonum. Fides autem
rationabilitatem illuminat. Spes iraſcibi
litatem corroborat. Charitas cõcupiſci-
bilitatem informat. Sed & circa gemmas
huiuſmodi ſeptem margaritæ refulgẽt,
id eſt, ſeptem petitiones, quæ continen-
tur in oratione dñica: tres pertinẽtes ad
vitã præſentem, & tres ad vitam futurã:
media vero pertinens ad vtranq;. Porro Corona ſalutis æterne.
corona ſalutis multo precioſior eſt & di
gnior, quatuor habens in gyro lapides
principales, & tres in ſummo pręcipuos.
Prin

Corporis glorifica ti ꝓprieta tes quatuor. Principales in gyro lapides, ſunt quatuor proprietates corporis glorificati, claritas & ſubtilitas, agilitas & impaſſibilitas, De quibus Veritas ait: Luc. 6 Mẽſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentem reddent in ſinũ veſtrum. Sap. 3 Fulgebunt enim iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent agiles, & regnabit dominus illorum in perpetuum, & ipſi cũ domino impaſſibiles. Apoc. 21 Abſterget enim Deus omnem lachrrymam ob oculis ſanctorum, &c̃. Erit enim in patria iucunditas ſine dolore, ſecuritas ſine timore, requies ſine labore, vita ſine morte, dies ſine nocte, certe ſine forte, fortitudo ſine debilitate, rectitudo ſine peruerſitate, pulchritudo ſine deſormitate. Has proprietates glorificati corporis in argumentum ſuturæ glorificationis etiam in carne mortali Chriſtus oſtẽdit. Matt. 17 Claritatem, quando ſe trausfigurauit in monte, & reſplenduit facies eius ſicut ſol. Subtilitarent, quando clauſo ſignaculo virginali, tanquam ſponſus ꝓ Pſal. 18 ceſſit de thalamo ſuo. Agilitatem, quando Ioan. 6 ſupra aquam ſicco veſtigio pertranſiuit. Matt. 26 Impaſſibilitatem, quando corpus & ſanguinem ſuum in cœna diſcipulis tribuit. Pręcipui lapides in ſummo, tres ꝓ Animę glorificatę ꝓprietates tres. prietates animæ glorificatę, cognitio, dilectio, delectatio. De quibus cum Sapiẽs præmiſiſſet, fulgebunt iuſti, &c̃. ſtatim ſubiunxit: Qui confidunt in illum intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquieſcent illi: quoniam donum & pax eſt electis Dei. Eſt enim in ſanctis comprehenſiua cognitio, per quam cognoſcunt ſicut & cogniti ſunt. Vidẽtes non per ſpeculũ in ænigmate, ſed facie ad faciẽ, Trinitatẽ in vnitate, & vnitatẽ in Trinitate: legẽtes in verbo vitę, in quo ſunt Col. 2 om̃es theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi. De qua cognitione Veritas Ioan. 17 ait: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ex hac comprehenſiua Dilectio dei vnde oriatur. cognitione ꝓcedit ſumma dilectio, per quam ſancti diligunt Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima. Ex mẽte, id eſt, memoria diligunt patrem, tota, id eſt, ſine obliuione. Ex corde, id eſt, intellectu diligunt filium, toto, id eſt, ſine errore. Ex anima, id eſt, voluntate diligunt ſpiritum ſanctum, tota, id eſt, ſine contrarietate. Adeo nanque diuinæ voluntati per charitatem inhærent, vt nihil omnino velint, niſi quod Deum velle cognoſcunt. Ex hac ſumma dilectione naſcitur ineffabilis delectatio, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, De qua dicit Pſalmiſta: Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. Pſal. 149 Et rurſus: Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. Pſal. 41 In voce exultationis & confeſſionis, ſonus epulantis. Ad quam exultationem meritis & precibus ſancti martyris N. nos perducat dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

In Communi Martyrum plurimorum

De duplici tribulatione, & a quibus infligatur, & de multis & magnis tribulationibus quas perpeſſi ſunt ſancti martyres, deniq; de triplici lauacro regenerationis, de triplici ſtola, & ſanguine.

SERMO I.

Apoc. 7 ISTI ſunt, qui vẽnerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.

Duplex tribulatio fratres chariſſimi legitur in ſcripturis. Vna culparum & vitiorum. Altera pœnarum & tormentorum. Aduerſitatis vna, peruerſitatis altera. De prima legitur: Pauci facti ſunt, & vexati ſunt à tribulatione malorum, & dolore. De ſecunda ſcriptum eſt: Clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberauit

Tribulatio pc̄tórū quā ſit grauis. rauit eos. O quam grauis eſt tribulatio peccatorum, qui ſemper intra ſe perfe-
Eſa.66 runt vermem conſcientiæ, qui non moritur,&ignem rationis,qui nunquā
Eſa.57 extinguitur. Non eſt impijs gaudere di
Pro.18 cit dominus. Quia cum impius venerit in profundum vitiorum,contemnit. Et
Sap.11 per quæ quis peccat,per hæc & torquetur. Sane ſuperbia inflat, auaritia ſtimulat,inuidia rodit,ira ſuccendit,angit gula,diſſoluit luxuria, ligat mendacium, maculat homicidiū: ſic & cætera vitiorum portenta:vt quæ ſunt homini oblectamenta peccati, Deo ſint inſtrumen-
Hoſtes tres pc̄toribus tribulationem infligentes. ta puniendi. Tribulationem iſtam tres hoſtes infligunt,mundus,caro, diabolus. Mundus velut Sirena dulcis nauigantes ſubmergit. Caro tanquam Dalida blandiens Samſonem circumuenit.
Ioan 15 Diabolus quaſi leo ſæuiens viatores interimit. De primo veritas ait: Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. De ſecundo dicit A-
Gal.5 poſtolus:Caro cōcupiſcit aduerſus ſpi-
1.Petr.5 ritum. De tertio ſcriptum eſt: Aduerſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens circuit quęrens quem deuoret. Iſti
Sophiſtę fallaces tres. ſunt tres fallaces ſophiſtæ,q miſerabiliter paralogizāt incautos. Proponit mūdus,aſſumit caro, concludit diabolus. Mundus proponit ſecularia blandimenta,caro aſſumit illicita deſideria,diabolus concludit ſempiterna tormenta. Mundus ligna miniſtrat, caro ſcintil-
Hoſtes tres quomodo ſuperandi ſint. lam ſupponit, diabolus ignem accēdit. Primus hoſtis eſt contemnendus:ſecūdus comprimendus: tertius expugnan-
1.Ioan.2 dus. Contra primum præcipitur: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt,quia quicquid in mundo eſt, aut eſt concupiſcentia carnis,aut cōcupiſcētia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Iſta ſunt ligna quæ mundus miniſtrat.
1.Petri.2 Contra ſecundum præcipitur: Deſideria carnis fugite,quæ militant aduerſus animam. Hæc eſt ſcintilla quā caro ſup-
Eph.6 ponit. Contra tertium quoque præcipitur: Aſſumite ſcutum fidei,vt poſſitis extinguere ignea tela nequiſſimi. Hic eſt ignis quem accendit diabolus. Ex hac tribulatione venerunt glorioſi mar
Exo.3 tyres noſtri,per viam trium dierum,vt ſacrificarent domino in deſerto. Via pri

mæ diei, eſt vitatio prohibitorum. Via Viam triū dierum cuiuſmodi ambulauerint ſancti martyres.
ſecundæ diei, eſt executio præceptorū. Via tertiæ diei,eſt ſupererogatio cōſiliorum. Per primam viam percurritur illud mandatum. Quod tibi non vis fieri, Tobi.4
alteri ne feceris. Per ſecundam viam per curritur illud præceptum: Quæcunque Matt.7
vultis vt faciāt vobis homines, & vos facite illis. Per tertiam viam percurritur illud conſilium:Si vis perfectus eſſe,vade Matt.19
& vende omnia quæ habes,& da pauperibus. De his legitur: In mandatis tuis Pſal.118
exercebor,& conſiderabo vias tuas. Sed in ipſa vita multas & magnas tribulationes perpeſſi ſunt. Sane tribulati ſunt corde,tribulati ſunt ore,tribulati ſunt opere. Tribulatio ſanctorum multiplex.
Tribulati ſunt corde, per triſtitias & dolores. Tribulati ſunt ore, per contumelias & terrores. Tribulati ſunt opere, per anguſtias & labores. Per dolores cōtritionis,& triſtitias cōpaſſionis. Per terrores cōminatiōis,& cōtumelias irriſionis. Per labores afflictionis & anguſtias paſſiōis. De tribulatiōibus cordis dicit I.
Pſal. Sacrificiū Deo ſpūs contribulatus, Pſal.50
cor contritum & humiliatum Deus nō ſpernit. Et Apoſtolus ait:Quis infirmatur & ego non infirmor,quis ſcandali- 2.Cor.11
zatur,& ego non vror? De tribulationi II.
bus oris ait dominus per Prophetam: Hiere.20
Contumelias & terrores paſſus ſum ab eis,& dominus mecum eſt tanquam bellator fortis. Et alibi:Omnes qui videbāt Pſal.21
me aſpernabantur me:locuti ſunt labijs & mouerunt caput. De tribulationibus III.
operis in perſona Martyrum dicit Pſalmiſta:Propter te morte afficimur tota die,æſtimati ſumus ſicut oues occiſio- Pſal.143
nis. Et iterum: Tranſiuimus per ignem & aquam & induxiſti nos in refrigerium. Pſal.65
Sancti namque dum in hac valle lachrymarum peregrinantur à domino,multis modis & diuerſis perſonis, pluribus locis & varijs temporibus tribulantur. Diuerſitates modorum & locorum ſatis expreſſe deſignat Apoſtolus dicens: Sancti ludibria & ver- Heb.11
bera experti, inſuper & vincula & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt,circumierunt in melotis,in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti,quibus dignus non erat mundus,

In ſolitudinibus errantes, in montibus & in ſpeluncis & in cauernis terræ. Ac ſi diceret: Tot & tantis & ſtam diuerſis modis afflicti ſunt, non ſolum in ciuitatibus, ſed etiam in ſolitudinibus: non ſolum in campis, ſed etiam in montibus: non ſolum in domibus, ſed etiam in ſpeluncis: non ſolum in cuſtodijs, ſed etiam in cauernis terræ. Perpeſſi ſunt aut tribulationes huius mundi à beſtijs, ab hominibus, à dęmonibus. Tribulati enim ſunt à beſtijs, dicẽte Pſal
Pſal. 78 miſta: Poſuerunt mortalia ſanctorum tuorum &c̃ beſtijs terræ. Tribulati ſunt
Pſal. 123 ab hominibus, Iuxta quod legitur: Dũ inſurgerent homines in nos, forſitã viuos deglutiſſent nos. Tribulati ſunt à
Eph. 6 dæmonibus, Apoſtolo atteſtante: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Tribulantur autem non ſolum ab alienis, ſed etiam à parẽtibus, & cognatis: non ſolũ ab extraneis, ſed etiam à domeſticis: non ſolũ ab
Luc. 21 inimicis, ſed etiã ab amicis. Probat hoc veritas dicens: Trademini à parentibus & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis. Porro, tribulati ſunt ante legem, ſub lege, poſt legem. Ante legem tribulati ſunt Patriarchę, ſub lege Prophetæ, poſt legem Apoſtoli, nec non &
Matt. 23 Martyres. Hinc enim veritas ait: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, ſacerdotes & ſcribas, & ex illis occidetis & flagellabitis & crucifigetis, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt, à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinẽ Zacharię, filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Ante legẽ Abel, ſub lege Zachariam, poſt legem, id eſt, tempore gratiæ Prophetas, ſacerdotes & ſcribas. Inde lamentatur eccle-
Pſal. 128 ſia dicens: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihil: ſupra dorſum meum fabricauerunt pc̃tores, &c̃. Imitemur ergo fratres in illis virtutes cordis & operis, & deteſtemur in nobis fragilitatem mentis & carnis. Illi tolerauerunt pro Chriſto frigus & nuditatem: nos autem veſtimur duplicibus & induimur precioſis. Illi tolerauerunt pro Chriſto famem & ſitim: nos autem diuerſis ferculis veſcimur, & delicatis cibarijs epulamur. Illi tolerauerunt pro Chriſto vigilias & labores: nos autem amplis horis quieſcimus, & longis ſoporibus dormitamus. Illi tolerauerunt pro Chriſto anguſtias & dolores: nos vero gaudijs mundi fruimur, & carnis illecebris delectamur. Heu me quid dicam ego miſer aut faciam, cum venerit ille diſtrictiſſimus Iudex, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua? Terribilis eſt locus iſte. Nam ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Multę ſunt ergo tribulatio- Pſal. 33
nes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. Iſti ſunt ergo qui vene Apoc. 7
runt ex magna tribulatione, & lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Triplex eſt Lauacrũ triplex.
lauacrum iuſtificationis, in lachrymis regenerationis, in aqua redemptionis
& in ſanguine paſſionis. De primo dicit I.
Pſalmiſt. Lauabo per ſingulas noctes le- Pſal. 6
ctum meum lachrymis meis ſtratũ meum rigabo. De ſecundo veritas dicit: Ni II. Ioan. 3
ſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum. De tertio teſtatur Ioannes: Lauit III.
nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Sic & triplex eſt ſtola, prima innocẽtiæ, Stola triplex.
ſecunda gratiæ, tertia vero gloriæ. De Luc. 15
prima dicit pater ad ſeruos ſuos: Cito proferte ſtolam primam & induite illũ &c̃. Qui dixit primam, ſignificauit ſecundã. Nam primum dicitur reſpectu ſecundi. Eccli. 15
De tertio vero legitur: Amauit eũ dominus & ornauit eum, ſtola gloriæ induit eum. Hæc triplex ſtola lauatur in illo triplici lauacro, ſed potius ille lauatur qui ſtolis induitur. Quælibet tamen ſtola lauatur in ſanguine agni. Sed eſt ſanguis Sanguis triplex.
culpæ, ſanguis pœnæ, & ſanguis veniæ. Oſee. 4
De primo ſanguine legitur: Sanguis ſan- I.
guinem tetigit. Ab hoc ſanguine petit liberari Pſal. cũ ait: Libera me de ſanguini Pſal. 50
bus Deus Deus ſalutis meæ. De ſecun- II.
do ſanguine legitur: Effuderunt ſanguinem ſanctorum tuorum in circuitu Hie- Pſal. 78
ruſalem. Pro ſanguine iſto poſtulat vindicari chorus martyrum dicens: Vindi- Apoc. 6
ca ſanguinem noſtrũ qui effuſus eſt Deus noſter. De tertio ſanguine legitur:
Hic eſt ſanguis noui teſtamenti, qui pro III. Matt. 26
multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Per hunc ſanguinem redem

ptum

ptum eſt genus humanum. Quia redem
1. Petri. 1 pti ſumus non corruptibilibus auro &
argento, ſed precioſo ſanguine agni im
maculati. Primum ſanguinem inſtillat
draco malignus per prauam ſuggeſtio-
nem. Secundum ſanguinem elicit canis
impius per ſæuam afflictionem. Tertiũ
ſanguinẽ effundit agnus puriſſimus p-
pter nimiam dilectionem. Sic enim di-
lexit nos, vt ſanguinem ſuum pro no-
Ioan. 15 bis effunderet. Maiorem charitatem ne
Pſal. 115 mo habet &c̃. Quid ergo retribuam do
mino pro omnibus quę retribuit mihi?
Calicem ſalutaris accipiam, & nomen
Apoc. 7 domini inuocabo. Sic retribuerunt ei
martyres noſtri, qui venerunt ex tribula
tione magna & lauerunt ſtolas ſuas in
ſanguine agni. Non agni gregis, non
agni legis, nec agni iugis, ſed agni regis,
Eſa. 16 qui tollit peccata mundi. De quo dici-
tur: Emitte agnum domine, dominato-
rem terræ, de petra deſerti ad montem fi
liæ Sion. Agnum gregis immolauit Sa-
1. Reg. 7 muel in Maſphat, petens dari de cœlo
ſulgura, nubes & tonitrua, & liberauit
dominus Hieruſalem in die illa de ma-
Exo. 12 nu philiſtijm. Agnũ legis immolauerũt
filij Iſrael in finibus Rameſſe, linientes
ſanguine poſtes & ſuperliminaria, & li
berauit dñs ab exterminatore primo
Nu. 28 genita eorum in nocte illa. Agnus iugis
immolabatur à ſacerdotibus mane & ve
ſpere, in odorem ſuauiſſimum domino.
Apoc. 7 Iſti ſunt qui venerunt de magna tribu-
latione, & lauerunt ſtolas ſuas in ſangui
Rom. 15 ne agni. Quia vero quæcunque ſcri-
pta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta
ſunt, & nos exemplo ſanctorum marty
rum lauemus ſtolas noſtras, id eſt, ope-
ra noſtra in ſanguine agni, Hoc eſt, in fi
de paſſionis Chriſti. Ipſo miſericordi
ter concedente, qui eſt De-
us benedictus in
ſecula ſecu
lorũ. A-
men.

In Communi Martyrum plu rimorum.

De diuerſis fornacibus bonorum & malorum & inſtrumentis earum, & quomodo in fornace patientiæ Sancti Martyres pro bati ſunt.

SERMO II.

TAnquam aurum in fornace Sap. 3
probauit electos dominus.
Diuerſas nobis fornaces ſcri
ptura ſacra diſtinguit. Vnã
bonorum, in qua iuſti purgantur. Alte-
ram vero malorum, in qua reprobi cru-
ciãtur. De prima legitur: Vaſa figuli pro Eccli. 27
bat fornax. De ſecunda ſcribitur: Aſcen Apoc. 9
dit fumus putei ſicut fumus fornacis
magnæ. Verum vtraque fornax eſt du
plex. Vna mẽtis interior. Altera carnis
exterior. Fornax enim beatorum interi
or eſt afflictio pœnitentię, per quam pœ Fornax electorũ duplex.
nitentes purgantur ab iniquitate. Eorũ
dẽ fornax exterior eſt tribulatio patien
tiæ, per quam patientes in charitate pro
bantur. In iſta probatur aurum, in illa
purgatur argentum. Malorum aũt for-
nax interior eſt vermis conſcientiæ, per Fornax malorum duplex.
quem impij ſpiritualiier torquentur ex
culpa. Eorundem fornax exteriox eſt
ignis gehẽnę, per quem reprobi corpo-
raliter cruciantur in pœna. In iſta ferrũ
comburitur, in illa plumbum exuritur.
Sunt autem materialiter in materiali for
nace, Follis, ignis & carbo: forceps & a-
ſperſorium: quæ poſſunt in ſpirituali
fornace ſpiritualiter aſſignari. In forna- Inſtrumẽta fornacis ſpũaſ quę ſunt.
ce ſiquidem pœnitentiæ, follis ſpirans
eſt timor conſiderationis. Ignis ardens,
eſt dolor compũctionis. Carbo rubẽs,
eſt pudor confeſſionis. Forceps aſtrin-
gẽs, eſt labor ſatisfactionis. Aſperſoriũ
ſtillans, eſt amor iuſtificationis. Conſi-
derat enim pœnitens in timore, com-
pungitur in dolore, confitetur in rubo-
re, ſatisfacit cum labore, iuſtificatur ex
amore. Notandus eſt tamen ordo iu-
ſtificationis huiuſmodi. Procedit timor
& introducit amorem, ſuccedit amor &
inducit dolorem, accedit dolor & pro-

ducit pudorem, procedit pudor & ad-
Tria propter quæ iudiciũ dei formidandum eſt. ducit laborem. Timet enim peccator ex
conſideratione iudicij, ſciens iudicẽ po
tentiſſimũ, ſapientiſſimũ, & iuſtiſſimũ.
Potentiſſimũ quidem, Quia dixit & fa
I. Pſal. 148 ƈta ſunt, mandauit & creata ſunt: qui vo
Baruch. 3 cat ſtellas, & dicunt, adſumus. Qui facit
Pſal. 103 angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos
ignem vrentem. Cuius voluntati nihil
omnino reſiſtit, cui nullum verbum eſt
Rom. 9 Lucæ. 1 impoſſibile, cui venti & mare obediunt,
Matt. 8 cui flectitur omne genu, cœleſtium ter-
Phil. 2 reſtrium & infernorum. Sapientiſſimũ
II. autem, quia oculis eius omnia nuda
Heb. 4 ſunt & aperta: qui ſcrutatur renes & cor
Apoc. 2 da, qui pluuiæ guttas & arenam maris
Eccli. 1 dinumerat: Deus ſcientiarum, dominus
præſcius omnium, & conſcius ſingulo-
rũ, oia nouit, omnia penetrat, occultus
occultorum omnium explorator. Et erit,
Soph. 2 inqt, in die illa ego ſcrutabor Hieruſalẽ
in lucernis. Iuſtiſſimũ vero, quia Deus
III. iudex iuſtus, fortis & longanimis, iuſtus
Pſal. 7 & metuendus ſuper omnes Deos, requi
rens ſua vſq; ad nouiſſimum quadran-
Matt. 5 tem: qui nec prçcio, nec amore vel odio
declinat à ſemita rectitudinis: ſed via re-
gia ſemper incedens, nullum malum de
ſerit impunitum, nullũ bonum irremu-
Pſal. 95 neratum relinquit. Iudicabit enim or-
Malach. 3 bem terræ in æquitate. Et quis ſtabit ad
videndum eum: Beati qui in illo iudicio
iudicaturi prçſentabuntur, non iudican
Heb. 10 di. Horrendum eſt enim nimis incidere
in manus Dei viuẽtis. Propterea clama-
Pſal. 142 bat Propheta Dauid: Ne intres in iudi-
cium cũ ſeruo tuo dñe: qa non iuſtifica-
bitur in conſpectu tuo omnis viuẽs. Si
iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator
vbi parebunt? Hæc & his ſimilia pecca-
tor conſiderans, quanto timore pietatis
turbatur, quãto tremore concutitur, ſci
ens iudicem potentiſſimum, quem non
poteſt effugere, dicente Propheta: Si a-
Pſal. 138 ſcẽdero in cœlum tu illic es, ſi deſcende
ro ad infernum ades. Sapientiſſimum,
quem non poteſt latere, dicente Prophe
Dan. 7 ta: Sedit vetuſtus dierum, & libri coram
illo aperti ſunt. Iuſtiſſimum, quem non
poteſt corrumpere, dicente Propheta:
Pſal. 61 Reddet vnicuique ſecundum opera ſua.
Quis autem non timeat illud examẽ, in

quo idem erit accuſator & teſtis, aduoca
tus & iudex. Dicet his qui à ſiniſtris eius
exiſtẽt: Diſcedite à me maledicti in ignẽ Mat. 25
çternũ, q paratus eſt diabolo & angelis
eius. Eſuriui em̃ & non dediſtis mihi mã
ducare. Sitiui & nõ dediſtis mihi bibere.
Qđ em̃ vni ex minimis meis nõ feciſtis,
nec mihi feciſtis. Spirat ad hæc follis ti-
moris, & in fornace pœnitẽtis ignẽ dolo
ris accẽdit, Scđm illud Propheticũ: A ti Eſa. 26
more tuo domine concepimus, & pepe
rimus ſpiritum ſalutis. Secundum mul- Pſal. 93
titudinem dolorum meorum in corde
meo, conſolationes tuæ domine lætifi-
cauerunt animam meã. Dolet enim pœ
nitens, ſuſpirat & ingemiſcit, non ſolũ
quia malum commiſit, verum etiã quia
bonum omiſit: non ſolum quia damna
tionem promeruit, verum etiã quia glo
rificationem demeruit. Offendens enim
in vno, factus eſt omnium reus. Finis e- Iacob. 2 1. Tim. 1
nim prçcepti charitas eſt. de corde puro
& conſcientia bona & fide nõ ficta. Qui
ergo contra charitatem offendit, nullũ
præceptum adimplet. Sciat autem ſe cul
pabiliter durũ, & dure culpabilem, qui
corporalem amici ſui mortem deflet: ſpi
ritualem vero animç ſuæ mortem, q̃ cha
ritate extincta ſtatim ipſam opprimit,
non deflet. Doleat igitur, ingemiſcat &
fleat: quia ſacrificium Deo ſpiritus con- Pſal. 50
tribulatus, cor contritum & humiliatũ
Deus non ſpernit. Clamet frequenter
& dicat: Miſerere mei Deus ſecundum Ibidem.
magnam miſericordiam tuam: & ſecun
dum multitudinem miſerationum tua-
rum dele iniquitatem meam. Domine Lucæ. 18
propitius eſto mihi peccatori: peccaui
ſuper numerum arenæ maris, ſed ſecun
dum magnam miſericordiam tuam, me
mor eſto mei Deus: quoniam ego in fla Pſal. 37
gella paratus ſum, & dolor meus ante
me eſt ſemper.

Iam ignis doloris in fornace pœni
tentis exardẽs, carbones cõfeſſionis in
flammat. Rubor carbonis, eſt pudor cõ
feſſionis. De quo legitur. Lauãt delictũ
lachrymç, quod ore pudor eſt cõfiteri.
Cũ quanto putatis rubore corã altero
confitetur, cum quiſq; abſq; magno pudore
nec intra ſe meditat. Sed amplius debu-
it erubeſcere corã deo cũcta cernẽte, ne-

ſan

ſandas turpitudines exercere, quam co
ram homine quodam audiente pera-
ctas turpitudines reuelare. Verendum
eſt autem atque cauendum, ne pudoris
confuſio puritatem confeſſionis impe-
diat. Debet enim peccator omnem om-
nino peccati circunſtantiam confiteri,
ſecundum quod magis peccauit, in lo-
co, in tempore, in numero, in perſona:
ſecundum ætatem, ſecundum ſcientiam,
ſecundum gradum, ſecūdum ordinem:
ſi facile, ſi frequenter, ſi manifeſte, ſi per
ſeueranter. Hæc omnia crimen exagge-
rant, & ideo debet ſingula confiteri, ne
vel delictum alleuiet, vel peccatum ex-
cuſet. Pudor enim confeſſionis pars
eſt non modica ſatiſfactionis, quam ini
micis ſuis optabat ex charitate Prophe-
Pſal.6 ta, cum diceret: Erubeſcant & contur-
bentur vehementer omnes inimici mei,
conuertantur & erubeſcant valde velo-
citer. Erubeſcant in confeſſione, contur
bentur in contritione, conuertantur in
ſatiſfactione. Sic in fornace pœniten-
tiæ carbonibus inflammatis aſperſori-
um amoris inſtillat, quo vehementius
ignis doloris accenditur & argentum
cœleſtis imaginis, quæ fuerat corrupta
Lucæ.7 peccato, dilectionis virtute purgatur.
Iuxta quod veritas ait: Dimiſſa ſunt ei
1.Petri.4 peccata multa, quoniam dilexit multū.
Charitas enim operit multitudinē pec-
catorum. Amor mundi peccatum im-
mittit, ſed amor Dei peccatum dimittit.
Cupiditas inflāmat ad culpam, ſed cha-
ritas accendit ad veniam. Hoc aſperſo-
Pſal.50 rio deſiderabat aſpergi Propheta, cum
diceret: Aſpges me domine hyſſopo &
mundabor: lauabis me, & ſuper niuem
dealbabor. Tādem forceps eſt adhiben-
dus ſatiſfactionis, qui de fornace pœni
tentiæ ſcorias peccatorum emundet.
Forceps duobus brachijs iungitur, & ſa
tiſfactio duabus partibus continetur.
Satiſfactionis partes duę. Vna, qua culpā vitamus. Et altera, qua
Ioan.8 pœnitentiam perficimus. De prima veri
tas ait: Vade, & amplius noli peccare.
Irriſor enim eſt & non pœnitens, qui
Pro.26 adhuc agit quod pœnitet. Canis reuer-
ſus ad vomitum, & pœnitentes ad pec-
Luc.3 catum. De ſecunda dicit Ioannes: Facite
Fruct' pœnitentię digni q ſint. vobis dignos fructus pœnitentiæ. Qui
præcipue ſunt oratio, ieiunium, eleemo

ſyna. Tres enim offendit peccatum, De-
um, noſipſos, & proximum. Tres ſatis
factione placantur, vt oratio dirigatur
ad Deum, ieiunium feratur in nos, elee-
moſyna diſtribuatur ad proximum. In
hac prima fornace Martyres ſuos domi
nus ſicut argentum purgauit. Secundū
quod ipſi clamant in Pſalmo, dicentes:
Probaſti nos Deus, igne nos examina- Pſal.65
ſti, ſicut examinatur argentum. Cæterū
in fornace patientiæ follis ſpirans, eſt
terror comminationis. Ignis ardens, eſt
feruor perſecutionis. Carbo rubens, eſt
cruor paſſionis. Forceps aſtringens, eſt
horror afflictionis. Aſperſorium ſtillās,
eſt vigor protectionis. Comminaban-
tur enim crudeles tyranni ſanctis mar-
tyribus omnia genera tormentorum,
niſi Chriſtum deſererent & idolis adhæ
rerent: putantes eos p tormenta terrere,
quos nō poterant per blandimēta mol-
lire. Sed ipſi pręcepta Chriſti ſeruantes,
minas principum contempſerunt. Iu-
xta quod de beatis Apoſtolis legitur,
quia cum verbum Dei fiducialiter præ-
dicarent, comminati ſunt eis principes Act.5
ſacerdotum, denunciantes, ne deinceps
in hoc nomine loquerentur. Sed indu
ti virtute ſpiritus ſancti ex alto, fiduci-
alius reſpōderūt: Obedire oportet Deo
magis quam hominibus. Nolite, inquit, Mat.10
timere eos, qui corpus occidunt & cæt.
Vehementer itaq; follis comminatio-
nis ſpirabat, ſed comminatione contem
pta perſecutionis ignem vehementius
accendebat. De quo martyres glorian-
tur: Tranſiuimus, inquiūt, per ignem & Pſal.65
aquam, & induxiſti nos in refrigerium
Sancti namque ludibria & verbera ex- Heb.11
perti, inſuper & vincula & carceres: lapi
dati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in oc-
ciſione gladij mortui ſunt. Circuierunt
in melotis & in pellibus caprinis, egen-
tes, anguſtiati, afflicti, qbus dignus nō
erat mundus: in ſolitudinibus errantes,
& in montibus, & in ſpeluncis, & cauer
nis terræ. Quia vero flamma perſecutio
nis ignem charitatis nō poterat in mar-
tyribus ſupare (Fortis enim eſt vt mors Cant.8
dilectio, & aquæ multæ non poſſunt ex
tinguere charitatem) ipſa perſecutio ve-
hemētius exardeſcens ſanctorum cruo
rem diuerſis tormentis effudit, ſecundū

quod ſcriptum eſt: Effuderunt ſangui-
pſal.78 nem ſanctorum in circuitu Hieruſalē,
Apoc.7 & non erat qui ſepeliret. Hi ſunt enim
qui venerunt de tribulatione magna, &
lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.
Vt autem paſſio fieret glorioſa, neceſſa-
rius erat forceps aſtringens, id eſt, hor-
ror afflictionis, qui martyrium effecit
glorioſum. Senſus enim carnis non ap
petit, niſi quod carnis appetitum, dele-
Matt.26 ctat. Inde cōtigit eis morte mereri, quia
non delectabat Martyres mori. Spiritus
quidem promptus eſt, caro autem in-
Ibidem. firma. Probat hoc veritas, quæ circa
Mar.14 paſſionem ſuam dicebat Apoſtolis: Tri
ſtis eſt anima mea vſque ad mortē. Cœ-
pit enim Ieſus pauere & tædere: cœpit cō
Ioan.21 tiſtari & mœſtus eſſe. Hinc etiā poſt Paſ-
ſionem ſuam Petro Apoſtolo dixit: Cū
ſenueris extendes manus tuas, & alius
te cinget, & ducet te quo tu non vis. Ne
vero Martyres horrore paſſionis defice
rent, diuinæ protectionis eis aſperſoriū
inſtillauit, protegens eos atque conſor
pſal.63 tans, ſecundum quod ſcriptum eſt: Pro
texiſti me Deus à conuentu malignan-
tium, & à multitudine operantium ini-
quitatem. Succumberet enim humana
fragilitas, niſi diuina protegeret pietas.
Hinc enim vox illa clamabat ad Deum:
pſal.16 Cuſtodi me dñe vt pupillam oculi, ſub
vmbra alarum tuarum protege me, à fa-
cie impiorum qui me afflixerunt. In hac
1.petri.1 ſecunda fornace Martyres ſuos domi-
nus ſicut aurum probauit, vt probatio
fidei multo precioſior auro, quod per
ignem probatur, inueniretur in laudem
pſal.30 & gloriam & honorem. O quàm ma-
gna multitudo dulcedinis, quam abſcō
1.Cor.2 dit dominus timentibus ſe: nec oculus
vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi
Matt.5 nis aſcendit. Gaudete, inquit, & exulta-
te: quia merces veſtra copioſa eſt in cœ-
Sap.5 lis. Iuſti namque in perpetuum viuent,
& apud dominum eſt merces eorum, &
cogitatio eorum apud altiſſimum. Ideo
accipient regnum decoris, & diadema
ſpeciei de manu Dei. Fulgebunt iuſti ſi-
Matt.13 Sap.1 cut ſol in regno patris eorū. Fulgebunt,
& tamquam ſcintillę in arundineto diſ
current. Iudicabunt nationes, & domi-
nabuntur populis: & regnabit domi-
nus illorum in perpetuum. Reprobi ve-
ro mittentur in caminum ignis arden-
tis, vt in fornace conſcientiæ torquean-
tur interius, & in fornace gehennæ cru-
cientur exterius. Poſſunt autem in hac
interiori fornace ſingula fornacis in-
ſtrumenta deſcribi. Follis enim eſt con Inſtrumēta fornacis interioris.
turbans memoria. Ignis eſt crucians cō
ſcientia. Carbo eſt inſufficiens pœniten
tia. Forceps eſt torquens anguſtia. Aſp-
ſorium eſt obtenebrans ignorantia. Cō
turbabit enim reprobos memoria pec-
catorum, ſecundum quod legitur: Veni
ent in cogitationem peccatorum ſuo-
rum timide, & transducet illos ex trans
uerſo iniquitas eorum, vt cum maxima
turbatione recogitent, quæ cum maxi-
ma delectatione geſſerunt. Cruciabit
impios conſcientia delictorum. Iuxta Eſa.66
quod ſcriptum eſt: Vermis eorum non
morietur, & ignis eoꝝ nō extinguetur,
vt ſtimulus cōſcientiæ pūgat ad pœnā,
quos aculeus nequitię ſtimulauit ad cul
pam. Pœnitebunt dānati, ſed inutiliter, Dānatorū pœnitentia infructuoſa.
ſecundum quod legitur: Dicent inter ſe
pœnitentiam agentes: Errauimus à via
veritatis, & iuſtitiæ lumen nō illuxit no Sap.5
bis. Quid profuit nobis ſuperbia, & ia-
ctantia diuitiarum quid contulit no-
bis? Tranſierunt hæc omnia ſicut vm-
bra, nos autem in malignitate noſtra cō
ſumpti ſumus. Sic enim eis ſua diſplice-
bit iniquitas, vt nulla placeat eis æqui-
tas. Torquebit peccatores anguſtia. Iu-
ta quod ſcriptum: Videntes turbabūtur
timore horribili, gementes præ angu- Ibidem.
ſtia ſpiritus, & dicentes: Nos inſenſati
vitā ſanctorum ęſtimabamus inſaniam:
ecce quomodo computati ſunt inter fi-
lios dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.
Obtenebrabit miſeros ignorantia, ſecū
dum quod legitur: Tollatur impius ne
videat gloriā Dei. Vix enim aut raro aut
nunq̄ dānati erigent animū ad cogitan-
dū de Deo: ſed illuc dirigent impetum
cogitationis, vbi ſentient vim doloris.
In hac fornace plumbum exuritur, illud
videlicet, ſuper cuius talentum ſedet im
pietas.

In gehēnalibus aūt ſuppliciis tria ſunt Tria quedam i[n] gehennalibus ſupplicijs conſid[eran]da.
ꝑcipue ꝑuidenda, obſcuritas, acerbitas,
diuturnitas. Obſcuritas tenebrarū, acer
bitas pœnaꝝ, diuturnitas miſeriaꝝ. De
quibus dñs inqt in Euangelio: Ligatis
ma-

Matt.22 manibus & pedibus, proijcite eum in te
nebras exteriores, vbi erit fletus & ſtri-
Eſa.66 dor dentium. Vbi erit vermis qui non
moritur, & ignis, qui non extinguitur.
Iob.10 Dimitte, dicit Iob, vt plāgam paululum
dolorem meum, antequā vadam ad ter-
ram tenebroſam, & opertam mortis cali
gine, terram miſeriæ & tenebrarum, vbi
vmbra mortis & nullus ordo, ſed ſempi
Apoc.21 ternus horror inhabitat. Timidis ait do
minus, & incredulis, execratis, & homi-
cidis, fornicatoribus, & veneficis, idolo
latris, & mendacibus, pars illorum erit
in ſtagno ardenti igne & ſulphure. In
quo cruciabuntur die ac nocte in ſecu-
pro.11 la ſeculorum. Mortuo enim homine im
pio, nulla ſpes erit de eo. Tunc viuent
morti, quia vitæ ſunt mortui: quærent
mortem, & non inuenient: quia vitam
habuerunt & contempſerunt. Ab his er
go malorum ſupplicijs nos eripiat, & ad
illa ſanctorum gaudia nos perducat me
ritis & precibus beatorum martyrum,
dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt ſuper
omnia Deus benedictus in ſecula ſecu-
lorum, Amen.

In Communi de vno Confeſſore.

De ſomno uitiorum, & uigilantia uirtutum, & quomodo uigilare debeamus, de quatuor modis quibus dominus uenit, & cur dominus ordinem uigiliarum immutauerit.

SERMO I.

Matt.13 VIgilate, quia neſci
tis quando domi
nus domus veni-
et: ſero, an media
nocte, an gallican
tu, an mane: ne cū
venerit repente in
ueniat vos dormi
entes.

Duobus modis anima dormit in vi-
tijs, & duobus modis vigilat in virtute.
Dormit per errorem & ignorātiam: dor
mit per torporem & negligentiam. Con Dormit anima in vitijs duabus modis.
tra primum modum orat Pſalmiſta: Illu
mina oculos meos, ne vnquā obdormi- pſal.12
am in morte. Cōtra ſecundum modum
inuehitur Salomō: Vſquequo piger dor pro.6
mis, quando conſurges? Paululum dor
mies, paululū dormitabis, & veniet tibi
tanquam viator egeſtas. Vterq; ſomnus
eſt damnabilis & mortalis. Nam igno- 1.Cor.14
rans ignorabitur, & negligens neglige-
tur. Dum culpa neſcitur, pœnitentia nō
agitur, & ideo venia non donatur. Dum
cura negligitur, medicina non quęritur,
& ideo ſanitas deſperatur. Legitur enim 2.Reg.4
in libro Regū, quod duo viri principes
latronum Rachab & Banaa venientes in
greſſi ſunt domum Isboſeth, qui dormi
ebat ſuper ſtratum ſuum meridie, & oſti
aria domus purgans triticum obdormi
uit. Qui percuſſerunt eum in inguine, &
mortuus eſt, & ſublato capite abierunt.
Sane quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram Rom.15
doctrinam ſcripta ſunt, vt per patiētiam
& cōſolationem ſcripturarum ſpem ha
beamus. Nam omnia in figura contin-
gebāt illis. Ecce tam Isboſeth quam oſti 1.Cor.10
aria dormiebat. Oſtiaria quæ triticum
purgat à lolio, frumētum à vitio, eſt cu- Oſtiaria purgans triticū qd myſtice.
ſtodia mentis vel ſolicitudo, quæ ſi for-
te per ignorātiam obdormierit, vt oſtia
domus, id eſt, ſenſus corporis nō cuſto-
diat, duo principes latronum .i. ſpiritus
cupiditatis & ſpiritus ſupbiæ, quæ ſunt
duo vitia principalia (Nam radix omni 1. Timo.6
um malorum eſt cupiditas, ad quam per
tinet oīs illicitus appetitus: & initium Eccli.10
omnis peccati eſt ſuperbia, ad quam ſpe
ctat omnis iniqua præſumptio) ingreſſi
domum, ſtatim Isboſeth dormientē, id
eſt, animum negligentem, in inguine fe
riunt, id eſt, per carnis delectationem oc
cidūt. Nihil enim magis eſt amicum vo-
luptati, quam ocium. Quod etiam Poe-
ta cognouit, cum ait: Quæritur Aegi-
ſtus quare ſit factus adulter, In prōptu Isboſeth quid interpretetur.
cauſa eſt, deſidioſus erat. Bene igitur Is-
boſeth, vir cōfuſionis interpretatur: qa
dignus eſt confuſione, qui negligit vigi
lare. Semper igitur aliquid operis faci-
to, vt diabolus occupatum te inueniat.

Matt.24 Propterea dominus præcipit: Vigilate,
quia neſcitis qua hora fur venturus ſit.
1.Petri.5 Et apoſtolus ait: Fratres,ſobrij eſtote &
vigilate,qa aduerſarius veſter diabolus
tanquam leo rugiẽs circuit q̃rens quem
deuoret.Porro,vigilare debemus p fidẽ
Vigilãdũ quomodo ſit dupliciter. cordis,& per ſolicitudinem operis. Per
fidem cordis aduerſus errorem & igno-
rantiam. Per ſolicitudinem operis con
tra torporem &negligentiam.Nam ſine
Heb.11 fide impoſſibile eſt placere Deo,& fides
Iaco.2 Ioan.12 ſine operibus mortua eſt.Ergo dum lu-
cem habetis,credite in lucem, vt filij lu-
Gal.6 cis ſitis. Et dum tempus habetis opere-
mini bonum ad omnes, maxime autem
ad domeſticos fidei.Veniet tempus,quã
Matt.22 do nec agere poteritis nec videre. Liga-
tis,inquit,manibus ac pedibus, projici-
te eum in tenebras exteriores.Ligati ma
nus non poſſunt agere,proiecti in tene-
bras non poſſunt videre. Vigilate ergo,
quia neſcitis quãdo veniat dominus. Et
ſi nihil morte ſit certius, nihil tamen eſt
hora mortis incertius, q̃ qa ſemp nobis
eſt incerta,ſemp nobis ſit ſuſpecta: vt ita
ſemper viuere libeat,tãquam mori ſem-
per oporteat.Neſcimus ergo quãdo do-
Quatuor modis venit dominus. minus veniat.Quatuor modis dominus
venit.Primo & vltimo venit ſemel,ſecũ
do,tertio,venit ſæpe.Primo venit in mũ
dum ad redemptionem,vltimo veniet in
iudicium,ad retributionem,Secũdo ve-
nit in mentem ad ſanctificationem,Ter
tio venit in carnem ad diſſolutionẽ. De
Ioan.16 primo dicit:Exiui à patre &veni in mun
Matt.24 dum.De vltimo: Videbitis filium homi
nis venientem in nubibus cœli cum po-
teſtate magna & maieſtate. De ſecundo:
Ioan.14 Ad eum veniemus & manſionem apud
Luc.12 eum faciemus.De tertio:Cum venerit et
pulſauerit confeſtim aperiant ei. Venit:
vt animam quam dedit accipiat. Pulſat:
vt per carnis moleſtiam, mortem vicinã
Mar.13 annunciet.Neſcitis aũt qñ dñs veniat,ſe
ro,an media nocte,an gallicantu, an ma
ne.Per quatuor horas intelligũtur qua-
tuor ætates,videlicet,pueritia,adoleſcen
tia,iuuẽtus atq; ſenectus.In quibus dor
mit,qui negligit & ignorat: vigilat,qui
credit & operatur.Porro,qui dormit in
Ezech.18 vna,vigilet ſaltem in alia. Quia quacũq;
hora peccator cõuerſus fuerit, vita viuet
&non morietur,ait dominus.Nam ſi ve
nerit in prima vigilia,et ſi in ſecũda vigi
lia venerit,& ſic inuenerit,beati ſunt ſer
ui illi.Nemo tamen longanimitatis eius
patientia diutius abutatur: quia quanto
magis ſuſtinet in præſenti, tanto graui-
us puniet in futuro. Hinc enim Apoſto Rom.2
lus ait: Ignoras quoniam benignitas
Dei ad pœnitentiam te adducit? Secun-
dum duritiam tuam & cor impœnitens
theſaurizas tibi iram in die iræ,& reuela
tionis iuſti iudicij Dei.Porro, cum ma-
ne hominis pueritia,gallicantus adole-
ſcentia,media nox iuuentus, & ſero ſe-
nectus intelligi videatur: quare domi-
nus ordinem conuertit & mutat? Non
enim ait mane, in gallicantu, an media
nocte,an ſero:ſed ait,ſero, an media no-
cte,an gallicãtu,an mane.Dominus au-
tem neceſſarium ordinem ſeruat,ſecun-
dum quod quiſque magis vigilare tene
tur.Plus enim vigilare tenetur ſenex q̃
iuuenis,& plus iuuenis,quã adoleſcens,
& plus adoleſcens,quam puer. Vel poti
us,quia quum homo naſcitur ad miſe-
riam, tunc incipit ei nox, quum autem
moritur ad ſalutem, tunc incipit ei dies:
recte per ſero,quod eſt noctis initium,
intelligitur pueritia: per mane vero, q̃d
eſt finis noctis,ſenectus accipitur. Et i-
deo dominus prius commemorat ſero,
quam mane, vt de nocte tranſeamus ad
diem,id eſt,de miſeria vitæ præſentis ad
gloriam vitæ futuræ.Hinc enim Pſalmi
ſta teſtatur: Dormierũt ſomnum ſuum, Pſal.75
& nihil inuenerunt omnes viri diuitia-
rum in manibus ſuis. Quærendum eſt
autem,quum ſint hominis ſex ætates, vi
delicet, infantia, pueritia, adoleſcentia,
iuuentus, ſenectus & ſenium: quare do
minus prima & vltima prætermiſſis, me
dias tantum commemorat? Sed quam-
uis occultata,men neceſſaria prouiſum
eſt ratione. Duo nanque præmiſerat,
vigilate,ſcilicet,& orate, neſcitis quãdo
dominus veniat.In prima quidem æta-
te licet homo neſciat,quando dominus
veniat,tamen non habet opus vigilare:
quia non ſolet infans ea ætate peccare.
In vltima vero licet opus habeat vigila-
re,ſcit tamen decrepitus quod ea ætate
dominus venit:quoniam ætas illa mor-
te finitur.Licet autem omnibus præce-
ptum ſit vigilare,ſecundum illud:Quod Marc.13
vo-

Mar.13 vobis dico,omnibus dico,vigilate: ſpe-
cialiter tamen prælatis Eccleſiæ, ſecun-
dum illud: Ianitori præcepit vt vigilet. Ia
nitor enim eſt cui claues eccleſiæ cõmit-
tuntur,qui tam pro ſe,quam pro popu-
lo vigilare tenetur. Ne ſi cæcus cæcũ du-
Lucæ.6 xerit,ambo in foueam cadant. Cui & di
citur à dño per prophetã: Si non annun
Ezech.33 ciaueris iniquo iniquitatem ſuã,ſangui-
nem eius de manu tua requiram. Paſto-
Lucæ.2 res enim cuſtodiebant vigilias noctis ſu
per gregẽ ſuum. Vigilate ergo: quia bea-
ti ſunt ſerui illi, quos cum venerit domi
Lucæ.12 nus,inuenerit vigilantes.

In Communi de vna Virgine.

De quadruplici acceptione regni cœlorum, negociatore iniquo & iuſto,prauo & ſancto,de margaritarum multiplici diſtinctione, præcipue tamen de triplici,quarum quælibet à quibuſdam bene, & ab alijs male quæritur.

SERMO I.

Matt.13 SImile eſt regnũ cœ
lorum homini ne
gociatori,quæren
ti bonas margari-
tas. Inuẽta autem
vna precioſa mar-
garita,dedit omnia
ſua & comparauit
eam.

Regnũ cœlorũ variè acceptũ. Regnum cœlorũ,cuius diffinitio mul
tifarie ſpargitur in ſcripturis,aliud eſt ſu
pra nos,aliud circa nos,aliud infra nos,
& aliud extra nos. Quod ſupra nos eſt,
intelligitur Eccleſia triumphantiũ. Qđ
circa nos eſt,intelligitur Eccleſia militã
tium. Quod infra nos eſt,intelligitur fi-
des recta. Quod extra nos eſt, intelligi-
tur lex diuina. De primo dicitur: Veniẽt
Lucæ.13 & recumbent cum Abraham,Iſaac & Ia
cob in regno cœlorum. De ſecũdo: Exi
bunt angeli,id eſt,meſſores,& colligent Matt.13
de regno eius omnia ſcãdala. De tertio:
Regnũ Dei intra vos eſt. De quarto: Au Lucæ.17
feretur à vobis regnum,& dabitur genti Matt.21
facienti fructus eius. Regnum ergo cœ- Eccleſia militãtiũ
lorum intelligitur in hoc loco Eccleſia vocatur
militantium, eorum videlicet, qui de ſe regnũ cœ
dicere poſſunt: Noſtra cõuerſatio in cœ lorum.
lis eſt. Hoc regnum, id eſt, Eccleſia, ſimi Phil.3
le dicitur homini negociatori,quærenti
bonas margaritas. Sed eſt negociator in
iquus & prauus,& eſt negociator iuſtus
& ſanctus. De negociatiõe iniqua & pra
ua,dicitur in Pſalmo: Quoniam non co
gnoui negociationes, introibo in potẽ- Pſal.70
tias domini. De negociatiõe honeſta &
ſancta,dominus ait: Negociamini dum
venio. Hinc eſt etiã quod homo ille pe- Lucæ 19
regre proficiſcens,diuiſit ſeruis ſuis bo- Matt.25.
na. Et alij dedit quinque talenta,alij au-
tem duo,alij vero vnum. Qui quinq; ta-
lenta acceperat,ſuperlucratus eſt alia qn
que. Qui autem duo acceperat, ſuperlu-
cratus eſt alia duo. Cuiuſmodi lucrum
dominus rediens commendauit: Euge,
inquit,ſerue bone & fidelis,ſuper pauca
fuiſti fidelis,ſupra multa te conſtituam:
intra in gaudium domini tui. Qui vero
vnam acceptam ligauit in ſudario; & ab
ſcondit, reprobatus eſt à domino ſibi di
cente: Serue nequam,nonne oportuit te
pecuniã meã tradere numularijs? &c. V-
ſura perfecta eſt,quum per merita conſe
quimur præmia,per tẽporalia lucramur
æterna. Simile eſt ergo regnum cœlo-
rum homini negociatori,quærenti bo-
nas margaritas. Multiplex eſt margari-
tarum ſiue lapidũ diſtinctio ſeu diuiſio
in ſcripturis. Ait enim propheta: Omnis Ezech.28
lapis precioſus operimentum tuum. Et
enumerat ſtatim nouem nomina lapi-
dum, propter nouem ordines angelo-
rum. Moyſes quoq; duodecim ſpecies lapi Exo.28
pum poſuit in rationali iudicij, propter
apoſtolorum doctrinam. Paulus enim 1.Cor.3
in epiſtola dicit: Alius ædificat lignum,
fœnum,ſtipulam: alius autem aurum &
argentum & lapides precioſos. Item in
Apocalypſi Ioannis: Lapides precioſi Apoc.21
omnes muri eius, & turres Hieruſalem
gemmis ædificabuntur.

Sufficit autẽ ad ædificationem noſtrã Margaritarum ſpecies tres
diſtinguere tres ſpecies margaritarum.
Eſt

Eſt autẽ margarita ſcientiæ in ſcriptura, margarita gratię in eccleſ. margarita gloriæ in patria. Prima cõparatur ꝑcio meditationis & lectionis, Secũda cõparatur ꝑcio contritionis & confeſſionis, Tertia cõparatur ꝑcio cogitationis & actionis. Primam comparat is, De q̃ dicitur:
Pſal.1 In lege dñi fuit volũtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Secũdã cõ-
Luc.16 parant ij, ad q̃s dicitur: Facite vobis amicos de mãmona iniq̃tatis, vt cũ defeceritis, recipiãt vos in æterna tabernacu. Verius tñ videtur, q̃d per gratiam veniatur ad veniam, quam per veniam veniatur
Luc.7 ad gratiam, teſte Veritate, quæ dicit: Dimiſſa ſunt ei pctã multa, quoniã dilexit multũ. Porro quælibet margaritarum iſtarũ male quæritur à q̃buſdam, ab alijs bene quęritur. Nam male quęrit hæreticus margaritã ſciẽtiæ, bene quęrit catholicus. Ille quęrit vt veritatem impugnet, iſte quęrit vt veritatem defendat. Ille quęrit vt fidem euacuet, iſte quærit vt fidem confirmet. Ille quærit vt aquam vino comiſceat, & in aureo calice fel draconis propinet. Iſte quęrit vt capiat vulpes
Can.2 paruulas, quæ demoliuntur vineas, facies quidem habẽtes diuerſas, ſed caudas ad inuicem colligatas: q̃a de vanitate cõueniunt in idipſum. Sunt tñ aliqui Chriſtiani, ſicut ipſi frequẽter audiuimus, & intelleximus, q̃ margaritã ſciẽtiæ, nõ ad veritatis defenſionẽ, ſed ad falſitatis aſſertionẽ allegãt, vt pro margarita mercẽ
Pſal.118 accipiant. De quibus inquit Pſal. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed nõ vt lex tua dñe. Margaritã quoq; gratiæ male quęrit ambitioſus, bene quęrit deuotus. Ille quęrit per ſimoniacã prauitatẽ, iſte per catholicam puritatem. Ille vt fraudem exerceat, iſte vt laudem perficiat. Ille audit cum Simone: Pecunia tua te
Act.8 cum ſit in perditione, iſte audit à domino: Gratis accepiſtis, gratis date. Domi-
Matt.10 Luc.19 nus enim vendentes & ementes eiecit de templo, menſas euertit, æs numulariorum effudit, nobis relinquens exemplum, vt Giezitas & Simoniacos de eccleſia expellamus: q̃a nõ habent partẽ in regno Chriſti & Dei. Sed & gloriæ margaritã male q̃rit Iudæus, bñ quęrit Chriſtianus. Ille q̃rit per deuia, ideo nunq̃ inuenit, iſte ꝑ viã, ideo ad illã pertingit. Ille tanq̃ cæcus vultu velato, iſte tanq̃ videns facie reuelata. Vna enim eſt, & vnica via per quã peruenit ad patriã, illa videlicet quæ de ſe dicit: Ego ſum via, ꝟitas & vi-
ta. Multæ ſunt igitur margaritæ, ſed vna eſt ꝑcioſa, quã qui inuenit hõ vendit vniuerſa q̃ habet & cõparat eam. Dat tẽporalia vt acq̃rat æterna, dat terrena vt acq̃rat cœliſtia, dat vniuerſa, non ſolum ſua, ſed ſeipſum, non ſolũ propriã facultatẽ, ſed etiã propriam voluntatem, ſecundũ illud: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucẽ ſuam, &c. Hinc ergo Petrus aiebat: Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. Omia ergo vẽdũtur, vt vnum ſolũmodo comparetur. Martha Martha, dñs inquit, ſolicita es, & turbaris erga plurima. Porro, vnum eſt neceſſarium. Hanc vnicã margaritam quærebat Propheta, cum diceret: Vnam petij à dño hanc requiram. Q̃ preacioſa ſit hæc margarita, cogitare non poſſumus, ne dum etiam explicare: quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcendit, quæ præparauit Deus diligẽtibus ſe. Sed ne penitus taceamus, dicamus hanc margaritam eſſe vnũ Deum, qui eſt omnia in omnibus, cunctorũ præmium, & remuneratio ſingulorum. Hic eſt denarius ille, qui redditur omnibus in vinea laborantibus. Et bene margarita dicitur, propter cognitionis ſplẽdorem, in qua conſiſtit vita æterna. Hæc eſt, inquit, vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Nemo vero pro paupertate deſperet, cum audit ꝑcioſam margaritam, quia de facili cõparatur. Emit eã vidua duobus minutis, quæ miſit in gazophylacium. Emit eam alius potu calicis aquæ frigidæ, quem in nomine dedit prophetæ. Emit eã latro pendens in cruce vnico verbo, dicens: Memẽto mei domine, dum veneris in regnũ tuum. Mox enim audiuit: Hodie mecum eris in paradiſo. Nullus ergo deſperet, quia ſufficit volũtas, vbi deeſt facultas. Demus ergo quod poſſumus, terrena ꝓ cœleſtibus, trãſitoria pro æternis, vt precioſam margaritam comparemus à domino.

Ipſo præſtante, qui eſt ſuper oĩa Deus benedictus in ſecula ſeculorũ, Amen.

Margaritam ſcientię q̃s male quęrat & q̃s bene. — Hic videtur aliq̃d deſiderari — Margaritã gratię quis male quęrat & quis bene — Glorię margaritam quis male q̃rat & q̃s bene. — Ioan.14 Margarita vna precioſa quę quomodo comparanda. — Luc.9 — Matt.19 — Luc.10 — Pſal.26 — 1.Cor.2 — Matt.20 — Ioan.17 — Mar.12 — Matt.10 — Luc.23

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III. SERMO I. IN CONSECRATIONE Pontificis.

De ſacerdotis dignitate, periculo & peccato: quid per uitulum & tabernaculum accipiendum ſit, & de uera uniuerſorum peccatorum pœnitentia, & integra eorundem confeſſione & ſatiſfactione.

Leuit.4 SI SAcerdos, q eſt vnctus, peccauerit, faciẽs delinquere populũ, offeret p peccato ſuo vitulum immaculatum domino, & adducet illũ ad oſtium tabernaculi teſtimonij corã domino, ponetq; manũ ſuper caput eius, & immolabit eum domino.

Verba quæ locutus ſum vobis, fratres chariſſimi, verba ſunt domini loquẽtis ad Moyſen in Leuitico, ſuper expiando crimine ſacerdotis.

Sunt autem quatuor ſpecies perſonarum, ſacerdos, princeps, populus, & anima. *perſonarũ ſpecies q̃tuor.* Porro, ſicut peccatum ſacerdotis primum deſcribitur, ita maximum iudicatur: tum propter officij dignitatem, tum propter peruerſitatem exempli. *peccatum ſacerdotis cur maximum iudicetur.* Primũ notatur cum dicitur: Si ſacerdos, qui eſt vnctus, peccauerit. Secũdum, cum additur: Faciens delinquere populum. Nam iuxta Satyricum: Omne animi vitiũ tanto conſpectius in ſe Crimẽ habet, quanto qui peccat maior habetur. *Iuuenalis* Multa ſunt leuia ſubditis, quæ grauia ſunt prælatis: & multa ſunt laicis venialia, quæ clericis ſunt mortalia. Si enim incantator fuerit percuſſus à ſerpente, quis medebitur ei? *Ecc.12* Et ſi ſacerdos peccauerit, quis orabit pro illo? Sane quanto gradus altior, tanto caſus grauior. *Hierony* Nam cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Iudicium durum fiet his qui præſunt. *Sap.6* Tibi ſacerdos datum eſt noſſe myſteria regni Dei, cæteris autem in parabolis. *Lucæ.8* Sed ſeruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens vapulabit multis. *Lucæ.12* Tibi ſacerdos datæ ſunt claues regni cœlorum, vt quodcũq; ligaueris ſuper terram, ſit ligatum & in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, ſit ſolutum & in cœlis. *Mat.16* Sed væ tibi, ſi mortificas animas quæ non moriuntur, & viuificas animas quæ non viuunt. *Ezech.13* Tibi ſacerdos datum eſt panem & vinum conſecrare in corpus & ſanguinẽ Ieſu Chriſti. Sed ſi mãducas indigne, iudicium tibi manducas, non dijudicans corpus domini. *1.Cor.11* Quid quod tuo pctõ facis delinquere populum? Per te nomen Dei blaſphematur in gentibus. *Rom.2* Non enĩ poteſt filius facere, niſi quod viderit patrem facientem. *Ioan.5* Et in excuſationem prætendit, ſufficit diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter ipſius. *Luc.6* Cur, inquit laicus, non adulterer, cum ſacerdos fornicetur? Cur non fœnerer, cum ſacerdos fœneretur? Certe tot mortibus eſt dignus ſacerdos, quot exempla perditionis tranſmittit in populum. *Sacerdos malus q̃t mortibus ſit dignus* Si caput fuerit infirmum, totum corpus languidum

Eſa. 1 gaudium erit. Nam omne caput languidum & omne cor mœrens: à planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas. Cum hęretici nos peccare cõſpiciũt, docent eleemoſynas nobis dandas non eſſe, inducentes ad hoc autoritatem ſacræ ſcripturæ dicentis: Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec inuenias iuſtũ cui des. Non dicit, donec inuenias ſacerdotem adulterum, ebrioſum, inuidum, ſuperbum, periurum, cupidum, vſurarium, & hmoi: ſed dicit, donec inuenias iuſtũ cui des. Oblationes quoq;, decimæ vel primitiæ dandæ ſunt miniſtris Dei, non ſeruis diaboli. Nam qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Cũ hæretici nos peccare conſpiciunt, docent prędicationem noſtram audiendam non eſſe, probantes hoc autoritate ſacrę ſcripturæ, dicentis: Pſal. 49 Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamẽtum meum per os tuum? Cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Nam cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur, & dicatur ei: Me Luc. 4 dice cura teipſum. Ejice primum trabem Luc. 6 de oculo tuo, & tunc ejcies feſtucam de oculo fratris tui. Propheta quoque cum mittendus eſſet ad prædicandum, Eſa. 6 prius ab iniquitate mundatur, & os eius tangitur calculo, quod forcipe tollitur de altari. Cum hæretici nos peccare conſpiciunt, docent nos eccleſiaſtica ſacramenta non poſſe conficere, inducentes autoritatem ſcripturæ dicentis: Mal. 2 Maledicam benedictionibus veſtris, & cum multiplicaueritis orationem non exaudiam vos. Manus enim veſtræ ſan- Eſa. 1 guine plenæ ſunt. Quicquid tetigit immundus immundum erit. Lux ergo Matt. 5 noſtra luceat coram hominibus, vt videant opera noſtra bona, & glorificent patrem noſtrum qui in cœlis eſt.

peccatum ſacerdotis quomodo expietur. Si enim ſacerdos qui eſt vnctus peccauerit, faciens delinquere populum, offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatum domino. Non ſufficit ſacerdoti offerre pro peccato ſuo turturem vel columbam, hœdum vel agnum, caprã vel ouem: ſed oportet vt offerat vitulum, nõ qualemcunque, ſed immaculatum: nec vbicunque, ſed ad oſtiũ tabernaculi: nec ante quælibet, ſed coram domino: nec quomodolibet, ſed ponet manum ſuper caput eius, & immolabit eum domino. Animæ peccanti pręcipitur, vt offerat capram, principi peccanti præcipitur vt offerat hircum. Sed tam pro peccato ſacerdotis, q̃ pro pctõ multitudinis, imperatur vt vitulus offerat immaculatus. Vnde conijcitur, quod peccatum ſacerdotis totius multitudinis peccato coæquatur: quia ſacerdos in ſuo peccato totam facit delinquere multitudinem. Offerat ergo ſacerdos pro peccato vitulum immaculatum: quia grandis culpa grandi debet hoſtia expiari. Per vitulum immaculatum moraliter intelligimus ſpiritũ contribulatum. Quia ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Hic vitulus, hæc hoſtia, hoc ſacrificium debet offerri domino pro peccato: vt vitulus qui peccando fuerat indomitus, per ſuperbiam, pœnitendo per humilitatẽ dometur, & iugum Chriſti ſuſcipiat, De quo dicit in Euangelio: Iugum meũ ſuaue eſt, & onus meum leue. Tunc Deus acceptabit ſacrificium iuſtitiæ, tunc impones ſuper altare eius vitulos. Adducat ergo ſacerdos vitulum ad oſtium tabernaculi, per oris confeſſionem: & ponat manum ſuam ſuper caput eius, per operis ſatisfactionem: & immolet eum domino, per cordis cõtritionem: vt diluatur peccatum cogitationis in corde, peccatum locutiõis in ore, peccatum operationis in conſuetudine. Quatenus puella ſuſcitetur in domo, adoleſcens in porta, Lazarus in monumento. Adducat ergo ſacerdos vitulum ad oſtium tabernaculi. Si per tabernaculum intelligimus corpus, in quo ſecundum Apoſtolum peregrinamur à domino, profecto per oſtium tabernaculi debemus os corporis intelligere, De quo dicit Dauid: Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Ad hoc oſtium ducitur, quum ad confeſſionem oris ſecretum cordis progreditur. Dic, inquit, iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Iuſtus enim in principio ſermonis accuſator eſt ſui. Qui coram Deo ſemet ipſum accuſat, Deus illum excuſat. Et q coram Deo ſemetipſum excuſat, Deus illum

Peccatum ſacerdotis coæquat peccato totius multitudinis.

Vitulus immaculatus quis myſtice. pſal. 50

Matt. 11

Pſal. 50

Confeſſio.

Satisfactio. Contritio.

Matt. 9 Luc. 7 Ioan. 11

Tabernaculum. 2. Cor. 5

Oſtium.

pſal. 140

Eſa. 43

Pro. 18

illum accuſat. Recurramus ad Euangelium, ibi inueniemus exemplum: Duo homines aſcenderunt in templum vt orarent, &c. Multum diſtat inter confeſſionem criminis, quæ fit in humano iudicio, & eam quæ fit in diuino. Nam illa condemnat, & iſta iuſtificat. In illo iudicio cum reus confitetur, plectitur, in iſto abſoluitur, & ideo Propheta deprecatur: Non abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Sed valde cauendum eſt, ne quis ad oſtium tabernaculi non vitulum, ſed vulpē adducat. Nam qui peccata ſua partim reuelat, & partim occultat, vel vnam partē vni & alteram partem alteri confitetur, vel exprimit factum, & ſupprimit in eodem intentionem: ſeu crimen attenuat & excuſat, is profecto non vitulum, ſed vulpem adducit. Nam vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos. Nos autem, ſecundum Prophetam, reddamus vitulos labiorum noſtrorum, omnem omnino peccati circunſtantiam confitentes, ſecundum quod magis peccauimus: in loco in tempore, in numero, in perſona: ſecundū ætatem, ſecundū ſcientiam, ſecundum gradum, ſecundū ordinem: ſi facile, ſi frequenter, ſi manifeſte, ſi perſeueranter. Hoc enim præcipitur, vt adducatur vitulus ad oſtium tabernaculi coram domino, qui ſcrutatur renes & corda, cuius oculis omnia nuda ſunt & aperta, quem nullum latet ſecretum, nullum fallit occultum. In humano quippe iudicio, cum reus confitetur peccatum, iudex inſtruitur: in diuino iudicio cum reus confitetur peccatum, dominus obliuiſcitur. Nam quacunque hora peccator fuerit conuerſus & ingemuerit, omniū iniquitatum eius non recordabor ait dominus. Caueat ergo ſacerdos, cui confitetur peccator, nō vt homini, ſed vt Deo, ne forte poſt confeſſionem auditam recordetur peccati, Hoc eſt, ne verbo vel ſigno innuat ſe ſcire delictum: quia non dicitur, vt vitulus adducatur ad oſtium tabernaculi corā homine, ſed coram domino. Grauius enim peccat ſacerdos, qui peccatum reuelat, quam homo qui peccatum committit.

Sequitur: Et ponat manum ſuper caput eius.

Per caput vituli principale mentis, id eſt, ratio deſignat, Secundum illud: Vnge caput tuum & faciem tuam laua. Per manum intelligitur operatio, ſecundū illud: Anima mea in manibus meis ſemper. Tunc enim manum ponimus ſuper caput vituli, cum operationem conſtituimus ſuper rationem, vt, ſecundū Apoſtolum, rationabile ſit obſequium noſtrum, vt dignos fructus pœnitentię faciamus. Manus quinque digitos habet, & ſatisfactio quinque partes: quæ ſunt aſperitas veſtis, abſtinentia cibi, virtus orationis, interruptio ſomni, & largitas eleemoſynę. De his Propheta dicit in Pſalmo: Induebam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinum meum conuertetur. Et: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Sed in his omnibus debet ponere manum ſuper caput vituli, vt rationale ſit eius obſequium: ne forte iumentum ſi nimis fuerit oneratum, ſuccumbat, ſi vero parum fuerit oneratum, laſciuiat. Secundum modum culpæ ſit modus pœnæ, penſata qualitate pœnitentiæ. Non ſit tam leuis vt pręſumatur, nec tam grauis vt deſperetur. Humanū dico propter infirmitatem carnis veſtrę. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniqtati ad iniquitatē, ita exhibeatis ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationē. Vę his q culicem colant, & camelum deglutiunt: qui alligant onera grauia, & impotabilia & imponunt in humeros hominum, digito aūt ſuo nolūt ea mouere. Ponat ergo ſacerdos manum ſuper caput vituli & immolet eū domino. Immolare vitulum, eſt conterere cor, vt, ſecundum Apoſtolum, moriatur peccato & viuat iuſtitiæ. Cum ſic occiditur, tunc iuſtificatur: cum ſic percutitur, tunc ſanatur. Ego, inquit dominus, occidam, & ego viuere faciam, percutiam & ego ſanabo. Mortificetur ergo vitulus noſter, immo letur, vt de cætero non reuiuiſcat ad culpam. Irriſor eſt enim non pœnitens, qui adhuc agit q̄d pœnitet. Canis reuerſus ad vomitum, eſt pœnitens ad peccatū. Porro ſunt quidam, qui vitulum ferūt, ſed non immolāt. Hi ſunt, q de vno peccato pœnitent, ſed in alio delectantur.

Marginal notes (left): Luc. 18 — Differētia inter confeſſionē q̄ fit in humano iudicio & illā q̄ fit in diuino. — Pſal. 68 — Confitēti bus maxime cauendū q̄d ſit. — Vulpem q̄ modo qs offerat. — Luc. 9 — Oſee. 14 — Circūſtantias peccatorū in confeſſione exprimendas. — Apoc. 2 Hebr. 4 — Ezech. 18 — Reuelatio confeſſionis quam ſit graue peccatum

Marginal notes (right): Matt. 6 — Pſal. 118 — Man^o quo modo ſuper caput vituli ponenda ſit. — Rom. 12 — Luc. 3 — Satiſfactionis partes qnque quę. — Pſal. 34 — Pſal. 118 — Rom. 12 — Rom. 6 — Matt. 23 — Immolare vitulum myſtice q̄d ſit — Deut. 32 — Irriſor qs ſit, nō pœnitens.

Sed fruſtra qs pœnitet, niſi de vniuerſis pœniteat: quia Deus veniam non dimidiat. Totum enim hominem ſanum fecit in ſabbato. Rurſus, ſeptem demonia ſimul eiecit, ſeptenario numero deſignans vniuerſitatem criminum dimiſſorum. Item ab alio legionem dæmonum effugauit, oſtendens, quia quęcunque ſunt in vno peccata oportet de omnibus pœnitere. Si ſecundum ſententiam Euangelicam propter vnum peccatum redeunt etiam dimiſſa peccata, quãto magis propter vnum peccatum non dimiſſa peccata retinentur: Si ergo ſacerdos, q eſt vnctus, &c̃. Viuamus ergo fratres chariſſimi, non ſolum caſte ſed etiã caute. Caſte, ne contaminemus vnctionem ordinis quem accepimus. Propter quod dicitur: Si ſacerdos qui vnctus eſt peccauerit: quaſi dicat: Non peccet, ne contaminet vnctionem. Vel additur ad excluſionem eorum, qui cum eſſent de genere ſacerdotum, propter maculas corporis inungi non poterant, nec miniſtrare valebant. Caute, ne corrumpamus alios per exemplum. Propter quod dicitur: Faciens delinquere populum: q̃ſi dicat: Non peccet, ne populum peccãdo corrumpat. Vel ſecũdum Hebraicã veritatem: Si ſacerdos, qui eſt vnctus, peccauerit ad culpam populi, id eſt, tam viliter, vt vnus de populo, quod nimis eſt in ſacerdote damnabile. Cuſtodiamus itaque ſanctimoniam cordis & corporis, ſicut decet Dei miniſtros, & Dei ſacerdotes, Adiuuãte domino Ieſu Chriſto, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Ioan. 5 Mar. 16 Lucæ. 8

Sacerdotes quomodo caſte & caute viuere debeãt.

In conſecratione pontificis Maximi.

De primatu Apoſtolicæ ſedis, & quod a Deo ſit, & excellenti poteſtate Pontificis Romani, quod ſeruus ſit non dominus, & de fidelis ſerui officio, qui ſuper familiam domini conſtituitur, & triplici cibo, quem familiæ dare tenetur.

SERMO II.

QVis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det eis cibum in tempore: Matt. 24

Qualis debeat eſſe, qui ſuper familiam conſtituitur: & qualis debeat ſuper illam conſtitui, veritas ipſa patenter oſtẽdit. Debet enim eſſe fidelis & prudẽs, vt det eis cibũ in tempore. Fidelis ſiquidem, vt det cibum, prudẽs autem, vt det in tempore.

Manifeſte quoque deſcribitur, quis conſtituit, quia dominus: quem conſtituit, quia ſeruum. Qualem conſtituit, quia fidelem pariter & prudentem. Super quid cõſtituit, quia ſuper familiam. Quare conſtituit, quoniam vt det ei cibum. Quando, in tempore ſuo. Ponderemus ergo ſingula verba: quia cum verba ſint verbi, nihil eſt in eis, quod pondus non habeat, ſed omnia fœcũdo ſunt grauia intellectu. Dominus ergo, non quilibet, ſed ille, qui in veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptũ habet: Rex regũ & dominus dominãtium, de quo legitur, quia dominus nomẽ eſt illi: per ſeipſum Apoſtolicę ſedis primatum conſtituit, vt eius conſtitutioni nulla poſſit audacia refragari. Iuxta quod ipſe teſtatur: Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Cum enim idem ipſe ſit fundator & fundamentum eccleſiæ, profecto portæ inferi præualere non poſſunt aduerſus eam: quia fundamentum immobile perſeuerat, de q̃ dicit Apoſtolus: Fundamentum poſitum eſt, præter quod aliud poni non poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Licet ergo nauicula Petri magnis fluctibus in medio mari ſæpe iactatur, præſertim cum in ea dormit Ieſus, nunquam tamen ſubmergitur: quia Ieſus imperat ventis & mari, & tranquillitas magna fit, ita vt homines inde mirentur & dicãt: Qualis eſt hic: quia venti & mare obediunt ei. Hæc eſt enim domus illa ſublimis & ſtabilis, de qua veritas ait: Deſcẽdit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti,

Apoc. 19 Pſal. [illegible] Primat[illegible] [illegible] Matt. [illegible]

1. Cor. 3

Matt. 8

Eccle[illegible] [illegible] bilitas.

venti, & irruerunt in domum illam,
& non cecidit. Fundata enim erat ſupra
petram. Super illam videlicet, de qua di-
cit Apoſtolus: Petra autem erat Chri-
1.Cor.10 ſtus. Patet ergo, quod Apoſtolica ſedes
non deficit in tribulatione, ſed proficit
de Dei promiſſione, vt dicere valeat cũ
Pſal.4 Propheta: In tribulatione dilataſti me.
De illius promiſſione proficit confiſa,
qui dixit Apoſtolis: Vobiſcum ero om-
Matt.28 nibus diebus, vſq; ad conſummationẽ
Rom.8 ſeculi. Porro, ſi Deus nobiſcum, quis cõ
tra nos? Quia igitur conſtitutio hæc, nõ
eſt ab homine, ſed à Deo: imo verius,
quia hęc conſtitutio eſt ab homine deo,
fruſtra laborat hæreticus vel ſchiſmati-
cus, fruſtra laborat perfidus lupus, vt de
moliatur vineam, vt tunicã ſcindat, vt e-
uertat candelabrum, vt lucernam extin
guat, Iuxta verbum Gamalielis, honora
Acto.5 bilis legis doctoris, dicentis: Si ex homi
nibus eſt hoc conſilium, diſſoluetur, ſi
vero ex Deo eſt, non poteritis illud diſ
ſoluere: ne forte & Deo inueniamini re-
Pſal.117 pugnare. Dominus mihi adiutor, non
timebo quid faciat mihi homo. Ego nã
que ſum ſeruus ille, quem Deus conſti-
tuit ſuper familiam ſuam: ſed vtinam fi-
delis & prudens, vt dem ei cibum in tem
pore.

Plane ſeruus, & vtique ſeruus ſer-
uorum: vtinam non vnus ex illis, de qui
Ioan.8 Matt.18 bus inquit ſcriptura: Qui fecerit pecca-
tum, ſeruus eſt peccati. De quo dicitur:
Lucæ.12 Serue nequam, omne debitum dimiſi ti
bi. Rurſumque: Seruus ſciens volunta-
tem domini ſui & non faciens, vapula-
bit multis. Sed vnus eorum, quibus do-
Lucæ.17 minus ait: Cum omnia bene feceritis, di
cite, quia ſerui inutiles ſumus. Seruum
Lucæ.22 me fateor, & nõ dominum. Iuxta quod
dominus inquit Apoſtolis: Reges gen-
tium dominantur eorum, & qui pote-
ſtatem habent inter eos, benefici vocan
tur. Vos autem non ſic. Sed qui maior
eſt veſtrum, erit omnium ſeruus, & qui
præceſſor, tãquam miniſtrator. Et i. 'ro
miniſterium mihi vendico, dominium
non vſurpo: illius primi & precipui præ
deceſſoris exemplo, qui ait: Non quaſi
1.Petri.5 dominantes in clero, ſed forma facti
gregis ex animo. Eius quoq;, qui dixit:
2.Cor.11 Miniſtri Chriſti ſunt, & ego: vt minus
ſapiens dicam, plus ego. Grandis honor
quia ſum ſuper familiam conſtitutus:
ſed graue onus, quia totius ſum ſeruus
familiæ. Sapientibus & inſipienti- Rom.1
bus debitor ſum. Vix multi digne poſ-
ſunt vni ſeruire, ne dum quod vnus poſ
ſit digne omnibus famulari. Quis e-
nim infirmatur, & ego non infirmor? 2.Cor.11
Quis ſcandalizatur, & ego non vror?
Præter illa, quæ extrinſecus ſunt, in-
ſtantia mea quotidiana, ſolicitudo om-
nium eccleſiarum. Quot anguſtias &
dolores, quot ſolicitudines & labores
ſuſtineam, plus ſufferre valeo quam pro
ferre. Nolo magis exaggerare, quod
ſuffero, ne minus ſufferre valeam quod
aggero. Dies diei quot labores ſuſtine- Pſal.18
am eructat, & nox nocti ſolicitudines
indicat. Nec fortitudo mea fortitudo la
pidum, nec caro mea ænea eſt. Porro, Iob.16
licet enim fragilitate deficiam, ſufficien-
tia tamen mea ex Deo eſt, qui dat omni 2.Cor.3
bus affluenter, & non improperat. Et Hiere.10
ideo, quamuis non ſit in homine via e-
ius, ab eo tamen ſpero dirigi greſſus me
os, qui beatum Petrum ambulantem in Mat.14
fluctibus ne mergeretur erexit, qui pra- E.a.40
ua conuertit in recta, & aſpera mutat in
plana. Audiſtis conditionem, audite de
bitum.

Cũ em̃ ſim ſeruus, debeo eẽ fidelis &
prudens, vt dem familiæ cibũ in tẽpore.
Tria præcipue Deus requirit à me, q̃ no- Tria requiruntur à fideli ſeruo
tant his verbis, videlicet, fidem cordis,
prudentiam operis, cibum oris: hoc eſt,
vt ſim fidelis in corde, vt ſim prudens in
opere, & dem cibum in ore. Corde nam Fides firma.
que creditur ad iuſtitiam, ore autem con Rom.10
feſſio fit ad ſalutem. Quia credidit Abra Gen.15
ham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſti-
tiam. Heb.6

Sine fide impoſſibile eſt placere Rom.14
Deo: quia quicquid non eſt ex fide, pec-
catum eſt. Niſi enim ego ſolidatus eſſem
in fide, quõ poſſem alios in fide firma-
re? Quod ad officium meum noſcitur
ſpecialiter pertinere, domino prote-
ſtante: Ego, inquit, pro te rogaui Pe-
tre, vt non deficiat fides tua, & tu ali- Lucæ.22
quando conuerſus, confirma fratres
tuos. Rogauit & impetrauit: quoniam
exauditus eſt in omnibus pro ſua reue-
rentia. Et ideo fides Apoſtolicæ ſedis

in nulla nunquam turbatione defecit,
ſed integra ſemper & illibata permanſit:
vt Petri priuilegium perſiſteret incõcuſ
ſum. In tantum enim fides mihi neceſſa
ria eſt, vt cum de cæteris peccatis ſolum
Deum Iudicem habeam, propter ſolum
peccatum quod in fide committitur, poſ
Ioan.3 ſem ab eccleſia iudicari. Nam qui non
credit, iam iudicatus eſt. Credo quidem,
& certiſſime credo, quod catholice cre-
dam: confidens, quod fides mea debeat
Lucæ.8 me ſaluare, Iuxta promiſſionem dicen-
Iacob.2 tis: Fides tua te ſaluum fecit, vade & am
plius noli peccare. Porro fides ſine ope
ribus mortua eſt. Viuit autem fides illa,
Heb.10 quæ per dilectionem operatur. Quia iu
Rom.2 ſtus ex fide viuit. Non enim auditores
legis, ſed factores iuſti ſunt apud deum:
Iacob.1 quia ſi quis auditor eſt verbi, & non fa-
ctor, hic cõparabitur viro conſideranti
vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Pro-
pterea nec fides ſufficit ſine prudentia,
nec prudentia ſufficit ſine fide. Oportet
igitur vt ſim fidelis & prudẽs. Scriptũ eſt
Matt.10 enim: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.
Prudẽtia. O quam neceſſaria eſt mihi prudentia,
Rom.12 vt rationabile ſit obſequium meum, vt
Matt.6 neſciat ſiniſtra mea quid faciat dextra
Deu.17 mea: vt diſcernam inter lepram & non
lepram, inter bonum & malum, inter lu
cem & tenebras, inter ſanctum & pro-
phanum: ne dicam malum bonum, vel
Eſa.5 bonum malum: ne tenebras lucem, vel
Ezech.13 lucem tenebras: ne mortificem animas,
quæ non moriuntur, vel viuificem ani-
Rationale pontificis q̃d myſtice diſignet mas quę non viuuut. Recte igitur inter
ornamenta pontificalia logion præci-
pue commendatur, quod quadrangu-
lum erat & duplex: & pontificis ratio,
quam & loco præſignabat & nomine,
debet diſcernere inter quatuor, inter
verum & falſum, ne deuiet in credẽdis,
inter bonum & malum, ne deuiet in a-
gendis. Debet diſcernere pro duobus,
Matt.15 pro ſe videlicet & populo, ne ſi cæcus cæ
cum duxerit, ambo in foueam cadant.
Erat quadrangulum propter quadriſa
rium intellectum, quem põtifex in ſcri
pturis debet habere, Hiſtoricum, alle-
goricum, tropologicum, & anagogicũ.
Erat & duplex, propter geminum te
ſtamentum, quod pontifici non expe-
dit ignorare: quia litera occidit, ſpiri-
tus autem viuificat. Quadrangulum, 2.Cor.3
propter nouum teſtamentum, quod
in quatuor Euangelijs continetur: du-
plex, propter vetus, quod in duabus ta-
bulis exaratur. O quanta debet eſſe illa
vna prudentia, quæ compellitur ad om
nem prudentiam reſpondere, quæſtio-
num nodos diſſoluere, dubitationũ ab-
dita reſerare, cauſarum merita pandere:
iudiciorum ordines obſeruare, ſcriptu-
ras exponere, populis prædicare, inquie
tos corripere, debiles confortare, hęre-
ticos confundere, catholicos confirma
re, Quis eſt hic & laudabimus eum? I-
deo dominus ſignanter ait: Quis putas Eccli.31
eſt fidelis ſeruus & prudens? Talis de-
bet eſſe, qui ſuper familiam conſtitui-
tur. Equidem conſtitutus ſum ſuper fa-
miliam, vt ſicut excellentiſſimus mihi
eſt locus, ita ſit & excellentiſſimum me
ritum. Verum ad magnam potentis do
mini laudem accedit, quod per vilem ſer
uum ſuum beneplacitum operatur, vt
nihil aſſcribatur humanæ virtuti, ſed
totum attribuatur diuinæ potentiæ.
Quis autem ſum ego, aut quæ domus
patris mei, vt ſedeam excellentior regi-
bus & ſolium gloriæ teneam? Mihi nã-
que dicitur in Propheta: Conſtitui te ſu
per gentes & regna, vt euellas & deſtru- Hiere.1
as & diſperdas & diſſipides, & ædifices
& plantes. Mihi quoque dicitur in A-
poſtolo: Tibi dabo claues regni cœlo-
rum, & quodcunque ligaueris ſuper ter Matt.16
ram, erit ligatum & in cœlis, &c̃. Cũ om
nibus Apoſtolis loqueretur, particulari
ter dixit: Quorũ remiſeritis peccata, re- Ioan.20
mittuutur eis, & quorum retinueritis, re
tenta ſunt. Cum autẽ ſoli Petro loque-
retur, vniuerſaliter ait: Quodcunque li-
gaueris ſuper terram, erit ligatum & in
cœlis &c̃ Quia Petrus ligare poteſt cæte
ros, ſed ligari nõ poteſt à cæteris. Tu, in Priuilegium D. Petri apli. Cephas q̃d interpretetur.
q̃t, vocaberis Cephas, q̊d exponit caput:
quia ſicut in capite conſiſtit omnium
ſenſuum plenitudo, in cęteris autẽ mem
bris pars eſt aliqua plenitudinis: ita cæ-
teri vocati ſunt in partem ſolicitudinis,
ſolus autem Petrus aſſumptus eſt in ple
nitudinem poteſtatis. Iam ergo videtis
quis iſte ſit ſeruus, qui ſuper familiam
con

cōſtituitur, profectò vicarius Ieſu Chriſti, ſucceſſor petri, Chriſtus domini, De- (Romani pontificis excellētia ſingularis.) us Pharaonis: inter Deum & hominem medius conſtitutus, citra Deum, ſed vltra hominem: minor Deo, ſed maior homine: qui de omnibus iudicat, & à nemine iudicatur: (1.Cor.5) Apoſtoli voce pronuncians, qui me iudicat, dominus eſt. Verum officium ſeruitutis humiliet, quem faſtigium ſublimitatis exaltat, vt humilis ſublimitas ſit, & ſublimis humilitas. (Iacob.4 Lucæ.14) Nam ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Qui ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur. (Eſa.40) Omnis vallis implebitur, & oīs mons & collis humiliabitur. Salubre conſilium: (Eccli.3) Quātò maior es, humilia te inomnibus. (Eccli.32) Et: Principē te conſtituerunt, noli extolli, ſed eſto in illis, quaſi vnus ex illis. Hęc (Matt.5) eſt lucerna poſita ſuper candelabrum, (Matt.6) vt omnes qui in domo ſunt videāt. Porro, ſi lumen hoc tenebræ fiant, ipſe tenebrę quantę erunt? (Matt.5) Hic eſt ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit in q̄ ſalietur? Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vnde cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Plus enim habet vnde poſſit vereri, quam vnde valeat gloriari: redditurus Deo rationem, non ſolum pro ſe, ſed pro omnibus, qui ſunt ſuæ curæ commiſſi. At omnes omnino qui ſunt de familia domini ſub eius cura conſtituti ſunt. Non enim diſtinguit inter hanc atque illam familiam, nec pluraliter dicitur, ſuper familias, tanquam multas: ſed ſingulariter dicitur, ſuper familiam, tanquam vnam, (Ioan.10) vt ſit vnum ouile & vnus paſtor. Vna (Can.6) eſt, inquit, columba mea, perfecta mea: (Ioan.19) vna quoque tunica inconſutilis, quæ diuiſa non fuit. (Gen.6) Vna tantum extitit arca: intra quam quicunque fuerunt, ſub vno rectore leguntur in cataclyſmo ſaluati. Qui autem extra ipſam inuenti ſunt, omnes in diluuio perierunt.

Ad hoc autem eſt ſuper familiam conſtitutus, vt det illi cibum in tempo- (Primatū Petri à domino tercia vice cōſtitutum.) re. Primatum Petri dominus Ieſus Chriſtus & ante paſſionem, & circa paſſionem, & poſt paſſionem conſtituit. Ante paſſionem, cum dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. (Mat.16) Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Circa paſſionem, cum ait: Simon, ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: (Luc.22) ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Poſt paſſionem vero, cum tertio præcepit: Si diligis me, paſce oues meas. (Ioan.21)

In primo ſublimitas poteſtatis, in ſecundo conſtantia fidei, & in tertio paſtura gregis exprimitur: quæ circa Petrum in hoc loco manifeſtiſſime declarantur. Conſtantia fidei, cum dicitur: Fidelis & prudens. Sublimitas poteſtatis, cum dicitur: Conſtituit ſuper familiam. Paſtura gregis, cum dicitur. Vt det illi cibum.

Cibum dare tenetur, videlicet, exempli, verbi, ſacramenti. (Cibū triplicem tenetur paſtor ouibꝰ ſuis dare.) Quaſi dicat: Paſce exemplo vitę, verbo doctrinæ, ſacramēto euchariſtię. Exemplo actionis, verbo prædicationis, ſacramento communionis. De primo veritas dicit: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatē eius, qui me miſit. (Ioan.4) De ſecundo ſcriptura dicit: Cibauit eum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. (Eccle.15) De tertio dominus inquit: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. (Ioan.6)

I.

Cibum exempli teneor dare familiæ, vt luceat lux mea coram hominibus, (Matt.5) quatenus videntes opera mea bona, glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. (Ibidem.) Nemo enim accendit lucernam & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Propter quod alibi dominus ait: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ (Luc.12) ardētes in manibus veſtris. Cortina cortinam trahat, & qui audit, dicat veni. Si enim ſacerdos q̄ eſt vnctus peccauerit, (Leuit.4 Iuuenalis.) facit delinquere populum. Nam omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Sed & cibum verbi teneor dare fami-

liæ

liæ, vt talentum acceptum erogãdo multiplicem, quatenus opus Euangeliſtæ perficiam. Quia, iuxta verbum Apoſto-
1.Cor.1 li, non miſit me Deus baptizare, ſed euãgelizare: vt catelli edant de micis, quæ
Matt.5 cadunt de menſa dominorum ſuorum. Quia non in ſolo pane viuit homo, ſed
Deut.8 in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Ne forte propter me, imo verius cõ-
Thren.4 tra me, illud dicatur: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

Cibum quoque ſacramenti teneor dare familiæ, vt in eo vitam accipiat, &
Ioan.6 ex eo mortem euadat, ipſo dicente: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Quia niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis vitam in vobis. Hunc triplicem cibum
Eccli.3 dare quidem teneor, ſed in tẽpore. Quia iuxta prouerbium Salamonis: Omnia bona in tempore ſuo. Prius teneor dare cibum exempli, deinde cibum verbi, vt
Acto.1 digne dem cibum ſacramenti. Quia cœ-
1.Petri.2 pit Ieſus facere & docere, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Nam qui fece-
Matt.5 rit & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Propter quod à tunica
Exo.28 pontificali dependebant mala granata cum tintinnabulis aureis. Si enim docue-
Lucæ.4 ro, & non fecero, rectè mihi dicetur: Me-
Matt.7 dice, cura teipſum. Et: Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc e-
Rom.2 ijcies feſtucam de oculo fratris tui. Qui prædicas non furandum, furaris? Qui prædicas non mœchandum mœcharis?
Pſal.49 Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Certe cuius vita deſpicitur reſtat vt prædicatio
1.Cor.9 eius contemnatur. Omnibus omnia factus ſum, dicit Apoſtolus, vt omnes lucrifacerem. Gaudere cum gaudentibus,
Rom.12 flere cum flentibus, vt rationabile ſit obſequium noſtrum. Sapientiam loquimur inter perfectos. Inter vos autem ni-
1.Cor.2 hil iudicaui me ſcire, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum: tanquam par-
uulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam. Perfectorum enim ſolidus
eſt cibus. Probet ergo ſeipſum homo, & 1.Cor.11
ſic de pane illo edat, & de calice bibat: quoniam qui manducat indigne, iudicium ſibi manducat, non dijudicãs corpus domini.

Ecce fratres & filij, cibum verbi de menſa ſacræ ſcripturæ vobis propoſui comedendum. Hanc à vobis recompenſationem expectans, hanc à vobis viciſſitudinem poſtulans, vt puras manus ſine diſceptatione leuetis ad dominum, & petatis in oratione credentes: quatenus hoc apoſtolicæ ſeruitutis officiũ, quod eſt meis debilibus humeris impor tabile, digne me faciat adimplere, Ad gloriam nominis ſui, ad ſalutem animæ meæ, ad profectum vniuerſalis eccleſiæ, ad vtilitatem totius populi Chriſtiani: Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

In conſecratione pontificis.

De quatuor ſpeciebus deſponſationum & preconijs Romanæ Eccleſiæ, de ſpirituali coniugio Epiſcopi cum Eccleſia ſua, & bonis coniugij.

SERMO III.

Qui habet ſponſam ſponſus eſt. Amicus autem ſponſi, 1.Cor.11
qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi.

Paranymphus ait iſta de ſponſo, vox de verbo, lucerna de ſole, Ioãnes de Chri- Ioan.3
ſto. Sponſus enim eſt Chriſtus, & ſpõſa quã habet Eccleſia. De illo dicit Dauid: In ſole poſuit tabernaculum ſuũ, &c. De Cant.4
ſponſa loquitur Salomon: Vulneraſti cor meũ ſoror mea, ſponſa mea. Quatuor

tuor enim ſpecies deſponſationum
nos diſtinxiſſe meminimus in libello
quem edidimus de quadripartita ſpecie
nuptiarum. Et primam, inter virum &
legitimam fœminam. Secundam, inter
Chriſtum & ſanctam eccleſiam. Terti-
am, inter Deum & animam iuſtã. Quar
tam, inter verbum & humanam natu-
ram.

De primis nuptijs protoplaſtus eui-
gilans prophetauit: Propter hoc relin-
quet homo patrem & matrem, &c̃. De ſe
cundis nuptijs Ioannes in Apocalypſi
Apoc. 21 loquitur: Veni, oſtendã tibi nouam nu-
ptam ſponſam agni. De tertijs nu
Oſee. 2 ptijs ait dominus per Prophetam: Spon
ſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, in
miſericordia & miſerationibus. De
Cant. 3 quartis nuptijs ſponſa dicit in Canticis
Canticorum: Egredimini filiæ Hieruſa
lem, & videte regem Salomonem, &c̃.

In hac quadriptita ſpecie nuptiarum,
quiddam & admiratione pariter & vene
ratione digniſſimum reperitur. Per pri-
mas efficitur, vt ſint duo in carne vna.
Per ſecundas efficitur, vt ſint duo in v-
no corpore. Per tertias efficitur, vt ſint
duo in vno ſpiritu. Per quartas effici-
tur, vt ſint duo in vna perſona. De pri-
Gen. 2 mis nanque teſtatur autoritas: Erunt
duo in carne vna. Propterea veritas intu
Matt. 19 lit: Itaque iam non ſunt duo, ſed vna ca-
1. Cor. 12 ro. De ſecundis dicit Apoſtolus: Omnia
membra corporis cum ſint multa, vnũ
tamen corpus ſunt in Chriſto. Propter
Ibidem. quam vnionem idem alibi ſubdit: Ete-
nim omnes nos in vnum corpus bapti-
zati ſumus. De tertijs vẽro dicit ſcriptu-
1. Cor. 6 ra: Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt
cum eo. Propter quam vnionem Ioan-
1. Ioan. 4 nes Apoſtolus ait: Qui manet in chari-
tate, in Deo manet, & deus ĩ eo. De quar
tis fides catholica confitetur, quod ſicut
anima rationalis & caro vnus eſt homo,
ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus. Pro
Ioan. 1 pter quam ineffabilem vnionem Euan-
geliſta teſtatur: Verbum caro factum eſt
& habitauit in nobis. Primam ergo vni
onem rectè carnalem, ſecundam ſacra-
mentalem, tertiam ſpiritualem, & quar-
tam perſonalẽ. Carnalem, vt diximus,
inter virum & legitimam fœminam. Sa
cramentalem, inter Chriſtum & ſanctã
eccleſiam. Spiritualem, inter Deum & iu
ſtam animam. Perſonalem, inter verbũ
& humanam naturam. Ergo qui habet
ſponſam ſponſus eſt: amicus autem ſpõ
ſi ſtat & gaudio gaudet propter vocem
ſponſi. Ego factus ſum amicus ſponſi,
cui ſponſus amicabiliter ait: Amice a- Lucæ. 14
ſcẽde ſuperius: illius ſucceſſor effectus,
qui terna reſponſione dixit ſponſo: Do Ioan. 21
mine tu ſcis quia amo te. Vtinam amem
ſponſum, ſicut amatus ſum à ſponſo.
Quid enim vltra mihi facere potuit, in
quo valuit me plus amare? Accumulauit
enim in me bona naturæ, multiplicauit
in me munera gratiæ, contulit mihi ſpi-
ritualia beneficia, ſuperaddidit tempo-
ralia, ſpero quidem quod donabit æter
na. Si gloriari oportet, non expedit qui 2. Cor. 12
dem: quia cui plus committitur, plus Lucæ. 12
ab eo exigitur, iuxta regulam veritatis.
Stans itaque gaudeo propter vocem e-
ius. Sed propter quam vocem? An pro-
pter illam quam dixit mihi in Petro: Ti Matt. 16
bi dabo claues regni cœlorum? Et quod
cunque ligaueris ſuper terram erit liga-
tum & in cœlis? An propter illam, quã Hiere. 1
mihi locutus eſt in Propheta: Conſtitui
te ſuper gentes, vt euellas & deſtruas, &
ædifices & plantes? Sed propter hanc vo
cem magis mihi timendum eſt, quã gau
dendum. Scio namque, qui dixit: Iudici Sap. 6
um durum fiet his qui præſunt, & ideo
monet & dicit ſcriptura: Quanto maior
es, humilia te in oĩbus. Principem te cõ Eccli. 3
ſtituerunt, noli extolli: eſto in illis, qua Eccli. 32
ſi vnus ex illis. Et dominus in Euange- Matt. 20
lio: Qui maior eſt inter vos, erit omni-
um ſeruus: & qui præceſſor, tanquã mi-
niſtrator.

Et propter quam vocem mihi gau-
dendum eſt? Propter illam quam domi-
nus inquit apoſtolis: Vobiſcum ero oĩ- Matt. 28
bus diebus vſq; ad conſummationem
ſeculi? Et ſpecialiter Petro: Simon, ec- Lucæ. 22
ce Satanas expetiuit vt cribraret vos ſi-
cut triticum? & cætera. Hęc eſt vox ſpon
ſi pro qua gaudeo: quia ſicut prædicit
Simoni pugnam, qua promittit victo-
riam, ſic iniungit officium, qui impen-
dit auxiliũ. Pugnã p̃dicit cũ ait: Satanas
expetiuit vt cribaret vos ſicut triticum.

Victoriā promittit, cum addit: Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Nā hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Officium iniungit, cum dicit: Confirma fratres tuos. Auxilium impendit, cum ait: Ego pro te rogaui Petre. Exauditur enim in omnibus pro ſua reuerentia. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.

1. Ioan. 5

Heb. 5

Pſal. 117

Ergo qui habet ſpōſam, ſponſus eſt. An non ego ſponſus ſum, & quilibet veſtrum amicus ſponſi? Vtique. Sponſus, quia habeo nobilem, diuitem, & ſublimem: decoram, caſtam, gratioſam, ſacroſanctam, Romanam Eccleſiam: quæ diſponente Deo, cunctorum fidelium mater eſt & magiſtra. Hæc eſt Sara maturior, Rebecca prudentior, Lia fœcundior, Rachel gratior, Anna deuotior, Suſanna caſtior, Iudith animoſior, Ediſſa formoſior. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, hæc autem ſola ſupergreſſa eſt vniuerſas. Cum hac mihi ſacramentale coniugium, cum hac mihi commercium nuptiale. Mira res, qui cœlibatum promiſi, contraxi coniugium. Sed iſtud coniugium non impedit cœlibatum, nec fœcunditas huius coniugis tollit virginitatis caſtitatem. Placuit in cœlibatu Ioannes, placuit in coniugio Abraham. Vtinam ego placeam in vtroque: vt vtriuſque manipulos cum exultatione portem.

Eccleſiæ romanæ præconia.

Pro. 31

Solet dici carnale coniugium, quod eſt inter virum & fœminam, initiatum, ratum, & conſummatum. Initiatum in deſponſatione, ratum in conſenſu, conſummatum in copula. Sic & ſpirituale coniugium, quod eſt inter epiſcopum & Eccleſiam, initiatum dicitur in electione, ratum in confirmatione, conſummatum in coſecratione. Illud autem cōiugium, quod ego ſpōſus cum hac mea ſponſa contraxi, ſimul fuit initiatum & ratum: quia Romanus pontifex cum eligitur, confirmatur, & cum confirmatur, eligitur. Nonne recolitis quod de ipſo legiſtis in Canone? Quoniam electus, ſicut papa verus, autoritatem obtinet regendi Romanam Eccleſiam, & diſponendi omnes facultates illius. Certe cum ego cōtraherem, filius ducebat matrem in coniugem: vbi vero contraxi, pater habuit filiam in vxorem. In carnali coniugio excluduntur propinqui, & admittuntur extranei. Sed in ſpirituali coniugio prima facie regulariter excluduntur extranei, & admittuntur propinqui. De propinpinquis excludendis in carnali coniugio legiſtis in Canone cautum: Omnes affinitate propinquos ad coniugalem copulam accedere denegamus. De extraneis autem à ſpirituali coniugio excludendis canonica tradit autoritas, vt ſit facultas clericis remittendi, ſi ſe viderint p̄grauari, & quos ſibi ingeri ex aduerſo contigerit, non timeant refutare. Propterea reperitur cautum in Canone, vt in apoſtolatus culmine de carnalibus presbyteris aut diaconis nemo conſecretur.

Anniuerſarium ergo diem, quo fuit hoc coniugium ſpirituale conſummatum, hodie mecum primum celebratis, licet ipſo die fuerim in ſede apoſtolica conſecratus, quo beatus Petrus apoſtolus in epiſcopali ſuit cathedra conſtitutus. Sed ſicut lux ſolis, lucem ſtellæ ſecū videri non patitur: ſic illa ſolennitas hāc ſecum non ſuſtinet celebrari. Cedit ergo minor maiori: quia minor maiori ſuccedit. Ego igitur cōiugium contraxi, conſecratione nuptias celebraui.

Tria vero principaliter ſunt bona cōiugiꝭ, fides, proles, & ſacramentum. Fides ad caſtitatem, proles ad fœcunditatem, ſacramentum ad ſtabilitatem refertur. Tantam enim fidem Romanus pōtifex & Romana Eccleſia ſibi ſemper inuicem ſeruauerunt, vt eis cōgrue valeat coaptari, quod Veritas inquit in Euangelio: Cognoſco oues meas & cognoſcunt me meæ: alienum non ſequuntur, ſed fugiunt, quia non nouerunt vocem alienorum. Alieni autem ſunt hæretici & ſchiſmatici, quos Eccleſia Romana non ſequitur, ſed perſequitur & fugat. Suum autem cognoſcunt & audiunt, non apoſtaticū ſed apoſtolicū: nō catarum, ſed catholicum, recipiēs & reddens debitum coniugale, recipiēs ab eo debitum

Bona coniugii tria.

Ioan. 10

debitum prouidentiæ, & reddens debitum reuerentiæ. Quia vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier. Similiter mulier non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir. Porro, quum Eccleſia Romana debitum reuerentiæ nulli prorſus impendat, niſi Romano pontifici, qui poſt Deum alium ſuperiorem non habet: quid eſt hoc quod Romanus pontifex debitum prouidentię non vtique tantum Romanę Eccleſiæ, ſed omnibus omnino tenetur Eccleſijs exhibere? Sapientibus & inſipientibus debitor ſum, inquit Apoſtolus, & inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Quid iudicatur ad paria, vt ſecundum quod legitur in Veteri teſtamento, vnus poſſet habere plures? Nonne legiſtis quod Abraham Saram habebat vxorem, quæ tamen Agar famulam ſuam introduxit ad ipſum: nec commiſit propter hoc adulterium, ſed officium adimpleuit. Sic & Romanus pontifex ſponſam habet Romanam Eccleſiam, quæ tamen Eccleſias ſibi ſubiectas introducit ad ipſum, vt ab eo recipiant debitum prouidentiæ: quia quanto plus redditur, tanto magis debetur. Sed nunc fit in ſpiritu, quod tunc fiebat in carne: quia ſpiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam. At nonne poteſt vnus epiſcopatus habere duos epiſcopos, & vnus epiſcopus duos epiſcopatus habere? Ne longe exempla petantur, vnus & idem eſt Hoſtienſis & Vellecrenſis epiſcopus, vt vtraque ſimul Eccleſia nupſit eidem. Rurſus Hypponenſis Eccleſia, quę coniuncta erat Valerio, ipſo viuente etiam nupſit beato Auguſtino: qui non tam ſucceſſit, quam acceſſit Valerio. Sed qua ratione poſſunt hæc fieri ſalua lege coniugij, vos exquirite, quos delectat inquiſitio quæſtionum: me alia ſolicitudo detinet occupatum. * Contra hoc coniugium inter epiſcopum & Eccleſiam, vt religioſam prolem Chriſto regeneret, quatenus vxor illius ſicut vitis abundans in lateribus domus ſuæ. Filij ſui ſicut nouellæ oliuarum, & cætera. Propter quod dicit Apoſtolus: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.

Et Lia datis quondam mandragoris cō duxit Iacob, vt ad illam intraret, quę cōcepit & peperit. Eos autem quos Chriſtus regenerat, doctrinis inſtruit ſalutaribus, & monitis informat honeſtis, cibat eos pane vitæ & intellectus, & potat eos aqua ſapientiæ ſalutaris. Venite, inquit, & comedite panem meum, & bibite vinum meum, quod miſcui vobis, Panem cœleſtem & calicem ſalutaris, de quo ſi quis guſtauerit, viuet in æternum: omne delectamentum in ſe habentem & omnis ſaporis ſuauitatem. Sacramētum autem inter Romanum pontificem & Romanam Eccleſiam tam firmum & ſtabile perſeuerat, vt non niſi per mortem vnquam ab inuicem ſeparentur: quia mortuo viro mulier ſecundum Apoſtolum ſoluta eſt à lege viri. Vir autem iſte alligatus vxori, ſolutionem non quærit, non cedit, non deponitur, non transfertur. Nam ſuo domino aut ſtat, aut cadit. Qui autem iudicat dominus eſt. Propter cauſam vero fornicationis Eccleſia Romana poſſet dimittere Romanum pontificem. Fornicationem non dico carnalem, ſed ſpiritualem, quia non eſt carnale ſed ſpirituale coniugium, id eſt, propter infidelitatis errorem: quoniam qui non credit iam iudicatus eſt: & in hoc articulo intelligitur, quod legitur in Euangelio, quod audiſtis: Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur? Ego tamen facile non crediderim, vt Deus permitteret Romanum pontificem contra fidem errare, pro quo ſpiritualiter orauit in Petro: Ego, inquit, pro te rogaui Petre, & cætera. Ergo qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Hæc autem ſponſa non nupſit vacua, ſed dotem mihi tribuit abſque precio precioſam, ſpiritualium videlicet plenitudinem, & latitudinē temporalium, magnitudinem, & multitudinem vtrorumque. Nam cæteri vocati ſunt in partem ſolicitudinis, ſolus autem Petrus aſſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis. In ſignum ſpiritualium contulit mihi mitram, in ſignum temporalium dedit mihi coronam. Mitram pro ſacerdotio, corona pro regno, illius me conſtituens vicarium, qui habet in veſti

Apoc. 19 veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptum:
Rex regum & dominus dominantium:
ſacerdos in æternum, ſecundum ordi-
Pſal. 19 nem Melchiſedech. Amplam mihi tri-
buit dotem, ſed vtrum ego donationem
aliquam ſibi ſecerim propter nuptias,
vos videritis. Ego nolo aſſeuerare ia-
ctanter. Ignorantem quæſiuit, reniten
tem accepit: ſed contradicentem in prin
cipio, ſed conſentientem in fine: quia
ſolus conſenſus inter legitimas perſo-
nas efficit matrimonium. Inde videtur
contingere, quod licet mirabile videa-
tur, quod aliquis poſſit eſſe pontifex ali
cuius Eccleſiæ, antequam ſit ſponſus i-
pſius: ſicut aliquis poſſet eſſe alicuius Ec
cleſiæ ſponſus, antequam pontifex eſſet
illius. Quum enim per prouiſionem ma
ioris iniuſte renitentibus iuſte datur epi
ſcopus, antequam in ipſum cōſentiant,
vtique pontifex eſt eorum propter auto
ritatem conceſſionis. Sed videtur for-
taſſe, quod nondum ſit ſponſus eorum
propter defectum conſenſus, vnde con-
ſentire teneatur, & cum eo coniugale fœ
dus inire. Quum autem per electionem
accipitur, propter mutuum conſenſum
eligentium & electi, vtique ſponſus eo-
rum efficitur, præſertim cum electio cō
firmatur. Sed antequam cōſecretur, nec
nomen pontificis, nec officium vendi-
cabit. Sed an ita ſit ſolicitudo noſtra diſ
quirat. Inter ſponſam autem & virum,
& inter ſponſum & coniugem diſtingui
poteſt in ſpiritualibus: ꝙ ſponſus ap-
pellatur electus ante confirmationem,
videlicet, antequam ſponſam cogno-
ſcat, id eſt, antequam adminiſtret: vir au
tem appellatur poſt confirmationem, &
maxime poſt conſecrationem, cum iam
plenarie adminiſtrat. Vel potius, ſpon-
ſus aut ſponſa dicitur propter virginita
tem, coniunx propter fœcunditatem.
2. Cor. 11 Deſpondi enim, inquit Apoſtolus, vos
vni viro virginem caſtam exhibere Chri
ſto. Ergo qui habet ſponſam, ſponſus
eſt. Vos autem fratres & filij, qui eſtis a-
mici ſponſi, & gaudio gaudetis propter
1. Ti. n 2 vocem ſpōſi, puras manus ſine diſcepta-
tione leuetis ad Deum, & corde puro &
conſcientia non ficta in oratione precā
tes, vt ita reddam Eccleſiæ debitum con
iugale, quod veniente ſponſo, cum vir-
ginibus ſapiētibus merear accenſis lam- Mat. 25
padibus ad nuptias introire. Ipſo præſtā
te, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus
in ſecula ſeculorum, Amen.

In Conſecratione Pontificis.

Quod doctori neceſſaria ſit charitas & ſapientia, & quale debeat eſſe ſal in prælato, de duplici uanitate & euaneſcentium diuerſitate.

SERMO IIII.

VOS eſtis ſal terræ. Quod ſi Matt. 5
ſal euanuerit in quo ſalietur?
Ad nihilum valet vltra, niſi
vt mittatur foras & conculce
tur ab hominibus

Veritas qui falli non poteſt, & fallere
non vult, terribile quoddam in verbis
propoſitis & irrefragabile quoddam ar
gumentum inducit, proponendo, aſſu-
mendo, & cōcludendo. Proponit enim
officium, aſſumit defectum, concludit
tormētum. Officium proponit, cum ait:
Vos eſtis ſal terræ. Defectū aſſumit, cum
addit: Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalie
tur? Tormentum concludit, cum infert:
Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur
foras, & cōculcetur ab hominibus. Pro
uideat ergo qui gerit officium, ne incur
rat defectum, quia non euadet tormen-
tum. Potentes enim potenter tormenta
patientur. Et iudicium durum fiet his Sap. 6
qui præſunt. Certe quanto maior eſt ex
cellentia, tanto grauior eſt ruina. Nam Iuuenalis
omne animi vitium tanto cōſpectius in
ſe Crimen habet, quanto qui peccat ma
ior habetur.

Ait ergo Chriſtus: Vos eſtis ſal terrę.
Inter virtutes & dona duo quaſi præci- Duo præcipue neceſſaria prælato.
pua ſunt nobis principaliter neceſſaria,
videlicet, charitas & ſapientia. Charitas
ad informationē honeſtæ vitæ, ſapiētia
vero ad eruditionem veræ doctrinæ. Nā
qui fecerit & docuerit, magnus voca- Matt. 5
bitur in regno cœlorum. Cœpit enim
Ieſus facere & docere, nobis relin- Act. 1
quens

1.Petr.2 quens exemplum, vt ſequamur veſtigia
eius. Qui peccatum non fecit, vt ſit no-
bis honeſtas in vita, nec inuentus eſt do
lus in ore eius, vt ſit veritas in doctrina.
Vnde à veſte pontificali dependebant
Exo.28 mala granata, cum tintinabulis aureis:
ne ſine illis ingrediens ſanctuariũ mo-
reretur. Sunt enim multi, dc quorũ nu-
mero vtinam ipſe non ſim, qui dicunt
Matt.23 & non faciunt. Alligant onera grauia &
importabilia & imponunt humeris ho
minum: digito autem ſuo nolunt ea mo
uere. Sed dicitur tali: Medice cura tei-
Lucæ.4 pſum. Hypocrita, eijce primum trabẽ de
Matt.7 oculo tuo, & tunc eijces feſtucam de o-
culo fratris tui. Qui prędicas non furan
Rom.2 dum furaris: qui prædicas non mœchã
dum mœcharis. Hæc duo, videlicet, cha
ritas & ſapientia, commendãtur in ſale:
quod conficit ex duobus, calore videli-
cet, & humore: quoniam humor calore
denſatur vt fiat ſal. Per calorẽ enim cha-
ritas deſignatur. De qua dominus ait: I-
Luc.12 gnem veni mittere in terram, & quid
Cant.8 volo, niſi vt ardeat? Aquę multæ nõ poſ
ſunt extinguere charitatem. Per humo-
rem autem intelligitur ſapientia. De qua
Pro.18 Salomon ait: Aqua profunda verba ex
ore viri, & torrens inundans eſt fons ſa
pientiæ. Pontifex ergo debet eſſe ſal ter-
ræ, vt informet populum exemplo vitæ
per charitatem, & inſtruat verbo doctri
næ per ſapientiam.

Effectus ſalis tres. Sal principaliter tria facit, cibos con-
dit, carnes ſiccat, terram ſterilem reddit.
Ad primum ſpectat quod beatus Iob a-
Iob.6 it: Nunquid comedi poteſt inſulſum,
quod non eſt ſale conditum? Ad ſecun-
dum pertinet quod de piſce dicitur in
Tobi.6 Tobia: Salierũt carnes eius. Ad tertium
Pſal.106 vero reſpicit quod inquit Pſalmiſta: Põ
ſuit terram fructiferam in ſalſuginem à
malitia inhabitantium in ea. Talis debet
eſſe ſal in prælato, vt cibos condiat, car-
nes ſiccet, & terram ſterilem reddat. Vt
condat cibum doctrinæ, de qua Veritas
ait: Quiſ putas eſt fidelis ſeruus & pru-
Matt.24 deus, quem conſtituit dominus ſuper
familiam ſuam, vt det illi cibum in tem-
pore? Vt ſiccet carnem concupiſcentiæ,
Gal.5 De qua dicit Apoſtolus: Caro concu-
piſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus ad-
uerſus carnem. Vt terram nequitiæ red-
dat ſterilem, De qua dicit dominus ad
Adam: Maledicta terra in opere tuo, ſpi Gen.3
nas & tribulos germinabit tibi. Inſul-
ſus eſt cibus doctrinæ, qui non fuerit
ſapientiæ ſale conditus, illius vtique ſa-
pientiæ, de qua dicit Apoſtolus: Chri- 1.Cor.1
ſtus eſt Dei virtus & Dei ſapientia. Vn-
de nõ bene ſapit vlla doctrina, quę Chri
ſtum non reſonat, qui eſt animæ ſapor
& ſuauitas & dulcedo. Sit, inquit Apo- Col.4
ſtolus, ſermo veſter ſale conditus. Inſipi
dus enim eſt ſermo, qui ſale ſapiẽtiæ ſpi-
ritualis non conditur.

Vnde cũ filij Prophetarum dixiſſent
ad Helizeũ: Ecce habitatio ciuitatis hu- 4.Reg.2
ius eſt optima, ſed aquæ peſſimæ, ſed &
terra ſterilis, ait illis: Afferte mihi vas no
uum, & mittite in illud ſal. Et ait: Hæc di
cit dominus: Sanaui aquas has, & non
erit in eis vltra mors, neque ſterilitas.
Helizeus Chriſtus, ciuitas lex, aqua lite
ra, ſal ſapiẽtia, vas prædicator, terra ſyna
goga. Habitatio ergo ciuitatis huius eſt
optima, quia ſecundum Apoſtolũ: Lex Rom.7
ſancta & mandatum ſanctum: ſed aqua
peſſima eſt: quia litera occidit, ſpiritus au- 2.Cor.3
tẽ viuificat: & ideo terra ſterilis eſt, id eſt
ſynagoga infructuoſa: quia lex ad per-
fectum neminem adduxit. Vas nouum
eſt Euangelij prædicator, qualis fuit
Apoſtolus Paulus. De quo dominus
ait: Vas electionis erit mihi iſte. Qui dici Act.9
tur vas nouum, propter nouam doctri-
nam. De qua veritas ait: Nemo mit- Matt.9
tit vinum nouum in vtres veteres. In
hoc vaſe mittitur ſal, de quo dominus
inquit Apoſtolis: Habete ſalem in Mar.9
vobis & pacem habete inter vos.
Ex hoc vaſe nouo mittit Helizeus ſa-
lem in fontem, vt ſanet aquas, ne ſit in
eis vltra mors neque ſterilitas: quoni-
am Chriſtus per Euangelium prædi-
catores mittit in occidentem literam:
quia ſpiritus eſt qui viuificat, caro
non prodeſt quicquam. Sic ad nu- Ioan.2
ptias aquam conuertit in vinum, &
velamen tollit de facie Moyſi, vt
reuelata facie gloriam domini con-
templetur. Debet enim prælatus
non

non ſolum cibos condire, ſed & carnes
1.Cor.9 ſiccare: vt caſtiget corpus ſuum & in ſer
uitutem redigat, ne forte cum aliis præ-
dicauerit, ipſe reprobus fiat: quia niſi flu
xus carnalis concupiſcentiæ deſiccetur,
profecto carnalis homo tanquam iu-
mentum in ſtercore cōputreſcit, & quaſi
quatriduanus fœtet in monumēto. Pro
pſal.118 pterea Pſalmiſta dicebat: Confige timo
re tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis ti
mui. Optimus clauus eſt timor, qui car-
nem cruci affigit. Iuxta quod legitur:
Gal 5 Crucifixerunt membra ſua cum vitiis
Eccli.1 & concupiſcentiis. Quia timor domini
peccatum expellit. De quo rurſus dici-
Eſa.26 tur per Prophetam: A timore tuo domi
ne concepimus & peperimus ſpiritum
ſalutis. Legitur etiam quod reges victo-
res vrbes deſtructas ſalibus ſeminabāt,
ne quod in eis germen vlterius oriretur.
Reges victores ſunt ſancti prædicato-
Heb.11 res, De quibus inquit Apoſtolus: Sancti
per fidem vicerunt regna. Vrbes deſtru-
ctæ ſunt gentes ad fidem conuerſæ, à
quibus regnum diaboli eſt deſtructum,
de qua deſtructione dominus loquitur
Hiere.1 per Prophetam: Conſtitui te ſuper gen-
tes & ſuper regna, vt euellas & deſtruas
& diſſipes & diſperdas. Has igitur vrbes
deſtructas debemus ſale ſeminare, ne
quid in eis germen vlterius oriatur, ne
de cætero germinet ſpinas & tribulos vi
tiorum. Hinc ergo dominus in lege præ
Leuit.2 cepit. In omni ſacrificio ſal offeres, id eſt,
in omni q̄d dices aut facies, adhibe ſapien
tiā, ne quid offeras domino inſipidum
vel inſulſum.

Lucæ 14 Vanitas duplex. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?
Duplex eſt vanitas. Vna naturæ, quæ eſt
mutabilitas conditionis, altera culpæ,
quæ eſt vitium & peccatum. De pri-
Rom.8 ma dicit Apoſtolus: Vanitati ſubiecta
Eccles.1 eſt creatura non volens. Et vanitas vani
tatum, & omnia vanitas, inquit Eccleſi-
aſtes. Item Pſalmiſt. Vniuerſa vanitas o-
pſal.38 mnis homo viuens. De ſecunda dici-
Pſal.4 tur ab eodem: Filii hominum vſquequo
graui corde, vt quid diligitis vanitatem,
pſal.61 & quæritis mendacium? Et iterum: Men
daces filii hominum in ſtateris, vt decipi
Pſal.77 ant ipſi de vanitate in idipſum. Item, qa
defecerunt in vanitate dies eorum, & an
ni eorum cum feſtinatione. Primam va
nitatem nullus euadit, Iuxta quod de be Iob.14
ato Iob legitur: Homo natus de muliere
breui viuens tempore, repletur multis
miſeriis. Qui quaſi flos egreditur & con
teritur, & fugit velut vmbra. Ad ſecun-
dam vero vanitatem pertinet, quod do-
minus ait: Si ſal euanuerit, in quo ſalie- Lucæ.14
tur? Ac ſi diceret: Si prælatus fuerit diſ-
ſolutus in vitium, à quo populus in-
ſtructur?

Porro, quidam euaneſcunt in corde,
quidam in ore, quidam in opere. In cor-
de, qui male credūt. In ore, qui male do-
cent. In opere, qui male viuūt. De pri-
mis dicit Apoſtolus: Euanuerunt in co Rom.1
gitationibus ſuis, & obſcuratum eſt in-
ſipiens cor eorum. De ſecundis dicit
Pſalmiſt. Vana locuti ſunt vnuſquiſque Pſal.11
ad proximum ſuum, labia doloſa in cor
de, & in corde locuti ſunt mala. De ter
tiis vero Salomon ait: Vidi cuncta quæ Eccli.1
fiunt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas:
quia peruerſi difficile corrigūtur, & ſtul
torum infinitus eſt numerus.

Quidam autem euaneſcunt ſolum-
modo ad humorem, quidam ſolummo
do ad calorem, alii ad calorem pariter &
humorem. Ad calorem euaneſcunt, qui
diſſoluuntur per ſpirituales cupiditates,
vt per iram, vel per inuidiam. De quibus
legitur: Exarſerunt in concupiſcentiis
ſuis, inflammati à gehenna. Ad humo-
rem euaneſcunt, qui diſſoluūtur per car
nales concupiſcentias, vt per gulam &
per luxuriam, De quibus legitur: Behe- Iob.40
moth dormit in locis humentibus, fidu
ciam habens, quod influat Iordanis in
os eius. Ad calorem pariter & humorem
euaneſcunt, qui ſimul & per ſpirituales
cupiditates, & per carnales concupiſcen
tias diſſoluuntur. De quibus, vt pœna ſit
ſimilis culpę, dicit ſcriptura: De aquis Iob.24
niuium tranſibunt ad calorem nimium.
De illis dicit Dauid: Super eos cecidit i- Pſal.57
gnis & non viderunt ſolem. De iſtis in-
quit Iacob: Effuſus es ſicut aqua, non Gen.49
creſcas: quoniam aſcendiſti cubile patris
tui. Si taliter euanuerit ſal in prælato,
in quo populus ſalietur? Quaſi dicat, in
nullo. Quia iuxta teſtimonium legis di- Leuit.4
uinæ, ſi ſacerdos, qui eſt vnctus, peccaue
rit, facit delinquere populum. Peccatum
ergo prælati & aliis damnoſum & ſibi eſt
peri-

periculoſum. Damnoſum alijs: quia ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Periculoſum ſibi: quoniam ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, id eſt, ab officio deponatur, & conculcetur ab hominibus, id eſt, à populo contemnatur. Vel mittatur foras & conculcetur ab hominibus. i. vt excommunicetur & euitetur. Vel mittatur foras: quia peccauit in ſe. Et conculcetur ab hominibus: quia peccauit in proximũ. Qualiter ergo de quolibet alio prælato poſſit intelligi, ſatis apparet: ſed qualiter intelligi debeat de Romano pontifice, non eſt adeo manifeſtum. Seruus enim, ſecundum Apoſtolum, ſuo domino ſtat aut cadit. Propter quod idẽ Apoſtolus ait: Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? Vnde cum Romanus pontifex non habeat alium dominum niſi Deum, quantumlibet euaneſcat, quis poteſt eũ foras mittere, aut pedibus cõculcare? cum illi dicatur, collige cauſam tuam in ſinum tuum? Verũ non fruſtra ſibi blandiatur de poteſtate, neq; de ſublimitate vel honore temere glorietur: quia quanto minus iudicatur ab homine, tãto magis iudicatur à Deo. Minus dico: quia poteſt ab hominibus iudicari, vel potius iudicatus oſtendi, ſi videlicet euaneſcat in hæreſim: quoniã qui non credit, iã iudicatus eſt. In hoc ſi quidẽ caſu debet intelligi de illo: Quod ſi ſal euanuerit, ad nihilũ valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quid eſt autem quod dicit: Ad nihilum valet vltra? Nonne quacũque hora peccator conuerſus fuerit & ingemuerit, vita viuet & non morietur ait dominus? Nonne paſtor dimiſſis nonaginta nouem ouibus in deſerto, venit quærere centeſimam, quæ perierat, & inuentam humeris reportauit? Nonne mulier accendit lucernam & domum euertit, vt dragmam perditam inueniret? Et ad vtramque parabolam dominus intulit, quia maius gaudium eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quã ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui pœnitentia non indigent. Nonne Dauid euanuit cum adulterium & homicidium perpetrauit? & tamen non eſt foras eiectus, nec ab hominibus conculcatus, ſed pctõ dimiſſo remanſit in regno. Nonne Petrus euanuit, qui tertio Chriſtum negauit? & tamen non ſolum apoſtolatum non perdidit, ſed etiam principatũ accepit. Quid eſt ergo quod dicit: Quod ſi ſal euanuerit, ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hoibus? Verum aliud eſt euaneſcere in agendis, & aliud eſt euaneſcere in credendis. Qui euaneſcit in opere, dummodo non euaneſcit in fide, ſi pœnituerit, ſemper reparatur ad gratiam, & ſæpe reſtauratur ad gradum. Qui aũt euaneſcit in fide, vt fiat hæreticus aut apoſtata, reparari quidem poteſt ad gratiam, ſed difficile reſtauratur ad gradum: quia remanet cicatrix ex huiuſmodi lepra contracta. Petrus eñ nõ corde, ſed ore negauit. Ne aũt euaneſcat ſal in me, q̃d dãnoſum nimis & periculoſum exiſteret, vos fratres & filij apud miſericordiſſimũ patrẽ pijs precibus imploretis, vt ipſe, qui beato Petro prędixit, Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, in me ſucceſſore ſuo immerito & indigno fidem illam confirmet, quæ per dilectionem operatur, Ad gloriam nominis ſui, ad ſalutem animę meę, ad profectum vniuerſalis eccleſiæ, Ieſus Chriſtus, dominus noſter, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Rom. 14 — Ibidem — Ioan. 3 — Ezech. 18 — Luc. 15 — 2. Reg. 11 — Matt. 26 — Luc. 22

SERMONVM DE TEMPORE ET DE SANctis D. Innocentij III. FINIS.

Q D. IN.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III. DE ELEEMOSYNA LIBELLVS PIISSIMVS.

Eleemoſynæ encomium, quid ſit, & de eius fructu multiplici.

CAPVT I.

DATE eleemoſy-
Lucæ.11 nam,&ecce omnia
munda ſunt vo-
bis.
Nemo dignius
poſſet eleemoſynã
cõmendare,quam
ipſa veritas com-
mendauit,quæ per eleemoſynam aſſerit
vniuerſa mundari. Vnde bene congruit
nomen effectui, & interpretatio verita-
Eleemoſyna quid tis. Nam eleemoſyna dicitur ab elimino,
vel ab eli,quod eſt Deus,& moys, quod
eſt aqua:quia Deus per eleemoſynã ma-
culas peccatorum eliminat, & ſordes ab
luit vitiorum. Eleemoſyna quidem eſt,
indigẽti pietatis intuitu ſubuenire. Cu
ius quantus ſit fructus, ſcriptura ſacra
Eleemoſynæ fruct' multiplex demonſtrat. Nã eleemoſyna mundat,e-
leemoſyna liberat,eleemoſyna redimit,
eleemoſyna protegit,eleemoſyna poſtu
lat, eleemoſyna imprtrat, eleemoſyna
perficit, eleemoſyna benedicit,eleemo-
ſyna iuſtificat, eleemoſyna reſuſcitat,
eleemoſyna ſaluat.
Audi de ſingulis exempla per ordi-
nem, & ordinate ad exempla per ſin-
gula, vt fructum eleemoſynæ conſe-
quaris. Date, inquit dominus, elee-
I. moſynam, & ecce omnia munda ſunt
Lucæ.11 vobis. Ecce qualiter eleemoſyna mun-
dat. Raphael angelus ad Thobiam:
II. Bona eſt, inquit, oratio cum ieiunio,&
Tobi.12 eleemoſyna, magis, quam theſauros
auri recondere: quoniam eleemoſyna à
morte liberat. Et ipſa eſt quę purgat pec
cata, & facit inuenire vitam æternam.
Ecce qualiter eleemoſyna liberat. Da-
III. niel autem dixit ad Nabugodonoſor:
Dan.4
Placeat tibi conſiliũ meũ rex,& peccata
tua eleemoſynis redime, & iniquitates
tuas miſericordijs pauperũ:forſitã igno
ſcet deus delictis tuis. Thobias vero,
quia pergens per omnem cognationem IIII.
ſuam,diuidebat vnicuique prout pote- Tobiæ.4
rat de facultatibus ſuis, eſuriẽtes alebat,
nudiſq; veſtimenta præbebat, & mortu
is ſepulturam ſolicitus impendebat, cũ
rex iuſſiſſet illum occidi,fugiens nudus
latuit,quia multi diligebant eum. Ecce
qualiter eleemoſyna protegit. Abſcõ
de,inquit, eleemoſynam in ſinu paupe- V.
ris,& ipſa orabit pro te: quia ignem ar- Eccli.29
dentem aqua extinguit, & eleemoſyna
reſiſtit peccatis. Ecce qualiter eleemoſy- Eccli.3
na poſtulat. Cornelius autem centu-
rio,vir religioſus & timens Deum,faci- VI.
ens eleemoſynas multas plebi, & depre Acto.10
cans Deum ſemp, vidit in viſu manife-
ſte angelũ Dei dicentem ſibi: Orationes
tuæ,& eleemoſynę tuę aſcenderũt in me
moriã in conſpectũ Dei. Ecce q̃liter ele-
emoſyna impetrat. Dñs quoq; dicit:
Si vis pfectus eſſe,vade & vẽde oĩa quæ VII.
habes,& da pauperibus, & habebis the- Matt.19
zaurũ multũ in cœlis. Ecce quõ eleemo
ſyna pficit. Anno tertio,dicit dñs,ſe-
parabis aliã decimã ex omnibus quæ na VIII.
ſcũtur tibi eo tẽpore,& repones intra ia Deut.14
nuas tuas, venietq; leuites,qui aliam nõ
habet poſſeſſionem tecũ, & peregrinus
& pupillus ac vidua,q intra portas ſunt,
& comedent & ſaturabuntur,vt benedi-
cat tibi dñs Deus tuus in cunctis operi-
bus manuum tuarum quæ feceris. Ecce
qualiter eleemoſyna benedicit. Di-
ſperſit dedit pauperibus,iuſtitia eius ma IX.
net in ſeculũ ſeculi: cornu eius exaltabi- Pſal.111
tur

X. tur in gloria. Ecce qualiter eleemoſyna
Act.9 iuſtificat. Cum Tabita, quę plena erat
bonis operibus & eleemoſynis, obiiſ-
ſet, circumſteterunt Petrum omnes vi-
duæ flentes, & oſtendentes tunicas & ve
ſtes, quas faciebat eis: qui ponens genua
orauit & dixit: Tabita ſurge. At illa ape
ruit oculos, & viſo Petro reſedit. Ecce
XI. qualiter eleemoſyna reſuſcitat. Stans
Luc.19 autẽ Zacheus dixit ad dominum: Ecce
dimidiũ bonorum dñe do pauperibus,
& ſi quid aliquẽ defraudaui, reddo qua
druplum: Ait Ieſus ad eum, Quia ſalus
domui huic facta eſt, eo quod & ipſe fi-
lius ſit Abrahæ. Venit enim filius homi
nis quærere & ſaluare quod perierat. Ec
ce qualiter eleemoſyna ſaluat.

*Effectus eleemoſynæ multipli-
ces ex ſacræ ſcripturæ teſtimo-
nijs multifariam probari.*

CAPVT II.

SVnt quoque & alij plures
eleemoſynarum effectus, quos
ex ſubiectis teſtimonijs po-
teris cognoſcere. Quid ergo
ſolicitus quæris, cur anxius inueſtigas
quid faciendo promerearis vitam æter
nam? Dominus in iudicio pietatis ope-
ra commendabit, pro quibus ipſe miſe-
ricordibus regnum largietur æternum.
Matt.25 Venite, inquit, benedicti patris mei, poſ
ſidete regnum paratum vobis à conſti-
tutione mundi. Eſuriui enim, & dedi-
ſtis mihi manducare. Sitiui, & dedi-
ſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & colle-
giſtis me. Nudus, & cooperuiſtis me: In
firmus, & viſitaſtis me. In carcere, & ve-
niſtis ad me. Amen dico vobis, quamdiu
feciſtis vni de minimis his fratribus me
Matt.5 is, mihi feciſtis. Beati enim miſericordes,
Matt.7 quoniam ipſi miſericordiam conſequẽ-
Luc.16 tur. Nam in qua menſura mẽſi fueritis,
remetietur vobis. Diues ille qui indue-
batur purpura & byſſo, & epulabatur
quotidie ſplendide, quia non eſt miſer-
tus mendico nomine Lazaro, qui iace-
bat ad ianuam vlceribus plenus, cupi-
ens ſaturari de micis, quæ cadebant de
menſa diuitis, & nemo illi dabat, mor-
tuus eſt & ſepultus in inferno. Vnde cũ
ipſe poſt mortem miſericordiam im-
ploraſſet: Pater, inquiens, Abraham mi-
ſerere mei, & mitte Lazarum, vt intin-
gat extremum digiti ſui in aqua, vt refri
geret linguam meam, quia crucior in
hac flamma: miſericordiam obtinere
non potuit, quoniam ante mortem mi-
ſericordiam noluit exhibere. Propter
quod Abraham illi reſpõdit: Fili recor-
dare, quia recepiſti bona in vita tua, & La
zarus ſimiliter mala: nunc autem hic cõ
ſolatur, tu vero cruciaris. Et in his omni
bus, inter nos & vos chaos magnum fir
matum eſt. Seruus ille, qui noluit mi Matt.18
ſereri conſeruo ſuo, ſicut dominus fue-
rat illi miſertus, traditus eſt tortoribus,
quoaduſque debitum redderet vniuer-
ſum. Sed & diuiti illi, qui cogitabat am- Lucæ.12
pliare horrea, & illic vberes fructus con
gregare, dominus ait: Stulte hac nocte
animam tuam repetunt à te, quæ autem
paraſti cuius erunt: Sic eſt qui thezauri-
zat ſibi, & non eſt diues in Deum. Pro-
pterea dominus præcepit: Vendite quæ Ibidem.
poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite
vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, the
zaurũ nõ deficientem in cœlis. Et alibi:
Facite vobis amicos de mammona ini- Lucæ 16
quitatis, vt cum defeceritis, recipiant
vos in æterna tabernacula. Idem in lege
mandauit: Si vnus de fratribus tuis, qui Deut.15
morantur intra portas ciuitatis tuæ, in
terra quam dominus Deus tuus datu-
rus eſt tibi, ad paupertatem venerit, non
obdurabis cor tuum, nec contrahes
manum, ſed aperies eam pauperi. Item:
Non deerunt pauperes in terra habita- Ibidem.
tionis tuæ. Idcirco præcipio tibi, vt ape-
rias manum fratri tuo egeno & pauperi,
qui tecum verſatur in terra. Nam iuxta 1.Ioan.3
Ioannis Apoſtoli teſtimonium, qui ha-
buerit ſubſtantiam huius mundi, & vi-
derit fratrem ſuum neceſſitatem habe-
re, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomo
do charitas dei manet in eo? Huius man
dati memor erat, qui executor, beatus
Iob, dicens: Oculus fui cæco, & pes clau Iob.29
do, pater eram pauperum, & mœrenti-
um cõſolator. Si negaui, quod volebãt, Iob.31
pauperibus, & oculos viduæ expecta-
re feci: ſi comedi buccellam meam ſo-
lus, & non comedit pupillus ex ea. Quia
ab infantia mea creuit mecum miſera-
tio, & de vtero matris meæ ingreſſa eſt

 mecũ.

mecum. Si deſpexi prætereuntem, eo
quod nō habuerit indumentum, & abſ
que operimento pauperem. Si non be-
nedixerunt mihi latera eius, & de velleri
bus ouiū mearū calefactus eſt &c. Hinc
Eſa.58 ait dñs per Prophetā: Frange eſurienti
panem tuum, & egenos vagosq; induc
in domum tuam. Cum videris nudum
operi eum, & carnem tuam ne deſpexe-
ris. Audiſti præceptum ad meritum: au-
Ibidem. di ꝑmiſſum ad prēmiū: Tunc erumpet q̄
ſi mane lumen tuum, & ſalus tua corā
te orietur, & anteibit faciem tuam iuſti-
tia tua, & gloria domini colliget te. Tūc
inuocabis & dominus exaudiet: clama-
bis, & dicet, ecce adſum. Item cum effude
Ibidem. ris eſurienti animam tuam, & animam
afflictam repleueris, orietur in tenebris
lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meri
dies, & requiem dabit tibi dominus tu-
us ſemper, &c. Commendatur vidua
3.Reg.17 Sareptana, pro eo quod pauit Heliā. Et
ex illa die hydria farinę non defecit, & le
chitus olei non eſt imminutus, vſque in
diē qua dedit dominus pluuiam ſuper
3.Reg 18 terram. Commendatur Abdias, qui cen
tum prophetas quinquagenarios &
quinquagenos abſcondit & pauit. Vn-
de liberatus ab igne, donari meruit ſpiri
Gen.18 tu prophetiæ. Commendatur hoſpita-
litas in Abraham & Loth, qui etiam an
Ioan.12 gelos hoſpitio receperunt. Commenda
tur in Maria & Martha, quæ ante ſex di
Luc.24 es Paſchæ fecerunt cœnam Ieſu. Com-
mendatur in duobus diſcipulis eunti-
1.Cor.16 bus in Emaus, qui in fractione panis do
minum cognouerunt. Paulus Apoſto-
lus collectas faciebat in gentibus, vt eas
mitteret ſanctis in Hieruſalem. Attende
quod dñs nō tā fecit diuites propter pau
Pauperes quantum proficiāt diuitibus. peres, quā pauperes ꝑpter diuites. Quia
plus ꝓficit pauper diuiti, quā diues pau-
peri. Diues enim dat pauperi eleemoſy-
nam temporalem: pauper autē retribuit
Pro.19 diuiti mercedē æternam. Vnde Salomō:
Fœneratur dño qui miſeretur pauperi:
Eccli.17 & viciſſitudinem reddet ei. Et alius itē
ſapiens: Eleemoſyna viri, quaſi ſaccu-
lus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi
pupillam cōſeruabit, & poſtea reſurget
& retribuet illis retributionem, vnicui-
que in caput illorum, ſuper ſcutum pote
ſtatis & ſuper lanceam aduerſus inimicū
tuum pugnabit. Attende quoque, quod
in cæteris rebus, quæ charius diligitur,
diligentius cuſtoditur: Qui vero plus di
ligit eleemoſynam, eam amplius elargi-
tur. Tale quidem eſt debitum charitatis,
quod quanto plus ſoluitur, tāto magis
debetur. Porro cum eleemoſynam das
in terra, reponis illam in cœlo, & cum e-
leemoſynam alteri tribuis, eam tibi cu-
ſtodis. Vnde per eleemoſynam ſic alij
præſtas ſubſidium, quod tibi comparas
meritum: ſic ſubuenis alteri, quod profi
cis tibi. Nihil de rebus temporalibus vni
uerſis tecum ex hac vita portabis, præter
eleemoſynam ſolā: quam p manus pau-
perum præmittis in cœlum. Nihil enim 1.Timo.6
vt dicit Apoſtolus, intulimus in hunc
mundum, haud dubiū, quia nec auferre
qd poſſumus. Nudus, ait alius, egreſſus Iob.1
ſum de vtero matris meæ, nudus reuer-
tar illuc. Cum autē pauperibus erogas,
theſaurizas in cœlis teſte veritate, q̄ di- Matt.6
cit: Theſaurizate vobis theſauros in cœ-
lis, vbi fures nec effodiunt nec furantur,
vbi nec erugo, nec tinea demolit. Quid
ergo gratius, aut quid charius eleemo-
ſyna, quæ non deſerit dantem, cum cæte
ra deſerant retinentem: In illo cui datur,
ſitim extinguit, famem expellit, nudita-
tem operit. In eo vero qui dat, reatum ex
tinguit, culpam expellit, operitque pec-
catum. O quam digna recompenſatio,
vt pro eo quod eleemoſyna nuditatem
corporis tegit in alio, iniquitatem men-
tis tegat in te. Beati enim quorum remiſ Pſal.31
ſę ſunt iniquitates, & quorū tecta ſunt
peccata.

Eleemoſynam in peccatis factam non ualere ad meritum, nec ſuum effectum ſortiri: eſſe tamen præparatoriam ad gratiam Dei conſequendam.

CAPVT III.

Verum

VErum, ſi tantę virtutis eſt ele
emoſyna, vel potius tanta eſt
eleemoſinę virtus, faciant igi
tur homines quæcunque li-
buerint & eleemoſynis duntaxat inſi-
Lucæ.11 ſtant, ſecuri de veritate qua dicit: Date e-
leemoſynam, & ecce omnia munda ſunt
vobis. Nunquid ergo facientibus elee-
moſynas omnia munda ſunt, ebrioſis,
adulteris, homicidis, cæteriſque vitio-
rum ſordibus inuolutis. Licenter ergo
ſuas exerceant turpitudines, & peragāt
voluptates, ſi eleemoſyna ſufficit ad re-
dimenda peccata, ſi ſufficit ad emundan
da delicta? Abſit omnino: quia teſte ſcri
tura, quicquid immundus tetigerit immū
Leuit 15 dum erit. Nam & cum ſapiens pręmiſiſ
Eccl.7 ſet, exorare & facere eleemoſynam ne-
deſpicias, ſtatim adiunxit: Ne dicas in
multitudine munerum meorum reſpici
et Deus, & offerēte me Deo altiſſimo ſu
ſcipiet munera mea. Nō enim offerētes
à muneribus placēt, ſed munera ab offe
rentibus. Vnde legitur quod reſpexit
Gen.4 Deus ad Abel & ad munera eius. Prius
dixit ad Abel, et poſtea dixit, ad mune
ra: quia Deus magis attendit modum
in facto, quam factum in modo, id eſt,
quomodo aliquid fiat, quā quid aliq-
modo fiat. Attende prudenter quod dicit
Apoſtolus: Si diſtribuero omnes facul-
Rom.13 tates meas in cibos pauperum, charita-
tem autem non habeā, nihil mihi prodeſt.
Eleemoſyna vera quę ſit. Vera igit eleemoſyna de vera charitate
procedit. Nam ſecundum charitatis mā
Matt.22 datū hoc eſt: Diliges proximum tuum
Matt.7 ſicut teipſum, Ad quod pertinet illud: Quę
cunque vultis vt faciant vobis homines
& vos facite illis. Sicut ergo volumus
nobis ab alijs in noſtris neceſſitatibus
ſubueniri: ſic & nos debemus alijs in ſu
is neceſſitatibus ſubuenire, vt ſicut nos
ita proximos diligamus. Niſi enim ra-
mus eleemoſynæ, de charitatis radice pro-
cedat, non habet pinguedinē vel humo
rem, vt ſuauem vel maturum fructum p
ducat. Nam vera eleemoſyna, fructus eſt
1.Petri.4 charitatis. Charitas autē operit multitu
dinem peccatorum. De qua veritas ait:
Lucæ.7 Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam
dilexit multum. Eleemoſyna quæ de
charitate procedit, ipſa profecto mun-
dat à vitijs, & redimit à peccatis.

Sed forte oppones, quod Cornelius
centurio nondum fidem mediatoris ha
bebat, ſine qua iuſtus eſſe non poterat,
quia iuſtus ex fide viuit: nec ſine fide po Rom.1
terat charitatem habere, cum ſine fide Heb.11
impoſſibile ſit placere Deo, Fide, inquā,
mediatoris Dei & hominum Ieſu Chri-
ſti. Nam qui pręibant & qui ſequebant Matt.21
clamabant, dicētes: Oſanna filio Dauid:
benedictus qui venit in nomine domi-
ni. Qui tamen Cornelius per eleemoſy-
nas meruit, & ad ſacramentum fidei &
ad fidem ſacramenti venire, quemadmo
dum angelus ei dixit: Orationes tuæ & Acto.10
eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memo
riam in conſpectu Dei. Ideoq; præcepit
vt accerſiret Simonem Petrum, qui ve-
niens iuſſus in ſpiritu, catechizauit eum
& baptizauit. Præterea cum Nabugo
donoſor eſſet iniquus, fruſtra dediſſet
ei conſilium Daniel, vt peccata ſua redi- Dan.4
meret eleemoſynis, niſi per eleemoſynas
poſſet à ſuis iniquitatibus liberari. Item Tobi.12
cū iuxta Raphaelis angeli teſtimonium
eleemoſyna tantę ſit efficacie, vt à morte
liberet & purget peccata, nec hoc de tem
porali morte poſſit intelligi, cum om-
nes omnino neceſſitati moriēdi ſimus
addicti, ex quo primus homo pœnam
comminationis illius incurrit: Quacun Gen.2
que die comederis, morte morieris. Nā
& proprio filio ſuo nō pepercit Deus, ſed Rom.8
pro nobis omnibus tradidit illū, haud du
bium quin ad mortē. Quia factus eſt pro nobis Phil.2
obediens vſq; ad mortē, mortē autē cru
cis. Reſtat igitur vt illud angelicum de
morte intelligatur æterna: ſiue culpe, quæ
præcedit vt cauſa, ſiue gehenne, quæ ſuc-
cedit vt pœna. Sic ergo eleemoſyna li-
berat hominem à morte animę, qualicū
que duntaxat ſano accipias intellectu.
Nō autem ab ea morte, quæ animæ non
debetur, cum hoc nō ſit magne virtutis,
neq; potentis efficaciæ. Liberat igitur
hominem à morte, quæ animæ debetur.
Porro mors animæ nō debetur niſi tan
tū iniquis, qui mortalibus ſunt irretiti pec
catis. Tales ergo per eleemoſynas à morte
animæ liberantur. Ab his autem quæſti
onum anguſtijs, illa poteſt te diſtin-
ctio liberare, quod ſicut quædam præpa
ratoria ſunt ad culpam, ita quædam præ
paratoria ſunt ad gratiā. Præcedit enim

in homine iuſto quædam maligna ſug-
geſtio,& ſuccedit quædam improba de
lectatio: quæ licet nondum ſit mortalis,
ſed venalis, debilitat tamen animum &
præparat ad conſenſum, qui cum acce-
dit, facit homimem peccare mortaliter,
cum & ipſe ſit mortale peccatum. In his
enim quotidie ſecundum ſpiritum re-
nouamur, quæ ſemel ad literam in pri-
mo homine præceſſerunt. Serpẽs enim,
id eſt, concupiſcentia ſuggerit origina-
liter. Mulier, id eſt, delectatio comedit
venialiter. Vir, id eſt, ratio cõſentit mor-
Præparatoria ad gratiam. taliter. Sic & in homine impio quædam
præparatoria præcedunt ad gratiã, quæ
mollificant animum, ſicut ignis ceram,
vt imaginem ſigilli, hoc eſt, ſimilitudi-
nem Dei per impreſſionem gratiæ ſup-
ueniẽtis accipiat. Propter quod legitur:
Interim fac quicquid boni potes, vt De
us cor tuum illuſtret ad pœnitentiam.
Talis enim timor ſeruilis, de quo licet
dicatur, quod timor non eſt in charita-
1. Ioan. 4 te, ſed perfecta charitas foras mittit ti-
morem, dicitur tamen de ipſo, quia ti-
Eccli. 1 mor dñi peccatum expellit, & qui ſine ti
more eſt, iuſtificari non poteſt. Cum er-
Pro. 1 go timor domini ſit initium ſapientiæ,
profecto præparatorius eſt ad gratiam,
& ipſe ſicut cetam filum, charitatem ꝑ-
uius introducit, quemadmodũ dicitur
ꝑ Prophetam: A timore tuo cõcepimus
Eſa. 26 & peperimus ſpiritũ ſalutis. Sic eleemo-
ſyna prætercharitatẽ, vel potius ante cha
ritatem donata, ꝓficit quidem, & ſi non
ſufficit, præparatoria, licet non ꝓmerito
ria gratiæ, vel ſalutis, per quam tamen
ꝑuenitur ad gratiam & ſalutem. Reddit
enim hominem habilem, reddit aptum,
reddit idoneum, velut ſitientem, velut
anhelantem, velut appropinquantẽ ad
fontem gratiæ ſalutaris: per quem libe-
ratur à morte, mundatur à culpa, redimi
tur à peccato.

Eleemoſynam ieiunio & oratione eſſe meliorem: nec quenquam ab ea excuſari.

CAPVT IIII.

BOnum eſt ieiunium, ſed me-
lior eſt eleemoſyna, quia q̃d
ieiunium ſubtrahit, eleemo-
ſyna tribuit. Aliquin quod
ieiuniũ ſubtrahit voluptati, reponit cu-
piditati. Qui vero dat eleemoſynã, quod
cunq; ſibi ſubducit, alij totum impẽdit.
Per ieiunium enim affligitur caro ꝓpria,
ꝑ eleemoſynam vero reficitur aliena. Il-
lud ꝓſtat eſuriem, iſta vero ſatietatẽ ꝓcu-
rat. Rurſum bonũ eſt orare, ſed melius
erogare: quoniam eleemoſyna agit vtrũ
que, deſcendens ad proximum, & aſcen
dens ad Deum. Audi ſuper hoc ſententi
am Sapientis: Conclude eleemoſynam, Eccli. 29
inquit, in corde pauperis, & ipſa pro te
orabit ad dominum. Non enim deſiſtit
orare, qui non deſinit bene agere, cũ me
lius ſit orare ope, q̃ ſermone. Sed dices:
Ego ſum paupꝫ, egenus, & inops, nõ ha
beo panẽ, nõ habeo veſtẽ, nõ habeo ſti-
pẽ, vt qcq̃ valeã erogare. Verũ attende ꝙ
apud deũ ſufficit bona volũtas, vbi deeſt
oportuna facultas. Nec tã attẽdit in mu-
nere quantitatem, q̃ deuotionẽ in opere:
penſans magis ex quanto, quã quantũ.
Reſpiciens enim Ieſus vidit eos qui mit- Mar. 12
tebant munera ſua in gazophylaciũ di-
uites. Vidit autem quãdã viduã pauper-
culam mittentem æra minuta duo, & di-
xit: Amẽ dico vobis, quia vidua hæc pau
per plus quam omnes miſit. Nam hi om
nes ex abundanti ſibi miſerunt in mu-
nera Dei. Hæc autem ex eo quod deeſt
illi, omnem victum ſuum, quem habuit,
miſit. Hinc alibi dominus ait: Quicunq;
potum dederit vni ex minimis iſtis cali Matt. 10
cem aquæ frigidæ, tantum in nomine di
ſcipuli, Amẽ dico vobis, nõ perdet mer
cedem ſuã. Vnde Tobias: Quomodo
poteris, eſto miſericors. Si multum Tobi. 4
tibi eſt, abundanter tribue: ſi exiguum,
etiam exiguum illud libenter impartiri
ſtude. Præmium enim bonum tibi the- Ibidem.
ſaurizas in die neceſſitatis. Quoniam e-
leemoſyna ab omni peccato, & à morte
liberat, & non patietur animam ire in te
nebras. Fiducia magna erit coram Deo
eleemoſyna omnibus facientibus eam:
nõ ergo ſe paupertas excuſet, quia ſuffi-
cit vt voluntas ſit diues, vbi facultas eſt
pauper.

Elee-

Eleemoſynæ faciendæ quiſnam de beat eſſe ordo, modus, cauſa, & finis.

CAPVT V.

RESTAT modo vt circa eleemo-
ſynam quatuor diligenter at-
tendas, videlicet cauſam, & fi
nem, modum, & ordinē. Cau
ſam, vt fiat ex charitate. Finē, vt fiat pro-
pter beatitudinē. Modū, vt fiat ex hilari
tate. Ordinem, vt fiat ſecundū regulam.
Ex charitate quidē danda eſt eleemo
ſyna: quia ſicut arbor ad fructū, ita cha-
ritas ſe habet ad eleemoſynam. Non eñ
Matt. 7 poteſt arbor bona fructus malos facere,
neq; arbor mala fructus bonos facere.
Propterea dicit Apoſtolus: Si diſtribue-
1. Cor. 13 ro omnes facultates meas in cibos pau-
perum, charitatem aūt non habeā, nihil
mihi prodeſt. Non ergo ſe quiſquā fru-
ſtra decipiat, vt æſtimet eleemoſynā ſine
charitate ſibi poſſe ſufficere ad ſalutem.
Licet ad tria valeat eleemoſyna extra cha
ritatem diſtributa. Vel ad habilitatem ſu
ſcipiendi gratiā, vel ad mitigationem æ-
ternæ pœnæ, vel ad optinendum bonū
aliquod temporale. Cum ergo quis
erogat eleemoſynam, debet eā propter
æternam beatitudinem erogare, non
propter fauorem mundanum, vel pro-
pter humanam retributionem. Vnde ve
Matt. 6 ritas inquit in Euangelio: Cū facis elee-
moſynā, noli tuba canere ante te, ſicut
hypocritę faciunt in ſynagogis & vicis,
vt honorificentur ab hominibus. Amē
dico vobis, receperunt mercedē ſuam.
Te autem faciente eleemoſynā, neſciat ſi
niſtra tua quid faciat dextra tua: vt ſit e-
leemoſyna tua in abſcōdito, & pater tu
us, q videt in abſcōdito, reddet tibi. Nō
Matt. 5 eſt contrarium quod dn̄s alibi ait: Luce
at lux veſtra corā hominibus, vt videāt
opera veſtra bona, & glorificēt patrē ve-
ſtrum, q in cœlis eſt. Primo, quia & intē
tio poteſt exiſtere in abſcōdito, & ope-
ratio in aperto: vt ꝓpter intentionē ab-
ſconditā, neſciat ſiniſtra quid faciat de-
xtra. Et propter operationem apertam,
videntes opera bona glorificēt patrem.
Secundo, quia nemo debet facere opus
bonum, vt ipſe glorificetur ab homini-
nibus, ſed vt homines glorificent Deū.
Vnde primū prohibetur, ſecundū præci
pit. Rurſus alibi veritas ait: Cū facies prā Lucæ. 14
diū aut cœnā, noli vocare amicos tuos
aut fratres tuos, neq; cognatos, neq; vici
nos diuites, ne forte & ipſi te reinuitent,
& fiat tibi retributio. Propter quod ali-
bi dicit: Ite & edite pinguia, & bibite mu Nee. 8
ſtum, & mittite partem his qui non p̄pa-
rauerunt ſibi. Sed cum facis cōuiuium,
voca paup̄es, debiles, claudos, & cæcos,
& beatus es, quia non habent retribue-
re tibi. Retribuet eñ tibi in retributione
iuſtorum. Hic finis, hęc merces, hoc prę
miū, ꝓpter quod facienda eſt eleemoſy-
na. Porro dāda eſt eleemoſyna, nō ex tri
ſtitia, ſed cū hilaritate. Non cū mora, ſed
cū velocitate. Iuxta q̊d docet Apoſtolus
dicens: Vnuſquiſque prout deſtinauit 2. Cor. 9
in corde ſuo, non ex triſtitia aut ex ne-
ceſſitate. Hilarē enim datorē diligit De-
us. Et iterū: Qui p̄eſt in ſolicitudine, qui Rom. 12
miſeretur in hilaritate. Nā ſuper omnia
vultus acceſſere boni. Nec putes eſſe cō
trarium, quod à q̊dam dicit Sapiēte. Da
q̊d te doleat. Voluit enim p hoc datum
commendare magnificū, vel potius ad
datū magnificiū inuitare. Noli ꝓpter tri
ſtem vultū totum amittere meritū: ſed ꝓ
pter hilarē faciē gratā acquire mercedē.
Benedictionē rei cū potes impende, cū
vero nō potes, benedictionem verbi red
de. Non exaſperes pauperem, neq; cō-
turbes eum, memor eius quod legitur &
mandatur: Fili in bonis non des quere- Eccli. 18
lā, & in om̄i dato nō des triſtitiā v̓bi ma
li. Nonne ardorem refrigerat ros? Sic &
verbum bonum melius quam datum.
Nonne ecce verbum ſup datū bonū, &
vtrumq; cū homine iuſtificato? Stultus
acriter impperabit, & datū indiſcipli-
nati tabeſcere facit oculos. Porro, bis
dat, qui cito dat. Vnde non differas be-
ne facere: quia ſpes quæ differtur affli- Pro. 13
git animā. Cor inopis ne afflixeris, & Eccli. 4.
nō ꝓtrahas datū anguſtiati. Añ mortē Eccli. 14
bñfac amico tuo: & ſecundū vires tuas
pauperi porrige. Nō defraudeneris à die
bono, & particula boni doni nō te p̄te-
reat. Memor eſto q̄a mors nō tardabit.

Vnde ſinc dilatione ſac bonum dum po
tes, quia forte cum volueris ſacere bonũ,
non poteris, & in tuis bonis alius luxu-
riabitur. Ad hoc ſpectat quod ſecũdum
Ioan. 13 Ioannem Ieſus ait Iudæ: Quod ſacis fac
citius. Quidam enim putabant, eo quod
loculos habebat Iudas, quod dixerit ei
Ieſus, vt egenis aliquid daret. Vnde nãq;
potuiſſent illud putare, niſi frequẽter au
diuiſſent Ieſum Iudæ dicentem, vt cito
daret egenis? Noli ergo bonũ quod con
cepiſti differre, quoniam à mane vſq; ad
veſperam mutabitur tempus, & mens ra
pitur in diuerſa. Nec dimittas illud exe-
quendum hæredi: quia vix tibi laudem,
ne dum mercedem rependet. Cæterum
in eleemoſyna danda ſerua regulam or-
dinatam. Triplex enim eleemoſyna eſt,
Eleemoſyna triplex cordis videlicet, oris, & operis. Ex corde
datur per compaſſionem. Ex ore per cor
rectionem. Ex opere per largitionẽ. De
primo dicit Apoſt. Quis infirmatur & e-
2. Cor. 11 go non infirmor? Quis ſcãdalizatur, &
ego nõ vror? Multum enim cõſolamur
afflictos, cum cõpatimur patientibus, &
dolentibus cõdolemus. De ſecũda Veri-
Lucæ. 17 tas ait: Si peccauerit in te frater tuus, cor
ripe eũ inter te & eum ſolum. Si te audie-
rit, lucratus eris fratrem tuum. Erranti
non modicum ſubueniſti, ſi correctũ ad
rectitudinẽ reuocaſti. De tertia dicit pro
Eſa. 58 pheta: Frange eſurienti panem tuum, &
egenos, &c. Tu inducis illũ in domum
terrenam, & ipſe te inducet in aulam cœ-
leſtem. Verum hæc triplex eleemoſyna
IIII. Quomodo eleemoſyna ſit ordinate danda. danda eſt ordinate. Primo nobis, ſecun-
do proximis. Crudelis eſt enĩ & fatuus,
qui alij cõpatitur, & ſibi non miſeretur,
qui alium caſtigat, & ſe nõ emendat, qui
alij ſubuenit, & ſe deſpicit. Econtra præ-
Eccli. 30 cipitur: Miſerere animæ tuæ placẽs Deo.
Matt. 7 Eijce primo trabem de oculo tuo, & tũc
eijcies feſtucã de oculo fratris tui. Cum
Eſa. 58 videris nudum operi eum, & carnẽ tuam
ne deſpexeris. Ergo tibi ipſi primo da e-
leemoſynam miſertus tui. Corripe tei-
Eccli. 14 pſum, ſubueni tibi. Qm̃ qui ſibi nequam
eſt, cui bonus erit? Scias te ergo culpabi-
liter durum & dure culpabilem, ſi corpo
ralem amici tui deploras mortem, & ſpi
ritualem animæ tuæ mortẽ non defleas.
Poſt te da proximis eleemoſynã, & in eis
q̃q; ordinẽ ſerua, præferẽs fideles, dome

ſticos, propinq̃s. Propter q̃d dicit Apoſt. Gal. 6
Operamini bonũ ad oẽs, maxime ad do
meſticos fidei. Nam hoc exigit charitas
ordinata, de qua dicit ſpõſa in Canticis:
Introduxit me rex in cellã vinariã, & or Can. 2
dinauit in me charitatem. Sed inter hos
præferendi ſunt iuſti, ſi cæteræ circunſtã
tiæ pares exiſtant. Vnde forſitan oppo-
nes quod dñs ait: Omni petẽti te tribue. Lucæ. 6
Neminẽ enĩ excepit, q oẽs incluſit. Pro-
pter q̃d alibi dicit: Diligite inimicos ve- Ibidem.
ſtros, benefacite, &c. & orate pro pſequẽ
tibus & calũniantibus vos. Diligite cor-
de, orate ore, benefacite ope. Sicut pater
veſter cœleſtis ſolẽ ſuum facit oriri ſup
bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos &
iniuſtos. Cum enim omnis homo tã bo
nus q̃ malus nobis ratione naturæ ſit p-
ximus, & ex pcepto diuino teneamur di
ligere proximos ſicut noſipſos: pfecto
videtur, q̃d paſſim oĩ homini teneamur
indigenti cũ poſſumus ſubuenire, & cũ
maioris meriti videatur inimicis beneſa
cere q̃ amicis, iuxta ſententiam veritatis
dicẽtis: Si diligitis eos q vos diligũt, quã Matt. 5
mercedẽ habebitis, nõne publicani hoc
faciunt? Itemq; Tobias: Ex ſubſtãtia tua Tobi. 4
fac eleemoſynã, & noli auertere faciẽ tu-
am ab vllo paupere. Ita enim fit, vt nec à
te auertatur facies dñi. Ecõtra Veritas i-
pſa teſtatur: Quicunq; recipit iuſtum in Matt. 10
nomine iuſti, mercedẽ iuſti accipiet. Nõ
dicit indiffinite, qui recipit hominẽ, ſed
determinate, q recipit iuſtũ, quemadmo
dum alibi legitur: Deſudet eleemoſyna
in manu tua, donec inuenias iuſtum cui
des. Hinc alibi dicit ſcriptura: Si beneſe- Eccli. 12
ceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bo
nis tuis multa. Beneſac iuſto, & inuenies Ibidem.
retributiõem magnam. Et ſi nõ ab ipſo,
certe à dño. Non enim eſt ei bene qui aſ-
ſiduus eſt in malis, & eleemoſynã nõ dã-
ti. Qm̃ & altiſſimus habet pctõres odio,
& miſertus eſt pœnitentibus. Da miſeri-
cordi, & ne recipias pctõrem, & impijs,
& pctõribus redde vindictam. Da bo-
no, & ne receperis pctõres. Beneſac hu-
mili, & ne dederis impio. Item Thobias:
Panẽ tuum & vinũ tuum ſup ſepulturã Tobi. 4
iuſti conſtitue: & noli ex eis manducare
& bibere cum peccatoribus. Multum er
go contingeret eleemoſynã retardari, ſi
ſemper oporteret inter bonos & malos
diſcerni.

diſcerni. Sed cur in eleemoſyna dāda nō
prꝺ̄feras iuſtū iniquo, cū ipſe tibi meritis
& p̄cibus ſuis plus valeat apud dn̄m pro
mereri? Sane bn̄faciendū eſt & bonis &
malis, & iuſtis & impŋs, & amicis & ini-
micis, cum neceſſitas exigit, & facultas
permittit. Sed in talibus pōderandę ſunt
circunſtantię, vt poſſit diſcerni, quando,
& quomodo, & vbi, & cui magis debeat
ſubueniri. Cōtingere enim poteſt, vt ali
quando magis ſubueniendum ſit malo,
q̄ bono, ſi videlicet maiori premitur ege
ſtate, præſertim cū abſq; periculo nō po
teſt ſubuentio prorogari. Et licet magni
ſit meriti bn̄ſacere inimicis, quia tūc ma
xime propter Deum animo vis inſertur.
Matt. 11 Vnde: A diebus Ioānis Baptiſtę, regnum
cœlorum vim patitur, & violenti diripi-
unt illud. Si tamen parentes indigeant,
eis credo potius ſuccurrendum, propter
illud ſpeciale mandatū: Honora patrem
Exo. 20 tuum, & matrem tuam. Quod nō tātum
ad reuerentiam exhibendam, quantum
ad impēſam præſtandā creditur promul
gatum. Licet ergo bn̄faciendum ſit gn̄a-
liter omnibus proximis, amplius tamen
bonis q̄ malis, iuſtis q̄ impŋs, niſi regu-
læ generali detrahat aliqua ſpecialis ex-
ceptio, circunſtantŋs ponderatis, quem
admodum prælibaui. Illud autem quod
legitur: Deſudet eleemoſyna tua in ma-
nu tua, donec inuenias iuſtū cui des, iu-
xta literæ circunſtantiam pertinet ad ex
hibendā decimā ſacerdoti, vt is ſit literæ
ſenſus: Donec inuenias iuſtū cui des. i.
ſacerdotē cui debes. Nam ſacerdos præ-
ter præceptū iuſtus eſſe tenetur, propter
officium, ✶quāuis in quibuſdam codici-
bus ſit ✶uſtum. Iudęi vero tres decimas di
uidebant, quas & eleemoſynas appella-
bant, de quibus ad præſens non eſt diſſe
rendum. Quod autē alibi legitur: Da mi
Eccli. 12 ſericordi, & ne ſuſcipias pc̄tōrem. Et ite
rū: Benefac humili, & ne dederis impio,
ſane debet intelligi, iuxta regulam illam
Sic diligendi ſunt homines, vt eoꝵ non
diligātur errores. Vnde pc̄tōr prohibe-
tur ſuſcipi & impio dari vetatur, videli-
cet, ne per ſuſceptionem vel dationem
huiuſmodi foueatur impius in pc̄tō. Nō
ergo ſubueniendū eſt talibus occaſione
fouendæ culpæ: ſed ſubueniendū eſt eis
ratione ſuſtētandæ naturæ. Cæteꝵ ſoler
ter attēde, q̊d niſi dederis eleemoſynam
cordis, Deus non acceptat eleemoſynā
operis, ipſo atteſtante, qui ait: Si dimiſe-
ritis hominibus pc̄tā eorum, dimittet vo
bis pater cœleſtis delicta veſtra. Si autem
nō dimiſeritis, nec pater veſter vobis di-
mittet. Sic eñ docuit & p̄cepit orare: Di Matt. 6
mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos di
mittimus debitoribus noſtris. Propter
q̊d in eodē ſermone ipſe p̄ceperat: Si of- Matt. 5
fers munus tuū ad altare, & ibi recorda-
tus fueris, q̄a frater tuus habet aliq̄d ad-
uerſum te, repone ibi munus tuū ante al
tare, & vade prius recōciliari fratri tuo,
& tunc veniens offeres munus tuum. Vi
des aperte quod Deus nō approbat mu
nus operis, niſi prius offeras munus cor
dis. Eleemoſynam vero cordis prudēter
impendis, cū aut offendēti dimittis, aut
ſatisſacis offenſo, vt nec ille cōtra te ran-
corem vel odiū in corde retineat, nec tu
contra ipſum retineas rancorem vel o-
dium in corde. Vnde ad vtrunq; ſenſum
poteſt referri, quod dicitur: q̄a frater tu-
us habet aliquid aduerſum te, ſiue q̊d ille
contra te habet cauſam rācoris vel odŋ,
quia tu illum forſan offendiſti. In q̊ caſu
tu ei ſatisfacere debes, vt reconcilieris ei-
dem. Siue quod ille contra te cōmiſit of
fenſam, propter quā tu moueris ranco-
re vel odio contra eum. In quo caſu tu ei
debes dimittere, vt reconcilies eum tibi.
Rancorem enim cordis & odiū, ſiue po
ſtulet, ſiue non poſtulet veniam, ſiue ſa-
tisfaciat, ſiue non ſatisſaciat, de offenſa
debes omnino dimittere, cum ex præce
pto diuino tenearis diligere inimicum. 1. Ioan. 3
Vnde Ioānes apoſtolus ait: Qui fratrem
ſuum odit, homicida eſt. Optima igitur
eleemoſyna eſt indulgere peccātibus, di
mittere debitoribus, & miſeris miſereri.
De qua Veritas ait: Dimittite, & dimitte Lucæ. 6
tur vobis. Miſericordiā aūt volo, non ſa Matt. 9
crificium. Miſericordia nanq; ſuperexal
tat iudicium. Et: Beati miſericordes, q̄m Matt. 5
ipſi miſericordiam conſequentur.

Reſtat dicendum, de quibus ſit elee-
moſyna facienda. Videtur profecto de
his, quæ iuſte poſſides, & rationabiliter
acquiſiſti, ſecundum illud Sapiētis: No Eccli. 35
li offerre munera praua: non enim ſuſci
piet illa Deus. Item: Qui offert ſacrifici Eccli. 34
um de rapina pauperis, ac ſi victimet

filium

Deut.23 filium in conſpectu patris. Rurſus: Non offeras in domo domini Dei tui precium canis, aut mercedem ꝓſtibuli. Multa ſunt talia in ſcripturis, ſed iſta ſufficiunt:
Deut.17 quia in ore duorum aut trium teſtium ſtat omne verbum. Contrarium autem videtur dominus in Euangelio docuiſſe:
Lucæ.16 Facite, inquiens, vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cũ defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. In Eccleſiaſtico quoque legitur: Noli auarus eſſe in diuitijs iniuſtis.
Eleemoſynam verũ liceat dare de bonis iniuſtis Verum inter ea quæ acquiruntur iniuſte, quędã ſunt in quibus transfertur dominium, quædam in quibus non transfertur. De illis ergo in quibus transfertur dominium, vt in negociatiõe, militia & huiuſmodi, licite poteſt eleemoſyna erogari, q͂a cum effecta ſint tua, licet offenderis illicite acquirendo, iam tamen quaſi de tuis, licite poteris erogare. De illis autem, in quibus dominium non transfertur, vt de furto, rapina, ſacrilegio, & vſura, non licet eleemoſynam erogare: quia cum ſint aliena non tua, teneris ea his, quorum ſunt, reſtituere, non autem ea inuitis dominis contrectare. Vnde Za-
Lucæ.19 chæus bene diſtinxit: Ecce, inquit, dimidium bonorum meorum do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui, red-
Lucæ.16 do quadruplum. Quod autem de mammona iniquitatis in Euangelio, & quod
Eccli.14 de diuitijs iniuſtis in Eccleſiaſtico legitur, ad illas acquiſitiones iniuſtas, in quibus transfertur dominium, refertur, de quibus licite poteſt eleemoſyna erogari: quamuis & alio modo ſane poſſint intelligi, ſed ad preſentem libellum ille nõ pertinet intellectus. Alias autem autoritates ad eas referas acquiſitiones iniuſtas, in quibus dominium non transfertur: licet de mercede proſtibuli ſoleant ſcholaſtici diſputare, quæ ſi tranſire dicatur in dominium meretricis, dicendum eſt ſane, quod ratione myſterij, ſicut &
Deut.23 precium canis, in domo domini ꝓhibe-
Rom.2 tur offerri. Quia vero non auditores legis, ſed factores iuſti ſunt apud Deũ, rogo te frater & hortor, & precor, & moneo, quiſquis es Chriſtiane, ſi vis eſſe q̃d diceris, vt ſtudeas facere quod audiſti, tenens pro certo, quod eleemoſynæ quæ
1.Tim.1 datur de corde puro, & cõſcientia bona, & fide non ficta, magnam pręſtat fiduciam apud altiſſimum, & ipſa contra om̃e periculum ſalutaris eſt medicina.

Ad eleemoſonam ſicut ad quodlibet bonum opus neceſſario requiri perſeuerantiam.

CAPVT VI.

QVoniã autẽ nec eleemoſyna, nec ieiunium, nec oratio Deo placere, vel homini eſſe meritoria ad vitam beatã poſſunt, ſine perſeuerantia, idcirco vel pauca hic de virtute perſeuerantiæ connectenda ſunt. Et in primis ſequentibus autoritatibus monetur quilibet ad perſeuerantiam. Ait nãq; dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus: Qui perſeuerauerit vſque in finem, Matt.10
hic ſaluus erit. Et alibi: Si perſeuerauerit Lucæ.11
vſq; in finẽ pulſans, dico vobis, & ſi non dabit ei, ſurgẽs eo quod amicus eius ſit, propter improbitatem tamen illius ſurgẽs, dabit ei quotq̊t habet neceſſarios. Et 1.Cor.9
Apoſtolus ait: Omnes in ſtadio currũt,
ſed vnus accipit brauium. Et qui legiti- 2.Timo.2
me certauerit, coronabitur. Et alibi dici-
tur, q̊d dominus iudicat fines terræ. Et Pſal.9 Eccli.11
vbi ceciderit arbor, ſiue ad auſtrum, ſiue ad aquilonem, ibi erit. Finis enim, non pugna coronat. Ex hoc procedendũ eſt ſic: Non eſt magnum ſic inchoare bonũ, ſed conſummare perfectum. Multi ag-
grediuntur magna, ſed deficiunt in via. Gen.19
Multi exeunt Zodomam, ſed retroſpiciunt. Multi egrediuntur Babylonem, ſed morantur in via, nec perueniunt ad æternam pacis ciuitatem. Nec perſeuerantia piget aggredi magna, nec fatigat inchoatum. Hæc firmat nutantem. Hæc coronat pugnantem. Hęc ducit ad brauium, hæc ad portum. Hęc dat formam operi, regulam actioni. Hæc eſt talaris tunica Gen.37
Ioſeph, in finem vitæ pertingẽs. Hæc eſt tunica ſacerdotalis, vſq; ad pedes perue- Exo.28
niens. Hæc eſt cauda hoſtiæ, quam tene- Leuit.3
mur Deo offerre. Hæc eſt calcaneus bonæ operationis, quam contra ſerpen- Gen.3
tis morſus debemus obſeruare. Hæc eſt virtus quæ pro oratione ad Deum allegat, quæ omne votum bonum informat, qua laureantur martyres, qua coronantur virgines. Hæc eſt, quæ res difficiles reducit ad facilitatem,

quæ

quæ omnem vincit difficultatẽ. Hæc eſt
veſtis ſine ruga, tunica ſine macula. Hæc
eſt quæ bonam actionem facit vnicolo-
rem, virtutem vniformem.

Perſeuerã tia duplex — Et notandum, quod quædam perſe-
uerantia eſt tẽporalis, vt ita loquar, quę-
dam finalis. Temporalis eſt, quæ ad tem
pus viret, & in tempore peruerſitatis eſ-
floret, fœno comparabilis, quod nunc
vireſcit, nunc in clibanum mittitur, nũc
Iacob. 1 — floret, nunc conteritur, nunc cõſequen-
Iob. 14 — ter moritur. Hic flos egreditur & conte-
ritur, & fugit velut vmbra, & nunquam
in eodẽ ſtatu permanet. Finalis vero per
ſeuerantia eſt, quæ durat vſq; in finem.
Cant. 4 — Hæc eſt fons viuus, hortus ſignatus, cui
nõ communicat alienus, qui ſemper flu
it, ſemper ſcaturit labores fideles, vt hãc
habeant clauſtrales, vt hanc retineãt vir-
gines, vt hac ſe informent viduæ, & in
hac omnes requieſcant. Diabolus quan
doq; hominem irritat ad bonum, vt de
bono grauius malũ eliciat. Contra hũc
dæmonis inſultum valet perſeuerantia,
vt de bono fine bona claudantur initia.
Bona enim inchoare, & malo fine cõclu
dere, eſt monſtruoſa confingere. Illa eñ
actio Chimæra eſt, quæ initium habet à
ratione, finem vero à ſenſualitate. Cum
enim ſic agitur, humano capiti ceruicẽ
pictor depingit equinam, & ſic varias in
ducit infructuoſasq; plumas. Caue ergo
o homo, ne actio tua monſtra pariat, ne
que gignat pręſtigia. Enormis enim fru
ctus viuentis, ſi capiti non reſpondeat fi
nis. Sunt enim quidam quorũ vita mon
ſtrum mirabile eſt, quorum initium bo-
num quaſi caput hominis prętendit: me
dium vero in luxuriam deſcendens ven
trem caprę prætendit: ad vltimum in ra-
pacitatem deuians lupæ pedes oſtendit.
Finis vti boni opus coronet — Ah homo, quid prodeſt tibi bonum in
choare, & non bono fine cõcludere? Bo
num enim virtutis non ſolum amittis,
ſed & damnum incurris, & ſupplicium
2. Petri. 2 — promereris. Melius eſt viã veritatis non
agnoſcere, quam poſt agnitam retroire.
Poſt hanc inconſtantiam homo leuita-
tis argueris, apoſtaſiam incurris, mentis
ſtabilitatem poſtponis. O homo per per
ſeuerãtiam breuitatem vitæ redimis, nul
lum tempus incaſſum tranſire permit-
tis. Compoſitæ mentis eſt poſſe conſiſte
re in bono, & in bono morari. Nil tam
vtile eſt, vti bonum opus bono fine con
cludere. Perſeuerantia bonum produ-
cit tenerum in maturitatem, perducit
prouecta perſeuerantia in maturitatem.
Perſeuerantia non quærit animum pue
rilem, ſed adultum: maturos quærit mo
res, & non teneros & inermes.

Si vis conſequi perſeuerantiam, aſſue — Perſeuerã tiam quę nutriant
ſce te ſemper ad bonum, vt conſuetudo,
quæ eſt altera quaſi natura, vitę perſeue-
rantiam gignat, cõuictus bonorum lon
ganimitatem pariat. Si totam vitam per-
ſeuerantia non illuſtrat, ſaltem perſeue-
rantia finalis finem concludat. Si obtu-
liſti florẽ iuuentutis diabolo, ſaltem fœ-
ces ſenectutis immola Deo tuo. In veſpe
ra laudatur ſerenitas diei, in fine ſtatus
boni operis. Vide à quanto bono deci-
dit Iudas, qui in bono non perſeuera- — Matt. 26
uit. Vide quid Salomon per inconſtan- — 3. Reg. 11
tiam animi & inſtabilitatem perdidit, in
quantam calamitatem Saul decidit. Ille — 2. Reg. 11
qui bonum proponit, & ad finem non
perducit, obuiat illud verbum euangeli-
cum: Ecce hic homo incepit ędificare, & — Lucæ. 14
non potuit conſummare.

Quanti meriti ſit perſeuerantia, ex fla — Perſeuerã tia quanti ſit meriti.
gitio oppoſiti vitij coniecturare poſſu- — Impœnitẽtiæ mala quæ.
mus. De impœnitentia etenim dicitur,
quod tãta eſt huius peccati pœna, quod
humilitatem poſtulandi veniam ſubire
nõ poſſit. Hoc eſt enim peccatum in ſpi-
ritum ſanctum, hoc eſt peccatũ ad mor-
tem, de quo Ioãnes ait: Eſt peccatum ad — 1. Ioan. 5
mortem, non dico pro eo vt quis oret.
Impœnitẽtia autem ex deſperatione na-
ſcitur, aut ex præſumptione oritur: &
quantum in ipſa eſt, aut derogat Dei iu-
ſtitiæ, aut detrahit Dei miſericordiæ. Fe-
lix ergo perſeuerantia, quę impœniten-
tiam excludit, obſtinationem ex-
pellit, contemptum elimi-
nat, obdurationem
expugnat.

FINIS.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III. IN SEPTEM PSALMOS POENITENTIALES, PROOEMIVM.

NE INTER OCCVPATIones multiplices & ſolicitudines vehementes, quas non ſolum ex cura regiminis, verũetiam ex malitia temporis patior vltra vires, quaſi totus abſorbear a profundo: libenter aliquas horulas mihi furor, quibus ad reuocandum & reducendum ſpiritum ad ſeipſum, ne a ſeipſo diuidatur & alienetur omnino, & in lege domini aliqd meditetur, quod ad hoc
ipſo proficiat inſpirante, cuius ſpiritus vbi vult ſpirat, ne ſemper ſic Ioan. 3
ſim traditus alijs, vt nunquam reſtituar ipſe mihi. Nam & vnigeni
tum verbum patris, non ſic a patre deſcendit, vt nõ remaneret cum
patre, ipſo teſtante. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de Ibidem.
cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Flumina quoq; non ſic egrediuntur de mari, vt non regrediantur ad mare. Quia, iuxta ſententiam Salomonis, ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Quia vero
ſicut qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, ſic de occupationibus Eccli. 1 Eccli. 13
& ſolicitudinibus huius ſeculi grandis ſæpe culpa contrahitur, quę debet profecto per grauem pœnitentiam expiari: direxi nuper oculum ad Pſalmiſtam, qui plenius & perfectius de pœnitentiæ virtute tractauit, præſertim in ſeptem pſalmis pœnitentialibus, ſeptiformi munere inſpiratis: vt cum ipſo ingrediens ſanctuarium, intelli-
gam nouiſſima, ſi forte clauis Dauid, qui claudit & nemo aperit, ape Eſa. 22
rit & nemo claudit, aperire dignetur, vt in illis humiliato ſpiritu & corde contrito humanam miſeriam & diuinam miſericordiam inueſtigans, de torrente præcipitationis humanæ recurram ad fontem propiciationis diuinæ: ipſoq; docente, qui docet hominem ſcientiam, ſic illos & intelligere valeam & exponere, vt proficere debeat & poſſit ad gloriam nominis eius, & ad ſalutẽ animæ meæ, vtilitatem quoq; non ſolum legentis, ſed & audientis: tãetſi non ignore-
rem, quod, iuxta ſententiam Sapientis, tempore ocij ſcribenda ſit ſa- Eccli. 38
pientia, & qui minoratur actu percipiat eam. At ego non dulcedi-

 nem

nem ſapientiæ,ſed amaritudinem pœnitentiæ,in hac paupere cœnu
la,vel paupercula cœna diſpoſui propinare.

Pſalmi pœnitētiales quare ſeptem ex aliis excepti

Verum & ſi plures ſint Pſalmi pœnitentiales,ratione tamen myſterij ſeptem ſolummoo ſunt excepti de pluribus,qui appropriato vocabulo pœnitentiales dicuntur:quemadmodum,& ſi multi ſcripſerunt Euangelia,quatuor ſunt tamen e multis recepti gratia ſacramenti,qui ſpecialiter Euangeliſtæ vocantur.

Myſteriū numeri ſepten. Eſa.11 — Pro.9 — Exo.15 — Gen.41 Apoc.5 — Matt.15 Ioſue.6 Iob.1 — Acto.6 — Apoc.1

Septenarius enim numerus eſt ſacratus propter ſeptē dona ſpiritus ſancti,quæ Eſaias enumerat dicens, Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus,ſpiritus conſilij & fortitudinis,ſpiritus ſcientiæ & pietatis,& replebit eum ſpiritus timoris domini. Vnde, Sapientia ædificauit ſibi domum & excidit ſeptem columnas.Hinc & ſeptem lucernæ fuiſſe legūtur in vno candelabro,& ſeptem oculi in lapide vno,ſeptem quoq; boues videbantur aſcendere de fluuio vno,ac ſeptem ſpicæ pullulabant in culmo vno: ſeptem quoq; ſignacula in libro vno,ſed & ſeptem fuerunt ſportæ repletæ de fragmentis,& ſeptem buccinæ,quarum vſus erat in iubileo. Iob habuit ſeptem filios,qui per ſingulos dies cum ſororibus ſuis conuiuia faciebant.Et apoſtoli ſeptem viros plenos ſpiritu ſancto in diaconos elegerunt. Ioannes etiam ſcribens ſeptem Eccleſijs, perhibet ſe vidiſſe in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis,veſtitum podere, tenentem in dextra ſua ſtellas ſeptem, quæ ſeptem Eccleſiarū ſeptem ſunt angeli:& in medio throni agnū ſtantem tanquam occiſum habentem cornua ſeptem,& oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei,miſſi in omnem terram.

Matt.5 — Ibidem.5. — Alias ſeruati — Matt.18 Gen.2

Septem quoque petitiones continentur in oratione dominica,tres pertinētes ad vitam futuram,& tres pertinentes ad vitam præſentem, media vero pertinens ad vtramq;.Similiter ſeptem beatitudines in ſermone domini diſtinguuntur.Nam octaua beatitudo redit ad caput, ſicut octaua dies redit ad principium.Sed & ſeptimus dies, ſeptima hebdomada,ſeptimus menſis & ſeptimus annus,*ſacrati erant in lege, præſertim Pentecoſtalis ſolennitas,quæ poſt ſeptimū dierū ſeptenarium ſequebatur:& poſt ſeptimum annorum ſeptenariū obſeruatio iubilei.Septenarius enim vniuerſitatis,& quietis,& perfectionis & ſanctificationis eſt numerus ſpecialis,quia ſeptem diebus agitur & repetitur omne tempus,vnde dominus ait:Non dico tibi ſepties,ſed vſq; ſeptuagies ſepties,id eſt,ſemper. Et ſeptimo die requieuit dominus ab omni opere quod patrarat,quo videlicet die ipſe Chriſtus requieuit in ſepulchro. Et ex partibus ſeptenarij perficitur plenus homo, ternario quantum ad animam, propter tres vires animæ naturales, & quaternario quantum ad corpus, propter

quatu-

quatuor corporis elementa. Hic primus in monadibus, in ſe primum continet perfectum numerum, redditum ex ſuis partibus aggregatis, & ſolus multiplicatus, per ſuarum alteram partium, ex ſe generat primum perfectum numerum in decadibus, vt perfectionem ipſe primus in ſe contineat ſimplicem, & ſolus perfectionem ex ſe generet duplicem, vt dictum eſt * generalem, de cuius numeri ſanctificatione iubetur in lege: Memento, vt diem ſabbati ſanctifices. Vnde Deus ſeptem gentes de terra promiſſionis eiecit, & ſeptem dæmonia expulit de Maria, viciorum eiectionem & peccatorum expulſionem ſignificans, per quam anima ſanctificatur, infuſa gratia ſeptiformi. Septenarius quippe numerus non ſolum ſeptem principalia ſpiritus ſancti dona deſignat, verum etiam & tres catholicas & quatuor principales virtutes ſignificat: duos denarios ſtabularij, & quinque corporis ſenſus: vnum baptiſma & ſex opera pietatis, quæ ſanctificationem perfectam ſimul omnia operantur. Hic ergo numerus non ſolum ex quaternario & ternario, verum etiam ex quinario & binario, necnon ex ſenario & vnitate cõponitur, vt homo ex anima perfectus & corpore, duplicatis duobus & quinque talentis, per exercitium pietatis, de labore tranſeat ad quietem, iuxta quod Veritas ait: Martha Martha, ſolicita es & turbaris erga plurima. Porro, vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, quam & ipſe Pſalmiſta deſideranter optabat, dicens, Vnam petij a domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitę meæ. Hinc eſt quod ſeptenarij computatio ad xxviij. pertingit: quia gratia ſeptiformis, duplicato in duplici ſtola denario, qui reddetur in vinea laborantibus, ad beatę reſurrectionis perducit octauam, in qua Deus erit omnia in omnibus, fructus & merces & pręmium ſingulorum, quam octauus dies dominicæ reſurrectionis præſignauit. Vnde non incongrue ſcriptum eſt, Da partes ſeptem, necnon & octo, * illo prætermiſſo, quoniã ad hoc nõ pertinet quod dicitur per prophetã, Suſcitabimus ſuper eum paſtores ſeptem, & octo primates. Et ſecundum viſionem Ezechielis, ſeptem graduum erat aſcenſus atrij exterioris, & in octo gradibus erat aſcenſus atrij interioris. Profunda ergo & fœcunda, mirifica & magnifica ſunt ſeptenarij ſacramenta, q̃ non ſolũ a Theologis, verũ etiam a philoſophis commẽdantur.

[Marginalia: Alias numeralem — Exo.20 — Mar.16 — Lucæ.10 — Lucæ.10 — Pſal.26 — 1.Cor.15 — Eccl.11 — Mich.5 — Eze.40]

Sed ad commendationem ſeptem pœnitentialium pſalmorum iſta ſufficiant, de quibus nonnulla in eorum expoſitione tanguntur, hoc addito, quod ideo pœnitentiales pſalmi ſeptenario ſunt numero comprehenſi, vt peccata quæ ſub hoc numero prævaricando cõmittimus, ſub eodem numero pœnitendo deleamus. Septem enim

Septem vitia principalia quę. ſunt vitia principalia, ex quibus vniuerſa peccata naſcuntur, videlicet inanis gloria, ira, inuidia, acedia, auaritia, gula, luxuria, ſignificata per ſeptem populos, quos Deus de terra promiſſionis eiecit, videlicet Ethæum, Gergeſæum, Amoręum, Chananæum, Ferrezęum, E-
Lucæ, 11 thæum, & Gebuzæum: necnon per ſeptem ſpiritus nequiores, quos immundus ſpiritus adduxit, vt domũ ſcopis mundatã & ornatam, ad habitandum intrarent. Vt & quemadmodũ maculæ criminum in hoc ſeculo, ſeptem dierum hebdomada contrahũtur: ita horum ſeptem pſalmorum pœnitentia diluuntur, qui ſunt iugiter corã domino contrito & humiliato ſpiritu recitandi.

Habitudo & ordo horũ pſalmorũ qs. Horum autem ſeptem pſalmorum, quatuor ſunt conſimiles, & tres diſſimiles in principijs, quantum ad figuras & voces, ita diſpoſiti, quod ſemper inter duos conſimiles vnus diſſimilium conſtituitur, & inter duos diſſimiles vnus conſimilium collocatur. Conſimiles ſunt, primus, tertius, quintus & ſeptimus: diſſimiles vero ſunt, ſecundus, quartus, & ſextus. Porro, quatuor conſimilium duo primi ſunt ex toto conſimiles inter ſe. Similiter etiam duo vltimi, quantũ ad figuras & voces, quia in vna perfecta oratione concordant. Sed duo primi & duo vltimi ſunt ex parte ſibi conſimiles in prædictis, quia concordant in prima ſolũmodo dictione. Verũ in primis poſtulat pœnitens auerti furorem, in vltimis autem orationem poſtulat exaudiri. Trium aũt diſſimihũ, duo ſunt ex toto diſſimiles inter ſe, videlicet primus, qui ait de beatitudine gratiæ, atq; vltimus, qui ait de profundo miſeriæ: medius aũt, quantũ ad figuras & voces, diſcordat ab omnibus, ſed quantum ad intentionem & intellectũ cum vniuerſis concordat, quoniam ait de culpa delenda, & miſericordia impendenda, pro quibus oẽs pœnitentiales pſalmi ſunt editi & inuenti. Vnde ſicut ipſe quartus mediat loco inter omnes, ita & intellectu. Quod autem inter duos conſimiles vnus diſſimilium collocatur, & inter duos diſſimiles vnus conſimilium conſtituitur, hoc profecto deſignat, quod cũ pœnitẽtiales pſalmi ſolũmodo cõpetant viatoribus, nulla in via ſunt ita perfecta, qbus non interueniat aliq̃d imperfectũ: nec aliqua tam ſunt mala, quibus non intercidat aliq̃d bonum: quatenus nec perfectis præſumptio, nec malis deſperatio tribuatur, quod maxime conuenit & expedit pœnitenti, vt nec de miſericordia nimium p̃ſumat ſperando, nec de iuſtitia nimium deſpe-
Alias ſpiritualiter. ret timẽdo, ſed inter ſuperiorẽ & inferiorẽ molã* ſpiritus cõteratur.

Virtus pſalmorũ quanta. Cum autem inter oẽs orationum ſpecies, poſt orationẽ dominicam, præemineat pſalmodia, ſi quis ſpeciales pſalmos ſubtiliter inueſtiget, perfectam in eis formam orandi inueniet, ad diuinæ propitiationis gratiam promerendam. Vnde quaſdam orationis circun-

cun-

cunſtantias cenſui prælibandas, quibus animus præinſtructus, ò-rationis virtutem in pſalmis ipſis facilius aſſequatur. Notandum ergo, quod orat Chriſtus, orant & angeli, orant dæmones, orant homines, orant boni, orant mali, orant viui, orant mortui, orant pro ſe, & orant pro alijs: ſed inter hos magna ac multa eſt differentia.

Chriſtus enim ſiue pro ſe ſiue pro alijs oret, ſemper in omnibus exauditur. Orauit pro ſe in cruce: Pater, inquit, in manus tuas commendo ſpiritum meum, & ſtatim exauditus eſt, quoniam inclinato capite tradidit ſpiritum. Orauit pro alijs, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, & exauditus eſt pro omnibus, pro quibus orauit, quemadmodum alibi dicit, Pater gratias ago tibi, quoniam exaudiſti me. Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis. Pro ſe orauit & exauditus eſt. Vnde pater inquit ad ipſum, Poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Orauit pro alijs, & ſimiliter exauditus eſt: vnde cum dixiſſet ad patrem, Pater ſancte, ſerua eos, quos dediſti mihi, vt ſint vnū, ſicut & nos vnum ſumus, Conſequenter ſubiunxit: Et ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnū ſicut & nos. Ecce idem orat, & idem exaudit. Orat vt homo, exaudit vt Deus. Vnde ſane debet intelligi, quod de ſpiritu ſancto ait Apoſtolus: Ipſe ſpiritus poſtulat pro vobis gemitibus inenarrabilibus, quia facit nos poſtulare. Sane aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum, & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris, qui ſecundum Apoſtolum ſemper interpellat pro nobis ad patrem, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Qui etiam, vt ait idem Apoſtolus, in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit eum ſaluum facere a morte, cum clamore valido & lachrymis, offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Nonne autem orauit, vt tranſiret ab eo calix, quum dixit: Abba pater, ſi poſſibile eſt transfer calicem hunc a me? Verum & ſi non ſecundum voluntatem rationis, ſed voluntatem ſenſualitatis hoc dixerit, poteſt tamen intelligi in hoc exauditus, quia calix ab eo trāſiuit ad alios, quemadmodum dixerat filijs Zebedæi: Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Dicūt ei, Etiam. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, &c. Vel potius ſicut orauit ſic extitit exauditus. Orauit enim non ſimpliciter, ſed conditionaliter, dicens: Pater ſi vis, transfer calicem hunc a me. Mi pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Optabat enim vt ſi fieri poſſet tranſeat ab eo hora, vnde ſubiunxit: Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu: non mea voluntas fiat, ſed tua, & ſic obtinuit quod orauit.

Oratio Christi. Lucæ.23. Ibidem. Ioan.11. Psal.2. Ioan.17. Rom.8. 1.Ioan.2. Hebr.7. Ibidem.5. Mar.14. Solutio. Matt.20. Lucæ.22.

Oratio angelorum. Similiter orant angeli,& ſemper exaudiuntur a Deo. Sed pro a-
lijs offerunt precum ſuffragia: pro ſe vero referunt gratiarum actio-
Zach.1 nes. Orauit angelus dicens, Domine Deus exercituū, quouſq; tunō
miſereberis Hieruſalem,& vrbium Iuda, quibus iratus es, iſte iam
ſeptuageſimus annus eſt. Et reſpōdit dominus angelo verba bona,
verba cōſolatoria. Reuertar, inquit, ad Hieruſalem in miſericordia,
domus mea ædificabitur in ea, ait dominus exercituum,& perpendi
culum extendetur ſuper Hieruſalem. Ipſi quoq; angeli preces fideli
Tobi.12 um offerunt Deo, ſicut angelus Raphael ad Tobiam ait, Quādo ora
bas cum lachrymis, ego orationem tuam obtuli domino. Et in A-
Apoc.8 pocalypſi, Angelus venit & ſtetit coram altari, habens thuribulum
aureum in manu ſua,& data ſunt ei incenſa multa, vt daret de oratio
nibus ſanctorum omnium, ſuper altare aureum, quod eſt ante con-
ſpectum Dei. Et aſcendit fumus aromatum incenſorum de oratio-
nibus ſanctorum, de manu angeli coram Deo. Dicuntur enim offer
re Deo angeli preces fidelium, vt oſtendant ſe illas gratas habere:
vel ſuper illis vt diuinum beneplacitum inueſtigent, quod ipſi non
Acto.10 nūquam hominibus inſinuant. Vnde angelus ad Cornelium: Ora
tiones tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in cōſpe
ctu Dei. Pro ſe vero gratiarum referunt actiones, quemadmodum
ſcriptum eſt: Facta eſt cum angelo multitudo militiæ cœleſtis, lau-
Lucæ.2 dantium Deum & dicentium, Gloria in excelſis Deo. Et alibi, Nunc
Apoc.12 facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chri-
ſti eius, quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum,& ipſi vi
cerunt illum propter ſanguinem agni, propterea lætamini cœli, &
qui habitatis in eis.

Oratio dæmonū. Dæmones pro ſe quidem orant, non pro alijs, ſed cōtra alios, &
quandoq; exaudiuntur, quandoq; nō exaudiuntur. Exaudiuntur,
Lucæ.8 Matt.8 Mar.5 vt ibi, Rogabant illum, vt permitteret illis in porcos ingredi,& per-
miſit. Exierunt ergo ab homine dæmonia,& intrauerunt in porcos.
Lucæ.4 Non exaudiuntur, vt ibi, Obmuteſce immunde ſpiritus,& exi ab il-
lo: qui prius voce magna clamauerat dicens, Sine, quid nobis & tibi
Ieſu Nazarene? Scio te, quia ſis ſanctus Dei. Orant quoq; cōtra ali-
Iob.1.&.2 os,& quandoq; exaudiuntur, vt ibi, Mitte manum tuā & tange car-
nem eius,& os eius,& tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi.
Dixit ergo dominus ad Satan, Ecce in manu tua eſt, veruntamen a-
nimam eius ſerua. Quandoque orant contra alios, & non exaudi-
Lucæ.22 untur, vt ibi, Simon ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut tri
ticum, ego vero rogaui pro te, vt non deficiat fides tua,& tu aliquan
do conuerſus confirma fratres tuos.

Oratio bonorum defunctorum. Cæterum exaudiūtur boni defuncti, cum orant, tā pro ſe, quam
pro

pro alijs. Vnde in Apocalypſi: Vidi ſubtus altare Dei animas inter- Apoc. 6
fectorum propter verbum Dei, & clara voce dicebant: Vſquequo domine, ſanctus & viuus, non iudicas, & vindicas ſanguinem noſtrũ de his qui habitant in terra? Et dictum eſt illis, vt requieſcerẽt tempus adhuc modicũ, donec impleantur conſerui eorũ, & fratres eorũ, qui interficiendi ſunt, ſicut & ipſi. Itẽ in ſecundo Machabeorũ: Mach. 15
Hic eſt fratrum amator & populi Iſrael. Hic eſt qui multũ orat pro populo, & vniuerſa ciuitate ſancta, Hieremias Propheta Dei. Vidit autem ipſum extendiſſe dexterã, & dediſſe Iudæ gladium aureũ, dicentem. Accipe ſanctum gladium, munus a Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. Quid eſt quod legitur: Si ſteterint Moy- Hier. 15
ſes & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum iſtũ? Sed hoc per hypotheſin dicitur, id eſt, ſi ſtarẽt, quemadmodum alibi dicitur: In his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatũ eſt, Luc. 16
vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque inde huc trans meare, id eſt, ſi vellent non poſſent.

Mali iam mortui orant quidem, ſed non exaudiuntur, neque pro ſe, neq; pro alijs: Vnde diues mortuus, qui ſepultus eſt in inferno clamabat dicens: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremũ digiti ſui in aquã vt refrigeret linguã meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi: Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic cõſolatur, tu vero cruciaris. Et rurſus ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinq; fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moyſen & Prophetas, audiant illos. Oratio malorũ defunctorũ. Luc. 16

Cæterum boni viuentes, orant pro ſe, orant pro alijs, & contra alios: & quandoque exaudiuntur, quandoque non. Orauit pro ſe Petrus, qui cũ cœpiſſet mergi clamabat dicens: Dñe ſaluum me fac, exaudiriq; meruit. Quia extendẽs Ieſus manum, apprehendit eum, dicens, Modicæ fidei, quare dubitaſti? Orauit & Paulus tertio, vt auferret ab eo dñs ſtimulum carnis, & dixit illi dominus, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Quandoque ſimiliter orant contra alios, & pro alijs & exaudiuntur a Deo. Vnde Iacobus ait, Helias hõ erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex. Rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Interdum etiam orant pro alijs & non exaudiuntur. Vnde dictum eſt Hieremiæ, Noli orare pro populo iſto. Propter quod ipſe dicebat, Quum clamauero & rogauero excluſit orationem meam. Et Samueli, Vſque quo tu luges Saul, quũ ego proiecerim eũ? Oratio bonorum viuentium. Matt. 14 2. Cor. 12 Iac. 5 3. Reg. 17 & 18. Cap. 7. 11 & 14. Treno. 3 1. Reg. 16

Contra alios quoque orant quandoque & non exaudiuntur ali-
Lucæ. 9 quando, ſicut Iacobus & Ioannes qui dixerunt: Domine, vis dici-
mus vt deſcendat ignis de cœlo, & conſumat illos? Et conuerſus in-
crepauit illos dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis.

Lucæ. 7 Sic & mali viuentes quandoque exaudiuntur pro ſe, ſicut Phari
Oratio malorum viuentiũ ſæus, qui rogauit Ieſum, vt manducaret cum illo, & ingreſſus do-
mum Phariſæi diſcubuit. Sic & exauditus eſt filius prodigus, qui
Lucæ. 15 ait: Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit, & di-
uiſit illis ſubſtantiam. Nam illud quod cæcus illuminatus in Euan
Ioan. 9 gelio ait: Scimus quia Deus peccatores non audit, tanquam falſum
ab omnibus reprobatur. Tales enim exaudiũtur interdum pro a-
liis, ſicut ſeniores Iudæorum, qui rogauerunt Ieſum pro ſeruo Cen-
Luc. 7 turionis, dicentes: Dignus eſt vt illi hoc præſtes: diligit enim gentẽ
noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Ieſus autem ibat cum
illis. Et reuerſi qui miſſi fuerant domum, inuenerunt ſeruum qui lã
guerat ſanum. Denique orant quandoque pro ſe mali, & non exau
2. Mac. 9 diũtur a Deo, ſicut Antiochus, de q̃ legitur: Orabat ſceleſtus ille do
minum, a quo non eſſet miſericordiam conſecuturus, non ſolũ in
hac vita, verumetiam in futura. Vnde fatuæ virgines clauſa ianua
Matt. 25 clamabant. Dñe domine aperi nobis: Reſpondit illis: Amen dico
vobis, neſcio vos. Interdum etiam mali orantes non exaudiuntur
Mala. 2 pro aliis, ſicut dominus quibuſdam malis ſacerdotibus ait: Maledi-
cam benedictionibus veſtris, id eſt, preces, quas pro benedicendo
populo effunditis, non exaudiam, ſed potius, maledicam, hoc eſt,
quaſi maledictas penitus improbabo. Vnde: Clamauerunt ad do-
Deus non ſemper ſtatim exaudit minum, &c.

Porro, quãdoq; feſtinat dñs & exaudit in principio, quãq; protra
Dan. 9 hit & exaudit in medio, quãq; tardat & exaudit in fine. In principio
precum exaudiuit Danielem: Adhuc, inquit, me loquente in oratio
ne, ecce Gabriel vir cito volans tetigit me, tempore ſacrificii veſper
Eſa. 55 tini, & locutus eſt mihi: Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt
ſermo. Et alibi, Adhuc te loquente dicam, aſſum. Diſtulit autẽ do-
minus aliquandiu exaudire aliquos fideles clamantes, Veni domi-
Apac. 2 ne, & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Iſrael. Quibus Prophe
ta reſpondit, Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet & non tar-
dabit. Interdũ etiã vſq; ad finẽ exaudire prologat, ſicut ſupius dictũ
Apoc. 6 eſt, Expectate donec impleatur numerus fratrum veſtrorum. Niſi
enim quędam dominus in finem aliquando differret exaudire, Pſal
Pſal. 12 miſta non diceret, Vſquequo domine obliuiſceris me in finem. Et
Pſal. 44 iterum, Exurge, quare obdormis domine, exurge, & ne repellas in
finem.

Debet

Debet aut oratio eſſe fidelis, humilis, pia, deuota, intẽta, compendioſa, aſſidua & diſcreta. Et quæ talis fuerit, meretur proculdubio exaudiri. Quod aũt oratio debet eſſe fidelis, oſtendit ipſa veritas dicẽs: Quicquid petieritis in oratione credẽtes, accipietis. Nam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Iuſtus autem ex fide viuit. Hinc Iacobus apoſtolus ait: Si quis indiget ſapientia, poſtulet a Deo, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans.

Quę oratio exaudiri mereatur. Oratio fidelis quę ſit. Matt. 21. Heb. 11. Abac. 2. Iacob. 1.

Quod debeat eſſe humilis Sapiens proteſtatur: Oratio humiliantis ſe penetrat cœlos, & donec appropinquet non conſolabitur, & non diſcedet donec altiſſimus aſpiciat. Hinc eſt quod Publicanus ille aſcendens in templum vt oraret, a longe ſtans, nolebat oculos ad cœlũ leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus ꝓpitius eſto mihi peccatori, ſecũdũ ſententiã veritatis deſcendit in domũ ſuã iuſtificatus. Quia oĩs q ſe exaltat humiliabit̃, & q ſe humiliat exaltabit̃.

Oratio humilis quę ſit. Eccli. 35.

Quod debeat eſſe pia, vt petat ea quæ pertinent ad animæ ſalutem, dominus ait: Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum plenum ſit. Quicquid enim petieritis patrem in nomine meo, id eſt, in nomine Chriſti Ieſu, hoc eſt, in nomine ſaluatoris, quod videlicet pertineat ad ſalutem, fiet vtique vobis, ſi pro vobis petatis, prout petere de beatis, fiet inquam in præſenti vel in futuro.

Oratio pia. Ioan. 16.

Quod autem debeat eſſe deuota, vt ſuauiter tãquam incenſum redoleat, Pſalmiſta demonſtrat: Dirigatur, inquit, oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Hoc incenſum in dignũ odorem ſuauitatis offertur, de quo alibi legitur: Aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum in conſpectu domini. Prouidendum eſt ergo, ne muſcę morientes perdant ſuauitatem vnguẽti, id eſt, ne importunæ cogitationes tollant deuotionem orationis.

Pſal. 140. Oratio deuota vt ſit. Pſal. 140. Apoc. 8. Eccli. 10.

Quod debeat eſſe intenta, vt nõtã ex ore, q̃ ex corde ꝓcedat, dicit ſcriptura: Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Apud me, inqͭ, oratio mea deo vitę meę. Talis fuit oratio Ioſaphat, q, ſicut legit̃ in Paral. totũ ſe contulit ad rogandum dñm. Vnde Anna loq̃batur in corde ſuo, tantumq; labia eius mouebãtur, & vox pœnitus non audiebatur, effundens animã ſuã in conſpectu dñi. Scriptũ eſt enim: Ante orationem prępara animã tuã. Expedit tamen, vt deuotionem cordis, oris pronunciatio comitetur. Quia quod facit flatus carboni, hoc facit pronunciatio deuotioni.

Oratio intenta. Pſal. 36. Pſal. 41. 2. Par. 20. 1. Reg. 1. Eccli. 18.

Quod debeat eſſe cõpendioſa dñs ait: Orãtes nolite multũ loq, ſicut ethnici: putãt enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Vnde protinus diſcipulos ſuos breuem edocuit orationem, dicẽs, Sic orabitis: Pater noſter qui es in cœlis. Hinc alibi legitur: Non iteres verbum in oratione tua, quoniam in multiloquio non deeſt peccatum

Compẽdioſa oratio. Matt. 6. Matt. 6.

Lucæ.22 tum. Quid eſt ergo quod legitur, quod & ipſe dominus factus in
Lucæ.6 agonia prolixius orabat. Et, Erat pernoctãs in oratione Dei. Ve
rum non inutile multiloquium intelligitur, quando oratio eſt deuo
ta, ſed multiloquium intelligitur, cum ex inutili prolixitate verborũ
oratio tædioſa efficitur.

Aſſidua oratio. Quod debeat eſſe aſſidua, dicit Paulus: Sine intermiſſione orate
1.Theſ.5 Lucæ.18 fratres. Iuxta q̃d veritas, ait. Oportet ſemper orare & nunq̃ deficere.
Iacobi5 Quoniam vt Iacobus ait: Multum valet deprecatio iuſti aſſidua,
nam oratio iuſti impinguat altare. Vnde & oratio ſine intermiſſione
ab eccleſia pro Petro fiebat ad Deum, & fuit a carcere liberatus. Pro
Acto.12 Lucæ.18 pterea dominus præcepit: Petite & dabitur vobis, quærite & inue-
nietis, pulſate & aperietur vobis. Hinc eſt quod ille, qui pulſans per
Lucæ.8 ſeuerauerat, ab amico panes obtinuit, propter improbitatem eius,
quotquot habuit neceſſarios: & vidua, quæ iniquo iudici moleſta
Ibidem. fuerat, per eum ab aduerſario meruit liberari. Tantæ namque virtu-
tis eſt orationis inſtantia, vt a Deo extorqueat, quod ipſe expreſſe
Iudic.10 negauerat, ſicut in libro Iudicum dicitur: Non addam vltra, vt libe
rem vos. Ite & inuocate Deos quos elegiſtis, ipſi vos liberent in tem
pore anguſtiæ. Dixeruntque filij Iſrael ad Deum: Peccauimus, red-
de tu nobis quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Qui dolu
it ſuper miſerijs eorum, & per manum Ieptæ liberauit eos de mani-
Matt.15 bus filiorum Amon. Hinc eſt etiam, quod licet dominus reſponde
rit mulieri Chananææ: Non eſt bonum ſumere panem filiorum &
& mittere canibus, quia tamen illa non ceſſauerat poſt ipſum & di-
ſcipulos ſuos clamare, dicens: Etiam domine, nam & catelli edunt
de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum, audire meru-
it: O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.

Oratio diſcreta Matt.6 Quod autem debeat eſſe diſcreta, ipſe Chriſtus perhibet dicens:
Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia ad-
Ibidem. ijcientur vobis. Vnde fideles ſic docuit, dicens: Adueniat regnũ
tuum, fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum
quotidianum da nobis hodie. Oſtendens quod diſcrete peten-
da ſunt, Æterna quidem in præmiũ. Vnde, Adueniat regnũ tuum.
Spiritualia vero ad meritum. Vnde, Fiat voluntas tua. Temporalia
vero ad ſuſtentationem. Vnde, Panem noſtrum quotidianum da
nobis hodie. Diſcrete quoque petendum eſt, vt liberemur a ma-
lis præſentibus, præteritis, & futuris. De præteritis dicitur: Dimit-
te nobis debita noſtra. De præſentibus: Libera nos a malo. De futu
ris: Et ne nos inducas in tentationem.

Qui taliter orat nonnunquam obtinet apud dominum, non ſo
lum id quod petit, ſed aliud quidem & amplius. Quemadmodum

&

& Zacharias, qui cum ingreſſus fuiſſet templũ Domini,& omnis Luc.1
multitudo populi hora incenſi foris oraret, audiuit ab angelo, Ne
timeas Zacharia,ecce exaudita eſt oratio tua, & Elizabet vxor tua
pariet tibi filium,& vocabis nomen eius Ioannem.Ezechias quoq; Eſa.38
quum ægrotaſſet,& audiſſet Eſaiam Prophetam dicentem,Diſpo
ne domui tuæ,quia morieris tu,& non viues: conuertit faciem ſuã
ad parietem,& orauit ad dominum fletu magno, ſtatim per eundẽ
Prophetam audiuit, Hæc dicit dominus Deus Dauid patris tui:
Audiui orationẽ tuam,& vidi lachrymas tuas.Ecce ſanaui te,& ad
dam diebus tuis quindecim annos,& de manu regis Aſſyriorũ eru
am te,& protegam vrbem iſtam.Signum quoq; mirabile factũ eſt,
vt ſol reuerteretur decem gradibus in horologio,ad petitionẽ ipſi-
us,quemadmodũ ad petitionẽ Ioſue,ſol vnius diei ſpatio in medio
cœli ſtetit. Sic & Salomon audiuit a dño, Quia poſtulaſti verbum 2.Para.1
hoc,& non poſtulaſti tibi diuitias,nec dies multos,aut animas inimi
corum tuorum,ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad faciendũ iudiciũ,
ecce feci tibi ſecũdum ſermones tuos,& dedi tibi cor ſapiens & intel
ligens,in tantũ,vt nullus ante te tui ſimilis fuerit,nec poſt te ſurrectu
rus ſit.Sed & hęc quę non poſtulaſti dedi tibi,diuitias ſcilicet & glo
riam,vt nemo fuerit tui ſimilis in regibus cunctis retro diebus.

Preces aũt indignæ ſunt aliquando propter perſonã, aliqñ pro Preces indignitas.
pter cauſam,aliqñ propter intentionẽ,aliqñ propter modũ,aliquan
do propter ordinem,aliquando propter finem. Propter perſonã Propter perſonam.
indignæ ſunt preces, ſicut dominus ait per Eſaiam. Cũ multipli- Eſa.1
caueritis orationem,non exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine
plenæ ſunt.Nec tantum propter perſonam eius qui orat: verum
etiam propter perſonã illius,pro quo oratur,iuxta quod dominus
præcepit Hieremiæ, Noli orare pro populo iſto. Propter cau- Hie.7
ſam indignæ ſunt preces,iuxta quod Apoſtolus Iacobus ait: Petitis Propter cauſam.
& non accipitis,eo quod male petatis, vt videlicet in concupiſcen Iaco.4
tijs veſtris inſumatis. Adulteri, neſcitis quia amicitia huius mun-
di inimica eſt Dei? De tali oratione dicitur: Quum iudicatur exe- Pſal.108
at condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Propter inten- Propter intentionem.
tionem indignæ ſunt preces,quales erant illius,qui dixit ad domi-
num.Magiſter,dic fratri meo,vt diuidat mecum hęreditatem. At il Luc.12
le dixit:Homo,quis me conſtituit iudicem ac diuiſorem ſuper vos?
Dixitque ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia. Propter
modum indignæ ſunt preces,quales erant Simonis Petri, qui cũ au Propter modum.
diſſet, q̃d Chriſtus pati & occidi deberet, imprudenter & carnali-
ter ſapiẽs ait illi: Abſit a te dñe,nõ erit tibi hoc. Vnde audire ꝓmeru
it: Vade poſt me ſatana,qa nõ ſapis ea q̃ ſunt Dei. Sic & Helias quũ Mat.6

pete

peteret animę ſuæ vt moreretur, propter modum indigne petiuit, quia prepropere ante tempus mori voluit, vnde non exaudiri meruit. Propter ordinem indignæ ſunt preces, quales fuerunt filiorum Zebedæi, qui per matrem ſubmiſſam petierunt præmium ante meritum, & ante pugnam coronam. Nam quum illa dixiſſet:
Matt.20 Dic, vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dextram & alius ad ſiniſtrã tuam, in regno tuo, reſpondit illis Ieſus: Poteſtis bibere calicem quẽ ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus. Ait illis: Calicem quidẽ meum bibetis: ſedere autem ad dextram meam vel ſiniſtram non eſt me ũ dare vobis, ſed quibus paratum eſt a patre meo. Quoniã, vt Apoſtolus ait, Nemo coronabitur, niſi qui legitime certauerit.
2.Timo.2 Propter finem indignæ ſunt preces illæ, quas dominus reprobat dicens: Quum oratis, non oretis ſicut hypocritæ, qui amant primos recubitus in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orant,
Matt.6 vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Tu autem quum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio in abſcõdito ora patrem tuum, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Quę orationem impediant. Deniq;, principaliter tria ſunt inter cætera, quæ orationem ad Deum tranſire non ſinunt, videlicet, ſartago, murus & nubes. Hoc eſt, concupiſcentia carnis, id eſt, luxuria, in qua velut ſartagine caro frigitur. Concupiſcentia oculorum, id eſt, cupiditas, in qua opes velut lapides in muro congeruntur. Et ſuperbia vitæ, id eſt, iactantia, quæ velut nubes ſine aqua circumfertur a ventis. De quibus Ioan-
1.Ioan.2 nes Apoſtolus ait, Quicquid eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. De tali ſartagine
Ezech.4 legitur, Et tu fili hominis, ſume tibi ſartaginem ferream, & pones eã
Pſal.17 inter te & ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam. De hoc muro dicitur, In te eripiar a tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum. Et de hac nube legitur, Oppoſuiſti tibi nubem, ne pertran-
Threno.3 ſeat oratio tua. Vel potius, Sartago ferrea eſt, mẽtis duritia, Murus fictilis, iniquitatis defenſio, & Nubes obſcurans, mentis caligo. Quę proculdubio non permittunt orationem ad aures domini peruenire.

Quot modis oret. Cæterum, oratur corde, oratur ore, oratur opere. De oratione
1.Cor.4 cordis dicit Apoſtolus, Orabo ſpiritu, orabo & mente, pſallam ſpiritu, pſallam & mente. De oratione oris inquit Pſalmographus. Ad ipſum ore meo clamaui, & exultaui ſub lingua mea. De oratione operis Sapiens proteſtatur, Abſconde eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orabit pro te, quia non deſinit orare, qui non deſinit benefacere.

Item quidam iacendo orant, quidam ſedendo, & quidam ſtando. Geſtus orantium.
Iacens orauit Dauid, quando deprecatus eſt pro paruulo dominum, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram. Similiter & Ezechias, qui iacens in lecto conuertit faciem ad parietem & orauit ad dominum. Qui ait illi: Audiui orationem tuam & vidi lachrymas tuas, & ecce ſanaui te. Sedens autem Moyſes ſuper lapidem, quē Aaron & Hur ſuppoſuerant ei, orabat quando Ioſue Amalech ſuperauit. Helias etiam, quum ſederet ſubter vnam iuniperum, orauit dominum, & petiuit animæ ſuæ, vt moreretur. Stans autem a longe publicanus orabat, nec audebat oculos ad cœlũ leuare. Iudith quoque ſtans ante lectum Holofernis orabat dominum, vt confortaret eam. Rurſum quidam orant oculis ac manibus eleuatis in cœlum, quidam genibus & capite deflexis in terram: quidam corpore curuati, & quidam omnino proſtrati. Eleuatis in cœlum oculis Chriſtus orauit, quando Lazarum ſuſcitauit. Et quando dixit: Pater, clarifica filium tuum. Expanſis manibus orauit Moyſes, quando Ioſue Amalech ſuperauit. Vnde Propheta ait: Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cœlis. Flexis genibus orabat Apoſtolus, qui dicebat, Flecto genua mea ad Deum, & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Et Helias in vertice Carmeli pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua, orans dominum, vt daret pluuiam ſuper faciem terræ, & facta eſt pluuia grandis. Incuruatus eſt Heliſæus & orauit, quando incuruauit ſe ſuper puerum, & orauit dominum, & calefacta eſt caro pueri. Helias etiam expandit ſe ſuper puerum & menſus eſt dicens: Domine Deus meus, reuertatur oro anima pueri huius in viſcera eius: & audiuit dominus vocem Heliæ. Proſtrati autem orauerunt vigintiquatuor ſeniores, qui ceciderunt coram agno, habentes ſinguli citharas aureas, & phialas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. Et omnes angeli ſtabant in circuitu throni vigintiquatuor ſeniorum & animalium, & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerũt Deum. In his qui iacẽtes orant, humilitatis notatur affectus, ad quem pręcipue recordatio humanæ conditionis inuitat. Hinc ille dixit: Memento quęſo quod ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. In his qui ſedentes orant, contemplationis ocium deſignatur, de quo legitur, quod cum dominus dediſſet Dauid requiem ab omnibus inimicis ſuis, ingreſſus ſedit coram domino, & ait: Quis ego ſum domine Deus meus, & quæ domus mea, quia deduxiſti me vſq; huc? Tu reuelaſti auriculam ſerui tui dicens: Domum ædificabo tibi, propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuum, vt te oraret hac oratione. Nam & ſi ho-

Marginal references: 2.Reg.12; Eſa.38; Exo.17; 3.Reg.19; Lucæ.18; Iudit.13; Ioan.11; Exo.17; Eph.3; 3.Reg.18; 4.Reg.4; 3.Reg.17; Apoc.5; Iob.10; 2.Reg.7

S mo

mo in oratione deuota loquatur Deo, nihilo minus tamē in ipſa pariter & ex ipſa contemplationis degustat dulcedinem, dum Deum quaſi præſentem deuotus intuetur orator. In his autem qui ſtantes orant, deſiderium patriæ cœleſtis deſignatur, ad quod maxime
pſal.121 ſpes ſupernæ promiſſionis inducit. Propter quod ille dixit, Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus. Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem. Hi denique qui flexis genibus, ſed expanſis manibus & oculis eleuatis orant, illam ſequun
Cant.1 tur quæ dicit in Canticis, Trahe me poſt te. Curremus in odore vnguentorum tuorum.

De vicib° & horis orandi
Dani.6
Porro, ſecundum exempla veterum ter aut ſepties in die eſt orandum. Nam Daniel ingreſſus domum ſuam, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Hieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua & orabat, confitebaturque coram domino Deo ſuo, ſi
Pſal.54 cut & antea facere conſueuerat. Vnde & Pſalmiſta, Veſpere & mane & meridie, narrabo & annunciabo, & exaudiet vocem meam.
Pſal.118 Idem quoque dixit de ſe: Septies in die laudem dixi tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Quem numerum etiam nunc Eccleſia in horis Canonicis obſeruat. Ter in die, propter fidem indiuiduæ Trinitatis, & ſepties inter diem & noctem, propter dona ſpiritus ſeptiformis, qui orantes in fide per dona gratiæ illuminat & illuſtrat. Verum ſecundum teſtimonia ſcripturarum, ter eſt orandum de nocte, in principio, in medio & in fine. De principio nanque dicit propheta, Conſur
Threno.2 ge, lauda de nocte in principio vigiliarum tuarum, effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum domini Dei tui. De medio dicit
Pſal.118 Pſalmiſta, Media nocte ſurgebam ad confitendū tibi. De fine pro
Threno.3 pheta dixit: Surge diluculo, multa eſt fides tua. Et Pſalmographus
pſal.87 ait, Mane oratio mea præueniet ad te. Vt ſic fidelis anima in oratione pernoctet, contra tentationes principum tenebrarum, iuxta quod
Matt.26 dominus præcipit, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Omnibus autem orandi horis præfertur diluculum, de quo Pſalmiſta
pſal.26 dicebat: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Et Sapiens proteſtatur: Iuſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo, ad dominum
Eccli.39 qui fecit illum, & in conſpectu altiſſimi deprecabitur. In qua ho
Gene.32 ra Iacob, qui tota nocte luctatus fuerat cum angelo, meruit benedici.

Loc° orandi.
Licet autem in omni loco poſſit fidelis orare, competentius tamen in templo, in alto, & in occulto. Nam de templo dominus ait:
Matt.21
3.Reg.8 Domus mea domus orationis vocabitur. Et Salomon: Cum venerit ergo & orauerit in loco iſto, tu exaudies in cœlo domine, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit

te. In

te. In altum autem Ieſus conſueuit aſcendere ad orationem, de quo legitur, quod aſcendit in montem ſolus orare. Ideoque locum ad orandum commendat occultum. Tu autem, inquit, cum orabis, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Nam & Chriſtus de loco adorationis a muliere Samaritana interrogatus, reſpondit: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis patrem, ſed veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Sic reprobans & Samaritanorum errorem, qui dicebant non eſſe locum adorationis niſi in Garizym: & Iudæorum, qui aſſerebant non eſſe locum orandi Deum, niſi in Hieruſalem. Specialiter tamen Deus in templo eſt adorandus, ſecundum illud: Adorate dominum in aula ſancta eius. Specialiter quoque ad Orientem, ſicut legitur: Ad ortum lucis oportet adorare, vt nobis adorantibus dominum, oriatur lux iuſtitiæ vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Aſſiſtunt enim in ſacris baſilicis angeli Dei fidelibus adorantibus, vt deuotas eorum orationes offerant Deo, ſecundum illud:

Matt. 14 Matt. 6 Ioan. 4 Pſal. 131 Sap. 16 Ioan. 1 Pſal. 137

In conſpectu angelorum pſallam tibi Deus meus,
adorabo ad templum ſanctum tuum,
& confitebor nomini
tuo.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III. IN SEPTEM PSALMOS POENITENTIALES COMMENTARIA.

TITVLVS PRIMI PSALMI pœnitentialis talis eſt:

In finem pſalmus Dauid pro octaua.

Tituli huius explicatio.

CVM omne tẽpus, ſeptem dierum repetitione decurrat, per octauam intelligiẗ dies vltima, reſurrectionis videlicet & iudicij, præſignata per diem circuncisionis octauum. Qui alia quoq; ratione cenſetur octauus, q̃d ſcilicet poſt ſeptẽ huius ſeculi ætates, ſuccedet octaua quieſcentium * cum ſexta militantium concurrente, quę in primo incepit aduentu, & vſq; ad vltimum perdurabit. Ideo etiam per octauam dies iudicij deſignatur, qa poſt duas vitas, per ſeptenarium deſignatas, ſuccedet. Sicut enim duæ ſunt hominis partes, exterior ſcilicet, quæ eſt corpus, & interior, quæ eſt ſpiritus: ita duę ſunt eius vitę, vna corporalis, qua corpus viuit, & alia ſpiritualis, qua anima viuit ex Deo. Hę duæ vitę per ſeptenariũ deſignãtur, propter duas partes ipſius, quaternariũ, q refertur ad corpus, propter quatuor elemẽta, videlicet terrã, ignem, aerem & aquã, ex quibus componitur ipſum corpus, & ternarium, qui referẗ ad ſpiritum, propter tres partes ipſius, videlicet rationabilem, iraſcibilem & concupiſcibilem, in quibus ſpiritus ipſe ſubſiſtit: cum & in corpore hominis quatuor ſint humores, qui ſecundũ quatuor anni tempora diſponũtur, & in ſpiritu tres proprietates exiſtãt, per quas aſſimilatur indiuiduæ Trinitati. Poſt has itaq; duas vitas, tanquam octaua poſt ſeptenarium, dies iudicij ſubſequetur, in qua iuſtus iudex vnicuique pro meritis reſpondebit. Vñ timens peccator pœnitens clamat & orat: Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me.

Senſus itaque tituli talis eſt: Pſalmus iſte dirigens nos in finem, id eſt, Chriſtum, qui eſt fidelium conſummatio, in præſenti quidem ſeculo ad iuſtitiam, & in futuro ſeculo ad coronam, attribuitur Dauid, id eſt, homini pœnitenti de ſuis peccatis, in cuius perſona Dauid loqtur in hoc Pſalmo. Pſalmus, inquã, compoſitus pro octaua, id eſt, metu iudicij, quod in octaua reſurrectiõis agetur. In quo videlicet pſalmo eſt deprecatiua confeſſio, quoniam in eo culpa conceditur, & venia poſtulatur. Quæ licet apud iudices ſeculares ſententiam condemnationis inducat, apud Deum tamen abſolutionis ſententiam promeretur.

PSAL.

PSALMI PRIMI POENI-tentialis Elucidatio.

Furore tuo. ira tua.

DOmine ne in*i-
ra tua arguas
me,neq; in *fu-
rore tuo corri-
pias me.

Pſalmus iſte ſe-
cundum translati-
onem, quam Romana tenet Eccleſia,cō
tinet nouem verſus, per quos pœnitens
gradatim aſcendit ad nouē ordines an-
Lucæ.15 gelorum:quia maius eſt gaudium ange
lis Dei ſuper vno peccatore pœnitenti-
am agente,quā ſuper nonaginta nouem
iuſtis , qui non indigent pœnitentia.
Quamuis & numerus decem verſuum,
quos iuxta aliam translationem habere
dinoſcitur,bene congruat rationi,quo-
niam homo qui cecidit per offenſam, re
ſurgit per pœnitentiam, vt per eum or-
Partes pœnitentiæ tres. do decimus reſtauretur. Merito etiam i-
ſte Pſalmus tres habet ternarios,qa pœ-
nitentia tres debet habere partes. Con-
tritionem in corde , cōfeſſionem in ore,
& ſatisfactionem in opere:quālibet au-
tem ternario ſubdiſtinctam: quoniā in
contritione debet habere pœnitens ti-
morem de pœna, dolorem de culpa, &
amorem de gratia . In confeſſione debet
exprimere veritatem de facto, de nume-
ro,de modo. In ſatisfactione,debet ora-
tiōem dirigere ad Deum , eleemoſynam
Nouē peccatorum diuerſitates ad proximum,ieiunium ad ſeipſum. No
uem quoq; verſus ſunt in hoc Pſalmo,
propter nouem diuerſitates peccatorū,.
de quibus pœnitens debet dolere, vide-
licet propter originale peccatum, mor-
tale,& veniale. Hæc ſunt:Serpens, muli-
er, & vir. Serpens,id eſt,concupiſcentia
ſuggerit originaliter, Mulier, id eſt,dele
ctatio comedit venialiter, Vir, id eſt, ra-
tio conſentit mortaliter. Item peccatum
cogitationis,locutionis,operis. Cogita
tionis in corde,locutionis in ore, opera
Lucæ 7. Matt. 9 Ioann. 11 tionis in conſuetudine. Hæc eſt mors in
domo , mors in porta , mors in ſepul-
chro. Rurſum peccatum fragilitatis,ſim
plicitatis,malignitatis. Fragilitatis , per
impotentiam,ſimplicitatis,per ignoran
tiam,& malignitatis,per inuidentiam.
Hoc eſt, peccatum in patrem, in filium,
& in ſpiritum ſanctum. In primo terna-
rio,pœnitens timet & orat. In medio ge
mit & plorat. In vltimo gaudet & optat.
Timet & orat, pro amouēda duplici pœ
na,pro curanda duplici plaga, & pro tol
lenda duplici mora. Pro pœna perpetua
& tranſitoria , quod oſtendit in primo
verſu dicens:Domine ne in ira tua argu
as me , neq; in furore tuo corripias me.
Ac ſi dixiſſet apertius : Ne arguas me in
ira,condemnando in ſuturo, neq; corri
pias in furore,puniēdo me in præſenti,
Pro plaga corporali & ſpirituali, quod
oſtendit in ſecundo verſu dicens: Sana
me domine , quia conturbata ſunt oſſa
mea, & anima mea turbata eſt valde. Ac
ſi dixiſſet apertius: Sana me ab ægritudi
ne corporali, quoniam conturbata ſunt
oſſa mea, Ab ægritudine ſpirituali,quo-
niam anima turbata eſt valde: pro mora
miſeriam auferendi & gloriam confe-
rendi,quod oſtendit in tertio verſu di-
cēdo:Et tu domine vſquequo?Conuer-
tere domine & eripe animam meam,ſal-
uum me fac propter miſericordiam tuā.
Ac ſi dixiſſet apertius . Et tu domine vſ-
quequo ? differs ſanare: quaſi; dicat , ne
moreris,ſed eripe animam meam à præ-
ſenti miſeria. Itemque: Conuertere do-
mine,quaſi dicat, ne moreris , ſed ſaluū
me fac in futura gloria.

Audiſti quō pœnitēs in primo terna
rio timet & orat, audi quō in ſecūdo ter
nario gemit & plorat. Laboraui,inquit,
in gemitu meo,lauabo per ſingulas no-
ctes lectum meum,lachrymis meis ſtra-
tum meum rigabo. Gemit & plorat pro
pter mentis obliuionem,& propter lau-
dis ſuppreſſionem. Propter obliuionem
mētis,q̄ reprobis eſt in morte,& propter
ſuppreſſionē laudis,quę dānatis eſt in in
ferno. De qbus in quarto verſu p̄mittit
dicens:Qm̄ nō eſt in morte qui memor
ſit tui,in inferno aūt quis cōfitebitur ti-
bi?Ac ſi dixiſſet aptius:Ideo laboraui in
gemitu meo, qm̄ non eſt in morte .i. in
mortali p̄ctō,qui memor ſit tui,hoc eſt,
qui meminerit legis tuę,quā præuaricā-
do contēnit:& ideo lauabo per ſingulas
noctes lectū meum,qm̄ in inferno .i. in
baratro deſperationis, qs cōfitebitur ti-

 bi?

bi? quaſi dicat, nullus omino, qm̄ de tua pietate diffidit. Vel in morte. i. in ſtatu pctõris iam mortui, nõ eſt q ſit memor tui ad ſalutem. In inferno autem. i. in loco gehennalis ſupplicij, quis cõfitebitur tibi? quaſi dicat: Nullus ad laudem. Item gemit & plorat, propter turbatum iudiciũ diſcernendi, & propter inueteratum exercitium offendendi, de quibus in ſexto verſu ſubiungit: Turbatus eſt præ ira oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos. Ac ſi dixiſſet apertius: Oculus meus, videlicet intellectus, turbatus eſt, id eſt, obſcuratus p ira, quæ impedit rationem. Et inueteraui, præ lõga peccandi conſuetudine, inter omnes inimicos meos, id eſt, vitia & peccata, quæ ſunt mihi inimica.

Audiſti quõ pœnitẽs in ſecũdo ternario gemit & plorat, audi quõ in tertio gaudet & optat. Gaudet q̃d ſit exauditus in tribus, vz in fletibus, in orationib. in pcibus. In fletibus, p pœna tollẽda, in orationibus, p culpa delẽda, in pcibus, p gratia cõferẽda. De fletibus exauditis p mittit: Exaudiuit dñs vocem fletus mei. De precibus receptis adiungit: Exaudiuit dominus deprecationem meam. De De orationibus admiſſis ſupponit: Dominus orationem meã aſſumpſit. Optat inimicis ex charitate compũctionis dolorem, cõfeſſionis erubeſcentiã & pudorem, & ſatisfactionis laborem. Dolorem compunctionis cum dixit: Conturbentur, pudorem confeſſionis cum ait: Erubeſcãt, ſatisfactionis laborem, vbi dicit: Conuertantur, & hoc valde velociter, vt protinus liberentur.

Sex vero petitiones facit pœnitens in hoc Pſalmo, duas ex timore pœnæ, pręſentis videlicet & futuræ, de quibus ait: Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Item duas præ dolore culpæ, corporalis videlicet & ſpiritualis, de qbus addit: Miſerere mei domine q̃niam infirmus ſum, ſana me dñe, q̃niam conturbata ſunt oñia oſſa mea. Et anima mea turbata ẽ valde, ſed tu domine vſquequo? Rurſus duas prę amore gratiæ, liberantis videlicet, & ſaluantis, de quibus ſubiungit: Conuertere domine & eripe animam meam, ſaluũ me fac propter miſericordiã tuã. In quibus tres timores notant, Seruilis, initialis, & filialis. Singulis autẽ petitionibus ſingulas reddit cauſas: Ne, inquit, arguas me in ira tua, qa nõ eſt in morte qui memor ſit tui. Neq; in furore tuo corripias me, qm̄ in inferno qs confitebit tibi? Rurſus: Miſerere mei dñe, quoniam laboraui in gemitu meo, Sana me dñe, qm̄ lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ, & lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Item, Conuertere domine & eripe animã meam, quia conturbatus eſt prę ira oculus meus. Saluum me fac propter miſericordiam tuã, quoniam inueteraui inter omnes inimicos meos. Nec tamen deſpero miſerabiliter, ſed ſpero miſericorditer, dicens: Diſcedite à me oẽs qui operamini iniquitatem. Oſtenditq; pœnitens ſe in illis petitiõibus exauditum. In primis, quoniam exaudiuit dominus pater vocem fletus mei. Et in ſecundis, quoniam exaudiuit dominus filius deprecatiõem meam. In tertijs autem, quia dominus ſpiritus ſanctus orationem meam aſſumpſit. Erubeſcant igitur & conturbentur vehemẽter omnes inimici mei, conuertantur & erubeſcant valde velociter.

Triplex timor

Vt autem pœnitens facilius obtineat quod implorat, captat beneuolentiam. Primo à perſona iudicis, per eius potentiam, vbi dicit: Domine ne in ira tua arguas me, & per ipſius miſericordiam, vbi dicit: Saluum me fac propter miſericordiam tuam. Secundo à re ipſa, quia infirmitatem habet in carne, de qua dicit: Conturbata ſunt oſſa mea, & infirmitatem habet in mente, de qua ait: Anima mea turbata eſt valde. Tertio, ab opportunitate temporis, vnde ait: Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui, & ab opportunitate loci, vbi addit: In inferno autem quis cõfitebitur tibi? Quarto, à propria perſona, propter interiorem deuotionem, cum ait: Laboraui in gemitu meo, Propter carnis mortificationem, cum addit: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, & lachrymis meis ſtratum meum rigabo, Propter cordis turbationem, vnde ſupponit: Turbatus eſt in ira oculus meus, Propter ſeparationẽ malorum, vnde: Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem, Et propter inimicorum dilectionem, vnde i Con-

Captatio beneuol.

Conturbentur omnes inimici mei, con
nertantur & erubeſcant valde velociter.
Item Pſalmus incipit à timore, quoni-
Eccl. 1 am initium ſapientię timor domini. De
finit autem in charitate, quoniam finis
1. Tim. 1 præcepti charitas. Ex timore nãque pœ
nitens petit à domino in principio ne ar
guat illum in ira, neque corripiat illum
in furore. Ex charitate vero inimicis ſu
is optat in fine, vt erubeſcant, conturbẽ
tur, & conuertantur. Et hic eſt finis om
Pſal. 118 nis conſummationis, ſicut in alio Pſal-
mo legitur, videlicet charitatis, quod
mandatum latum nimis, quoniam ad i-
nimicos extenditur, iuxta qnod domi-
nus præcepit: Diligite inimicos veſtros,
Luc. 6 benefacite his qui oderunt vos, & ora-
te pro perſeqnentibus & calumnianti-
1. Ioan. 4 bus vos. Recte ergo timor incipit & cha
ritas perficit: quia perfecta charitas fo-
ras mittit timorem. Incipit ergo à timo-
re & definit in amore. Incipit à triſtitia
& definit in lætitia. Dicit ergo:

Dñe ne in ira tua arguas me, neq;
in furore tuo corripias me. Acſi diceret:
Tu es Deus meus, iudex meus, medicus
meus, dux meus, defenſor meus, ſalua-
tor meus. Quia tu es Deus meus, ideo
formido te dicens: Domine ne in furo-
ro tuo arguas me. Quia tu es iudex me-
us, ſupplico à te: Sana me domine quo-
niã conturbata ſunt oſſa mea, & anima
mea turbata eſt valde. Quia tu es dux
meus, ideo deſidero te ſequi dicens: Cõ
uertere domine. Quia tu es defenſor me
us, ideo auxilium à te poſtulo dicens: E-
ripe animam meam. Quia tu es ſaluator
meus, ideo ſalutem flagito dicens: Sal-
uum me fac propter miſericordiam tu-
am. Tu ergo domine ne in ira tua argu-
as me, neq; in furore tuo corripias me.
Dic mihi o peccator, qui indulgentiam
deſideras promereri, qua ratione pręſu-
mis profiteri in ipſo Deo iram & furo-
rem eſſe, dicendo: Domine ne in ira tua
arguas me, neque in furore tuo corripi-
as me: quum non ad miſericordiam, ſed
ad iram, nec ad benignitatem, ſed ad fu-
rorem ſoleat prouocari, qui audit ſe ira-
cundum cenſeri autem etiam furibun-
dum: quoniam hoc videtur non ad glo
riam, ſed ad iniuriam, non ad laudem,
ſed ad vituperium redundare. Diceres
ſaltem: Ne arguas me in ira, neque in
ſurore corripias, vt ad maiorem expreſ-
ſionem non adderes, in tua videlicet,
vel in tuo: quia minus forſan horreſce-
ret intellectus, & magis ſuſtineret audi-
tus, ſi hoc diceres abſque illo. Quis e-
nim nunc vere fidelis æquanimiter fe-
rat & patienter auſcultet, ſurorem &
iram domino ſuo aſſcribi, maxime,
quem mitiſſimum & benigniſſimum
eſſe nouit? Præterea quum petas alibi
ab illo: In veritate tua exaudi me, in Pſal. 142
tua iuſtitia, & hic dicas: Ne in ira tua ar
guas me, neque in furore tuo corripias
me, profecto videris innuere, quod e-
ius ira excedat iuſtitiam, & furor exupe-
ret veritatem, quod nefas eſt ſentire de
illo, qui iudicat orbem terræ in iuſtitia
& populos in æquitate. Qunmque ſcri-
ptura de illo teſtetur: Tu autem Domi-
ne virtutum cum tranquillitate iudicas,
tu quis es qui audeas ei dicere: Domi- Pſal. 97
ne ne in furore tuo arguas? Cur, in- Sapien. 12
quit, obiectionibus me fatigas & quæ-
ſtionibus artas, cum tantus ſit metus de
pœna, tantus ſit mœror de culpa, vt in
ter timoris & doloris anguſtias, quaſi
mente confuſus, vix valeam reſponde-
re? Nam ex abundantia cordis os lo- Luc. 6
quitur, & idcirco illa egrediuntur de
ore, quæ geruntur in corde, vnde verba
mea timore ſunt plena & dolore. Quæ-
ſo tamen ne arguas peccatorem, neque
corripias pœnitẽtem, quod talibus ver-
bis fatur de Deo, quum ipſe Deus tali-
bus verbis loquatur de ſe per Ezechie
lem Prophetam, dicendo: Ecce, inquit
ad terram Iſrael, de propinquo effun-
dam iram meam ſuper te, & complebo
ſurorem meum in te. Qur ergo du
bitet homo loqui de Deo, quod loqui
tur ipſe Deus de ſe, quum ab illo di-
dicerit quid de ipſo loquatur? Verum
ad loquendum de creatore verba hæc
tranſſumit homo de creaturis, quoniã
idonea verba non habet quibus ſecun-
dũ proprietatẽ ſuam loquatur de Deo:
& ideo peregrina verba mendicat, vt ſci
licet per quandam ſimilitudinẽ loq̃tur
de illo. In creaturis ſiquidẽ ira, eſt furor
animi, de interioribus ad exteriora pro-
rũpens, quũ q̃s ob illatam iniuriã pręco
gitatã vindictã deſiderat adimplere. Fu-

 ror

ror autem eſt vehemẽs commotio indignantis,quũ geſtit aduerſus aliũ effundere totã irã.Interdum vero vnum accipitur pro altero,ſicut hic ſecundũ vnam translationẽ habetur:Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.Secundũ alteram dicitur: Dñe ne in ira tua arguas me,neq; in furore tuo corripias me. Quoniam ex Græco furor idem eſt quod ira,vnde vtrunq; legitur in ſcripturis,& ira furoris, & furor iræ.

Ira & furor quomodo tribuantur deo

Porro dicẽdo furorẽ & irã de Deo,non ſignifico affectũ alicuius turbationis in eo,de q̃ nõ poſſunt iſta,niſi diuinã eſſentiã p̃dicare:ſed cõſignifico effectũ vehementis turbationis in homine, in quẽ merito peccatorũ ſuorũ talia exercẽtur. Dicit ergo pœnitens: Dñe, qui omnia potes,cui nihil omnino reſiſtit,ne arguas me in ira tua.i.ne me iudices,& cõuincas ad inſtar irati, qui ob illatã iniuriam p̃cogitatam vindictam nititur exercere. Neq; corripias me in furore tuo.i.ne me punias,& flagelles,more furẽtis,q vehementi indignatione cõmotus conatur effundere totã irã:quia ſi ſecundũ exigẽtiam meritorũ meorũ velles agere re mecum,profecto nõ poſſem ſubſiſtere ante faciem iræ tuæ,nec impetũ ſuſtinere furoris tui,quum tã multa & magna,enormia & grauia ſint peccata,ſcelera,delicta & crimina mea,quibus ego ingratus,& iram merui & furorem,q; non eſſet pœna ſufficiens,aut vindicta cõdigna , etiã ſi ignis de cœlo deſcendẽs me totũ conſumeret,vel terra os ſuum aperiẽs,deglutiret me viuũ. Volo tñ & cupio, opto & depoſco, vt in p̃ſenti me arguas & corripias in ſpiritu lenitatis,quia pater filium quem diligit corripit,& tu quẽ amas arguis & caſtigas:ne in futuro tu dñe,q potes & corpus & animã perdere in gehennam, arguas me in ira tua, quantum ad condemnationis ſententiam:neque corripias me in furore, quantum ad perditionis gehennam, ne videlicet arguas me in iudicio , & corripias in inferno.

Apoc.3

Ne quis autem intelligat de iudicio ſaluationis,adiungo, in ira tua, quoniam idem ipſe iudex & aduocatus, accuſator & teſtis,contra reprobos allegabit:Eſuriui & non dediſtis mihi manducare,ſitiui,& non dediſtis mihi bibere,hoſpes eram,& non collegiſtis me, nudus, & non operuiſtis me,infirmus,& in carcere,& non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei impij dicentes:Domine , quando te vidimus eſurientem,aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmũ, aut in carcere,& non miniſtrauimus tibi?Tunc reſpondebit illis dicens:Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis vni ex minimis meis, nec mihi feciſtis.

Mat.25

Neque corripias me,id eſt, punias in inferno.Sed ſi quis intelligat pœnam leuem & tranſitoriam,adiungo:In furore tuo, id eſt,in igne inextinguibili & æterno, de quo terribiliter intonabit: Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Re vera dies illa dies iræ,dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ , dies turbinis & caliginis,dies furoris & terroris. In quo ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Quia ergo horrendum eſt nimis in manus Dei viuentis incidere, idcirco clamo tremẽs & dolẽs: Domine ne in furore tuo corripias me, neq; in ira tua arguas me. Certe ſi cum omni tranquillitate me argueres in iudicio, non poſſem liberari; quia ſi innocentem me oſtenderem,prauum me eſſe comprobares, quanto minus liberari valerem, ſi argueres me in ira tua?Ergo ne intres in iudicium cum ſeruo tuo,quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Mat.25 · Sophon.1 · Eſa.37 · Heb.10 · Pſal.142

Iraſcitur pater, dominus, iudex

Sane iraſcitur pater, iraſcitur dominus, & iraſcitur iudex. Pater iraſcitur filio, vt illum corrigat & emendet. Dominus iraſcitur ſeruo, vt illum puniat & flagellet. Iudex iraſcitur reo, vt illum reprobet & condemnet. Primam iram poſtulo adhiberi,ſecundam poſtulo mitigari, tertiam poſtulo penitus auerti.De prima legitur:Iratus eſt,& miſertus eſt nobis. * Grauis eſt ira Dei,taliter non iraſci.Propter quod ait:Zelus meus receſſit à te, vltra iam non iraſcar tibi. De ſecunda legitur: Mitigaſti oẽm iram tuã, auertiſti ab ira indignationis tuæ.Nã cũ iratus fueris,miſericordiæ recordaberis. De tertia ſcribit:Exarſit ignis ab ira tua,& ardebit vſq; ad inferna deorſum. Ergo auerte irã tuã a nobis,vt non in æternum iraſcaris nobis.

Pſal.59 · Ezech.16 · Pſal.84 · Pſal.13

Tri-

Triplex ira hominis Triplex eſt autem ira hominis, natura-
lis, venialis, & criminalis. De prima dici
Pſal. 4 tur: Iraſcimini & nolite peccare. Hanc i-
Ali.piani. ram habe, ſi * pñ patris iram tibi adhibe
Ephe. 4 ri deſideras. De ſecunda legitur: Sol nõ
occidat ſuper iracundiam veſtram. Hãc
iram tempera, ſi iuſtam irã Domini cir-
Iacob. 1 ca te deſideras mitigari. De tertia ve-
ro ſcribitur: Ira viri iuſtitiam Dei nõ
operatur. Hanc iram prorſus euita, ſi ſe-
Matt. 5 verã iudicis iram à te deſideras prorſus
auerti. Omnis enim qui iraſcitur fra-
Pſal. 57 tri ſuo, reus erit iudicio. Ira, inqt, illis ſe-
cundũ ſimilitudinem ſerpentis, & furor
aſpidis inſanabilis. Hanc irã & hũc furo
rẽ omnino declina, ſi furorẽ & iram dñi
deſideras declinare. Dicas ergo:

Miſerere mei domine, quoniam nifirmus ſum, ſana me domine, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde, & tu domine vſquequo?

Redde ſingula ſingulis. Ne arguas
me in ira, ſed miſerere mei, q̃niam infir-
mus ſum corpore, vnde cõturbata ſunt
oĩa oſſa mea. Ne corripias me in furore
tuo, ſed ſana me, qñ infirmus ſum men
te, vñ anima mea turbata eſt valde. Ma-
gna quidem eſt infirmitas corporis, q̃ni
am turbata ſunt omnia oſſa mea: ſed ma
ior eſt infirmitas mentis, q̃niam anima
mea turbata eſt valde. Illa enim eſt pœ
na, de q̃ dicit Apoſtolus: Vino modice
1. Tim. 5 vtere, ꝑpter frequẽtes infirmitates tuas.
Hęc autẽ eſt culpa, de q̃ dicit Pſalmiſta:
Pſal. 41 Qui tribulãt me inimici mei, ipſi infir-
mati ſunt & ceciderunt. Ergo miſerere
mei dñe, q̃niam infirmus ſum. Nõ vt is
2. Cor. 3 qui dicebat: Quũ infirmior tunc potens
ſum: q̃niam infirmi accincti ſunt robo-
re, Nec vt illa etiã quę aiebat: Fulcite me
Cant. 2 floribus, ſtipate me malis, quia amore lã
gueo: quoniam talis infirmitas eſt ꝓcul
dubio ſalutaris, Sed nec ſum infirmus
Pſal. 106 vt illi, de quibus dicitur: Infirmabunt
& peribunt à faciæ tua, quoniam infir-
mati ſunt & non fuit qui adiuuaret, Nec
etiã infirmus ſum vt illi, de qbus legit:

Tradidit illos Deus in paſſiones igno- Rom. 1
miniæ, vt faciant ea quæ non conueni-
unt: quia talis infirmitas proculdubio
eſt lethalis. Sed ex illis me eſſe confite-
or, de quibus dicitur: Multiplicatæ Pſal. 15
ſunt infirmitas eorum, poſtea accelera-
uerunt. Ex his quoque, de quibus
ſcribitur: Conſcientia eorum quum
ſit infirma, polluitur. Ecce enim accele-
ro clamans: Sana me domine, quoni-
am conturbata ſunt oſſa mea. Non tua
quidem, quoniam ſcriptum: Os enim Exo. 12
nõ comminuetis ex eo, ſiue, os illius nõ
cõfringetis. Habes enim os diuinitatis, Pſal. 101
de quo tu dicis: Adhæſit os meum car-
ni meæ. Habes & os humanitatis, de Gen. 2
quo dicit Eccleſia: Hoc nunc os ex oſ
ſibus meis & caro de carne mea. Sed
nec de illis oſſibus dico, de quibus in-
quis in Pſalmo: Sicut aqua effuſus ſum Pſal. 21
& diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Et Ec
cleſia dicit in Threnis: De excelſo miſit Threno 1
ignẽ in oſſibus meis. Neq; de oſſibus di-
co, quæ magis ſunt turbantia q̃ turbata:
Oſſa, inquit, eius ſicut fiſtulæ æris, & pu Iob 40
tredo in oſſibus eius. Oſſa eius plena Iob 21
ſunt adipe & medullis, oſſa eius irrigan
tur. Sed de oſſibus meis dico, quoniam
conturbata ſunt oſſa mea, id eſt, virtutes Oſſa quid.
& vires animæ meæ. Sed illæ per vitia
externa turbantur. Iuxta quod dicitur: Pſal. 12
Dominus exturbauit oſſa eorum, qui
hominibus placẽt, confuſi ſunt q̃niam
Deus ſpreuit eos. Iſta vero per vitia con
turbãtur. Iuxta q̃d dicit: Oſſa mea arue-
rũt ꝑ caumate, vel ſicut in frixorio cõfri
xa ſunt. Ergo ſana & cuſtodi oĩa oſſa Pſal. 101
mea, vt vnũ ex eis nõ cõteratur, vt timor
tuus ſit oſſiũ irrigatio. Spiritualis ergo
lãguor eſt culpa, & corporalis eſt pœna,
quę tñ cõtingit frequẽter ex culpa, iuxta
q̃d veritas ait homini, q habebat in infir
mitate ſua triginta & octo annos: Ecce Ioan. 5
ſanus factus es, iã noli peccare, ne deteri
us aliq̃d tibi cõtingat. Et Apoſtolus ait: 1. Cor. 11
Qui mãducat & bibit indigne, iudiciũ ſi
bi mãducat & bibit, non dijudicans cor
pus domini. Ideo iacent inter vos mul-
ti infirmi & imbecilles & dormiunt
multi. Saluberrimum ergo eſt conſili-
um, vt qui indiget corporali medela, ſpi
ritualiũ prius exigat & accipiat medici-
nã, quatenus ceſſante cauſa, ceſſet & effe-
ctus.

Corporalis infirmitas non ſemper prouenit ex peccato ctus. Corporalis autem infirmitas, & ſi
ſæpe, nõ tamen ſemper prouenit ex pec-
cato. Quod probat Apoſtolus dicens:
Ne magnitudo reuelationum extollat
2.Cor.12 me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ,
angelus ſatanæ, qui me colophizet: pro-
pter quod ter dominum rogaui, vt au-
ferret illum à me & dixit mihi: Sufficit ti
bi gratia mea, nam virtus in infirmitate
Ioan.11 perficitur. Ecce infirmabatur Apoſtolus
propter conſeruationem ſuæ humilita-
tis. Veritas quoq; ait in Euãgelio: Infir
mitas hęc nõ eſt ad mortem, ſed pro glo
ria Dei, vt glorificetur filius Dei per eã.
Ioan.9 Et quum interrogaretur à diſcipulis ſu-
is: Rabbi quis peccauit, hic an parentes
eius, vt cæcus naſceretur? Reſpondit: Ne
que hic peccauit, neque parentes eius,
vt cæcus naſceretur, ſed vt manifeſtaren-
tur opera Dei in illo. Ecce infirmabatur
Lazarus, infirmabatur & cęcus, porpter
oſtentationem diuinæ virtutis. Iob quo
que propter probationem patientiæ le-
gitur infirmatus, qui ſedens in ſterqui-
linio teſta ſaniem radebat. Similiter &
Tobias, ſup cuius oculos ex nido hyrun
dinum calida ſtercora inciderũt, factus
eſt cæcus. Hanc autem infirmitatem
ideo dominus permiſit euenire ei, vt po
ſteris daretur exemplum patientiæ ipſi-
us, ſicut & ſancti Iob. Interdum autem
propter compaſſionem proximorum
aliquis infirmatur. Sicut Apoſtolus, qui
dicebat: Quis infirmatur, & ego non in
firmor? Quis ſcãdalizatur, & ego nõ v-
ror? Ipſe quoque ſaluator vulneratus eſt
propter peccata noſtra, attritus eſt ꝑpter
ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtrę ſu
p eũ, & liuore eius ſanati ſumus, & dñs in
infirmitate voluit conterere eũ. Propter
has & multas alias cauſas interdum abſ
que peccati merito infligitur infirmitas
corporalis, & ſi frequentius ex peccato.
Ergo ſana me dñe, tanq̃ pius & prudens
medicus: qa ego ſum ægrotus, & tu me-
dicus, ego habeo infirmitatem, tu ſanita
tem, ego ſum infirmus per culpã, tu ſana
me p gratiã: q̃niam conturbata ſunt oĩa
oſſa mea, & anima mea turbata eſt valde.
Pro.17 Anima cõturbata corpus conturbat, Sa
lomone teſtante: Spiritus triſtis exic-
cat oſſa. Propter quod alibi dicit: A voce
Pſal.22 gemitus mei adhæſerunt oſſa mea carni
meæ. Quin etiã oſſa mea ſicut in frixo- Pſal.101
rio cõfrixa ſunt: qa p quę peccat hõ per
hęc & torquetur. Quãdiu enim ſpina ra
tionis pungit ſpiritũ ex peccato, & ver-
mis conſcientiæ mordet animũ ex deli-
cto, nõ ſolũ aĩa frigitur, & torquet, ſed
etiã corpus affligitur & turbat. Vnde bo Trãquillę conſcientiæ bonũ
num eſt homini à peccato ceſſare, nõ ſo
lũ ꝑpter qetem æternã, quã in futuro ſe-
culo p̃ſtolatur, verũ etiã ꝑpter requiẽ tẽ-
poralẽ, quã in p̃ſenti ſeculo experit: qa ſe
cundũ Apoſtolũ, pietas ꝓmiſſionem vi-
tæ habet, quæ nunc eſt & futuræ. Poteſt
& aliter hoc intelligi, vt p oſſa vires men
tis intelligantur, quãtum ad ſpiritum, q
fortis eſt & promptus, & p animam in-
telligatur ſenſualitas, quãtum ad carnẽ,
quæ eſt fragilis & infirma. Secundum
quod Dominus ait: Spiritus quidẽ ꝓm-
ptus eſt, caro autem infirma. Licet enim
ſpiritus ſit aĩa, diſtinguitur tamẽ inter
ſpiritum & animam aliquando, vt ſpiri-
tus intelligat pars ſuperior, id eſt, mens,
& anima inferior. i. ſenſualitas, iuxta q̃d
Apoſtolus ait: Viuus eſt ſermo Dei & ef Hebr.4
ficax, & penetrabilior omni gladio anci
piti, pertingens ad diuiſionem animę &
ſpiritus. Dicit itaq; pœnitens: Sana me
dñe, à reatu peccati, & debes ꝑfecto ſana
re, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. i.
vires animæ meæ. Vis rationalis, quæ Vires animę tres
diſcernit inter bonum & malum, vis ira
ſcibilis, quæ abijcit malum, vis concupi
ſcibilis, quæ appetit bonũ, conturbatæ
ſunt omnes ad pœnitentiam ſalutarem.

Vis rationalis eſt turbata, dũ ipſa in-
ter bonum & malũ ſubtiliter nõ diſcer-
nit. Vis iraſcibilis eſt turbata, dũ ipſa
malũ fortiter nõ abijcit. Vis cõcupi-
ſcibilis eſt turbata, dũ ipſa bonũ delecta
biliter non appetit. Et ideo conturbata
ſunt oſſa mea, id eſt, animæ ſenſualitas
turbata eſt valde, quoniam grãdis offen
ſa grauem exigit pœnitentiam, vt quæ
carnaliter delectatus offendi, ſpiritua-
liter conturbatus pœniteam, quatenus
per aliam viam reuertar in regionem
meam. Eſt turbatio timoris & com
motionis, de qua legitur: Audiens Turbatio multiplex
Herodes rex turbatus eſt, & omnis
Hieroſolyma cum illo. Turbatio fu Matt.2
roris & confuſionis, de qua dicitur:
Turbati ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapiẽ Pſal.106
tia

tia eorum deglutita eſt. Turbatio la-
boris & occupationis, de qua dominus
Lucæ.10 ait: Martha Martha ſolicita es & turba-
ris erga plurima. Turbatio doloris &
Cant.6 compunctionis, de qua ſponſa ait in Cã
ticis: Anima mea turbata eſt propter q̃-
drigas Aminadab. Turbatio mœro-
ris & cõpaſſionis, de qua legitur, quod
Ioãn.11 Ieſus turbauit ſeipſum, & lachrymatus
eſt. Turbatio ſtuporis & admiratiõis, vn
Lucæ.1 de: Maria turbata eſt in ſermone angeli,
& cogitabat qualis eſſet illa ſalutatio.
Sũt & aliæ multę turbationũ ſpecies, ſed
omnes reducũtur ad quatuor, videlicet
miſeriæ, culpæ, pœnæ, & gratiæ, de qui-
bus agit pœnitens in hoc Pſalmo. Con
turbata ſunt, inquit, oſſa mea, & anima
mea turbata eſt valde. Turbatus eſt præ
ira oculus meus, conturbati ſunt omnes
inimici mei.

Conuertere domine & eripe animam meam, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Animam multis modis accipi. Anima in homine accipitur multis
modis, ipſa perſona, præſens vita, ſpiri-
tus rationalis, ſpiritus animalis, intentio
mentis, & ſenſualitas carnis. De primo:
Gene.17 Maſculus cuius præputij caro circunci-
ſa non fuerit, delebitur anima illa de po
Acto.20 pulo ſuo. De ſecundo: Non facio animã
meam precioſiorem quam me. De ter-
Ezech.18 tio: Anima quæ peccauerit, ipſa morie-
Leuit.7 tur. De quarto: Anima carnis in ſangui-
Pſal.118 ne eſt. De quinto: Animam meam in ma
nibus meis porto. De ſexto: Turbatus
Pſal.30 eſt in ira oculus meus, anima mea & ven
ter meus. Ergo eripe animam meam, id
eſt, ſpiritum meum, vel meipſum, & ac-
celera, vt eripias me. Anima enim mea
turbata eſt ad pœnitentiam. Tu ergo do
mine, qui pius es & benignus, conuerte
re ad me & ego conuertar ad te: quoni-
am & ſi per Prophetam dicatur: Cõuer
timini ad me, & ego conuertar ad vos:
niſi tamen tu conuertaris ad me, ego ad
te conuerti non valeo, & niſi tu me p̃ue
nias, ego ad te p̃uenire nõ poſſum. Sed
qm̃ ad perfectam conuerſionem tu ſem
per paratus exiſtis, ſicut Propheta teſta-
Oſee.6 tur, Tãquam diluculum paratum inue-
niemus illum, ſecurius dico: Conuerte-
re Domine, id eſt, fac me perfecte con-
uerti ab errore ad veritatem, à vitijs ad
virtutes. Porro, ſicut Deus tribus modis Trib⁹ modis ſe De⁹ auertit ab homine
ſe auertit ab aliquo. Primo, quando
ſpiritualem ſubtrahit illi gratiam, vnde
alibi dicit: Ne auertas faciem tuam à me, Pſal.50
Secundo, quando temporalem irrogat
ei pœnam, vnde eſt illud: Auertiſti faci- Pſal.29
em tuam à me, & factus ſum conturba-
tus, Tertio, quando vindictam infligit
æternam, vnde dicitur: Auerte iram tuã Pſal.84
à nobis, nec in ęternum iraſcaris nobis: Deus tribus ſe conuertit ad hominem modis.
Ita tribus modis ſe conuertit ad aliquẽ.
Primo, quando gratiam ei ſpiritualem
infundit, ſicuti hoc loco: Conuertere Pſal.6
domine, & eripe animam meam. Secun
do, quando temporalem pœnam remit
tit, vnde eſt illud: Conuertere domine Pſal.89
aliquantulum, & deprecabilis eſto ſu-
per ſeruos tuos. Tertio, quando ſalutem
concedit æternam. Vnde: Conuertimi- Zacha.1
ni ad me, & ego conuertar ad vos. Ac ſi
diceret: Conuertimini ad me deferen-
do malitiam, & ego conuertar ad vos cõ
ferendo ſalutem. Et ideo ſine difficulta-
te prorſus & mora eripe animã meam à
præſenti miſeria, & ſaluum me fac in æ-
terna gloria, propter miſericordiam tu
am, de qua ſolummodo ſpero, non pro-
pter meritum meum, de quo nequaquã
confido: & ideo non allego meritũ me-
um, quod exigit pœnam, ſed imploro
miſericordiam tuam, quæ exhibet gra-
tiam. Ecce peccator iſte de culpa ſua val-
de dolebat, vñ dicebat: Anima mea tur-
bata eſt valde. Indulgentiam poſtulabat,
vnde clamabat: Miſerere mei domine q̃
niã infirmus ſum: nec tamen adhuc iuſti
ficatiõis gratiã obtinebat, vnde dicebat:
Et tu dñe vſquequo? Cõuertere & eripe
animam. Sed dices: Quid exigit amplius
ad hoc, vt pœnitẽs conuertatur, quã vt
valde doleat de commiſſis, p̃ponens ea fi
deliter cõfiteri, & à cõmittendis penitus
abſtinere? Scriptũ em̃ eſt: Quacũq; hora Ezech.18
cõuerſus fuerit peccator, & ingemuerit,
oĩm peccatorũ nõ recordabor. Et iterũ:
Dixi, cõfitebor aduerſum me iniuſtitiã
meã dño, & tu remiſiſti iniq̃tatẽ cordis
mei. Cęterũ ſi ita eſt, cũ ſciat hõ quando Pſal.31
ſic pœnitet, ſcit ergo q̃ſi conuertitur, &
ita quãdo iuſtificat. Porro iuſtificari nõ
poteſt, niſi prius ei charitas infundat, iu- Lucæ.7
xta quod veritas ait: Dimiſſa ſunt ei pec

ca-

cata multa, quoniam dilexit multum.
1.Pet.4 Nam charitas operit multitudinem pec
catorum. Scit ergo quando inſunditur
1.Cor.4 ei charitas, quoniã verum eſt quod Apo
ſtolus dicit: Nihil mihi cõſcius ſum, nõ
Pſal.18 tamen in hoc iuſtificatus ſum. Nam &
delicta quis intelligit? propter quod o-
rat Dauid: Ab occultis meis munda me
Iob.9 Domine. Iob namque dicit: Si enim ſim
Pro.20 plex fuero, hoc ipſum ignorabit ani-
ma mea. Salomon quoque ait: Quis di-
cere poteſt, mundum eſt cor meum, &
purus ſum à peccato? Ac ſi diceret: Nul
lus, niſi forſan ei ſit reuelatum. Quando
quidem inter infideles ſunt aliqui, qui
valde dolent de peccatis commiſſis, &
cum animo confitendi proponunt ab-
ſtinere à committendis, non tamen ipſi
iuſtificantur, quoniam aliquod habent
delictum, quod nõ intelligunt, illud vi-
Ioan.3 delicet de quo Dominus ait: Qui nõ cre
dit, iam iudicatus eſt. Sic forſitã Chri
ſtianum latet aliquod grãde peccatum,
propter quod, quia de illo nõ pœnitet,
iuſtificatio retardatur, aut forſan quia
minus dolet, quam oporteat illum dole
re, vel etiam propter aliam cauſam Deo
cognitam, ſed nobis ignotam. Quis e-
nim audeat certam metã imponere gra-
tiæ, vt dicat, ſi tantum dolet peccator,
aut taliter, peccatum illi dimittitur: ſin
autem, non dimittitur illi peccatum? nõ
eſſet ergo gratuita, ſed debita iuſtificatio
peccatoris. Verum ex diuina iuſtiſſi-
ma diſpenſatione procedit, vt ſicut ali-
quando indulgẽtia poſtulata differtur,
ſic interdum præſtita neſciatur: quoniã
magis expedit, vt iuſtificatus dubitet, an
ipſe ſit iuſtus, quam iniuſtus credat, q̃d
Quare nõ nunquam differat curatio ipſe ſit iuſtificatus. Differtur autem
aliquando curatio, ne ægrotus putet, ſe
non medici virtute, ſed naturæ vigore,
vel mediocritate ægritudinis ſanatum,
& ſic vili pendat medicum, & parui pen
dat languorem. Vt ergo de ſua virtute
diffidat, magnitudinem vero infirmita-
tis agnoſcat, & auxilium medentis im-
ploret, differtur curatio, donec clamet
frequenter & dicat: Sana domine ani-
Pſal.40 mam meam, quia peccaui tibi. Nondum
enim ægrotus iſte tam perfecte clamaue
rat, vt diceretur ei: Adhuc te loquente,
dicam aſſum. Ex difficultate quoque cu
rationis, magis cauetur infirmitas: quia
quod facile ſanatur, non multum caue-
tur: & ideo differtur curatio ægritude-
nis, vt diligentior ſit cuſtodia ſanitatis.
Sed non eſt differendum vſque poſt
mortem.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?

Triplex eſt mors, corporalis, ſpiritua Mors triplex
lis, & gehennalis. De prima legitur: Cor Roma.8
pus eſt mortuum per peccatum. Vnde:
Quis eſt homo qui viuet, & non videbit Pſal.88
mortem? quaſi diceret: Nullus eſt viuẽs,
qui tandem mortem corporis nõ incur
rat. De ſecunda dicitur: Vidua quæ in de 1.Tim.5
licijs viuit, mortua eſt. Et: Eſt peccatũ ad 1.Ioan.5
mortẽ, nõ pro eo dico vt oret q̃s. Quaſi
diceret: Eſt q̃ddam mortale pct̃m, pro q̃
non eſt orandũ: quia neq; in hoc ſeculo,
neque in futuro dimittetur. De tertia ve
ro ſcribitur: Qui vicerit, non lædetur à Apoc.2
morte ſecũda. Et: Sicut oues in inferno Pſal.48
poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Quaſi
diceret: Sicut ouis non carpit herbam
ſed paſcit, vt herba ſemper renaſcatur ad
paſtum, ita mors gehennalis, non con-
ſumit hominem ſed adfligit, vt ſemper
viuat ad mortem. Eſt præterea mors
gratiæ, de qua dicit Apoſtolus: Mortui Coloſ.3
eſtis, & vita veſtra abſcõdita eſt cũ Chri
ſto in Deo. Et Salomon: Fortis vt mors Can.8
dilectio, & dura ſicut infernus æmula-
tio. Lampades eius, lampades ignis at
que flammarum. Aquæ multæ non po-
terunt extinguere charitatem. Ipſe quo-
que Chriſtus ſe per prophetam mortem
mortis appellat: O mors, inq̃t, ero mors Oſee.13
tua, morſus tuus ero inferne. Mors natu Mors quadruplex
ræ ſeparat corpus ab anima. Mors culpę
ſeparat animam à Deo. Mors gehennæ
ſeparat animã & corpus à gloria. Mors
gratiæ ſeparat corpus à mundo. In pri-
ma morte plerumque non eſt, in ſecun-
da vix eſt, in tertia nunquã eſt, qui Dei
memor ſit ad ſalutẽ: in quarta vero, ſem-
per eſt homo Dei memor. Quia ergo in Pœnitẽtia ad mortem vſq; non eſſe futurum differre
corporalis mortis articulo, nonnunquã
eſt tanta doloris acerbitas, tanta mole-
ſtia paſſionis, quod moriens in tantum
memoria priuetur, vt nullorum valeat
memi-

meminiſſe,licet non ſit de aliquo deſperandum, donec fuerit in vita, tutum tamen non eſt, ad ſupremum mortis articulum pœnitentiam differre: ſed tunc ſecurum eſt homini pœnitere,quum prævalet ipſe peccare.Dimittat ergo dubiũ, & retineat certũ, qui vult à periculo liberari.Sic de ſpirituali morte debet intelligi,quod non ſit in morte qui memor ſit tui:quoniã tãta eſt criminis obſtinatio, vt peccator deſperans de venia,vix vnquam de Deo recordetur ad pœnitentiam,quem à ſe contemnendo proiecit per ſuperbiam.Iuſto quippe iudicio tali animaduerſione punitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ipſe ſui, qui dum viueret, oblitus eſt Dei.Cæterũ de morte gehennali ſic poteſt & debet intelligi, quod nõ eſt in morte q memor ſit Dei, quoniam in gehenna non eſt recordatio ad ſalutem, ſed potius ad tormentũ: quia damnati maledicent altiſſimo, & blaſphemabunt excelſum, conquerẽtes eũ eſſe malignũ,qui creauerit illos ad pœnam,& nunquam inclinetur ad veniã: optantes illum omnino nõ eſſe, per quẽ conquerunt ſe tã infeliciter eſſe.Et ideo merito ſubditur: In inferno autem quis

Infernus multiplex confitebitur tibi:In ſacra ſcriptura infer

Pſal.114 nus quandoque dicitur miſeria præſentis vitæ. Vnde:Pericula inferni inuene-

Num.16 runt me. Quandoq; vitiorũ profundũ. Vnde eſt illud:Deſcenderunt in infernũ viuentes.Quandoq; ipſius qui trahit a-

Pſal.17 lios ad interitum. Vnde:Dolores inferni

Eſa.14 circundederunt me. Quandoq; hiatus terræ. Vnde:Diſrupta eſt terra in cõpedibus eorũ,deſcenderuntq; in infernũ viuentes.Quandoq; locus pœnarũ. Vnde:Infernus ſubter cõturbatus eſt in occurſum aduentus tui. Cuius duæ ſunt partes,inferior & ſuperior,ppter q̃d di-

Pſal.85 citur:Eruiſti animã meam ex inferno in

Iob.17 feriori.Superior dicebatur limbus inferni,vel ſinus Abrahæ, de quo dicit Iob: In inferno deſcendat anima mea.Inferi

Lucæ.6 or autem dicitur tartarus vel gehenna, de quo dominus ait:Mortuus eſt autem diues & ſepultus eſt in inferno. In hoc quidem inferno nullus domino confite

Eſa.5 tur.Infernus eſt & ipſe diabolus: Dilatauit infernus animam ſuam, abſque vllo termino. Si enim ſecundum Apoca-

lypſim Ioannis,blaſphemauerũt homines Deum propter plagam grandinis, Apoc.16
quoniam magna facta eſt vehementer, quanto magis blaſphemabunt in inferno homines Deum propter incẽdij cruciatum, qui vehementior quidem erit, quam poſſit etiam cogitari. Recte ergo Propheta dixit: Neque infernus confi- Eſa.38
tebitur tibi,neque mors laudabit te.Nõ Pſal.113
mortui laudabunt te domine.Nã à mor Eccli.17
tuo, tanquam ab eo qui non eſt, perit confeſſio. Duplex autem in ſcripturis confeſſio legitur: Vna peccatorum,alte Confeſſio duplex
ra præconiorum.De iſta dicitur:Confi- Pſal.32
temini domino in cithara,& in pſalterio Iacob.5
decem chordarum pſallite illi.De illa autem: Confitemini alterutrum peccata veſtra. Licet ergo non ſit præconiorum confeſſio in inferno,eſt tamen in eo cõfeſſio peccatorum,ſed infructuoſa penitus,& inutilis,ſicut Sapiens proteſtatur: Gementes præ anguſtia ſpiritus dicent Sapiẽ.5
intra ſe pœnitentiam agentes: Errauimus à via veritatis, & lumen iuſtitiæ nõ luxit nobis. Quid profuit nobis ſuperbia,aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra. Talia, inquit,dixerunt in inferno hi qui peccauerunt. Ergo confitebuntur ad pœnam,ſed non conuertẽtur ad veniam.Iuſtum enim eſt, vt qui noluerunt cum potuerũt,cum velint nõ poſſint.Proptera diues ille, qui cruciabatur in flamma,dicebat ad Abraham: Rogo te pater,vt mittas Lazarum in do Lucæ.16
mum patris mei: habeo enim quinque fratres,vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.Cui cum Abraham reſpondiſſet,habent Moyſen & Prophetas, audiant illos, ſubiunxit: Non pater Abraham,ſed ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent.Agebat & ipſe pœnitentiam in inferno, ſed quia cognoſcebat illam inutilem, rogabat, vt annunciaretur hoc fratribus ſuis, quatenus agerent pœnitentiam in hoc ſeculo fructuoſam, & ideo non de futuro, ſed de præterito pœnitens iſte ait.

Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectũ meum,lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

T Labo

Laborat iuſtus in corde, laborat in
Pſal. 68 ore, laborat in opere. De primo: Labo-
raui in gemitu meo. De ſecundo: Labo-
Pſal. 127 raui clamãs, raucę factę ſunt fauces meę,
dum ſpero in Deum meum. De tertio:
Labores manuum tuarum quia [illegible]andu
cabis, beatus es & bene tibi erit. Deus
autem laborare dicitur per patientiam,
Eſa. 1 vt expectet ad pœnitentiam, Vnde: Fa-
cta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinẽs.
Diabolus vero laborat per fraudulrnti
tiam, vt pertrahat ad nequitiam. Vnde:
pſal. 9 Sub lingua eius labor & dolor. Eſt præ
terea labor mundanæ peregrinationis,
Iob. 5 de quo legitur: Homo naſcitur ad labo
Pſal. 62 rem, & auis ad volatum. Labor humanę
tranſgreſſionis, de quo dicitur: In labo-
re hominum non ſunt, & cum homini-
bus non flagellabuntur. Et labor ſempi
pſal. 48 ternæ damnationis, de quo ſcribitur: La
borabit in æternum, & viuet adhuc in fi
nem. De raro & modico gemitu non di
xiſſet: Laboraui in gemſtu meo, ſed de
diuturno & continuo. Quia non labo-
rat in gemitu, qui protinus ridet, & ge-
met profecto non pœnitens, qui pœni-
tentiam non tenens, ſed magis deridẽs,
de gemitu ad riſum procedit. Ille vero la
borabat in gemitu, qui dicebat: Tota die
Pſal. 37 contriſtatus ingrediebar, rugiebam à ge
mitu cordis mei, & dolor meus ante me
eſt ſemper. Sane columba grmitum ha-
bet pro cantu. Et tu pœnitens anima, ſi
vis eſſe columba, vt careas felle peccati,
pro cãtu gemitum habeas, pro riſu mœ
rorem. Porro duo ſunt neceſſaria pœni
tenti, vt intus gemat, & foris fleat. Pro-
pter quod quum dixiſſet: Laboraui in
gemitu meo, ſtatim adiunxit: Lauabo,
id eſt, perfundam lectum meum materia
lem prr ſingulas noctes, & * tempora-
les, ipſumqur ſtratum meum rigabo la-
chrymis meis, non ſolum interioribus,
ſed etiam exterioribus. Sane non ſrmel
eſt flendum, ſed ſæpe. Propter quod ait:
Lauabo per ſingulas noctes lectum me
um. Nec modice eſt flendum, ſed multũ.
Propter quod addit: Lachrymis meis
ſtratum meum rigabo. Vbi enim irriga-
tio, ibi humoris eſt abundantia. Neque
dicit in noctibus, ſed per noctrs, nec prr
aliquas, ſed per ſingulas: vt oſtendat ſe
continuum & diutinum fletum habere,
illorum duritiam reprehẽdens, qui vix
aut raro poſſunt ad lachrymas emolliri.
Saxeum enim pectus, lapideum cor, &
ferreum habet is animum, qui pro ſe nõ
tam in corpore morituro, quã forſan in
mente iam mortua, gemitus non produ
ducit, ſuſpiria non emittit, & lachrymas
non effundit. Sciat ergo ſe culpabilitrr Culpabili
durum, & dure culpabilem, qui corpo- ter durũ
ralem amici ſui mortem deplorat, & ſpi-
ritualem animæ ſuę mortem non deflet.
Attende pœnitens illius lachrymas pec- Lucæ. 7
catricis, quæ ſtans retro, ſecus pedes do
mini Ieſu, lachrymis rigabat pedes eius,
& capillis capitis ſui tergebat, & tu fac ſi-
militrr, ſi vis audire cum illa: Dimittun
tur tibi peccata tua. Licet autrm non Quare di-
ſolum in nocte ſit lachrymandum, ſed cat [illegible]
etiam in die: ideo tamen dicit per noctes noctes
& non per dies, quoniam abundantius
& frequentius ſolet homo lachrymari
de nocte, quando ſolus eſt in abſcondi-
to, quam de die, quando cum multis eſt
in publico: quum & in nocte quieſcat à
tumultu remotus, in die vero laboret in
ſtrepitu conſtitutus. Per noctem quoq;
intelligitur culpa, quæ mentrm obtene
brat, & obſcurat caligine prccatorum.
Et per lectum intelligitur conſcientia,
in qua dormit ſpiritus, quando quieſcit Alias [illegible]
ab iniquietudine vitiorum. Dicit ergo: unda[illegible]
Lrctum meũ lauabo, id eſt, * mundabo cẽ[illegible]
conſcientiam meã, per ſingulas noctes,
id eſt, per ſingulas culpas. Pro ſingulis
enim culpis drbrt pœnitens ſingulas
hoſtias immolare, vt iuxta legem diui-
nam, dignum offerat pro peccato ſa- Pſal. 50
crificium, illud vtique de quo dicitur:
Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus:
in quo ſingula intrſtina hoſtiæ abluan-
tur. De talibus noctibus legit: Qui dor-
miunt, nocte dormiũt, & qui ebrij ſunt, [illegible]
nocte ebrij ſunt. Iob: Noctẽ illã tenebro
ſus turbo poſſidrat. Nox in q̃ dictũ eſt,
conceptus eſt homo. De huius lecto di- Iob [illegible]
cit: Si dixero cõſolabitur me lectulus me
us, & releuabor loquens mrcũ in ſtratu Lect[illegible] m[illegible]
meo, terrebis me per ſomnia, & p viſio- tiplex
nes horrore concuties. Multis etiã & a-
lijs modis dicit lectus hominis. Ociũ cõ
tẽplationis. Vnde: Duo erũt in lecto vno Luc. [illegible]
vnus aſſumet, & alter relinq̃t. Mũdana p
ſperitas. Vnde: In lectulo meo p noctes
quæſi-

Cant.3 quæſiui quem diligit anima mea. Cor-
Pſal.40 poralis infirmitas. Vnde dicitur: Domi
nus opem ferat illi ſuper lectum doloris
Amos.6 eius. Carnis voluptas. Vnde: Laſciuitis
in lectis eburneis. Negligentiæ torpor.
Vnde: Ponam eam in lecto, & omnis
Pro.7 qui fornicatur cum ea. Hæreticorũ do-
ctrina. Vnde: Intexui funibus lectum
Iob.17 meum. Inferni profunditas. Vnde: In te
nebris ſtraui lectulũ meum. Hic autem
lectus accipitur pro ſecreto conſcien-
tię, vel voluptate carnali. Sane ſicut ſeptẽ
ſunt dies, id eſt, ſeptem dona ſpiritus
ſancti, quibus vita ſpiritualis perficitur
in claritate virtutum: ita ſeptem ſunt no
ctes, id eſt, ſeptem vitia principalia, qui-
bus carnalis vita peragitur in tenebris
Exo.25 vitiorum. Illi ſignificantur per ſeptem
Apoc.1 lucernas in candelabro tabernaculi, &
per ſeptem oculos in lapide vno. Iſtę ſi-
gnificantur per ſeptem gentes de terra
promiſſionis eiectas, & per ſeptem ſpiri
Lucæ.11 tus nequiores, quos immũdus ſpiritus
aſſumpſit. Ergo lauabo per ſingulas no
Lauachrũ triplex ctes lectum meũ. Triplex eſt lauachrũ, In
Ioan.13 aqua, in lachrymis, & in ſanguine. De
primo legitur: Miſit Chriſtus aquã in
peluim, & lauit pedes diſcipulorum: qa
Ioan.3 niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiri-
Pſal.6 tu ſancto, non poteſt intrare in regnum
Dei. De ſecundo hoc dicitur: Lauabo
per ſingulas noctes lectum meum. Et a-
libi: Si abluerit dominus ſordem filia-
Eſa.4 rum Sion, & ſanguinem Hieruſalem la
uerit in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris.
Apoc.7 De tertio in Apocalypſi ſcribit: Iſti ſunt
qui venerunt ex magna tribulatione, &
Apoc.1 lauerunt ſtolas ſuas & dealbauerunt eas
in ſanguine agni. Et itẽ: Qui lauit nos
à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Pri-
mum & vltimum ſine medio parum va
lẽt: quia nec baptiſmus, nec martyrium
ſine pœnitentia valent ad ſalutem, quũ
non remittatur impœnitenti peccatum,
originali duntaxat excepto, quod ſine
pœnitentia paruulis dimittitur in ba-
ptiſmo: quia ſicut in regeneratione, ſi-
ne conſenſu dimittitur tranſitque rea-
tus, & remanet actus, ſic econtrario in
actuali peccato tranſit actus, & remanet
reatus, donec penitus dimittatur. Sed
quia nõ dixerat quibus lauabit lectum,
ſic determinat ſubdens: Lachrymis ſtra

tũ meũ rigabo. Sũt lachrymæ dolẽtis & Lachrymæ multiplices
pœnitẽtis, lachrymę cõpatiẽtis & diligẽ-
tis, lachrymę contẽplantis & exultãtis, la
chrymę impœ̃cantis & deſperãtis. De pri-
mis legit: Fleuit Ezechias fletu magno, 4.Reg.20
& dictũ eſt ei: Audiui orationẽ tuã & vi Eſa.38
di lachrymas tuas, & ecce ſanaui te. Muli
er quoq; quæ erat in ciuitate peccatrix, Luc.7
lachrymis cœpit rigare pedes Domini,
& capillis capitis ſui tergere, & dictum
eſt ei: Dimiſſa ſunt tibi peccata tua. De ſe
cundis lachrymis legitur, quod Ieſus vt
vidit Mariam plorantem, & Iudęos qui
venerant cum ea plorantes, fremuit &
turbauit ſeipſum, & lachrymatus eſt.
Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo Ioan.11
amabat eum. Ioſeph quoque cum am-
plexatus fuiſſet in collum Beniamin fra Gen.45
tris ſui, fleuit, illo ſimiliter flente ſuper
collum ipſius. De tertijs lachrymis in-
quit Propheta: Fuerunt mihi lachrymæ Pſal.41
meæ panes die ac nocte, quando ingre-
diar in locum tabernaculi, ambulabo
labo vſque ad domum Dei. Tobias quo Tobi.11
que cum vxore oſculatus eſt filium, &
cœperunt ambo flere præ gaudio. De
quartis ait dominus: Mittite eum in te-
nebras exteriores, vbi erit fletus & ſtri- Matt.22
dor dentium. Et alibi: Flebunt & plan-
gent ſe ſuper eum omnes reges terræ,
qui fornicati ſunt cum illa, & in delicijs Apoc.6
vixerunt. Porro, abſterget Deus omnẽ
lachrymam ab oculis ſanctorum, & iam
non erit vltra, neque luctus, neque cla-
mor, ſed nec vllus dolor, quæ priora
abierunt. Ergo beati qui lugent, quoni Matt.5
ipſi conſolabantur. Euntes ibant & fle- Pſal.125
bãt mittentes ſemina ſua. Venientes au
tem venient cum exultatione, portantes
manipulos ſuos. Cæterum qui lætan- Pro.2
tur quum malefecerint, & exultant in Iob.21
rebus peſſimis: qui tenent tympanum,
& citharam, & gaudent ad vocem orga-
ni, ſed in puncto deſcẽdunt ad inferna,
eorum riſus dolore miſcebitur, & extre Pro.14
ma gaudij luctus occupabit. Lachrymis
ergo meis ſtratum meum rigabo: quia
lachrymæ abluunt conſcientiam à ſor-
dibus peccatorum, quæ quanto ama-
riores ſunt pœnitenti, tanto dulcio-
res ſunt indulgenti. De talibus lachry- Matt.26
mis alibi legitur, quod Petrus egreſſus
foras fleuit amare. Item: Angeli pacis,

Eſa. 38 Ioel. 2 id eſt, ſacerdotes orantes pro pace, amare flebant, ſecundum illud: Inter veſtibulum & altare plorabant ſacerdotes & miniſtri Domini. Nam labia ſacerdotis cu-
1. Reg. 1 ſtodiũt ſcientiam. Angelus enim domini exercituum eſt. Anna quoque largiter flebat amaro corde. Lachrymis ergo interioribus, id eſt, amaritudine pœnitentię, ſtratum meum, videlicet ſenſualitatem, rigabo, vt fertilis fiat, quæ prius arida erat, vt irrigata dignos pœniten-
Pſal. 40 tiæ fructus producat, quæ areſacta ſpinas & tribulos germinabat. De hoc ſtratu alibi dicitur: Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. Ex hoc vero q̃d dicit: Lauabo p ſingulas noctes lectũ meum, colligitur euidenter, quod non ſufficit, quod homo confiteatur in genere, ſe multa commiſiſſe peccata, ſed oportet vt deſcendat ad ſpeciem, vt de ſingulis conteratur, maxime quorum poteſt per inquiſitionis ſtudium recordari.
Differunt lectus & ſtratum Cæterũ diſtingui poteſt inter lectum & ſtratũ, vt p lectum, in q̊ corpus cum delectatione quieſcit, voluptas corporis deſignetur: per ſtratum vero, in quo pannorum congeries cumulatur, intelligatur cumulus peccatorum: vt per lachrymas pœnitentiæ diluatur & deleať multitudo peccaminum, & voluptas peccandi. Ideo vero dicit per ſingulas noctes, & non dicit per ſingulos dies, vt innuat quod dies & noctes patiatur alternatim. Qui enim modo veritatis luce perfunditur, & modo iniquitatis caligine obſcurator, tanquam inter dies & noctes alterno commutať affectu: veluti noctẽ ſuſtineat, ſi carne ſeruiat legi peccati: di-
Rom. 7 em vero proſpiciat, ſi mente ſeruiat legi Dei. Tanquam igitur nõ ſufficiat, quod dixerat de præterito: Laboraui in gemitu meo, adiungit protinus de futuro, vt profectum pœnitentis oſtendat, qui de gemitu procedit ad lachrymas, & de lachrymis ad confeſſionem.

Turbatus eſt præ ira oculus meus, inueteraui inter oẽs inimicos meos.

Redde ſingula ſingulis: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum: quia inueteraui inter omnes inimicos meos. Lachrymis ſtratum meum rigabo: quia turbatus eſt præ ira oculus meus. Notã-
Peccatum obreptionis & conſuetudinis dum vero quod eſt peccatum obreptionis, quod cito deſeritur, & eſt peccatum conſuetudinis, quod diutius frequentatur. Vtroque modo dolet pœnitens ſe peccaſſe. Per obreptionẽ, propter quod ait: Turbatus eſt præ ira oculus meus. Nam ira quandoque dicitur breuis fu- Eph. 4
ror, ſecundum illud: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Et per conſuetudinem, propter quod addit: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Nam vetuſtas ex diuturnitate procedit. Oculus ergo meus, videlicet intellectus, ſeu ratio, vel intẽtio, turbatus eſt p̃ ira, vel à fu-
rore, q̊d idem eſt: quoniam ira viri iuſti- Iacob 1 Horatius
tiam Dei non operatur. Et: Ira impedit animum ne poſſit cernere verum. De his oculis legitur: Reuela oculos meos & Pſal. 118
conſiderabo mirabilia de lege tua. Ocu- Eccli. 2
li ſapientis in capite eius. Et: Si oculus tu- Matt. 6
us fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Tales oculi quandoque turbantur præ ira propria, & interdum turbantur à furore diuino: quia dũ peccator præ ira propria ſolem iuſtitiæ nõ finitur contemplari, à furore diuino, iuſto quidem iudicio, in pręſenti tenebras interiores, id eſt, cæcitatem mẽtis incurrit, in reprobum ſenſum datus: & in futuro tenebras exteriores incurret, quoniam tolletur impius, ne videat gloriam Dei: quia Deus habitat lucem inacceſſi- 1. Tim. 6
bilem, extra quam penitus erit impius, in futuro ex toto ſeparatus à Deo: & ideo tenebrę illę dicũtur exteriores, quia faciunt homines penitus extra lucem. Non ſolum autem per obreptionẽ quãdoque deliqui, verum etiam pro conſuetudinem ſæpe peccaui: quoniam inueteraui ex longa conſuetudine inter omnes inimicos meos. Certe dum anima
in hoc ſeculo peregrinatur à domino, multos & magnos patitur inimicos, de quibus legitur: Facti ſunt inimici eius in capite. Nam inimicatur ei mundus & caro, dęmon & homo. Mundus cum ele- Anima à multis inimicis impugnatur
mentis. Vnde: Pugnabit orbis terrarũ contra inſenſatos. Caro cum ſenſibus. Sapiẽ. 5
Vnde: Mors ingreditur per feneſtras. Oculus animam deprædatur. Dæmon Thren. 3 Hiere. 9
cum vitijs, Vnde: Non eſt nobis colluc- Ephe. 6
ta-

ctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, aduerſus rectores mundi tenebrarum harum. Homo cum beſtijs. Vnde: Quum inſurgerent homines in nos, forte viuos deglutiſſent nos. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum, eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Inimici ergo ſunt dæmones & homines, vitia & peccata, mundus & caro. De quibus legitur: Inimici noſtri deriſerunt nos. Confundantur & reuereantur inimici mei. Inimicos meos dediſti mihi dorſum. Perſequar inimicos meos & comprehendam illos. Porro ſicuti diabolus eſt inimicus virtutum, de quo dicitur: Quia inimicus homo, ſuperſeminauit zizania, ita Deus vitiorum eſt inimicus, qui de ſe dicit: Inimicus ero inimicis tuis. Vere igitur militia eſt vita hominis ſuper terram. Dicit itaque pœnitens: Inueterauí, hoc eſt, ex longa conſuetudine peccaui, inter omnes inimicos meos, me vndiq; perſequentes, & ad malum trahentes, iam turpis & inutilis factus: à ſimili veteris veſtis, quę nec vſui eſt, nec decori. O quam grauis eſt vetuſtas peccati, quam graue vetuſtatis peccatum, ex qua culpa quaſi vertitur in naturam, & natura quaſi tranſit in culpam. Eſt autē vetuſtas corporis, vetuſtas ſenſualitatis, vetuſtas rationis, vetuſtas conſuetudinis, vetuſtas ignorantiæ, vetuſtas culpæ, vetuſtas legis, vetuſtas vitæ, vetuſtas tēporis, & vetuſtas æternitatis.

Pſal.17 / Matt.13 / Exo.23 / Iob.7 / Vetuſtas multiplex

De vetuſtate corporis legit: Omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. De vetuſtate ſenſualitatis habetur: Vetus homo noſter cum illo affixus eſt. De vetuſtate rationis accipitur: Quoniam tacui, inueterauerunt omnia oſſa mea. De vetuſtate conſuetudinis item legitur: Deponite veterem hominem cum actibus ſuis. De vetuſtate ignorantiæ dicitur: Vetus error abijt. De vetuſtate vitæ legitur: Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres. De vetuſtate culpæ item legitur: Inueterate dierum malorum. De vetuſtate legis ſcribitur: Non in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus. De vetuſtate tēporis dicitur: Vetuſtiſſima veterum comedetis. De vetuſtate æternitatis narratur: Vetus dierum ſedit, & libri aperti ſunt. Licet autem peccator iſte inter ſuos inueterauit inimicos, non tamen deſperat, ſed correptus & exauditus à domino dicit illis:

Pſal.101 / Rom.6 / Pſal.31 / Eph.4 / Luc.5 / Daniel.13 / Rom.7 / Leuit.26

Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Quaſi dicat: Ego ſum ſeparatus à vobis, & ſi non adhuc loco, iam tamen voto, & ſi nondum corpore, iam tamē corde. Non enim poſſumus in hoc mundo neque debemus corporaliter ſeparari prorſus à malis, niſi duntaxat ab illis, qui merito peccatorum ſuorum per excommunicationis ſententiam ab Eccleſia ſunt præciſi, cum quibus nec cibum ſumere, ſecundum Apoſtoli verbum, debemus: alioqui, ſecundum quod idem Apoſtolus ait, oporteret nos de hoc mundo exire. Nam & dominus præcepit: Nolite eradicare zizania, ne ſimul eradicetis & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem. Interim ergo antequam area ventiletur, quia grana mixta ſunt cum paleis, & zizania cum frumento, bonos oportet eſſe cum malis. Vñ Loth habitabat in Sodomis, & Iob erat in terra Hus, ſponſus quoque dicit ad ſponſam in Can. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Quapter & ipſe Chriſtus cum publicanis & pctōribus manducabat. Cæterum & ſi iuſti non debeant in hoc mundo corporaliter ab impijs ſeparari, quantum ad generalem communionem, quando tamen ſine ſcandulo poteſt fieri, ſeparari debent ab illis, quantum ad familiarem cohabitationem: quia mores à cōuictu formantur, & corrumpunt bonos mores colloquia mala. Vuaq; conſpecta liuorem ducit ad vua. Propter quod dicitur: Cum ſancto ſanctus eris, & cum innocente innocens eris. Et alibi legitur: Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum. Item: Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Semp ergo ſpiritualiter, & aliquando etiam corporaliter

Boni à malis hic corporaliter ſeparari nōpoſſunt / 1.Cor.5 / Matt.13 / Cant.2 / Luc.5 / Malorum conſortia vitanda / 1.Cor.15 / Pſal.17 / Pſal.140 / Pſal.83

ter in hoc ſeculo boni ſeparantur à ma-
lis. In futuro vero & ſpiritualiter & cor-
poraliter ſeparabuntur omnino. Dicit
itaque pœnitens iuſtificatus à Deo: Di-
ſcedite à me omnes qui operamini ini-
quitatem, quoniam dominus exaudi-
uit vocem fletus mei.

**Exaudiuit dominus deprecatio-
nem meam, dominus orationẽ
ſuſcepit. meam *aſſumpſit.**

Pro tribus orauerat in primo terna-
rio, pro pœna videlicet amouenda, pro
plaga curanda, & pro mora tollenda. Su
per his tribus ſe gaudet à domino exau
tum dicens: Exaudiuit dominus vocem
fletus mei, dominus orationem meam
aſſumpſit. Eſt fletus in corde, fletus in
Flet⁹ mul tiplex ore, fletus in opẽ. In corde cũ dolore, in
ore cum clamore, in opere cum labore.
1. Reg. 1 De primo legitur, quod cum Anna eſſet
amaro animo, flens largiter orauit do-
minũ. Loquebatur autem in corde ſuo,
& vox penitus non audiebatur. De ſe-
Matt. 2 cũdo legitur: Vox in Rhama audita eſt,
ploratus & vlulatus multus, Rachel plo
rãs filios ſuos, noluit cõſolari. De tertio
Lucæ. 7 legitur: Mulier q̃ erat ciuitate peccatrix,
ſtãs retro ſecus pedes dñi Ieſu, lachrymis
cœpit rigare pedes eius, & capillis capi-
tis ſui tergebat. Quidam prę nimia læti-
Tobi 10 tia ſępe plorant, de qualibus legit̃, quod
Tobias data manu puero, occurrit ob-
uiam filio ſuo, & ſuſcipiẽs oſculatus eſt
eum cum vxore ſua, & cœperunt ambo
Gen. 46 flere præ gaudio. Sic Ioſeph videns pa-
trem ſuum Iacob irruit ſuper collum
eius, & inter amplexus fleuit, dixitq; pa-
ter ad eum: Iam lætus moriar, quia vidi
faciem tuam. Porro & præ nimia lætitia
& præ nimia triſtitia quidam non poſ
Gen. 45 ſunt interdum continere voces à fletu.
Vnde legitur, quod Ioſeph vltra ſe cohi
bere non poterat, eleuauitque vocem cũ
fletu, quam audierunt Aegytij, omnis
que domus Pharaonis, & manifeſtauit
ſe fratribus ſuis. Dauid autem aſcendẽs
2. Reg. 16 in cœnaculum portæ, fleuit & clamauit
voce magna: Fili mi Abſolon, Abſolon
fili mi. Quis mihi tribuat vt ego mori-
ar pro te? Prius ergo pœnitens nimis
triſtis aiebat: Lachrymis ſtratum me-
um rigabo. Nunc autem nimis lætus eſ
fatur: Exaudiuit dominus deprecatio-
nem meam, dominus orationem me-
am aſſumpſit. Quia ergo dominus pœ Inimic. reſipiſcẽtiã precatur
nitentiam ſuam miſericorditer ſuſcipi-
ens exaudiuit, optat, vt eius exemplo
inimici pœniteant dupliciter, ita dicens:

**Erubeſcant & conturbentur ve-
hementer omnes inimici mei, *a- conuertãtur & erubeſcant.
uertantur retrorſum & erube-
ſcant valde velociter.**

Conturbentur in corde, per contri-
tionis dolorem, erubeſcant in ore, per
confeſſionis pudorem, auertantur re-
trorſum in opere, per ſatisfactiõis labo-
rem. Et repetit iterum: Erubeſcant: quo
niam & in recordatione facinorum de-
bet intus erubeſcere Deum, & in confeſ
ſione peccaminum debet foris erubeſce-
re hominem: quoniam erubeſcentia cõ- Erubeſcẽtia pœna cõfitentis
fitentis pœna eſt non modica pœniten-
tis, & pudor confeſſionis, pars eſt non
minima ſatisfactionis. O cum quanto
rubore coram altero confitetur, quod
quis abſque magno pudore nec intra ſe
meditatur. Sed amplius debet erubeſce-
re corã Deo, cuncta cernente, nefandas
turpitudines exercere, quam coram ho-
mine quædam audiente peractas turpi-
tudines reuelare: quamuis eas illi reue-
les, nõ vt homini ſed vt Deo. Erubeſcãt
ergo de peccatis ſuis ad pœnitentiam,
quoniam & ſi quædam erubeſcentia fit Erubeſcẽtia mala
mala, de qua dominus ait: Qui me erubu Lucæ. 9
erit & meos ſermones coram homini-
bus, hunc filius hominis erubeſcet co-
ram angelis Dei. Et tunc incipies cum Lucæ. 14
rubore nouiſſimum locum tenere. Hæc Erubeſcẽtia bona
tamen erubeſcentia bona eſt, de qua di-
cit Apoſtolus: Quem ergo fructum ha-
buiſtis tunc in illis, in quibus nunc eru-
beſcitis? Et Propheta improperat illi,
quæ noluerat erubeſcere de peccatis: Rom. 6
Frons, inquit, meretricis facta eſt tibi, e-
rubeſcere neſciuiſti. Heliſæus quoq; di-
xit ad Ioram regem Iſrael: Viuit domi- 4. Reg. 3
nus exercituum, in cuius conſpectu ſto,
quod ſi non vultũ Ioſaphat regis Iudeæ
erubeſcerem, nec attendiſſem quidem te
nec reſpexiſſem. Nam vt Sapiens prote-
ſtatur,

ſtatur, eſt confuſio adducẽs gloriam, & eſt confuſio adducens ignominiã. Hinc
Eſaiæ 23 etiam alibi legitur: Erubeſce Sidon ait mare. Optat autem, vt conturbentur, ſecundum aliam literam, vehementer, quatenus conturbatio ſit non ſolum ingẽs, ſed vehemens, id eſt, vę adimens, hoc eſt, æternam damnationem auertens: quia niſi talis & tanta ſit conturbatio pœnitentis, vt ſufficiat ad auertendam pœnam æternam, atterit proculdubio, ſed non conterit, pœnam inſerens ſed veniam non impendens. Sunt enim hic duo paria inter ſe, vt gehennalis pœnæ debitum remittatur, & criminalis culpę vinculum relaxetur. Optat etiam vt auertantur retrorſum, quatenus ſicut de virtutibus corruerunt in vitia, mala opera exercendo, ita de vitijs redeant ad virtutes, bona merita operando: quia non ſemper dimittitur tota pœna, quotiens remittitur tota culpa. Per hoc autem quod ait, valde velociter, oſtendit quod non eſt confeſſio aliquatenus differenda: qꝛ peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ad aliud pondere ſuo trahit,
Matt.25 quum ſit ipſum differre peccare. Neſcitis, inquit dominus, diem neq; horã.
Luc.21 Væ autem prægnantibus & nutrienti-
Prægnantes & nutrientes q. bus illis diebus. Prægnantes ſunt, qui celant peccatum conceptum in corde. Nutrientes ſunt, qui ſouent peccatũ generatum in opere, quibus erit væ, id eſt, damnatio illis diebus. Poteſt etiam hoc intelligi dictum non optãtis affectu, ſed ſpiritu prophetantis. Quaſi dicat: Dominus exaudiuit me, ſed omes inimici mei erubeſcant & conturbentur, id eſt, conturbabuntur & erubeſcent, non vtique in pręſenti, vbi mali bonos derident, ſed in futuro, vbi mali erubeſcentes de ſe, di
Sapien.5 cent de bonis: Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Videntes autem turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione ſalutis. Erubeſcẽt
1.Theſ.5 autem valde velociter, quia quum dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus, & calamitas irruet improuiſa. Sed hic finis Pſalmi reducitur ad principium, quia quod in principio à ſe flagitat amouendum, in fine prędicit reprobis irrogandum.

IN PSALMVM SEcundum pœnitentialem Elucidatio.

TITVLVS AVTEM HVius Pſalmi talis eſt:

Intellectus Dauid.

Tituli eiuſdem explicatio.

TItulus iſte nõ indiget alia expoſitione quã pſalmus, quoniam in expoſitione pſalmi titulus exponetur, cui Pſalmus alludit, non ſolum ſententia, ſed & ſermone, ibi maxime, vbi dicitur: Intellectum tibi dabo, & inſtruam te. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Principaliter autem de gratia & miſericordia Dei agit.
Vnde Apoſtolus ad Romanos ex ipſo Rom.4
ſumit gratię argumẽtum aduerſus illos, q de operibus gloriãtur bonis, & merita iactant, dicens, beatitudinem eſſe illius hominis, cui Deus fert accepto iuſtitiã, ſicut ait Propheta: Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Incipit ergo à beatitudine viæ, & definit in beatitudine patriæ. Inchoatur à gratia & terminatur in gloria. Vnde cũ in principio Pſalmi dicatur: Beati quorũ remiſſę ſunt iniqtates, in fine cõcluditur: Et gloriamini oẽs recti corde. Illud aũt cõſiderandum occurrit, quod iſtorum ſeptem pſalmorum duo ſunt, quorum vterque ſpecialem titulum ſortitur à feria, videlicet, primus & tertius. Item duo ſunt, quorum vterque proprium titulum habet à continentia, videlicet ſecũdus & quintus. Rurſus, duo ſunt, quorum vterq; ſingularem titulum obtinet ab hiſtoria, videlicet quartus & ſeptimus. Solus deniq; ſextus cũ cęteris cãticis graduũ titulum legitur habere com-

munem. Cæterum quum Dauid ſuper
Pſal.118 ſenes ſe intelligere fateatur, videtur profecto, quod pſalmus iſte, cui præſcribitur intellectus Dauid, profundum contineat intellectum, illũ vtiq; de quo Veritas ait: Spiritus eſt qui viuificat, caro
Ioan.9 non prodeſt quicquam: ſpiritualem videlicet, non carnalẽ. Sicut enim ſpiritus viuificat carnem, ſic intellectus viuificat literam, quæ ſine ſpirituali iacet mortua
2.Cor.3 intellectu. Imo plus dicit Apoſtolus: Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. Dauid enim quaſi contrarias & repugnantes ſententias in hoc Pſalmo proponit, vt carnalem occidat & ſpiritualem viuificet intellectum. Ait ergo: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Si ſunt remiſſæ, quomodo tectæ, aut ſi tectæ, quomodo remiſſæ? Rurſus: Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die. Si tacet, quomodo clamat, aut ſi clamat, quomodo tacet? Tales quoque ſententias Chriſtus proponit in
Ioan.12 Euangelio: Qui amat animam ſuam perdet eam, & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit
Ioan.7 eam. Item: Mea doctrina non eſt mea.
Ioan.4 Et: In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Retrahit ergo à carnali, & ad ſpiritualem attrahit intellectum, quem accepit ab illo, qui etiam dat gal-
Iob.38 lo intelligentiam prudentiæ intellectus ab æuo.

Pſalmus iſte ſecundum trãslationem noſtram tredecim habet verſus, qui ad Trinitatis myſteriũ & legis decalogon referuntur, fidem & operationem ad beatitudinẽ neceſſarias exprimentes. Nam
Abac.2 iuſtus ex fide viuit, & fides ſine operibus
Iacob.2 mortua eſt. Porro, ſecundum aliã tranſlationem quatuordecim verſus habet, legem & Euangelium deſignantes, propter decem legis mandata & quatuor Euangelia, vt oſtendatur quod intellectus quem habet Dauid, id eſt, pœnitẽs in hoc Pſalmo, & Euangelio conſonat, & legi concordat. Quadripartitus autẽ eſt iſte Pſalmus. In prima parte pœnitẽs primo commendat in Deo miſericordiam & gratiam. Gratiã, ex qua Deus gratis vinculum culpæ diſſoluit, & miſericordiam, ex qua miſericorditer pœnę debitum dimittit, oſtendẽs quid inde prouenit, id eſt, beatitudo. Vnde pręmittit: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Et: Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum. Secundo reprehendit in ſe negligentiam & ſuperbiam. Negligentiam, ex qua peccata ſua diu male ſubticuit, & ſuperbiam, ex qua merita ſua diu male clamauit, oſtendens quid inde prouenerit, id eſt, inueteratio. Vnde ſubiungit: Quoniam tacui, inueterauerunt omnia oſſa mea, dum clamarẽ tota die. Tertio circa ſe vindictam exaggerat, qa manus domini aggrauata eſt ſuper eum: & miſeriam: quia cõuerſus eſt in ærumna, oſtendens quid inde ſequatur, id eſt, afflictio, quia configitur ſpina. Vnde ſubinſertur: Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. Commendans ergo gratiam & miſericordiam ita incipit.

PSALMI XXXI. QVI IN ordine eſt ſecundus pœnitentialium, Elucidatio.

Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Pſal.31

Beatitudinum alia eſt in via, & alia in patria. De iſta legitur: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. De illa dicitur: Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Beatitudo viæ conſiſtit in fide, beatitudo patriæ conſiſtit in ſpecie. Iſta conſiſtit in ſpe, illa conſiſtit in re. De iſta præmittitur: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. De illa ſubiungitur: Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum, nec eſt in ore eius dolus. Vnde loquendo de iſta, quæ habetur in via pręſenti, vtitur verbo pręſentis temporis dicens: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquita-

Beatitudinum, alia in via, alia in patria. Pſal.118 Pſal.83

ꝗuitates,& quorum tecta ſunt peccata.
Loquendo vero de illa, quæ habebitur
in vita futura,verbo futuri temporis vti-
tur dicens:Beatus vir cui non imputabit
Alia diuiuina alia humana dominus peccatum. Eſt præterea bea-
titudo diuina,quæ ſumma eſt & æterna,
& beatitudo mundana, quæ falſa eſt &
1.Tim.6 caduca. Illam habet, vt ait Apoſtolus,ſo
lus beatus & potens, qui ſolus habet
immortalitatem:iſtam autem habet,qui
temporalibus bonis abundat, de quo di
Pſal.143 cit Propheta: Beatum dixerūt populum
cui hæc ſunt:ſed qui beatum te dicunt, il
li te decipiunt.

Culparū aliæ originales, aliæ actuales. Culparum aliæ ſunt originales, quæ
contrahuntur,& aliæ actuales,q̄ cōmit-
tunt.De originalibus ait: Beati quorum
remiſſæ ſunt iniquitates. Et de actuali-
Actuales culpæ triplices bus addit: Quorum tecta ſunt peccata.
Cæterum actuales culpas diſtinguit in
peccata cogitationum, locutionum, &
actionum. De peccatis cogitationum
præmittit: Quorum tecta ſunt peccata.
De peccatis actionum ſubiungit: Bea-
tus vir cui non imputabit dominus pec
catum.De peccatis loquutionum anne-
Peccatorum differētiæ tres ctit:Nec eſt in ore eius dolus. Poteſt &
aliter diſtingui in iſta,vt per ea intelligā-
tur tres maneries peccatorum,videlicet,
originalium, venialium, & mortalium.
De originalibus ait: Beati quorum re-
miſſæ ſunt iniquitates.De venialibus ad
dit: Et quorum tecta ſunt peccata. De
mortalibus ſubdit: Beatus vir cui non
imputabit dominus peccatum. De ori-
ginalibus dicit quod remittuntur, de ve
nialibus,quod teguntur,de mortalibus,
quod nō imputantur beato viro:ſic no-
tans ſubtiliter & prudenter differentiam
inter illa. Originale nanque peccatum,
Peccatum originale & appellatur iniquitas, vt iniquitatis vo
cabulum priuatiuum ſit æquitatis. Ae-
Ezech.18 quitas autem eſt, vt filius non portet ini
quitatem patris,nec pater iniquitatem fi
lij,ſed anima quæ peccauerit, ipſa moria
tur. Originale vero peccatum filij non
committunt, ſed contrahunt à parenti-
bus,& tamē damnantur pro illis,vt di-
cere valeant: Patres noſtri comederunt
Hiere.31 vuam acerbam, & dentes filiorum ob-
ſtupuerunt. Et quia præter huiuſmodi
æquitatem originale peccatum punitur,
veriſimiliter iniquitas appellatur, quam

uis ex alia cauſa iuſta ſit eius pœna. Tūc Orig pec. quando intenſum
autem originale peccatum eſt intenſum
in homine,cum & ſecundum reatum,&
ſecundum actum exiſtit in illo,vt reatus
ad labem,& actus ad fomitem referatur.
Verum in baptizato labes mundatur,
ſed fomes relinquitur: quia tranſit rea-
tus & remanet actus, & ideo remiſſum
eſt poſt baptiſmum, quod āte baptiſmū
erat intenſum.Nam & ſi non ſit deletū,
quantum ad fomitem, eſt tamen deletū,
quantum ad labem,vt iam per illud ho-
mo non obligetur ad culpam,ſed exer-
ceatur ad luctam. Veniale

Veniale vero peccatum nō ſolum ha-
betur cum vitijs,verum etiam cum virtu
tibus exercetur: quoniam homo virtu-
tibus præditus, ſæpe committit veniale
peccatum. Homo autem cum ſpoliatur
virtutibus,tunc nudatur:quia veſtes ani
mæ ſunt virtutes, ſed in nudo macula
cernitur,quę tegitur ſub induto.Et ideo
quum quis indutus eſt charitate,quę eſt
veſtis nuptialis, ſub ea quidem quaſi te-
ctum exiſtit in illo veniale peccatum, vt
ita ſit, quaſi non obſit: quia quod in ca-
mino efficit aquæ gutta, hoc in charita-
te facit venialis offenſa:ſicut & leuis fœ
tor in ſuaui non ſentitur odore.Illi ergo
beati ſunt,beatitudine viæ, quorum re-
miſſæ ſunt iniquitates, id eſt, quorum
originales culpæ mitigatæ vel debilita-
tæ ſunt in baptiſmo,ne in hoc mortali
corpore dominētur:q̄niam & ſi non de
letæ ſunt quantum ad fomitem,propter
actum qui remanet, iam tamen deletæ
ſunt quātum ad labem,propter reatum
qui tranſit. Similiter beati ſunt illi bea-
titudine viæ,quorum peccata venialia
tecta ſunt, id eſt, charitatis operimēto
velata:quia charitas operit multitudi- 1.Petri.4
nem peccatorum, videlicet venialium, Tecta peccata
quorum tanta eſt multitudo, vt illi qui
perfecti ſunt in hac vita,non poſſint om
nino carere:ſed à charitate teguntur, vt
non oſtendantur per illa deformes,qui Peccata cogitationum
ſunt charitatis ſpecie informati. Quod
maxime poteſt de peccatis cogitatio-
num intelligi, quæ non exeuntes ad o-
pus,vmbraculo gratiæ teguntur in cor
de.Vel ſine diſtinctione iniquitates re-
miſſæ intelligantnr tecta peccata, quæ
ſic in baptiſmo tegūt,ſicut i mari rubro
(quod

Baptiſm⁹ mari rubro, Aegyptij peccatis comparantur.

(quod fuit figura baptiſmi) tecti ſuerũt Aegyptij, qui figurabant peccata, inſequentes Hebræos, id eſt, perſequentes virtutes, quæ duo ſibi inuicem aduerſantur. Nam ſicut mare rubrum texit & deleuit Aegyptios, ſic aquã baptiſmi tegit & delet originis culpam. Poſſunt & aliter intelligi tecta peccata, vt quia q̃d tegitur nõ videtur, illa peccata tecta ſint Deo, quæ non videntur ab eo. Deo nanque peccata videre, idem eſt quod punire, iuxta quod alibi dicitur: Auerte faciem tuam à peccatis meis. Deus autẽ peccata quæ tegere voluit, aduertere noluit, & quæ nõ aduertuntur à Deo, id eſt, quę non videntur, non puniuntur ab eo, cũ idem ſit ipſi peccata videre, quod illa punire. Vnde conſequenter adiungit: Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum. Vel iniquitates dicuntur, quæ fidem & baptiſmum præcedũt. Peccata vero, quæ poſt fidem & baptiſmum ſuccedunt. Illa ſicut debitũ quod gratis remittitur, ſine ſatisfactione aliqua remittuntur: quia baptiſmus & culpã remittit & pœnam. Iſta per ſatisfactionis ſtudium ſtudioſe teguntur, ne in iudicio reuelentur, in quo manifeſta fient occulta cordium, & aperta erunt abſcondita tenebrarum: vt hic tecta, ſint ibi detecta, & hic detecta, ſint ibi tecta. Nam ſi tu tegis, Deus detegit, & ſi tu detegis, Deus tegit. Vel iniquitas, peccatum & dolus, poſſunt diſtincte referri ad offenſam, quam quis committit in Deum, culpam quam committit in ſe, & noxam quam committit in proximum, ſecundum quod alibi dicitur: Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſte egimus, iniquitatem ſecimus. Ergo,

Pſal. 5 — Iniquitates quæ. peccata quæ — 1. Cor. 4 — Pſal. 105

imputauit ſpiritu.

Beatus vir cui non * imputabit dominus peccatũ, nec eſt in * ore eius dolus.

Mortale peccatum

Mortale peccatum quandoq; dimittitur, & quantum ad culpam & quãtum ad pœnam. Quandoq; dimittitur quantum ad culpam, ſed non omnino quantum ad pœnã. Porro, duplex eſt pœna, temporalis videlicet, & perpetua. Quandocunque dimittitur culpa mortalis, dimittitur & pœna perpetua. Sed quandoque mortalis dimittitur culpa, quod tẽporalis non dimittitur pœna: vt, ſi tanta non ſit contritio, quę ad deletionem ſufficiat vtriuſque: propter quod frequenter iniũgitur temporalis ſatisfactio pœnitẽti. Licet enim Nathan dixerit ad Dauid: Tranſtulit dominus peccatum tuum, prædixerat tamen: Vriam Ethæum peremiſti gladio, & vxorem eius accepiſti in vxorem. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum. Quum ergo imputare ſit etiam pœnam tenere, tunc non imputatur peccatum, quum non tenetur in pœnam, id eſt, quum ita dimittitur, vt pœna penitus relaxetur. Quod vtique fiet cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem: quia tunc abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum, & iam non erit luctus amplius, nec clamor, ſed nec vllus dolor: quoniã præterita tranſierunt. Vel de præterito, ille vir eſt beatus, cui non imputauit dominus peccatum, id eſt, qui cauit ſibi à criminali peccato, quod dominus imputat ad pœnam æternam. Et ideo non imputauit illi peccatum, quia iniquitates eius remiſit, & peccata texit. Quia vero non ſemper intelligitur in præſenti beatus, cui peccatum nõ imputabitur in futuro, vt ſi nunc ſit in illo peccatum mortale. quod tandem per pœnitentiam dimittetur, conſequẽter adiungit: Nec eſt in ore eius dolus. Ac ſi diceret manifeſtius: Ille vir eſt beatus, & ſi nondũ per ſpeciem, tãmen per fidem, cui dominus tandem non imputabit peccatum ad pœnam, & modo etiam non eſt dolus in ore eius, id eſt, excuſatio in peccatis. Quia modo pœnitens veraciter cõfitetur peccatum ſuum ad veniam, vt non excuſet ſe, ſed accuſet: qualis erat ille Nathanael, de quo dominus ait: Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Et ille humilis publicanus, qui dixit ad dominum: Deus propitius eſto mihi peccatori. Dolum enim habet in ore, qui ſe prædicat eſſe iuſtum, cum ſit iniuſtus: à quo dolo ille ſe reddit immunem, qui ſuum non excuſat, ſed accuſat exceſſum, vt tãquam vere pœnitens ſuum veraciter confiteatur peccatum. Alia trãſlatio habet in ſpiritu

2. Reg. 12 — Imputare quid — 1. Cor. 15 — Apoc. 7 — Dolus in ore quid — Ioan. 1

ritu, id eſt, in corde eius dolus non eſt.
Dolus triplex — Quoniam eſt dolus in corde, dolus in
ore, & dolus in opere. De primo dicitur:
Pſal. 32 — Dolos tota die meditabantur. De ſecun
1. Mach. 1 — do: Loquutus eſt verba pacifica in do-
Pſal. 54 — lo. De tertio: Non defecit de plateis eius
vſura & dolus. Omnes tamen ex corde
procedunt: vnde ad remouendum om-
nes dicit, quod non eſt in ſpiritu eius do
Dolus in bonã partem — lus. Accipitur tamen aliquando dolus
in bono, iuxta quod inquit Apoſtolus:
2. Cor. 12 — Quum eſſem aſtutus, dolo vos cepi. Eſt-
que dolus ille fallaciæ, hic vero pruden-
tiæ. Sicut & eſt fictio mala, de qua dici-
Sap. 1 — tur: Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet
Luc. vlt. — fictum, Et fictio bona, de qua dicitur: Ie
ſus finxit ſe longius ire. Item eſt quoque
Pro. 11 — ſimulatio mala, de qua Salomon ait: Si-
mulator ore decipit amicum ſuum, Et ſi
1. Reg. 21 — ſimulatio bona, qua Dauid ſe ſimulauit
inſanum coram Achis rege Geth. Domi
nus quoque diſſimulat pctã hominum
propter pœnitentiam.

Quia ergo non ſufficit, vt quis abſti-
neat à peccato, ne ſibi ad pœnam impu-
tetur à Deo, niſi hoc pure faciat, vt glori
am conſequatur æternam: cum & hypo
crita propter inanem gloriam declinet
à malo, q tamen beatus non eſt, ſed pror
ſus infelix, quoniã eſt in ſpiritu eius do-
lus, id eſt, fallacia fictionis. Ille ergo eſt
vel erit beatus vir, cui non imputabit do
minus peccatum, nec eſt in ore vel in ſpi
ritu eius dolus. Sed

Quoniam tacui inueterauerunt
non habet, omnia — ⁎**omnia oſſa mea, dum clama-**
rem tota die.

Mira ſententia, vt idem & tacuerit &
clamauerit tota die. Sed tacuit crimina
ſua, quæ poterat vere clamare, & clama-
uit merita ſua, quæ vere poterat tacere.
Tacuit crimina ſua, vt celaret, & clama-
uit merita ſua, vt iactaret. Tacuit vnde p
ficeret, & clamauit vnde deficeret. Ergo
& male tacuit, & male clamauit, & ideo
pœnitens interponit: Quoiam tacui in-
ueterauerunt oſſa mea, dum clamarem
tota die. Dicit hoc à ſimili hominis, qui
medico plagam occultat: quæ idcirco in
ueteratur, quoniam non curatur, & ideo
nõ curatur, quia occultatur. Sicut enim
ſanies ſub cute collecta, tumorem mul-
tiplicat, & dolorem, donec ea per aperti
onem educta, tumor ſedetur & dolor: i-
ta putredo peccati, ſub cordis latibulo
congregata inflat animum & perturbat,
donec ipſa per confeſſionẽ eiecta, infla-
tionis & perturbationis moleſtia peni-
tus mitigetur. Ex qua profecto non ſo-
lum ſpiritus hilareſcit, ſed & corpus io-
cundatur, vt iam alleuiatum ſe ſentiat,
ingenti prius pondere prægrauatus. Li-
cet ergo generaliter ſit tacendum ab om — Tacẽdum à quibus non ſit
ni verbo quod nocet, tacendum tamen
non eſt à confeſſione peccati, ſicut hic
dicitur: Quoniam tacui inueterauerunt
oſſa mea. Neque à laude Dei, ſicut alibi
legitur: Si homines tacerent, lapides cla — Lucæ. 19
marent. Nec etiam à reprehenſione ini-
quitatis, dicente propheta: Væ mihi — Eſa. 6
quia tacui, quia vir pollutis labijs ego
ſum. Sed neque à prædicatione verita-
tis, eodem propheta teſtante: Propter Si — Eſa. 62
on non tacebo, & propter Hieruſalem
non quieſcam: niſi forte ſint canes, aut
porci qui audiunt. De qbus Veritas ait,
Nolite ſanctum dare canibus, neq; mar — Matt. 7
garitas mittite ante porcos. Vnde Pſal-
miſta dicebat, Poſui ori meo cuſtodiã, — Pſal. 38
quum conſiſteret pctõr aduerſum me,
obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bo
nis. Et ideo Salomon ait: Eſt tempus ta-
cendi, & tempus loquendi.

Certe Phariſæus ille tacuit, dum cla-
maret, qui aſcendens in templum vt ora
ret, ſupprimebat pctã, & merita expri-
mebat, Gratias, inquiens, tibi ago domi — Lucæ. 16
ne, quod non ſum ſicut cæteri hominũ,
raptores, iniuſti, adulteri, aut etiã vt hic
publicanus: ieiuno bis in ſabbato, deci-
mas do omnium quæ poſſideo. Publica
nus autem à longe ſtans, nolebat nec
oculos ad cœlum leuare, ſed percutie-
bat pectus ſuum dicens, Deus propitius
eſto mihi pctõri. Ecce publicanus tace-
bat merita & clamabat pctã. Quamob-
rem domino teſte deſcendit hic iuſtifica
tus in domum ſuam ab illo. Tacui eti-
am ore celaudo delictum, dum clama-
rem opere frequentando peccatum. Tũc
enim peccati clamor aſcendit, quum im
pius perpetrata frequentat. Iuxta quod
dominus ait, Clamor Sodomorum a- — Gen. 18
ſcendit coram me. Fruſtra enim quis ſa
tagit occultare, q̃d frequentare nõ ceſſat.
Verum

Verum nonnulli gloriantur quum maleſecerint, & in rebus peſſimis exultant, peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicantes.

Clamor triplex

Plurimæ autem ſunt diuerſitates clamorum, tam in bono, quā in malo, quæ leguntur in ſcripturis diuinis: ſed omnes referuntur ad tres, videlicet cordis, oris, & operis. De clamore cordis dicit Pſalmographus: Ad te clamaui dum anxiaretur cor meum. Et Apoſtolus: In quo clamamus, Abba pater. De clamore oris dicit Pſalmiſta: Ad ipſum ore meo clamaui, & exultaui ſub lingua mea. Et propheta: Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. De clamore operis dominus ait: Deſcendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Et alibi: Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Quid autem prouenerit ex vtroque, taciturnitate & clamore, interponit & ait: Inueterauerunt omnia oſſa mea dum clamarem tota die. Oſſa, id eſt, anima, ſcilicet vires interiores. Sicut enim homo exterior, id eſt, corpus quum inueteratur deficit à virtute, ſic omnis fortitudo interioris hominis, id eſt, animæ, quam deſignant oſſa (quia ſicut oſſa ſunt infra carnem, & illam ſuſtētant, ſic infra corpus eſt anima, illudque gubernat) ex pc̄ti deficit vetuſtate. Sed quoniam vexatio tribuit intellectū, ſubiungit & ait:

Pſal. 6 Rom. 8 Pſal. 65 Eſa. 58 Gen. 18 Gen. 4 Oſſa quid

Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, conuerſus ſum in ærumna mea dū configitur ſpina.

Dies & nox multipliciter accip. Gen. 1 Eſa. 62

Dies & nox accipiūtur multipliciter in ſcripturis, videlicet, lux & tenebrę. Vnde: Appellauit Deus lucem diem, tenebras vero noctem. Proſperitas & aduerſitas. Vnde: Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die ac nocte non tacebunt laudare nomen domini. Veritas & ignorantia. Vnde: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Prudentia & ſimplicitas. Vnde: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam. Iuſtitia & iniqtas. Vñ: Si qs ambulauerit in die non offendit, quia lucē huius mundi videt: ſi quis autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non eſt in eo. Multis autem & aliis modis accipiuntur noctes & dies, de quibus longum eſſet ſingulatim ſupponere exempla. Verum per diem & noctē in hoc loco poſſunt intelligi claritas & obſcuritas, vt talis ſit ſenſus: Quoniam die ac nocte, hoc eſt, in manifeſto & occulto, manus tua, id eſt, correctio tua, grauata eſt ſup me, hoc eſt, grauiter me afflixit: more prudētis medici, cuius manus, cum neceſſitas exigit, vrit & ſecat, vt curet & ſanet. Idcirco in hac ærumna, id eſt, in hac graui afflictione, conuerſus ſum ad te medicum meum, dū ſpina timoris & rationis configitur menti, vt conſcientia puncta pro peret ad ſalutem. Quia pars ſuperior rationis, quę ſynderęſis appellatur, ſemper pungit & ſtimulat, id eſt, contradicit, & murmurat contra peccatum, dum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, quamuis in hoc conflictu ſæpe ratio ſenſualitati ſuccumbat.

Rom. 13 Pſal. 18 Ioan. 11 Gal. 5

Spina qd

Poteſt tamen per ſpinam intelligi culpa, quæ pūgit, vulnerat, & cruentat. Pungit in cogitatione, vulnerat in conſenſu, cruentat in actu: quia tunc ſanguis foras educitur, quum culpa, quæ per ſanguinem deſignatur, ſecundum illud: Sanguis ſanguinem tetigit, ad exteriorem actum progreditur. Vt ſit ſenſus: Quoniam die ac nocte, id eſt, aſſidue, manus tua, id eſt, vindicta tua, grauata eſt ſuper me, id eſt, grauiter me afflixit & percuſſit, cōuerſus ſum in ærumna, hoc eſt, effectus ſum ærumnoſus, videlicet infelix & miſer, dum ſpina configitur, id eſt, dum culpa vſq; ad conſenſum & actum producitur: quia tunc ſpina configitur, quum plagam infligit. Vel ſecundum aliam literam: Dum confringitur ſpina, id eſt, dum humiliatur ſuperbia: quæ ſic in ſpiritu eleuat cor, ſicut ſpina in dorſo erigit corpus: cuius fractio nō humiliat ad interitum, ſed erigit ad ſalutem.

Oſee. 4

Spinę mul tiplices

Sunt ergo ſpinæ quæ pungunt, ſunt quæ muniunt, & iſtę ſunt bonæ. Sunt & ſpinæ quæ ſuffocant, & ſpinæ quæ permōt, & illæ ſunt malæ. Spinæ q̄ pungūt, ſunt timor Dei & aduerſitas ſeculi. De illis dicitur: Conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina. De iſtis legitur:

tur :Ecce ego ſepiã vias tuas ſpinis. Spi-
næ q̃ muniunt, ſunt ſolicitudinis ſtudi-
um & virtutis exemplum. De illis dici-
Eccl.28 tur:Sepi poſſeſſionem tuam ſpinis. De
iſtis legitur:Sepi aures tuas ſpinis & no-
Lucæ.8. li audire linguam nequam. Spinæ quæ
ſuffocant ſunt occupatiões ſeculi, & mo
tus illiciti. De illis legitur:Simul exortæ
Gen.3 ſpinæ ſuffocauerunt illud. De iſtis dici-
tur:Spinas & tribulos germinabit tibi.
Spinæ quæ perimunt ſunt culpæ morta
les, & hæreticæ prauitates. De illis dici-
Pro.29 Matt.7 tur:Spinæ & tribuli naſcuntur in mani-
bus temulenti. De iſtis legitur. Nũquid
Pro.35 colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis
ficus: Ergo viæ iuſtorum ſine offendicu
Cant.2 lo:iter autem impiorum quaſi ſepes ſpi-
narum. Et ſicut lilium inter ſpinas, ſic a-
mica mea inter filias.

Sane multa ſunt quibus ſe pœnitens
aggrauatum oſtendit. Fortitudo videli-
cet aggrauantis, quum ait: Manus tua.
Magnitudo grauaminis, quum ſubiun
git:Grauata eſt ſuper me. Aſſiduitas gra
uandi, cũ addit:Die ac nocte. Infirmitas
aggrauata, cum dicit:Conuerſus ſum in
ærumna. Et aculeus grauitatis, quum in
fert:Dum configitur ſpina. Manus au-
Manus domini multiplex tem domini diuerſa circa nos gerit offi
cia. Quandoque creantis:Vnde Manus
Iob.10 tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me;
Eſa.5 Quandoque minantis. Vnde: Adhuc
manus tua extenta. Quandoque percu-
Iob.19 tiẽtis. Vnde: Manus domini tetigit me,
Eſa.49 Quandoque protegẽtis. Vnde:Sub vm-
Eſa.44 bra manus ſuæ protexit me. Quandoq;
Pſal.144 largientis. Vnde: Aperis tu manum tu-
am & imples omne animal benedictio
ne. Sequitur.

Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſticiam meam non operui.

abſcõdi. Confeſſionem ſuam ſex dotibus cõmẽdat

In hac ſecunda parte ſuam confeſſio-
nem commendat, oſtẽdens eam eſſe per
fectam, cautam, humilem, diſcretam, de
uotam, & efficacem.

Perfectam, quia & confitetur delicta,
& confitetur peccata. Vnde: Delictum
meum cognitum tibi feci. Cautã, quia
nõ ex caſu fortuito, ſed ex certo propo
ſito confitetur. Vnde:Dixi, confitebor
iniuſtitiam meam domino. Humilem,
quia non gloriatur, excuſando pecca-
tũ, ſed humiliatur, accuſando ſeipſum.
Vnde: Cõfitebor aduerſum me. Diſcre
tam, quia non commemorat alienam
offenſam, ſed pronunciat ſuam culpam.
Vnde:Pronunciabo iniuſtitiam meam.
Deuotam, quia non eam indifferenter
cuilibet homini, ſed reuerenter pronun
ciat ipſi Deo. Vnde pronunciabo eam
domino. Efficacem, quia non pronun-
ciauit eam in vanum, ſed ad magnum
profectum. Vnde:Et tu remiſiſti iniqui
tatem cordis mei. Ergo delictum meum
cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam
non operui : Hic ſcribitur diapſalma:
quia quum primo egiſſet de gratia, per
quam remittuntur iniquitates & tegun
tur peccata, ne imputentur ad pœnam:
& ſecundo egiſſet de culpa, per quã pec-
cata tacentur, & merita exclamantur, vn
de oſſa inueteraſcunt:& tertio egiſſet de
pœna, ſecundum quam manus domini
aggrauatur, & ſpina configitur, vn-
vnde peccator conuertitur in ærumna:
nunc quaſi diuidens, & diſtinguens, ſin
gulorum rationes exponit, incipiẽs pru
denter à medio, vt competentius coniũ-
gat extrema. Ac ſi dixiſſet apertius:Quo
niam tacui inueterauerunt oſſa mea, dũ
clamarem tota die. Idcirco delictum me
um cognitum tibi feci, & iniuſtitiam
meam non operui: ſed dixi, confitebor
aduerſum me iniuſtitiam meam domi-
no, & tu remiſiſti impietatem cordis
mei: & quoniam beati ſunt quorum re-
miſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta
ſunt peccata : et quoniam beatus vir, cui
non imputabit dominus peccatum, nec
eſt in ore eius dolus : ideo pro hac ora-
bit ad te omnis ſanctus, in tempore o-
portuno. Veruntamen in diluuio aqua-
rum multarum ad te non approxima-
bunt. Quoniam autem die ac nocte gra
uata eſt ſuper me manus tua, conuerſus
ſum in ęrumna mea, dum configitur ſpi
na. Ideo tu es mihi refugium à præſſura,
quę circundedit me, exultatio mea, erue
me à circundantibus me : quia tu parcis
& ſanas, tu mortificas & viuificas, tu de
ducis ad inferos & reducis. Ergo deli-
ctum meum cognitum tibi feci, & iniu- 1.Reg.2
ſtitiam meam non operui.

Eſt operimentum naturæ, operimen

 tum

Operimẽtum multiplex tũ ſcripturę,operimentũ gratię,opimen
tu pœnitẽtię,opimentum cõſcientię,opi
mentũ culpę,opimentũ gehẽnę. De pri-
Lucæ,12 mo:Nec Salomõ in om̃i ſua gloria coo-
pertus eſt ſicut vnũ ex iſtis.Et:Sicut op-
Pſal.101 toriũ mutabis eos & mutabunt. De ſecũ
1.Cor.4 do:In his qui pereũt Euangeliũ eſt oper
Exo.26 tum.Et:Cortinæ factæ ſunt ad operien
dum tabernaculum Dei, de hyacintho,
purpura,cocto bis tincto,ac byſſo retor
ta,opere polymitario. De tertio:Chari-
1.Pet.4 tas operit multitudinem peccatorũ.Et:
Operuiſti peccata eorũ.De quarto: Ope
Pſal.68 rui in ieiunio animam meam. Et:Operi
Pſal.70 antur confuſione & pudore, qui quæ-
runt mala mihi.De quinto : Vas quod
Num.19 non habet operculum eſt immundum.
De ſexto:Operti ſunt iniquitate & im-
Pſa.72 pietate ſua.De ſeptimo : Vadam & non
Iob.10 reuertar ad terrã tenebroſam & opertã
mortis caligine. Eſt præterea operimen
tum corruptionis, de quo legitur: Ver-
Iob.21 mes operient eos.Operimentum confu
ſionis, de quo dicitur: Operiantur ſicut
Pſal.108 diployde confuſione ſua. Operimẽtum
mortis,de quo ſcribit:Operuit nos vm-
Pſal.43 bra mortis. Et operimentum ornatus,
Ezech.48 de quo ad Luciferum dicitur: Omnis la
pis precioſus operimentum tuum. Ex
his poteſt trahi ſimilis de tecto diſtin-
ctio,ad id quod prædictum eſt de tectis
peccatis. Inter delictum & peccatum
Delictum & peccatum differunt diſtinguitur:quia delictum in omitten-
do,peccatum in committẽdo conſiſtit.
Delictum enim eſt,non agere faciendũ,
& peccatum eſt facere non agendum.
Ad delictum pertinet negligentia, quæ
faciendum omittit: & ad peccatum per-
tinet iniuſtitia,quæ non agendum com
mittit.Quia ergo pœnitens iſte tacendo
deliquerat & clamando peccauerat, id-
circo nũc dicit:Delictum meum cogni-
tum tibi feci,quia deliqui tacendo:& in
iuſtitias meas non operui, quia peccaui
clamando:patenter oſtendens,quod de
bet pœnitens confiteri delicta pariter &
peccata, cum quandoque delictum ſit
grauius quam peccatum.Nam & in Le
Leuit.4 uitico diſtincte præcipitur,vt offeratur
ſacrificium pro delicto & pro peccato.
Sed dices:Quũ Deus ſciat oia,etiã anteq̃
fiant,tanq̃ præſcius omnium & conſci-
us ſingulorũ,qd eſt,ꝙ iſte pœnitens di-
cat deo:Delictum meũ cognitũ tibi feci,
tanq̃ illud prius deo fuerit abſcõditum,
ſed poſtea ꝑ eius confeſſionẽ factũ Deo
ſit notũ.Sciendũ eſt ergo, q̃d quandoq;
ſciens ſcienti,quandoq; neſciens neſci-
enti,quandoq; neſcienti ſciens, & quan
doq; ſcienti neſciens aliqd notum facit.
Quum enim duo aliquid ſciunt, ſed al-
ter alteri ſuper eo ſuam conſcientiam a-
perit, tunc ſciens ſcienti illud cognitũ
facit.Quum autem duo idem ignorant,
ſed qui non intelligit, dicit illud ei, qui
ſtatim auditum intelligit, tunc cognitũ
illud facit neſciẽs neſcienti. Ex duobus
his membris intelligi poſſunt reliqua
duo membra.Pœnitens ergo peccatum Delictum Deo cognitũ facere,quid.
vel delictum ſuum dicitur cognitum fa
cere Deo,quando per confeſſionem a-
perit ſuper illo conſcientiam ſuam Deo,
vt quod prius volebat abſcondi modo
ſtudeat* confiteri.Ne quis ergo perperã reuelari.
intelligeret,quod delictum ſuum dixe-
rat ſe feciſſe cognitum Deo, tanq̃ Deus
illud neſciſſet,donec ipſum ei pœnitens
reuelaſſet,determinando ſubiungit: In-
iuſtitias meas non operui,ſed dixi,con-
fitebor : oſtendens quod idem eſt deli-
ctum Deo cognitum facere, quod iniu-
ſtitiã non abſcõdere,ſed potius cõfiteri.
Ait igitur:Iniuſtitias meas non operui,
ſed potius aperui, vt tu operires:detexi,
vt tu contegeres:cognoui, vt tu ignoſce
res. Et ideo

Dixi,* pronunciabo aduerſum cõfitebor.
me iniuſtitiã meam domino,&
tu remiſiſti iniquitatem * cordis peccati.
mei,

Eſt confeſſio peccatoris, confeſſio Confeſſio triplex.
laudatoris,& confeſſio aſſertoris.De pri
ma dicit Iacobus : Confitemini alteru- Iaco.5
trum peccata veſtra, & orate pro inui-
cem, vt ſaluemini. De ſecunda Domi-
nus ait : Confiteor tibi domine pater Matt.11
cœli & terræ. De tertia dicit Ioannes:
Confeſſus eſt,& non negauit,& confeſ Ioan.1
ſus eſt,quia nõ ſum ego Chriſtus. Quo
libet iſtorum modorum quidam bene
confitentur,quidam male. Bene Dauid, 2.Reg.12
qui quum dixiſſet: Peccaui,ſtatim audi
uit: Et dominus tranſtulit peccatũ tuũ.

Male

Matt.27 Male Iudas, qui cum dixiſſet: Peccaui
tradens ſanguinem iuſtum, ſtatim abijt
Pſal.74 & laqueo ſe ſuſpendit. Item bene confi-
Pſal.48 tentur illi qui dicunt: Confitebimur ti-
bi Deus, confitebimur, & inuocabimus
nomen tuum. Male confitentur illi, de
quibus dicitur: Confitebuntur tibi, cũ
benefeceris eis. Si vero non fuerint ſatu
ruti, murmurabunt. Rurſus bene confi-
Lucæ.12 tentur illi, de quibus dicitur: Qui me cõ
feſſus fuerit coram hominibus & ego
confitebor eum coram patre meo. Ma-
le vero confitentur illi, de quibus dici-
Tit.1 tur: Confitentur ſe noſſe Deum, factis
autem negant,

Pœnitẽti vt iuſtifi cetur neceſſaria quę Iſta ſane peccatori ſunt neceſſaria, vt
vere pœnitens iuſtificetur à domino, vi-
delicet, vt conuertatur & recedat à ma-
lo. Vñ: Cõuerſus ſum in ærũna mea, dũ
configitur ſpina: quia per malum pœ-
næ receſſi à malo culpæ. Vt conpunga-
tur & doleat de commiſſo. Vnde: Confi
gitur ſpina: quia ex pœnitentia pungi-
tur conſcientia. Vt corde recognoſcat &
confiteatur offenſas. Vnde: Delictũ me
um cognitum tibi feci, & iniuſtitiã me-
am non operui. Vt proponat & ore ſuo
pronunciare peccatum. Vnde: Dixi, pro
nunciabo aduerſum me iniuſtitiam me
am domino. Et ſic adeſt remiſſio pecca-
torum. Vnde: Tu remiſiſti impietatem
cordis mei. Non ait de præterito: Pro-
nũciaui, & de futuro: Remittes, ſed e cõ
uerſo, de futuro dicit: Pronunciabo, &
de prȩterito: Remiſiſti, vt patenter oſten
dat, quod peccatum prius remittiẽ per
compunctionem cordis à Deo, quam
pronuncietur per confeſſionem oris ab
homine. Vnde patet, quod non eſt intel
ligendum hoc de interiori confeſſione,
quæ corde fit Deo, ſine qua peccatum
nunquam remittitur, ſed de exteriori
confeſſione, quæ ore fit homini, ſcilicet
ſacerdoti, quæ ſæpiſſime ſequitur remiſ
ſionẽ peccati. Sed forſan oppones: Quid
ergo neceſſe eſt peccatum confiteri, ſi iã
eſt omnino remiſſum? Profecto, ne rede
at per contemptum: quia prȩceptum eſt,
Iacob.5 quod præterire non licet: Confitemini
alterutrum peccata veſtra. Præceptum
Leuit.13 etiam eſt in Leuitico, vt vir in cuius cute
varius color apparet, veniat ad ſacerdo-
tem & oſtendat ſe illi. Per quod datur in
telligi, quod peccati confeſſio (quæ per
lepram deſignatur) facienda eſt ſacerdo
ti. Hoc ipſum innuitur per id quod iu- Leuit.4
betur, vt vitulus adducatur ad oſtium
tabernaculi, & coram domino immole-
tur. Poſt culpam quoque remiſſam ne-
ceſſaria eſt ſatisfactio, cuius pars eſt non
minima pudoris confuſio, quam ſuſti-
net in confeſſione peccator. Ergo dixi
corde, confitebor ore. Dixi, præteriti eſt
tẽporis: quia dicere corde pcedit remiſſi-
onẽ pcti. Dixi ergo, nõ tanq̃ impuidus
& incautus, & caſu fortuito, ſed tanquã
prouidus & diligens, ex certo propoſi-
to, id eſt, deliberaui, ſtatui, & propoſui
hoc, ſcilicet: Confitebor. Sed cõtra quẽ?
Aduerſum meipſum. Cui? Domino, co
ram eius vicario, videlicet ſacerdote.
Quid? Iniuſtitias meas, à meipſo cõmiſ-
ſes. Quare? Quia tu ſolus potes dimitte-
re peccata, & remiſiſti iniquitatem cor-
dis mei. Licet enim quædam iniquitas
per actũ corporis committatur, princi-
paliter tamen per affectum cordis com-
mittitur. Iuxta quod veritas ait: De cor- Matt.5
de exeunt cogitationes malæ, homici-
dia, adulteria, fornicationes, furta, falſa
teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ
coinquinant hominem. Et ideo morta
le peccatum impietatem cordis appel-
lat.

Porro, ſunt quidam qui peccatum v- Quidã peccatum in proximũ, diabolum vel Deum reijciunt
tique confitentur, non tamen aduerſus
ſe, quia retorquent illud in proximum,
vel in diabolũ vel in Deũ, ſicut primi pa-
rentes: Mulier, inquit Adam, quam dedi
ſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno &
comedi. Eua quoque reſpondit: Serpẽs
decepit me & comedi. Quidam vero de- Quidã in fatum
putant illud fato, vel euentui, aut natu-
ræ, ſicut quidam hȩretici, mentientes du
as naturas eſſe in homine, vnam bonam
ſecundum ſpiritum, quam dicunt à bo-
no Deo lucis autore eſſe: alteram vero
malam ſecũdum * carnem, quam dicunt corpus.
eſſe malam, à malo Deo, principe tene-
brarum. Vel ſicut alij mentiuntur, dicen Quidã in ſtellas
tes ex diſpoſitione ſtellarum, quam con
ſtellationem appellant, omnia inferiora
tontingere. Alijs prorſus fatuis aſſeren Alij in caſum
tibus, quod omnia caſu contingunt, v-
niuerſis tamen de vanitate conuenienti
bus in idipſum: quoniam arbitrij peri-

 munt

munt libertatem, cum ad caſum ſufficiat ſibi homo: quia ſolus præcipitare poteſt ſeipſum, ſed iam confractus ex caſu, non poteſt per ſeipſum ſurgere ſolus, ſed alio indiget adiutore. Dicat ergo: Ego ſum qui peccaui, ego qui ſtulte egi, ſed tu domine miſerere mei, ſana animā meam, quia peccaui tibi: etiam cum perſuadenti conſenſi, qui debui diſſentire. Vnde recte pœnitens iſte ait: Pronunciabo iniuſtitias meas domino. Quaſi diceret, non alienas ſed proprias: quia licet interdum ſuggerente alio, ſemper tamē eo conſentiente geruntur. Caue tamen prudenter, ne ſic tua confitearis peccata, vt aliena reueles: ne forte cum adulterium confiteris, prodas eam, cum qua adulterium ipſum commiſiſti: quia non alienas, ſed tuas debes iniuſtitias confiteri. Sed dices, quid ſi peccator non poſſit exprimere circunſtantiam culpæ, ſine deſignatione perſonæ: puta, ſi filius cum matre deteſtabilem perpetrarit inceſtum. Faciet ergo quod poteſt, vt ſic ſuam exprimat culpam, vt ſupprimat alienam offenſam: ſed non ſic alienam ſupprimat offenſam, vt ſuam non exprimat culpam: maxime coram idoneo ſacerdote, videlicet, diſcreto & honeſto, qui prodeſſe poſſit, obeſſe non poſſit.

Tu ergo peccator quantiſcunque ſis criminibus aggrauatus, ne dubites aut formides ea domino confiteri, tanquam confeſſus in iudicio condemnari debeas pro conuicto: quia ſecius eſt in diuino iudicio, quam humano. Qui enim coram Deo ſeipſum accuſat, Deus illum excuſat: & qui coram Deo ſeipſum excuſat, Deus illum accuſat. In humano quippe iudicio, quum reus peccatum confitetur, iudex inſtruitur. In diuino vero iudicio, quum reus confite- Ezech. 18 tur peccatum, Deus obliuiſcitur. Nam quacunque hora peccator conuerſus fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius, ait dominus. In illo iudicio cum reus confitetur peccatum, damnatur: In iſto vero iudicio quum reus confitetur peccatum, abſoluitur. Propter quod dicit: Dixi, pronunciabo aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Dic ergo iniquitates tuas, vt iuſtificeris: quia iuſtus in principio ſermōis accuſator eſt ſui. Et: Qui ab- Pro. 18 ſcōdit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit & dimiſerit ea, miſericordiam conſequetur: ſicut Dauid, qui 2. Reg. 12 quum dixiſſet: Peccaui, ſtatim audiuit à Nathan Propheta: Tranſtulit dominus à te peccatum tuum. Vnde alius merito clamabat ad dominum: Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi, conuerſus eſt furor tuus & cōſolatus es me. Verum non omnis confeſſio talis eſt. Nam eſt confeſſio miſerabiliter deſperantis, vt Iudæ, qui dixit: Peccaui, tradēs Matt. 27 ſanguinem iuſtum, ſed abijt & laqueo ſe ſuſpendit. Cain quoque dixit ad do- Gen. 4 minum: Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear: qui vagus eſt & profugus abijt ſuper terram. Et eſt cōfeſſio fallaciter ſimulātis, vt Saulis, qui quum dixiſſet ad Samuelem: Peccaui, quia præuaricatus ſum ſermones domini, timēs populum: ſed nunc quæſo porta peccatum meum. Ait Samuel ad Saulē: Quia 1. Reg. 15 proieciſti ſermonem domini, proiecit te dominus. Et eſt confeſſio inutiliter lamētantis, vt eorum qui talia in inferno Sap. 5 dicturi ſunt: Errauimus à via veritatis, & lumen iuſtitię non luxit nobis. Quid profuit nobis ſuperbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Tranſierunt illa omnia tanquam vmbra, & nos in malignitate noſtra cōſumpti ſumus: quia ſpes impij tanquam lanugo eſt, quæ à vento diſpergitur in procella. Humilis autem & vera confeſſio illa eſt ſalutifera illa, de qua protinus ſubditur.

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

In hac tertia parte commendat remiſſionem peccatorum, per quam iuſtificatur impius, & ſanctificat iniquus: diſtinguēs inter dñm ſanctificantē & ſerui ſanctificatū: inter cauſā ſanctificādi &

& tempus ſanctificationis, quum ait:
Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tē
pore opportuno. Satis enī apparet quis
orat, quoniam omnis ſanctus, videlicet
ſeruus ſanctificatus: & ad quem orat,
quoniam ad te, videlicet dominum ſan
ctificantem: et quare orat, quia pro hac,
id eſt, pro impietatis remiſſione, quę ſan
ctificationis eſt cauſa: & quando orat,
quia in tempore opportuno, id eſt, in vi
ta pręſenti, quę ſanctificandi opportuni
tatem impendit.

Duplex ſanctitatis vtilitas — Conſequenter autem adiungitur du
plex ſanctitatis vtilitas: vna in futuro,
quoniam in diluuio aquarum multa-
rum ad eum non approximabunt, id
eſt, ad ſanctum: & altera in pręſenti, quo
niam tu, inquit ſanctus ad dn̄m, refu-
gium meum, à præſſura quæ circunde-
dit me. Quaſi dicat: In futuro eripies ab
anguſtia, & in præſenti ſanctum prote-
ges à preſſura. Pro hac igitur, id eſt, re-
miſſione peccati, vel impietate tollēda,
orabit ad te omnis ſanctus, in tempore
opportuno. Quia nullus eſt adeo ſan-
ctus in vita præſenti, qui omnino care-
1. Ioan. 1 at peccato. Nam ſi dixerimus quia pec-
catum non habemus, ipſi nos ſeduci-
mus, & veritas in nobis non eſt. Ergo
quilibet in hac vita quantumlibet ſan-
ctus, indiget remiſſione peccati. Et ideo
pro hac orabit ad te omnis ſanctus in
tēpore opportuno, id eſt, dum tempus
opportunum exiſtit ad remittēda pecca
ta, videlicet præſens vita. Propter quod
Eſa. 55 alibi dicitur: Quærite dominum dum
inueniri poteſt, inuocate eum, dum pro
pſal. 144 pe eſt: quia prope eſt dominus omni-
bus inuocantibus eum in veritate. Ad-
huc, inquit, te loquente, dicam: Ecce ad-
ſum. In alia quippe vita inutiliter orat,
qui non orat vtiliter in hac vita: quem-
admodum diues ille ſepultus in infer-
Lucæ. 16 no, quum clamaſſet: Pater Abraham mi
ſerere mei, & mitte Lazarum, vt intin-
gat extremum digiti ſui in aquam, & re
frigeret linguam meam, quia crucior in
hac flamma. Dixit illi Abraham: Fili re-
cordare quia recipiſti bona in vita tua,
& Lazarus ſimiliter mala: nunc autem
hic conſolatur, tu vero cruciaris. Et in
his omnibus inter nos & vos chaos ma
gnum firmatum eſt. Fatuæ quoque vir-
gines clamabant dicentes: Dn̄e dn̄e ape Matt. 25
ri nobis. Quibus dominus reſpondit:
Amen dico vobis, neſcio vos.

Verum & ſi pro hac oret ad te omnis
ſanctus in tēpore opportuno: illi tamen
qui ſunt in diluuio aquarum multarū,
id eſt, in fluxu carnalium voluptatum,
de quibus legitur, Aquæ furtiuæ dul-
ciores ſunt cæteris: vel in confuſione di-
uerſarum ſectarum, de quibus dicitur,
Qui emittit aquas caput eſt iurgiorum,
non approximabunt ad eum, id eſt,
Deum, hoc eſt, ad te, mutata perſona, ſi-
cut alibi legitur: Domini eſt ſalus & ſu-
per populum tuū benedictio tua. Quia
tales indigni ſunt, vt domino appropin
quent. Vel ipſe aquæ non approxima-
bunt ad eum, id eſt, ad ſanctum: quia a-
quæ multæ non poterunt extinguere
charitatem, ſicut non approximarunt
aquæ ad Noe in diluuio: quia in iudi- Gen. 7
cio vir ſanctus à pœnis & anguſtijs erit
tandem immunis. Quaſi dicat: Licet in
hoc ſeculo vir ſanctus non careat omni
culpa, vnde orat pro hac, id eſt, ꝓ remiſ-
ſione impietatis, in diluuio tamen aqua
rum multarum, ad eum non approxi-
mabunt: quia tunc eum extrema confu
ſio non tenebit. Heu quot merguntur,
demerguntur, & ſubmerguntur in iſtis
diluuijs. Propterea clamandum eſt cum
Propheta: Saluum me fac Deus, quoni- pſal. 68
intrauerunt aquæ vſque ad animam me
am: infixus ſum in limo profundi, &
non eſt ſubſtantia, veni in altitudinem Diluuium in bonam & malam partem accipitur
maris, & tempeſtas demerſit me. Dilu-
uium autem non ſolum accipitur in
malo, ſecundum illud: Perdam aquis di Gen. 6
luuij omnem carnem, quod intelligen-
dum eſt de mortali peccato, vel finali iu
dicio: ſed etiam in bono, ſecundum il-
lud: Dominus diluuiū inhabitat, quod
intelligendum eſt de ſacramento rege-
nerationis humanæ, vel de profundo
diſpoſitionis diuinæ. Aqua enim mul- Aqua multis accipitur modis
tis modis accipitur in ſcripturis diui-
nis. Nam eſt aqua naturæ, doctrinæ, ſa-
pientiæ, gratiæ, culpæ, pœnæ, miſeriæ.
De aqua naturæ legitur: Spiritus domi- Gen. 1
ni ferebatur ſuper aquas. Et, Aquæ, quę pſal. 148
ſuper cœlos ſunt, laudent nomen do-
mini. De aqua doctrinæ dicitur: Tene- pſal. 17
broſa aqua in nubibus aeris. Sed eſt a-

qua peruerſæ doctrinæ, de qua legitur:
Qui emittit aquas, caput eſt iurgiorum.
Et aqua doctrinæ ſanæ, de qua dicitur:
Aquas tuas in plateis diuide. Poſſunt
4.Reg.2 tamē peruerſæ aquæ ſanari, iuxta illud:
Sanaui aquas has, & non erit mors in
Eccl.15 eis vltra neque ſterilitas. De aqua ſa-
pientię legitur: Aqua ſapientię ſalutaris
Exo 12 potabit illum, quod dicitur ad differen
tam ſapientiæ ſecularis, de qua præcipi-
Ioan.4 tur: Nō comedetis ex eo crudum quid,
nec coctum aqua, ſed aſſatum tantum
igne, De aqua gratiæ dominus ait: Qui
biberit ex aqua, quam ego dabo ei,
fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam
Gen.49 æternam. De aqua culpæ dixit Iacob ad
Pſal.65 Ruben: Effuſus es tanquam aqua, non
creſcas. De aqua pœnæ dicitur: Tranſi-
uimus per ignem & aquam, & induxi-
Pſal.68 ſti nos in refrigerium. De aqua miſeriæ
legitur: Intrauerunt aque vſque ad ani-
mam meam. Et ſunt iſtæ miſeriæ vel an-
guſtiæ, non ſolum temporales & tranſi-
torię, verumetiam interminabiles & per
petuæ, de quibus legitur: Submerſi ſunt
Iob.24 tanquam plumbum in aquis vehemen-
tibus. Et: Tranſibunt de aquis niuium
Ioan.7 ad calorem nimium. Præterea ipſe ſpiri
Ioan.2 tus ſanctus dicitur aqua. Vnde: Flumi-
Ioan.19 na de ventre eius fluent aquæ viuæ. Spi-
ritualis intellectus: Implete hydrias a-
qua. Baptiſmus: Et de latere Chriſti pro
2.Reg.14 fluxit ſanguis & aqua. Populus: Aquæ
multæ, populi multi ſunt. Et: Omnes di
labuntur quaſi aquę, quæ non reuertun
tur. Sequitur:

mea à tribulatione **Tu es mihi refugium a preſſura quæ circundedit me, exultatio mea, crue me a circundantibus me.**

Oppreſſiones & oppreſsores Interdum & oppreſſores inſiſtunt, &
oppreſſiones obſiſtunt: interdum non
inſiſtunt oppreſſores, ſed obſiſtunt op-
preſſiones: interdum autem non obſi-
ſtunt oppreſſiones, ſed oppreſſores inſi-
ſtunt. His qui ſunt fragiles & ſi non in
ſteterint oppreſſores, obſiſtunt tamē op
preſſiones: q facile ſuccūbunt aduerſis.
His q fortes ſunt, etſi opp̄ſſores inſiſtāt,
nō tamē oppreſſiones obſiſtunt: qa reſi-
ſtunt fortiter aduerſitatibus. His autē
qui ſunt mediocres, cū inſiſtunt oppreſ-
ſores, obſiſtunt oppreſſiones: & ideo
quia difficile eſt in igne eſſe & non arde
re, orat vir ſanctus non ſolum ab op-
preſſionibus, ſed & ab oppreſſoribus li-
berari, cum ait: Tu es refugium mihi à
præſſura quæ circundedit me, exultatio
mea, erue me à circundantibus me. Qua
ſi dicat: Libera me ab oppreſſionibus
meis, quia tu es refugium mihi, à preſſu-
ra quæ circūdedit me: ſed & redime me
à circundantibus me, id eſt, libera me ab
oppreſſoribus meis.

Sane principales quatuor ſunt virtu-
tes, quæ mentem viri ſancti circundāt,
videlicet, iuſtitia, prudentia, temperan- Quatuor virtutes mentē viri ſancti circundāt
tia, & fortitudo. Habet enim ab anterio
ri parte iuſtitiam, à poſteriori parte pru-
dentiam, temperantiam à dextris, forti-
tudinem à ſiniſtris. Congruunt bene lo
ca virtutibus. Nam quæ ſunt ante, ſunt
certa, quæ vero retro, dubia ſunt: quæ à
dextris, proſpera, quæ à ſiniſtris, aduer-
ſa. In certis autem eſt exercenda iuſtitia,
in dubijs eſt adhibenda prudentia, in
proſperis opus eſt temperantia, in aduer
ſis eſt neceſſaria fortitudo. Quum ergo
iniquitas premit iuſtitiam, oppreſſio in-
ſtat ante: quum fatuitas premit pruden-
tiam, oppreſſio inſtat retro: quum ſuper
fluitas premit temperantiam, oppreſ-
ſio inſtat à dextris, & quum puſillani-
mitas premit fortitudinē, inſtat oppreſ
ſio à ſiniſtris. Quum autem diuerſæ op-
preſſiones ſimul has virtutes omnes im
pugnant, tunc vndique mentem circun
dant. Et ideo ſanctus orat à circundan-
tibus redimi, hoc eſt, ab oppreſſionibus,
quæ vndique imminent, liberari. Hanc
ſolam petitionē offert pœnitens in hoc
Pſalmo, grauidam & fœcundam, multa
rum petitionum intellectum in ſe conti
nentem inclusum, quam potius intelli-
gendam relinquit, quam duxerit diſtin
guendam, vt referatur ad intellectum,
de quo præmittit in titulo: Intellectus
Dauid. Quidam vero inter præſſu-
ras deficiunt & triſtantur, alij profi-
ciunt & lætantur, ſicut Apoſtoli, de Actos 5
quibus dicitur: Ibant gaudentes à cō
ſpectu concilij, quoniam digni ha-
biti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam Iac.1
pati. Hinc Iacobus apoſtolus ait: Omne
gaudium exiſtimate fratres mei quū in
varias

varias tentationes incideritis. Et Paulus
Rom. 12 ait: Spe gaudentes, in tribulationibus
non deficientes. Vt ergo vir ſanctus o-
ſtendat ſe non defeciſſe, ſed profeciſſe in
ter preſſuras, interponit & dicit: Exulta
tio mea, erue me à circundantibus, id
eſt, tu Deus in quo & de quo inter preſ-
ſuras exulto, redime me à circundanti-
bus me.

Redemptio dupliciter accipitur

Redemptio quandoque large dicitur
liberatio, quæ fit etiam ſolo dono. Vn-
de: Redemit eos de manu inimici, & de
regionibus congregauit eos. Et iterum:
Liberauit eos de manu odientium, &
redemit eos de manu inimicorũ. Quan-
doque proprie dicitur liberatio, quæ fit
1. petri. 1 dato precio. Vnde: Redempti ſumus,
non corruptibilibus, auro & argento,
ſed precioſo ſanguine agni immaculati.
Apoc. 5 Et alibi: Redemiſti nos domine in ſan-
guine tuo. Dicitur etiam interdum
redemptio ipſe redemptor, iuxta quod
1. Cor. 1 Apoſtolus dicit, quod Chriſtus fa-
ctus eſt nobis ſapientia & redemptio. Et
pſal. 110 Pſalmographus: Redemptionem miſit
dominus populo ſuo. Precium autem
redemptionis datum eſt regi, vt libera-
ret captiuum à tyrannide carcerarij. Da-
tum eſt domino, vt liberaret hominem
à poteſtate diaboli, & ſeruitute peccati,
Oſee. 7 & à pœnis inferni. Vnde: Ego redemi
eos, & ipſi loquuti ſunt contra me men
Pſal. 124 dacia. Ipſe redimet Iſrael ex omnibus
Rom. 8 iniquitatibus eius. Expectantes etiam
redemptionem corporis noſtri. Salua-
Phil. 3 torem, inquit, expectamus dominum
Ieſum Chriſtum, qui reformabit cor-
pus humilitatis noſtræ, configuratum
corpori claritatis ſuæ: qui nos de por-
tis mortis, & de manu inferi liberauit.
Ergo redime me à circundantibus me, à
diabolo, à peccato, & ab inferno: quia tu
es refugium mihi à preſſura. O pie, o cle-
mens, o bone Deus, à te, ad te me opor-
tet confugere: à te irato, ad te placatum,
à te offenſo, ad te propitium, à te iudice,
ad te patrem: quia ſi vellem fugere, non
poſſem effugere, ſi vellem tegi, non poſ-
ſem protegi: quum ſit nemo qui de ma-
nu tua poſſit eruere. Quo enim ibo à ſpi
Pſal. 138 ritu tuo, aut quo à facie tua fugiam? Si
aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcen-
dero ad infernum ades. Tu ergo, non
alius, es mihi ſummum & ſupremum re
fugium, à preſſura quæ circundedit me,
id eſt, à tribulatione, quæ vndique me
conturbat. In te iactatus ſum ex vtero de
vẽtre matris meæ: tu es protector meus,
in te cantatio mea ſemper. Si tu adfueris,
nihil oberit, ſi tu defueris, nihil proderit.
Sequitur:

**Intellectum tibi dabo, & inſtru-
am te, in via hac qua gradieris,
firmabo ſuper te oculos meos.**

In hac vltima parte intellectum com-
mendat, qui eſt ſecundus in donis, de
quo præſcribitur titulus: Intellectus Da
uid. Duo ſunt talenta homini neceſſa- Duo talenta homini neceſſaria, intellectus & operatio
ria, videlicet intellectus & operatio. Et
intellectui quidem eſt neceſſaria diſci-
plina, operationi vero perſeuerantia.
Hæc quatuor in hoc primo verſu notan
tur. Intellectus, quum dicitur: Intelle-
ctum tibi dabo. Diſciplina, quum addi-
tur: Inſtruam te. Operatio, quum ſub-
iungitur: In via hac qua gradieris. Per-
ſeuerantia, quum infertur: Firmabo ſu-
per te oculos meos. Porro, circa pri-
mum talentum duo ſunt opportuna,
docilitas diſcipuli, & doctrina magiſtri.
De illa præmittit: Intellectum tibi dabo,
vt ſis docilis ad diſcendum. De iſta ſub-
iungitur: Inſtruam te, vt docilitas profi-
ciat ad doctrinam. Ad ſecundum quo-
que talentum duo ſunt neceſſaria in via
boni operis gradienti, Pes timoris, qui
eſt ſiniſter, vt timore pœnæ declinet à
malo, & pes amoris, qui eſt dexter, vt a-
more iuſtitię tendat ad bonum. Verum,
quia non ſunt in homine viæ eius, ſed à Hiere. 10
domino greſſus hominis diriguntur, vt
homo vſque in finem perſeueret in bo-
no, dominus auxilium promittit, & ait:
In via hac qua gradieris, declinando pe-
dem timoris à malo, & tendẽdo pedem
amoris ad bonum, firmabo ſuper te ocu
los meos, videlicet oculum correctio- Oculus correctionis & conſolationis
nis, vt per flagella reuocem te à malo, &
oculũ cõſolationis, vt per beneficia pro-
uocem te ad bonum, de quibus alibi di-
citur: Oculi dñi ſuper iuſtos. His eñ ocu
lis omnia nuda ſunt & aperta: quoniam

oculi eius ſicut flamma ignis. Non duos
vero tantum oculos perhibetur habere,
ſed ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei
miſſi in omnem terram

Duo vero ſunt quæ diſciplinam im-
Diſciplinam duo impediunt pediunt. Superbia & ſtoliditas. Superbi
nanque propter arrogãtiam diſcere no-
lunt, & ſtolidi propter imprudentiam
diſcere nequeunt. Superbus autem deſi-
gnatur per equum, ſtolidus vero per mu
lum, à quibus dehortatur, quum ait:
Nolite fieri ſicut equus & mulus, qui-
bus non eſt intellectus. Qualiter autem
coercendi & caſtigandi ſunt tales, con-
ſequenter oſtendit, quum addit: In cha-
mo & freno maxillas eorum conſtrin-
ge. Multa flagella peccatoris. Equus igi
Equus & mulus qui tur, id eſt, ſuperbus refrenandus eſt, ne
per arrogantiam nimis excurrat, & mu
lus, id eſt, ſtolidus eſt flagellãdus, ne per
imprudentiam nimis aberret, & ſic non
approximent ad te cognoſcendum, ve-
nerandum, & excolendum. Timendum
eſt autem, ſed non deſperandum: quo-
niam etſi multa ſint flagella peccatoris,
vnde præmittit, In freno & chamo ma-
xillas eorum conſtringe, qui non ap-
proximant ad te, ſperantes tamen in do
mino miſericordia circundabit. Vnde
& ſubiungit: Lætamini in domino &
exultate iuſti, & gloriamini omnes re-
cti corde. Multa ſunt quippe flagella pec
catoris: quoniam non ſolum puniunt
foris in corpore, verum etiam torquent
intus in corde. Nam per quæ peccat ho-
Sap.11 mo, per hæc & torquetur. Sperantes au-
tem in domino miſericordia circunda-
bit, in præſenti conferendo virtutem, &
in futuro conferendo ſalutem. Ergo
lætamini in domino & exultate iuſti,
propter ſtolam carnis, & gloriamini o-
mnes recti corde, propter ſtolam ani-
mæ: quia recipietis de manu domini du
Eſa.40 plicia, & ideo lætamini corpore, & exul-
tate corde, ſecundum illud: Cor meum
Pſal.83 & caro mea exultauerunt in Deum vi-
uum.

Orauerat ſanctus à circundantibus
erui, & Deus orationem eius exaudiens,
ſtatim oranti reſpondit: Intellectum ti-
bi dabo, & inſtruam te in via hac qua
gradieris, firmabo ſuper te oculos me-
Contra os. Contra circunſtantes qui obſident
vias, vt viatores capiant & diſperdãt, du- obſidẽtes vias duplex promittit auxilium
plex promittit auxilium, videlicet, docu
mentum & firmamentum, vt ex docu-
mento vitent errores itinerum, & ex fir-
mamento propellant incurſus hoſtium.
Ad documentum pertinet quod præ-
mittitur: Intellectum tibi dabo, vt co-
gnoſcas, quod omnia bona procedant
ex gratia, & inſtruam te, ne forte aber-
res, tuis ea meritis aſcribendo, ſed quic-
quid boni te cognoſcis habere, non tu-
is meritis, ſed diuinæ gratię totum aſſcri
bas. Certe qui ſecus ſentit & credit, de-
ſipit & aberrat, & talis error impedit in-
tellectum rectum, quo ad veram beatitu
dinem peruenitur. Inſtruam vero te per
vnctionem ſpiritus, quæ docet de omni
bus. Spiritus veritatis, qui docet om̃em Ioan.16
veritatem, doctorum doctor, & magiſtro-
rum magiſter. Ad firmamentum autem
pertinet q̃d ſubiungitur, In via hac qua
gradieris, id eſt, in curſu vitæ præſentis,
firmabo ſuper te oculos meos, id eſt, fir
mum tbi exhibebo præſidium cuſtodiæ
& tutelæ. Solemus enim diligenter per-
ſpicere, quod ſtudioſe volumus cuſtodi
re. Quia ergo tu leuas ad me oculos tu-
os, & ego firmabo ſuper te oculos meos.
Accepto autem intellectu & inſtructus
à Deo, conuertit ſe ad ſuperbos & ſtoli-
dos pœnitens, qui ſua merita iactant &
peccata defendunt.

Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus.

Equus & in bono accipitur & in ma Equus varie accipit
lo. Bonus equus, corpus Chriſti. Vnde:
Equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, Apoc.19
vocabatur fidelis & verax. Equus, ange-
lus vel quilibet ſanctus. Vnde: Exerci-
tus qui ſunt in cœlo ſequebantur eum
in equis albis. Equus, prædicator. Vn-
de: Nunquid præbebis equo fortitu- Iob.39
dinem, aut circundabis collo eius hinni
tum? Equus, vir iuſtus. Vnde: Equus Pro.21
paratus eſt ad diem belli, dominus au-
tem virtutem tribuet. Equus malus, ho-
mo luxurioſus. Vñ: Sicut fluxus equo- Ezech.23
rum, fluxus eorum. Equus, vir improui
dus. Vnde: Auferã equos de medio tui. Mich.5
Equus, ſuperbus. Vnde: Hi in curribus Pſal.19
& hi in equis, nos aũt in nomine Dei no
ſtri magnificabimur. Equus, arrogans.
Vn-

Pſal.31 Vnde: Fallax equus ad ſalutem, in abundātia virtutis ſuę nō ſaluabitur. Equus, pſal.75 mollis & fragilis. Vnde: Dormitauerūt Gen.49 qui aſcenderunt equos. Et: Mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. Sunt præterea equi ruffi, nigri, & pallidi, quos viderunt Ezechiel, Zacharias, & Ioannes, Tyranni, Hæretici, & Hypocritę. Ergo nolite fieri ſicut equus & mulus. Non dicit ſicut bos, qui ſatis eſt humilis, & canis, qui nimis eſt ſagax, ſed ſi- Per equū & mulum quid deſignetur cut equus, qui deſignat ſuperbum, quia extento collo ceruicoſus incedit, & mulus qui ſignificat ſtolidum, quia eſt improuidus & mendoſus. In Tobia vero per equum & mulum libidinōſi notantur, Raphaele teſtante: Tob.6 Qui coniugium, inquit, ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſua mēte excludant, & ſuæ libidini vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Vel per mulum, qui generatur ſed non generat, deſignatur ingratus, qui accipit gratiam, ſed non reddit. Tales ſuperbi & arrogantes, qui contra Deum ceruicem extendunt, attribuendo meritis, quod attribuendum eſt gratiæ, quaſi ſtolidi & vecordes, dicendo: Labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt? Et ideo talibus non eſt intellectus ad cognoſcēdam humiliter veritatem, quoniam omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Vel per equum intelligitur ille, qui vehit ſeſſorem diabolum, & per mulum intelligitur ille, qui ſubit onus peccati, & talibus non eſt intellectus, quia nolunt intelligere, vt bene agant, ſed iniquitatem in ſuis cubilibus meditantur. Tu vero Deus

In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te.

Per camū & frenum quid deſignetur Quia chamus eſt illa pars freni quæ mittitur in os equi, & omnis pars minor eſt ſuo toto, rectè per chamum & frenum poſſunt maior & minor coertio deſignari, quibus maxillæ talium, id eſt, ſuperbia & ſtoliditas conſtringuntur, ne ipſi de ſuis meritis glorientur, quia per afflictiones maiores atque minores retundenda & coartanda ſunt ora, quæ clamant merita & tacent peccata, eorum videlicet, qui non approximant ad te per humilem cōnfeſſionem, ſed recedūt à te per ſuperbam iactionem. Quia vero equus & mulus quanto plus impinguantur, tanto grauius inſoleſcunt, ad reprimendam eorum laſciuiam, reſtringendum eſt aliquando eis pabulum, propter quod dicit, In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, & adhibendum flagellum. Propter quod ait: Multa flagella peccatorum. Maxillæ ſiquidem & mandibulæ à mandendo dicuntur, quæ profectò mandere nequeunt, quando ſunt freno & chamo conſtrictæ. Sic elati homines & ingrati de incolumitate corporum & abundantia rerum ſuperbire conſueuerunt & inſoleſcere, ſed ad eorum nequitiam reprimendam freno infirmitatis & chamo paupertatis ſunt aliquando coercendi, vt vexatio eis tribuat intellectum. Vnde ſic ſane poteſt intelligi: Nolite fieri ſicut equus & mulus, id eſt, nolite ſuperbire, & inſoleſcere, ſicut elati faciunt & ingrati, quibus non eſt intellectus, ſed tu Deus, qui ſingulis malis noſti remedium adhibere, conſtringe maxillas eorum, id eſt, cohibe arrogantiam ſuperborum, in freno & chamo, id eſt, per damnum rerum & diſpendium perſonarum. Ecce qui non intelligunt, equo comparantur & mulo, ſicut alibi dicitur: Homo quum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Pſal.48 Quia vero qui non poſſunt cohiberi per frenum, debent corripi per flagellum, ſubiungit & ait:

Multa flagella peccatoris, ſperantes autem in domino miſericordia circundabit.

Eſt flagellum correptionis, de quo legitur: Flagellū multiplex Pater filium quem diligit corripit, Pro.3 Flagellat autem omnem filium quem recipit. Flagellum detractionis

Iob.5 ctiõis, de quo dicitur: A flagello linguæ abſconderis, & non timebis calamitatem quum venerit. Flagellum afflictio-
Pſal.72 nis, de quo ſcribitur: Fui flagellatus tota die. Et flagellum damnationis, de quo
Pſal.90 legitur: Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Ergo flagellantur iuſti, flagellantur & iniuſti: quia multæ ſunt tribulationes iuſtorum. Verum illi flagellantur vt ſi pœnitent corrigantur, ſi non pœnitent, condemnentur: ipſi vero tribulantur, vt purgentur à malo, & probentur in bono: quia quod facit flagellum grano, & ignis auro, idem efficit tribulatio viro iuſto. Multa vero dicuntur flagella peccatorum: quia & in carne flagellantur exterius, & in mente flagellantur interius. Flagellantur in vita præſenti, & flagellantur in vita futura: flagellantur ex culpa, & flagellantur ex pœna. Flagellantur à Deo & flagellantur ab homine. Flagellantur à mundo, & flagellantur à dæmone. Nec poſſet quiſquam per ſingula enumerare peccatorum flagella. Nec mirum, ſi adhibito freno indomito animali addatur flagellum. Vtinam ſic dometur, vt perdometur: quia verendum eſt, ne nimium reſiſtendo, indomitum relinquatur, & ſic
Matt.7 euagetur per viam latam, quæ ducit ad mortem. Sperantes autem in domino, non in ſeculo, in gratia, non in merito, miſericordia circundabit, hoc eſt, in omnibus aderit ad ſalutem, in omni loco, & in omni tempore, in omni cauſa, & in omni negocio, in certis & in dubijs, in proſperis & in aduerſis, in corpore & in corde, in præſenti & in futuro. Maledi-
Hiere.7 ctus autem homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. Ideo,

Lætamini in domino & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde.

Iuſtorum ſperantiũ tres ordines. In ſperantibus iuſtis & rectis, tres ordines deſignantur, Incipientium, proficientium, & peruenientium. Primis exhibetur miſericordia. Vnde: Sperantes in domino miſericordia circundabit. Secundis, lætitia. Vnde: Lætamini in domino & exultate iuſti. Tertijs autem gloria, Vnde: Gloriamini omnes recti corde. Lætantur quidem iuſti, lætantur & iniuſti, ſed iuſti in domino, iniuſti lætantur in mundo. Iniuſti exultant de carnalibus & mundanis. Iuſti de virtutibus, iniuſti de vitijs. De illis legitur: Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. De iſtis dicitur: Lætantur quum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. Verum iuſtorum gaudium felix eſt & perpetuum. Iuxta quod legitur: Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum plenum ſit. Et: Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Iniuſtorum vero gaudium infelix eſt & momentaneum. Iuxta quod dicitur: Tenẽt tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Nouerat hoc ille qui dixerat: Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium, nam extrema gaudij luctus occupat. Gaudendum eſt ergo de ijs quæ ſpectant ad meritum, vel ad præmium, ad gratiam vel gloriam, ad virtutem vel ad ſalutem, de quibus illi gaudebant, quibus aiebat Chriſtus: Gaudete & exultate, quia merces veſtra multa eſt in cœlis. Et Propheta dicebat: Ego autem in domino gloriabor, & gaudebo in Deo Ieſu meo. Propter hæc duo gaudia, vnum quod habetur de meritis, & alterum quod habetur de præmijs, ingeminat Pſalmiſta, quum ait: Lætamini in domino, & exultate iuſti. Quod & Apoſtolus repetit dicens: Gaudete in domino ſemper, iterum dico gaudete. Nec ſolum gaudendum eſt iuſtis, ſed & gloriandũ. Vnde ſubiungitur: Et gloriamini omnes recti corde. Vos ſcilicet, qui poteſtis dicere cum Apoſtolo: Gloria noſtra hęc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Nam omnis gloria filiæ regis eſt ab intus. Opus ergo ſuum probet vnuſquiſque, & tunc in ſemetipſo gloriam habebit, & non in altero. Hypocrita namque gloriam quærit in altero, & non in ſeipſo: & gloria eius eſt quaſi flos fœni, quod hodie viret, & cras in clibanũ mittitur. Sic omnis hypocritæ ſpes peribit, quia

Diuerſa iuſtorum & iniuſtorum lætitia
Pſal.49
Pro.2
Ioan.16
Iob.21
Iob.30
De quib' gaudẽdũ
Matt.5
Abac.3
Phil.4
2.Cor.1
Pſal.44
Hypocritæ gloria Matt.6

quia falſam venatur gloriã apud homines,& non veram quærit gloriam apud Deum. Illud enim correctum eſt, quod non aliqua prauitate diſtortum eſt, ſed ad Deum pura intentione directum. Ecce quum in principio de pœnis & culpis egiſſet,in fine de gloria &exultatione cõcludit,quẽ morem in hoc ſicut &in aliis pœnitentialibus Pſalmis obſeruat.

IN PSALMVM TERtium pœnitentialem Elucidatio.

TITVLVS AVTEM HVius Pſalmi talis eſt.

Pſalmus Dauid in rememoratione Sabbati.

Tituli eiuſdem explicatio.

Sabbatũ quid. EX quibuſdam ſcripturę locis intelligitur manifeſte, quod ſabbatum & ſeptimum interpretatur & requies,vnde congrue ſcriptum eſt, quod requieuit Deus (Gen.1) die ſeptimo ab omni opere quod patrarat. Tria vero ſunt ſabbata, exterius, interius,& ſuperius, videlicet temporale, (Sabbatũ triplex.) ſpirituale,& æternale. De primo legitur in Euangelio: Sabbatum eſt, non licet (Ioan.5.) tibi tollere grabatum tuum. De ſecundo dicitur ab Apoſtolo:Relinquetur ſabbatiſmus populo Dei. (Heb.4.) De tertio vero ſcribitur per prophetam: Erit ſabbatum ex ſabbato. (Eſaiæ 66.) Primum ſabbatũ eſt ſacramentum,& non res. Vltimum autem eſt res, & non ſacramentum. Medium vero res eſt,& ſacramentum. Quia primum ſignificat &nõ ſignificaĩ,vltimum vero ſignificatur & non ſignificat, medium & ſignificatur &ſignificat. Agit ergo in hoc Pſalmo pœnitẽs de rememoratione me dñi &vltimi ſabbati,hoc eſt,ſpiritualis et æternalis,vtriuſq; memorãdo quietem. Vnam,quam perdiderat,& alterã,quam demeruerat per peccatum. Vnde dicebat:Non eſt ſanitas in carne mea à vultu iræ tuæ, non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. Incurrerat enim afflictionem mentis & corporis ex peccato:quia & vermis conſcientię rodebat mẽtem interius,& paſſionis aculeus corpus exterius ſtimulabat. Vnde viciſſim agit de culpis & de pœnis, miſeriam ſuam exaggerans multis modis. Quę quidem cogebant eum,& deperditum peccatoris & demeritum æternitatis, ſabbatum deplorando ad mentem ſæpius reuocare. Quia ſicut dulcis eſt aqua poſt ſitim,& ſuauis vmbra poſt ęſtum:ita quies eſt delectabilis poſt laborem,maxime tranquillitas mentis, quam etiam inter anguſtias corporis iuſtus habet. De qua dominus dicebat apoſtolis: Pacem meam do vobis,pacem relinquo vobis: nõ (Ioan. 14.) quomodo mundus dat, ego do vobis. Hic eſt profecto fons proprius, cui non communicat alienus. Ad quem tanto ardentius anhelat pœnitens poſt peccatum, quanto ſuauius eum guſtauerat ipſe iuſtus.

Habet autem hic Pſalmus,ſecundum tranſlationem quam tenet Romana Eccleſia,tres verſuum ſeptenarios,id eſt, viginti & vnum verſus,qui ad tria prædicta ſabbata non immerito referuntur. Nam ſabbatum non ſolum dicitur ſeptimus dies,ſed & ſeptimana dierum,& dies qlibet ſeptimanæ. Septimus dies, ibi: Memẽto vt diem ſabbati ſanctifices. (Exod.20.) Septimana dierum,ibi:Ieiuno bis in ſabbato. (Lucæ 18.) Et quilibet dies,ibi: Valde mane vna ſabbatorum. (Marc.vl.) Ad ſabbatum temporale pertinent ſeptem dies. Ad ſabbatum ſpirituale ſeptem pertinent virtutes. Et ad ſabbatum æternale pertinent ſeptem dotes:tres animæ glorificatæ, videlicet cognitio,dilectio,& delectatio,&quatuor corporis glorificandi,videlicet claritas, & ſubtilitas, agilitas, & impaſſibilitas. Singuli autem hebdomadæ dies proprias laudes habent in titulis pſalmorum ex ſabbato,præter tertium, cuius rationem prout potui alibi aſſignaui. Sabbatum autem hic ponitur pro quiete, ſecundum illud: Sabbatum requietionis eſt, & requies ſabbati ſanctificata eſt domino. In ſabbato temporali quieſcit Iudæus, in ſabbato ſpirituali quieſcit iuſtus, & in ſabbato æternali

quieſcit

quieſcit beatus. Ille ab operis effectu, iſte à criminis actu, & hic à corruptionis defectu. Per pœnitentiam ergo, quam hic oſtendit ſe habere de culpis, & patientiam, quam ſe demonſtrat habere in pœnis, ſeipſum proponit alijs in exemplū, vt imitentur eum quaſi alterum Iob, vehementer afflictum, & grauiter cruciatum.

PSALMI TERTII POENITentialis Elucidatio.

Pſal.37. furore tuo — iratus.

DOmine ne in *ira tua arguas me, neq; in * furore tuo corripias me.

Pſalmus iſte q̃tuor habet partes, in prima pœnitens dirigit orationem ad Deum, poſtulans liberari à pœnis inferni, quum ait: Domine ne in ira tua arguas me, & à pœna etiam purgatorij, quum adiungit: Neque in furore tuo corripias me. Oratione vero præmiſſa, primo deſcribit pœnas quas ſuſtinet, ſecundo culpas quas egit, tertio miſerias quas incurrit. Quaſi dicat, Ego ſum q ſuſtineo pœnas multas & magnas, videlicet percuſſionis vulnus, oppreſſionis pōdus, carnis afflictionem, & mentis vexationem. Vulnus percuſſionis, quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Pondus oppreſſionis, quia cōfirmaſti ſuper me manum tuam. Afflictionem carnis, quia non eſt ſanitas in carne mea, à vultu irę tuæ. Vexationem mentis, quia nō eſt pax oſſibus meis, à facie peccatorum meorum. Nec mirum, quia ego ſum, qui egi culpas grandes & graues, fœdas & fatuas. Grandes, quia iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meū. Graues, quia ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Fœdas, quia computruerunt cicatrices meæ. Fatuas, quia deteriorauerunt à facie inſipientiæ meæ. Quapropter ego ſum, qui incurri miſerias continuas & prolixas, corporales & ſpirituales. Continuas, qa tota die contriſtatus ingrediebar. Prolixas, quia miſerijs afflictus ſum, & turbatus ſum vſque in finem. Spirituales, quia anima mea impleta eſt illuſionibus. Corporales, quia nō eſt ſanitas in carne mea. Orationē ergo pręmittēs, clamabat ad dominum, dicens: Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Quidam tranſibunt per ignem & ſaluabuntur, alij tranſibunt ad ignem & condemnabuntur. Saluabuntur, qui tranſibunt per ignem purgatorij, de quibus dicit Apoſtolus, quod ſalui fient, ſic tamē quaſi per ignem. Nam vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Damnabūtur qui tranſibunt ad ignem inferni, quibus dominus dicet: Ite maledicti in ignē æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Nam vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Ab vtroque igne petit pœnitens liberari, quum ait: Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. Quaſi dicat, Domine pater & Deus vitæ meæ, ne arguas me in ira tua, id eſt, ne me conuincas in diſtricto iudicio, in quo tu reprobis apparebis iratus, quum dices ijs qui à ſiniſtris aſtabunt: Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi bibere. Quandiu enim vni ex his minimis meis nō feciſtis, nec mihi feciſtis. Ecce redargutio peccatorum. Ite ergo maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Ecce iudicis ira. Non ſolum autem arguas me in ira tua, ſed neque in furore tuo corripias me, id eſt, non punias me in purgatorio igne, in quo tanta erit incendij vehementia, quod quaſi furere videberis, etiam in electos, cum minor pœna quæ erit in purgatorio, cenſeatur maior quātalibet pœna quæ eſt in hoc mūdo. Quis autem illud iræ tonitruum, aut illud furoris fulgur poterit ſuſtinere? Euita culpam ſi vis euadere pœnam. Vel orat pœnitans, vt Deus non inferat pœnam ad vltionem iratus, ſed ad correctionem miſertus, vt talis ſit ſenſus: Domine arguas me, ſed non in ira: corripe me, ſed nō in furore. Quaſi dicat: Ne arguas me in ira, ſed in miſericordia argue me, quia ſcriptum eſt: Deus quos amat arguit & caſtigat. Neque corripias me in furore, ſed in manſuetudine: quia pater filium

Matt.25 — Eſa.66 — Matt.25 — Pro.3

um quem diligit corripit: vt pœna ſit à miſericordia ad correctionem, non ab ira ad vltionem: & quidem ſufficere debent mala quæ patior in præſenti, ne patiar in futuro.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Percuſſiones multę. Percuſſiones ergo quas ego patior, ſunt multæ, ſunt magnæ & ſunt profundæ. Multæ, quia ſagittæ, non vna tantũ, ſed plures. Magnæ, quia percuſſiones tuæ, non hominis quidem, ſed Dei. Profundæ, quia infixæ ſunt mihi, non foris in cute, ſed intus in corde. Oppreſſiones quoque importabiles ſunt, quia cõfirmaſti, quaſi ex magna virtute, ſuper me, quaſi de loco ſublimi, manum tuam, quaſi validam & robuſtam.

Sagittę domini quid. Sagittę domini cõminationes ſunt diuinæ, quæ timore iudicij diſtricti peccatoris animo infigũtur. Secundum q̃d alibi dicitur: Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Pſal. 118 Hinc etiam beatus Iob ait: Iob. 6 Sagittæ domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, & terrores domini militãt contra me. Ergo ſagittæ tuæ, id eſt, comminationis tuæ de pœnis æternis, infixę ſunt mihi, velut acutæ, quę vſque ad cordis interiora pertingunt, & ideo timore percuſſus, clamare compellor: Domine ne in ira tua arguas me. Tales ſagittæ quum infiguntur, non mortificant, ſed viuificant, non deducunt ad inferos, ſed reducunt: quia timore pœnæ cohibent manus ab actu culpæ. Vel ſagittæ domini ſunt pœnæ, quæ infliguntur à Deo. Vnde: Deut. 32 Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus manducabit carnes, & ſagittas meas complebo in eis. Hæc eſt ſagitta ſalutis domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam. Non ſunt tales ſagittę hęreticorum, de quibus legitur: Pſal. 10 Parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuris rectos corde. Nec tales ſunt Iudęorum ſagittę, de quibus dicitur: Pſal. 63 Sagittę paruulorum factę ſunt plagæ eorum. Nec etiam talis ſagitta diabo- Pſal. 90 li, de qua ſcribitur: A ſagitta volante per diẽ, à dęmonio meridiano. Sagittę quoque domini ſunt verba diuina, de quibus alibi legitur: Pſal. 44 Sagittæ tuæ acutæ potentiſſimæ. Item: 76. Sagittę tuę pertranſierunt, vox tonitrui tui in rota. Et iterũ: Emitte ſagittas tuas & conturbabis eos. Pſal. 143 Has ſagittas Chriſtus & ſancti eius emittunt, qui etiam ſagittæ vocantur. Vnde: Eſa. 49 Poſuit me quaſi ſagittã electam. Et: Pſal. 126 Sicut ſagittæ in manu potẽtis, ita filij ex cuſſorũ. Sagittæ igit tuæ, id eſt, pœnę à te inflictæ, infixæ ſunt mihi, & etiam confirmaſti ſuper me manum tuam.

Septẽ modis ponit manus in ſcriptura ſacra. Man. dei multiplex Manus diuina, filius. Vñ: Tollã in cœlum manum meã. Et: Pſal. 143 Emitte manum tuam de alto. Potẽtia. Pſal. 94 Vnde: A fortudine manus tuæ ego defeci. Et: In manu tua ſunt omnes fines terræ. Gratia: Vnde: Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur vbertate. Et: Pſal. 144 Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Auxilium. Vnde: Pſal. 36 Quum ceciderit iuſtus, non collidetur: quia dominus ſupponit manũ ſuam. Et: In manibus tuis tempora mea. Protectio. Vnde: Sub vmbra manus ſuæ protexit me. Operatio. Vnde: Iob. 10 Manus tuæ domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu. Et: Pſal. 101 Opera manuum tuarum ſunt cœli. Sed hic manus domini accipitur pro diuina vindicta. Vnde: Iob. 13 Manum tuam longe fac à me, & formido tua nõ me terreat. Et: Eſa. 5 Adhuc manus eius extenta. Hęc firmata extitit in Adã, qui per culpam quam commiſit, incurrit pœnam quam meruit, ſicut dominus ei fuerat comminatus: Gen. 2 Quacunque die comederis morte morieris. In nobis autem confirmata eſt, qui contrahimus ab eo culpam, & pœnam vſque ad finẽ vitæ, vtinam non duret ſine fine poſt finem. Ille ſiquidem fuit miſeriarum origo, nos autem ſumus miſeriarum propago. Dicit itaque pœnitens: O Deus confirmaſti, id eſt, grauiter aggrauaſti, ſuper me manum tuam, id eſt, vindictã tuam in pœnis innumeris & miſerijs infinitis, quæ adeo me conturbant, vt præ ingenti dolore clamare compellar: Neque in furore tuo corripias me. In tãtum autem confirmaſti ſuper me manum tuam, quod

X Non eſt

Non eſt ſanitas in carne mea, a
facie ***vultu irę tuæ, & non eſt pax oſ**
ſibus meis, a facie peccatorum
meorum.

Vultus dei multiplex Vultus Dei patris eſt filius. Vnde: In
pſal. 33 lumine vultus tui ambulauimus. Et: Illu
pſal. 66 minet vultum ſuum ſuper nos. Cogni-
tio. Vnde: Quæſiui vultum tuum, vul-
pſal. 26 tum tuum domine requiram. Propitia-
tio. Vnde: De vultu tuo iudicium meũ
pſal. 33 procedat. Indignatio. Vnde: Vultus do-
mini ſuper facientes mala. Ratio. Vnde:
pſal. 4 Signatum eſt ſuper nos lumen vul-
tus tui domine. Benignitas. Vnde:
pſal. 44 Vultus qd hic Vultum tuum deprecabuntur omnes
diuites plebis. Vultus ergo vel facies hic
accipitur pro noticia, qua in vultu co-
gnoſcitur vnuſquiſq;. In vultu quoque
deprehenditur ira, & plerumque in fa-
cie denotatur peccatum, ſecũdum illud:
Ouidi. Heu quam difficile eſt crimen non pro-
dere vultu.

Caro multipliciter accipitur Caro quoque multis modis accipi-
tur in ſcripturis. Nam caro dicitur ho-
Ioan. 10 mo. Vnde: Verbum caro factum eſt. Et:
Videbit omnis caro ſalutare Dei. Pars
Lucæ. vl. hominis. Vnde: Palpate & videte, quoni
am ſpiritus carnẽ & oſſa non habet, ſicut
me videtis habere. Animalis natura. Vn
1. Cor. 5 de: Alia eſt caro volucrum, alia piſcium,
pſal. 135 & alia iumentornm. Et, Dat Deus eſcã
omni carni. Humana fragilitas. Vnde:
Gen. 6 Non permanebit ſpiritus meus in homi
ne, quia caro eſt. Et: Omnis caro fœnũ.
Galat. 5 Senſualitas. Vnde, Spiritus concupiſcit
aduerſus carnem, & caro aduerſus ſpiri
tum. Corruptibilitas. Vnde: Et ſi noui-
mus Chriſtum ſecundum carnem, ſed
2. Cor. 15 nunc iam non nouimus. Voluptuoſa
conuerſatio. Vnde, Caro & ſanguis re-
gnum Dei non poſſidebũt. Legalis ob-
Galat. 5 ſeruantia. Vnde: Qui volunt vobis pla-
cere in carne, hi cogunt vos circuncidi.
Matt. 16 Terrena cõſideratio. Vnde: Caro & ſan-
guis non reuelauit tibi. Literalis intelle
Ioan. 6 ctus. Vnde: Spiritus eſt qui viuificat, ca
ro non prodeſt quicquam. Coniugale
Gen. 1 opus. Vnde: Erunt duo in carue vna. I-
Ioan. 1 pſa fœmina. Vnde: Nõ ex ſanguinibus,
neq; ex volũtate viri, neq; ex volũtate car
nis, ſed ex Deo nati ſunt. Conſanguini-
tas. Vnde: Nemo vnquam carnem ſuam Ephe. 5
odio habuit. Culpa. Vnde, Dum appro
piant ſuper me nocentes, vt edant car- Iob. 19
nes meas. Et pœna. Vnde: Carnibus me
is ſaturamini. Non eſt, inquam, ſanitas
in carne, quia neceſſitati moriendi ad-
dicta eſt per peccatum: quia non ſa-
tis eſt ſanum, quod leuiter poteſt lædi.
A vultu iræ tuæ, id eſt, à conſideratio-
ne indignationis tuæ, quæ timore fu-
turi iudicij non ſolum mentem contur
bat, ſed & carnem affligit. Nec ſolum-
modo carnem, quæ fragilis eſt, ſed &
oſſa, quę fortia reputantur: quia non eſt
pax oſſibus meis, id eſt, viribus mentis
meæ. A facie, hoc eſt, à recordatione pec
catorum meorum, quę oſſa conturbãt: Tob. 9
quoniã ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Quis
enim reſtitit ei & pacem habuit? Non eſt
impijs gaudere dicit dominus: quia per Sap. 11
quæ peccat homo, per hęc & torquetur.
Iuſtus autem confidit vt leo, de quo le-
gitur: Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nul pro. 30
lius pauebit occurſum. Sed & iuſtus
quicquid occurrerit ſemper imperturba
tus exiſtit, quia nec aduerſis deprimitur,
nec proſperis eleuatur. Lætus vigilat,
dormit quietus, ſedet pacificus, incedit
ſecurus: quoniam qui timet Deum, om
nia timent eum. Magnam in præſenti iu
ſtitiæ ſuæ mercedem adeptus, in futuro
maximam adepturus. Eſt autẽ pax pec- Pax triplex
catorum, pax iuſtorum, & pax beatorũ.
De prima: Non veni mittere pacem, ſed Matt. 10
gladium. Et: Zelaui in peccatoribus pa- pſal. 72 Ioan. 14
cem peccatorum videns. De ſecunda: Pa
cem meam do vobis, pacem meam relin
quo vobis. Et: Pax multa diligentibus pſal 118
nomen tuum. De tertia: In pace in id Pſal. 4
ipſum dormiam & requieſcam. Et,
Pax Dei quę exuperat omnem ſenſum, phil. 4
cuſtodiat corda veſtra & intelligenti-
as veſtras. Eſt præterra pax communis
bonis & malis, de qua legitur: Bonus
ſermo domini fit mihi pax, & veritas in
diebus noſtris. Ipſe quoque Chriſtus di Ephe. 2
citur pax noſtra, qui fecit vtraque v-
num, in vno nouo homine faciens pa-
cem, pacem his, qui prope, & pacem
his qui longe. Porro quidam nec à
peccato habent pacem, nec cum pecca-
to, & hi ſunt optimi. Econtra, quidã ha
bẽt cũ peccato pacem, & nõ à peccato, &

hi

hi ſunt mali. Quidam autem habent pacem & cũ peccato & à peccato, & hi ſunt
Rom. peſſimi. Qui enĩ ſic dati ſunt in reprobũ ſenſum, & venũdati ſub p̃ctõ, vt vltro ſe peccato ingerant & de peccato non curent. Illi profecto & cum peccato pacem habent, in quo ſuauiter delectantur, & à peccato pacem habent, ſuper quo nſi-
Pro.2 nime remordentur, de qualibus ſcriptũ eſt: Lætantur quum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis: quoniam impius quum in profundum malorum venerit contemnit. Sicut enim, ſecundum
Rom.2 Apoſtolum, hi qui ea quæ legis ſunt naturaliter faciunt, ipſi ſunt ſibi lex: ſic illi qui ea quæ peccati ſunt faciunt libere, ipſi ſunt ſibi peccatũ, id eſt, peccati cauſa, vt iam eis quod libet hoc liceat, non autem libeat hoc quod licet. In profunfundum iniquitatis demerſi & abſorpti penitus à peccato, non cogitãtes de pœna nec curantes de culpa, effecti ſunt ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, poſt ſuas concupiſcentias abeuntes. Qui ſi qnandoq; flagellentur, vt conuertantur, vulnera non ſentiunt, & verbera nõ attendunt, quemadmodum ſcriptum eſt: Verberauerunt me & non
Pro.23 dolui, traxerunt me & non ſenſi. Et hoc maxime fit, quum laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & qui iniqua gerit, benedicitur. Tales pepigerũt fœdus cum morte, vel ex perfidia non credentes, vel ex malitia deſperantes, quaſi qua triduanus mortuus in monumento fœ
Ioan.11 tentes. Qui vero peccatum operantur & delectantur in eo, ſed tamen remordentur & impugnantur ab illo, ipſi quidem cum peccato pacem habent, ſed non à peccato: quia delectantur in culpa, ſed à conſcientia remordentur. Tales impugnantur, ſed non repugnant: quia mo-
Iacob.1 tus ſentiunt & conſentiunt, abſtracti à
Pſal.136 concupiſcentia & illecti. Paruulos non allidunt ad petram, ſed eos in deſiderio ſuo fouent, iacentes & dormientes in voluptate & fœditate peccati, veluti iumenta quæ in ſtercore ſuo computreſcunt, quibus redolet fœtor, & amaritudo dulceſcit. E contra: Quidam tentationes ſuſtinent & reſiſtunt, impugnationibus repugnantes, & hi nec cum peccato pacẽ habent, nec à peccato: quia cum illo luctantur, ne peccatum in ſuo mortali corpore dominetur. Grauis quidem eſt lucta, ſed vtilis pugna: quoniam & ſi pœnam habet, habebit & coronam: & quã to difficilior eſt conflictus, tanto glorioſior eſt triumphus. Qui vero tentationes vicerunt, vt non ſolum tentationibus non conſentiant, ſed iam etiam tẽtationes non ſentiant, niſi forte leuiſſimas, quæ pacem animi non perturbant, hi profecto pacem habent à peccato, ſed non cum peccato, vt dicere valeant cum Apoſtolo: Gloria noſtra hęc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ: cum illi veraciter peccatores poſſint de pace in domino gloriari, quos & criminalis culpa nõ mordet, & cauteriata conſcientia non remordet: quoniam & ſi grauia forte peccata commiſerunt, illa tamen omnino per condignos fructus pœnitentiæ diluerunt. Quũ ergo iam ipſe ſpiritus te- Rom.8
2.Cor.1
ſtimonium perhibet ſpiritibus eorum, quod ipſi filij Dei ſint, tunc à peccato pacem habent, & non cum peccato, effecti pacifici veri, qui filij Dei vocabuntur: pauidi quidem pro ſuis, ſed pro alijs ſecuri. Patet ergo, quod non habere pacem cum peccato ſemper eſt bonum, & habere pacẽ cũ p̃ctõ ſemp eſt malũ. Habere yo pacẽ à p̃ctõ interdũ eſt bonũ, interdũ eſt malũ. Noli ergo cum p̃ctõ pacẽ habere, noli contrahere amicitiã cum ſerpente, ne ſuadendo inficiat, & occidat te veneno. Letalius eſt enim venenum peccati, quam venenum ſerpentis. Nam illud interficit corpus, iſtud vero interimit animam, ſine qua corpus non viuit. Si vero concupiſcentia corporis illectus, pacem habueris aliquando cum peccato, caue ſaltem, ne habeas pacẽ ab illo: quia ſi cum peccato & à peccato pacem habueris, viuens inter mortuos deputaberis. Quę vero ſit cauſa, quare non eſt ſanitas in carne hominis à facie iræ Dei, neque pax oſſibus à facie peccatorum, conſequenter oſtendit.

Quoniam iniquitates meę ſuper greſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Caput mulieris vir,& caput viri Chri- Caput mulri plex
ſtus,caput Chriſti Deus. Vnde: Caput
1.Cor.11 Cant.5 dilecti mei ſicut aurum optimum. Ipſe
Col.1 eſt caput corporis Eccleſiæ. Caput ani-
Pſal.22 mæ mens. Vnde impinguaſti caput me-
um in oleo. Caput rei, principium. Vnde:
Pſal.39 In capite libri ſcripum eſt de me. Caput
Eſa.7 prouinciæ, metropolis. Vnde: Caput Sy
riæ Damaſcus. Caput populi princeps.
Vnde: Conſtitues me in caput gētium.
Caput iniquorum diabolus. Vnde: Per
cuſiiſti caput de domo impij, denudaſti
fundamenta eius vſque ad collum. Et:
Tu confregiſti capita draconum, dedi-
ſti ea in eſcas populis Aethiopū. Caput
mali operis, ſuggeſtio diabolica, Vnde:
Iob.20 Caput aſpidis ſuget,& occidet eum lin-
Gen.3 gua viperæ. Et: Ipſa conteret caput tuū,
& tu inſidiaberis calcaneo eius. Caput
Iob.20 vitiorum, ſuperbia. Vnde: Si extulerit ca
put vſque ad nubes, quaſi ſterquilinium
Caput interioris hominis qd in fine perdetur. Caput ergo interioris
hominis, animæ, mens ſeu ratio intelli-
Eccl.2 gitur. De quo Salomon ait: Oculi ſapi-
entis in capite ipſius, id eſt, fides & in-
tellectus ſunt in mente ſapientis. Nam
oculi corporales ſunt etiam in capite vi
ri ſtulti. Huic capiti quædam iniquitas
ſuperponitur. Illa iniquitas quæ cum ti
more Dei & propoſito pœnitendi com
mittitur, ſupponitur rationi: quia pecca
tor in ea iudicium rationis reueretur. Il
la vero iniquitas, quę ſine timore Dei &
ſine propoſito pœnitendi committitur,
ſuperponitur menti, quia peccator in ea
iudicium rationis contemnit. Vtraque
grauat, ſed iſta ſicut onus mediocre, illa
vero ſicut onus graue, quod in profun-
dum demergit. Et hoc eſt quod dicit:
Iniquitates meæ, quas ego ſine timore
& propoſito pœnitendi commiſi, ſuper
poſuerunt, id eſt, poſuerunt ſe ſuper ca-
put meum. Vel ſecundum aliam literā,
ſupergreſſæ ſunt caput meum, hoc eſt,
depreſſerunt & deſpexerunt rationem
animæ meæ. Ideoque grauatæ ſunt ſu-
per me, non ſicut onus mediocre, ſed ſi-
cut onus graue, quod vſq; in profundū
vitiorum demergit. Iniquitas enim ſe-
cundum Prophetam, ſuper talentum
plumbi ſedere deſcribitur, quia men-
tem quam deprimit, non ſinit ad cœ-
lum erigi, ſed cogit ad inferna demergi.

Vel iniquitates meæ ſuperpoſuerunt,
id eſt, in ſuperbia poſuerunt caput me-
um, id eſt, mentem meam in ſuperbiam
extulerunt,& ideo, quoniam omnis qui Lucæ.14
ſe exaltat humiliabitur, ſicut onus gra-
ue grauatę ſunt ſuper me, id eſt, mole pœ
narum me grauiter depreſſerunt. Quaſi
diceret: Ego exaltaui me in ſpiritu ſuper
biæ, quoniam iniquitates meę ſupergreſ
ſe ſunt caput meum,& Deus humiliauit
me in pondere pœnæ, quoniam ſicut o-
nus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Eſt onus Chriſti, onus mundi, onus Onus triplex
diaboli. Primum gratiæ, ſecundum pœ
næ, tertium culpæ. De primo: Iugū meū Matt.11
ſuaue eſt,& onus meum leue. De ſecun-
do: Onus Babylonis, quod vidit Eſa- Eſa.13
ias filius Amos. De tertia: Nolite por-
tare onera in die ſabbati. Licet enim
ſcriptum ſit, Vnuſquiſque onus ſuum Gal.6
portabit, monet tamen Apoſt. Alter al-
terius onera portate,& ſic ad implebitis
legem Chriſti. Non ſolum autem ini-
quitates ſupergreſſæ ſunt caput meum,
verum etiam

Computruerunt &*deteriorauerunt cicatrices meæ a facie inſipientiæ meæ.

*corruptæ ſunt

Computreſcere multis modis dici- Computreſcere varie accipitur.
tur aliquid. Ratiōe materię. Vnde: Lum
bare computruit, quod Hieremias ab-
ſcondit in Euphrate. Ratione pœnę. Vn
de: Philiſtijm computreſcebant promi Hiere.13
nentes extales. Ratione culpæ. Vnde: 1.Reg.5
Cōputruerunt iumenta in ſtercore ſuo.
Et ratione gratiæ. Vnde: Computruit Eſa.10
iugum à facie Dei. Cicatrix autem eſt lo Cicatrix quid
cus vulneris iam ſanati, ſed hic ponitur
continens pro contento: vt cicatrices in
carne intelligantur plagæ, quæ poſtquā
curatę ſunt, recidiuant,& quidem poſte
riores plagę longe ſunt peiores, quā pri
ores. Sic cicatrices in mente ſunt culpæ,
quæ poſtquam dimiſſæ ſunt, iterantur,
& ſunt longe iſtę grauiores, quā illę. Ait
ergo: Cicatrices meæ, id eſt, peccata, quę
mihi dimiſſa ſunt per baptiſmū, vel pœ-
nitentiam, computruerunt. i. conuerſa
ſunt in putredinē, dū iterata ſunt ad rea- Animæ peccatricis fœditas quāta
tum, qui eſt mentis putredo. Heu ſi quis
viderit animam peccatricem, quam ſit
fœda

fœda, quam ſœtida & putrida: profecto leproſior eſt carne leproſa. Et deteriorauerunt, id eſt, deteriora facta ſunt, per ingratitudinis vitium, à facie inſipientię meæ, id eſt, ab inſipientia mea, quæ appa ret quaſi facies manifeſta. Quænam enim manifeſtior eſt ſtultitia, quam vt pœnitens ad peccatum, ſicut canis ad vomitum, reuertatur? Immundus eſt cibus quem canis edit, ſed longe immundior eſt vomitus, ad quem redit. Vel cicatrices meæ computruerunt alijs, qui exemplo mei facinoris quaſi fœtore putredinis ſunt corrupti, & deteriorauerunt me, qui frequentando peccatum, deterior effectus ſum, à facie inſipientiæ meæ, id eſt, ex culpa negligentiæ, quæ meam inſipiētiam manifeſtat: quia videlicet non ſum vſus viribus in baptiſmo receptis. Quid enim inſipientius peccatore, qui & cognoſcit facinus & cōmittit, præcipitans ſe ſcienter in mortem? Certe brutum animal ſi videt foueam, declinat ab ea, ne labatur in illam, & ſi forſan alicubi difficultatē incurrit, nō poteſt illuc ſine difficultate reduci. Homo vero ab illicito ſemper illicitur, & in delictis iugiter delectat. Caue igitur pœnitens iterare peccatū, ne propter ingratitudinis vitium, requiratur à te debitū iam dimiſſum. Ecce, inquit, ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliqd tibi cōtingat. Caue quoq;, ne peccatū facias in occulto, magis autem ne facias in aperto: quia peccatum ſecretum obeſt tātummodo facienti, manifeſtum vero & facienti obeſt & imitanti. Vel cicatrices meæ. i. peccata mea, quæ ego poſt pœnitentiā iteraui, computruerunt in me per *defectum: quia computreſcere me fecerunt, hoc eſt, in ſordibus vitiorum marceſcere, quaſi iumenta inſipientia, quæ teſte Propheta, computruerūt in ſtercore ſuo, & tanquam illi quorum computreſcebant prominentes extales, & ſic deriorauerunt à facie inſipientiæ meæ, id eſt, propter inſipientiam meam deteriorem me fecerunt. Duabus ex cauſis ſolēt cicatrices computreſcere, vel quia non perfecte curantur vulnera, vel quia nociua non plene vitantur. Ille namque vulnera peccatorum perfecte non curat, qui ſuccidit actus, ſed non interficit cogitatus: quia de refricatione cogitationis, facile reditur ad conſuetudinem actionis. Ille quoque nociua vitiorum plene non vitat, qui peccandi occaſiones ſtudioſe non fugit. Fuge ergo perſonam ſuſpectam, locum idoneum, tempus aptum, & quicquid eſt opportunum ad faciēdum peccatum: quia ſicut eſt difficile in igne eſſe & non ardere, ita difficile eſt habere opportunitatē peccandi & non peccare. Sequitur,

2. Petri. 2
Peccatore ſcienter ſe ih mortē præcipitā te nihil in ſipientius.
Ioan. 5
effectum
Iob 5
Duab⁹ ex cauſis cicatrices cōputreſcūt
Peccandi occaſiōes vitandas eſſe.

*Miſerijs afflictus & turbatus ſum vſque in finem, tota die cōtriſtatus ingrediebar.

miſer factus ſum

Quis poſſet omnes hominis miſerias enarrare, cum tota hominis vita ſit miſeria? Homo namque natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Breuis eſt vita, ſed multæ ſunt miſerię, qbus repletus aſſerit, vt nihil in eo vacuū à miſeria relinqtur. In tribus tñ vocabulis tres ſpecies miſeriarū deſignat, videlicet, timores, dolores & labores, ad quas omnes miſerię referunt. Quaſi diceret: Afflictus ſum ꝓ labore, & turbatus ſum ꝓ timore, cōtriſtatus ſum prę dolore: ſuntq; miſeriæ meę lōge, qa turbatus ſum vſq; in finē: ſunt aſſiduæ qa tota die cōtriſtatus ingrediebar: ſunt ſpirituales, quia anima mea cōpleta eſt illuſionibus: & ſunt corporales, quoniā non eſt ſanitas in carne mea.

Miſeriæ hominis inexplicabiles
Iob 14
Miſeriæ omnes ad tres ſpecies referuntur

Finis, Chriſtus. Vñ Chriſtus eſt finis legis ad iuſtitiam omni credenti, qui de ſe dicit: Ego ſum alpha & o, principiū & finis, & de quo ſcribitur: In finem pſalmus Dauid. Charitas. Vnde: Finis præcepti charitas, de corde puro & conſciētia bona, & fide non ficta. Et: Oīs conſummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Adimpletio. Vnde: Ea quæ de me ſcripta ſunt finem habent. Extremitas. Vnde: In tēpore finis cōplebitur viſio. Finis, beatitudo. Vnde: Nouiſſime deſtruetur mors, deinde finis. Perſeueratio. Vnde: Cum dilexiſſet ſuos, vſq; in finem dilexit eos. Nā qui ꝑſeuerauerit vſque ī finē, hic ſaluus erit. Finis terminus. Vñ: Notū fac mihi dñe finem meum, & & numerum dierum meorum. Finis, cō

Finis multiplex
Rom. 10
Apoc. 1
1. Tim. 1
Pſal. 118
Lucæ. 22
1. Cor. 5
Ioan. 13
Matt. 10
Pſal. 38

Ezech.7 ſummatio. Vnde: Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ. Finis, damnatio. Vnde: Laborabit in æternum, & Phil.3 viuet adhuc in finem. Et: Finis illorum mors eſt. Ergo turbatus ſum vſque in finem, id eſt, vſque ad vitæ terminum (de futuro tanquam de præterito loquens) quia certus ſum, quod ante mortem miſeriæ minime finientur. Propter quod Rom.7 clamabat Apoſtolus dicens: Infelix ego Eccli.40 homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & iugum graue ſuper omnes filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Vtinam in morte terminus miſeriarum exiſtat, ne poſt mortem cumulus miſeriarum accreſcat: quia poſt mortem incomparabiliter maiores erunt miſeriæ in inferno, quam ſunt ante mortem in mundo: quoniam ibi erit vermis qui nõ morietur, & ignis qui non extinguetur. Ibi quærent homines mortem, & non inuenient, optabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et ideo tota die contriſtatus ingrediebar intra cubiculum cordis, vt in occulto triſtis & mœrens pro dilatione ſabbati, quo cupiebam effundere animã meam domino. Iuxta quod ipſe dixit: Cum oraueris intra in cubiculum tuũ, Matt.6 & clauſo oſtio ora patrem tuum. Nec ſemel hoc egi, ſed ſæpe, nec perfunctoriè, ſed aſſiduè: quia tota die contriſtatus ingrediebar, id eſt, in antea gradiebar, donec egrediar tandem ex hac vita, & ad illam perueniam, vbi erit in vero ſabbato requies ſine fine. Notent hoc illi, qui putant ſufficere ſimul & ſemel de peccato dolere, ſtatim poſt gemitum recurrentes ad gaudium, & poſt fletum ad riſum, Pœnitere quid cum econtrario pœnitere ſit pœnam tenere. Ideo vero tota die contriſtatus ingrediebar,

Quoniam anima mea repleta eſt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea.

Illuſiones variæ Innumerabiles ſunt illuſiones, quas homo patitur in hac vita, dum prauis pſuaſionibus circumuentus credit falſa p veris, agit mala p bonis, & dimittit cœleſtia pro terrenis, dum pro caducis, vanis & friuolis à diuina ſeruitute transfertur à pia intentione retrahitur, à ſancto pro poſito reuocatur, & tunc incipiunt illudere ei dicentes, Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Alludit mundus, eludit caro, & illudit diabo lus. Mundus alludit per blandicias ſeculares. Caro eludit per ſenſuales illecebras. Diabolus illudit per ſpirituales fallacias. Iſti enim ſunt tres fallaces ſophiſtæ, qui miſeram animam ſuis verſutijs circumuenerunt, & ſeducunt. Proponit mundus, aſſumit caro, concludit diabolus. Mundus proponit ſecularia blandimenta. Caro aſſumit illicita deſideria. Diabolus concludit ſempiterna tormẽta. Sic alluditur animę vt elidatur, ſic eluditur vt illudatur. Turpis illuſio, quando diabolus ab illuſione ceſſando, magis illudit, iuxta quod legitur: Deridebant ſabbata eius. Tunc enim dęmones ſabbata cuiuſcũque derident, quum ad tempus ab illorum tentatione deſiſtunt, vt quando incaute cognouerint à peccato quieſcere, turpius illum ad peccandum reducant. Et ſic qui ſe ſabbatizaſſe crediderat, à dæmonibus deridetur. Propterea idem vir timoratus & iuſtus alibi orat & ait: Deus meus in te confido non erubeſcam, neque irrideant me inimici mei. Etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur. Multis ergo modis illuditur animæ, præſertim in obſcœnis affectibus & cogitationibus importunis, quibus improbe irruentibus, vix anima orare permittitur, & raro finitur contemplari, dum corporum imagines occurrunt, quæ de hoc in illud, & de vno in aliud mentem rapiunt & transducunt. Scriptum eſt enim: Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti: quia improbæ cogitationes tollunt deuotionem orationis.

Luc.14

Sophiſtæ fallaces tres, mundus, caro, diabolus

Thre.1

Pſal.24

Eccl.

Quid dicam de illuſionibus illis, per quas angelus ſatanæ transfigurat ſe in angelum lucis, & vitia ſimulando virtutes, impietatem ingerit ſub ſpecie pietatis? Certe non poteſt exprimi, quã ta ſit multitudo & magnitudo illuſionum, quas anima patitur in hoc mũdo.

Illuſionũ multitudo, quas parit anima, inexplicabilis

Vnde pœnitens ait: Anima mea comple ta eſt illuſionibus. Ecce non reſperſam, ſed completam eſſe illuſiõibus animam aſſerit, vt multitudinem & magnitudinem illuſionum oſtendat. A quibus etiam ſanitas non eſt in carne mea, quæ ſuis illuſionibus inquinatur, maxime cum inſomnijs nocturnas pollutiones incurrit. Nec iſtam illuſionis ſpeciem reputes eſſe leuem, quoniam ex falſa cauſa verus procedit effectus, quoniam & ſi falſa ſit in ſomno imaginatio, vera tamen pollutio eſt in carne. Vnde præcipitur in Leui

Leuit. 15 tico, vt homo qui pollutus nocturno ſit ſomno, egrediatur extra caſtra, & non reuertatur, priuſquam ad veſperam lauetur aqua, & poſt ſolis occaſum regrediatur in caſtra. Omne peccatum, quod

1. Cor. 6 facit homo, extra corpus eſt, q vero fornicatur, in corpus ſuum peccat. Vnde ſecundum aliam literam dicitur: Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, vel ignominia. Nam in lumbis eſt incentiuum li

Iob. 14 bidinis, ſecundum illud: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo eius in vmbilico ventris eius. Vnde præcipitur: Sint

Lucæ. 12 lumbi veſtri præcincti. Grandis enim eſt illuſio, & grauis ignominia, in voluptate libidinis: quia præcedunt illam ardor & petulantia, comitanſ fœtor & immunditia, ſequuntur dolor & pœnitentia. Sequitur:

Afflictus fum & humiliatus ſum nimis

Incuruatus ſum & humiliatus vſquequaq, rugiebam a gemitu cordis mei.

In prima parte prius commemorauit pœnas inflictas à Deo, ac deinde pœnas illatas à ſe, de illis præmittens: Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam, & de iſtis ſubiungens: Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. In hac vero ſecunda parte, prius commemorat pœnas inflictas à ſe, ac deinde pœnas illatas ab alijs. De illis enim dicit: Incuruatus ſum, & humiliatus vſquequaque, rugiebam à gemitu cordis mei. Cor meum conturbatum eſt in me, deſeruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum non eſt mecum. De iſtis addit: Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt, & proximi mei à longe ſteterunt. Vim faciebant qui quærebant animam meam, & qui inquirebant mala mihi, loquuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Oſtendens quantum ex vtriſque profecerit. Nam ex illis profecit ad deſiderium patriæ, Vnde ſupponit & dicit: Ego autem velut ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo increpationes.

Agens ergo de pœnis quas patitur, à ſeipſo fatetur ſe ſuſtinere incuruationem corporis, & humiliationem mentis. Vnde: Incuruatus ſum, & humiliatus vſquequaque. Rugitum oris & gemitum cordis. Vnde: Rugiebam à gemitu cordis mei. Tædium viuendi & deſiderium moriendi. Vnde: Ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Statimque ſuperiorum cauſas aſſignat. Cor meum, inquiens, conturbatum eſt in me, deſeruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum non eſt mecum. Ac ſi diceret manifeſtius: Dixi quod rugiebam à gemitu cordis mei, Nec mirum: quia cor meum conturbatum eſt in me. Dixi quod incuruatus ſum & humiliatus vſquequaque, Nec mirũ: quia deſeruit me fortitudo mea. Dixi quod ante te eſt omne deſiderium meum, Nec mirum: qa lumen oculorum meorum non eſt mecum. Et ideo quia tu, qui lumen oculorum meorum es, mecum non es, deſidero eſſe ante te, vt ego ſim tecum, & non hoc ficte, ſed vere: quia gemitus meus à te non eſt abſconditus. Sæpe quidem vexatio tribuit intellectum, quia nonnunquam flagella caſtigant, quem beneficia non emendant. Quapropter ait: Incuruatus ſum & humiliatus vſquequaque, id eſt, ex vtriuſque hominis parte, videlicet exterioris, quantum ad incuruationem corporis, & interioris, quantum ad humiliationem mentis. Quare à gemitu cordis ingemiſcentis interius de multitudine, magnitudine, ac turpitudine peccatorũ, rugiebã exterius lugubri,

 queru-

querulo & confuſo clamore, more leonis rugientis ad eſcam: quia famem patiens boni operis, rugiebam deſiderio cibi cœleſtis, ad ſabbatum æternitatis tota mente ſuſpirans.

Cæterum poſſent hæc ad pœnitentię virtutem referri, vt dicat pœnitens: Incuruatus ſum corpore, & ſum humiliatus mente, in oratione ac confeſſione proſtratus, nec humiliatus ſimpliciter, ſed etiam vſquequaque, omnes omnino circunſtantias exprimendo, vt qui committendo peccatum, ſuperbam contra Deum ceruicem erexi, confitendo peccatum, pronam ante Deum mentem inclinem. Inſuper rugiebam à gemitu cordis mei, altis clamoribus eiulans, & profundis ſuſpirijs ingemiſcens. Quoniam ante te eſt omne deſiderium meum, quia non vna pars deſiderij mei eſt ante te, altera poſt te, vt vnum peccatorum meorum exprimam confitendo, & aliud ſupprimam occultando, vnum accuſando condemnem, & aliud excuſãdo defendam: ſed omne deſiderium meum eſt ãte te, quia cum vltimo deſiderio totam conſcientiam meam coram te pãdo. Quod inde conijcis euidenter, quia gemitus meus à te non eſt abſconditus, cuius oculis omnia nuda ſunt, & aperta.

Incuruatio ĩ verã que partẽ accipitur

Incuruatio in ſcripturis in bono accipitur, & in malo. Eſt enim incuruatio cõtractionis. Vnde: Heliſeus incuruauit ſe ſuper puerum & reuixit. (4. Reg. 4) Adorationis. Vnde: Fratres Ioſeph incuruati adorauerunt eum. (Gen. 42) Humiliationis. Vnde: Incuruabitur ſublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. (Eſa. 5) Subiectionis. Vnde: Incuruētur ante te filij matris tuæ. (Gen. 27) Item, incuruatio cupiditatis. Vnde: Incuruare vt trãſeamus. (Eſa. 51) Iniquitatis. Vnde: Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. (Pſal. 56) Obſcœnitatis. Vnde: Scortum alterius ſit vxor tua, & ſuper eam incuruentur alij. (Iob. 31) Et anxietatis. Vnde: Vxor Phinees incuruauit ſe & peperit, irruerunt enim in eam dolores ſubiti. (1. Reg. 4)

Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Irriguum ſuperius & inferius quid

Ecce vtrunque habet irriguum, ſuperius, id eſt, deſiderium mentis pro bonis patriæ, ac inferius, id eſt, gemitum cordis, pro malis mundi. Ac ſi diceret manifeſtius: Vidi cuncta quę ſub ſole fiunt, & ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus: (Eccl. 1) quare iam nihil deſidero in hoc mũdo, ſed ante te eſt omne deſiderium meum, vt videlicet coram te conſiſtam in patria, vbi eſt vera quies, plena ſecuritas, ſumma dulcedo, perfecta lætitia, & felicitas ſempiterna: vbi in ſummo bono quicquid boni quæritur, inuenitur. Et ideo gemitus meus, de innumeris miſerijs huius vitæ, quæ tota eſt militia ſuper terram, à te nõ eſt abſconditus: non ſolum quia tibi cognitus eſt, qui omnia conſpicis & nihil ignoras, verum etiam quia eſt tibi placitus, qui quodam ſpeciali modo diceris neſcire, quæ reprobas, & ſcire quæ approbas. Vnde: Non noui vos. (Matt. 25) Et: Nouit dominus qui ſunt eius. Illa quippe abſconduntur à Deo, quæ diuino indigna ſunt aſpectu. Vnde Adam & vxor eius abſconderunt ſe à facie domini poſt peccatum: (Gen. 3) quia qui male agit, ſine dubio odit lucem. (Ioan. 3) Et ideo

Cor meum conturbatum eſt in me, * deſeruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorũ * non eſt mecum.

dereliqit me virtus & ipſum

Oſtendit ſe incurriſſe anxietatem cordis. Vnde ait: Cor meum conturbatum eſt in me, propter acerbitatem doloris, & debilitatem corporis. Vnde ſubdit: Deſeruit me fortitudo mea, propter tenuitatem ieiuniorum & obſcuritatem luminis. Vnde: Lumen oculorum meorum non eſt mecum, propter affluentiam lachrymarum. Et ita iam dignos fructus pœnitentiæ facit. (Matt. 3) Quandoq; cor hominis cõturbatur in ſe, quãdo ſcilicet per compunctionis dolorem ſpiritus triſtatur & affligitur pro ſeipſo, ſecundum illud: Recogitabo tibi omẽs annos meos in amaritudine animę meę. (Eſa. 38) Quandoq; conturbatur in alio, qñ ſcilicet

cet per ſpiritum compaſſionis affligitur pro alio & triſtatur, ſecundū illud: Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur & nō vror: Ait ergo: Cor meum conturbatum eſt in me: quia in meipſo eſt, vnde doleam de meipſo, qa deſeruit me fortitudo mea. Scriptum eſt enim, quia iuſti fortitudinem ſuam mutant, dum corporalem deponunt & ſpiritualem aſſumunt, propter quod dicit Apoſtolus: Cum infirmor, tum potens ſum. Et lumen oculorum meorum non eſt mecum, quin potius contra me: quia mors ingreſſa eſt per feneſtras. Et: Oculus animam deprædatur. Vnde ipſi oculi iam compuncti à Deo lachrymis effluunt, vt eorum lumen quaſi deficiēs non ſit mecum.

2.Cor.11

2.Cor.12

Thre.3

Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerūt & ſteterūt, & *proximi mei a longe ſteteuunt.

qui iuxta me erant

Grauior peccatori poſt pœnitentiā incumbit tētatio

Hactenus proſequutus eſt pœnitens pœnas, quas patitur intus, à Deo videlicet & à ſe, amodo proſequitur pœnas, quas patitur foris, ab amicis & inimicis. De pœnis enim à Deo inflictis prædixerat: Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam. De pœnis à ſe illatis adiunxit: Iniquitates meæ ſupergreſſę ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Nunc vero dicit de pœnis, quas patitur ab amicis: Amici mei & proximi mei à longe ſteterunt. De pœnis quas patitur ab inimicis ſubiungit: Inimici mei viuunt, & confortati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt qui oderunt me inique.

Sane quum peccator per pœnitentiam ſe conuertit ad Deum, grauiores tentationes incurrit, iuxta quod legitur: Fili, quum acceſſeris ad ſeruitutē Dei, præpara animam tuam ad tentationem. Vnde quum ad pœnitentiam ſe conuertit, ecce inſtigante diabolo, amici, proximi, & vicini contra ipſum inſurgunt, propter quod dicit: Amici mei & proximi mei appropinquauerunt, non vtique propter me, vt conferant mihi ſolatium, ſed aduerſum me, vt inferant nocumentum. Nec perfunctorie, ſed inſtanter: quia nō ſolum approximarunt, ſed & ſteterunt aduerſum me, videlicet vt mihi aduerſentur. Et qui iuxta me erāt, id eſt, vicini mei à longe ſteterunt, omne mihi conſilium & auxilium ſalutis denegantes. Illi appropiauerunt, vt inferrent diſpendium, iſti elongauerunt, ne conferrent ſolatium, vt ſic malis totus eſſem expoſitus, & ne bonis aliquatenus eſſem adiutus.

Eccl.2

Et vim faciebant, qui quærebāt animam meam: & qui inquirebant mala mihi, loquuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.

Agendo de pœnis quas ſe ab aliis ſuſtinere fatetur, oſtendit ſeparatim non ab hoſtibus, ſed ab amicis, non ab alienigenis, ſed cognatis, nō ab extraneis, ſed vicinis: quia *indignus & indignatus, tā ab his, quam ab aliis perſequutio tolera tur. Et hi me, inquit, multipliciter perſequuntur, videlicet, opere, violenter & odioſe, quia vim faciebant qui quęrebant animam meam. Ore, malignanter & ſtudioſe: quia qui inquirunt mala mihi, loquuti ſunt vanitates. Et corde, inceſſanter atque doloſe, quia dolos tota die meditabantur. Heu quod hodie reputātur amici, qui cenſendi ſunt potius inimici, diligētes corpus, ſed animam odientes. Tales ſunt iſti, qui hunc ad Deum conuerti cernentes, violenter impedire nituntur, animam non ad ſaluandum, ſed ad perdendum quærentes, cū eum à via Dei retrahere moliantur, & bona temporalia inquirentes, ſpiritualia mala procurant, loquentes vanitatem in dolo, dum ei vana ſuggerunt & iniqua.

Ego autem velut ſurdus non audiebam, & velut mutus *qui non aperuit os ſuum.

non aperiens

Surditas duplex.

Eſt ſurditas bona, & ſurditas mala. Bona ſurditas eſt claudere aurem prauis cō ſiliis & malignis ſuggeſtionibus. Vnde: Quis fecit os hominis, aut fabricatus eſt mu-

mutum & ſurdum, videntem & cecum,
Matt.11 nonne ego? Ite, renunciate Ioanni: Sur-
di audiunt. Nam illi obediunt Deo, qui
ſunt ſurdi diabolo. Mala ſurditas eſt
claudere aurem ſanis conſiliis, & præce-
Mar.9 pſal.57 ptis diuinis. Vnde: Surde & mute ſpiri-
tus exi ab eo. Et: Sicut aſpidis ſurdę &
obturantis aures ſuas, quæ non exaudi
et vocem incantantium & venefici incã-
tantis ſapienter. Obmuteſcit autem quis
aliquando ex cautela. Vnde: Obmutui
& humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Ali-
Eſaiæ.53 quando ex patiẽtia. Vnde: Quaſi agnus
coram tondente ſe obmuteſcet. Econtra
obmuteſcit quis aliquando ex timore.
Vnde: Canes muti, non valentes latrare.
Aliquando ex cauteriata conſciẽtia. Vn
Matt.22 de: Amice, quomodo huc intraſti, non
habens veſtem nuptialem? At ille obmu
Ergo ſurdus & mutus tuit. *Mutus autem & ſurdus hic accipi-
untur in bono. Magnæ quippe virtutis
eſt nõ reddere malũ pro malo, ſed quan
doque maioris eſt non reddere maledi-
ctum pro maledicto, quum longe facili
us poſſit hoc reddi, quàm illud. Adhuc
autem perfectioris eſt patientiæ, nec of-
fendi, nec offendere verbo, ideoque non
repetendo, ſed determinando ſubiun-
git:

Et factus ſum ſicut homo nõ audiens, & non habens in ore ſuo *increpationes.

redargutiones

Quaſi diceret manifeſtius: Non eram
in veritate ſurdus & mutus, ſed quum au
dire poſſem & loq, factus ſum ſicut ho-
mo non audiens, & non habens in ore
ſuo increpationes: quia non reſponde-
bam maledictum pro maledicto. De ta-
pſal.15 libus increpationibus legitur: Vſque ad
Increpationes variæ noctẽ increpuerunt me renes mei. Nam
ſunt & bonæ increpationes, de quibus
pſal.67 dicitur: Increpa feras ſyluarum. Et: Ar-
2.Tim.4 gue, obſecra, increpa. Sunt & aliæ, de qui
bus ſcriptum eſt: Increpet in te Deus Sa-
Zach.3; pſal.15 tan. Et: Increpauit mare rubrũ. Poſſunt
hæc intelligi etiam ex perſona capitis, vt
ſint quaſi verba Chriſti, non niſi mutata
voce, dicentis: Amici mei, non veri ſed ſi
cti, vt hi qui tentando dicebant: Magi-
Matt.22. ſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in
veritate doces, & non eſt tibi cura de ali-
quo. Dic ergo, licet tributum dare Cæ-
ſari, an non? Et proximi mei, videlicet co
gnati ſecundum carnem, vt hi, qui dice- Ioan.7.
bant: Tranſi hinc & vade in Iudæam, vt
diſcipuli tui videant opera, quæ tu facis.
Neque enim fratres eius credebant in e-
um. Hi & illi appropiauerunt aduerſum
me, coram Pilato dicẽtes, Crucifige, cru Ioan.19.
cifige eum: & ſteterunt coram Herode, Lucæ.23.
conſtanter me accuſantes. Et qui iuxta
me erant, id eſt, diſcipuli, qui mecum e-
rant conuerſati, de longe ſteterunt, fugi
entes timore mortis. Nam Petrus ſeque Lucæ 22.
batur à longe. Et qui quærebãt animam
meam, non ad imitãdum, ſed ad perden
dum, vim faciebant, capiendo, ligando,
colaphizando, & conſpuendo. Et qui in
quirebant mala mihi, quum non inueni
rent crimina, loquuti ſunt vanitates, fin
gendo falſa teſtimonia, vt hi q dixerunt,
Nos audiuimus eum dicentem: Ego diſ Marc.14.
ſoluam templum hoc manu factum, &
per triduum aliud non manu factum re
ædificabo, & non erat conueniens teſti-
monium eorum. Et tota die meditaban
tur dolos, id eſt, fallacias, vt, quando cu
ſtodes pecunia corruperunt, vt dicerent,
Nobis dormientibus venerunt diſcipu- Matt.vlt.
li eius, & furati ſunt eum. Ego autem tan
quam ſurdus non audiebam, quia non
reſpondebam, quaſi nihil audirem. Et ſi
cut mutus, qui non aperuit os ſuum, vt
impleretur quod ſcriptum eſt, Sicut a- Eſaiæ.53
gnus coram tondente ſe, ſic non aperuit
os ſuum. Et ideo factus ſum ſicut homo
nõ audiens, & non habens in ore ſuo in
crepationes. Vnde cum vnus miniſtro-
rum Annæ dediſſet alapam Ieſu dicens,
Sic reſpondes pontifici? Ieſus non incre Ioan.18
pando, ſed rationem reddendo, reſpon-
dit, Si male loquutus ſum, teſtimonium
perhibe de malo. Si autem bene, quid me
cædis?

Quoniam in te domine ſperaui, tu exaudies me domine Deus meus.

Tertia pars, in qua dicit ſe inter aduer Spes in aduerſis magnum ſolatium oppreſſorum
ſa ſperare, quod magnum eſt ſolatium
oppreſſorum: quia dum ſperant in tri-
bulationibus, non deficiunt, credentes à
domino ſe liberari. Commendat autem
pœnitens circa ſe ſpei donum, dicens,
Quoniam in te domine ſperaui. Oratio
nis

nis votum: Quoniã tu exaudies me domine Deus meus. Diſcretiõis iudicium: Quia dixi, nequando inſultent mihi inimici mei. Patientiæ meritum: quia dum cõmouerentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt. Satisfactionis propoſitum: q̃niam ego in flagella paratus ſum. Contritionis affectum: quia dolor meus ante me eſt ſemper. Confeſſionis ſonum: quoniam iniquitatem meam ego pronũcio. Et inquiſitionis ſtudium: quia cogitabo pro peccato meo. Verũtamen in his omnibus perſecutores mihi non deſunt. Viuaces & prompti: quoniã inimici mei viuunt. Fortes & firmi: quoniã confortati ſunt ſuper me. Multiplices & diuerſi: quoniam multiplicati ſunt. Crudeles & impij: quoniam oderunt me inique. Ingrati & detractores: quoniã qui retribuebãt mihi mala pro bonis, detrahebant mihi. Cauſam quoq; ſupponit, quare tales ſint erga ipſum: quoniam ſubſecutus ſum, inquit, iuſtitiam. Vel, ſecundum aliam literam, quoniam ſequebar bonitatẽ. Nam & iniuſti propter iuſtitiam, & mali propter bonitatem perſequuntur bonos & iuſtos. Sicut Cain Abel, Iſmael Iſaac, Eſau Iacob, Saul Dauidem, & Iudaicus populus dominũ Chriſtum. Ait ergo: Quoniam in te domine ſperaui, tu exaudies me dñe Deus meus. Qui ſperat, credit & diligit, quia niſi crederet, non ſperaret, & niſi ſperaret, procul dubio non diligeret. Nam ſpes non confunditur, id eſt, non patitur confundi ſperantem. Quemadmodum alibi dictum eſt: In te domine ſperaui, non confundar in æternum. Vnde credens & diligens recte ſperat à dño exaudiri. Qui vero non ſperat, non petit in fide, vnde nequaquam exaudiri meretur: quia Deo ſine fide placere non põt. Ait ergo, Dñe, qui triſtia mutas in læta, & aduerſa conuertis in proſpera, quia in te ſperaui, quẽadmodum ſperãdum eſt, ideo dixi, non tam ore, quam corde, quod tu me exaudies, hoc eſt, ad optatum exitum audies: Domine deus, creator meus, redemptor & ſaluator meus: q creando tribuiſti naturam, redimendo dediſti gratiam, & ſaluando conferes gloriam. Tunc enim eris certiſſime meus, cum vltra non poteris eſſe non meus. Dixi quidem quod exaudies me, nec immerito.

Iuſtitiã ſectantium perſecutores. — *Gen. 4* — *Gen. 21* — *Gen. 27* — *pſal. 30* — *Heb. 11*

Quia dixi, ne aliquando *inſultent in me inimici mei, & dum cõmouerentur pedes mei, in me magna locuti ſunt.

**ſupgaude ant mihi*

Supra non expoſuerat quid petierit, nũc autem illud exponit, quia hoc dixi, hoc petij, ne aliquando inſultent in me inimici mei, hoc eſt, ne illud agam, propter quod inimici mei mihi valeãt inſultare. Quemadmodum alibi dictum eſt, Deus meus in te confido, non erubeſcã, neq; irrideant me inimici mei, etenim vniuerſi qui te expectant non cõfundentur.

pſal. 24

Inter alias qppe cauſas, propter quas ſibi iuſtus præcauet à peccato, hæc non eſt minima, ne ſuper illo exultet & inſultet iniuſtus. Proprium eſt enim inimicorum, vt exultent & inſultent incommodis eorum, quos oderunt: & ideo dixi, ne inſultet in me inimici mei, quia dum pedes, id eſt, actus mei commouerentur aliquando ex humana infirmitate, ipſi ſecundum prauam conſuetudinem locuti ſunt cõtra me, irriſores videlicet, iniurias vehementes. Lætatur ergo impius & inſultat, quando iuſtum proſpicit commoueri, ſecundũ illud, Qui tribulãt me exultabunt, ſi motus fuero. Sed ecõtra, pius triſtatur & condolet, cum turbari cernit iniuſtum, ſecũdum quod dicit, Apoſtolus, Quis infirmatur & ego non infirmor: quis ſcandalizatur & ego non vror: Nam peccata proximorum frixorium ſunt iuſtorũ. Pes hominis, affectus eſt, opus, & ſuſtẽtator. Quilibet duplex, dexter videlicet & ſiniſter. De pedibus affectiõis dicitur, Laui pedes meos, quo modo inquinabo illos: Et: Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet. De dextero, Pes meus ſtetit in via recta, in Eccleſijs benedicam te domino. De ſiniſtra, Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me. De pedibus operationis dicitur, Perfecit pedes meos tanquam ceruorũ. Et, Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit. De dextris, Pedes eorũ recti. De ſiniſtris, Pedes eorũ ad malum currũt. De pede ſuſtẽtationis dextro, B. Iob ait: Oculus fui cæco, & pes claudo.

Iniuſtorũ inſultatio iuſtos cautos reddit — *piorum & impiorũ exultatio contraria* — *pſal. 12* — *2. Cor. 11* — *pes quid myſtice.* — *Cant. 5* — *Ioan. 13* — *Pſal. 35* — *Pro. 1* — *Iob. 29*

De

De pede ſuſtentationis ſiniſtro Veritas Matt. 18 ait: Si pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum & proijce abs te. Poteſt & aliter hoc intelligi, vt etſi dixerit, ne aliquando ſupergaudeant ſibi inimici, non tamen in hoc fuerit exauditus: quia dum commouerentur, inquit, pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt. Quod Deus nõ ſine cauſa quandoque permittit contingere, vt Pro. 24 videlicet iuſtus moueatur & cadat: quia ſepties in die cadit vir iuſtus & ſortior reſurgit. Reſurgit enim humilior, reſurgit cautior, reſurgit miſericordior, ſicut Petrus, qui quoniam incaute & præſum- Matt. 26 ptuoſe reſpondit, quum ait: Domine, etſi oportuerit me mori tecum, non te negabo, permiſſus eſt cadere, vt ſuam præſumptionem, imprudentiam, & infirmitatem agnoſceret, & diſceret in ſeipſo, qualiter deberet alijs miſereri. Vnde cũ poſt reſurrectionem fuiſſet interroga- Ioan. 21 tus à domino: Simon Ioãnis, diligis me plus his? Humiliter reſpondit & caute: Domine, tu ſcis quia amo te. Dimittens dubium, vtrum ipſe plus cæteris, & certum tenens quod ipſum amaret. Quiq; ter dominum ex timore negauerat, ter quoque eum ex amore cõfeſſus eſt: quatenus trinæ negationi trina cõfeſſio redderetur, nec minus amori quàm timori lingua ſeruiret: & ſic fieret amoris officium paſcere gregem domini, ſicut fuerat timoris indicium, negare dominum gregis. Non ſolum autem, quia ſperaui, dixi, tu exaudies me domine Deus meus, verum etiam

Quoniam ego, in flagella paratus ſum, & dolor meus *ante me eſt ſemper.

in conſpectu meo

Tria in vera pœnitẽtia neceſſaria

Tria illa commemorat, quæ ſunt in vera pœnitentia neceſſaria, videlicet, dolorem compunctionis in corde, pronũciationem confeſſionis in ore, & flagellum ſatisſactionis in opere: ſingula innuens ſuis circunſtantijs. De primo ſiquidẽ dicit: Dolor meus ante me eſt ſemper. De ſecundo ait: Iniquitatem meam ego pronuncio. De tertio vero inquit: Dolor cõpunctio- Ego ad flagella paratus ſum. Dolor enĩ compunctionis non debet eſſe perſun-ctorius, ſed continuus, nõ leuis ſed gra- nis qualis eſſe debeat uis, quia pœnitere eſt pœnam tenere. Vnde coniungit & ait: Dolor meus, emphatice, id eſt, de quo doleo, videlicet, cauſa doloris ſemper eſt coram me, ante faciem meam, non poſt tergum, vt ſemper videam, vnde doleã, & quia paratus ſum, promptus & præſto ad flagella ſuſcipienda & ſuſtinẽda pro ſatisfactione peccati, non ſolum ieiunium, orationem, & eleemoſynam exercere, verum etiam corporalem diſciplinam ſubire, in laboribus, vigilijs, & alijs mortificationibus carnis. Nouit pœnitens, quod pater flagellat o- Pr[illegible] mnem filium quem diligit, & ideo ſponte ſe offert ad flagella ſuſcipienda, quæ ſi æquanimiter tolerentur, non mortificant ſed viuificant, non deducunt ad inferos ſed reducunt: corripiunt quidem, ſed corrigunt, percutiunt, ſic tamen quod ſanent. Nec ſolum propter prædicta exaudies me domine Deus meus, verum etiam

Quoniam iniquitatem meam ego * pronuncio, & * cogito pro peccato meo.

annunciabo cogitabo.

Iniquitatem pronuncio, id eſt, prouide nuncio, diſcrete confiteor: vel de futuro pronunciabo, id eſt, fideliter confitebor, & ideo cogitabo pro peccato meo, vt per inueſtigationem prudentem om- Circũſt[illegible] [illegible] in cõfeſſione exprimendæ. nem omnino inueniam iniquitatis circunſtãtiam, quam ſine omni ſuppreſſione, ſine omni excuſatione, ac ſine omni attenuatione valeam confiteri. In hoc loco reprehenduntur illi, qui dolentes ad horam peccata ſua improuide confitentur, nolentes ſubire pœnitentiam niſi leuem. Sed ſi diligenter attenderent, quod per remdium pœnitentiæ, pœnę fit commutatio æternæ in temporalem, nihil ꝑ tali commutatione reputarent difficile, quod poſſent aliquatenus ſuſtinere. Libenter itaque pœnitens onus iniunctæ ſibi ſatisfactionis ſuſcipiat, etiam ſi difficile videat, & incipiat illud ſtudioſe portare. Quod ſi ſorte vires eius excedit, ad ſacerdotem recurrat, qui diſcreto moderamine abhibito illud ſatagat temperare. Quia vero quod facit flagellũ grano,

&

& fornax auro, id efficit pſecutio viro iuſto, &aduerſitas homini timorato, ſubiungit & ait,

Inimici mei viuunt & confortati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt, qui oderunt me inique.

Boni ſemper in ſeculo moriuntur Boni ſemper in ſeculo moriuntur, qua ſeipſos mortificant, iuxta quod ait Apoſtolus: Quotidie morior propter veſtrā gloriam fratres. 2.Cor.11 Mali vero viuunt in ſeculo, quia cum deſiderio proſperitate mundi fruuntur, dicentes: Comedamus 1.Cor.15 & bibamus, cras enim moriemur: non comedentes vt viuant, ſed viuentes vt comedāt: quos Deus viuere patitur ad probationem bonorum, & ob hoc inquit, Confortati ſunt ſuper me, vt me fortitudine ſuperent, & multiplicati ſunt ſuper me, vt me multitudine vincant, qui oderunt me inique, quum ego eos perfecte dilexerim. Vnde,

Qui retribuebant mihi mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſubſecutus ſum iuſtitiam. ſequebar bonitatē

Retributio quadripartita Quadripartita eſt retributio. Quia retribuūtur bona pro bonis, mala pro malis, bona pro malis, & mala p bonis. Retribuebant bona pro bonis Iſraelitæ Raab, Ioſ.6 Mala pro malis Samſon Philiſtæis, Iud.16 Bona p malis Ioſeph fratribus ſuis, Gen.45 Mala pro bonis Iudæi Chriſto. Matt.27 Ad reddendum bona pro bonis tenetur quilibet, propter illud quod dominus præcepit: Quæcunque vultis vt faciant vobis homines & vos eadem facite illis. Lucæ.6 Ad reddendum mala pro malis, non tenetur aliquis, niſi iudex, propter illud quod in lege præcipitur: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Exod.21 Cæteris autem dicitur: Non reddes malum pro malo, neq̄ maledictum pro maledicto. 1.Petri.3 Ad reddēdum vero bona pro malis, quilibet ſaltem per fectus tenetur, propter illud quod dominus præcipit: Benefacite his q oderūt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. Matt.5 Ad reddendum autem mala pro bonis nullus omnino tetur. Vnde cum dominus dixiſſet in Pſalmo, Poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea, ſtatim ſubiunxit, Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius. Pſal.108 Ex his quatuor differētijs ſurgunt quatuor aliæ negatiuæ, videlicet, non reddere bonum pro bono, & hoc eſt malum: non reddere malum pro malo, & hoc bonum eſt: non reddere bonum pro malo, hoc ſaltem perfectis eſt malum: & non malum pro bonis reddere, & hoc eſt omnibus bonum. Deus autem inquantum eſt pater, reddit & bona pro bonis, & bona pro malis, iuxta quod legitur, Pater veſter cœleſtis ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Matt.5 Inquantum autem eſt iudex, nō ſolum reddit bona pro bonis, ſed etiam mala pro malis: quia reddit vnicuiq̄ iuxta opera ſua. Propter quod dicit: Mea eſt vltio & ego retribuam. Deut.32 Lucifer autem, inquantum eſt Satanas, retribuit non ſolum mala pro malis, verum etiam mala pro bonis: quoniam odiū pro dilectione ſua retribuit creatori, quemadmodum de ipſo legitur & membris eius: Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper ad te. Pſal.73 Cæterum & bona & mala, quædam ſunt tēporalia, & quædam perpetua, quæ ſe ita habent, quod Bona & mala, quedam temporalia, quędam perpetua pro bonis temporalibus, & temporalia & perpetua bona reddantur, ſecundum illud: Qui dimiſerit patrem aut matrem, domum aut agrum, propter me, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Matt.19 Similiter & pro malis temporalibus & temporalia mala & perpetua redduntur, quoniam peccatores induuntur, ſicut diploide, confuſione ſua. Pſal.108 De temporalibus dictum eſt: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Exod.21 De perpetuis vero dicetur: Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi bibere, ppterea ite maledicti in ignē æternū, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Matt.25 Item pro bonis perpetuis, & perpetua & temporalia bona redduntur. Nam quia deus electos glorificabit perpetuo, & electi dominū perpetuo glorificabūt, iuxta quod legitur: Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Pſal.83 De temporalibus vero

ta legitur, quod operarij pro denario laborant in vinea, dando temporalia pro æternis: ſicus & is, de quo legitur, quod (Mat. 13) inuenta vna precioſa margarita, dedit omnia ſua & comparauit eam. Similiter pro malis perpetuis, & temporalia & perpetua mala redduntur. Nam quia dominus reprobos damnabit perpetuo, & ipſi eum perpetuo odibunt, quemadmodum dictum eſt: Superbia eorum qui te (Pſal. 73) oderunt aſcendit ſemper. Hinc quoque legitur: Vermis eorum non morietur, (Eſa. 66) & ignis eorum non extinguetur, odio & ſupplicio ſeſe comitantibus in inferno. Pro perpetuis quoque ſupplicijs obſtinati Deum in præſenti blaſphemabunt: quoniam ſi, iuxta quod legitur, blaſphemauerunt, homines Deum propter plagam grandinis, quia magna facta eſt vehementer, longe fortius ipſum blaſphemabunt, quum audient pœnam gehennalem ſibi ab ipſo domino perpetuo infligendam, vt ſic qualem poſſunt viciſſitudinem ei reddant.

Pro malis quoque temporalibus, & temporalia & perpetua bona redduntur. Nam Chriſtus crucifixori- (Luc. 23) bus ſuis, pro quibus orauit, dicendo: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, & gratiam tribuit in præſenti & gloriam in futuro. Po temporalibus autem bonis, quibus homines abutun- ſaltem per occaſionem, etſi non forte per cauſam, non ſolum temporalia ma- (Luc. 11) la, verum etiam perpetua rependentur. Nam huiuſmodi bona & culpam mortalem, & pœnam aggrauant gehennalem. Propter quod dominus ait: Væ vobis legiſperitis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis. Quaſi diceret. Ex hoc vobis erit væ, id eſt, æterna damnatio, quod clauem ſcientiæ, quæ per ſe bona eſt, vos male tuliſtis. Hæc autem magis differendo, quàm aſſerendo ſunt dicta. Vnde, quia materia ſatis eſt diſputabilis, autoritas non præiudicet rationi. Quomodo enim odibunt & blaſphemabunt homines Deum in futuro, ſi, quemadmodum ſcriptum eſt, dicent intra ſe pœnitentiam agentes, & præ (Sap. 5) anguſtia ſpiritus gementes: Errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis? Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Quid profuit nobis ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens: & tanquam nauis quæ pertranſit fluctuantem aquam: cuius, quum præterierit, non eſt veſtigium inuenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus: aut auis quæ tranſuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, ſed tantum ſonitus alarum verberãs leuem ventum: & ſcindens per vim itineris aerem, commotis alis tranſuolauit, & poſt hoc nullum ſignum inuenitur itineris illius, &c̄, nos autẽ in malignitate noſtra conſumpti ſumus. Si ergo de odio & de blaſphemia pœnitebunt, ſicut de iactantia & malignitate pœnitere dicuntur, quomodo tunc odibunt & blaſphemabunt altiſſimum? Sed propter acerbitatem pœnę pœnitebunt de malo præterito, quo tantam pœnã incurrere meruerũt. Non tamen pœnitebunt de ſolo tũc malo pręſenti, quo vehemẽtius Deũ propter acerbitatem pœnę odibunt, quum ab eo nullum remedium expectent.

(Impij qui odibũt deum.)

Quod autem pro malis temporalibus Deus perpetua mala retribuit, non eſt ei ad iniuſtitiam deputandum: quoniam etſi temporalia ſunt, quantum ad actum qui tranſit, perpetua ſunt tamen, quantum ad reatũ qui remanet, & quantum ad odiũ quod perdurat. Et ideo deus iuſte punit reprobos in perpetuum, quia perpetuos eos inuenit inimicos, quos & ipſe iuſte in ſuo punire decreuit æterno, dum eum iniuſte offendere præſumpſerunt. Licet autem omnes detractores ſint odibiles Deo, illi tamẽ, qui propterea cuiquã detrahũt, (Rom. 1) quod ſubſecutus eſt iuſtitiam, & ſequitur bonitatem, ſpiritus ſancti gratiam videntur in eo perſequi, & ſic in ſpiritũ ſanctũ quodãmodo peccare. Nouerunt hoc illi, qui arbitrium præferunt gratiæ, quia ſecundum Prophetam, non iuſtitia ſequitur hominem, ſed homo iuſtitiam: quod gratia Dei præuenit, vt bona operatio ſubſequantur.

(Deus cur mala perpetua pro malis [illegible] buat.)

Ne derelinquas me domine Deus meus.

us meus,ne diſceſſeris a me. Intende in adiutorium meũ domine Deus ſalutis meæ.

Vltima pars,in qua pœnitens diuinũ implorat auxilium,ne inter tot &tantos perſecutores deficiat,petens ſe non ſolũ relinqui,verum etiam adiuuari. Deus enim dupliciter hominem derelinquit & diſcedit ab illo:quando ſubtrahit ei defenſionem,deſerendo illum ad pœnam, propter quod ait:Ne derelinquas me domine Deus meus. Et quando ſubtrahit ei gratiam,deſerens illum in culpa, propter quod ſubdit:Ne diſceſſeris à me. Primo modo pater filium dereliquit in cruce,vnde clamauit: Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?Sic Deus illum aliquando derelinquit,à quo ipſe minime derelinquitur.Nam relictus Iob ad pœnam,innocentiam non reliquit. Secundo modo derelinquit dominus peccatorem,ſicut legitur de Saule, qui timebat Dauidem, eo quod dominus eſſet cum eo,& à ſe receſſiſſet.Sic dominus illos ſolummodo deſerit, qui deſerunt ipſum. De quibus legitur: Dereliquerũt venam aquarum viuentium dominum.Verum quoſdam derelinquit Deus ad tempus. Vnde: In modico dereliqui te. Aliquos autem derelinquit in perpetuum.Vnde: Zelus meus receſſit à te.Ergo ne derelinquas me,q ab oĩbus derelictus, tibi ſoli ſum relictus:ne inter pſecutiones tot,& tantos perſecutores deficiam, neue poſt indultam mihi veniam,te offendã,quoniam ſicut poſt conualeſcentiam grauior eſt recidiua,ſic & poſt veniam grauius eſt offenſa. Quod ſi me dereliqueris ad horam,non tamẽ à me diſceſſeris in perpetuum,ſed potius intende in adiutorium meum, ad liberandum & protegendum me, domine Deus dator & conſeruator ſalutis meæ, vt quem adiuueris in præſenti, ſalues etiam in perpetuum.

Deus dupliciter hominem deſerit.

Pſal.21

1.Reg.18

Hiere.17

Quoſdam ad temp⁹, quoſdam in perpetuum dereliquit deus

Eſa.54

Ezech.16

Exultatiua concluſio,aliorum pœnitentialium more Pſalmorum,qui ſemper in lætitia terminantur.

IN PSALMVM quartum pœnitentialẽ Elucidatio.

TITVLVS AVTEM HVius Pſalmi talis eſt.

In finem Pſalmus Dauid, cum uenit ad eum Nathan propheta,quando intrauit ad Berſabee.

Tituli eiuſdem explicatio.

Titulus iſte patet ex notiſſima hiſtoria ſecũdi libri Regum. Sed illud eſt ſtudioſe notandum,quod Pſalmus iſte in ordine Pſalmorum eſt qnquageſimus,& viginti continet verſus.Vicenarius autem ſuperabundans eſt numerus,& ex ſuis partibus aggregatis duos conſtituit denarios, qui duplicem tranſgreſſionem deſignant:eo quod vndenarius decalogum quidem legis tranſcendit,& ad duodenarium apoſtolicum nõ pertingit.Dauid enim hunc Pſalmũ propter duplicem tranſgreſſionem specialiter egit,adulterium videlicet & homicidium,quæ commiſit. Vicenarij vero qn que aggregatiuę ſunt partes.Vnitas quę ad primum,&vnum refertur ad originale peccatum.Binarius qui refertur ad duas ſpecies actualium peccatorum,quę in venialia &criminalia diſtinguũtur.Quaternarius, qui refertur ad quatuor modos peccandi,ex fragilitate vel impotentia,ſimplicitate vel ignorantia, ſecuritate vel negligentia,& malignitate vel inuidẽtia.Quinarius,qui refertur ad quinque corporis ſenſus,per quos peccatur, viſum, auditum, odoratum,guſtum, & tactũ. Denarius, qui refertur ad decem tranſgreſſiones decalogi, quas homo, ſicut prædictum eſt, peccando committit.

2.Reg.11

Peccandi modi quatuor

diffidẽtia.

Quia vero iubileus quinquageſimus erat annus in lege, in quo remittebãtur debita & reuocabantur diſtracta, bene Pſalmus iſte inter pœnitentiales præcipuus, & in medio collocatus, quinquageſimum locum obtinet inter Pſalmos:

Leuit.25

 quia

quia per pœnitentialem humilitatem, ſi-
ue humilem pœnitentiam, de qua Pſal-
mus iſte principaliter agit, & commiſſa
remittuntur peccata, & bona reſtituun-
tur amiſſa. Per eum quinquageſimo die
Exod.20 Acto.2 legem ſcripturæ dedit Iudæis, & quin-
quageſimo die legem gratiæ dedit apo-
ſtolis, non ſicut illam in lapideis tabulis
2.Cor.3 ſcriptam, ſed in humanis cordibus digi-
to Dei. Quinquagenarius autem reddi-
tur ex quadragenarij partibus aggrega-
tis: quia per pœnitentialem ſatisfactio-
nem, quam deſignat quadragenarius,
qui ſatisfactionis eſt numerus ſpecialis,
ſpiritus ſancti gratia operante, plena per
cipitur indulgentia peccatorum. Vnde
Pſalmus Miſerere, cur þ cæteris in eccleſia frequentetur Pſalmus iſte præ cæteris in Eccleſia fre-
quētatur, per cuius virtutem plurimi ad
pœnitentiam conuertuntur.

PSALMI QVARTI POE-nitentialis, qui eſt in ordine Pſalmorum quinquageſimus, enarratio.

Miſerere mei De-
us, ſecundum
magnam mi-
ſericordiā tu-
am.

Diuiditur au-
tem Pſalmus iſte
in quinq; partes, quæ ſuis locis congrue
diſtinguuntur. In prima igitur parte pœ
nitens propriam culpam exaggerat, &
miſericordiam diuinā implorat, quam
petit ſibi tripliciter exhiberi, vt videlicet
deleatur iniquitas cordis. Vnde: Dele in
iquitatem meam. Vt lauetur ab iniuſti-
tia oris. Vñ: Laua me ab iniuſtitia mea.
Et vt mundetur à culpa operis. Vnde: A
peccato meo munda me. Ergo miſerere
mei Deus, quia potes miſereri, & habes
vnde miſerearis.

Miſereri ſiquidem potes, cum ſit mi-
ſericordia tua magna. Vñ: Miſerere mei
Deus, ſecundum magnā miſericordiam
tuam. Et habes vnde miſerearis, cum tuę
miſerationes ſint multæ. Vnde: Secun-
dum multitudinē miſerationū tuarum
dele iniquitatē meā. Debes etiam miſere
ri, qm̄ ego peccatū meū agnoſcendo cō-
fiteor, & impugnādo deteſtor. Vnde: In
iquitatē meā ego cognoſco & pct̄m̄ me
um coram me eſt ſemper. Et ſcis cuius
miſerearis, quia te præſente pariter & vi-
dente peccaui. Vnde: Tibi peccaui & ma
lum corā te feci. Quia ergo iuſtus in prin
cipio ſermonis accuſator eſt ſui, pœni-
tens iſte iuſtificari deſiderans, exaggerat
in principio culpas ſuas, oſtendēs quod
ſua pct̄ā ſunt magna, ſunt multa, ſunt
fœtida, ſunt & fœda: nec ſemel tantū ſed
ſæpe, nec vniformiter ipſe peccauit. Qua
ſi diceret: Magna ſunt Deus pct̄ā mea, &
ideo miſerere mei ſecundum magnā mi
ſericordiam tuā. Multa ſunt Deus pct̄ā
mea, & ideo ſecundū multitudinem mi-
ſerationum tuaꝶ dele iniquitatem meā.
Fœtida ſunt & fœda pct̄ā mea, & ideo la
ua me, & mūda me. Nec ſemel tantū, ſed
ſæpe peccaui, & ideo amplius laua me.
Nec vniformiter tātum, ſed multiformi
ter, & ideo munda me, non ſolū ab iniu-
ſtitia, quæ conſiſtit in cōmittendo, verū
etiam à delicto, q̊d in omittendo conſi-
ſtit. Dauid aūt nō ſolum adulteriū & ho
micidium perpetrauit, verumetiam & do
lū & cōtemptum adiecit, qm̄ & ꝑ ipſum 2.Reg.11
Vriā, cuius vxorem cognouerat, literam
mortis eius direxit, & ſua contēpſit con
fiteri pct̄ā, donec per Nathan prophetā
extitit redargutus. Propter hęc quatuor
diſtincta peccata, diſtincte quatuor mo
dis orat. Nam propter adulterij crimen,
ait: Miſerere mei deus ſecundū magnam
miſericordiā tuam: quia magnū eſt adul
terij flagitium, quod ego ex miſeria fra-
gilitatis humanæ commiſi. Et propter
homicidij crimen addit: Et ſecundū mul
titudinē miſerationū tuaꝶ dele iniquita
tē meā: quia per meū iniquum mandatū
non ſolū Vrias, verꝫ & multi alij nequi-
ter ſunt occiſi. Rurſus, propter crimē ꝓ-
ditionis & doli ſubiungit: Amplius laua
me ab iniuſtitia mea, qm̄ iniuſtitiā exer-
cui ampliorē, dum per viꝶ innocentē &
iuſtū, literas ſuę mortis doloſe ac ꝓditio
ſe tranſmiſi. Et propter crimē negligētię
ac contēptus cōcludit: Et à delicto meo
mūda me: quia valde deliqui, dum pct̄ā
mea cōfiteri diſtuli & deſpexi. Nō ait: Mi
ſerere Dauid, ſed miſerere mei. Ac ſi dice
ret manifeſtius: A ſibi nomē ꝓpriū expri
mere cōſueui, cū me gratiam credebā ha-
bere,

Pſal.131

bere, dicendo: Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Hic autem nomen proprium exprimere vereor, cum me gratiam amiſiſſe cognoſcã, ne Deus audito nefandi nomine peccatoris, magis ad vindictam, quam ad indulgentiam prouocetur. Ergo: Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Miſerere mei Deus, quia tibi proprium eſt miſereri, quum non ſit tibi aliud miſereri quam eſſe. Miſericordia quippe tua plena eſt terra, & miſerationes tuæ ſuper omnia opera tua. Ergo miſerere mei, agẽdo mecum * ſecundum miſericordiam, nõ ſecundum iuſtitiam: nec vtcunque ſecundum modicam, ſed omnino ſecundum magnam. Vnde: Miſerere mei ſecũdum magnam miſericordiam tuam, quæ eſt immenſa & infinita: quia magna miſeria, magna eget miſericordia, & multa impietas, multa indiget pietate. Certe tam magna, multa & turpia ſunt ſcelera mea, quod præ magnitudine, multitudine, ac turpitudine deſperarem, niſi ſcirem miſericordiam tuam incomparabiliter, incomprehenſibiliter & ineffabiliter eſſe magnam, & ideo de mea deſperans miſeria, ſed de tua ſperans miſericordia, clamo confidenter & dico: Miſerere mei Deus, ſecũdum magnam miſericordiam tuam: quæ eſt profecto tam magna, quod ipſum vnigenitum Deum de cœlo depoſuit, & corpore induit, vt in eo pateretur & moreretur pro humana tollenda miſeria, & peccatorum indulgentia conferenda. O quam delectabilis ſermo, ſuauis locutio, dulce verbum, neceſſarium peccatori. Vtile miſero, congruum pœnitenti, non ſemel, ſed ſępe cum amaritudine cogitandum, cum dolore dicendum, cum lachrymis iterandum: ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, totis affectibus, totis viſceribus, totis medullis: cum ſuſpirijs, cũ ſingultibus, cũ * lachrymis: Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Miſerere domine mihi miſero. Domine miſero mihi miſerere, ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Miſericordia Dei immenſa

Pſal.144

non ſecundum vindictã, ſed ſecundum miſericordiam

lamentis.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Prudenter diſtinguit, ad miſericordiam magnitudinem, & ad miſerationes multitudinem referẽdo: quia miſericordia Dei vna eſt in natura, ſed miſerationes eius multæ ſunt in effectu. Propter quod alibi ait: Reminiſcere miſerationum tuarum domine, & miſericordiæ tuæ, quæ, videlicet miſerationes, à ſeculo ſunt. Alicubi tamen miſericordię pro miſerationibus ponuntur effectiue, vt ibi: Miſericordiæ domini multæ, quia non ſumus conſumpti. Ergo ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, id eſt, ſecundum multiplices effectus miſericordiæ tuæ, dele iniquitatem meam, quæ præ nimia multitudine quaſi numerum arenę maris excedit. Quis enim peccatorum & delictorum & negligentiarum numerum valeat comprehendere? Nullus omnino. Dele igitur iniquitatem meam, vt quemadmodum per nouacula litera de pergameno deletur, vt nullum remaneat eius veſtigium, ita per tuam miſericordiam culpa de meo animo deleatur, vt nullus remaneat in eo reatus. Dele queſo iniquitatẽ meam, ne ſim ex illis, de quibus dicitur: Deleantur de libro viuẽtium, & cum iuſtis non ſcribantur. Itemque: Nomina eorum deleſti in æternum, & in ſeculum ſeculi. Quia vero mitius agitur cum ſponte cõfeſſo, pœnitens iſte culpam ſuam non celat, non extenuat, ſed reuelat, ſed exaggerat, ſed condemnat dicendo:

Miſericordia & miſerationes Dei differunt

Pſal.24

Thre.3

Pſal.68

Pſal.9

Amplius laua me ab iniquitate mea, & a * delicto meo munda me.

Peccato.

Amplius, id eſt, magis ac magis laua me ab iniuſtitia mea, quam ego magis ac magis exercui, peccata peccatis addendo. Quam vilis, inquit, facta es iterans vias tuas. Et à delicto meo munda me, quoniam animam meam valde reddit fœdam & fœtidam. Et ideo à fœditate me laua, & à fœtore me munda. Porro, quum culpa non diuiſim per partes, ſed tota ſimul in vera pœnitẽtia dimittatur, quia Deus veniã non dimidiat, q totum homi

Hiere.2

Obiectio

hominem ſanauit in ſabbato, quid eſt, quod pœnitens iſte petit amplius lauari ab iniuſtitia, quaſi non ſit in pœnitentia omnino dimiſſa? Sed culpa, quæ nunc recenter dimittitur, licet tota per pœnitentiã diluatur, adhuc tamen pœnitenti ſœtet & ſordet, qui ſecuritatem & ſerenitatem conſcientię nondum habet. Et ideo petit ab huius ſœtore *lauari, qui iam eſt à reatus fœditate mundatus, vt ſecura de venia conſcientia ſerenetur: quamuis & à peccato quod purgatũ eſt, quo ad culpam, purgari petit amplius, quo ad pœnam: quia non quotiens dimittitur tota culpa, totiens etiam remittitur tota pœna. Vel amplius, id eſt, inſuper me laua. Ac ſi dicat: Dele iniquitatem meam. quã commiſi in Deum, & inſuper laua me ab iniuſtitia meã, quam commiſi in proximum. Et præterea munda me ab iniquitate mea, quam in meipſum cõmiſi: quoniam & in Deum & in proximum, & in me ipſum peccaui. Verum etſi pœnitens iſte valde peccauerit, quia tamen facilius conſequitur indulgentiam, qui ſe recognoſcit, quam qui ſe ignorat erraſſe, quique grauiter quam qui leuiter de ſuo dolet peccato, & qui occulte quam qui manifeſte peccauit, cum præmiſiſſet, amplius laua me ab iniquitate mea & à delicto meo munda me, vt oſtendat quod ei debeat facilius indulgeri, ſubiungit:

Dilutio

liberari

Quoniam iniquitatem meam ego *agnoſco & *delictum meum *coram me eſt ſemper.

cognoſco peccatum contra

Aſſerit ergo ſe ſuam nõ ignorare ſed cognoſcere culpam: Quoniam iniquitatem, inquit, meam ego cognoſco: ſed dicit non leuiter, ſed grauiter de ſua culpa ſe dolere, quia peccatum meum coram me eſt ſemper. Neque ſe manifeſte ſed occulte peccaſſe: qa tibi ſoli peccaui. Et exponens, quid ſit ei ſoli peccaſſe, ſubiungit: Et malum coram te feci, videlicet te ſolo vidente. Vnde volens Dauid ſuum celare peccatum, reuocauit Vriam, vt ingrederetur ad Berſabee coniugem ſuam, quam ipſe Dauid grauidauerat, vt ſic de Vria videretur ſuſcepiſſe conceptum. Neque peccatum illud voluit confiteri, donec per Nathan prophetã de illo extitit redargutus. Vel potius, qa quidã peccant p ignorantiã, alij p negligentiã, alij per induſtriã, vt oſtẽdat hic pœnitens ſe grauiter exceſſiſſe, remouet à ſe primum & ſecundum modos peccandi, qui ſunt leuiores, & attribuit ſibi tertium, qui eſt grauior, ita dicens: Tibi ſoli peccaui: non quidem per ignorantiam, quoniam iniquitatem meam ego agnoſco: neque per negligentiam, quia peccatum meum coram me eſt ſemper: ſed per induſtriam, quia malum coram te feci. Quaſi dicat: Miſerere mei, laua & munda me: quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, cum non ſim ex illis, qui ſua ſcelera non intelligunt, nec etiam intelligere volunt, vt in voluntatibus ſuis liberius delectentur. Et peccatum meum coram me eſt ſemper: quia nec ſum ex ijs, qui peccata ſua quandoque recogitant, & ſtatim obliuiſcuntur eorum, quaſi proijcientes illa poſt tergum, & ante faciem non habentes, dum ea negligunt & poſtponunt: ſicut ipſe Dauid peccatum ſuum ante faciem non habebat, ſed quaſi poſt tergum abiecerat, quum ſententiam dedit in diuitem, qui rapuit ouem pauperi, oblitus in hac ſententia ipſe ſui. Peccatum itaque ſuum coram ſe dicit ſemper exiſtere: quia opportunis et competentibus horis de illo recogitat, ſicut alibi dicitur: Oportet ſemper orare & nunquam deficere. Recogitat, inquã, ad dolendum videlicet ad delendũ, non ad *refrigerandum aut iterandum. Vnde litera illa magis proprium exprimit intellectum, qua dicitur. Peccatũ meum contra me eſt ſemper, vt videlicet quaſi contrariũ illud perſequar non velut amicum amplectar.

2.Reg.11

Tres modi peccãdi

refricidũ

Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Dauid ergo culpam ſuam exaggerat, & à dignitate perſonæ, quę peccatum cõmiſit, & à ſublimitate perſonæ, in quam peccatum cõmiſit: quia videlicet rex peccauit

cauit in Deum, Quorum primum notat, cum ait, Tibi ſoli peccaui, & alterum cum addit: Et malum coram te feci, vnde magis te contempſi: Acſi diceret manifeſtius: Peccatum meum tibi ſoli relinquitur puniendum, eo quod alium nō habeam ſuperiorem, qui me poſſit punire, cum ipſe ſim rex. Sed inde magis peccaui, quia quanto maior eſt excellentia, tanto grauior eſt ruina. Potentes enim potenter tormenta patientur. Et: Iudicium durum fiet his, qui præſunt. Sane aliud eſt in aliquem, & aliud eſt alicui peccare. In aliquem peccat, qui committit in illum offenſam. Alicui peccat, qui eius ſubiacet vltioni. Rex itaque ſoli Deo: Ceteri vero & Deo peccant & regi. Quid ergo, non poſſunt eccleſiarum prælati, maxime ſummus pontifex, punire principes ſeculares, ſi moniti contempſerint ſatisfacere de commiſſis, tanquam ipſi ſoli Deo, & non homini peccent? Nam & cor regis in manu Dei eſt, & quocunque voluerit vertet illud. Poſſunt quidē. Quoniam ex quo Ieſus Nazarenus fuit vnctus oleo lætitiæ præconſortibus ſuis, & factus eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, regnū non dedignatur ſacerdotio ſubiacere. Quod etiam inde patet, quia vnctio ſacerdotis remanſit in capite. Vnctio vero regis à capite deſcēdit in humerū. Vñ cū prius eſſet regnū ſacerdotale, ſicut Moyſes inquit in lege, nunc ſacerdotium eſt regale, ſicut Petrus in Epiſtola ſua dicit Et qui dicit beato Petro: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: dicendo, quodcunque nihil excepit, vt oſtenderet manifeſte, quod tam reges quam alios tradita ſibi poteſt autoritate ligare. Quamuis in hoc ei ſubiaceant propter Deum, & ipſe in hoc illis præmineat vice Dei. Quare cum princeps hoc modo peccat pontifici, peccat nihilo minus * ſoli Deo. Et malum adulterij vel etiam homicidij, quod in proximum perpetraui, coram te feci, videlicet te vidente pariter & præſente, quia tu omnia intueris, & vbique præſens exiſtis. Cum igitur inexcuſabilis ſit offenſa, quæ coram iudice perpetratur, abſque dubio noſtras offenſas excuſare non poſſumus, quas omnes committimus coram Deo. Quid igitur de hoc malo quaſi ſpecialiter dicit, quod illud fecerit coram Deo? Si vero reſpondeatur hoc eſſe dictum, quoniam in occulto peccauit, vbi conſpicit ſolus Deus nō autem in manifeſto vbi homines quoque vident, id profecto peccatum non aggrauat ſed extenuat: quia grauius eſt in manifeſto, quam in occulto peccare. Sed malum quod eſt coram te, id eſt, quod in memoria ſemper habes, qui & tibi diſplicet vehementer, illud ego ſcienter egi, videlicet, primum & ſecundum peccatum, quæ in ſecunda tabula prohibentur. Vt: Non occides, non mœchaberis. Vnde in ſequentibus ait: Auerte faciem tuam à peccatis meis. Eſt enim malum, quod Deus patienter diſſimulat, & illud quodammodo non videtur exiſtere coram illo. Et eſt malum, quod Deus penitus deteſtatur, & illud omnibus modis coram illo videtur exiſtere. Vnde exaggeratione peccati, quod Deus omni modis deteſtatur, hic dicit: Malum coram te feci, ſicut & alibi dicitur: Pater peccaui in cœlum & coram te. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Putari poterat, quod propter tā graue ac grande peccatum, quod Dauid &. in Deum commiſerat & in proximum, Deus reuocaſſet promiſſum, quod fecerat ei de Chriſto ex ſuo ſemine naſcituro. Iurauit, inquit, dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Ad hoc igitur remouendum, vt videlicet promiſſum huius modi non debeat reuocari, præmiſit & ait: Miſerere mei, laua & munda me, vt ita peccato dimiſſo iuſtificeris, id eſt, iuſtus reperiaris & verax in ſermōibus tuis, q ſunt de pmiſſiōe Chri ſti, q̄ mihi feciſti, & ſic vincas illos q te huiuſmodi dicūt pmiſſum reuocaſſe, oſtēdo illos eſſe mendaces, cū iudicaris ab eis nō eſſe facturus, q̄d taliter pmiſiſti. Ille igit iudex eſt valde timēdus, cuius ſapientiā nihil poteſt latere, cuius iuſtitię nemo poteſt reſiſtere. Talis eſt Deus. Propter q̄d pœnitens iſte ait: Sapientiā tuā Deus latere non poſſum, quia malum coram te

Margin notes: Sap.6 — In aliquē & alicui peccare q̄ differunt. — Vtrum ſūmus pontifex principes ſeculares punire poſsit — Pſal.44 — Pſal.109 — 1.Petri.2 — Matt.16 — ipſi. — Deut.5 — Malorum aliud coram deo videtur exiſtere, aliud non — Lucæ.15 — Pſal.131 — Quis iudex timēdus.

git: Ecce in iniquitatibus cōceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea.

Cōceptio duplex.

Duplex eſt autem cōceptio, vna ſeminum, altera naturarum. Parentes enim actualem committunt culpam in prima, & proles originalem contrahit in ſecunda. Propter quod ait: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, quas in conceptione ſeminum mei commiſere parentes, & in delictis peperit me mater mea, quæ in conceptione naturæ ego ipſe contraxi. Abſit omnino, vt hac occaſione dicatur, quod Dauid fuerit conceptus de adulterio, cum Iſai pater eius de legitima genuerit illum vxore.

Congreſſus coniugalis à reatu criminis excuſatur.

Verum & ſi dicatur, quod coitus coniugalis interdum propter bona coniugij ab omni reatu criminis excuſetur: quia tamen frequentius ſolet in commercio illo peccari, propter id quod ſolet frequentius euenire, dicit ſe in parentum iniquitatibus eſſe conceptum. Si vero, quod verius eſt, dicatur, quod coniugalis concubitus, qui ordinate fit, à criminali quidē peccato, ſed non à veniali, per bona coniugij excuſetur, iniquitates hic large pro peccatis etiam venialibus appellantur, ſecundū quod Ioannes Apoſtolus in Epiſtola dicit:

1.Ioan.3

Omnis qui facit peccatum & iniquitatē facit, & pctm̄ eſt iniquitates. Seqtur: Et in delictis vel in peccatis peperit vel concepit me mater mea.

Originales corruptiones tres.

Dicit autem pluraliter, in delictis vel in peccatis, propter tres originales corruptiones, quibus tres vires animæ naturales originaliter corrumpuntur. Quis enim neſciat concubitum etiam coniugalem nunquam omnino committi ſine pruritu carnis, ac ſine feruore ac fœtore concupiſcentiæ, vnde ſemina concepta fœdantur & corrumpuntur. Propter quod alibi legitur:

Iob.14

Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?

In animā ex corpore fœditas & corruptio deriuatur.

Ex ſeminibus ergo fœdatis atq; corruptis concipitur corpus corruptū pariter & fœdatum, cui anima tandem infuſa corrumpitur & fœdatur, non ab integritate vel mundicia quam habuit, ſed ab integritate vel mūdicia quā haberet, ſi non vniretur fœdato corpori & corrupto, quoniam & creando infunditur, & infundēdo creatur. Sicut enim ex vaſe corrupto liquor infuſus corrumpitur & pollutum contingens ex ipſo contactu polluitur, ſic ex contagio corporis anima corrumpitur & fœdatur.

Animæ vires tres originalit corrūpuntur.

Habet enim aīa tres naturales vires, rationalem, vt diſcernat inter bonum & malum, iraſcibilem, vt reſpuat malum, concupiſcibilem, vt appetat bonū. Iſtæ vero tres vires originaliter corrumpuntur, qbus corruptis anima cōtrahit tres defectus oppoſitos, videlicet, ignorantiam, vt difficile diſcernat inter bonum & malū. Iracundiā, vt facile reſpuat bonū, Cōcupiſcentiam, vt facile appetat malū. In carnali quippe commercio rationis ſopitur intuitus, libidinis irritatur pruritus, & voluptatis ſatiatur affectus, ex qbus tres illi defectus originaliter contrahuntur.

Delicta & peccata quid.

Tales ergo corrruptiones ſiue defectus appellantur in hoc loco delicta ſiue peccata, in quibus aſſerit, quod eum concepit aut peperit mater ſua. Nūquid ergo dicendū eſt quod tria ſimul ab anima peccata originalia contrahantur, videlicet difficultas vel tarditas diſcernendi inter bonum & malum, quæ ſpectat ad ignorantiam, & facilitas ſiue pronitas reſpuendi bonum, quę ſpectat ad iracundiam, & pronitas ſeu facilitas appetendi malum, quæ ſpectat ad concupiſcentiam. Hoc autem quibuſdā abſonum non videtur, quamuis probabiliter dici poſſit, vnū eſſe in anima originale pctm̄, qd tn̄ minus pprię peccatū vocatur, & complectitur in ſe duo, videlicet, labem & fomitem.

Labes qd

Labes eſt fœditas corporis, ex qua anima eſt immunda, ꝓpter quā indigna eſt viſione diuina, vel potius carētia diuinæ viſionis eſt digna, ſecundum quod legitur:

Matt.5

Beati mundo corde, quoniā ipſi Deū videbunt. Et ab hac fœditate vel immundicia purgatur anima paruuli ex aqua & ſpiritu per baptiſmum.

Baptiſmꝰ triplex.

Adulti vero non ſolum per baptiſmum regenerationis in aqua, verum etiam per baptiſmum compunctionis in lachrymis, ſiue paſſionis in ſanguine, vt gratia baptiſmi manēte, non fit vltra viſiōis indigna, ſed digna potius viſione diuina.

Fomes qd

Fomes aūt eſt infirmitas ſeu lāguor naturæ, quędam videlicet paſſibilis q̄litas, ſiue quędā priuatio, ex q̄ primi motus peccādi ſiue cōcupiſcendi procedunt. Et talis q̄litas vel priuatio manet etiam

etiam poſt baptiſmum. Vnde dicitur, quod originale peccatum tranſit reatu, quantum ad labē, & remanet actu, quantum ad fomitem, ex quo ſurgunt actus vel motus peccandi: ſicut econtrario ſolet dici, quod actuale peccatum tranſit actu & remanet reatu: & attenditur huiuſmodi qualitas & priuatio circa vim concupiſcibilem præſcripto modo corruptam atque fœdatam: quoniam ex cō cupiſcentia procedit pruritus circa ianuam humanę propaginis, per quā tranſfunditur originalis cauſa peccati. Sufficiat autem iſta in hoc loco dixiſſe: quia licet hæc materia valde ſit diſputabilis, magis tamen eſt flebilis, quoniam ab ipſa radice propago noſtræ originis vitiatur. Propter quod dicebat Apoſtolus, quod natura filij iræ ſumus. Et ipſe Dauid flebat cum diceret: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea: quę in hoc loco ſimpliciter & plane intelliguntur fœditas & pronitas ad peccandum. Iuſtificeris inquam, in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris, Nec mirum: quia ecce in perſona generalis hominis loquens, in iniquitatibus conceptus ſum. Ego quoque tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, Nec mirum: quia in delictis peperit me mater mea. Etſi ſuperius ſit diſtinctum inter iniquitates atque delicta, poſſunt tamen iniquitates accipi pro delictis, vt tam iniquitates quam delicta referantur ad prolem, quæ in ſua conceptione corrumpitur & fœdatur. In conceptione ſeminum, quantum ad corpus, & in conceptione naturarum quantum ad animam. Attende pœnitens & obſerua qualiter Dauid vniuerſa confitetur peccata, & omnes circunſtantias peccatorum, vt & tu omnes omnino diuerſitates & circunſtantias peccatorum ſtudeas confiteri, ſecundum quod magis peccaſti, in loco, in tempore, in numero, in perſona: ſecundum ætatem, ſecundum ſcientiam, ſecundū gradum, ſecundum ordinem: ſi facile, ſi frequenter, ſi manifeſte, ſi perſeueranter: quoniam hæc & alia, ſi qua ſint, peccatum exaggerāt. Et ideo non ſunt in illo iudicio ſupprimenda, in quo qui corā Deo ſeipſum accuſat, Deus illum excuſat, & qui coram Deo ſeipſum excuſat, Deus illum accuſat.

Eph. 2

Confunditur differētia iter delict. & peccata.

Circunſtātiæ in confeſsione nō ſupprimendæ

Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientię tuę manifeſtaſti mihi.

Secunda pars, in qua pœnitens dona Dei & data commemorat & danda cōmendat. In datis autem commemorat, veram peccatorum confeſſionem, cum ait: Ecce enim veritatem dilexiſti, & plenam occultorum cognitionem, cum addit: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Nam qui Deo ſua reuelat peccata, Deus ei ſua manifeſtat occulta. In dandis vero commendat mundationem futuram, per aſperſionem ſanguinis Chriſti, cum ait: Aſperges me domine hyſſopo & mundabor, & purificationem futuram per ablutionem aquæ baptiſmi, cum addit: Lauabis me & ſuper niuem dealbabor. Rurſus, in dandis commēdat gaudium de remiſſione peccatorum, & lætitiam de promiſſione p̄miorum, & ſic exultabuut oſſa humiliata. Porro, quidam neſciunt, quidam negligunt, quidam excuſant, & quidam extenuant culpas ſuas: & quia tales non ſunt digni venia ſed vindicta, pœnitēs remouens à ſe iſta, non ignoro, inquit, ſed agnoſco peccatum meum. Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco. Neque negligo, ſed impugno peccatum meum: quia delictum meum contra me eſt ſemper. Nec defendo, ſed accuſo peccatum meum, quia tibi ſoli peccaui & malum coram te feci. Neq; peccatum meum extenuo, ſed exaggero: quoniam in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis peperit me mater mea. Et tanquam Deus ab ipſo quæreret, quur tam didiligenter tua confiteris peccata? reſpondet: quia ecce in euidenti eſt, quod tu dilexiſti veritatem confeſſionis ſine fraude, vt peccator omnes omnino confiteatur circunſtantias peccatorum: qa non eſt vera ſed fraudulenta conefſſio, quę factū exprimit & ſupprimit modū, atq; vnum vni & alterū alteri peccatum reuelat. Vnde cauendū eſt, ne confeſſionis pudor cōfeſſiōis impediat puritatē.

Dona dei cōmendat pœnitens in datis

In dādis.

Pœnitens agnoſcit, non negligit, nō excuſat, non extenuat culpas ſuas.

Vni omnia peccata reuelanda, non alijs alia.

Poteſt

poteſt & hoc aliter intelligi, tanquã De-
us ab eo quæreret: Quur tam diſtincte
tuum punis peccatum, vt dixeris: Pecca
tum meum coram me eſt ſemper. Reſpõ
det: Vt in puniendo peccatum tuæ ve-
ritati concordem: quia tu veritatem
dilexiſti, vt ſis & verus punitor & verus
indultor, ſecundũ illud: Miſericordi-
am & veritatem diligit dominus. Deus

Deus in miſericordia ſeruat veritatem & econtra

enim ſeruat & in veritate miſericordi-
am, & in miſericordia veritatem. Nam
& iuſte ignoſcit & pie punit. Veritas eſt,
quod punitur peccatum, miſericordia
eſt, quod liberatur peccator. Vel reddit
ſingula ſingulis. Dixerat enim: Iuſtifice
ris in ſermonibus tuis, & vincas cũ iudi
caris. Nec mirum: quia ecce veritatem di
lexiſti, non duplicitatem aut falſitatem,
ſed & ſimplicitatem & puritatem, iſte
quippe iuſtificatur in ſermonibus ſuis,
qui diligit veritatem. Rurſus dixerat: Ec
ce in iniqtatibus conceptus ſum, & in
peccatis concepit me mater mea, quorũ
primum erat incertum, & alterum occul
tum. Et quaſi Deus ab eo quæreret, cur
incertum & occultum affirmas? Reſpon
det: Quia incerta & occulta ſapientiæ
tuæ manifeſtaſti mihi. Sane, incertum e-
rat, vtrum iniquitates aliquas commiſiſ
ſent in ſua conceptione parentes. Nam
coitus coniugalis interdum excuſatur

Cõgreſſus coniugalis interdum excuſatus à crimine, interdũ non

à crimine, vt cum coniuges ordinate cõ
ueniunt, cauſa ſobolis procreandæ. In-
terdum autem non excuſatur à culpa, vt
cum coniuges cauſa explendæ libidinis
inordinate miſcẽtur. Item, occultum e-
rat, qua ratione anima teneatur pecca-
to, quod nec voluntate nec actu commi
ſit, cum ſcriptum ſit, quod filius nõ por
tabit iniquitatem patris, nec pater ini-

Eze. 18

quitatem filij, ſed anima quę peccauerit,
ipſa, morietur. Non erit vltra prouerbi-
um iſtud in Iſrael ait dominus: Patres

Ibidem.

comederunt vuam acerbam, & dentes fi
liorum obſtupuerunt. Porro, Deus ei &
illud incertum & hoc occultum per ſpi-
ritum ſapientiæ reuelauit. Quare non te
mere dixit: Ecce in iniqtatibus conce-
ptus ſum, & in peccatis concepit me ma
ter mea: quia incerta, inquit, de parentũ
iniquitatibus, in mea conceptione com
miſſis, & occulta de peccatis proprijs in
mea conceptione contractis, tu manife-
ſtaſti mihi, per ſpiritum prophetiæ. Nõ
poſſum ergo excuſari per ignorantiam:
quia incerta & occulta ſapientiæ tuę ma
nifeſtaſti mihi. Seruus enim ſciens volũ
tatem dñi, & non faciens, vapulabit pla
gis multis. Dauid autem hic reddit cau
ſam, quare Deus pater iuſtificari debeat
in ſermonibus ſuis de incarnatiõe Chri
ſti prædictis: quia videlicet diligit verita
tem, & ideo non debet facere irrita, quæ
de ſuis labijs proceſſerunt. Nam incerta,
inquit, & occulta ſapientiæ tuæ manife
ſtaſti mihi, videlicet, aduentum vnigeni
ti tui, qui tua eſt ſapientia, cuius aduen-
tus alijs erat icertus, & alijs occultus. De
nique, poſſunt illa non ſolum ad ſupe-
riora, verum etiam ad inferiora referri.
Ac ſi aperte dicat: Incerta & occulta ſapi
entiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Quoni-
am

Aſperges me domine hyſſopo & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Aſperges ergo me dñe hyſſopo humi
litatis, & mundabor à labe: lauabis me,
cum per te fuero purgatus à vitijs, & de
albabor, cum per te fuero virtutibus de
decoratus. Lauabis me per indulgenti-
am, & dealbabor per gratiam, vtique ſu
per niuem, quoniam, candor niuis non
intenditur ſed remittitur. Candor autẽ
gratiæ non remittitur ſed intenditur: qa
charitas aut proficit ſemper, aut deficit,
vnde amitti poteſt, ſed remitti non po-

Aliud eſt album, aliud dealbatum.

teſt. Quia vero aliud eſt album & aliud
dealbatũ, p niuem, quę per ſe naturaliter
alba eſt, poteſt intelligi virtus per ſe na-
turaliter bona, de qua dicitur : Ni-
ue dealbabuntur in Selmon. Et per de
albationem poteſt intelligi operatio de
virtute procedens, vt ſit ſenſus: Super ni
uem, id eſt, ſuper virtutem, quæ albet in-
terius, dealbabor exterius opere bono,
vt per fundamentum virtutis ædificium
boni operis erigatur: & ſic prius iuſti-
ficationis ordo notatur, cum dicitur:
Aſperſges me domine hyſſopo & mun
dabor, & poſtea iuſtificatis profectus o-

profectus iuſtificationis.

ſtenditur cum ſubiungitur: Lauabis me
& ſuper niuẽ dealbabor. Eſt enim hyſſo
pus

pus herba humilis, ſed medicinalis, quæ
Hyſſopus quid myſtice — figit radicem in petra, & valet ad purgan
dum pulmonem. Hæc humilitatem ſi-
gnificat, quæ figit in humili Chriſto ra-
dicem, purgatque inflationem pul-
monis, id eſt, tumorem mentis depellit.
Hæc igitur cum aduenerit, vt peccator
ad veram pœnitentiam ſe humiliet, ſta-
tim aſpergitur rore gratiæ, & mundatur
à labe culpæ. Niſi enim gratia infunda-
tur, culpa proculdubio non depellitur,
quemadmodum & tenebræ non fugan
tur, niſi lux ſuperueniat, quę tenebras i-
Lucæ.7 — pſas depellat. Docet hoc veritas dicens:
Dimiſſa ſunt ei peccata multa, q̃niam di
lexit multũ. Tu ergo dñe aſpges me hyſ
ſopo, id eſt, per virtutem humilitatis ro
re gratiæ me perfundes, & mundabor à
ſordibus vitioꝝ. Nec erit ocioſa mũda-
tio, quia lauabis me à peccatis, & ſuper
niuem, id eſt, ſuper candorem virtutis e-
tiam bonis operibus dealbabor. In hoc
ſolo ſpes tribuitur peccatori, vt per pœ
nitentiam poſſit redire non ſolum ad
priorem munditiam, verumetiam ad lõ
ge maiorem, quæ confidentia multum
eſt vtilis, ne ſubrepat aliqua deſperatio,
Status hominum tres notãtur — quæ cunctis grauior eſt peccatis. Sane
tres ſtatus hominum hic notantur, inci
pientium, proficientium, & peruenien-
tium: ſiue, conuerſorum, iuſtorum, & p
fectorum. Status incipientium, vel con
uerſorum notatur, cum primo dicitur:
Aſperges me hyſſopo & mundabor. Sta
tus proficientium vel iuſtorum nota-
tur, cum ſecundo ſubiungitur: Lauabis
me. Status peruenientium vel perfecto-
rum tertio notatur, cum infertur: Super
niuem dealbabor. Quibus verbis ſatis
expreſſe notatur progreſſus ſecundum
hos ſtatus, quoniam aſpergi minus eſt
quam lauari, minuſq; lauari quam deal-
1.Cor.15 — bari. Quod vtique plene fiet, cum mor-
tale hoc induet immortalitatem, & cor-
ruptibile hoc induet incorruptionem:
Matt.13 — quia fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno
patris eorum, & tunc veſtimenta Chri-
ſti erũt alba ſicut nix. Quia vero per ſan-
guinem Chriſti & aquam baptiſmi, ani
ma perfecte mundatur non ſolum à cul
pa ſed etiam à pœna, Dauid in perſona
generalis fidelis ad iſtas mundationes
dirigens intellectum, nõ ſolum inquit,
Incerta & occulta ſapientiæ tuæ mani-
feſtaſti mihi, verum etiam Aſperges me
ſanguine Chriſti, & lauabis me aqua ba
ptiſmi, & ſic mundabor & dealbabor e-
tiam ſuper niuem, id eſt, plus quam ex-
primere poſſum, non vtiq; ſuper illam,
de qua dicitur: Non timebit domui ſuæ
à frigoribus niuis, nec ſuper illam, de q̃
dicitur: Qui timet pruinam, irruet ſuper
eum nix: ſed ſuper eam potius, de qua le
gitur: Si lotus fuero quaſi aquis niuis
&c. Ac etiam ſuper illam, de qua legi-
tur: Si fuerint peccata veſtra vt coccinũ,
ſicut nix dealbabuntur. Nam in rebus
materialibus nihil poteſt niue candidi-
us inueniri. Hic eſt enim, qui venit per
aquam & ſanguinem Ieſus Chriſtus, de
cuius latere ſanguis & aqua fluxerunt.
Quod autem dicit: Aſperges me hyſſo-
po, alludit veteri legi, ſecundum quam
aſperſorium ratione myſterij fiebat ex
hyſſopo, ſicut & Apoſtolus ait: Lecto
omni mandato legis à Moyſe vniuerſo
populo, accipiens ſanguinem hircorũm
& vitulos, cum aqua & lana coccinea &
hyſſopo, ipſum quoque librum & om-
nem populum aſperſit dicẽs, Hic eſt ſan
guis teſtamenti, quod mendauit ad vos
Deus. Etiam tabernaculum & omnia va
ſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit.
Et omnia pene mundantur in ſanguine
ſecundum legem, & ſine ſanguinis effu
ſione non fit remiſſio. Hyſſopus enim, ſi
cut eſt ſuperius prælibatum, humilitatẽ
deſignat, ſecundum quod Chriſtus exi
naniuit ſe formã ſerui accipiens, factus — Phil.2
obediens vſque ad mortem, mortem au
tem crucis, in qua ſanguinẽ ſuum fudit,
quo per humilitatis virtutem aſpergun
tur fideles, & ab iniquitate mundantur,
illi nimirum, qui humilitatis eius formã
obſeruant. Nota deniq; prudens lector,
in redemptis pluralitatem, in redempto
re humilitatem, & in redemptione vtili-
tatem. Pluralitatem in redemptis, cum
dicitur: Aſperges. Quod enim aſpergi-
tur, circumfunditur multis locis. Pro-
pter quod Veritas ait: Hic eſt ſanguis
noui teſtamenti, qui pro multis effunde
tur in remiſſionem peccatorum. Humi-
litatem in redemptore, cum additur hyſ
ſopo, quę medicinalis eſt & humilis her
ba, quia Chriſtus per ſuam ſuperabun-
dantem

dantem humilitatem fidelibus ſuis ſalutarem tribuit medicinā. Vnde dicebat:

Matt. 11

Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Vtilitatem in redemptione, cum

1. Ioan. 1

ſubditur. Mundabor: quoniam, vt Ioannes Apoſtolus ait, ſanguis Ieſu filij Dei

Tria ad effectū baptiſmi pertinent.

mundat nos ab omni peccato. Tria vero pertinent ad effectum baptiſmi: Remiſſio culpæ, relaxatio pœnæ, & infuſio gratiæ. Primum notatur, cum dicitur: Lauabis me. Secundum, cum additur: Dealbabor. Tertium, cum adiungitur:

Zach. 13

Super niuem. Effundam, inquit dominus per Prophetam, ſuper vos aquam

Ezech. 36

mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem, in ablutione peccatoris & menſtruatæ. Cum igitur audis: Aſperges me hyſſopo & mundabor, in aſperſione ſanguinis Chriſti fidem paſſionis intellige. Cum autem, lauabis me, audis, & ſuper niuem dealbabor, in ablutione aquæ, baptiſmi ſacramentum

Fides ſine baptiſmo adultis proficit ad ſalutem, nō econtra

agnoſce. Porro, cum fides adultis ſine ſacramento proficiat, vbi ſacramentum non religionis contemptus, ſed articulus neceſſitatis excludit: ſacramentum vero baptiſmi ſine fide adultis non valeat, iuxta quod veritas ait: Qui crediderit & baptizatus fuerit hic ſaluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur, Quid eſt quod in hoc loco plus attribuitur ſacramento quam fidei? Nam minus eſt aſpergi quam ablui, & minus mūdari, quam dealbari, maxime ſuper niuem. Sciendū eſt ergo, quod fides Chri-

Fides à culpa re uera mundat ſed nō ſemp ab omni pœna.

ſti, quæ iuſtificat impium, re vera mundat à culpa, ſed non ſemper ab omni pœna. Sacramentum vero baptiſmi ſi digne ſumatur, liberat omnino à culpa pariter & à pœna. Vnde ſacramentum regene-

Ioan. 3

rationis à domino appellatur, cum ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum Dei: quia per hoc ſacramentum homo regeneratur in gratia, liberatur à culpa pariter & pœna: quia natus fuerat in ira culpæ, ſimul ſubiectus & pœnæ. Recte igitur lauabis me per ſacramentum baptiſmi, & ſuper niuem gratiæ, quæ mundat à culpa, dealbabor etiam ſacramenti virtute ab omni pœna, præter illam duntaxat, quam neceſſitas primæ corruptionis inducit. Merito igitur

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt, oſſa humiliata.

Duplex eſt quidem auditus. Exterior, de q̊ dicit Apoſtolus: Fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Interior, de quo dicit Propheta: Audiam quid loquatur in me dominus Deus. De vtroque hoc poteſt intelligi: Auditui meo dabis gaudium, de remiſſione peccatorū: quia non eſt impijs gaudere dicit dominus, Nec eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. Et lætitiam, de promiſſione premiorum, iuxta quod veritas ait: Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sed de auditu interiori melius intelligitur, de quo Propheta dicebat: Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium domini cui reuelatum eſt? Huic vtique qui dicebat: Domine audiui auditum tuum & timui, conſideraui opera tua & expaui. Dabis etiam gaudium cordis, & lætitiam corporis, ſecundum illud: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Gaudet cor, cum credit ſe à ſpirituali fœditate purgatum, & lætatur corpus, cum ſentit ſe à carnali fœtore mundatum: & ſic duplici læticia exultabunt oſſa humiliata, non tam corporis quidem, quā mentis: videlicet, vires animæ, quæ prius humiliatæ, id eſt, deiectę ac incuruatæ fuerant per peccatum, nunc autem humiliatæ, id eſt, ad audiendum & obediendum ſunt inclinatæ. Nam qui humiliter audit & reuerenter obedit, hic eſt profecto amicus ſponſi, qui ſtat & audit, & gaudio gaudet propter vocem ſponſi. O quam pauci ſunt illi, qui gaudent de ſpiritualibus & ęternis, reſpectu illorum, qui lætantur de carnalibus & terrenis. Sed extrema gaudij luctus occupat, quia lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. Illorū ergo gaudium fœlix eſt & perpetuum, iuxta quod dicitur: Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum, Et Gau

Auditus duplex

Rom. 10

pſal. 84

Pſal. 37

Matt. 5

Eſa. 53

Gaudium cordis & lętitia corporis

Pſal. 83

Ioan. 3

Pro. 14

Ioan. 16

dium veſtrum nemo tollat à vobis. Iſtorum vero gaudium eſt infelix & momentaneum, iuxta quod legitur: [Iob.21] Tenẽt tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bono dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcendunt. Tu vero Deus auditui meo, id eſt, intellectui dabis gaudium & lætitiam, non falſam & tranſitoriam, de carnalibus & terrenis [eſt] *ſed vera & ſpirituali lætitia exultabunt oſſa humiliata, id eſt, interiora mea, velut oſſa latentia, quæ prius erant [per] per faſtum erecta, nunc ſunt *ad obedientiam inclinata. Quandiu enim anima erigitur in ſuperbiam, non poteſt vera exultatione gaudere, ſed cum deponit ſuperbiam & humilitatem aſſumit, tunc vera in domino iucunditate lætaẽ.

Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Quarta pars, in qua pœnitens aſſumpta fiducia petit à ſe pœnas auerti, cum ait: Auerte faciem tuam à peccatis meis, & culpas deleri, cũ addit: Omnes iniquitates meas dele. Rurſus petit in ſe munditiam cordis creari, cum dicit: Cor mũdum crea in me Deus, & rectitudinem ſpiritus innouari, cum ſubdit: Spiritum rectum innoua in viſceribus meis. Item petit à ſe diuinæ contemplationis præſentiam nõ excludi, cum inquit: Ne proijcias me à facie tua, & ſpiritualis ſanctificationis ſibi gratiam non auferri, cum ait: Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Rurſus petit ſibi lætitiam de Chriſti promiſſione reſtitui, cum præmittit: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. Et robur ſibi de ſpiritus ſancti con' rmatione concedi, cum ſubdt: [Cuiuſmodi petenda] Spiritu principali confirma me. Ecce patet quam prudẽs, modeſtus ac diligẽs iſte fuerit in petendo, cum ea petat quæ licent, quæ decent, & quæ expediunt, iuſta, honeſta, & neceſſaria, vt & tu diſcas talia poſtulare: ne ſi forte petieris iniuſta, fiat tua oratio in peccatum, ſi vero petieris inhoneſta, non accipias, eo quod male petas, & ſi petieris inutilia, dicatur tibi, neſcis qd petas. Sicut autem pœnitens iſte perſonã rei multipliciter accuſauerat, ita perſonã iudicis multis modis commendat, vt facilius indulgentiam conſequatur. Ac ſi diceret: Tu iuſtus es cognitor. Vnde: Veritatẽ dilexiſti. Tu diſcretus es doctor. Vnde: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Tu ſanctus es expiator. Vnde: Aſperges me hyſſopo & mundabor, lauabis me & ſuper niuem dealbabor. Tu es liberalis promiſſor. Vnde: Auditui meo dabis gaudium & lętitiam & exultabunt oſſa humiliata. Tu propitius es indultor. Vnde: Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Tu es omnipotens creator. Vnde: Cor mundum crea in me Deus. Tu es mirabilis innouator. Vñ: Spiritũ rectũ innoua in viſceribus meis. Tu es irreuocabilis elargitor. Vnde: Ne proijcias me à facie tua. Tu es vtilis reſtitutor. Vnde: Redde mihi lętitiam ſalutaris tui. Tu es pręcipuus confirmator. Vnde: Spiritu principali confirma me. Ait ergo: Quoniam talis ac tantus es, auerte faciem tuam, non à me, verum à peccatis meis, ne animaduertas in me ꝑpter pecata mea: quia non poſſem ſubſiſtere ante faciem iræ tuæ. Auerte, inquam, faciem tuam à peccatis meis, quia ego aduerto ante faciem meam peccatũm meum. Tu ergo faciem tuam ab illis auertas, ne iuſte punias, quia ego ante faciem meam aduerto illa, vt digne pœniteam. Si enim homo aduertit culpã, Deus auertit pœnam, quia ipſe eſt virga vigilãs, qui dicit ad Hieremiã: Quid tu vides Hieremia? Virgam, inquit, vigilantem ego video. [Ezech.1] Virga quippe vigilans Deus eſt, qui vigilat ſuper populum ſuum ad puniendum, ſi ille dormit ad pœnitendum, & econuerſo. Si vigilat iſte ad pœniiendũ, ille dormit ad puniendum: quia nõ dormitat, neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael. [Pſal.120] Nam ille non dormitabit à pœna, niſi hic dormiat à culpa. Quare ſubiungit: Et dele de tua notitia omnes iniquitates meas. Ne recorderis peccata mea, neque vindictam ſumas de peccatis meis, Domine Deus meus. Tu nanq; dixiſti: Quacunque hora peccator conuerſus [Ezech.18] fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor. Supra ſingulariter dixerat: Dele iniquitatẽ meã, hic aũt vniuerſaliter dicit: Oẽs iniqtates meas dele. Nã accepta fiducia iã plus pręſumit

ſumit

ſumit quam ante, ſecure depoſcens, iam
non vnam tantum iniquitatem, ſed om-
nes omnino deleri: quia non habet v-
nam ſolum iniquitatem, ſed multas. Vn
de non ſingulariter ait: Dele vnam ini-
quitatem, ſed vniuerſaliter inquit: Om-
nes iniquitates meas dele: quoniam in
multis offendimus omnes.

**Cor mundum crea in me Deus,
& ſpiritum rectum innona in vi
ſceribus mnis,**

Creare & innouare quid.

Cum autem creare ſit aliquid de nihi
lo facere, ac innouare ſit aliquid in ſta-
tum priſtinum reformare, quid eſt q̄d
diſſimiliter ait: Cor mundum crea, & ſpi
ritum rectum innoua? Nam ſi petat, vt
Deus in ſe creet cordis munditiam, pa-
ri ratione petere debet, vt Deus in ſe cre-
et rectitudinem ſpiritus, cum vtrumque
perdiderit per peccatum. Et ſi dicatur,
quod amiſerat ipſum cor, propter illud
quod legitur: Effraim quaſi columba ſe
3.Reg. 10 ducta, non habens cor, pari forſan ratio
ne dicendum eſt, quod amiſerat ipſum
ſpiritū, propter illud quod legitur, quia
regina Saba videns ſapientiam Salo-
monis, vltra ſpiritum non habebat. Il-
Pſal.142 lud etiam quod in quodam Pſalmo di-
cit de ſpiritu: Defecit ſpiritus meus. Ille
quippe cor ſuum amittere dicitur, qui
Eſa.16 prȩuaricatur in Deum. Vnde Propheta:
Redite prȩuaricatores ad cor: illumque
derelinquit cor ſuum, qui alienatur à
Deo. Vnde ipſe Pſalmiſta: Cor meū de-
reliquit me. Verum ſane poteſt intelligi,
quod ſecundum ſtatum deformatæ na-
turæ, quem habebat cor eius, antequam
eſſet mundatum à culpa, quaſi nihil erat
comparatione ſtatus gratiæ reforman-
tis, quē habet poſtquam eſt à culpa mun
Iacob.1 datus, ſecundum quod Iacobus ait: Vo-
luntarie nos genuit verbo veritatis, vt
ſimus aliquod initium creaturæ eius. Et
2.Cor.5 Paulus: Si qua in Chriſto noua creatura,
vetera tranſierunt: cum & creare recte
Pſal.101 poſſit hic poni pro recreare, iuxta quod
legitur: Populus qui creabitur lauda-
bit dominum. Nam ille populus di-
gne laudat, qui per gratiam recreatur.
Quare pœnitens iſte petit cor ſuum mū
dum in ſe creari: vt videlicet Deus in
eo creet mundos cordis affectus, cogi-
tationes & voluntates pudicas, ne vltro
declinet ad immunditiam, ſicut ipſe Da
uid. Nam de corde procedunt affectus Pro.4
ſiue boni ſiue mali. De bonis legit: Om-
ni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex i- Matt.15
pſo vita procedit. De malis dicitur: Ex
corde exeunt cogitationes malæ, furta,
adulteria, homicidia, falſa teſtimonia,
periuria, & ſimilia, quæ coinquinant ho
minem. Petit ergo rectum in ſe ſpiritum
innouari, ſcilicet ſpiritum ſanctum ſi-
bi denuo reſtitui, qui ſpiritus rectus di-
citur, quia facit rectos. Qui vtique, quā
tum ad ſuā naturam, eſt penitus immu-
tabilis. Vnde quantum ad effectum, e-
um in ſe poſtulat innouari, ne ad ini-
quitatem vltra declinet, ſicut ipſe Da-
uid, qui fecerat iniquum homicidium
perpetrari.

Vtrumque tamen dici poteſt con-
grue de vtroque, vt cor creetur, & inno-
uetur mundum & rectum, & ſpiritus in
nouetur & creetur rectus & mundus.
Sed propter florem ſermonis verba ſo-
lummodo variantur: vel potius, quia
Dauid per adulterij fœditatem à mundi
tia cordis exciderat, ſed propter homi-
cidij prauitatem à rectitudine ſpiritus
declinauerat, eo quod non omnino per
diderat iudicium rationis, ſed virtutem
caſtitatis prorſus amiſerat, diſcrete ac re
cte petit ſibi dari gratiā, vt in eo mundi-
tia cordis creetur, & reformari naturam,
vt rectitudo ſpiritus innouetur. Et idcir
co diſtinguit: Cor mundum crea, & ſpi-
ritum rectum innoua. Cor quidem mū
dū petit creari, propter mundos ad dili-
gendū affectus, & rectū petit creari, pro
pter mundos ad diligendum effectus, &
rectum petit ſpiritum innouari, propter
rectos intellectus, ad diſcernendum, vt
habeat zelum ſecundum ſcientiam, ad
diligendum ſyncerum, & diſcernendū
diſcretum. Quod autem addit in viſce-
ribus meis, ad vtrumque reſpicit præ-
miſſorum, vt & cor mundum creetur, &
rectus ſpiritus innouetur in viſceribus
ſuis, quatenus viſcera eius cum corde ſi-
mul & ſpiritu recreentur & renouentur
in ipſo. Nam tanta eſt familiaritas inter
carnem & animam in homine couni-
ta, vt vtrunque ab altera, nunc ad hoc,
nunc ad illud ꝓprijs illecebris inſtigetꝰ.

Gal. 5 Quoniam &ſi ſcriptum ſit, quod caro
concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiri-
tus aduerſus carnem, quod vtique verũ
eſt quantum ad ſenſualitatẽ & rationẽ,
ſcriptum eſt tamẽ, quia corpus q̃d corrũ
pitur aggrauat animam. Et: Spiritus tri-
ſtis exiccat oſſa. Nã mors ingreditur p̃ fe
neſtras, oculus animam deprędatur. Vñ:
Ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi
clauſtra oris tui. Ait ergo Dauid: Spiri-
tum rectum innoua in viſceribus meis,
ex quibus exit adulterium, quoniam in
renibus ſedes eſt voluptatis. Vnde de
diabolo legitur, qui eſt voluptatis incen
tor, quod virtus in lumbis eius, & forti
tudo eius in vmbilico ventris eius. Se-
quitur.

Ne proĳcias me a facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.

Q. d. A peccatis meis auerte faciem,
ſed ne proĳcias me à facie tua, ne abĳci-
as me à conſpectu tuo, ne elonges me à
gratia tua, ne alienes me à miſericordia
tua, ne excludas me à cognitione tua, ne
repellas me à contemplatione tua. Nam
auertente te faciem tuam omnia turba-
buntur. Et: Quo ibo à ſpiritu tuo, vel à
facie tua quo fugiam? Cur ergo faciem
tuam abſcondis? Oſtende faciem tuam
& ſalui erimus. Illumina vultum tuum
ſuper nos, & miſerere noſtri. O quam
periculoſum eſt à facie Dei proĳci. Cer
te, ipſe eſt lux, ipſe ſalus, & qui à facie e-
ius proĳcitur, ipſe vtique tanquam re-
probus proĳcietur in tenebras exterio-
res, vbi erit fletus & ſtridor dentium, v-
bi eſt vermis qui non moritur, & ignis
qui non extinguitur. Tolle, inquit, im-
pium, ne videat gloriam Dei. Sic proie-
ctus Lucifer, draco magnus, ſerpens an
Matt. 25 tiquus. Sic proĳcientur & illi, quibus in
fine dicetur: Ite maledicti in ignem æter
num, qui paratus eſt diabolo & angelis
eius. Ergo ne auertas faciem tuam à me,
quoniam ſi auerteris, ero ſimilis deſcen
dentibus in lacum. Et ſpiritum ſanctum
tuum ne auferas à me, ſine quo nihil
boni facere poſſem: nam ipſe eſt dator
omnium gratiarum. Iam pœnitens i-
ſte ſpiritum ſanctum habebat, ſine cu-
ius dono ſic humiliari non poſſet. Vel
certe Dauid ſpiritum prophetiæ ſibi po
ſtulabat non auferri, quem precioſio-
rem rebus cæteris reputabat. Sed caue
magis, ne tu te ſpiritui ſancto auferas,
quam ſe ſpiritus ſanctus tibi. Nonne na Prius eſt
turaliter eſt prius committere culpam, committe
quam amittere gratiam, cum per meri- re culpam
tum culpæ donum gratiæ amittatur? De quã amit
nique ſplendor ſolis homini ſe non ſub tere grati
trahit, nec eſt in ſole, qui ſemper lucet, vt am
non videatur ab homine, ſed eſt in ho-
mine, qui aliquando claudit oculos, vt
tũc non videat ipſe ſolẽ. Sed dices: Quo
modo poſſem ſpiritum ſanctum amitte
re, niſi prius eſſem ab ipſo dimiſſus? Ne-
mo enim quod non habet, amittit, ſed
ſpiritus ſanctus amittitur vel aufertur,
non tam quando haberi deſinit, quam
quando incipit non haberi. Et ſic amit-
titur, cum iam non habetur ab homine,
ſed mox ante ab homine habebatur,
q̃a non eſt conuentio lucis ad tenebras,
quæ illis aduenientibus effugatur. Si er
go ſpiritum ſanctum tibi deſideras nõ
auferri, caue non ſolum ab immundis Sap. 1
operibus, verumetiam à cogitationibus
impudicis, quia ſpiritus ſanctus diſci-
plinæ effugiet fictum, & auferet ſe à co-
gitationibus quæ ſunt ſine intellectu. Se
quitur.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.

O quantum pia mens iocũdatur, quã
tum fidelis anima hilareſcit, cum recolit
& conſiderat bñficia redẽptoris, q venit Lucæ 19
quærere & ſaluare quod perierat, qui ve Ioan. 3
nit, non vt iudicet mundum, ſed vt ſalue
tur mundus p̃ ipſum, qui venit, vt oĩs q
credit in illum, non pereat, ſed habeat vi
tam æternam, qui lauit nos à peccatis no Apoc. 1
ſtris in ſanguine ſuo: quia mortuus eſt Rom. 4
propter peccata noſtra, & reſurrexit pro
pter iuſtificationem noſtram. Vere lan- Eſa. 53
guores noſtros ipſe tulit, & dolores no
ſtros ipſe portauit. Vulneratus eſt pro
pter iniquitates noſtras, attritus eſt pro-
pter ſcelera noſtra, diſciplina pacis no-
ſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſu-
mus. Proprio filio ſuo non pepercit De
us, ſed p̃ nobis omnibus tradidit illum. Rom. 8
Hu-

Homo q̃ amittat lætitiam ſalutaris

Huius lętitiam ſalutaris ille ſenſerat, qui dicebat: Ego in domino gloriabor, & gaudebo in Deo Ieſu meo. Cum homo autem grauiter offendendo, tantæ gratiæ reddit ſe ingratum, tantoque bono ſe reddit indignum, amittit vtique hanc lætitiam ſalutaris. Sed cum conuerſus fuerit & ingemuerit, poſtulat eam dimiſſo peccato ſibi reſtitui. Propter quod ait: Pater piiſſime, pater mitiſſime, pater dulciſſime, redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſaluatoris mei, qui totus eſt ſalutaris, quoniam à te traditus: & meus ſaluator, quoniam pro me redditus. Vnde: Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, &c. Dauid autem lætitiam ſalutaris huius amiſerat, cum adulterium & homicidium perpetrando promiſſionem ſibi de Chriſto factam ſe demeruiſſe timebat. Vnde dicebat: Cum tu Deus mihi peccatum dimiſeris, ergo redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ne illud vltra admittam, cõfirma me in bñplacito tuo, vt nõ reuertar ad vomitũ, vt nõ reſpiciã retro, nec vnquam in ſtatuam infatuati ſalis conuertar. Et ne huiuſmodi confirmatio valeat infirmari, confirma me ſpiritu principali, quaſi autoritate præcipua, cui nemo valet cõtraire. Qui etiam dicitur ſpiritus principalis, quia tecum & cum ſalutari tuo eſt vnum vniuerſale principium, vnus vniuerſorum creator. Per hoc ſane quod ter dicit ſpiritum, notant quidam hic trinitatem in Deo, qui ſpiritus eſt, non corpus. Rectum quippe ſpiritum dicunt filium, & ſuo nomine ſpiritum ſanctum intelligũt, patrem autem accipiũt ſpiritum principalem: quoniam ipſum patrẽ principium ſine principio fides catholica confitetur. Poteſt tamen & aliter prudens lector indiuiduam in his verbis intelligere trinitatem. Cum enim audis: Cor mundum crea in me Deus, Deum patrem creatorem intellige. Cum vero audis: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, Deum filium accipe ſaluatorem. Cumque audis: Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me, Deum ſanctificatorem agnoſce: quamuis vniuerſis & ſingulis creare, ſaluare ac ſanctificare conueniat, cum ſint vnum.

Trinitatẽ per ter iteratum ſpiritum quidam intelligunt

1. Ioan. 5

Quia tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum & ſpiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt. Vnus tamen ex tribus hic proprie dicitur ſpiritus rectus, ſanctus, & principalis: quoniam ipſe appropriato vocabulo facit rectos, efficit ſanctos, & conſtituit principales: quemadmodum dicitur ſpiritus ſapientiæ, ſpiritus intellectus & ſpiritus fortitudinis, aliiſque nominibus appellatur, ſecundum differentias gratiarum. Eſa. 11

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.

Humilis pœnitẽtia & oratio deuota.

Quarta pars, in qua patenter oſtenditur, quantum iſte profecerit per humilem pœnitentiam & orationem deuotã: quia de præuaricatore factus eſt prædicator, ſicut Paulus de perſecutore Apoſtolus, & Matthæus de publicano euangeliſta. Vnde Pſalmi Dauid, & epiſtolæ Pauli, & euangelium Matthęi, prę cæteris ſcripturis in eccleſia frequentatur, vt diſcant peccatores eorum exemplo non deſperare de culpa, ſed ſperare de gratia, cum intelligunt illos à Deo non ſolum tantorum criminum indulgentiam, verumetiam chariſmatum gratiam accepiſſe. Duo quippe principaliter poſtulauerat, remiſſionem criminum & infuſionem chariſmatum: & quaſi Deus ab eo quæreret, cur poſtulet liberari à tot & tantis peccatis, & donari tot & tãtis muneribus, quis ergo fructus inde proueniet: Reſpõdet: Profecto magnus, quia cedet hoc aliorum vtilitati. Vnde: Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur. Cedet ſaluti meæ: quia exultabit lingua mea iuſticiam tuam. Cedet in laudem tuam: quia os meum annunciabit laudem tuam. Et vt digne valeam adimplere, prius libera me de ſanguinibus, & poſtea labia mea aperies: quia Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum. Oſtẽdit ergo q̃s doceat: quia docebo, inquit, iniquos. Quid doceat: quia docebo vias tuas. Et quo fine doceat, quia impii ad te conuertentur. Qualis etiam debeat eſſe, qui doceat, cum orat: Libera me de ſanguinibus Deus, Et qualiter debeat docere, cum ait: Exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Mea ergo doctrina non eſt ocioſa,

Matt. 9

Acto. 9

Cato

 quia

quia docebo iniquos vias tuas, Nec infructuoſa; quia impij ad te conuertentur, nec mœſtuoſa, quoniam éxultabit lingua mea iuſtitiã tuam. Sic ſane docere licet & decet & expedit. Licet, quia docebo vias tuas. Decet, quia exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Expedit, quia impij ad te conuertẽtur. Deſidero ergo docere alios. Vnde: Docebo iniquos vias tuas. Deſidero à meis liberari peccatis. Vnde: Libera me de ſanguinibus Deus. Deſidero te laudare, quia exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Deſidero tibi ſacrificium acceptum offerre, quia ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Deſidero muros tuæ ciuitatis conſtruere, quare benigne fac dñe in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hieruſalem. Et ſic meum in bonis adimplebitur deſiderium. Quia tunc acceptabis ſacrificium iuſticiæ, oblationes & holocauſta, tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Ergo docebo, non ſolum verbo, ſed exemplo: quia dum mihi parcitur, alijs ſpes donatur, ne iniqui de ſua iniquitate deſperent. Et ideo docebo iniquos vias tuas, videlicet miſericordiam & veritatem: quia omnes viæ tuæ miſericordia & veritas. Miſericordiam namque docebo, quia indulſiſti peccatori: & veritatẽ docebo, quia non reuocaſti promiſſa, & ſic impij, qui prędicuntur iniqui, prouocati à me verbo pariter & exemplo, conuertẽtur ad te, vt & ipſis remittas peccata, & concedas promiſſa. Ergo docebo iniquos vias tuas, & nõ erit mea infructuoſa doctrina: quoniam impij ad te conuertentur, & ſic etiã reuertentur ad ſe. Nã quando peccator alienatur à deo, elongatur etiam à ſeipſo: quemadmodũ de filio prodigo legitur, qui poſtquam abijt in regionem longinquam, & diſſipauit omnia bona ſua, in ſeipſum reuerſus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autẽ hic fame pereo. Sed certe peccator conuerti non poteſt ad Deum, niſi Deus cõuertatur ad eum. Vnde cum adhuc longe eſſet, vidit eum pater eius, & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſup collũ eius, & oſculatus eſt eũ. Nõ ergo peccatores de ſua cõfeſſione diffidãt, quantũlibet ſint longinqui, de illius pmiſſione ſecuri, qui ait: Cõuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. Quaſi diceret: Cõuertimini ad me pœnitendo, & ego conuertar ad vos indulgendo: quoniã & ſi peccator ad Deum peruenire non poſſit, niſi Deus præueniat peccatorem, ſecundum illud: Miſericordia tua ſubſequeſ me: quia timor introducit amorẽ, timor à Deo, ſed non timor cum Deo. Amor ex Deo pariter & cũ Deo: quoniã ſcriptum eſt, timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem. Porro q manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Vt autem valeam digne dicere

Peccatores cũ elõgantur à deo etiam diſtrahuntur à ſe Lucæ.15

Ezech.18

Pſal.58

1.Ioan.4

Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Oſtendit aperte, quod indignus eſt doctor qui habet in ſe quod in alio reprehendit, & dicitur ei: Medice cura teipſum. Hypocrita, eijce primo trabem de oculo tuo, & tunc eijcies feſtucã de oculo fratris tui. Qui prædicas nõ mœchandum mœcharis, & qui prædicas, nõ furandum furaris? Nam peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamẽtum meum p os tuũ? Ergo libera me in præſenti de ſanguinibus, id eſt, de peccatis mortalibus, de quibus legitur, ſanguis ſanguinem tetigit, vt in futuro liberes me de ſanguinibus, id eſt, de ſupplicijs infernalibus, de quibus dicitur: Inebriabo ſagittas meas ſanguine. Negligentia quippe doctoris, ſolet in ſcripturis nomine ſanguinis deſignari, iuxta quod ait dominus per Prophetam: Si non annunciaueris impio iniquitatem ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram. Et Apoſtolus dicebat Epheſijs: Manus meæ mundæ ſunt à ſanguine omnium veſtrum. Non enim ſubterfugi, quo minus annunciarem omne conſilium Dei vobis. Docturus itaq; iſte pœnitens vias Dñi, recte petit ab his ſanguinibus liberari. Vnde ad literã orat Dauid de ſanguinibus. i. de peccatis ſanguinum liberari, qui-

Matt.7

Pſal.49

Sang[illegible] qu[illegible] Ol[illegible]

Deut.

Ezech.3

Acto.20

quibus pro iniqua interfectione, non ſolum Vriæ, verum & aliorum erat infectus, de qualibus ſanguinibus dicitur: Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Ergo libera me de ſanguinibus Deus autor vel dator ſalutis meæ, in præſenti per ſpem, & in futuro per rem: quia tu ſolus potes præſtare ſalutem. Qui de teipſo alibi dicis: Salus populi ego ſum. Nam domini eſt ſalus, qui ſaluat ſperantes in ſe. Et ſic exultabit, id eſt, exultanter annunciabit lingua mea iuſtitiam tuam. Doctor enim non debet eſſe deſes, ſed alacer in docendo, vt proponat hilariter verbum Dei, ſicut alibi legit: Exultaui ſub lingua mea. Et talis alacritas, quam non ſolum habere debet in corde, verum etiam oſtendere debet in corpore, vt & motu oris, & geſtu corporis attrahat auditores, quo illis magis eſt vtilis, eo ſibi amplius fructuoſa. Exultabit ergo, id eſt, cum exultatione cordis annunciabit lingua mea iuſtitiam tuam, id eſt, mandata tua quæ iuſta ſunt. Vnde in tuis iuſtificationibus meditabor, non obliuiſcar ſermones tuos.

Pſal.54
Pſal.3
Pſal.65

Ad exprimendum autem intentionis ardorem, & mentis affectum, cum alacritate cordis & corporis, quæ in proponendo verbum Dei debet doctor habere, omnia in hoc loco loquendi commemorat inſtrumenta, videlicet os, linguam, & labia, vt nihil in eo vacuum ab inſtructione proximi, & laudis Dei valeat inueniri. Os nanq; pronunciat, lingua format, & labia verba concinnant. Exultabit igitur lingua mea iuſtitiã tuam, non tamen ex ſua virtute, ſed tua. Quia tu

Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.

Non enim vos eſtis qui loquimini, ait dominus, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. An experimentum, inquit Apoſtolus, quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Et alius: Audiam qd loquatur in me dominus Deus. Nam cuius labia non aperit dominus, ſed loquitur ex ſeipſo, ſibi, nõ Deo ſapientiam & eloquentiam aſcribendo (ſicut hi qui dicebant: Labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt?) illius vtiq; os non annunciat humiliter laudem Dei, ſed ſuam laudem iactãter extollit. Et talis aut vix aut nunquam ædificat auditores: qa non illorum ſalutem, ſed ſuam laudem exquirit. Prædicator itaq;, ſecundum doctrinam Apoſtoli, non inſiſtat perſuaſibilibus humanæ ſapiẽtię verbis, ſed eius ſit ſermo in oſtenſione ſpiritus & virtutis, vt per virtutem ſermonis oſtendat illum, qui in ſe loquitur ſpiritus. Quod vtique recte faciet, ſi à Deo poſtulet ſapientiam, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat, & ſic loquatur quaſi ſermones Dei. Qui quum in cordibus auditorum vim ſuæ virtutis fuerint operati, illum profecto ſpiritum oſtẽdent, qui per os prædicatoris inuiſibiliter loquebatur. Hic eſt qui dicit: Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Tu aperi, tãquam miniſter obẽdiens, & ego adimplebo, tã quam magiſter erudiens. Tu ergo domine labia mea aperies, quæ prius erãt clauſa propter peccata, & ſic os corporis proferet mentis arcanum, quoniam annunciabit laudem tuam, videlicet opera creationis & recreationis, quæ te ſuper omnia laudabilem proteſtantur. Et nota quod tria debemus ex charitate diligere, Deum, noſipſos & proximum. Diliges, inquit dominus, Deum tuum, ex toto corde tuo. Ecce primum. Et ſicut teipſum. Ecce ſecũdum. Diliges proximũ. Ecce tertium. Ad dilectionem vero proximi pertinet illud quod ait: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Ad dilectionem ſui pertinet illud quod addit: Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meę. Ad dilectionem Dei pertinet illud quod ſubdit: Os meum annnnciabit laudem tuam. Hoc eſt ſacrificium laudis, de quo dixiſti: Sacrificium laudis honorificabit me. Et illic iter eſt, quo oſtendam illi ſalutare Dei. Ergo immola Deo ſacrificium laudis & redde altiſſimo vota tua.

Matt.10
1.Cor.13
Pſal.84
1.Cor.2
Iacob.1
opera creatoris & creationis
Tria diligere tenemur
Matt.22
Pſal.49

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiũ, dediſſem vtiq; holocauſtis non delectaberis.

Z iiij Ora-

Orauerat ſupra Dauid prophetiæ ſi-
bi ſpiritum nõ auferri,& ecce nunc oſtẽ
ditur exauditus,quia de legalium ſacrifi
ciorum abolitione prophetat. Quoniã
ſi voluiſſes,inquit, ſacrificium, dediſſem
vtiq;.Pœnitens autem promiſerat quod
pro expiatione peccati ſacrificium lau-
dis offerret dicendo: Domine labia mea
aperies, & os meum annũciabit laudem
tuam. Et quaſi quæreretur ab ipſo, cur
ſacrificium legis non offers? Reſpondet,
quia iam legalia ſacrificia,& carnalia ho
locauſta non ſunt Deo placita vel acce-
pta.Quoniam ſi tu Deus voluiſſes ſacri-
ficium legale à me accipere, dediſſem vti
que,tuæ obediens voluntati: ſed holo-
cauſtis carnalibus non delectaberis, ma
xime poſtquam vnicum & verum ſacri-
Differunt holocauſta & ſacrificia
ficium fuerit inſtitutum.Inter holocau-
ſta vero & ſacrificia hæc erat in lege vete
ri differẽtia,quod holocauſta tota ſimul
incendebantur,ſic dicta ab holon,quod
eſt totum,& cauma,quod eſt incenſum.
Sacrificia vero cremabantur non tota,
ſed ex ipſis ſacerdotibus offerẽtibus par
Inter vetera & nouũ ſacrificiũ differẽtia quæ
tes debitæ ſeruabantur. Porro, inter illa
vetera ſacrificia & hoc nouum,talis diſ-
ferentia eſt,quod illa ſignificabant tan-
tum & non iuſtificabant, hoc autem &
ſignificat & iuſtificat. Nam illa fiebãt de
irrationalibus animalibus, videlicet volu
cribus & pecoribus. Impoſſibile eſt enĩ,
Heb.9 vt inquit Apoſtolus, ſanguine taurorũ
aut hircorum auferri pctã. Hoc ſolum
non rationabile,ſed etiam rationale, vi-
delicet verus homo, idem ipſe ſacerdos
& ſacrificium, medicus & medicina, de
1.Cor.5 quo idem dicit Apoſtolus: Paſcha no-
ſtrum immolatus eſt Chriſtus: & ipſe-
Ioan.6 met ait: Qui mãducat me,viuet vita pro-
pter me.Hoc vtique ſacrificium præfert
ſignificationem in ſpe, quæ ſignificat.
Iuſtificationem autem exhibet in re,quę
iuſtificat. Nam idem ipſum eſt & ſacra-
mentũ & res,ſed res vnius & ſacramen-
tum alterius. Illa quidem fuerũt figura,
& iſtud veritas. Illa fuerunt vmbra, &
iſtud lumen: quia quum veritas venit, fi
gura ceſſauit,& euanuit vmbra,quum lu
mẽ effulſit, quemadmodum ipſa veritas
per hunc eundem Pſalmiſtam prædixe-
rat:Sacrificium & oblationem noluiſti,
corpus autem perfeciſti mihi.Holocau-
ſta etiam pro delicto non poſtulaſti, tũc
Vtrum ſacrificia opera fuerint meritoria
dixi:Ecce venio.Vtrum autem ſacrificia
opera fuerint meritoria, non immerito
dubitatur, quum de his dicat dominus
per prophetam: Dedi eis præcepta non Ezec.20
bona & iuſtificationes in quibus non vi
uãt.Propter quod etiam Apoſtolus ait, Heb.7
quia lex illa neminem ad perfectum ad-
duxerit. Vnde per ipſum Pſalmiſtam do
minus ait:Non ſuper ſacrificia tua argu
am te.Holocauſta autem tua in conſpe-
ctu meo ſunt ſemper. Non accipiam de
domo tua vitulos,neque de gregibus tu
is hircos.Nunquid manducabo carnes
taurorum,aut ſanguinem hircorum po
tabo? Et per Eſaiam prophetam domi-
nus dicit: Qui immolat bouem, quaſi
qui interficit virum, & q mactat pecus,
quaſi qui excerebret canem. Qui offert
oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuil-
lum offerat.Qui recordatur thuris,qua-
ſi qui benedicat idolo. Idem etiam per
eundem:Quo mihi multitudinem victi
marum veſtrarum, dicit dominus? Ple-
nus ſum,holocauſta arietum & adipem
pinguium,& ſanguinem vitulorũ, agno
rum & hircorum nolui. Cum veneritis
ante conſpectum meum, quis quæſiuit
hæc de manibus veſtris? &c̃. Sic ergo hu
iuſmodi ſacrificia,Deo non erant placi-
ta vel accepta, quum inſtituta fuerint,
non ad præmium æternum merendum,
ſed ad rebellem & ceruicoſum populum
edomandum,& coercendum, vt his in-
tenti ſacrificijs,ad idololatriam non de-
fluerẽt,ipſa tranſgreſſi grauiter puniren
tur.Propter quod Petrus apoſtolus ait:
Quid tẽtatis imponere iugum ſuper cer
uices diſcipulorũ,quod neq; patres no-
ſtri,nec nos portare potuimus? Quare il
lorum exequutio videtur æternę gloriæ
meritoria non fuiſſe.Porro,quum præ-
ter prædictas cauſas ad ſignificandũ etiã
am fuerint inſtituta, & ab ipſo Deo eſ-
ſent, quæcunque de quacunque cauſa
præcepta: quicunque illa ex radice cha-
ritatis & virtute obedientię peragebant,
videbantur proculdubio promereri: q̃-
niam ſi tranſgreſſio pœnam,obſeruatio
præmiũ merebatur. Dicatur ergo,ſi pla-
cet,q̊d illa mãdata in ſe vtiq; bona erant,
ſed illis erant non bona, qui ea indigne
gerebãt. Quibus improbrat dominus p

Pro-

Prophetam: Quum extenderitis manus veſtras,auertam oculos meos à vobis. Et:Quum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Sicut de nouo & vero ſacrificio dicit Apoſtolus,quod qui mãducat indigne,iudicium ſibi manducat, non diiudicans corpus domini. Ad hũc itaque ſenſum ſunt omnia prædicta teſtimonia referenda. Vel ad tempus gratiæ referuntur,quo poſt verum ſacrificium inſtitutum illa non erant ex debito ſacrificia exercenda: ſicut etiam Apoſtolus ait ſuperius,dicens: Hoſtias & oblationes & holocauſtomata pro peccato noluiſti,nec placita ſunt tibi, quæ ſecundum legem offerũtur, tunc dixi,ego venio, vt faciam Deus voluntatem tuam. Aufert primum, vt ſequens ſtatuat, in qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti. Sicubi ergo legatur illa ſacrificiorum opera meritoria non fuiſſe,intelligenda eſt generalitas cum exceptione paucorum:quoniam pene omnes non amore, ſed timore opera illa exercebant, nõ vt liberi, ſed vt ſerui, pœnam timentes, ſed iuſtitiam non amantes. Pauci vero, qui venerantes in eorum ſignificatione myſterium, ea ex charitate propter obedientiam adimplebant,non ſolum temporalem pœnam vitabant,verum & vitam merebantur æternam. Quod autem ſacrificium Deo ſemper placuerit, & poſt legem, & ante legem,& etiam inter legem, oſtendit,cum ſubdit:

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non*ſpernit.

despicies

Sacrificiorum & ſacrificantiũ ſpecies ſex.

Poſſunt hic ſex ſacrificiorum & ſex ſacrificantium ſpecies denotari. Sacrificium laudis & legis. Sacrificium pœnitentiæ & iuſtitiæ. Sacrificium perfectionis & prædicationis. De primo dicitur: Os meum annunciabit laudem tuam. De ſecundo: Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium,dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis. De tertio: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. De quarto dicitur: Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ. De quinto dicitur: Acceptabis oblationes & holocauſta. De ſexto dicitur: Tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Primum eſt ſacrificium confitentium,& ſecundum Hebræorum, tertium eſt ſacrificium pœnitentium, & quartum iuſtorum, quintum ſacrificium contemplantium,& ſextum doctorum, ſicut in expoſitionis ſerie plenius oſtendetur. Poſſunt & hic illa tria conuenienter intelligi, quæ ſunt in vera pœnitentia neceſſaria, videlicet, cordis compunctio, oris confeſſio, & operis ſatisfactio, vt contribulatio referatur ad ſatisfactionem,contritio ad compũctionem,& humiliatio ad cõfeſſionem. Contribulatur enim ſpiritus,id eſt,cum corpore tribulatur, quando ſuſtinet compunctionis dolorem, humiliatur autem,quum ſuſtinet confeſſionis pudorem. Contribulatur itaque ſpiritus ad puniendam operationem laſciuam. Conteritur cor ad puniendum cogitationem iniquam. Et humiliatur os ad puniendum loquutionem ſuperbam. Tale vtique ſacrificium contribulati ſpiritus, contriti & humiliati cordis Deus non deſpicit, ſed acceptat. Et ideo ſacrificium Deo beneplacitum eſt, non hircus aut taurus, ſed ſpiritus contribulatus. Vnde tu Deus cor contritum & humiliatum non deſpicies, quin potius acceptabis.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hieruſalem.

Quinta pars, vbi reprobata prius cum ſuis carnalibus ſacrificijs ſynagoga, orat Dauid pro Eccleſia conſtruenda, in qua ſpiritualia ſacrificia Deo placita offerentur. Ipſam autem Eccleſiam tribus deſignat vocabulis, appellans illam Sion, Hieruſalem & altare, propter tres ordines, qui ſunt in Eccleſia, regularem, laicalem, & clericalem, qui alibi deſignantur per Noe, Danielem, & Iob, quos vidit propheta ſaluandos. Et in Euangelio, duo in agro, duo in mola, & duo in lecto, exiſtere perhibentur. Vita regularis eſt contemplatiua, & ſpiritalis.

Tres ordines in eccleſia

Matt. 24

Etta

Et talem vitam gerentes habitant inferi us in ciuitate Hieruſalem. Vita clericalis quaſi mixta eſt & communis. Et talem vitã gerentes miniſtrãt in medio ad altare: quia hæc partim eſt ſecularis, inquantum mundana poſſidet, & partim eſt ſimiliter ſpiritalis, inquantum diuina miniſtrat. Vnde ipſum templum vbi erat altare in medio conſiſtebat inter montem Sion, qui præminebat ſuperius, & ciuitatem Hieruſalem, quæ inferius ſubſiſtebat. Ergo benigne fac domine Sion, id eſt, Eccleſiæ, quæ nunc ſpeculatur per fidem, & tandem per ſpeciem contemplabitur: quia videmus nunc ſpeculum in ænigmate, tunc autem videbimus facie ad faciem.

Sion quid. Sion quippe ſpecula vel ſpeculatio interpretatur. Benigne fac inquam in bona voluntate tua, hoc eſt, iuxta tuæ bene placitum volũtatis, vel in ſpiritu ſancto tuo, qui eſt bona tua voluntas. Nam in

Spiritus ſanctus bona dei voluntas. ſancta indiuidua Trinitate, patri appropriatur mens, filio ratio, & ſpiritui ſancto voluntas. Vt ædificentur muri Hie-

Muri Hieruſalẽ qđ. ruſalem, ſancti videlicet, qui muniunt Hieruſalem, id eſt, Eccleſiam, de quibus

Eſa.16 legitur: Lapides precioſi om̃es muri tui.

Eſa.62 Et alibi: Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes. Sed & Chriſtus eſt

Chriſtus mur' murorum. murus murorum, de quo legitur: Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, ſaluator ponetur in ea murus. Iſtorum ſane murorum primum & præcipuum fundamentum, quaſi fundamentum fundamentorum,

1.Cor.3 eſt Chriſtus, de quo dicit Apoſtolus: Fũdamentum poſitum eſt, præter quod aliud poni nõ poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Secũda vero & ſecundaria fundamẽta, ſunt apoſtoli, de quibus idẽ Apoſto-

Eph.2. lus ait: Superædificati eſtis ſupra fundamentum apoſtolorum & prophetarum. Et alibi: Fundamenta eius in montibus ſanctis. Lapides vero ſunt, vniuerſi fideles, de quibus legitur: Sternam per orbẽ lapides precioſos. Hi ſunt lapides, quos ferrum non tetigit, de quibus dominus ædificari ſibi præcepit altare. Sed & Chriſtus eſt lapis lapidum, qui ſecũdum prophetam, de monte ſine manibus eſt ex-

Pſal.117 ciſus. De quo dicit ipſe Pſalmiſta: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Cemẽtũ vero, quo ſpirituales lapides connectun- Cemẽtum quid myſtice

tur, eſt glutinum charitatis, quod deſignatum eſt per illud bitumẽ, quo diuerſæ tabulæ fuerũt cõiunctæ in arca Noe, quo & ipſa arca linita fuit intus & extra, de quo dicit Apoſtolus: Charitas Dei Rom.5

diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Sed & Chriſtus eſt charitas, quaſi glutinum glutinorum, de quo Ioannes apoſtolus ait: Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 1.Ioan.4

Ergo benigne fac Sion, id eſt, ordini prælatorum, qui poſiti ſunt in ſpecula, ſicut dicitur ad prophetam: Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, vt per eos ædificentur muri Hieruſalem, id eſt vniuerſitas fidelium in Eccleſia diſponatur. Hieruſalem quippe viſio pacis interpretatur. Hæc eſt Eccleſia, quæ licet nunc pacem exteriorem non videat, videt tamen interiorem, de qua dominus ait: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Non quomodo mũdus dat, ego do vobis. Ioan.14

Et tandem videbit ſuperiorem, de qua dicit dominus per Pſalmiſtam: In pace inidipſum, dormiam & requieſcam.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta, tunc imponẽt ſuper altare tuum vitulos.

Iſtud Tunc poteſt reſpicere vel ad ſtatum Hieruſalem terreſtris, id eſt, Eccleſiæ militantis, cui dicitur: Surge illumi- Eſa.60

nare Hieruſalem, quia venit lumẽ tuum, & gloria domini ſuper te orta eſt: vel ad ſtatum Hieruſalem cœleſtis, id eſt, Eccleſię triumphantis, de qua dicitur: Illa quę Gal.4

ſurſum eſt Hieruſalẽ mater noſtra. Tunc ergo, videlicet, quum ædificati fuerint muri Hieruſalem, id eſt, quum Eccleſia gentium collecta fuerit, & diſpoſita, tu Deus acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, id Sacrificiũ iuſtitię

eſt, ſpirituale ſacrificium, quod in ea offerent tibi iuſti. Nã etſi quælibet virtus ſuum offerat ſacrificium, quia ſuum exhibet ſacrum factum: in communi tamen cuiuſlibet opus virtutis, ſacrificium iuſtitiæ appellatur, quia iuſtitia communis eſt virtus. Vnde omnes virtuoſi dicuntur

tur iuſti.Porro,ſunt carnalia Iudæorum holocauſta,in quibus dominus non delectatur, ſicut prædictum eſt: Holocauſtis nõ delectaberis. Et ſunt holocauſta Chriſtianorum ſpiritualia,quæ Deus acceptat, de quibus hic dicitur: Acceptabis oblationes & holocauſta, id eſt, eos qui ſe offerunt tibi in holocauſtum,videlicet, viros perfectos, qui ſe igne charitatis in amorem tuum totos incendunt, pro te omnia dimittentes, & inhærentes penitus tibi ſoli, tuæ tantum contemplationi vacando. Poteſt autem inter oblationes & holocauſta diſtingui, vt per oblationes perfecti, & per holocauſta perfectiſſimi deſignentur. Tunc etiam hi, ad quos Eccleſiæ diſpoſitio pertinet, id eſt, maiores prælati, imponent vitulos,non quales vaccæ fœtę, domi concluſos dimiſerant,pergentes vno itinere Bethſamet,& quales pro peccato ſacerdotis & multitudinis Deus offerri præcepit.Imponent inquam vitulos, id eſt, prædicatores moribus innocentes & mugitibus perſonantes, de qualibus dicitur: In omnem terram exiuit ſonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum.Super altare,id eſt,ſuper Eccleſiam conſtituendo illos rectores & doctores Eccleſiæ, iuxta quod legitur:Super montem excelſum aſcende tu,qui euangelizas Sion.Similes illi vitulo,qui vnũ eſt de quatuor animalibus, quæ ſecundum viſionem Ezechielis principales prædicatores, id eſt,quatuor Euangeliſtas deſignant. De qualibus legitur iam adultis:Boues arabant,& aſinæ paſcebãtur iuxta eos. De quibus dicitur per prophetam:Salietis ſicut vituli de armento: (Iob.1) De hoc altari dominus præcepit: Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus.Nam qui (Mal.4) multitudinem fidelium Deo congregat, debet cauere prudenter, ne congreget illam de perſonis per hæreſim aut ſchiſma diuiſis,ſed per fidem & charitatem vnitis. Vel per vitulos poſſunt (Vituli martyres) intelligi martyres, & per altare, fides, de qua dominus iubet: Altare de terra (Altare de terra qd myſtice) facietis mihi. Hæc eſt fides incarnationis & mortis Chriſti, quam ſecundum terrenam ſubſtantiam ipſe ſuſcepit. Ergo imponent vitulos, id eſt, martyres, qui mactabantur propter fidem incarnationis,& mortis Chriſti, ſuper ipſum altare fidei:quia fundamentum martyrŋ (Altare fides) fides eſt, de qua dicit Apoſtolus: Fides (Hebre.11) eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium. Tales vtiq; imitantur illum vitulum ſaginatum,qui pro reuerſione filŋ prodigi eſt occiſus. De qualibus Veritas ait: Tauri mei & (Matt.22) altilia mea occiſa ſunt. De quibus etiam dicit ipſe Pſalmiſta: Confringet dominus cedros & comminuet eos tanquam (Pſal.28) vitulum Libani. Quid eſt autem quod in Apocalypſi Ioannes apoſtolus dicit: Vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium quod habebant? Sed aliud eſt iſtud,& aliud illud altare. Super illud in via paſſi ſunt martyres,& ſub iſto in patria requieſcunt. Si vero accipiatur hoc non de ſtatu qui eſt in via,ſed de ſtatu qui eſt in patria, ſic ſane poteſt intelligi:Tunc,id eſt, in futuro ſeculo, acceptabis ſacrificium iuſtitiæ,id eſt,iuſtiſſimæ laudis: quia tunc ſancti te iuſtiſſime laudabunt, liberati per te ab omni corruptione animarum & corporum, duplicibus ſtolis induti, videlicet ſtola glorificationis in corpore, ac ſtola glorificationis in mente. Tunc etiam acceptabis oblationes & holocauſta, id eſt,maiores & minores electos, quia ſtella differt à ſtella in claritate, totos in te igne charitatis incenſos: quia tunc electi te diligent ex toto corde,ex tota mente,ex tota anima, id eſt, intellectu, ſine errore, memoria, ſine obliuione, ac voluntate, ſine contrarietate: quoniam nihil omnino volent, niſi quod te velle cognoſcent. Et tũc angeli meſſores impo- (Matt.13) nent vitulos, id eſt,ſanctos abſque vllo iugo peccati, ſuper altare tuum, id eſt,ſu- (Altare eccleſia triũphans) per Eccleſiam triumphantem, quæ eſt ſupremum altare poſt indiuiduam Trinitatem, de qua legitur: Non aſcendes (Exo.20) ad altare meum per gradus: quia in ipſa indiuidua Trinitate gradus conſtituere non debemus,vt dicamus patrẽ maiorẽ, filiũ minorem,& minimũ ſpiritum ſanctum, ſicut impius aſſerit Arrianus. Ad altare vero Eccleſiæ triũphantis per gradus aſcẽditur,id eſt, p differẽtias meritorum.

Altare cordis — rum. De quibus legitur: Deus in gradibus eius cognoſcetur, dum ſuſcipiet eam. Iſti ſuper altare cordis, de quo domi-
Leuit. 6 — nus ait, Ignis in altari meo ſemper ardebit, imponent vitulos labiorum, id eſt,
Pſal. 83 — perfectiſſimas Dei laudes. Nã beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Ecce Pſalmus iſte à culpa incipit & miſeria, & in gloriam definit & lætitiam: quia de miſeria peccatorum per veram aſcenditur pœnitẽtiam ad gloriam beatorum.

IN PSALMVM quintum pœnitentialẽ Elucidatio.

TITVLVS AVTEM HVius Pſalmi talis eſt.

Oratio pauperis cum anxiaretur, & in conſpectu domini effunderet precem ſuam.

Tituli eiuſdem explicatio.

PEr hominem pauperem, humilis pœnitens in titulo deſignatur, qui ꝓ ſuis anxiatur miſerĳs, & effundit in conſpectu domini preces ſuas. Eſt autẽ pau-
Paupertas triplex — pertas bona & mala, & media. Bona paupertas humilitatis, mala paupertas cupiditatis, & media paupertas neceſſitatis. Prima facit pauperes Chriſti, Secunda Zabuli, Tertia pauperes mundi. De primis dicitur: Pauper & inops laudabunt nomen tuum. Et: Beati pauperes ſpiritu,
Matt. 5 — quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum: De ſecundis: Neſcis quia tu es pauper & miſerabilis. Et: Pauperes facti ſumus nimis. De tertĳs: Pauper etiam amico ſuo
Matt. 26 — eſt odibilis. Et: Pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis. Ipſe quoque Chriſtus, quum verus ſit Deus, & verus homo, ſimul in vnũ eſt diues & pauper, qui de ſe dicebat:
Matt. 8 Lucæ. 9 — Pauper & dolens ego ſum. Nam vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis nõ habet vbi caput ſuum reclinet. Vnde: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: quia ipſe diues pro nobis factus eſt pauper, vt nos pauperes, in ſe faceret diuites. Noſtras enim paupertates accepit, & diuitias ſuas nobis dedit: quoniam ex quo deſcendit in terram, vt Deus cum hominibus negocium exerceret, aliter cum eis negociari non potuit, niſi merces eorum reciperet & retribueret eis ſuas. Diuites itaque dedit merces quas habebat, & recepit pauperes quas inuenit. Dedit virtutes diuinas, & recepit defectus humanos, aſſumpſit ſeruitutem, & contulit libertatem: & vt multa breuiter perſtringam, accepit mortem & dedit vitam, largitus eſt gloriam, & ſortitus eſt miſeriam, propter quod humilis pœnitens huiuſmodi negocium proſequẽs in hoc Pſalmo, prius exprimit humanam miſeriam, ac inde gloriam diuinam exponit.

PSALMI CENTESIMIPRImi in ordine Pſalmorum, in ordine vero pœnitentialium quinti explicatio.

DOmine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te* perueniat. — venıat.

Pſalmus iſte in ordine Pſalmorũ pœnitentialium eſt quintus, * viginti- — Viginti nouem
quiuque continens verſus, in quinque quinarios diuidendos, & in principio ſeriatim quinq; petitiones exponit, vt quinarĳ ſacramentum per omnia commendetur, quod Ezechiel expreſſe commen-
Ezech. 10 — dat in deſcriptione templi, dicens veſtibulum templi per gyrum eſſe in longitudine vigintiquinq; cubitorum, & in latitudine quinq;. Sane qa quinarius per
Quinari⁹ numerus qd ſignet — ſe ductus ſemper in ſeipſum reducitur, æternitatem deſignat, quæ in ſe permanens ſemper eadem perſeuerat. Hãc Pſalmus iſte in quinq; locis commemorat. Primo: Tu autem domine in æternum

per-

permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem. Secundo: Ne reuoces me in dimidio d[...]um meorum, in ſeculum ſeculi anni tui. Tertio: Ipſi peribunt, tu autem permanes. Quarto: Tu autem dom[...]ie idem ipſe es, & anni tui non deficient. Quinto: Filij ſeruorum tuorum inhabitabunt * ibi, hoc eſt, in annis tuis. Vnde ſubiungitur: Et ſemen eorum in ſeculum ſeculi dirigetur.

tibi

Ad hoc igitur deſignandum Pſalmus iſte* viginti quinque continet verſus, qui redduntur ex quinario per ſeipſum multiplicato, & in ſeipſum reducto. In primo quinario pœnitens formam orationis, & cauſam exauditionis exponit. De forma orationis præmittit: Domine exaudi orationem meam. De cauſa exauditionis ſubiungit: Quia defecerunt ſicut fumus dies mei. Quinquies autem formam orationis ſine aliqua interpoſitione multiplicat. Primo: Exaudi orationem meam. Secundo: Clamor meus ad te veniat. Tertio: Ne auertas faciem tuam à me. Quarto: Inclina ad me aurem tuam. Quinto: Velociter exaudi me: vt vnum idemque toties replicando, patẽter oſtendat, quanta ſupplicationis inſtantia, quoue deuotionis affectu Deũ debemus orare. Veruntamen & illud innuit, q̃d interdũ aliquis tã exiliter orat, vt eius oratio non poſſit exaudiri. Nonnunquam autem fortiter clamat, ſed clamor eius non permittitur ad principem peruenire. Aliquando etiam clamor peruenit ad principem, ſed ipſe à precibus aurem auertit. Quandoque vero aures inclinat, cũ exigit opportunitas, ſed nimis differt exaudire precantem. Ad remouendum igitur hæc quinque impedimenta, pœnitentes iſte toties orationem multiplicat dicens: Domine creator & recreator exaudi orationem meam, quę nõ exigua, vel exilis, ſed clara pariter & clamoſa. Ideoque clamor meus ad te perueniat, & cum peruenerit, ne auertas faciem tuam à me, ſed cum aurem inclinaueris, inclina eam in tempore opportuno. Et ideo, In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam, & quum tempus opportunum aderit, non diu differas exaudire. Ideoque in quacunque die inuocauero te velociter exaudi me. Oſtendit hic pœnitens preces ſuas eſſe dignas, deuotas, gratas, neceſſarias, & humiles, opportunas & efficaces. Ergo quia dignæ ſunt, Exaudi orationem meam. Quia deuotæ ſunt, Clamor meus ad te veniat. Quia gratæ ſunt, Ne auertas faciem tuam à me. Item quia neceſſariæ ſunt & humiles, In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. Et quia ſunt opportunæ & efficaces, In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. Ait ergo: Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat. Clamor hic non tam vocis intentio, quam cordis deuotio debet intelligi. Sic clamauit Suſanna, quæ flẽs ſuſpexit in cœlum: erat enim cor eius fiduciam habens in domino, & ideo exaudiuit dominus vocem eius. Clamor itaque meus ad te perueniat, non ſicut clamor Sodomorum, qui te prouocauit ad irã, ſed ſicut clamor Niniuitarũ, qui te ad indulgentiam inclinauit. Cæterum tria ſunt quę impediunt, ne clamor perueniat ad altiſſimi aures, vt exaudiatur ab eo, videlicet, Sartago, murus, & nubes. De ſartagine legitur: Et tu fili hominis ſume tibi ſartaginem ferream, & pones eam inter te & inter ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam. De muro dicitur: In te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. De nube ſcribitur: Oppoſuiſti nubem tibi ne tranſeat oratio. Quia hæc ſunt expoſita, non ſunt hic iterum repetenda. Sequitur:

Viginti nouem

Clamor quid hic
Dani. 13
Gen. 18.
Ezech. 4
Pſal. 17
Thren. 3

Ne auertas faciem tuam a me, in quacunque diu tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.

Faciem quidem ſeueritatis & animaduerſionis auerte, ſed faciem benignitatis & propitiationis oſtende. De illa legitur: A facie tua non abſcondar, à facie iræ tuæ. Ab hac facie Adam cum vxore ſua ſe voluit abſcondere in medio paradiſi, ſed profecto non potuit, propter illud quod legitur: Quo ibo à ſpiritu tuo & quo

à facie tua ſugiam? De iſta dicitur: Quur
Iob. 13 faciem tuam abſcondis? Oſtende nobis
faciem tuam & ſalui erimus. Iuxta quod
Gen. 32 inquit Iacob: Vidi dominum facie ad fa
ciem, & ſalua facta eſt anima mea. Facie
ad faciem, eſt corporalis ad ſpiritualem
perductio, ſicut alibi dicitur: Quia vidi-
ſti me, credidiſti. Ergo ne auertas faciem
tuam à me, ſed auerte faciem tuam à pec
catis meis: quia non naturam odiſti ſed
culpam. Nihil enim odiſti eorum quę fe
ciſti domine. Quia vero frequenter tri-
bulor, & in corpore & in mẽte, tam à dæ
mone, quam ab homine, à mundo &
carne, idcirco in quacunque die tribu-
lor, inclina, ſublimis ad humilem, aurem
tuam, id eſt, benignitatis auditũ. In qua-
cunque die inuocauero te, velociter ex-
audi me, vt tua impleatur promiſſio: Ad
huc te loquente, dicam: Ecce Adſum.

Quia defecerunt ſicut fumus di es mei, & oſſa mea ſicut *in frixo rio confrixa ſunt.

cremium aruerunt

Miſeriæ pœnitẽtis

Exponit miſerias quas patitur in ſe-
ipſo, videlicet, breuitatẽ vitæ. Vnde: De-
fecerunt ſicut fumus dies mei. Anxieta-
tem animæ ſuæ. Vnde: Oſſa mea ſicut in
frixorio cõſrixa ſunt. Ariditatẽ cordis.
Vñ: Percuſſus ſum ſicut fœnum, & aruit
cor meum. Et debilitatem corporis. Vn
de, Oblitus ſum manducare panem me-
um: & ſic à voce gemitus mei adhæſe-
runt oſſa mea carni meæ, ſumque atte-
nuatus ſicut pellicanus in ſolitudine, ſi-
cut nycticorax in domicilio, & paſſer v-
nicus in ædificio, quæ ad literam ſunt
aues nimis macilentæ. Debes ergo ve-
lociter exaudire, quia defecerunt ſicut
Fumus multiplex fumus dies mei. Eſt fumus ſpirationis.
Cant. 3 Vnde: Quę eſt iſta, quę aſcendit ſicut vir
gula fumi, ex aromatibus myrrhę & thu
ris? Orationis, Vnde: Aſcendit fumus a-
romatum in conſpectu domini de ma-
nu angeli. Compunctionis. Vnde: Tan-
ge montes & fumigabunt. Contempla-
tionis. Vnde: Domus cõpleta eſt fumo.
Et: Populus videbat montem fumigan-
tem. Item fumus defectionis. Vnde: Si-
cut fumus deficit, deficiant. Admonitio
nis. Vnde: Tria ſunt quæ expellunt ho-
minem de domo, fumus, ſtillicidium, &
mala vxor. Elationis. Vnde: Lux impij
ſicut procella, dies eius ſicut fumus qui
ſpargitur. Simulationis. Vnde: Lignum
fumigans non extinguetur. Corruptio
nis. Vnde: De fumo putei exierunt locu
ſtæ. Damnationis. Vnde: Aſcendit fu- Apoc. 9
mus eorum in generatione, & deſolabi-
tur in ſecula ſeculorum. Dies itaque
mei defecerunt ſicut fumus, hoc eſt, ve-
lociter vita mea tranſit, ſicut fumus ve-
lociter euaneſcit. Iuxta q̃d legitur: Quid Iacob. 4
eſt vita noſtra? Vapor ad modicum pa-
rens. Et alibi dicitur: Dies mei velocius Iob. 7
tranſierunt, quam à texente tela ſuccidi-
tur. Vel quia fumus elationis, quo Adã
fuit inobediens creatori, cauſa extiterat,
propter quam homo neceſſitati addi-
ctus eſt moriendi, dies mei defecerunt,
ſicut fumus, id eſt, ad ſimilitudinem fu-
mi, qui hunc defectum induxit. Nam vi
ta decreſcendo declinat, ſicut fumus de-
ficit aſcendendo. Moraliter aũt dies illi- Cuius dies mei deficiant
us deficiunt, cuius conuerſatio à fructu
boni operis eſt inanis. Et oſſa mea ſicut
in frixorio confrixa ſunt, id eſt, vires a-
nimæ meæ contritæ ſunt præ anguſtia,
quaſi in frixorio, ſicut caro vritur in ſar
tagine, iuxta quod alibi legit̃: Oſſa mea
aruerunt præ caumate. Nam quum ani-
ma premitur & affligitur, vires animæ
contrahuntur & ſiccantur, præſertim ex
recordatione peccati, & timore iudicij:
quia tũc homo frigitur, cum ſe timet ar
ſurum. Moraliter autem oſſa mea, id eſt, Oſſa moraliter
interiora ſunt confrixa, hoc eſt, compaſ
ſione proximorũ afflicta. Sicut aiebat 2. Cor. 11
Apoſtolus: Quis infirmatur & ego nõ
infirmor? Quis ſcandalizatur & ego nõ
vror? Nam ſcandalum proximorum, fri
xorium eſt iuſtorum. Volens autem o-
ſtendere, vnde ſibi defectus dierum,
& frixura oſſium prouenerit, ſubiungit:

Percuſſus ſum vt fœnum, & aru it cor meum, quia oblitus ſum co medere panem meum

Omnia pene mea ſonãt miſeriam, de
fectus, frixura, percuſſio, ariditas, obli-
uio, gemitus, & macies, quæ notãtur, cũ
dicitur: Adhęſerunt oſſa mea carni meę.

Quia

Quia caro mea attenuata &deſiccata per
maciem, quaſi tranſiſſe videtur in oſſa.
Vnde pauper iſte merito anxiatur & ait:
Percuſſus ſum mortis ſententia in A-
dam, dicente domino: Quacunque die
comederis, morte morieris. A quo in po
ſteros eſt materia propagata. Percuſſus
ſum ſicut fœnum, id eſt, ad ſimilitudinē
fœni, quod antequam percutiatur, viret
& floret, vbi vero percutitur, decidit, &
areſcit. Sic homo antequam peccaret, ſta
bat rectus & innocēs, vbi vero peccauit,
cecidit miſerabilis &infelix. Vel percuſ-
ſus ſum, veneno ſerpentis, id eſt, ſugge-
ſtione diaboli, promittentis: Eritis ſicut
Gen.3 dij, ſcientes bonum & malum. Percuſ-
ſus, inquam, vt fœnum, quia reuera ſum
fœnum, id eſt, fragilis & mortalis. Nam
1. Petri.1 omnis caro fœnnm, & omnis gloria e-
ius quaſi flos fœni, quod hodie viret, &
cras mittitur in clibanū. Sic homo nunc
viuit, & mox in infernum demergitur.
Eſa.40 Fœnūmul tiplex Eſt enim fragilitas carnis. Vnde: Omnis
caro fœnum. Et: Vere fœnum eſt popu-
lus. Viriditas mentis. Vnde: Florebunt
ſicut fœnum terræ. Et: Producit in mō-
tibus fœnum. Vanitas cordis: Vnde: Prę
cordia fatui ſicut rota carri, quæ portat
fœnum & ſemper murmurat. Carnalis
Iob.40 homo. Vnde: Fœnum vt bos comedet.
Ipſa quoque humanitas Chriſti. Vnde:
Pſal.103 Produces fœnum iumentis, & herbam
ſeruituti hominum: quia Chriſtus tan-
quam fœnum fuit in præſepio reclina-
tus.

Et aruit cor meū, quia ſterilitate pec-
cati viriditatem, id eſt, virtutem amiſit.
Homo nanque peccando ſpoliatus eſt
gratuitis, & in naturalibus vulneratus,
& ſic relictus eſt ſemiuiuus. Redde ſin-
gula ſingulis, quia percuſſus ſum ſicut
fœnū, defecerunt, ſicut fumus dies mei,
& quia cor meum aruit, oſſa mea ſicut
cremium aruerunt, & hoc inde proue-
nit, quia oblitus ſum manducare panem
meum. Homo nanque cibum ſibi prohi
bitum manducauit, & panem ſibi à Deo
datum, hoc eſt, verbum ſibi à Deo dictū
māducare, id eſt, cuſtodire neglexit: De
ligno, inquit, ſcientiæ boni & mali, ne
comedas. Non enim in ſolo pane viuit
Panis mul tiplex homo, ſed in omni verbo Dei. Panis
quippe multipliciter accipitur in ſcri-
pturis. Ipſe Chriſtus ſecundum diuini-
tatem. Vnde: Panem angelorum man-
ducabit homo. Et: Panem de cœlo præ Sap 16
ſtitiſti eis, habentem omne delectamen-
tum in ſe, & ſaporis omnis ſuauitatem.
Idem ſecundum humanitatem. Vn-
de: Ego ſum panis viuus qui de cœlo
deſcendi. Et eius caro. Vnde: Panis
quem ego dabo, caro mea eſt pro mun
di vita. Aeterna beatitudo. Vnde: Bea-
tus qui manducabit panem in regno
Dei. Cœleſte deſiderium. Vnde: Panem
deſiderabilem non comedi. Vniuerſa-
lis eccleſia. Vnde: Vnus panis & vnum
corpus ſumus in Chriſto. Bonum o-
pus. Vnde: Panem noſtrum comede- Eſa.4
mus. Et: Comedetis azymos panes cum
lactucis agreſtibus. Sacra ſcriptura. Vn- Thre.4
de: Paruuli petierunt panem, & non e- Gen.3
rat qui frāgeret eis. Et: In ſudore vultus
tui veſceris pane tuo. Verbum Dei. Vn-
de: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in
omni verbo quod procedit de ore Dei.
Et: Cibabit illum pane vitæ. Vera pœni
tentia. Vnde: Surgite poſtquam ſederi-
tis, qui manducatis panem doloris. Et:
Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die
ac nocte. Syncera charitas. Vnde: Si pe- Matt.7
tierit panem, nunquid lapidem dabit il-
li? Robur mentis. Vnde: Panis cōfirmat
cor hominis. Et: Omne firmamentum
panis contriuit. Donum ſpiritus ſancti.
Vnde: Pauperes eius ſaturabo panibus.
Præterea, panis eſt hæreticorum doctri
na. Vnde: Suauis eſt homini panis men-
dacij. Et: Quum ſe mouerit ad quæren-
dum panem, nouit quod paratus ſit in
manu eius dies tenebrarū. Hypocritarū
vita. Vnde: Effraim factus eſt ſubcineri- Oſee.7
tius panis, qui non reuerſatur. Delecta-
tio peccati. Vnde: Panis abſconditus eſt
ſuauior. Et: Venite, edite panes ocultos.
Secularis iocunditas. Vnde: Panis corū
vertetur in fel aſpidum.

A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ.

Ergo percuſſus ſum ſicut fœnum
& aruit cor meum, quia oblitus ſum co
medere panem meum, id eſt, quia nō re-
tinui firmiter in memoria Dei verbum,
nec cuſtodiui. Quare à voce gemitus mei

 hoc

hoc eſt, à ſuggeſtione diaboli, qui eſt gemitus meus, id eſt, cauſa cur gemam, adhęſit os meum carni meę, id eſt, ratio ſenſualitati conſenſit, quando vir vxori acquieuit. Mulier, inquit, quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Vel quia verbum Dei non cuſtodiui, à voce gemitus mei adhæſerunt oſſa mea carni meę, quoniam ſpiritus triſtis exciccat oſſa. In Chriſto autem adhæſit os carni, quando diuinitas eſt vnita humanitati, quoniam verbum caro factum eſt. In Eccleſia vero adhæſit os carni, quando fortes ſupportant infirmos, iuxta q̃d dicit Apoſtolus: Nos firmi debemus infirmitatem infirmorũ portare. Sequitur.

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis, factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

solitarius in tecto

Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer * vnicus in ædificio,

Diſtinguit hoc loco Pſalmiſta tres aues, pellicanum, nyſticoracem, & paſſerem. Solitudinem, domicilium, & ædificium ſiue tectum. Pellicanus auis eſt macilenta in ſolitudine manens. Nycticorax die quieſcit, & nocte vigilat, in parietibus habitans, & triſtem vocem emittens. Paſſer eſt libidinoſus & callidus, ſed caſtus efficitur, cum in ædificio manet ſolus. Per has tres aues, tres maneries pœnitentium denotantur. Quidam enim pro agenda pœnitentia omnino deſerunt ſeculum. Quidam autem adhuc manẽt in ſeculo. Alĳ vero partim ſeculum deſerunt, & partim manent in ſeculo. Qui pro agenda pœnitentia tranſit de mundo ad ſolitudinem, ibique attenuatur vigilĳs, & ieiunĳs, alĳſque macerationibus corporis, & contritionibus cordis, habens quaſi pellem pro carne, is profecto ſimilis eſt pellicano in ſolitudine permanenti. Qui vero gemens & plorans à ſeculari conuerſatione ſe ſubtrahit, & à placitis abſtinens, tentationis vitat inſidias, quaſi noctis curam agendo, is incunctanter, quaſi nycticorax in domicilio ſatagit vigilare. Porro qui libidinis opera deſerit, & caſtitatis amplectitur cœlibatum, is vtiq; factus

Tres pœnitentium maneries.

Pellicano qs ſimilis Nycticoraci quis

Paſſeri qs

eſt ſicut paſſer, non iam libidinoſus, ſed vnicus, id eſt, caſtus, à paſſione ignominiæ liberatus, manens in ædificio vel in tecto, de quo dominus ait: Qui in tecto eſt, non deſcendat aliquid tollere de domo. Vt omnis ædificatio conſtructa creſcat in templum ſanctum in domino. Ait itaque pœnitens generalis, ſimilis factus ſum pellicano in ſolitudine, quantum ad primam maneriem pœnitentium, & ſicut nycticorax, quantum ad alteram, & ſicut paſſer vnicus in ædificio, quantum ad tertiam.

Matt. 24

Poteſt & aliter hoc exponi, vt intelligatur prius exprimere culpam, quam indigne commiſit, & pœnitentiam, quam digne peregit, ad ſimilitudinem primi hominis, id eſt, Adæ, ac deinde tentationes quas à diabolo paſſus eſt, & perſecutiones quas ſuſtinuit ab hominibus, ad ſimilitudinem ſecundi hominis, id eſt, Chriſti, vt talis ſit ſenſus: Percuſſus ſum ſuggeſtiõe diaboli, ſicut fœnum, id eſt, Adam, qui reuera fœnum fuit, quia mane creationis floruit in virtutibus, veſpere transgreſſionis cecidit in miſeriam. Et aruit cor meum in ſterilitate peccati, quia oblitus ſum manducare panem meum, id eſt, obſeruare mandatum domini, ſicut Adam, qui neglexit cuſtodire præceptum Dei, dicentis ad ipſum: De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas. Culpam autem cognoſcens, pœnitui, q̃niã à voce gemitus mei adhæſerunt oſſa mea carni meæ. Fuit ergo mihi gemitus compunctionis in corde, de quo proceſſit vox confeſſionis in ore, ac deinde afflictio ſatisfactionis in opere, quia diſtrictum egi ieiunium. Vnde: Adhæſerunt oſſa mea carni meæ. Poſt ieiunium vero tentatus fui à diabolo, ſicut Chriſtus, in tribus vitĳs, In deſerto de gula, in monte de auaritia, & in templo de iactantia ſeu ſuperbia. Chriſtus enim fuit quaſi pellicanus in ſolitudine, quando ieiunauit in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & poſtea eſurĳt. Nam pellicanus nimia conficitur macie in ſolitudine manens. Idem fuit ſicut nycticorax in domicilio, quando in ſupercilio montis oſtendit ei diabolus omnia regna mũdi. Nycticorax enĩ limpidiſſimũ habet intuitum, vñ clare videt

Adam re vera fœnum

Gen. 3

Matt. 4

&

& in nocte. Ipſe quoque fuit ſicut paſſer
vnicus in ædificio, ſiue ſolitarius in te-
cto, ſolus de patre, ſolus de matre. De
patre ſine matre, de matre ſine patre. So
litarius in vtero, ſolitarius in ſepulchro.
Et ſicut ipſe teſtať: Nemo aſcendit in cœ
lum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius ho
minis, qui eſt in cœlo. Nec tantum tenta
tiones paſſus ſum à diabolo, ſicut Chri
ſtus, ſed & ab hominibus, ſicut & ipſe
ſuſtinuit à Iudæis: quia tota die expro-
brabant mihi inimici mei, & qui lauda-
bant me aduerſum me iurabant. Licet
autem verbum vigilandi ponatur in me
dio, pertinet tamen non ſolum ad me-
dium, verumetiam ad primum & vlti-
mum, vt dicatur: Similis factus ſum pel-
licano in ſolitudine, Vigilaui & factus
Cuilibet vbique vigilandum — ſum ſicut paſſer vnicus in ædificio. Quia
quilibet in quolibet loco vigilare tene-
tur, cõtra dæmones, mundũ & carnem.
Nõ ſit igitur eremita in ſolitudine ſecu-
rus, nec monachus ſecurus in clauſtro,
quia tentatus eſt Adam in paradiſo &
Ieſus in deſerto. Sane vigilat Deus, vigi-
Vigilat Deus, angelus homo Zabulus — lat angelus, vigilat homo, vigilat Zabu
lus. Deus vigilat per miſericordiam &
iuſtitiam, ad indulgendum & punien-
dum. Vnde: Cum acceſſeris ad dominũ,
ſtatim euigilabit ad te. Itẽ: Vigilauit do-
minus ſuper malitiam, & adduxit ſuper
Hiere.1 — nos illam. Propter quod ipſe dicitur vir
ga vigilãs. Vigilat angelus per diligenti
am & cautelam, ad cuſtodiendum & ad
Dan.4 — iuuãdum. Vnde, Vigil & ſanctus de cœ
lo deſcendit. Et: In ſententia vigilum de
cretum eſt. Homo vero per circũſpectio
Lucæ.2 — nem. Vnde: Paſtores erant in regione ea
dem vigilantes & cuſtodientes vigilias
noctis ſuper gregem ſuum. Per infor-
mationem. Vnde: Angelo Sardis Eccle-
Apoc.3 — ſiæ ſcribe: Eſto vigilans & confirma cæ-
tera quæ erant moritura. Per prædica-
tionem, Vnde: Vigila in omnibus,
labora, opus fac Euangeliſtæ. Per o-
rationem. Vnde: Vigilate & orate, ne
Matt.26 — intretis in tentationem. Per contem-
plationem. Vnde: Ego dormio & cor
meum vigilat. Per attentionem. Vn-
de, Beatus qui vigilat ad fores ſapien-
tiæ, & obſeruat ad poſtes tabernaculi
mei. Zabulus autem vigilat ad nocen-
dum & ſeducendum. Vnde Petrus ad-
monet dicens, Sobrij eſtote & vigi- — 1.Petri.5
late: quia aduerſarius veſter diabolus,
tanquam leo rugiens circuit quærens
quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fi-
de. Vigilat etiam quum facit homines in
malitia vigilare. Vnde: Non dormi-
unt, niſi malefecerint, & rapitur ſom-
nus ab eis, niſi ſupplantauerint. Ipſa
quoque malitia dicitur vigilare, quum — Mar.13
vigilat quis in ea. Vnde, Vigilauit iugum
iniquitatum eorum. Ergo euigilate iu-
ſti & nolite peccare. Vigilate, quoniam
neſcitis qua hora dominus veniat, ſero,
an media nocte, an galli cantu, an ma-
ne, ne quum venerit, repente inueniat
vos dormientes. Beati namque ſunt
ſerui illi, quos quum venerit domi-
nus, inuenerit vigilantes. Vigilia enim
honeſtatis tabefacit carnes, & cogitatus
illius auferet ſomnum. Ianitori præce-
pit dominus, vt vigilet, addens: Quod vo — Paſſer
bis dico, omnibus dico: Vigilate. Paſ- — multiplex
ſer quoque portat multiplicem in ſcri-
ptura figuram. Nam paſſer dicitur Chri — Pſal.101
ſtus. Vnde, Factus ſum ſicut paſſer ſolita
rius in tecto. Hinc læproſus mundatus,
duos viuos paſſeres offerebat, quorum
vnus immolabatur in ſacrificium, & al-
ter dimittebatur in agrum: quia humani
tas Chriſti eſt immolata pro mundan-
da humani generis lepra, & diuinitas in
paſſione libera eſt dimiſſa. Dicitur etiam
paſſer ſenſus hominis. Vñ: Nõne quin-
que paſſeres aſſe veneunt? Ratio cordis.
Vnde: Paſſer inuenit ſibi domum, & tur
tur nidum. Dicitur etiam vir iuſtus. Vn-
de, Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt — Pſal.123
de laqueo venãtium. Et: Illic paſſeres ni-
dificabunt. Dicitur etiam homo carna-
lis. Vnde: Multis paſſeribus pluris eſtis — Pſal.10
vos. Superbus hæreticus. Vnde: Tranſ-
migra in montem ſicut paſſer.

Tota die exproprabant mihi ini mici mei, & qui laudabãt me, ad uerſum me iurabant.

In quinario primo pœnitens expo
ſuit interiores miſerias, quas patitur
in ſeipſo, in hoc autem ſecundo quina
rio exponit miſerias exteriores, quas
ſentit ſe ab alijs ſuſtinere. Patitur enim
irriſiones continuas, & conſpirationes

occultas, à veris inimicis, & ſalſis amicis.
Vnde: Tota die exprobrabant mihi ini-
mici mei, & q laudant me, aduerſum me
iurabant. Patitur autem ideo: quia in fle
tu & cinere panem meum mãducabam,
& potum meum cum fletu miſcebam.
Cum enim diabolus conſpicit peccato-
rem conuerti ad pœnitentiam, commo-
uet irriſores, qui eum exprobrãdo con-
fundant, & coniuratores inducit, qui e-
um conſpirando ſubuertant, tales vide
licet, quos ipſe non facile deprehendat,
fictos videlicet laudatores, vel illos eti-
am, qui eum laudabant ſeculari vita ſe-
cum fruentem, vt per patentes iniurias
& per latentes inſidias eum reuocent à
ſtudio pœnitendi. Ecce quantum do-
let diabolus de pœnitentia peccatoris,
quantumque laborat, vt eum reuocet ad
peccatum. Ergo qui laudabãt me aduer
ſum me iurabant.

Quia cinerem tanqnam panem
manducabam, & potum meum
miſcebam cum fletu * temperabam.

Notat in pœnitente vilitatem cibi,
cum ait: Cinerem ſicut panem manduca
bam, & potus aſperitatem, cum addit:
Potum meum cum fletu miſcebam. Eſt
cinis dominicæ paſſionis. Vnde: Facies
Cinis mul lebetes ad ſuſcipiendos cineres. Hic eſt
tiplex cinis vitulæ ruffæ, de quo dicit Apoſto-
Num. 19 lus: Si ſanguis hircorum, & taurorum,
& cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſan-
ctificat ad emundationem carnis. Cinis
Heb. 9 pœnitentialis ſatisfactionis. Vnde: Ago
pœnitentiam in fauilla & cinere. Et: O-
perui cinere carnem meam. Cinis huma
næ abiectionis. Vnde: Loquar ad domi-
num meum cum ſim puluis & cinis. Et
In domo cineris aſpergite vos cinere. Et
cinis extremæ corruptionis. Vnde: Ho-
mo in cinerẽ reuertetur. Et: Cinis es &
in cinerem reuerteris. Potus quoq; mul
Gen. 3 tipliciter accipitur in ſcripturis. Eſt eñ
Potus mul potus euchariſtiæ. Vnde: Cor meũ & ca
tiplex ro mea exultauerunt in deum viuum. In
telligentię. Vnde: Aqua ſapientiæ ſaluta
Eccli. 15 ris potauit eum. Doctrinæ. Vnde: Inter
medium montium pertranſibunt aquę,
potabũt eam omnes beſtiæ agri. Glorię
Vnde, Torrente voluptatis tuæ potabis
eos. Compunctionis. Vnde, Potaſti nos
vino compunctionis. Afflictionis. Vn-
de, Potum dabis nobis in lachrymis in
menſura. Oſtenſionis. Vnde: In ſiti
mea potauerunt me aceto. Deceptionis.
Vnde: Væ, qui potum dat amico admi- Pſal. 68
ſcens fel. Manducabam ergo cinerem ſi
cut panem, id eſt, cinerem cum pane, vel Manduca
panem cum cinere, videlicet vilem & de- re cinerẽ
ſpectum, quaſi cineroſum panem vel ci- ſicut panẽ
nericium. Et: Potum meum cum fletu
miſcebam: quia erat affluentia tanta la-
chrymarũ, vt effunderem illas in potum.
Aliter, Cinis eſt id quod remanet de li-
gno igne conſumpto. Lignum autem i-
gne conſumptum eſt peccatum, charita
te dimiſſum, ſecundũ illud: Dimiſſa ſunt
ei peccata multa, quoniam dilexit mul-
tum. Ipſum quoque peccatum nonnun Lucæ, 7
quam in memoria delectabiliter refrica
tur, & hæc refricatio, quæ remanet de
peccato, eſt cinis ipſius, & ipſa peccatum.
Hunc ergo cinerem mãducabam, id eſt,
conſumebam per pœnitentiam, ſicut pa
nem, qui quum manducatur conſumi-
tur. Vel per panem intellige peccatum,
quod actũ delectat. Vnde: Panis abſcon
ditus eſt ſuauior. Nam leuia peccata per
veram pœnitentiam ſunt conſumenda.
Et: Potum meum, id eſt, calicem amari-
tudinis, & doloris, cum fletu temperabã.
De quo alibi dicitur: Potaſti nos vino
compunctionis, id eſt, affluentia lachry-
marum, iuxta quod legitur: Secundum
multitudinem dolorum meorum in
corde meo, conſolationes tuæ lætifica
uerunt animam meam. Multum enim
temperatur amaritudo dolorum ex dul-
cedine lachrymarum, quæ quanto ſunt
amariores ex cauſa, tanto ſunt dulciores
ex fine. Vel inimici mei exprobrabãt mi-
hi tota die, ſed ego gaudebam, quia cine
rem tanquam panem manducabã: quia
reficiebar obprobrio, ſicut laude, ſecun
dũ illud quod alibi legitur: Ibant Apo-
ſtoli gaudentes à conſpectu concilij, q̃ni
am digni habiti ſunt pro nomine Ieſu Acto. 5
cõtumeliam pati: hoc enim maxime ad
meritum proficit pœnitenti. Et potũ me
um, id eſt, temporalẽ lætitiã, de q̃ legitur,
Vinum lætificat cor hominis, cum fle-
tu miſcebam, memor eius quod legi-
tur: In die bonorum ne ſis immemor
malorum. Et: Extrema gaudij luctus oc
cupat.

cupat. Sed quaſi quæreretur ab eo: Vnde
tibi tantus fletus? Reſpondet:

A facie iræ indignationis tuæ, quoniam eleuans alliſiſti me.

Superius oſtenſum eſt, qualiter ira vel
indignatio ſint intelligenda de Deo, vn
de non eſt iterum repetendum, ſed atten
te notandum, quod ſingula pœnæ ver-
ba miſeriam indicant & dolorem, ex-
probratio, inimicitia, coniuratio, cinis,
fletus, ira, indignatio, alliſio, vmbra, de-
clinatio, & ariditas, vt quanta ſit anxie-
tas huius pauperis liquido cognoſca-
tur. Oſtendit vnde ſit fletus, quem cum
potu miſcebat: A faciæ, inquit, iræ indi-
gnationis tuæ, hoc eſt, à manifeſta vindi
cta, quam iratus exercuiſti, ab initio in
Gen.3 Adam, de cuius propagine nati, quaſi na
tura ſumus filij iræ, quod patet, quia ele-
uans me gloria & honore, creando me
ad imaginem & ſimilitudinem tuam, &
præficiendo me volatilibus cœli, piſci-
bus maris, & beſtijs terræ, alliſiſti me,
Gen.3 quum in illo primo parente proieciſti
me de paradiſo, & in miſeriam huius exi
lij deieciſti, quam non ſufficio deplora-
re. Quia ergo ego declinaui à vero ſole,
merito

Dies mei ſicut vmbra declinaue runt, & ego ſicut fœnum arui.

Sicut enim vmbra quum declinat &
tranſit, nullum ſui veſtigium relinquit,
ita dies mei declinauerunt, & tranſierũt
inutiles & inanes, nullum fructum bo-
ni operis relinquentes, & amiſſo viro-
re gratiæ arui ſicut fœnum, peccati fal-
Vmbra multiplex ce ſucciſus. Eſt vmbra incarnationis.
Lucæ.1 Vnde: Virtus altiſſimi obumbrabit ti-
bi. Protectionis. Vnde: Sub vmbra ma-
nus ſuæ protexit me. Refrigerationis.
Vnde: Sub vmbra illius quem deſidera-
ueram ſedi. Diſſolutionis. Vnde: Operu
it nos vmbra mortis. Obliuionis. Vnde:
Obſcurent eum tenebræ, & vmbra mor
tis. Lucis. Vnde: Operuit montes vmbra
eius. Ignorantiæ. Vnde: Illuminare his
Lucæ.1 qui in tenebris & in vmbra mortis ſe-
Iob 14 dent. Culpæ. Vnde: Sub vmbra dormit,
& in ſecreto calami. Miſeriæ. Vnde: Qua
ſi flos egreditur & conteritur, & fugit ve
lut vmbra. Gehennæ. Vnde: Terra miſe-
riæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis &
nullus ordo, ſed ſempiternus horror in-
habitat. Ego ergo ſum velut vmbra & ſi
cut fœnum.

Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuũ * in ſeculum ſeculi.

* in generatione & generationem

Poſtquam pœnitens ſuas enumera- *Dei gloriam enarrat pœnitens*
uit miſerias, conuertit ſe ad Dei gloriam
enarrandam, vt facilius apud eum grati-
am & miſericordiam conſequatur, com
mendans illum à natura, quę eſt æterna:
Quia tu domine in æternum permanes.
& à fama quæ eſt perpetua, quia memo-
riale tuum in ſeculum ſeculi. A miſeri-
cordia quæ eſt larga, quia tu exurgens
miſereberis Sion. Et à ſapientia, quæ eſt
prouida, quia venit tempus miſerendi
eius. Et à familia, quę eſt placida, quia be
neplacitum habuerunt ſerui tui lapides
eius, & eadem pariter quę eſt pia, quia ter
ræ eius miſerebuntur. A reuerentia quæ
eſt multa, quia timebunt gentes nomen
tuũ domine. Et à gloria quæ eſt magna,
quia timebunt omnes reges terræ glori
am tuam. A potentia quæ eſt inclita, qa
ædificabit dominus Sion. Ab honori-
ficentia, quæ eſt ſumma, quia videbitur
in maieſtate ſua. Quis ergo tantum non
timeat, aut talem non diligat redempto
rem? Propterea inſiſtens commendatio-
ni pœnitens ait: Tu autem domine in
æternum permanes, quia principio ca-
res & fine, cum tu ſis Alpha & o, princi- Apoc.1
pium & finis, per quem naturam accipi-
mus & gloriam obtinemus, & memoria
le tuum in ſeculum ſeculi. Licet enim ho
mo ex ſua conditione ſit quaſi fœnũ &
vmbra, ſi tamẽ memor ſit tui ad obedien
dũ tibi per omnia, teq; ſuper omnia dili-
gendum, erit tecum in ſeculum ſeculi, fu
turum ſcilicet, quod erit conſecutiuum
præſentis: quia quod ei ex ſua natura ne
gatur, ex tua gratia conceditur. Et me-
moriale tuũ, id eſt, is qui memor eſt tui,
non tranſibit vt vmbra, ſed erit in ſecu-
lũ ſeculi, id eſt, in perpetuum permane-
bit reſurrectionis gloria decoratus: quo

niam temporalem ſeruabis æternus. Vel memoriale tuum, id eſt, promiſſum de te memorabile, quo tu memor es noſtri, aut tua memoria, qua noſtri memor exiſtis, erit in generatione præſenti, & vſq; in generationem futurã: quia pietas promiſſionem habet vitæ quæ nunc eſt & futuræ. Vnde:

non habet dñe. quia tempus miſerẽdi eius, quia venit temp[us] Quantę virtutis humilis pœnitẽtia

Tu exurgens* domine miſereberis Sion, * quia venit tempus miſerendi eius.

Quantæ ſit virtutis & efficaciæ vera & humilis pœnitentia, manifeſte probatur etiam ſecundum ſpiritum prophetiæ. Ecce enim in hoc tertio quinario de Chriſto & Eccleſia vaticinando prophetat inter cætera dicens: Quia tempus miſerendi venit, & ſecundum aliam tranſlationem repetit, quia venit tempus. Hæc repetitio confirmationẽ deſignat, ſecundũ quod Ioſeph inquit ad Pharaonem: Quod ſecundo vidiſti ad eandẽ rem pertinens ſomnium firmitatis eſt indicium. Vel repetitio iſta exprimit deſideriũ, ſecũdum quod alibi dicitur: Miſerere mei Deus, miſerere mei.

Gen. 41

Quia vero vniuerſæ viæ domini miſericordia ſunt & veritas, propter q̃d ipſe Pſalmiſta teſtatur: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine: conſtat q̃d miſericordia & iudicium conuenerunt, ſed illa manifeſta, hæc autẽ occulta. Ideo que bis dicit, quia venit tẽpus, quia tempus venit. Quoniam Salomone teſtante, Tempus eſt omni rei, quæ ſub cœlo eſt. Sed in primo miſericordiam ponit & exprimit dicens: Tempus miſerendi venit, quia miſericordia exiſtit manifeſta. In ſecundo vero nec exprimit nec ponit iuſtitiam, ſed dicit ſimpliciter, quia venit tempus: quia iuſtitia erat occulta. Hoc eſt tempus plenitudinis, de quo dicit Apoſtolus: Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt redimeret. Sed dices: Nunquid non ſemper exiſtit tempus miſerendi? Vel cur Deus tanto tempore diſtulit miſereri? Poſſet forſan aliquis reſpondere, quod mediator dei & hominũ Chriſtus in mundũ veniens, ſicut in medio locorum apparuit, ita in medio temporũ voluit apparere, vt quãtam moram fecerat à principio mundi vſque ad primum aduentum, tantam faceret moram ante ſecundum aduentum vſq; ad finem mundi, quatenus eſſet in omnibus, & per omnia mediator. Quod enim in medio locorũ apparuerit, oſtendit Pſalmiſta cum ait: Deus rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terrę. Quod autem apparuerit in medio temporum, Sapiẽs innuere videtur, ita dicens: Dum mediũ ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, omnipotens ſermo tuus domine à regalibus ſedibus venit. Iuſtum quippe eſt, vt ſemper medium teneat mediator. Vnde Propheta: In medio duorum animalium cognoſceris, dum aduenerit tempus oſtẽderis. Luc. 2
Et parentes inuenerunt eum in medio doctorum audientem illos & interrogãtem. Iudæi quoq; crucifixerunt cum eo duos latrones hinc inde, medium autem Ieſum. Sed & Ioãnes vidit in medio ſeptẽ Apoc. 1
candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis veſtitum podere. Rurſum vidit in medio ſeniorum agnum ſtantem tanquam occiſum. Hinc de ſe dicit: Vbi duo vel tres congregati fuerint in noĩe meo, ibi ego ſum in medio eorũ. Et iterũ: Ego Luc. 22
in medio veſtrũ ſum, ſicut qui miniſtrat. Et poſt reſurrectiõem ſtetit Ieſus in me- Luc. 24
dio diſcipulorum ſuorum, & dixit eis, Pax vobis. Sed dices, hoc ſtare nõ poſſe, propter id q̃d Paulus apoſtolus ait, Nos ſumus, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Et Ioãnes apoſtolus ait: Filioli no- 1. Ioan. 2
uiſſima hora eſt. Porro cum dominus dicat, oportet primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis, Et Apoſtolus ad Theſ- 2. Theſ. 2
ſalonicẽſes admoneat, ne terreantur tanquam inſtet dies domini, proculdubio finis ſeculi vel nouiſſima hora intelligitur ætas vltima, quam huius aſſertor opinionis diceret duraturam, quantum cæteræ durauerunt, ad ſimilitudinem ætatum hominis, quarum vltima nonnunquam plus cæteris perdurat. Nam prima ætas hominis eſt infantia, quæ durat vſque ad ſeptem annos. Secunda pueritia, quæ durat vſque ad quatuordecim annos. Tertia adoleſcentia, quę du-

Galat. 4

Cur deus tanto tempore diſtulerit miſereri

durat vſque ad vigintiquinque. Quar-
ta iuuentus vſq; ad quinquaginta. Quin
ta ſenectus vſque ad octoginta. Nam ſi
in potentatibus octoginta anni, pluri-
mum eorum labor & dolor. Sexta ſeni-
um, quod durat vſque ad finem vitæ,
quantumcunque ſit homo victurus. Sic
ſunt ſex ætates ſeculi. Prima ab Adam
vſque ad Noe, Secunda à Noe vſque ad
Abraham, Tertia ab Abraham vſque ad
Dauid, Quarta à Dauid vſq; ad tranſmi-
grationem Babylonis, Quinta à traſmi-
gratione Babylonis vſq; ad Chriſtum,
Sexta à Chriſto vſque ad finem ſeculi:
quantumcunque ipſa ſit duratura. Si er-
go alicuius hominis ætas vltima duraſſe
ponatur, quantum cæteræ durauerunt,
inuenietur ille homo centum ſexagin-
ta annis vixiſſe: qui ſi diuidantur in ſex
partes æquales, ſingulæ habebunt vigin
ti ſex annos & octo menſes integros, ſe-
decim autem dimidios, ne à ſenario rece
daſ. Qui numeri duo, quadraginta duo
efficiunt ſimul iuncti, quot fuerunt man
ſiones filiorum Iſrael in deſerto. Et ta-
le profecto myſterium conueniret hu-
mano generi, per deſertum huius ſecu-
li tranſeunti. Ego autem opinionem hu
iuſmodi nec aſſerere volo, nec debeo,
Acto.1 propter id quod dominus ait: Non eſt
veſtrum noſſe tempora vel momenta,
quę pater poſuit in ſua poteſtate. Itemq;,
De die illa nemo nouit, neq; angelus, ne
que filius, videlicet adoptiuus, vel etiam
vnigenitus ſecundum humanitatis na-
turam. Aut certe non nouit nobis, quia
non facit nos noſſe, quum hæc magis ex
pediat nobis ignorare, quam ſcire. Illud
quoque huic aſſertioni maxime contra-
dicit, quod dominus de die iudicij lo-
quẽs, in parabola de decem virginibus,
Matt.25 in fine concludit: Vigilate ergo, quia ne-
ſcitis diem neque horam. Et alibi: Cum
non putatis, filius hominis veniet. Quo
1.Theſ.5 niam, vt inquit Apoſtolus, Dies domini
ſicut fur in nocte ita veniet. Cum enim
dixerint pax & ſecuritas, tunc repẽtinus
eis ſuperueniet interitus. Illa vero huius
dilationis eſt ratio, quam Sapiens in prę
miſſis verbis inſinuat: Dum medium, in
quit, ſilentium tenerent omnia, & nox
in ſuo curſu medium iter perageret, om
nipotens ſermo tuus domine à regali-
bus ſedibus venit. Licet enim aliter & ali Silentia tria
ter hoc ab alijs & alijs exponatur, con-
grue tamen poteſt intelligi primum ſi-
lentium in lege naturæ, ſecundum in le-
ge ſcripturæ, tertium in lege gratiæ. In-
didit enim conditor Deus legem natu-
ralem mentibus hominum ab ipſo cre-
ationis exordio, geminum continentem
mandatum, vnum affirmatiuum, quod
ad præſtandum beneficia docetur in
Euangelio, Quæcunque vultis vt vobis Matt.5
faciant homines, & vos facite illis. Al-
terum negatiuum, quod ad vitãdum in-
iurias legitur in Thobia, Quæ tibi odis
fieri, alij ne facias. Sed lex iſta ſiluit ab
initio, quum Cain interfecit Abel, faci- Gen.4
ens alij, quod ſibi nollet fieri. Et ſic factũ
eſt primum ſilentium vſq; ad Moyſen,
per quem ſuſcitauit teſtimonium in Ia-
cob, & præceptum poſuit in Iſrael, dans
per eum legis Decalogum in duabus ta-
bulis ſcriptum, altera cõtinente dilectio
nem Dei, reliqua proximi, in q̃bus dua-
bus pendet lex & prophetæ. Sed lex iſta
ſiluit ab initio, quum populus vitulum Exo.32
conflatilem adorauit, contra primum
legis præceptum, adorans deos alienos,
& ſic factum eſt ſecundum ſilentium vſ-
que ad Chriſtum, qui miſertus adueni-
ens contulit legem gratiæ, ſcribens eam
in cordibus hominum digito Dei. Sed 2.Theſ.2
lex iſta ſilebit in vltimo, cum reuelabitur
filius perditionis, q̃ extolletur ſuper om
ne, quod dicitur, aut quod colitur deus.
Et forte iam ſilet: quoniam ſuperabun-
dauit iniquitas, & refrixit charitas mul-
torum. Non eſt qui faciat bonum, nõ eſt
vſq; ad vnum. In prima vero lege contu
lit Deus homini poſſe, in ſecunda contu
lit noſſe, in tertia contulit velle. In prima
contulit potentiam per naturam, in ſecũ
da contulit ſcientiam per ſcripturam, in
tertia contulit voluntatem per gratiam.
Præmiſit itaq; Deus legem naturalem,
per quam conuinceret tranſgreſſorem,
ne fortaſſis excuſationem prætenderet,
dicens: Cecidi quidem, quia ſtare non
non potui. Sed tollitur excuſatio, quia
per bonum naturę potuit in bono ſtare,
ſed noluit. Præmiſit & legem ſcriptã, per
quã cõuinceret præſumptorem, ne for-
taſſis excuſationem ꝑtenderet dicẽs: Ce
cidi, q̃a ſtare neſciui. Sed tollit̃ excuſatio,
quia

quia per documentum ſcripturæ potuit à malo declinare, ſed noluit. Et ideo poſt vtramque legem, tempore congruo, ſcilicet quum nox culpæ medium iter perageret, omnipotens ſermo venit, id eſt, Ioan.1 Verbum caro factum eſt, & contulit legem gratiæ, vt quod poterat per naturam, & nouerat per ſcripturam, impleret 4.Reg.4 per gratiam. Heliſæus quoque præmiſit baculum ad ſuſcitandum filium Sunamitis, per quem quum ille non ſurgeret, ipſemet venit, & contrahens ſe puero coaptauit, & ſic mortuus exurrexit. Tu ergo exurgẽs miſereberis Sion. Ac ſi diceret manifeſtius: Tu qui videbaris tã diu differendo dormire, nunc tandem exurgens miſereberis Sion. Propter quod antiqui fideles clamabant: Exurge domine adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Exurge, quare obdormis domine, exurge, & ne repellas in finem: qa venit tempus miſerendi eius. Duo populi erant, Iudaicus & Gentilis, vtriuſq; in aductu ſuo voluit dominus miſereri, vt duos diuerſos parietes, in vno angulari lapide copularet. Et prius quidem miſertus eſt Iudæorum. Vnde præmittit: Tu exurgens miſereberis Sion, id eſt, Iudææ, cuius metropolis erat Sion. Poſtea vero miſertus gẽtium. Vnde ſubiungit: Et timebunt gentes nomen tuum domi- Lucæ.2 ne. Quod bene ſignatum eſt in paſtoribus, qui quum eſſent Iudæi, prius de vi- Matt.2 cino venerunt ad vocẽ angeli. Et in Magis, qui quum eſſent gentiles, poſtea de longinquo venerunt ad ſignum ſtellæ. Vtriq; tamen ad eum qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, in vno homine faciens pacem, pacem his qui prope, & pacem his qui lõge. Et fortaſſis propter hos duos populos, quibus veniẽs eſt miſertus, prius dicit, quia venit tempus miſerendi Iudæis, & poſtea dicit, quia venit tempus miſerendi gentilibus. Vere miſereberis Sion,

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius, & terræ eius miſerebuntur.

Lapis multiplex Pſal.118 Lapis iſte ipſe Chriſtus eſt. Vnde: Lapis quem reprobauerunt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli. Hic eſt lapis offenſionis, & petra ſcandali, lapis exciſus de monte ſine manibus. Angelicus ordo. Vnde: Omnis lapis precioſus operimentum tuũ. Sancta Eccleſia. Vnde: Sumentes lapidem poſuerunt ſubter eum. Item lapis, quilibet ſanctus. Vnde: Sternam per orbem lapides precioſos. Et: Di- Thre.4 ſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum. Gẽtilis populus. Vnde: Lapis calore ſolutus in ęs vertitur. Et: Lucæ.3 Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Induratus Iudæus. Vnde: Auferam à te cor lapideum, & dabo tibi cor carneum. Rurſus lapis, ſpiritualis virtus. Vnde: Fundamẽta ciuitatis omni p̃cioſo lapide ornata. Et: Alius ędifi- 1.Cor.4 cat aurum, argentũ & lapides precioſos. Sacra ſcriptura, id eſt, lex diuina. Vnde: 1.Reg.17 Dauid elegit quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem. Literalis intellectus. Vnde: Erat ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. Et accedens reuoluit lapidem ab oſtio monumẽti. Præterea, lapis eſt diabolus. Vnde: Cor eius indurabitur quaſi lapis, & aſtringetur, quaſi malleatoris incus. Vir iniquus. Vnde: Angelus ſuſtulit lapidem quaſi molarem, & miſit in mare. Grauedõ peccati. Vnde: Deuenerunt in profundum tanquam lapis. Lapides autem Sion, in hoc loco intelliguntur pro- Lapides S[illegible] phetæ, in fide fortes & ſtabiles, & ſerui Chriſti accipiuntur apoſtoli, de quibus ipſe dicebat: Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Ergo lapides eius, id eſt, prophetæ, placuerunt ſeruis tuis, hoc eſt, apoſtolis: quia ſecundum teſtimonium prophetarum, apoſtoli Iudæis Euangelium prædicabant, per autoritates propheticas prædicationem euangelicam, vbi fundata fuerat prophetia. Nam ibi cœperunt apoſtoli prædicare, vbi cœperant vaticinari prophetæ: quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Hieruſalem. Vel lapides Sion intelliguntur ipſi Iudæi, prius quidem duri, ſed ad prædicationem apoſtolorum poſtea emolliti, iuxta quod legitur, quod ipſo die Pentecoſtes auditis verbis quæ dixerat Petrus, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos apoſtolos: Quid faciemus viri fratres? Acto.2 Qui ergo receperunt ſermonem eius baptiza

ptizati ſunt,&appoſitæ ſunt illa die animæ circiter tria milia. Vere ergo tu exurgens miſereberis Sion, quoniam lapides eius, id eſt, primitiui Iudæi ad fidem conuerſi, placuerunt ſeruis tuis, id eſt, apoſtolis, qui eos prædicando & baptizando conuerterunt ad fidem. Et terræ eius miſerebuntur. Si per lapides intelliguntur fortes & ſtabiles, per terram debent intelligi debiles & infirmi, ſiue corpore, ſiue mente, quorum apoſtoli ſunt miſerti, aliquorum monitis & doctrinis, reuocando eos ab errore ad veritatem, & à vitijs ad virtutes: vt illos qui ad prædicationem apoſtolorum vendebant pecu-lia ſua, & precium ante pedes eorum ponebant, & erat multitudinis credentium cor vnum & anima vna, nec inter eos quiſquam egebat, quia diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat. Aliorum autem miſerebantur apoſtoli, prodigijs & virtutibus, ſanando eos à diuerſis languoribus, & ſpiritibus immundis curando, vt illos de quibus legitur, quod cōcurrebat multitudo vicinarum
Acto.5 ciuitatum Hieruſalem: vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret eos, & curarentur à languoribus ſuis. Sic ergo ſeruis tuis placuerunt lapides eius, & terræ eius miſerebūtur. Non ſolum autem Sion, id eſt, Iudæi miſericordiam conſequentur, ſed

Et timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.

Timebunt quidem omnes omnino, non ſolum minores, vt gentes, ſed maiores, vt reges, ſecundum quod alibi dicitur: Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient ei. Timebunt, nō timore mūdano, de quo dicitur: Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.
1.Ioan.4 Neque timore ſeruili, de quo legitur: Timor nō eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem: ſed timore
Pſal.110 initiali, de quo dicitur: Initium ſapientiæ timor dominni, vel potius filiali, de quo legitur: Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Hoc timore, qui eſt deuotionis & reuerentiæ, timebunt gentes, id eſt, gentilis populus ad fidem conuerſus, nomen tuum domine, non terribile, ſed amabile. Illud vtique, de quo legitur: Vocabis nomē eius Matt.1
Ieſum, quod interpretatur ſaluator. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Hoc eſt enim nomen ſanctum & glorioſum, quod inuocatum eſt ſuper nos, nec eſt aliud nomen Acto.4
ſub cœlo datum hominibus, in quo illos oporteat ſaluos fieri, de quo Propheta dicebat: Ego autem in domino gloriabor, & gaudebo in Deo Ieſu meo. Et ob hoc omnes reges terræ timebunt gloriam tuam, ſiue nomen illud ſanctum & glorioſum, quod inuocabitur ſuper eos ſiue naturam diuinam, in qua cum patre ac ſpiritu ſancto pariter glorıaris, de q̄ duo Seraphin clamabant alter ad alterum: Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus Deus Sabaoth. Plena eſt omnis terra gloria tua. Hæc autem idcirco fient,

Quoniam ædificabit dominus Sion, & videbitur in * maieſtate ſua.

in gloria ſua

Sion prius accipiebatur ſecundum literam pro Iudæa, nunc autem accipitur ſecundum ſpiritum pro Eccleſia. Tribus Sion trib⁹ modis accipitur
enim modis accipitur, Hiſtorice, pro Hieroſolyma. Vnde: De Sion exibit lex, & verbum domini de Hieruſalem. Allegorice, pro Eccleſia. Vnde: Benigne Pſal.50
fac in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hieruſalem. Et tropologice, pro anima. Vnde: Dabo in Sion ſalutem, & in Hieruſalem gloriam meam. Sion quippe interpretatur ſpeculatio, ſiue ſpecula, hoc eſt, vniuerſalis Eccleſia, ſiue fidelis anima, quæ nunc Deum ſpeculatur per fidem, & tandem contemplabitur ipſum per ſpeciem: quia videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, 1.Cor.13
tunc autem facie ad faciem videbimus, non per ſpeculum, ſed faciem cognoſcentes, ſicut & cogniti ſumus. Hanc ergo Sion, id eſt, Eccleſiam, ædificauit dominus de Iudæis & gentibus, quos conuertit ad fidem. Et quum ædificata fuerit ex toto, poſtquam plenitudo gentium intrabit ad fidē, & ſic om̄is Iſrael ſaluus fiet, ipſe q̄ prius viſus eſt humilis & deſpectus, ſecū illud: Vidimus eū nō habentem

bentem ſpeciẽ nec decorem: tunc, aduenięte iudicio, videbitur in maieſtate ſua, glorioſus atque ſublimis, ſicut ipſe teſtatur: Quum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & oẽs angeli eius cum eo, tũc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & cõgregabuntur ante eum omnes gentes, et videbit eum omnis caro, & qui eum pupugerunt, &c̃. Sic ergo. Matt. 25

Reſpexit in orationem * pauperum, & non ſpreuit precem eorum.

* humilium

Olim antiqui fideles qui erant pauperes ſpiritu, clamabant cum multo deſiderio, & orabãt, vt Chriſtus veniret, & ædificaret Sion, id eſt, Eccleſiam congregaret, dicentes ad patrem: Emitte agnum domine, dominatorem terræ, de petra deſerti, ad mõtem filiæ Sion. In has orationes pauperum ipſe reſpexit, quum de cœlo deſcendit, vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret in vnum. Et hoc faciens non ſpreuit precem eorum, ſed miſericorditer exaudiuit.

Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit dominum.

Non ſolum quæ dicta ſunt, ſed etiam quæ dicenda in hoc quarto quinario, tanquam Dei magnalia ſunt ſcribenda fideliter, & ſolenniter collaudanda. Scribenda, vt firmiter memoriæ commendẽtur. Vnde: Scribantur hæc in generatione altera. Laudanda, vt deo grates humiliter referãtur. Vnde: Populus qui creabitur laudabit dominum. Deinde cauſam exponit, quare à populo, qui creabitur, laudabitur dominus: quia quum ſit natura ſublimis, Vnde: Proſpexit de excelſo ſancto ſuo, ex gratia factus eſt humilis. Vnde: Dominus de cœlo in terrã aſpexit. O quam bene in ipſo conueniunt ſublimitas & humilitas, vt ſublimis ſit humilis, & humilis ſublimis, Deus homo, & homo Deus. Amodo reddit cauſas, quur dominus de cœlo in terrã proſpexit, videlicet, vt audiret gemitus compeditorum. Ecce dignationis affectus. Et ſolueret filios interemptorum. Ecce miſerationis affectus. Vt annuncietur in Sion nomen domini. Ecce prędicatio veritatis. Et laudem eius in Hieruſalem. Ecce glorificatio maieſtatis. In conueniendo populos in vnum. Ecce vinculum pacis. Et reges, vt ſeruiãt domino. Ecce obſequium ſeruitutis. Sane duæ ſunt generationes. Vna malorum, de qua dicitur: Generatio praua & adultera. Altera bonorum, de qua ſcribitur: Hæc eſt generatio quærentium dominum. Et: Generatio rectorum benedicetur. Hęc ergo quę dicta ſunt, videlicet, deformatio per Adã facta, & reformatio facienda per Chriſtum, ſcribantur, vt memoriæ commendentur, in generatione altera, id eſt, in generatione bonorum, qui ea cupiunt intelligere: non autem in generatione malorum, qui ea conſiderare contemnunt. Item, vna Iudæorum generatio, quæ pręceſſit, & altera Chriſtianorum quæ ſucceſſit. Ergo ſcribantur hæc, ne obliuioni tradantur, in generatione altera, hoc eſt, ad opus generationis alterius, videlicet, populi Chriſtiani, cui proficient magis: quia per ea quæ ſpiritu prophetico ſunt prædicta, Chriſtiani amplius ſolidabuntur in fide, quam intelligent propheticis teſtimonijs commendatam. Et ſic populus qui creabitur, id eſt, populus Chriſtianus, qui recreabitur per gratiã redemptionis, vt noua ſit creatura, ſecũdum quod dicit Apoſtolus: In Chriſto Ieſu, neque circunciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura. Et: Vetera tranſierunt: ecce noua facta ſunt omnia. Ille, inquam, populus laudabit dominum, corde, ore, & opere: diligendo, confitendo, & obſequendo, vt ad perfectam laudem conueniant, vita, lingua, & conſcientia. In creatione ſiquidem homo factus eſt ad imaginem Dei, ſed in recreatione Deus factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem hominis. Et certe illud maioris eſt dignitatis, hoc autem maioris dignationis exiſtit. Vel optat Propheta, quatenus hæc digtio Dei ſcribantur in cordibus aliorum, vt populus qui creabitur protinus pro tantis beneficijs laudet Deum. Eſt enim ſcriptura ſuperior & inferior, interior & exterior. Scriptura ſuperior, eſt diuina prædeſtinatio-

Generationes duæ Matt. 12

Gen. 1

Scriptura q̃drupla

L

natio,quæ dicitur liber vitæ ſeu ſcriptu-
ra veritatis. Vnde:Deleantur de libro vi-
uentium,& cum iuſtis non ſcribantur.
Lucæ.10 Et: Gaudete ,quia nomina veſtra ſcri-
pta ſunt in cœlis. Non delebo nomina
eorum de libro vitæ.Et:Annunciabo ti-
bi,quod expreſſum eſt in ſcripturis veri
tatis.Scriptura inferior eſt macula crimi
II. nalis. Vñ dicitur: Recedentes à te in ter-
ra ſcribentur .Et peccatum Iudæ ſcri-
III. ptum eſt ſtylo ferreo in vngue adaman
tino.Scriptura interior eſt vnctio ſpiri-
tualis. Vñ:Epiſtola noſtra vos eſtis,ſcri-
pta non atramento,ſed ſpiritu Dei viui.
Matt.22 Et:Cuius eſt imago & ſuperſcriptio?Scri
IIII. ptura exterior eſt exaratio literalis. Vn-
de:Ingreſſi omnes ſapientes non potue
rũt ſcripturam legere,nec interpretatio-
Lucæ.vl. nem eius indicare regi.Et: Interpretaba
tur in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo
erant. Superiorem & inferiorem ſcribit
Deus. Vnde: Aut dimitte eis hanc noxã,
aut dele me de libro tuo,quem ſcripſiſti.
Et:Scribes contra me amaritudinem. I-
tem:Dedit Moyſes duas tabulas teſtimo
niĳ lapideas,ſcriptas digito Dei.Et: Qui
ea,quæ legis ſunt,naturaliter faciunt,ha
Rom.2 bent legem Dei ſcriptam in cordibus ſu
Ioan.1 is.Exteriorem ſcribit homo. Vnde:Quẽ
ſcripſit Moyſes in lege & prophetæ, in-
uenimus Ieſum filiũ Ioſeph à Nazereth.
Et ſcripſit Moyſes canticum domino.
Inferiorem autem ſcribit diabolus, aut
etiam vir iniquus. Vnde:Pſeudoprophe
tæ ſcribebant & prophetabant, quos ta-
men dominus non mittebat. Eſt igitur
ſcriba ſummus ſpiritus ſanctus, de quo
legitur:Lingua mea calamus ſcribę ve
lociter ſcribentis. Scriba medius,de quo
dicitur: Omnis ſcriba doctus in regno
cœlorum,ſimilis eſt homini patrifami-
lias,&c̃.Et ſcriba infimus,malus præla-
tus,de quo dicitur:Super cathedrã Moy
ſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi, quæcun-
que dixerint vobis facite,quæ autem fa
ciunt facere nolite. Vel hæc,quæ ſcripta
ſunt in generatione Iudæorum per le-
gẽ & Prophetas, ſcribantur in genera-
tione gentium,per translationes & per
interp̃tationes,q̃d factum eſt tempore
Ptolomei Philadelphi regis Aegypti,
qui bibliothecam Iudæorum transfer-
ri fecit per Septuaginta interpretes in lin
guam Græcorum: magis *ſcribantur in
cordibus hominum digito Dei.

Quia ꝓſpexit de excelſo ſancto ſuo,dominus de cœlo in terram aſpexit.

Chriſtus eſt ſanctus ſanctorũ, inter
ſanctos excelſus,qui ſanctus eſt Dei pa
tris,ſicut ipſe dicit in Pſalmo: Nõ dabis Pſal.15
ſanctum tuum videre corruptionem.Et Lucæ.4
ad ipſum dicitur in Euangelio: Scio q̃d
ſanctus Dei ſis. De hoc excelſo ſancto Excelſum
ſuo dominus pater proſpexit, id eſt,ge- ſanctum
neri humano prouidit,mittendo ipſum quid
in mundum,vt genus humanum redi-
meret ſuo ſanguine precioſo. Vel pro-
ſpexit ipſe Chriſtus de excelſo ſancto
ſuo, id eſt, de ſublimitate ſuæ diuinæ
naturæ,quæ non ſolum eſt ſancta, ſed
ſanctitas,quia nihil eſt in ea quod non
ſit ſanctum. Vnde ſubdit exponens:Do
minus de cœlo,id eſt, de diuina natura
proſpexit in terram,id eſt,ad humanam
miſeriam , vt miſeros homines liberà
ret. Sic enim aliquando cœlum & ter-
ra in diuinis accipiunt ſcripturis,ſicut in
ferius oſtẽdetur. Cur autem Chriſtus
de cœlo in terram proſpexit,determinat
ſubdens:

Vt audiret gemitus compeditorum,& ſolueret filios interemptorum.

Sunt vincula corporis. Vnde: Sancti Vincula
ludibria & verbera experti,inſup & vin- multiplicia
cula & carceres. Paupertatis. Vnde:Si Heb.10
fuerint in catenis,& vinciantur funibus
paupertatis,indicabis opera eorum eis.
Pacis. Vnde:Soliciti ſeruare vnitatẽ ſpi- Eph.4
ritus in vinculo pacis. Charitatis. Vnde:
Charitatem habete, quod eſt vinculum Col.3
perfectionis. Sapientiæ. Vnde: Vincula- Eccli.6
illius alligatura ſanitatis. Legis. Vñ:Diſ
rũpamus vincula eorũ,& proiiciamus à Pſal.2
nobis iugum ipſorum. Doctrinę. Vnde:
Diſrupiſti vincula mea,& dixiſti,nõ ſer
uiam. Timoris. Vnde: Excitaſti vincula
vſq; ad ceruices. Præterea ſunt vincula
peccatorũ. Vñ dicit̃: Diſrupiſti vincula Pſal.115
mea,tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Te-

nebrarum. Vnde: Perſuaſum habent ini qui, dominari poſſe nationi ſanctæ vinculis tenebrarum. Tormẽtorum. Vnde: Angelos qui ſuum non ſeruauerũt principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium dei magni ſub caligine vinculis reſeruauit. Ad hoc autem ſpiritualiter venit Chriſtus in mũdum, vt mortuos liberaret ab inferis, & viuos ſolueret à peccatis. Et hoc eſt, quod ait: De cœlo proſpexit dominus in terram, vt audiret gemitus vinculatorum, id eſt, exaudiret gemebundas preces eorum, qui tenebantur in inferno, quaſi ligati vel compediti vinculis tenebrarum, q̃s Chriſtus in triduo mortis deſcendens ad inferos liberauit. Et tunc ſolutis inferni doloribus, in ſanguine teſtamenti ſui eduxit vinctos ſuos de lacu, in quo non erat aqua, captiuitatẽ noſtram ſua ducens virtute captiuatem. Et ipſe de cœlo in terram proſpexit, vt ſolueret à peccatis filios interemptorum, id eſt, primorum parentum, qui fuerunt interemptores & interempti, quia cauſam interemptionis & mortis, id eſt, originale peccatum ad filios transmiſerunt. Nam, vt inquit Apoſtolus, per vnũ hominẽ, id eſt, Adam & Euam, qui fuerunt duo in carne vna, etiam in omnes homines mors pertranſijt. Et ipſi quidem propter inobedientiam interempti fuerunt, mortem corporis & animæ incurrentes, ſicut fuerat illis prædictum: Quacunque die comederitis, moriemini. Ergo proſpexit, vt ſolueret à peccatis filios interemptorum, id eſt, generis humani, quod à primis parentibus interemptoribus quidem & interemptis eſt carnaliter propagatum. Vel, vinculatos & compeditos appellat ſanctos, qui timore Dei velut quibuſdam vinculis & compedibus ſunt ligati, de quibus Sapiens teſtatur: Audi fili mi, & excipe ſentẽtiam meam, & ne abijcias conſilium meum, & inſer pedem tuum in compedes illius, & in torquem eius collum tuum, & erunt tibi compedes in protectionem fortitudinis, & torques illius in ſtolam gloriæ. Dominus autem de cœlo proſpexit in terram, vt talium compeditorum gemitus exaudiret, qui gemebant & poſtulabant, vt Chriſtus ad redemptionem humani generis adueniret & ſolueret nos à nexibus criminum, & redderet filios interemptorum, id eſt, imitatores eorũ, qui pro veritate ſunt mortificati & interempti, vt multi Prophetæ in veteri teſtamento, & martyres omnes in nouo, quorum ſunt filij, qui fidem ſectantur eorum. Dominus etiam de cœlo proſpexit in terram, quando de diuina miſericordia reſpexit ad humanam miſeriam, vt audiret cum effectu gemitus compeditorum, id eſt, eorum qui ſunt peccatis mortalibus irretiti, qui ſuam miſeriam cognoſcentes, cum gemitu clamabãt ad dominum, vt per ſuam gratiam liberarẽtur. Et ſolueret filios interemptorum, id eſt, imitatores eorum, qui fraude diaboli ſunt perempti, à paternis illos erroribus liberando. Hoc enim dominus quotidie operatur, cum & illos, qui propria peccata committunt, & eos, qui aliena peccata ſectantur, per pœnitẽtiam reuocat ad ſalutem. Ad quid autem audiret & gemeret, ſubiungit:

[Margin notes: Iudæ. — Filij interemptorũ. — Rom. 5 — Gen. 3 — Quare dominus de cœlo in terram proſpexerit. — Quõ de cœlo proſpexerit.]

Vt annuncient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Hieruſalem

Nomen Dei multipliciter accipitur in ſcripturis. Nam aliud eſt in eſſentiale, quod communiter deſignat eſſentiam, vt heloy, adonay, Deus, dominus, & huiuſmodi. Aliud perſonale, quod ſpecialiter appellat perſonam, vt pater, filius, & ſpiritus ſanctus, Chriſtus, Ieſus, & ſimilia. Nomen autem quandoque deſignat potentiam. Vnde, Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipſa teſtimonium perhibent de me. Quandoque notitiam, Vnde, Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo. Quandoq; inuocationẽ. Vnde: Baptizate oẽs gẽtes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Quandoq; honorem. Vnde, In nomine tuo leuabo manus meas. Quandoq; famam. Vnde: Per vos nomen domini blaſphematur in gẽtibus. Interdũ immutabilitatẽ. Vñ: Si dixerint filij Iſrael, q̃d eſt nomen eius, q̃d dicam eis: Dixit dominus: Ego ſum qui ſum. Interdum cultum. Vnde: Deus Abraham,

[Margin notes: Nomen Dei multipliciter accipitur. — I. — II. — III. Ioan. 5 — IIII. Ioan. 17 — V. Mat. vlt. — VI. — VII. Roman. 2. Exo. 3]

Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob,
XI. miſit me ad vos,hoc nomen mihi eſt in
Exo.6 ęternum.Interdum ſecretum.Vnde:No
men meum adonay,non indicaui eis.In
terdum iuſtitiam.Vnde:Hoc eſt nomẽ,
XII. quod vocabunt eum, Dominus iuſtus
Hie.23 noſter.Eſt & nomen domini tetragram
maton.I.e.v.e. quod dicitur, ineffabile
trinitatis & vnitatis myſterium ſignifi-
cans excellenter, ſicut alibi deſignauit.
Nomina filij diuerſa Nomina quoque filij ſunt diuerſa.Di-
citur enim Ieſus.Vnde:Vocabis nomen
eius Ieſum, quod interpretatur ſalua-
Matt.1 tor.Ipſe enim ſaluum faciet populum ſu
um à peccatis eorum.Dicitur Chriſtus.
Vnde:Genuit Ioſeph virum Mariæ, de
qua natus eſt Ieſus, qui vocaẗ Chriſtus,
quod exponitur vnctus: quoniam vn-
xit eum Deus oleo lætitiæ præ conſorti-
Cant.1 bus ſuis.Vnde: Oleum effuſum nomen
tuum.Dicitur Emanuel,quod interpre-
tatur nobiſcum Deus. Dicitur oriens.
Vnde:Ecce vir oriens nomen eius: quo
niam viſitauit nos oriens ex alto.Eſaias
autem multa eius nomina ſimul enume
Eſa.9 rat,dicens:Vocabitur nomen eius,admi
rabilis,conſiliarius, Deus,fortis, pater
futuri ſeculi, princeps pacis. Ipſe eſt no-
men domini, de quo dicit Propheta:Ec
ce nomen domini venit de longinquo,
cui datum eſt nomẽ,quod eſt ſuper om-
ne nomen, vt in nomine Ieſu omne ge-
nu flectatur. Merito ergo pſalmogra-
Pſal.8 phus exclamabat: Domine Dñs noſter,
quam admirabile eſt nomen tuum in v-
niuerſa terra. Illos ergo dominus exau-
diuit & ſoluit,vt per eos annuncietur in
quodlibet nomẽ Sion,id eſt,eccleſia, * quod ſit nomen e-
ius glorificandum, benedicendum, &
collaudandum,& vt per illos etiam an-
nuncietur laus eius de magnificis operi
bus pro ſalute hominum geſtis in Hie-
rusalẽ,id eſt, in eccleſia ſanctorum, qui
propterea laudabunt Deum.Quid eſt au
tem quod cum Sion iungit nomen, &
cum Hieruſalem iungit laudem, niſi qa
virtutẽ diuini nominis ſpeculatores in-
telligunt, & laudis præconium pacem
videntes attollunt. Sion quippe dicitur
ſpeculatio,& Hieruſalẽ viſio pacis. Qua
Hieruſalẽ quatuor modis accipitur tuor autem modis Hieruſalem accipi-
tur,ſecundum quatuor theologicos in-
tellectus,hiſtoricum,allegoricum, tro-
pologicum, & anagogicum. Eſt enim
Hieruſalem ſuperior & inferior, inte-
rior & exterior. Superior eſt in patria.In
ferior eſt in via.Interior eſt in anima.Ex Pſal.121
terior eſt in Paleſtina.De ſuperiori legi-
tur:Hieruſalem quæ ædificatur vt ciui- Eſa.60
tas,cuius participatio eius in idipſum.
Ad inferiorem dicitur: Surge illumina-
re Hieruſalem, quia venit lumen tuum,
& gloria domini ſuper te orta eſt.De in
teriori legitur:Dabo in Sion ſalutem,& Matt.23
in Hieruſalem gloriam meam. Ad exte-
riorem dicitur:Hieruſalem,Hieruſalem,
quæ occidis Prophetas,& lapidas eos,q
ad te miſſi ſunt.

In conueniendo populos in vnũ & reges vt ſeruiant domino.

Non ſolum prædicta fecit vt annun-
cietur in Sion nomen domini & laus e-
ius in Hieruſalem, verum etiam in con- Ioan.10
ueniendo populos in vnum,Iudaicum
& gentilem in vnum cultum,& vnam fi
dem, vt ſit vnum ouile & vnus paſtor:
quia vnus eſt Deus,vna fides,vuum ba-
ptiſma. Et in conueniendo etiam regna
mũdi,vt ſeruiant domino, illi videlicet,
de quo dicitur: Dominum Deum tuum Matt.4
adorabis, & illi ſoli ſeruies,id eſt,ei ſoli
ſeruitutem adorationis impendes, quæ
græce latria nuncupatur. Hic eſt enim
qui habet in veſtimẽto ,& in femore ſuo
ſcriptum:Rex rrgum,& dñs dominanti
um,cui ſeruire regnare eſt.

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ, paucitatem dierum meorum * enuncia mihi.

Et ne reuoces me in dimidio dierum meorum,in generatione & generationem anni tui.

Commendat hic in eccleſia ſingula-
ris perſecutionis propoſitum.Vnde:Re
ſpondit ei in via virtutis ſuæ. Supernæ
patriæ deſiderium. Vnde: Paucitatem
dierum meorum enuncia mihi. Finalis
perſeuerantiæ * initium.Vnde:Ne reuo
ces me in dimidio dierum meorum.Ae
ternæ beatitudinis præmium: Vñ:In ſe-
culũ ſeculi anni tui.Prædictis enim bene

ficijs eccleſia prouocata, & in amorem
æternitatis accenſa, reſpondit domino
in filijs perfectis & virtuoſis, non aũt in
infirmis & imperſectis, (Nam carnẽ ha-
bet & oſſa, de quibus prædixerat: Ad-
hæſerunt oſſa mea carni meæ) poſtulãs
& implorans ingenti deſiderio æſtuan-
do, vt indicet ei, vtrum ſit poſt paucos
dies ad cœleſtis beatitudinis patriã per-
uentura. Cupiebat diſſolui & eſſe cum
Chriſto. Hæc enim eſt differentia inter-
perfectos & imperfectos: quod perfecti
mortem habent in deſiderio, & vitam in
patientia. Imperfecti vero mortem ha-
bent in patientia & vitam in deſiderio.
Ei ergo, id eſt, domino reſpondit Hieru
ſalem, hoc eſt eccleſia, non tam voce q̃
corde, nec tam verbo, quam deſiderio.
Reſpondit, inquam, in via virtutis ſuæ,
id eſt, in illis, qui iam ſunt viam ſuæ vir-
tutis & perfectionis aggreſſi, non autem
in eis qui adhuc per viam infirmitatis &
imperſectionis incedunt. Hoc ſane re-
ſpondit: Enuncia mihi paucitatem die-
rum meorum, id eſt, indica mihi, vtrum
ego paucis diebus debeam in hoc pere-
grinationis exilio permanere, quoniam
ad regnum tuum deſidero peruenire.
Vnde iugiter oro, vt adueniat regnum
tuum. Ne quis autem putaret, quod pro
pter paucitatẽ dierum, quam optat ante
finem ſeculi, eſſet eccleſia finienda, ſub-
iungit & ait: Ne reuoces me in dimidio
dierum meorum, id eſt, ante ſeculi finẽ
(Nam medium eſt, quod inter duo con
ſiſtit extrema) cum promiſeris fidelibus
tuis, quod cum eis eris cunctis diebus
vſque ad conſummationem ſeculi. Non
enim paucitatem dierum deſidero, vt an
te finem ſeculi eſſe deſinam, ſed vt finis
ſeculi appropinquet. Vnde nec certum,
ſed propinquum ſeculi diem mihi po-
ſtulo reuelari, ne veniam contra illam
Mat. 24 ſententiam euangelicam: De die illa &
hora nemo nouit, nec angelus, nec filius
1. Theſ. 5 niſi ſolus pater. Nam dies domini ſicut
fur ita in nocte veniet. Et licet deſiderẽ
dies huius ſeculi breuiari, cupio tamen
eſſe tecum in annis æternitatis: quoni-
am in ſeculum ſeculi anni tui, qui nun-
quam deficiunt, quia nec principium
habent nec finem. Hæc eſt æternitas tua,
quæ cum ſit vna & eadẽ, per annos plu-
raliter deſignatur, ſicut & alibi plurali-
ter deſignatur per dies, dicente Prophe-
ta de Chriſto: Egreſſus eius ab initio à Mich. 5
diebus æternitatis: quia cum omnibus
annis & cunctis diebus permanet immu
tabilis, nihil habens præteritum vel futu
rum. Poteſt & aliter hoc intelligi, vt quia
prædixerat ędificandam eſſe Sion, & do
minum in maieſtate videndum, eccleſia
per Sion deſignata, maieſtatem domini
videre deſiderans, reſpondit ei deſiderio
& affectu in via virtutis ſuæ, videlicet
domini, non Sion, vt poſſeſſiuum pro-
nomen non ad Sion, ſed ad dominum
referatur. Reſpondit ergo non in via vir
tutis ſuæ, id eſt, nõ ex merito ſui operis,
ne de ſua virtute præſumat, ſed in via vir
tutis ſuæ, id eſt, fide Chriſti, non iam paſ
ſibilis & mortalis, ſed immortalis, & im-
paſſibilis, hoc eſt, in fide reſurrectionis
ipſius, per quam virtus eius excellenter
apparet. Hæc eſt enim via, per quam per-
uenitur ad vitam. Et in hac via virtutis
reſpondit eccleſia, quoniam ad gloriam
reſurrectionis anhelat. Quid autem re-
ſpõdit? Hoc ſcilicet, exiguitatem dierum Diẽ mor-
meorum enuncia mihi, non diem mor- tis ſcire
tis, quẽ expedit ignorare. Propter quod nõ eſt vel
dominus ait: Neſcitis diem neq; horam, le.
Mat. 25
vt hic ſemper viuere libeat, tanquam mo
ri ſemp oporteat. Si qs enim diẽ mortis
præſciret, multum ſibi de carnis illece-
bris & mundi voluptatibus indulgeret,
de finali pœnitentia præſumendo. Nec
eſt contrarium, quod alibi dicitur: Notũ
fac mihi domine finem meum, & nume
rum dierum meorum quis eſt, vt ſciam
quid deſit mihi. Quia ſi ſane fuerit expo
ſitum, ad hũc non pertinet intellectum.
Sed exiguitatem, inquit, dierum meorũ
indica mihi, vt ſciam non quando, ſed
quam cito dierum meorum numerus fi
niatur, cum deſiderem meæ peregrina-
tionis exilium in proximo terminari.
Et ideo ne reuoces me in dimidio derũ
meorum, vt tantum ſuperſit mihi de vi-
ta, quantum de illa præceſſit. Nam il- Mediũ qd
lud eſt recte medium, quod diſtat æqua
liter ab extremis. Vel quia paucitatem di
erum deſidero, vt citius ad annos æter-
nitatis perueniam, ne reuoces me, id eſt,
non ſinas me reuocari in dimidium die
rum meorum, id eſt, ad vitam illam, quã

in carna

in carnalibus deſiderijs conſueuerunt adoleſcentes vel iuuenes exercere, quæ ad cœleſtem patriam impediret aſcenſum. Nam adoleſcentia & iuuentus me diæ ſunt ætates inter infantiam & ſene
Dies no ſtri qui. ctutem ac ſenium. Vel quia dies illi ſunt noſtri, quibus bene viuimus, & vitam æternam meremur. Illi vero non noſtri, ſed potius alieni, quibus opera diaboli exercemus. Quamuis optet eccleſia dierum temporalium paucitatem, non vult tamen in dimidio ſpiritualium reuocari, ne ipſi minuantur. Et hoc eſt quod ait: Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, id eſt, ne diminuas mihi ſpirituales dies, qui vere ac proprie mei ſunt, ne diminuto merito diminuatur & premium, ſed anni vitæ perpetuæ, qui re vera ſunt tui, quia poſt reſurrectionē vitæ ſolummodo ſancti viuent, propter
1.Cor. 15 quod dicit Apoſtolus, quia tu eris omnia in omnibus, illi ſunt mihi in ſecundum ſeculi, vt ſemper tecum in æterna felicitate conſiſtam. Vel intelligatur dominus reſpondere, ac ſi diceret manifeſtius: Tu petis, ne reuocem te in dimidio dierum tuorum, & ego tibi reſpondeo, quod erunt in ſeculum ſeculi anni tui. Vere dñe anni tui ſunt in ſeculum ſeculi, cum ſis æternus, omnem naturam præcedens, quoniam

Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli.

Circa creationis opera multa in Deo cōmēdat pœ nitens. Ecce circa creationis opera in Deo commendatur autoritas: qa in initio tu domine terram fundaſti. Sublimitas: qa opera manuum tuarum ſunt cœli. Stabilitas: quia ipſi peribunt, tu autem permanebis. Poteſtas: quia ſicut operimentum mutabis eos & mutabuntur. Aeternitas: quia tu idem ipſe es, & anni tui non deficient. Liberalitas, & benignitas: quia filij ſeruorum tuorum inhabitabunt ibi, & ſemen eorum in ſeculum ſeculi dirigetur. Nec mireris, ſi propheta loquendo de operibus Dei, modo dirigit ſermonem ad vnam perſonam, & modo ad alteram, quoniam in
Tria ſimul creata. diuiſa ſunt opera Trinitatis. Tria vero ſimul creata fuerunt, angelus, mundus & tempus. Et in creatione mundi ſimul creata fueruut, cœlum & terra, primum & infimum inter quatuor elementa, & cum ipſis pariter duo media, videlicet aer & aqua confuſa in ſimul & commixta: quoniam aqua vaporabilis erat & aer ſpiſſus, ſed poſtea diſcreta ſunt & diuiſa. Quia vero Moyſes dixerat, quod in principio creauit deus cœlum & terram &c. ne quis ordinem verborum attendens, putaret, quod prius cœlum & poſtea terram creaſſet, occurrit Dauid in hoc loco, prius nominans terram quam cœlum, vt oſtendatur quod cœlum & terra ſimul fuerunt creata, ſed quod potuit ſimul fieri, non potuit ſimul dici. Multiplex autem initium ſiue principium legitur in ſcripturis. Dicitur autem principium Deus pater. Vnde: In principio erat verbum. Deus filius. Vnde: Ego principium, qui & loquor vobis. Deus ſpiritus ſanctus, quia tres ſunt vnum principium. Vnde: Tecum principium in die virtutis tuæ. Principium tēporis. Vnde: Antequam quicquam faceret, à principio ordinata ſum. Principium dignitatis. Vnde: Ipſe eſt principium viarum Dei. Principium virtutis. Vnde: Initium ſapientię timor domini. Et principium vitiorum. Vnde: Initium omnis peccati ſuperbia. Dicitur etiam principium cuiuslibet rei exordium. Vnde: Principium loquendi domino in Oſee. Cū enim dicitur, in initio tu domine terram fundaſti, poteſt intelligi vel de principio temporum, quia terra ſimul fuit cū tempore creata, vel de principio rerum, i. de filio, qui eſt omnium rerum initium, per quem & in quo Deus pater terrā fundauit. Nam vtrunq; de ipſo legitur: Omnia per ipſum facta ſunt. Et: Omnia in ſapientia feciſti domine. In vno deſignatur autoritas, cum dicitur pater omnia feciſſe per filium, quoniam hoc ipſum filius accepit à patre. In altero vero conſubſtātialitas denotatur, cum dicitur omnia feciſſe pater in filio, quia filius conſubſtantialis eſt patri, propter quod alibi dicit: Ego in patre & pater in me eſt. Ad notandam tamen diſtinctionem triū pſonarū, in vna ſubſtantia, dicit Apoſtolus, q̄d ab ipſo & p ipſum, & in ipſo ſunt oīa.

Marginalia (right column): Gen. 1 — Principiū multiplex — Ioan. 1 — Pſal. 109 — Prou. 8 — Pſal. 110 — Oſee 1 — Ioan. 1 — Rom. 11

Ergo in initio tu domine terram funda
ſti,hoc eſt in infimo collocaſti.Nam* in
In omni ædificio plano infimum. ter ædificij partes eſt infimum funda-
mentum,& in ſpherico corpore illud eſt
infimum,quod eſt mediū. Licet autē cœ
lorum & terrarum diſtinctio,nimis pro
lixa pateat in ſcripturis, quia tamen ad
intelligentiam huius loci eſt maxime ne
ceſſaria, oportet illam hic exprimi ſub
Terra qd. compendio comprehenſam.Terra ergo
eſt machina mundialis. Vnde:In princi
Gen.1 pio creauit Deus cœlum & terrā, id eſt,
naturam angelicam & mūdanam.Quar
tum elementum. Vnde: Vocauit Deus
aridam terram. Quælibet regio. Vnde:
Primo tempore alleuiata eſt terra Zabu
Eſa.6 lon & terra Neptalim. Hæc eſt habita-
bilis zona.Vnde dicitur:Rex noſter De
us ante ſecula operatus eſt ſalutem in
medio terræ, Humana natura. Vñ:Vos
eſtis ſal terræ,Caro noſtra. Vnde:Terrā
vngula fodit.Sublimalis aer.Vnde: Pro
iectus eſt draco magnus, ſerpens anti-
quus in terram, id eſt, hunc aerem cali-
pſal.84 ginoſum.Sancta eccleſia. Vnde: Benedi
xiſti domine terram tuam, Perfida ſy-
nagoga. Vnde: Vidi angelum fortem
deſcendentem de cœlo, & dextrum pe-
dem poſuit ſuper mare,ſiniſtrum autem
ſuper terram.Gentilis populus.Vñ:Po-
ſtula à me, & dabo tibi gentes hæredi-
tatem tuam, & poſſeſſionem tuam ter-
minos terræ.Fidelis homo.Vnde:Terra
ne operias ſanguinem iuſtum. Vir acti-
uus.Vnde: Aduocauit cœlum deſuper
Heb.6 & terram, vt diſcernat populum ſuum.
Mens auditoris.Vnde:Terra ſuper ſe ve
Gen.27 nientem bibens imbrem, generat herbā
optimam.Opus bonum.Vnde: Det tibi
Deus de rore cœli,& de pinguedine ter-
ræ abundantiam frumenti, vini & olei.
Sacra ſcriptura.Vnde:Qui operatur ter-
ram ſuam, ſaturabitur panibus. Caro
Chriſti.Vñ: Terra data eſt in manu im-
pſal.26 pij.Cœleſtis patria.Vnde:Credo videre
bona domini in terra viuentium.Virgo
pſal.84 Maria.Vnde: Terra noſtra dabit fructū
ſuum,Secularis conuerſatio.Vnde:Ad-
hæſit in terra venter noſter. Carnalis
voluptas.Vnde: Non inuenietur in ter-
ra ſuauiter viuentium. Terrenus intelle
ctus.Vnde: Argentum ignē examina-
tum,probatum,terræ purgatum ſeptu-
plum. Peccatum. Vnde: Terram co- Gen.3
medes cunctis diebus vitæ tuæ. Mens
reprobi. Vnde: Terra proferens ſpinas Heb.6
& tribulos, reproba eſt & maledicto
proxima. Infernus. Vnde:Antequam Iob 10
vadam ad terram tenebroſam & oper-
tam mortis caligine. Quamuis autem
terram bonam Deus pater creauit in ini
tio,id eſt,in filio, terram tamen, ſecun-
dum quod quatuor primis modis acci-
pitur,in initio temporis, cum tempore
ipſe creauit. Et opera manuum tuarum
ſunt cœli. Cœlū multiplex.

Eſt cœlum diuinum.Vnde: Deſcen-
di de cœlo,id eſt,de arcano maieſtatis di
uinæ,factus viſibilis,Et:Nemo aſcendit Ioan.3
in cœlum,niſi qui de cœlo deſcēdit.Em
pyreum.Vnde:In principio creauit De- Gen.1
us cœlum & terram.Sydereum.Vnde:Fi
ant luminaria magna in firmamēto cœ-
li,Et aereum.Vnde:Aues cœli comede- Lucæ.8
runt illud.Item cœlū angeli ſunt.Vnde:
Gelu de cœlo quis genuit? Sancti præ-
dicatores.Vnde:Cœli enarrant gloriam pſal.18
Dei. Fidelis anima. Vnde:Cœlum mi- Eſa.66
hi ſedes eſt.Sacra ſcriptura. Vnde: Cœ-
lum vt liber plicabitur. Spiritualis vita.
Vnde: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Phil.3
Præterea diaboli & angeli eius, qui ſe-
cundum Apoſtolum ſunt ſpiritualia ne
quitiæ in cœleſtibus. Vnde: Ignis
de cœlo cecidit & tactas oues pueroſ-
que conſumpſit.Hic eſt,qui elatus in ſu
perbiam de ſeipſo dicebat:Aſcendam in
cœlum,& ponam ſedem meam ad aqui
lonem,ſimilis ero altiſſimo: & ipſum i-
mitantur ſuperbi,qui ponunt in cœlum
os ſuum,cum eorum lingua tranſeat ſu
per terram. Omnes hos cœlos, præter
vltimos,qui ſunt mali,fecit primum cœ
lum,quod non eſt factura ſed factor, &
ideo ei dicitur:Opera manuum tuarum,
id eſt,tuæ poteſtatis,ſunt cœli,quæ cum
ſit vna,per manus tamen pluraliter deſi-
gnatur, propter diuerſos effectus, quia
creat,diſponit, continet, & gubernat,ſi
cut & alibi dicitur: Manus tuæ do- Iob 10
mine fecerunt me & plaſmauerunt
me,&c̄.

Ipſi peribunt,tu autem * perma- permanes
nebis,& omnes * vt veſtimentū ſicut.
veteraſcent.

Et

Et ſicut opertoriū mutabis eos, & mutabuntur.

Verū cœli ſine interitu. Super hoc ſcripturæ diuinæ non ſolum varia, ſed & contraria videntur teſtimonia protuliſſe. Ecce enim Pſalmiſta teſtatur, quod cœli peribunt, & omnes vt veſtimentum veteraſcent. Huic conſo-
2. Pet. 3 nat Petrus apoſtolus, dicens: Adueniet dies domini ſicut fur, in quo cœli magno impetu tranſibunt. Idemque de cœlo & terra teſtatur, quod cœli, qui nunc ſunt, & terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni ſeruati in diem iudicij. Veritas quo-
Luc. 21 que dicit in Euangelio: Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Contrarium vero videtur idē Pſalmiſta dixiſſe, qui cum præmiſiſſet in Pſal
Pſal. 148 mo: Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen domini, conſequenter adiungit: Statuit ea in æternum & in ſeculum ſe-
Eccl. 1 culi. Et Salomon: Terra, inquit, in æternum ſtat. Idemq; de cœlo dicit & terra. Nouimus domine, quod fabricaſti tibi domum perpetuam, cœlum & terram & mare. Quamuis in Apocalypſi dicatur, quod mare iam non erit.

Ne vero ſacræ ſcripturæ ſibi contradicere videantur, dicatur quod re vera cœlum & terra tranſibunt, quantum ad qualitatem & formam, ſed permanebunt, quantum ad ſubſtantiam & naturam. Et de cœlis quidem aerijs planum eſt, quod ipſi & terra per ignem abſque dubio purgabuntur, & in meliorem for-
2. Petri 3 mam tranſibunt, ſicut Petrus ait, quod cœli ardentes ſoluentur, elementa vero ignis ardore tabeſcent, quod hic aperte notatur, quum dicitur: Sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur. De ſuperioribus autem cœlis cum ſyderibus & alijs luminaribus non eſt certum omnino, vtrum & ipſi ſint aliquatenus immutandi, quum ad eos fœtor & fœditas ex prauis hominum operibus non peruenerit: quanquam in illis angeli peccauerint apoſtatici, qui ſunt de cœ-
Iob 4 lo proiecti. Nam in angelis ſuis reperit prauitatem. Et quidem Ioannes apoſtolus in Apocalypſi teſtatur dixiſſe illum
Apoc. 21 qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia, ſeque vidiſſe cœlum nouum & terram nouam. Primum enim cœlum abijt, & prima terra. Et Eſaias: Ecce ego creo cœlum nouum & nouam terram, & non erunt in memoria priora. In Apocalypſi vero Ioannis legitur, quod ciuitas non eget ſole, neque luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius eſt agnus. Item Eſaias:
Non erit tibi amplius ſol ad lucendum Eſaiæ 60
per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te, ſed erit tibi dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tu-
am. Idem autem alibi dicit, quod erit Eſaiæ 30
lux lunæ, ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum, in die qua alligauerit dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit. Salubre conſilium dedit
Apoſtolus: Noli plus ſapere, quam o- Roma 12
portet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.
Et alius: Altiora te ne quæſieris, & maio Eccli. 3
ra te ne fueris ſcrutatus, quia defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Quid enim ſeculi præceſſit initium, & quid ſeculi finem ſequatur, velata ſunt nobis, media vero ſunt manifeſta, quod in duobus Seraphin eſt egregie deſignatum, qui duabus alis velabant domini faciem, & duabus velabant pedes ipſius, & duabus volabant. Sane vero poteſt intelligi, quod quum dicitur, ipſi peribūt, verbum non actum, ſed aptitudinē notat: quia quod de nihilo factum eſt, naturaliter redigi poſſet in nihilum: ſed quadam ex gratia perpetuo conſeruabuntnr, quum & de angelis ſcriptum ſit, quoniam qui ei ſeruiunt non ſunt ſtabiles, quod vtique referendum eſt ad naturam. Vel intelli-
gatur de iuſtis, qui & ſi cœli dicantur, Phil. 3
quoniam eorum conuerſatio eſt in cœlis, omnes tamen ſecundum corpus peribunt, quod eſt animæ veſtimentum. Et proptera recte dicitur, quod omnes vt veſtimentum veteraſcent, id eſt, quantum ad corpus deficient, quia quod veteraſcit & ſeneſcit, prope interitum eſt.

Et ſicut opertorium mutabis eos &
mutabuntur. Opertorium frequen- Opertorium.
ter & multipliciter mutatur in mundo: quoniam homo natus de muliere, breui viuens tempore, nunquam in eodem ſtatu permanet. Quis autem vniuerſas

 mu-

Mutationes duæ. mutationes mortalis hominis valeat explicare? Vnde ſufficiat hic exponere duas. Tu ergo eos, id eſt, iuſtos, qui cœli vocantur, in mortis diſſolutione mutabis. Et ipſi tandem in reſurrectionis gloria mutabuntur. Sed & cœli materiales recte opertorio comparantur, quia cætera operiunt infra poſita. Vnde cœli dicti ſunt à cœlando. Cœli ergo peribunt.

Tu autẽ idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Deus immutabilis. Quia inuariabilis es omnino & immutabilis, nihil habens in te, niſi te, nec in te aliud eſt habẽs ab habito, nec aliud habitum ab habente, quamuis habentis nullus ſit habitus, nec alicuius habitus ipſum ſit habens, cum ens idem ſit in te omnino, quod eſſe. Nam eſſe non eſt aliud, quàm quo es, ſed idem omnino. Et anni tui non deficient. Hoc ſuperius expoſitum eſt, ſed repetit illud, vt addat:

habitabũt Filij ſeruorum tuorum * inhabitabunt ibi, & ſemen eorum in ſeculum dirigetur.

Largus eſt dominus & benignus, gloriam ſuam communicans ſeruis ſuis. Ibi ergo, id eſt, in annis tuis habitabunt, id eſt, perpetuo permanebunt filij ſeruorum tuorum, id eſt, imitatores apoſtolorum, qui ſupradicti ſunt ſerui tui: nec tantum ipſe vel eorum filij, ſed eorum ſemen, id eſt, omnes qui eorum fidem & opera imitantur, dirigentur in ſeculum ſeculi, hoc eſt, in æternitatis gloriam perducentur. Læta concluſio, quæ felicitatis æternæ gaudia repromittit.

IN PSALMVM ſextum pœnitentialẽ Elucidatio.

TITVLVS AVTEM HVius Pſalmi talis eſt.

Canticum graduum.

Tituli eiuſdem explicatio.

PSalmus iſte inter cantica graduum eſt vndecimus, & inter pœnitentiales Pſalmos eſt ſextus. Per ſenarium autem notatur perfectio, quia ſenarius numerus eſt perfectus, eo quod redditur ex ſuis partibus aggregatis. Vnde ſexto die perfecit Deus cœlum & terram, & omnem ornatum eorum. Gen. 2 Et quum in plenitudine temporis ſexta veniſſet ętate, ſexta die ſub hora ſexta genus redemit humanum. Idemque ſex vltima verba dixit in cruce. Per vndenarium vero trangreſſio deſignatur, quia vndenarius denarium legis excedit, & ad duodenarium apoſtolicum nõ pertingit. Vnde vndecim quoque vela capillacia ſiue ſaga cilicina erãt in tabernaculo domini, & vndecim ſunt Pſalmi Aſaph, & hoc numero remanſerunt apoſtoli ſubtracto proditore Iuda, ſed ad duodenarium redierunt, ſubſtituto Matthia. His ergo datur intelligi, ꝙd quantæcunque perfectionis exiſtat aliquis, non tamen eſt ſine omni peccato. Nam ſi dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, 1. Ioan. 1 quoniam in multis offendimus omnes, Salomone teſtante: Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, & purus ſum à peccato? Prou. 20 Quia nullus in hac vita mortali adeo eſt perfectus, cui pœnitentia pro peccato neceſſaria non exiſtat, quod bene ſignificat in hoc loco vndenarius ſenario copulatus.

PSALMI CENTESIMI VI geſiminoni in ordine Pſalmorum, in ordine vero pœnitentialium pſalmorū ſexti explicatio.

De profūdis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam.

Pſalmus iſte octo continet verſus, monens & docēs nos ita debere per currere ſeptem huius ſeculi dies, vt ad diem reſurrectionis octauum mereamur feliciter peruenire, in quo Deus ab omni corruptione circūcidet electos, & tūc ex toto redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius. Oſtendit autem pœnitens in hoc Pſalmo, vnde clamauerit, q̄niam de profundis, non vno tātum, ſed multis. Ad quem? quoniam ad te domine, q ſolus præuales liberare. Quid? hoc videlicet: Exaudi oratiōem meam. Quo affectu? Certe humili & deuoto. Vñ: Fiaut aures tuæ intendentes in orationem ſerui tui. Quanta neceſſitate? Magna quidem & multa. Qm̄ ſi iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit? Qua fiducia? Plena pariter & ſecura. Quoniam apud te propitiatio eſt, & propter legem tuā ſuſtinui te domine. Quo modo? ſperando & ſuſtinendo. Vnde: Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in dominum. Quandiu? A cuſtodia matutina vſque ad noctem, ſperet Iſrael in domino, in proſperis videlicet & aduerſis. Qua de cauſa? quia deus & volens & valēs liberare tu es. Nam apud dominum miſericordia eſt, & copioſa apud eum redemptio. Quo denique fine? Vtique grato & ſalutari. Quia ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius. Ergo, De profundis clamaui
Profundū multiplex ad te domine, domine exaudi oratiōem meam. Eſt profundum diuinæ ſapientiæ, de quo dicitur: Domine nimis pro-
Iob 2 fundæ ſunt cogitationes tuę. Profundū ſacræ ſcripturæ, de quo legitur: Reuelat profunda de tenebris. Et profundū humanæ conſcientię, de quo ſcribitur: Pro Hiere. 17
ſundum eſt cor hominis & inſcrutabile. Itemq; profundum damnabilis culpæ. Vnde: Impius quum venerit in profun- Prouer. 18
dum peccatoꝝ, contemnit. Profundum ſecularis miſeriæ. Vnde: Infixus ſum in limo profundi. Et profundum inferna- Eſaiæ 7
lis gehennę. Vnde: Pete tibi ſignum à domino Deo tuo in profundum inferni. De omnibus his profundis aliqui clamant, & exaudiri merentur, vltimo duntaxat excepto, de quo clamans nullatenus exauditur, quoniam in inferno nulla eſt redemptio. Vnde quum diues ille, qui ſepultus fuerat in inferno, clamaſſet: Pater Abraham miſerere mei, & cætera. Lucæ 16
De primo profundo Apoſtolus admirando clamabat: O altitudo diuitiarum Rom. 11
ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis cognouit ſenſum domini, aut quis cōſiliarius eius fuit? Ipſe quoque raptus eſt vſque ad tertium cœlum, vbi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. De ſecūdo profundo clamabat orādo Dauid: Reuela oculos me- Pſal. 118
os, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Et dominus reuelauit auriculam eius, quia ſuper ſenes intellexit. De tertio profundo Daniel orando clamabat ad do- Dan. 2
minum, ſuis ſocijs indicando regni negocium, vt quærerent miſericordiam à facie Dei cœli, ſuper ſacramento regis, ne ipſi perirent cum cæteris ſapientibus Babylonis. Et quidem meruit exaudiri, quia tunc ei nocte per viſionem myſterium reuelatum eſt. De quarto profundo publicanus ingemiſcendo clamabat: De- Lucæ 18
us propitius eſto mihi peccatori, & ipſe in domum ſuam iuſtificatus deſcendit. De quinto profundo Petrus naufragando clamabat: Domine, ſaluum me fac, & Matt. 14
continuo extendens Ieſus manū apprehendit eum dicens: Modicę fidei, quare dubitaſti? Cæteꝝ ſub his profundis quidam iacent ita ſubmerſi, vt omnino non clament, de quibus dicitur: Deuenerunt Exod. 15
in profundum tanquam lapis. Talis erat is, qui dicebat: Maior eſt iniquitas mea, Gen. 4
quam vt veniā merear. Nimis enim ſunt in profundo ſubmerſi, qui cum peccatis ſunt obruti, & iniquitatibus preſſi, nec

ipſi

ipſi clamant,nec alios volunt audire cla
mantes,quin etiam clamare monētes ir-
rident. Sciens autē hic pœnitens, quod
dominus ex Baſan cōuertit et mittit cri-
Pſal.147 Ion.2 ſtallum ſuam ſicut buccellas, clamat ad
eum,qui Ionam in ventre ceti claman-
tem audiuit. Clamat vtiq; nō tam voce,
quam corde, ſortiter & inſtater,eius ex-
emplo ,qui ſuo ſorti clamore et inſtanti
illuminari promeruit,quem cum turbæ
Lucæ.8 increparent vndique ,vt taceret,ipſe ma
gis ac magis clamabat,Ieſu fili Dauid,mi
ſerere mei,ſuoque clamore ſecit ſtare Ie
ſum,& ſic clamans optinuit q̊d volebat:
qa de profundis clamabat,id eſt,de inti
mis viſceribus & occultis medullis, de
quibus clamor egrediens vſque ad cœ-
Profunda multiplicia. lum,ad Dei aures aſcendit. Clamat au-
tem hic pœnitens non de vno tantum
profundo,ſed de multis profundis, vi-
delicet,de profundo peruerſitatis, & de
profundo aduerſitatis, ſiue de profun-
do culpæ,& de profundo miſeriç,in qui
bus ſe ſentit iacere ſubmerſum, quum
non dicat,clamo,tanquam incipiat nūc
clamare,ſed dicit,clamaui,tanquam à lō
go tempore iam clamauerit: quoniam
oportet ſemper orare, & non deficere.
Clamaui inquam ad te domine, qui cū
ſis omnipotens,potens es liberare. Fidu
cialiter ergo clamaui,hoc ſcilicet,Domi
ne exaudi oratiōem meam,quia licet e-
go indignus ſum exaudiri,propter nimi
as offenſas, & innumeras negligentias
meas,tu tamen dignus es exaudire,pro-
pter tuam pietatem immenſam & miſeri
cordiam infinitam. Quapropter

3

In vocem deprecationis meæ

Fiant aures tuæ intendentes* in orationem ſerui tui.

Eſt auris numinis, auris hominis,
Auris multiplex & auris dæmonis. Quælibet autem
multipliciter accipitur in ſcripturis.
Nam auris numinis ipſa eſt, quam Deus
aperit ad clementiam, & hæc eſt, auris
miſericordiæ,de qua dicitur: Inclina do
mine aurem tuam, & exaudi me. Vnde:
Audiuit dominus & miſertus eſt mei. Et
auris quam aperit ad vindictam, & hæc
eſt auris iuſtitiæ, de qua legitur: Auris
cœli diiudicat omnia. Vnde: Audiuit do
minus & ſpreuit,& ad nihilum redegit
nimis Iſrael. Auris hominis alia corpo-
ralis, de qua dicitur: Nec oculus vidit,
nec auris audiuit,nec in cor hominis a-
ſcendit, quæ præparauit Deus diligen-
tibus ſe,& cæte. Alia ſpiritualis, de qua
dicitur: Auris audiens beatificabat me,
& oculus videns teſtimonium reddebat
mihi. Et hæc eſt duplex, videlicet, auris
intelligentiæ,de qua dicitur: Qui habet
aures audiendi,audiat, quid ſpiritus di-
cat Eccleſijs. Et auris obedientię,de qua
legitur: Populus quem nō cognoui,ſer-
uiuit mihi,in auditu auris obediuit mi-
hi. Auris quoque dæmonis duplex eſt,
vna,quam obturat ad bonum. Vnde: Fu
ror ille ſecundum ſimilitudinem ſerpen
tis,ſicut aſpidis ſurdæ,& obturantis au-
res ſuas. Et alia quam inclinat ad malū.
Vnde: Sonitus terroris ſemper in auri-
bus eius,& quum pax ſuerit, ille ſemper
inſidias ſuſpicatur. Cæterum auris Dei,
licet ſit vna,quia tamen multos habet ef
fectus,pœnitens hic pluraliter dicit: Fi-
ant aures tuæ, id eſt, auditus miſericor-
diæ tuæ, vnus ad remittendum culpam,
& alius ad dimittendum pœnam, fiant
inquam intendentes in orationem ſerui
tui,hoc eſt,intendat miſericordia tua mi
hi,vt & culpam dimittas & pœnam,quia
ſeruus tuus ſum,& filius ancillæ tuę. Ser Seruus
uus conditione,redemptione,& profeſ-
ſione. Vt autem ſim ſeruus tuus venera-
tione,deuotione,dilectione, libera me à
ſeruitute peccati,de qua legitur: Quum
ſerui eſſetis peccati,liberi fuiſtis iuſtitiæ.
Nam à quo quis vincitur, & eius ſeruus
efficitur. De talibus ſcriptum eſt: Serue Matt.18
nequam,omne debitum dimiſi tibi, quia
rogaſti me,nonne oportuit & te miſere
ri conſerui tui,ſicut & ego miſertus ſum
tui? Vnde: Seruo peſſimo latus ſanguini Eccl.42
te. Cibaria & virga,& onus aſino, panis
& diſciplina,& onus ſeruo. Eccleſiaſtes,
Fac me ſeruum iuſtitiæ,vt ſim ex illis, de
quibus legitur, Seruus meus es tu, in te
gloriabor. Et, In ſeruis ſuis conſolabi-
tur Deus. Seruite domino in timore, &
exultate ei cum tremore. Spero autem,
quod velis & digneris hoc facere, quia
quum ſis dominus omnium, factus es
pro me ſeruus,ſicut de te Paulus Apoſto
lus ait, Quum in forma Dei eſſet,non ra
pinam

pinam arbitratus eſt,eſſe ſe æqualē Deo, ſed exinaniuit ſe formam ſerui accipiens,in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.Et Deus pater per Eſaiam: Ecce ſeruus meus,ſuſcipiam eum.

Seruitus triplex. Eſt ergo ſeruitus bona.id eſt, humilitatis. De qua dominus ait: Qui maior eſt inter vos,erit omnium ſeruus. Et ſeruitus mala, id eſt, iniquitatis, de qua Veritas dicit: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et ſeruitus indifferēs, id eſt,neceſſitatis, de qua dicit Apoſtol.

1.Petri 2 Seruus vocatus es, non ſit tibi curæ, ſed ſi potes liber fieri,magis vtere.Itemq; alibi:Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis,nō tantum bonis & modeſtis, ſed & diſcolis. Ergo fient aures tuæ intendentes in orationem ſerui tui.

Si iniquitates obſeruaueris domine,domine quis ſuſtinebit?

Obſeruatio duplex. Duplex eſt obſeruatio, vna quidem ad conſiderandum & explorandum, alia vero ad obediendum & obſequendum.De illa legitur: Obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedū meorum conſideraſti, & cætera. Et Phariſæi obſeruabant dominum, vt caperent eum in ſermone. Matt.22 De iſta dicitur: Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo.Et:Si vis intrare ad vitam, obſerua mandata.Si ergo tu domine obſerua ueris,id eſt,ad pœnam æternam ſeruaueris iniquitates cuiuſlibet, domine quis ſuſtinebit te iudicem? Non ait, ego non ſuſtinebo, ſed quis ſuſtinebit? Quaſi diceret:Pene nullus: quia prope omnis cō ſcientia ſuis cogitationibus accuſatur. Vnde,Si iuſtus vix ſaluabitur,impius & peccator vbi parebunt? quanto minus ego potero ſuſtinere, qui ſum repletus iniquitatibus? Quoniā iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. De his ergo profundis clamaui, poſtulans exaudiri,vt iniquitates meas tu domine non obſerues.Et quidem exaudiri confido.

Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te domine.

Propitiator & propitiatio. Idem eſt propitiator & propitiato,medicus & medicina, ſacerdos & ſacrificium,videlicet,vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus,verbum in principio apud Deum, Ioan.1 De quo Ioannes Apoſtolus ait:Ad 1.Ioan.2 uocatum habemus apud Deum patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.Ergo apud te pater omnipotens eſt propitiatio noſtra, viuens ſemper ad interpellandum pro nobis. Nec dubito q̄n obtineat, q̄d implorat,quoniā, vt inquit Apoſtolus, pro ſua reuerentia exauditur, quemadmodum ipſe dicit ad patrem:Ego autem Ioan.11 ſciebam, quia ſemper me audis. Nam idem poſtulat & exaudit, poſtulat quidem,vt homo, & exaudit, vt Deus: quia verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.Poteſt ergo ſic notari Trinitas perſonarum,vt fideliter & recte dicatur, apud te pater propitiatio eſt filius. Et propter legem tuam, videlicet ſpiritum Lex Dei quid. ſanctum, qui eſt lex ſalutaris, ſcripta, non in tabulis lapideis, ſed in cordibus hominum: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctum, qui datus eſt nobis.Propter hāc, inquā, legem, quæ eſt charitas tua, benignitas tua, vnctio tua,docens de omnibus, ſuſtinui,hoc eſt,expectaui te domine, vt per eundem ſpiritum tuum mihi peccata dimittas, & ſic, qui paulo ante dicebam,quod ſi obſeruares iniquitates, ſuſtinere non poſſem,iam dicam, quod propter legem tuam ſuſtinui te domine. Hic ſane ſpiritus eſt lex gratiæ,quæ Acto.2 quinquageſimo die in ſono & igne apoſtolis eſt data de cœlo, ſicut olim lex literæ quinquageſimo die fuit data Iudæis in fulgure ac tonitruo de monte Sina. Exo.19 Multiplex autem lex legitur in ſcripturis. Lex gratiæ,lex iuſtitiæ,lex clemen- Lex multiplex. tiæ,lex naturæ,lex ſcripturæ, & lex culpæ. De prima:Lex domini immaculata,irreprehenſibilis, conuertēs animas. Nā lex per Moyſen data eſt,gratia & ve- Ioan.1 ritas per Ieſum Chriſtū facta eſt.De ſecūda:Propter hoc legem ſtatuit delinquentibus in via.Et:Iſrael in legē iuſtitię nō p Roma.9 uenit.De tertia:Lex clemētię in ore eius,

De

De quarta: Cũ gentes ea, quæ legis ſunt, naturaliter faciunt, ipſi ſibi ſunt lex. De quinta: Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. De ſexta: Sentio aliam legem in membris meis, repugnãtem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati. Ergo propter legem clementię tuæ, tuam ſemper propitiationem expectans ſum. Alioqui pro multitudine, magnitudine, ac turpitudine iniquitatum mearum penitus deſperaſſem. Sed nullus omnino deſperet, quia apud te propitiatio, id eſt, propitiator exiſtit, qui quidem diſtinctus eſt à te in perſona, ſed idem tecum eſt in eſſentia, cõſubſtantialis & coomnipotens, coæqualis & coęternus, cũ ſpiritu paracleto qui ab vtroq; procedit. Et ideo

Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in domino.

Quem propitiationem prædixerat, modo verbum appellat: quia vt propitiatio nobis fieret, verbum caro factum eſt, (Ioan.1) & habitauit in nobis. Vnus hic erat ex illis, qui cum nimio deſiderio redemptoris expectabant aduentum, dicentes: Veni domine, & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Iſrael. Domine Deus virtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes. Excita potentiam tuam, & veni, vt ſaluos nos facias. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Memento noſtri domine in beneplacito populi tui, & viſita nos in ſalutari tuo. Emitte agnum domine, dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Huius ille deſiderio ęſtuabat, qui dicebat in Canticis: (Cant.1) Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino, flagrãtia vnguentis optimis.

(Luce 2) Hinc ille Simeon ſenex, iuſtus & timoratus, expectans redemptionem Iſrael, quum reſponſum accepiſſet à ſpiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum domini, in ſpiritu venit in templum, & recipiens eum in vlnas ſuas, benedixit & dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in pace, &c. Hinc ipſe dicebat apoſtolis: (Lucæ 10) Multi prophetæ & reges voluerũt videre, quæ videtis, & non viderunt, &c. Suſtinuit anima mea in verbum tuum, illud, videlicet, quod per prophetam dixiſti: (Ezec.18) Nolo mortem peccatoris, ſed vt cõuertatur, & viuat. Et quod verbum tuum inquit in Euangelio: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. (Matth.9) Et: Venit filius hominis quærere & ſaluare quod perierat. Et ideo ſperauit anima mea in domino, in ipſo verbo, de quo ſcriptũ eſt per prophetam, quod dominus eſt nomen ei. Sperauit, in quam, nõ in ſe, non in homine, non in mundo, ſed tantum in domino, qui ſolus ſaluare poteſt, nec derelinquit ſperantes in ſe. Quare

A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperet Iſrael in domino.

Eſt mane temporis, mane ſeculi, mane hominis, mane diei, mane ſalutis, mane peccatoris, mane gloriæ, mane proſperitatis, & mane culpæ. (Mane multiplex.)

I. Mane temporis eſt creatiõis initium, de quo dicitur ad Luciferum: (Eſaiæ 14) Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris?

II. Mane ſeculi prima ætas, de qua legitur: (Matth. 20) Exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam.

III. Mane hominis pueritia, de qua veritas ait: (Matth 25, Mar.13) Vigilate, quia neſcitis quando dominus veniet, ſero an media nocte, an galli cantu, an mane.

IIII. Mane diei, diluculum, de quo legitur (Mar. vlt.) Valde mane vna ſabbatorum.

V. Mane ſalutis, incarnatio redemptoris, de qua dicitur: (Exo.16) Veſpere ſcietis, quia veniet dominus, & mane videbitis gloriam eius.

VI. Mane peccatoris, infuſio gratiæ, de qua Propheta: (Oſee,6) In tribulatione ſua mane conſurgent ad me.

VII. Mane gloriæ, reſurrectio, de qua dicit Pſalmiſta: (Pſal.5) Mane aſtabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

VIII. Mane proſperitatis, arriſio temporalis, de qua dicitur: (Eccle.10) Væ terræ, cuius principes mane comedunt.

Mane

Mane culpæ, praua ſugeſtio, de qua
Ioel.2 dicitur: Quaſi mane expanſus ſuper mõ
tes. Ergo à cuſtodia matutina vſque ad
noctem, id eſt, ab infuſione gratiæ vſq;
ad finem vitæ, de qua legitur: Venit nox
quando nemo poteſt operari, Vel ab ho
ra incarnationis vſquam ad tempus iu-
Matt.25 dicij, de quo dicit: Media nocte clamor
factus eſt, Siue à ſtatu proſperitatis vſq;
ad aduerſitatis articulum, de quo legi-
tur: Per diem ſol non vret te, neque lu-
na per noctem, Speret Iſrael, id eſt, vir fi-
delis, in domino. Poteſt etiam ſic intelli
gi: A cuſtodia matutina vſque ad noctẽ,
id eſt, à iuſto vſque ad peccatorem, om-
nes omnino ſperẽt in domino. Ex quo
enim infunditur homini gratia, perſeue
Mat.10.24 rare debet in bono, vt merito ſperet de
Deo vſque ad finem vitæ: quoniam qui
perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus
erit. Vnde in lege caput & cauda hoſtiæ
debebant offerri. A tempore incarnatio
nis Chriſti data eſt certa ſpes populo
Chriſtiano, vt de reſurrectionis glorifi-
catione confidat, præſertim ex quo do-
minus à morte reſurrexit. Sed à mane
vſque ad noctem, id eſt, in proſperis &
aduerſis homo fidelis ſperare debet in
domino, vt in illo confidens, nec proſpe
ris eleuetur, nec deijciatur aduerſis. Eſt-
que ſemper ab ipſo mane cuſtodia ſiue
vigilia neceſſaria, ne per ſerpentes aſtuti
Pſal.125 am pia intentio corrumpatur. Propter
quod alibi dicitur: Non confundetur,
Inimici & porta qd. cum loquetur inimicis ſuis in porta. Ini
mici nanque ſunt dæmones, qui homi-
ni aduerſantur, porta eſt prauæ ſugge-
ſtionis initium, per quod dæmones in-
gredi moliuntur in mentem. Ille igitur
non confunditur, qui contradicendo &
reclamãdo ſuis loquit inimicis in porta,
vt ſtatim in ipſo prauæ ſuggeſtionis ini
tio dæmones abijciat & propellat, & ne
fiant inimici eius in capite, paruulos alli
dat ad petram. Non eſt itaque contem-
nenda vigilia vel cuſtodia matutina, di-
Pſal.100 cente Pſalm. In matutino interficiebã
omnes peccatores terræ. Nam & in vigi
Exo.14 lia matutina reſpexit dominus ſuper ca
ſtra Aegyptiorum, & ſubmerſit illa in
mare rubrum. Quare à cuſtodia matuti
na vſque ad noctem, ſperet Iſrael in do-
mino, & merito poteſt ſperare.

**Quia apud dominum miſeri-
cordia, & copioſa apud eum re-
demptio.**

Eundem dicit miſericordiam, quem
propitiationem prædixerat, id eſt. Chri
ſtum, iuxta quod alibi dicitur: Miſit De Pſal.56
us miſericordiam ſuam & veritatem ſu-
am. Ipſe quoque redemptor alibi appel
latur redẽptio. Vnde Paulus: Factus eſt
nobis ſapientia & redemptio. Et Pſal- 1.Cor.1
miſta: Redemptionem miſit dominus Pſal.110
populo ſuo. Ipſum ergo dicit miſericor
diam, vt oſtendat, vnde maxime miſeri
cors propitiator exiſtat, quia videlicet
apud eum eſt copioſa redemptio, id eſt,
aſperſio ſanguinis eiuſdem, quinq; par
tibus abundanter effuſi, ad plenam re-
demptionem ſufficiens vniuerſis. Quo
niam cum ipſe ſit verus Deus, & ob hoc
omnes gentes reputentur quaſi nihilũ
coram eo, vnus pro vniuerſis ſuffecit, i-
mo ſuperabundauit omino. Et ideo nõ
dicit, quod neceſſaria, ſed quod copioſa
ſit apud ipſum redemptio. Redempti e-
nim ſumus non corruptibilibus auro 1.Pet.1
& argento, ſed precioſo ſanguine agni
immaculati, iuxta quod alibi dicitur: Re Apoc.5
demiſti nos domine in ſanguine tuo.
Nam redemptio proprie dicitur libera- Redẽptio quid.
tio, quæ fit dato precio. Homo nanque
ſeipſum vẽdere potuit in ſeruitutem di
aboli, ſed redimere nõ potuit ſeipſum Homo nõ niſi p miſericordiã Dei redimi potuit
à ſeruitute diaboli. Vñ ad redemptionẽ
ipſius neceſſaria fuit miſericordia dñi
copioſa. Sane homo peccãdo ſeruũ ſub
traxit & abſtulit Deo, quem tradidit &
ſubiecit diabolo. Pax igitur inter eos ra
tionabiliter fieri non poterat, niſi dam-
num quod intulerat reſtauraret. Homo
vero nihil habebat, quod Deo digne re
compenſaret pro damno: quia ſi qd de
irrationabili redderet creatura ꝓ ratio-
nabili ſubſtãtia minus eſſet. Sed hoĩem
non potuerat digne reſtituere, quia iu-
ſtum & innocentem abſtulerat, & nemi
nem niſi peccatorem inueniebat. Vidẽs
itaque Deus hominem ſua virtute non
poſſe iugum damnationis euadere, præ
uenit eum per ſolam miſericordiã, vt de
inde liberaret etiã per iuſtitiam. Vt ergo
Deus placari poſſet ab homine, dedit

Deus homini gratis, quod homo ex debito redderet Deo. Dedit igitur hominem homini, quem reſtitueret homo pro homine, qui, vt recompenſatio digna fieret, priori non ſolum eſſet æqualis, ſed etiam maior. Et quidem oportebat eum eſſe maiorem, vt vnus pro vniuerſis ſufficiens haberetur. Quocirca verbum caro factum eſt, vt daretur hominibus Deus homo, ſicut prædixerat E-
Ioan. 1 Eſa. 9 ſaias: Puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis, vt in carne mundiſſima, quæ prorſus eſſet immunis à culpa, ſuſtinendo pœnam indebitam, precium redemptionis humanę Deo patri perſolueret, factus obediens vſque ad mortem, mor-
Phil. 2 tem autem crucis. Suſcepit igitur in ſe pœnã pro omnibus, vt daret per ſe glo-
Eſa. 53 riã vniuerſis, Eſaia teſtante, qui ait: Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, &c. Vel potius apud dominum filium miſericordia eſt, qui noſtras dignatus eſt miſerias experiri, iuxta quod dicit Apo-
Heb. 4 ſtolus: Non habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato. In eo enim, in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis qui tentantur auxiliari. Recte itaque ſubditur:

Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

Seruus quidem regem offenderat, ꝓpter quod traditus erat tyranno, qui eum in carcerem detinens grauiter affligebat. Cũque per ſe liberari non poſſet, pius adfuit mediator, qui ſoluens pœnã pro culpa, ſatisfecit regi pro ſeruo. Et ſic ceſſante cauſa, ceſſauit effectus. Vnde liberatus eſt ſeruus à debito culpæ, à iugo tyranni, & ab ergaſtulo carceris. Seruus
Seru⁹, rex, mediator, offenſa, tyrannus, carcer. homo, rex Deus, mediator Chriſtus, offenſa inobedientia, tyrannus diabolus, & carcer infernus. Chriſtus autem pro culpa hominis pœnam mortis Deo patri perſoluit, & ſic dato precio redemptus eſt homo à peccato, diabolo, & in-
Iſrael qđ. ferno. Hic eſt ergo qui redemit Iſrael ex omnibus iniqtatibus eius. Iſrael interꝑtatur vir videns Deum. Vnde hic non carnalis, ſed ſpiritualis Iſrael debet intel- Ioan. 6
ligi, quia ſpiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam. Illos itaq; Chriſtus ſua paſſione redemit ab omni culpa, & tandem redimet illos ab omni pœna, cum abſterget Deus omnem la- Apo. 7
chrymam ab oculis ſanctorum, & iam non erit amplius nec luctus &c. Grata concluſio, qa de triſti principio lætus finis procedit.

IN PSALMVM

ſextum pœnitentialẽ Elucidatio.

TITVLVS AVTEM HVius Pſalmi talis eſt.

Pſalmus Dauid, quando ꝑſequebatᷣ eũ filius ſuus Abſalon.

Tituli eiuſdem explicatio.

Hiſtoria, quam titulus tangit, 2. Reg. 15
ex ſecundo libro Regum eſt nota: de qua tamen Pſalmus non agit, ſed de ſignificatione tantum ipſius: quia ſicut Abſalõ perſequebatur Dauid patrem ſuum, ſic illicitus motus perturbat & perſequitur animũ, de quo naſcitur & procedit. Propter quod pœnitens ait: Perſequutus eſt inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam. Ita ergo reprobus filius perſequitur patrem, & proles iniqua parentem, ſicut econtrario bonus affectus reficit ſpiritum, & pia cogitatio mẽ-
tem. Habet autem hic Pſalmus ⁎ trede- quatuordecim.
cim verſus, deſignans, quod ab hac perſequutione oportet animum liberari per obſeruationem decalogi, & fidem indiuiduæ trinitatis. Vel per ſeptem ſpiritus ſancti dona, & ſex opera pietatis.

Pſalmus

PSALMI CENTESIMI quadrageſimi ſecūdi in ordine pſalmorū, in ordine pœnitentialium pſalmorū vltimi explicatio

Domine exaudi orationē meam, auribus percipe obſecrationem meā, in veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia.

Pſalmus iſte in quatuor partibus diuiditur, quarum prima formam & cauſam poſtulationis exponit. Sed formā poſtulationis in orationem & obſecrationem diſtinguit, quas in veritate ac iuſtitia poſtulat exaudiri. Vnde: Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam, &c̄. Cauſam vero poſtulationis diſtinguens oſtendit, quod non decet dominum in iudicium intrare cum ſeruo, nec expedit ſeruo in iudicium intrare cum domino. Vnde: Non intres in iudiciū cum ſeruo tuo, &c̄. Ait itaq; pœnitens: Dn̄e exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam, in veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia. Exaudi orationem meam, quam proſterno coram te, nō in iuſtificationibus meis, ſed in miſerationibus tuis: auribus percipe obſecrationem meam, quam effundo coram te, nō in meis auribus, ſed in tua voluntate & veritate confidens, nec de meritis meis, ſed de tua iuſtitia ſperans. Et ideo in veritate tua, exaudi me in tua iuſticia. Repetit idem diuerſis verbis cum dicit: Exaudi orationem meam, & addit, percipe obſecrationē meam, per repetitionem huius exprimens deſiderium, & dictum confirmans. Poteſt autem inter orationem & obſecrationem diſtingui, vt oratio ſit quæ cum ſupplicatione proponitur, vt, exaudi quæſumus domine ſupplicum preces. Obſecratio vero quæ cum adiuratione profertur, vt: Per

In dei miſericordia et iuſtitia nō in ſua iuſtitia cōfidit pœnitens.

Differunt oratio & obſecratio.

crucem & paſſionem tuam libera nos domine. Auribus ergo, id eſt, auditu benignitatis & pietatis, quæ cum ſit vna, diuerſos habet effectus, quia & pœnam dimittit & culpam, percipe obſecrationem meam, non in mea veritate, ſed tua, ſimiliter in tua iuſtitia, non in mea. Eſt enim veritas eſſentiæ. Vnde: Deus verax eſt, omnis homo mendax. Et: Ipſe eſt verus Deus, & vita ęterna. Doctrinę. Vnde: Scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Scripturæ. Vn̄: Expreſſum eſt in ſcriptura veritatis. Cenſurę. Vnde: Iudicabit orbem terræ in iuſtitia, & populos in veritate ſua. Promiſſi. Vnde: Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Mandati. Vnde: Omnia mādata tua veritas. Teſtimonij. Vnde: Ad hoc veni in mundum, vt teſtimoniū perhibeā ỽitati. Sacramēti. Vnde: Caro mea ỽe eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Cordis. Vnde: In ſpiritu & veritate oportet adorare. Oris. Vnde: Loquimini veritatem vnuſquiſque cū proximo ſuo. Opis. Vnde: Inueni de filijs tuis ambulātes in veritate. His omnibus modis Chriſtus eſt verax. Vnde ipſe antonomaſtice dicit ỽitas. Ego ſum, inquit, via, veritas, & vita. Ergo exaudi me in veritate tua, vt verax appareas, qa promiſiſti: Quacunque hora peccator conuerſus fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et exaudi me in tua iuſtitia, vt iuſtus appareas, quia tu decreuiſti: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Sit itaque veritas ſecūdum promiſſum, & iuſtitia ſecundum decretum, vt inueniaris iuſtus & verax. Certe iuſtitia eſt, vt ſicut peruerſis iraſceris, ita miſerearis conuerſis. Vel quia ſecundum ſententiam euangelicam, veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate, Tu domine pater exaudi me in veritate tua, id eſt, in filio tuo, in quo & per quem omnia operaris. In ipſo ergo, quem apud te propitiatorem & mediatorem habemus, exaudi me in tua iuſtita, diuina videlicet non humana. Nam ſecundum humanam iuſtitiam, cum reus confitetur peccatum, conuictus à iudice condē natur, ſecūdum diuinam abſolutus à domino non damnatur, iuxta quod legitur;

Veritas veſit multiplex.

Mat. 20

Pſal. 95

Ioan. 1

Pſal. 118

Ioan. 18

Ioan. 4

Ioan. 14

Ezec. 18

Iuſtitiæ diuinæ & humanæ differentia.

tur: Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Et: Dixi, confitebor, & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Homo quippe iudicat ſecundum quod peruerſus mala commiſit, Deus autem ſecundum quod conuerſus mala dimiſit. Sic ergo in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia.

Et ne intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, quia nō iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Iudicium multiplex. Pſal. 14. Eſt iudicium autoritatis, quo iudicat tota Trinitas, iuxta quod legitur: Iudica domine nocentes me. Ipſe iudicabit pauperes huius populi. Et: Ego in ſpiritu meo iudico. Et iudicium manifeſtationis. Vnde: Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio: quia ſolus filius in iudicio apparebit, & ſecundum appropriationem magis ad ſapientiam, quam ad potentiam vel benignitatem videtur iudicium pertinere. Iudicium Ioan. 9 diſcretionis. Vnde: Ego in iudicium veni in hunc mundum. Et, Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam. Diſcuſſionis: Vnde: Si æquitas iudicij quæritur, nemo pro me audet dicere teſtimonium. Et ideo Pſalmiſ. clamabat: Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. 1. Cor. 11 Correctionis. Vnde: Tempus eſt, vt iudicium incipiat à domo Dei. Cum iudicamur à domino, corripimur. Excæcationis. Ioan. 3 Vnde: Qui nō credit, iam iudicatus eſt. Saluationis. Vnde: Non damnabit eum, cum iudicabitur illi. Damnationis. Heb. 13 Vnde: Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Luc. 11 Comparationis. Vnde: Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. Rom. 14 Præſumptionis. Vnde: Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Suſpicionis. Vnde: Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, &c. Non ergo diſcutias in iudicio merita mea, quia ſi ſecundum exigentiam meritorum meorum me volueris iudicare, abſque dubio iuſtificari non potero, cum ſint merita mea mala, non gratia digna, ſed pœna, non indulgentia, ſed vindicta. Si enim iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit: Nullus omnino. Ergo ne intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, mecum videlicet, qui vtique ſum ſeruus tuus: quia non decet dominum iudicium intrare cum ſeruo, præſertim immenſum cum infimo, de quo præter iudicium poteſt omnino ſuum beneplacitum adimplere. Nec expedit ſeruo, vt tu, qui es dominus omnium, in iudicium intres cum ipſo: quia in conſpectu tuo, id eſt, coram te, qui conſpicis vniuerſa (quoniam oculis tuis omnia nuda ſunt & aperta) non iuſtificabitur omnis viuens in hac carne mortali. Nullus eſt enim in hac vita præſenti, qui non ſit aſtrictus vinculis peccatorum. Vnde: Si dixerimus quia peccatum nō habemus, noſmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Ioan. 1 Nam in multis offendimus omnes, Salomone teſtante: Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum, & purus ſum à peccato? Pro. 20 Nec infans vnius diei, ſine peccato eſt ſuper terram. Ille autem in iudicium intrat cum domino, qui iuſtitiam ſuam ſtatuens, iuſtitiæ diuinæ non eſt ſubiectus, de quo Propheta: Quid vultis mecum in iudicio contendere, omnes dereliquiſtis me, dicit dominus. Hier. 2 Ego ergo nolo tecum contendere in iudicio, quia meam iuſtitiam nō conſtituo, ſed iniuſticiam meam damno, ſciens, quod in conſpectu tuo non iuſtificabitur omnis viuens. Meticuloſum eſt igitur omni viuenti corā te cauſam agere criminalem, Meticuloſum corā Deo cauſam agere quia cū ſis potentiſſimus, manus tuas nemo poteſt effugere, cū ſis ſapiētiſſimus oculos tuos nihil poteſt latere, cū ſis iuſtiſſimus, animum tuum nemo poteſt corrumpere, corā quo accuſatrix eſt conſcientia, rea mens, aduocatrix ratio, teſtis memoria: & tu iudex, qui es iuſtus, potens, & ſapiens, imo iuſtitia, potentia, & ſapientia, reddens vnicuique ſecundum opera ſua. Sed dicet aliquis: Nonne in hac vita mortali ſunt aliqui iuſti, qui etſi non omnino à peccatis venialibus liberi, ſunt tamen à criminalibus liberati? Nunquid tales iuſto poſſent iudicio condēnari? quā verū eſt, quod in cōſpectu dei nō iuſtificabit omnis vi-

uiuens? Poſſet forſitan reſpōderi, quod
ſicut eſt bona mors, ita & mala vita. De
Cant. 8 iſta dicitur: Fortis eſt, vt mors, dilectio;
& dura, ſicut infernus, æmulatio. Aquæ
Col. 3 multæ non poſſunt extinguere charita-
tem. Et: Mortui eſtis, & vita veſtra abſcō
dita eſt cum Chriſto in Deo. De illa le-
1. Tim. 5 gitur: Vidua, quæ in delicijs viuit, vi-
Luc. 15 uens mortua eſt. Et filius prodigus, qui
abijt in regionem longinquam, diſſi-
pauit omnem ſubſtantiam ſuam viuen-
do luxurioſe. Qui ergo viuunt ſibi,
non Chriſto, carni, non ſpiritui, mun-
do, non Deo, hi profecto in conſpectu
Dei iuſtificari non poſſunt, niſi prius
moriantur ſibi, vt viuant Chriſto, mori-
antur carni, vt viuant ſpiritui, morian-
tur mundo, vt viuant Deo. Taliter iſte
pœnitens nouerat ſe vixiſſe. Quocirca
petebat, vt dominus in iudicium non in
traret cum ipſo, quia in conſpectu eius
non iuſtificabitur omnis homo talis, &
taliter viuens. Porro cum nemo iuſtifi-
cetur niſi ex dono gratiæ, patet, quod
nullus iuſtificatur ex merito vitæ. Nam
infuſio gratiæ proprie iuſtificatio appel
latur, quam Deus nulli concederet, ſi e-
um ſecundum meritorum exigentiam
Iudicium cōparationis. iudicaret. Vel de iudicio comparationis
poteſt intelligi, vt ſit ſenſus: In conſpe-
ctu tuo, id eſt, in comparatione tui, non
iuſtificabitur, hoc eſt, non apparebit iu-
ſtus omnis viuens, ſiue angelus, ſiue ho
mo. Vnde non additur aliquis ſpecialis
terminus ſubſtātiuus, vt intelligatur de
Iob 25 omni viuente, quoniam in conſpectu
eius nec aſtra ſunt munda. Vnde bea-
tus Iob ait: Vere ſcio quia non iuſtifica-
Iob 9 bitur homo comparatus Deo. Et: Si
innocentem me oſtendero, prauum me
comprobabit. Nam omnis munditia
creaturæ immunda eſt, comparata mun
ditiæ creatoris. Propter quod ab eodem
ſancto Iob dicitur: Si lotus fuero quaſi
aquis niuium, & fulſerint velut mundiſ
ſimæ manus meæ, tamen ſordibus me
intinges & abominabunt me veſtimen-
ta mea. Sicut enim ſtella comparata ſo-
li non lucet, & argentum comparatum
auro vileſcit, ſic, imo incomparabiliter
magis, in conſpectu Dei non iuſtificabi
tur omnis viuens. Ergo exaudi oratio-
nē meā, vt liberes me à pſequētibus me.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam.

Quantum ad literam, videtur innuere ſe dimicaſſe cum hoſte, ſed ab eo fuiſſe cōuerſum in fugam. Quia perſecutus eſt, inquit, inimicus animam meam: proſtratum in terra, quia humiliauit in terra, vitam meam: cōcluſum in carcere, quia collocauit me in obſcuro, non vtique amplo & claro, ſed tenebroſo & arcto, ſicut tumulus mortuorum. Vnde ſubiungit, Sicut mortuos ſeculi. Et ideo præ anguſtia carceris anxiatus eſt in me ſpiritus meus, & præ ipſius obſcuritate in me turbatum eſt cor meum, præſertim ex recordatione felicitatis antiquæ: quia memor fui dierum antiquorum, quibus florere ſolebam. Vnde: Meditatus ſum in omnibus operibus tuis, quibus me recolo proſperatū. Et etiam meditabor in factis manuum tuarum, quibus me deſidero proſperādum. Et merito, quia tantam patior in in carcere ipſo miſeriam, quod præ ariditate ſitis expandi manus meas ad te: quoniam anima mea eſt ad te ſuſpirans, ſicut terra ſine aqua, & niſi protinus liberaueris, in breui animam exhalabo, ideo velociter exaudi me, quia iam quaſi defecit ſpiritus meus. Ergo ne auertas faciem tuam à me, quia ſi auerteris, ſimilis ero deſcendentibus in lacum, velut in pfundum ſubmerſus. Vnde liberare non differas vltra diem, ſed auditam mihi fac mane miſericordiam tuam, quia non in me, ſed in te ſperaui domine. Et cum deduxeris me de carcere, notam mihi fac viam, in qua ambulem, quia nō ad alium, ſed ad te leuaui animam meam: & ne ab inimicis meis iterum comprehendar, eripe me de inimicis meis, quoniam ad te confugi, tanquam ad munimentum ſecurum. Quare doce me facere voluntatem tuam, vt in nullo illam offendam, propter quod tuam defenſionem amittam: quia tu, non alius, es Deus protector meus. Spero igitur, quod ſpiritus tuus bonus deducet me in viam rectam, ne aberrem ab itinere recto, vt ſic ad te cito pueniā. Et pꝑter nomē tuū dñe, q̃d

us,& turbatum eſt cor meum, quia ego
huius anxietatis & turbationis ſum cau
ſa,qui culpabiliter egi,vnde mihi cordis
turbatio, & anxietas ſpiritus prouene-
runt:non refundo culpam in alium, ſed
meipſum accuſo,vt merear indulgenti-
am facilius obtinere.Ne vero deſperatio
nem incurram,ſed conſolationem inue
niam,

& non habet.
& non habet.
meditabar.

Memor fui dierũ antiquorum, *& meditatus ſum in om̃ibus operibus tuis, * & in factis manuum tuarum*meditabor.

Miſeratio nũ Dei recordatio magnũ ſolacium afflictorum

Magna eſt conſolatio inter tribula-
tionum anguſtias, miſerationum domi
ni recordari, & ideo memor ſui dierum
antiquorum,quibus Deus antiquis pa-
tribus multa conſolationum remedia
præſtitit ab antiquo. Et meditatus ſum
in omnibus operibus tuis, quæ ad crea-
tionem pertinent & naturam,ita vt vni-
uerſitas extendatur non ad ſingula gene
ra,ſed ad genera ſingulorum. Et etiã me
ditabor in factis manuum tuarum,perti
nentibus ad redemptionem & gratiam,
quæ fecerunt proprie manus tuæ, ex
quibus omnibus ſpem liberationis con
cipio in varijs tribulationibus conſtitu-
tus.Et ideo

Expandi manus meas ad te,anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Confidenter ergo expandi ad te do-
mine manus meas,quia tu dignanter ex
pandiſti pro me tuas, in patibulo crucis
Gal.6 extẽſas.Et ego manus meas in formam
crucis expandi, glorians cum Apoſtolo
in cruce tua domine Ieſu Chriſte, quæ
mihi ſalutis extitit cauſa. Expandi eti-
am manus meas,id eſt, affectus & opera
dilataui, quæ prius erant quodammo-
do contracta,dum minus de liberatio-
ne ſperabã. Manus hominis multiplex.
Manus hominis multiplex Operationis.Vnde:Manus meę ſtillaue
runt myrrham.Et:Labores manuũ tua-
Pſal.127 rum quia manducabis,beatus es.Oratio
1.Thim.2 nis.Vnde:Leuantes puras manus in ora
tione. Cumque leuaret Moyſes manus
in oratione,vincebat Iſrael. Contempla
tionis.Vnde: Manus hominis ſub pen-
nis eorum. Et:Stellio manibus nititur,
& moratur in ædibus regum. Curatio-
nis.Vnde:Super ęgros manus imponẽt, Matt.vlt.
& bene habebunt. Et:Dedit illi manum
& erexit illam.Laudationis.Vnde:Om- Pſal.46
nes gentes plaudite manibus.Et: Flumi
na plaudent manibus in idipſum. Ideo
autem manus ad cœlum in oratione ex-
pandi,quoniam anima mea eſt tibi ſicut
terra ſine aqua,quæ carens humore vir-
tutum,germen boni operis non produ-
cit, vnde deſiderat imbrem,vt germinet
irrigata.Ne vero prorſus areſcat & ſteri-
lis fiat,

Velociter exaudi me domine,defecit ſpiritus meus.
Ne auertas faciem tuam a me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Tertia pars,in qua exprimit illa, quæ
poſtulat, & poſtulandi cauſas exponit.
Poſtulat primo diuinam à ſe faciem nõ
auerti.Vnde:Non auertas faciem tuam
à me. Cauſamque ſubiungit: quoniam
ſi auerteres, ſimilis ero deſcendentibus
in lacum. Secundo poſtulat miſericordi
am ſibi adeſſe diuinam.Vnde: Auditam
fac mihi mane miſericordiam tuam. Et
cauſam aſſignat: quia in te domine ſpe-
raui.Tertio poſtulat viam,in qua ambu
let, fieri ſibi notam. Vnde, Notam mihi
fac viam in qua ambulem. Redditq; pro
tinus cauſam: quia leuaui ad te animam
meam.Quarto poſtulat ab hoſtibus libe
rari. Vnde, Eripe me de inimicis meis.
Et cauſam oſtendit: quoniam ad te do-
mine confugi.Quinto poſtulat edoceri
diuinam facere voluntatem.Vnde: Do-
ce me facere voluntatem tuam.Et ſtatim
exprimit cauſam:quia tu es Deus meus.
Vere itaque domine anima mea eſt ſicut
terra ſine aqua.quia defecit ſpiritus me-
us, nõ à vita naturæ,ſed gratiæ, quã per
pctõ̃ amiſi.Vel.Exaudi me dñe, quia de
fecit ſpiritus meus .i. factus ſum pauper
ſpiritu,deficiente ſuperbia &proficiente
humilitate. Quare non auertas faciẽ tu-
am,id eſt,benignitatẽ tuam à me,ſed red

das humili,quod abſtuliſti ſuperbo. Etenim ſi faciem tuam auerteris, ero ſimilis deſcēdentibus in lacum,id eſt,in profundum peccati,de quo alibi dicitur:Impius quum venerit in profundum peccatorum,contemnit:quia ſine ſpe veniæ, licentiam ſibi peccandi proponit,laxatis iniquitatum habenis. Vel,Ero ſimilis deſcendentibus in lacum, Id eſt,vnus ex reprobis deſcēdentibus ad infernum. Eſt enim lacus culpæ. Vnde:Saluaſti me à deſcendentibus in lacum. Miſeriæ. Vnde: Eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fecis.Et gehennæ. Vnde: Aeſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum. Ergo ne auertas faciem à me.

Lacus multiplex

Pſal.39
Pſal.87

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuã, quia in te ſperaui *domine.

*non habet domine.

Mane, id eſt,in ortu lucis, in infuſione videlicet gratiæ,fac mihi auditam miſericordiam tuam, id eſt, fac me audire, hoc eſt, intelligere illam,quæ lucem veritatis & charitatis facit in anima choruſcare. Vel mane reſurrectionis, poſt finem ſeculi fac me audire miſericordiam tuam,videlicet, verbum illud miſericordia tua plenum: Venite benedicti patris mei,percipite regnum,&c. Quoniam in te ſperaui domine,vt mihi cõferas & gratiam in præſenti,& gloriã in futuro. Vt autem ad illam recto tramite valeam peruenire,

Mane qd.

Matth.25

Notam fac mihi viam in qua ambulem,quia ad te leuaui animam meam.

Hoc vtiq; fecit Deus,quum propheticum ſermonem accēdit,cui,ſicut Petrus ait,debemus attendere quaſi lucernę lucēti in caliginoſo loco, donec illuceſcat dies. Ipſe nanque viam veritatis oſtendit,id eſt, fidem catholicam,per quã ambulare bonis operibus debemus,vt perueniamus ad vitam. Qui vero per aliam viam tendit,vt Iudæus,hæreticus,vel paganus, ipſe profecto non pergit ad vitam,ſed vadit ad mortem.Is quoque qui eſt via, veritas, & vita,notam fecit ſemitam,notam fecit ſe viam, per quam accedamus ad ipſam vitam, cum deitatis lumen in humanitatis teſta propoſuit, vt per formam ſerui procedamus ad formam Dei,ad lumen pꝛiſtinum, verbum quod erat in principio apud Deum.Hæc ergo viam in qua ambulem notã fac mihi.Et certe debes, quia ad te leuaui animam meam,non ad mundum curuaui, ſed afferens vas ad fontem,vt impleas illud aqua ſaliente in vitam æternam.Nullus ergo de ſuo ſibi præſumat ingenio, ſuam ſcientiam ſufficere ratus ad cognoſcendam viam,per quam tendat ad patriam:quia nõ ſunt in homine viæ eius,ſed à domino greſſus hominis diriguntur, Eſt autẽ via, quæ videtur homini recta, nouiſſima autem eius ducunt ad interitum.Ergo notam fac mihi viam in qua ambulem,quia ad te domine leuaui animam meam: non enim eam cõtinui quaſi ſufficientem in me, ſed leuaui eam velut inſufficientem ad te,vt ad cognoſcendum viam, in qua ambulem, à te poſtulem intellectum. Vnde leuaui eam ad cœleſtia de terrenis. Nam omne datum optimum,& omne donum perfectum de ſurſum eſt,deſcendens à patre luminum. In ipſa vero ſalutis via

2.Petri 1

Ioan.4

Iaco.1

Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi, doce me facere volũtatem tuam,quia Deus meus es tu.

Multi ſunt inimici qui obſidẽt viam, vt deuiare faciant viatores,viſibiles & inuiſibiles,ſpirituales & corporales. De his omnibus inimicis eripe me,ne impediant viam meam, quoniam ad te confugi,q̃ es refugiũ ſperantiũ in te dñe. Nemo quippe te poteſt effugere,vnde quiſq; bet ad te debet confugere, quia ad te venientes foras non eijcis,ſed intrare permittis. Et ne à te vltra recedam, doce me per ſpiritum ſanctum tuum (qui eſt vnctio, docens de omnibus) facere voluntatem tuam,id eſt, implere præcepta tua. Volũtas enim Dei quæ Deus eſt, & beneplacitum appellatur,illa non fit, ſed facit omnia, quæcunque vult fieri, in cœlo & in terra

Inimici multiplices viam obſidentes.

terra, in mari & in abyſſo. Hæc vtiq; vna
eſt, ſed eius multa ſunt ſigna, de quibus
pſal. 134 pluraliter dicit: Magna opera Domini,
exquiſita in omnes voluntates eius. In-
ter quæ ſunt conſilium & præceptum,
Pſal. 110 de quibus ait: Doce me facere volũtatẽ
tuam, vt illud agã quod tu conſulis &
præcipis faciendũ. Ad te confugi, quia
tu es Deus meus. Ad alium quippe ſuge
rem, ſi ab alio factus eſſem. Sed quia tu
es deus meus, creator meus, ad te confu
gi: quare doce me facere voluntatem tu
am, quia tu es magiſter & doctor meus.

Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam, propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

Quarta pars, in qua circa ſe beneficia
diuina commendat: quia Deus erit du-
ctor ipſius. Vnde: Spiritus tuus bonus
deducet me in viam rectam. Viuificator
ipſius. Vnde: Viuicabis me in æquitate
tua. Liberator ipſius: quia educes de tri-
bulatione animam meã. Et vltor ipſius:
quia diſperdes omnes inimicos meos.
Qui ergo prius ſpẽ liberationis cõcepe-
rat, iam optinet certitudinẽ. Vnde ſecu-
re dicit: Spiritus tuus bonus deducet me
Spiritus multiplex in viã rectã. Eſt ſpiritus diuinus, de quo
Ioan. 4 dicitur. Spiritus eſt deus, & eos, qui ado
rant eum, in ſpiritu & veritate oportet
adorare. Specialiter autẽ tertia in trinita
1. Ioan. 5 te perſona. Vnde: Tres ſunt qui teſtimo
nium dant in cœlo, pater, filius, & ſpiri-
tus ſanctus, & hi tres vnum ſunt. Spiri-
pſal. 96 tus angelicus. Vnde: Qui facit angelos
ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem
Heb. 1 vrentẽ. Et: Omnes ſunt adminiſtratorij
ſpiritus, in minſterium miſſi. Spiritus
humanus. Vnde: In eius manu eſt ani-
ma omnis viuentis. Et: Spiritus vniuer
ſæ carnis hominis. Spiritus dæmonia-
Eph. 6 cus. Vnde: Non eſt nobis colluctatio ad
uerſus carnem & ſanguinem, ſed aduer
ſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.
Et ſpiritus animalis. Vnde dicitur: Quis
Eccli. 3 nouit, ſi ſpiritus filiorum Adam aſcen
dat ſurſum, & ſpiritus iumentorum de-
ſcendat deorſum. Item ſpiritus gratię.
Rom. 8 Vnde: Si ſpiritu facta carnis mortifica-
Gal. 5 ueritis, viuetis. Et, Spũ ambulate, & de-
ſideria carnis nõ perficietis. Spiritus pro
phetiæ. Vnde: Spiritus prophetarum e-
rat eis ſubiectus. Spiritus ſapientiæ. Vn-
de: Verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiri- Ioan. 6
tus & vita ſunt. Spiritus ſcripturæ. Vn-
de: Litera occidit, ſpiritus autem viuifi- 2. Cor. 3
cat. Nec non ſpiritus poteſtatis. Vñ: Vbi Ezech. 1
erat impetus, ideſt, poteſtas, ſpiritus, illic
gradiebantur, ſiue ad bonum ſalutare, ſi
ue ad malum damnabile. Et de quo Apo 2. Theſ. 2
ſtolus: Dominus Ieſus interficiet eũ ſpi-
ritu oris ſui. Spiritus voluntatis. Vnde: 1. Cor. 6
Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum
eo. Spiritus indignationis. Vnde: Non Gen. 6
permanebit ſpiritus meus in homine in
æternum, quia caro eſt. Et ſpiritus contẽ
plationis. Vnde: Eleuauit me ſpiritus in
ter cœlum & terrã, & adduxit me in Hie
ruſalem in viſione Dei. Spiritus virtutũ.
Vnde: Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſa- Eſa. 11
pientiæ & intellectus, &c. Spiritus vitio-
rũ. Vnde: Vidi de ore draconis, & de ore Apoc. 16
beſtiæ, & de ore pſeudoprophetę tres ſpi
ritus immundos exire in modũ ranarũ.
Et ecce duæ mulieres egredientes, & ſpi-
ritus in alis earum. Hi ſunt ſpiritus ſuper
biæ, cenodoxię, & huiuſmodi. Spũs ęgri
tudinum. Vnde: Ecce mulier quæ habe-
bat ſpiritum infirmitatis annis decem &
octo. Et ſpiritus tempeſtatũ. Vnde: Spiri Pſal. 10
tus procellarum pars calicis eorum. Por
ro ſpiritus tuus bonus deducet me in vi-
am rectam. Hic eſt, q mihi viam, ꝑ quam
ambulem, facit notam, & tuam me do-
cet facere voluntatem: quoniam ipſe me
in viam rectam deducet. Bonus quidem
in ſe, qa eſt ipſa bonitas, & bonus in no-
bis, quia nos efficit bonos. O quam bo-
nus, quàm pius, & quàm benignus, quã
ſuauis, quàm dulcis, & quàm iucundus
eſt ſpiritus tuus domine, his qui te dili-
gunt ex corde puro, & conſcientia bona
& fide non ficta. Hic deducet me in viam
rectã. i. in viam mandatoꝝ tuoꝝ, per quã
recte itur ad patriam. Poteſt etiã ſpũs dei
bonus intelligi, bonus angelus, q datus
eſt ad cuſtodiam. Ipſe quidẽ deducet me
in viã rectã. Siquidem ſpũs meus malus
me deduxit in viã prauam, ſed ſpũs tuus
bonus deducet me in viã rectã, nõ ꝓpter
meritũ meũ, ſed ꝓpter nomẽ tuũ, vt rẽ
impleas noĩs tui, q̃d eſt Ieſus. i. ſaluator.
Ego q̃ppe me occidi me ꝑ culpã, tu vero
me

me iuſtificabis per gratiam, ſed ipſa gratia non erit ſine iuſtitia, quia viuificabis me in æquitate, non mea quidem ſed tua, ſicut ſuperius eſt oſtenſum. Vel viuificabis me in æquitate tua, propter nomen tuum, vt nominatus inde glorioſe lauderis, iuxta quod alibi dicitur: Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.

Educes de tribulatione animam meam, & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

Quamdiu anima in hoc mortali corpore manet incluſa, multis afflictionibus tribulatur, ſed quum ab illo educitur carcere, de tribulatione huius mundi liberatur, ne grauiorem tribulationē incurrat. Propter quod alibi Pſalm. dicebat: Educ de carcere animam meā ad cōfitendum nomini tuo. Et Paulus apoſtolus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: Hoc itaque fit, cum remiſſione indulta peccatorum, Deus animam de corpore iubet exire, quaſi de carcere liberatam. Et in miſericordia tua, quantum ad me qui non merui, diſperdes omnes inimicos meos, vt vltra mihi nocere non poſſint. De ſpiritualibus inimicis, id eſt, dæmonibus, abſque dubio verum eſt, quod om̄es diſperdes, & de corporalibus quoque, omnes qui vſque ad mortem ſuam perſeuerauerunt inimici. Notāda ſunt autem, quę dicuntur in fine præcedentis verſus, & in fine ſequentis. Nam ibi dicitur: Viuificabis me in æquitate tua, & hic dicitur: In miſericordia tua diſperdes inimicos meos: quum potius videatur, quod ad iuſtificandum miſericordia, & ad perdendum æquitas debeat pertinere, ſed vtrumque pertinet ad vtrumque: quoniam omnes viæ domini miſericordia ſunt & veritas. Propter quod ei miſericordiam & iudicium Pſalmiſta cantabat. Quia vero quidam inimicorum meorum prædeſtinati ſunt ad vitam æternam, & ad æternam mortem aliqui reprobati, de prædeſtinatis optando omnino dico, quod in miſericordia tua, id eſt, per effectū miſericordiæ tuæ diſperdes omnes inimicos meos, id eſt, omnes eorum inimicitias, vt fiant de inimicis amici, ſecundum illud quod alibi dicitur: Verte impios, & non erunt. De reprobatis autem ſpiritu prophetandi dico:

Pſal. 141 — Rom. 7 — Pſal. 100 — Prouer. 12

Et perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniā ego ſeruus tuus ſum.

Omnes huiuſmodi perdes in gehenna ignis æterni, qui obſtinato corde tribulant animam meam, quoniam ſeruus tuus ego ſum, id eſt, in pœna peccati, q̄ me ſeruum tuum nequiter perſequuntur. Vel perdes eos, qui propterea tribulant animam meam, quoniam ſeruus tuus ego ſum, id eſt, quoniam tibi ſeruio. Eſt & hoc graue peccatū, propterea perſequi aliquem, quoniam ſeruit Deo. Ex ultatiua cōcluſio, qua liberationem animæ ſuę ac perditionem inimicorum ſuorum Deo inſpirante prędicit.

Quoniam in humanis operibus nihil eſt ex om̄i parte perfectum, benigne huius operis quæſo lectorem, quatenus ſi quid in eo dignum inuenerit, diuinæ gratię totum aſſcribat. Quicquid autem in ipſo cognouerit minus dignū, ad humanum referat imperfectum, rogās humiliter, vt ipſe pro me ſuppliciter intercedat apud pijſſimum patrem, & iuſtiſſimum iudicem, vt plenam mihi concedat indulgentiam peccatorum, per virtutem veræ ac fructiferæ pœnitētiæ, quam in hac pœnitentialium expoſitione Pſalmorum vtcunque deſcripſi, ad laudem & gloriam nominis Ieſu Chriſti, Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit, & regnat Deus benedictus in ſecula ſeculorum, Amen. — Epilogus.

Commentariorum D. Innocētij in ſeptem Pſalmos pœnitētiales FINIS.

D. IN-

D. INNOCENTII

Papæ tertij Encomium Charitatis.

CHARITAS VT SICVT *omne bonum opus, ſic etiam eleemo ſynam reliquaq; pietatis opera deo grata, hominiq; fructuoſa efficiat.*

CHaritatis autē en-
comiū in fine hic
ſubnecturus, pri-
mum eā ex ſacris
literis probare &
commendare ope
ræpreciū exiſtimo.
Sunt autem hæ au
toritates, quæ formam præferunt chari
tatis: Diliges dominum Deum tuum, ex
toto corde tuo, & ex tota anima tua, &
ex tota mente tua, & ex omnibus viribus
tuis, & proximū tuū ſicut teipſum. Itē Io
1. Ioan. 4 annes ait: Deus charitas eſt, & qui manet
in charitate, in Deo manet, & deus in eo.
1. pet. 4 Item Petrus: Ante omnia mutuam in vo
biſmetipſis charitatem cōtinuam haben
tes: quia charitas operit multitudinē pec
1. Cor. 13 catorum. Item Paulus: Charitas patiens
eſt, benigna eſt, non agit perperam. Item
Prou. 10 Salomō: Odiū ſuſcitat rixàs, & charitas
parit dilectionem. Item Auguſt. Omnia
Auguſt. quæcūq; facimus ſine charitate, nihil no
bis proſunt, fatuum & inane ſtudium
expendimus, ſi non habemus charita-
Gregor. tem, qui Deus eſt. Item Greg. Tanto am
plius rubigo peccatorum conſumitur,
quanto igne charitatis crematur cor pec
catoris.

Ex his ſic procedendum eſt: Quis pre
ditus Tulliana eloquētia, quis omni for
matus ſapientia ſufficit laudes charitatis
Charitatis virtus quanta. exprimere, eiuſq; virtutes ad vnguem ex
ponere? Hæc eſt charitas, quæ docet il-
lecebras fugere, voluptates calcare, car-
nis concupiſcentias cohibere, deſideria
illicita frangere, homines contemnere,
poſtremo vniuerſa blandimenta reſpue
re. De hac ſpōſus in Cantico amoris ait:
Cant. 8 Pone me vt ſignaculū ſuper cor tuum,
quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſi-
cut infernus æmulatio. Mors enim viuē-
tes extinguit, infernus autem nec mortu
is parcit. Dilectio igitur vt mors eſt for-
tis. Nā ſicut illa ſenſum carnis, ſic iſta af-
fectum carnalis concupiſcentiæ punit.
Dura eſt ſicut infernus æmulatio, quia
hos quos intus trahit deſiderium æter-
norum, non ſolum blanda reſpuere, ſed
etiam aduerſa, pro eo quod diligit adipi
ſcēdo, cogit tolerare. Hæc ē charitas quæ Gen. 4
Abel martyrem fecit, Abraham de terra Gen. 12
ſua eduxit. Hæc Ioſeph in Aegypto ſerua Gen. 41
uit. Hæc eſt flamma, quæ tribus pueris in Daniel. 3
fornace flammā extinxit. Hæc eſt chari-
tas omniū bonorum maxima, cui nil ſa-
pit extraneum, vel aſperū, vel confuſum,
virtutes cæteras munimine ſuæ perfectio
nis ſolidans. Quiſquis in eius radice ſe
inſerit, nec à viriditate deficit, nec à fru-
ctibus euaneſcit, quia fœcūditatis opus
efficaciter non amittit. De hac Iſidorus
ait: Nullum præmium pēſatur, ſine amo
re charitatis: quamuis recte credat, tamē
ſine charitate ad beatitudinem perueni-
re non poteſt. Quia tanta eſt charitatis
virtus, vt etiam prophetia & martyrium
ſine illa nil eſſe credatur. Charitas omni
um virtutum obtinet principatum. Vn-
de & vinculum dilectionis ab Apoſto- Col. 3
lo dicitur, quia vniuerſæ virtutes eius
vinculo religantur. Dilige ergo domi
num vt eligas, dilige melius vt ſalubre
degas. Dilige Deum vt eligas eſſe cum
Deo, dilige melius, vt vnus ſias cum eo.
Per dilectionem ergo diligas, quod di-
ligis, ſi tutius peruenire cupis, & feſtina
vt apprehendas. Ergo per dilectionem
curris, per dilectionem apprehendis.
Item quo plus diligis, eo & amplius
amplecteris. Ergo per dilectionem ſupe
rius vide de quo tibi dilectio ipſa eſt. Di-
lectio ipſa eſt curſus, ipſa eſt peruentio,
ipſa eſt permanſio, ipſa eſt beatitudo. Di
lige ergo Deum, elige dominum, curre,
apprehende, poſſide, fruere. Hæc eſt via
ſuperexcellens, via ſupereminens, vias
diſtortas dirigens, vias rectas oſten-
dens.

Hæc eſt charitas, quæ tantum in De- Charitas Dei quāta
um præualuit, quod eum de ſede ſuper-
næ maieſtatis ad infirmitatem noſtræ hu
manitatis adduxit: vulnerauit impaſſibi
lē, ligauit inſuperabilem, traxit incōmu-
tabilem, æternum fecit mortalē. Si tātum

potuit

potuit charitas in Deum, quantum homo deberet poſſe in ſeipſum? Si Deus ꝓpter hominem tãta pertulit, quid homo propter Deum tolerare recuſabit? Pudeat te o homo non ſubijci charitati, quæ ſibi ſubiecit autorem mundi, non pudeat ſubijci charitati lutum, quę ſibi ſubiecit & figulum. Hæc non æmulatur, non agit perperam. Ab illo in quo habitat, radicem vitiorum extirpat. Charitas omnium virtutum eſt origo, charitas mentem hominis illuminat, conſcientiã mũdat, animam lætificat, Deum demõſtrat. Animam in qua charitas habitat, ſuperbia non inflat, inuidia non deuaſtat, ira non vexat, auaritia nõ excæcat, triſtitia mala non diſſipat, gula non inflammat, luxuria non coinquinat. Semper mũda eſt, ſemper quieta, ſemper caſta, ſemp læta, ſemper pacifica, ſemper benigna, ſemper modeſta. In aduerſis ſecura, in proſperis non elata. Hęc crux ſpiritualis eſt, quam quilibet portare tenetur, vt tollendo hanc crucem, Chriſti veſtigia ſequatur: cuius altitudo erigitur ad Deum, latitudo extenditur vſq; ad inimicum, longitudo ad vitæ terminum, eius profunditas diuinę ſapit bonitatis immenſum. Hæc eſt charitas quę pugnanti eſt meritum, triumphanti præmium, quæ ſic inchoatur in via, quod cõſummatur in patria. Hæc eſt ignis in Sion & caminus in Hieruſalem. Charitas quaſi Trinitatem creatam parit: in qua Trinitate quaſi pater eſt dilectio Dei, à quo procedit dilectio, qua ſe homo diligit, tanquam proles à parente: ab vtroq; vero dilectio proximi procedit, quaſi ſpiritus ſanctus ab vtroq;. Iſtæ dilectiones ſunt in vna ſubſtantia charitatis, ſed diuerſæ in propria perſona.

1.Cor.13

Eſaiæ 31

Caue ergo o homo, ſi dilectionem ſectari velis, ne vmbra dilectionis fallaris. Eſt enim dilectio fortunæ, quę cum proſperitate aduenit, & in aduerſitate recedit. Hac Deũ diligit homo carnalis, qui Deum laudat ſolum, cum benefecerit ei. Eſt dilectio naturæ, qua naturam ſuam Deumq; ſenſualiter diligit. Eſt dilectio gratiæ, quæ ſola habet quod Deum diligit, vt in præmiũ habeatur. Prima eſt deficiens, ſecunda faciens, tertia deficiens. Prima eſt charitatis, ſecunda ſenſualitatis, tertia rationis. Prima falſitatis, ſecunda humilis peccatoris, tertia iuſtificati hominis. O homo conſidera quàm dulcis eſt amor Dei, quã impurus ſit amor huius ſeculi. Amor Dei mater eſt omnium virtutũ: amor ſeculi mater eſt omnium vitioꝝ. Apud iſtum amorẽ imperfecta ſunt omnia, apud illum perfecta ſunt cuncta.

Dilectio vt ſit.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMInis tertij, in libros ſex myſteriorum euangelicæ legis ac ſacramenti Euchariſtiæ,

PROLOGVS.

TRIA SVNT IN QVIbus præcipue diuina lex conſiſtit, Mandata, Promiſſa, & Sacramenta. In mandatis eſt meritum, in promiſſis eſt præmium, in ſacramentis eſt adiutorium. Sacramentis enim ad vtrunq; iuuamur, & ad exequẽdum mandatum, & ad obtinendum promiſſum. Verum inter omnia ſacramenta illud conſtat eſſe pręcipuum, quod in officio Miſſæ ſupra mẽſam altaris ſacratiſſime celebratur: illud Eccleſiæ repræſentans conuiuium, in quo filio reuertenti pater occidit vitulum ſaginatum, panem vitæ proponens, & vinum quod miſcuit ſapientia. Lex diuina in tribus conſiſtit. Lucæ.15 Ioan.6 Pro.9

Hoc autem officium ipſe Chriſtus inſtituit, cùm hæredibus ſuis nouum condidit teſtamentum, diſponens eis regnum, ſicut pater ſuus ſibi diſpoſuit, vt ſuper menſam eius edant & bibãt in regno ſuo, quod Eccleſia conſecrauit. Cœnantibus enim illis accepit Ieſus panem, & gratias agens, benedixit ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & comedite. Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Inſtitutio Miſſæ. Lucæ.22 Lucæ.22 Matt.26 Mar.14 Lucæ.22

Hac igitur inſtitutione formati cœperunt apoſtoli ſacroſanctũ myſterium frequẽtare, eam, quam Chriſtus expreſſerat, & formam ſeruantes in verbis, & materiam tenentes in rebus, ſicut Apoſtolus Corinthijs proteſtatur: Ego (inquit) accepi a domino, quod & tradidi vobis: quoniam dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate. Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. Miſſa ab apoſtolis celebrata 1.Cor.11

Primus ergo beatus Petrus apoſtolus miſſam Antiochiæ dicitur celebraſſe, in qua tres tantum orationes in primordio naſcentis Eccleſiæ dicebantur. Cætera vero diuerſis temporibus & a diuerſis perſonis leguntur adiecta, prout Chriſtianæ religionis cultu creſcẽte, viſa ſunt decentius conuenire. S. Petrus

Optime disposit̃ Missæ offi cium — Hoc enim officium tam prouida reperitur ordinatione eſſe diſpoſitum, vt quæ per Chriſtum geſta ſunt & in Chriſtum, ex magna parte contineat, ex quo Chriſtus de cœlo deſcendit, vſque dum aſcendit in cœlum: & ea tam verbis, quã ſignis admirabili quadam ſpecie repræſentat. (Miſſa conſiſtit in quatuor.) Ipſum autem officium conſiſtit in quatuor, ſcilicet, In perſonis, Operibus, Verbis, & Rebus. Tres autem ſunt ordines perſonarũ: Celebrantes, miniſtrantes, & circunſtantes. Tres operum ſpecies, ſcilicet, Geſtus, actus, & motus. Tres diuerſitates verborum, videlicet, Orationes, modulationes, & lectiones. Tres rerũ materies, (materies.) ſcilicet, Ornamenta, inſtrumenta, & elementa.

(Omnia quæ in miſſa ſunt myſterijs plena ſunt) Hæc omnia diuinis ſunt plena myſterijs, ac ſingula cœleſti dulcedine redundantia: ſi tamen diligẽtem habeant inſpectorem, qui norit ſugere mel de petra, oleumq́; de ſaxo duriſſimo. Quis autem nouit ordinem cœli, & ponet rationes eius in terra? (Deu. 32) Puteus altus eſt, & in quo hauriam aquam non habeo, niſi porrigat ille qui dat omnibus affluenter, & non improperat, (Iob. 38) vt inter medium montium trãſeuntem hauriam aquam in gaudio de fontibus ſaluatoris. (Ioan. 4, Iaco. 1, Pſal. 103, Eſa. 12) Pulſans ergo pulſabo, ſi forte clauis Dauid aperire dignetur, vt introducat me rex in cellam vinariam, in qua mihi ſupernum demõſtret exemplar, quod Moyſi fuit in monte monſtratũ, (Inuocatio, Apoc. 3, Can. 1, Exo. 25) quatenus ſacroſanctum altaris officium eo valeam reuelãte diſſerere, qui linguas infantium facit eſſe diſertas, (Sap. 10, Ioan. 3, 1. Cor. 12) cuius ſpiritus vbi vult ſpirat, diuidẽs ſingulis prout vult, ad laudẽ & gloriam Trinitatis, ad profectum & vtilitatem legentium, ad meorum veniam & indulgentiam peccatorum.

(Humilis & pia proteſtatio autoris) Si quid ergo dignum in hoc reperietur opuſculo, diuinæ gratiæ penitus adſcribatur. Nam omne datum optimum, & omne donum perfectum, de ſurſum eſt, deſcendens a patre luminum. (Iaco. 1) Si quid indignum, inſufficientię deputetur humanæ. (Sap. 9) Nam corpus quod corrũpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Conſuetudinem autem apoſtolicæ ſedis, non illam quam olim legitur habuiſſe, ſed eam quam nunc habere dinoſcitur proſequendam propoſui, quæ diſponente domino cæterarum Eccleſiarum mater eſt & magiſtra.

MY.

MYSTERIORVM EVANGElicæ legis ac ſacramenti Euchariſtiæ,.

LIBER PRIMVS.

De ſex ordinibus clericorum Cap. I.

QVum apoſtolicæ ſedis Antiſtes celebriter agit miſſarũ ſolennia, ſex habet ſecum ordines clericorum, id eſt, Epiſcopos, Presbyteros, Diacones, Subdiacones, Acoluthos, & Cantores, ipſo numeri ſacramento perfectionem huius officij manifeſtãs. Senarius enim numerus eſt perfectus, eo quod redditur ex ſuis partibus aggregatis. Vnde ſexto die perfecit Deus cœlum & terram & oẽm ornatum eorum, & quum in plenitudine tẽporis ſexta veniſſet ætate, ſexta quoque die, ſub hora ſexta, genus redemit humanum. Sed & ſex ordines miniſtrorum legimus in veteri teſtamento: Põtifices, Sacerdotes, Leuitas, Nathinnęos, Ianitores, & Pſaltes, quos ex maiori parte diſtinxit Artaxerxes in epiſtola quam Eſdræ ſcribæ direxit: Notum (inquit) facimus de vniuerſis Sacerdotibus & Leuitis, Cantoribus, Ianitoribus, Nathinnęis & miniſtris domus Dei, vt eis vectigal & tributũ & annona nullatenus imponatur.

Senarius numerus perfectus eſt

Gen. 1

Galat. 4

Sex ordines miniſtrorũ veteris teſtamenti.

1. Eſ. 7

De Primicerijs & cantoribus,

Cap. II.

Inſtitutio Canticorum per Dauid.

DAuid prophetarum eximius, volens cultum Dei ſolẽnius ampliare, cantores inſtituit, qui coram arca fœderis domini muſicis inſtrumẽtis & modulatis vocibus decantarent, inter quos præcipui fuerunt Heman, Aſaph & Hethan. Sed om̃ium primus Heman, cuius vicem nunc in Eccleſia obtinet primicerius, qui cantoribus eſt prælatus. Vnde legitur in Paralipomenõ: Iſti ſunt quos conſtituit Dauid ſuper cantores domus domini, ſtantes iuxta ordinem ſuum in miniſterio, de filijs Caath, Heman cantor filius Ioel: & à dextris eius Aſaph filius Barachię, ad ſiniſtram autem Ethan filius Chuſi. Debent ergo cantores conſonis vocibus & ſuaui modulatione cõcinere, quatenus animos audientium ad deuotionem Dei valeant excitare.

1. Par. 6

Heman Aſaph Ethan

De acoluthis, quod ſit eorum miniſterium.

Cap. III.

AColuthi vero, qui Latine Ceroferarij nuncupantur, ab Aaron & filijs eius miniſterij ſui ſumere poſſunt exemplum. Scriptũ eſt enim in Exodo: Præcipe filijs Aaron, vt offerant oleũ de arboribus oliuarum puriſſimum, piloq; cõtuſum, vt ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij: & collocabunt eã Aaron & filij eius, & vſq; mane luceat coram domino. Quod ergo tunc ſacerdotes agebant, hoc nunc acoluthi faciunt in miniſterio lucernarum. Multa quippe non ſolum in nouo, ſed & in veteri teſtamento legi Moyſi ſupaddita legimus & mutata. Vnde Dauid in libro Paralipomenon dixiſſe narratur: Non erit officij Leuitarum, vt vltra portent tabernaculum & omnia vaſa eius ad miniſtrandum. Acoluthi cereos ferunt accenſos, dum legitur Euangelium: non vt tenebras aeris illuminẽt, ſed vt proximis opera lucis oſtendant.

Exo. 27

Multa per tempus ſuperaddita aut mutata ſunt.

1. Par. 23

Hoc officiũ dñs teſtat ſe habere, cũ dicit: Ego ſum lux mũdi. Qui ſequit me, non ambulat in tñbris, ſed habebit lumẽ vitę.

Ioã. 8

De ſubdiaconibus. Cap. IIII.

SVbdiacones Nathinnæorum vices in Eccleſia repręſentant. De quibus in Eſdra legitur, qd Dauid dederat Nathinnæos ad miniſteria Leuitarum. Vnde Græce dicuntur, hypodiacones; ex q̃rum ordine fuit ille Nathanael, quẽ dominus in Euangelio commendauit: Ecce, inquiens, vere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Nathinnęi vero dicuntur, id eſt, in humilitate domino ſeruiẽtes. De quibus recte patribus placuit, vt qui ſacra myſteria contrectant, legem continentiæ debeant obſeruare, ſicut ſcriptum eſt in propheta: Mundamini qui fertis vaſa domini.

1. Eſd. 2

Ioan. 1

Nathinęi

Eſa. 52

Horum officio dominus vti dignatus eſt, quando facta cum diſcipulis cœnã, mittens aquam in peluim, lauit pedes di-

ſcipulorum,&lintheo,quo erat præcin-
ctus,extterſit.

De diaconibus. Cap. V.

ORdo diaconorum à tribu Leui
ſumpſit exordium. Vnde domi-
Num. 3 nus ad Moyſen locutus eſt, dicens: Ap-
Leuitæ plica tribum Leui,& fac ſtare in conſpe-
ctu Aaron ſacerdotis,& miniſtrent ei &
excubent,& obſeruent quicquid ad cul
tum pertinet multitudinis coram taber-
naculo teſtimonij,& cuſtodiant vaſa ta-
bernaculi in miniſterio ſeruientes. A vi-
gintiquinq; annis & ſupra, iuſſi ſunt in
tabernaculo ſeruire, tanquam ætatis ad
onera portanda robuſti,qui poſſint ar-
cam fœderis, menſam propoſitionis,&
Diacones vaſa tabernaculi deportare. Quod etiam
in nouo teſtamẽto recolitur,quum dia-
conibus ſupra ſiniſtrum humerum ſto-
la imponitur, & in diebus ieiunij ſupra
eundem humerum caſula complicatur.
Quia quicquid laboris in hac vita ſuffe-
rimus,tãquam in ſiniſtra portamus,do-
nec à ſiniſtra tranſeamus in dextram, in
qua requiem habeamus.

Hinc etiam Diaconi Cardinales men
ſam Lateranenſis altaris ſupra humeros
ſuos in die cœnæ deportant,& reportãt
in ſabbato: ſemper ipſi ſummum Pon-
tificem velut arcam fœderis Leuitæ por
tantes. Cæterũ in nouo teſtamento ſum
pſit initium ab apoſtolis, qui ſeptem vi-
7. Diaconi ros boni teſtimonij, plenos ſpiritu ſan-
Acto. 6 cto,diacones elegerũt,oratione præmiſ
ſa,per impoſitionem manuum ordinan
tes. Hi ſunt in Apocalypſi ſeptem angeli
Apoc. 8 tuba canentes. Hi ſeptem candelabra au
rea,hi voces tonitruorum,qui pacem an
nunciant,prædicant Euangelium,men-
ſam componunt,offerũt Euchariſtiam,
&c. Quæ licet humiliter,tamen excellen
ter ad eorum ſpectant miniſterium.

Hoc officium Chriſtus exercuit,quan
Matt. 26 do poſt cœnam ſacramenta cõfecta pro
Lucæ. 22 prijs manibus diſpẽſauit,&cum dormi-
entes excitauit apoſtolos ad orandum:
Vigilate,inquit,& orate,vt non intretis
in tentationem.

De maioribus & minoribus ſacerdotibus.
Cap. VI.

SAcerdotalis ordinis inſtitutio à ve-
teri lege ſumpſit originem,ſecundũ
Exo. 28 quod legitur dñs Moyſi pcepiſſe: Appli
ca,inquit, Aaron fratrem tuũ ad te cũ ſu
is filijs,de medio filioꝝ Iſrael,vt ſacerdo
tio fungãtur mihi. Verũtñ ante legem
ſacerdotes fuiſſe leguntur. Vñ Melchiſe
dec ſacerdos dei altiſſimi legitur extitiſ-
ſe:cui decimas ex oĩbus ſpolijs, tãquam Gen. 14
ſacerdoti Abraham perſoluit. Erant aũt Heb. 7
multi minores ſacerdotes,quos Nazarę
os cõmuniter appellabãt. Vnus aũt erat Nazarei
ſummus ſacerdos,quem vocabãt ſpecia
liter Arabarchũ. Porro Dauid XXIIII. ſa imperiali ter.
cerdotes inſtituit,XVI. de Eleazar,& o- 1. Par. 24
cto de Ithamar:quibus tamen omnibus
vnum pſecit,quem ſtatuit principem ſa-
cerdotũ. Singulis aũt per ſortes vicis ſuę
diuiſit hebdomadas, quaꝝ octaua pro-
uenit Abiæ, de cuius genere Zacharias Lucæ. 1
pater Ioannis Baptiſtę deſcendit. Veꝝ in
nouo teſtamento Chriſtus ipſe maiores Matt. 10
& minores ſacerdotes inſtituit,ſ. duode Lucæ. 10
cim apoſtolos,& LXXII. diſcipulos, q̃s
præmittebat binos in oẽm ciuitatem &
locum q̃ erat ipſe venturus. Sicut enĩ põ Sacerdot. diſtinctio
tifices ſummos Moyſes regendis popu-
lis in lege præfecit,ſed ad eoꝝ ſocietatis
& operis adiutoriũ,ſequentis ordinis vi
ros,& ſecũdæ dignitatis elegit. (Nam in
Eleazaro & Ithamar filijs Aaron,pater-
næ transfudit plenitudinis abundantiã,
vt ad hoſtias ſalutares & frequẽtioris of
ficij ſacramenta,miniſteriũ ſufficeret ſa-
cerdotum. Et in eremo per LXX. virorũ Num. 11
prudentiũ mentes Moyſi ſpiritũ propa-
gauit,qbus ille vſus in populo,innume-
rabiles multitudines facile gubernaret.)
Sic & Chriſtus apoſtolis ſuis diſcipulos
addidit,quibus illi ſuis prędicationibus
totum orbem impleuerunt. Apoſtoloꝝ
itaq; vices,maiores obtinent ſacerdotes,
id eſt,epiſcopi:diſcipulorum vero mino
res,id eſt,presbyteri.

De ſignificatione nominum epiſcopi & presbyteri. Cap. VII.

NOmẽ epiſcopi plus ſonat oneris,
quàm honoris. Epiſcopus Græ-
ce ſuperintẽdens interptatur Latine, ſpe Epiſcop⁹
culatoris gerens officiũ, iuxta q̃d dñs in
quit pphetæ: Fili hoĩs, ſpeculatorẽ dedi Ezech. 3
te domui Iſrael, vt plebi ſibi cõmiſſę non
negligẽter intẽdat,ſed diligẽter pſpiciat.
Ob hoc,inquit Apoſt. Qui epiſcopatum 1. Tim. 3
deſiderat,bonũ opus deſiderat. Nõ dicit
honorẽ,ſed opus:qm̃ epiſcopus,nõ tam
vt

Presbyter vt prę̄ſit q̄ vt proſit eligitur. Presbyter au
tē non ab ætate dicitur, ſed à prudentia.
Presbyter eñ Græce, Latine ſenior intel
ligit. Senectus eñ venerabilis eſt, nō diu
Sap.4 turna, nec annoꝝ numero cōputata: ſed
cani ſenſus ſunt hoīs, & ætas ſenectutis
vita immaculata. Nā & dominus inquit
Num.11 ad Moyſen: Congrega mihi ſeptuagin-
ta viros de ſenioribus Iſrael, quos tu no
ſti, quod ſenes populi ſint & magiſtri.

De primatu Romani pontificis.

Cap. VIII.

Primatus Petri. OMnibus aūt apoſtolis Chriſtus
vnum præpoſuit, videlicet Petrū,
cui totius Eccleſiæ principatum, & ante
paſſionem, & circa paſſionē, & poſt paſ-
ſionem commiſit. Ante paſſionem, cum
Matt.16 dixit: Tu es Petrus, & ſuper hāc petram
ædificabo Eccleſiam meam, & portæ in-
feri non præualebunt aduerſus eam: &
tibi dabo claues regni cœlorū. Licet eñ
vniuerſis apoſtolis communiter dixerit,
Ioan.20 Quorum remiſeritis peccata, remittūtur
eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt:
Matt.16 principaliter tamē Petro cōceſſit, Quod
cunq; ligaueris ſuper terrā, erit ligatum
& in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſuper
terram, erit ſolutū & in cœlis. Petrus po-
teſt ligare cæteros, ſed ligari non poteſt
à cæteris. Nā & illis particulariter dictū
eſt: Quoꝝ remiſeritis peccata, remittun-
tur eis. Huic autem vniuerſaliter dicitur:
Quodcunq; ligaueris, &c̄. Circa paſſio-
nem vero, cum pluraliter dixiſſet de om
Lucæ.22 nibus, Simō, ecce Satanas expetiuit vos,
vt cribraret ſicut triticum: ſingulariter ta
mē pro Petro ſubiunxit: Ego aūt pro te
rogaui, vt nō deficiat fides tua. Statimq;
ſubiūxit: Et tu aliqñ conuerſus cōfirma
fratres tuos. Ad Petrū igitur tanq̄ ad ma
giſtrum pertinet cęteros confirmare, cu
ius fides in nulla tētatione defecit. Fides
enim Apoſtolicæ ſedis ſuper firmam pe
tram ſtabili ſoliditate fundata, nullis vn
quam erroꝝ ſordibus potuit inquinari:
ſed abſq; ruga manens & macula, pro ne
ceſſitate tempoꝝ, à cęteris maculas deter
Ioan.21 ſit errorum. Poſt paſſionem aūt, cum ter
tio quæſiſſet à Petro, Simon Ioannis, di-
Petrus ca put aliorū ligis me plus his? & ille tertio reſpondiſ-
ſet, Domine tu ſcis, quia amo te, Tertio-
que præcepit: Paſce oues meas: ſtatimq;
Ioan.3 ſubiūxit, Sequere me. Petrus enim ſecu-
tus eſt Chriſtum, nō ſolum genere mar-
tyrij, ſed & in ordine magiſterij. Quod
Chriſtus oſtēdit, cum ait: Tu vocaberis
Cephas. Licet enim Cephas ſecundum
vnam linguam interpretetur Petrus, ſe-
cundum alteram tamē exponitur caput.
Nam ſicut caput habet plenitudinē ſen-
ſuum, cætera vō mēbra partem recipiūt
plenitudinis: ita cæteri ſacerdotes voca-
ti ſunt in partem ſolicitudinis, ſed ſum- Precipue vbique petrus tuus
mus Pōtifex aſſumptus eſt in plenitudi-
nē poteſtatis. Hinc eſt etiā, ꝙ nō ſine ma
gni myſterij ſacramēto, cū Chriſtus vni
uerſos interrogaſſet apoſtolo, Vos aūt
quē me eſſe dicitis? ſolus Petrus, quaſi pri Matt.16
mus & potior reſpondit pro omnibus:
Tu es Chriſtus filius Dei viui. Cunq; ti- Ibid.14
more piculi cūcti ſimul exterrerētur apo
ſtoli, ſolus Petrus deſcendit intrepidus,
vt ſuper vndas maris ad dominū ambu-
laret. Et cū multi diſcipuloꝝ abijſſent re
tro, dicentes, Durus eſt hic ſermo, dixit Ioan.6
Ieſus ad duodecim: Nunq̄d & vos vultis
abire? Reſpōdit ei Simō Petrus: Dn̄e, ad
quē ibimus? Verba vitæ æternę habes. &
nos credimus & cognouimus, quia tu es
Chriſtus filius Dei. Cunq; Ieſus reſpexiſ
ſet diſcipulos, ait Simoni Petro: Si in te Matt.18
peccauerit frater tuus, vade & corripe eū
inter te & ipſum ſolū, &c̄. Cui cū Petrus
dixiſſet: Dn̄e, quoties peccabit in me fra
ter meus, & dimittam ei? vſq; ſepties? Re-
ſpondit illi Ieſus, Non dico tibi vſq; ſe-
pties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties: & cum
omnes apoſtoli fugam arriperent, ſolus Lucæ.22
Petrus educens gladium, percuſſit ſeruū
Pontificis, & dextram eius abſcidit auri
culam. Cūq; poſt reſurrectionem alij di
ſcipuli nauigio veniſſent ad dn̄m, Petrus Ioan.21
ſuccingens ſe miſit in mare, vt inter vn-
das ad ipſum accederet. Quapropter &
Chriſtus, cū reſurrexiſſet à mortuis, pri-
us ſe Petro, q̄ cæteris oſtendit apoſtolis:
quia ſecundum Apoſtolum viſus eſt Ce
phæ, poſt hoc vndecim. Deinde viſus eſt 1.Cor.15
plus quàm quingentis fratribus ſimul.

De conuenientia et differentia poteſtatum inter epiſcopos et presbyteros.

Cap. IX.

DIffert aūt inter epiſcopos & preſ-
byteros, quia ad omnes ſacerdo-
tes communiter pertinet, catechizare, ba
ptizare, prædicare, cōficere, ſoluere & li-

gare. Sed ſpecialiter ad pōtifices ſpectat, clericos ordinare, virgines benedicere, pontifices conſecrare, manus imponere, baſilicas dedicare, degradandos deponere, ſynodos celebrare, chriſma conficere, veſtes & vaſa cōſecrare. Vnguntur autem manus presbyteri ab epiſcopo, vt cognoſcant hoc ſacramento ſe per ſpiritum ſanctum ſuſcipere gratiā conſecrandi. Vnde cum eas vngit epiſcopus, dicit: Conſecrare & ſanctificare digneris dn̄e manus iſtas, per iſtam vnctionem & noſtrā benedictionē: vt quæcunq; cōſecrauerint, conſecrentur: & quæcunq; benedixerint, benedicantur in nomine dn̄i. Vnguntur etiam manus presbyteris, vt opera miſericordiæ pro viribus ad om̄es debeant exercere. Per manus enim opera, per oleum miſericordia deſignatur. Vnde Samaritanus appropians vulnerato, vinum ſuperinfudit & oleum. Veruntamen & maiores & minores ſacerdotes communiter in quibuſdam vices gerunt ſummi pōtificis, id eſt, Chriſti, dum pro peccatis obſecrant, & peccatores per pœnitentiam reconciliant. Vnde dixit Apoſtolus: Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanq̄ Deo exhortāte per nos. Obſecramus ergo pro Chriſto, reconciliamini deo. Mediatores em̄ ſunt ſacerdotes inter deū & hoīes, dū pręcepta dei populo deferunt p̄dicando, & vota populi Deo porrigūt ſupplicando. Quocirca tales debent exiſtere ſacerdotes, vt & deo ſint grati, & hominibus ſint accepti. Nam vt inquit Alexander papa, Chriſti ſacerdotes quāto digniores fuerint, tāto facilius in neceſſitatibus populi, pro quibus clamant, exaudiuntur. Et Apoſt. Mediator non eſt vnius. Diſcordes enim reconciliare non poteſt, qui ſimul vtriuſq; ſocietatis & amicitiæ vinculo non eſt concors. Si enim is qui diſplicet, ad intercedendū mittat, irati animus ad deteriora p̄uocatur. Hi poſt inuocationem ſancti ſpiritus ſuper vtrunq; humerū ſtolam accipiunt, vt ex hoc intelligāt, ſe per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris eſſe munitos. Quatenus nec aduerſis frangantur, nec proſperis eleuentur. Vnde cū ſtolam accipiunt, dicit illis Epiſcopus: Accipite iugum dn̄i, iugum em̄ eius ſuaue eſt, & onus eius leue. Suaue eſt in proſperis, leue eſt in aduerſis. Accipiunt ꝗq; Calicem & patenā de manu Pōtificis, quatenus his inſtrumētis poteſtatē ſe accepiſſe agnoſcāt, placabiles hoſtias offerēdi. Vn̄ cū hęc epiſcopus tribuit, Accipite, inqt, poteſtatē offerendi ſacrificiū Deo, miſſamq; celebrādi, tam pro viuis q̄ pro defunctis in nomine domini.

Vnctio manuum.

Lucæ. 10

Sacerdotes gerunt vices Chriſti.

2. Cor. 5

Gal. 3

Stola ſup vtrūque humerū.

2. Cor. 6

Matt. 11

Officio ſacerdotis vſus eſt dn̄s Ieſus Chriſtus, qn̄ poſt cœnam panē & vinum in corpus & ſanguinē ſuū diuina virtute conuertit. Accipite, inquit, & comedite: Hoc eſt corpus meum. Hoc facite in meam cōmemorationem. Excellentius aūt vſus eſt hoc officio, quum pro pc̄tis humani generis ſeipſum in ara crucis obtulit, idem ipſe ſacerdos & hoſtia.

Matt. 26

De communibus & ſpecialibus indumentis pontificum & ſacerdotum. Cap. X.

HAec autem communitas & ſpecialitas poteſtatum inter Epiſcopos & Presbyteros, ipſo numero communium & ſpecialium veſtiū deſignatur. Sex autem ſunt indumenta communia Epiſcopis & presbyteris: videlicet Amictus, Alba, Cingulū, Stola, Manipulus & Planeta. Quia nimirum ſex ſunt, in quibus communis Epiſcoporum & presbyterorum poteſtas conſiſtit: videlicet catechizare, baptizare, prædicare, conficere, ſoluere & ligare.

Nouem autem ſunt ornamenta Pontificum ſpecialia: videlicet Caligæ, Sandalia, Succinctorium, Tunica, Dalmatica, Mitra & Chirothecæ, Annulus & Baculus. Quia munia nouem ſunt, in quibus ſpecialis Epiſcopoꝝ poteſtas conſiſtit: videlicet clericos ordinare, Virgines bn̄dicere, Pontifices conſecrare, Manus imponere, Baſilicas dedicare, degradandos deponere, ſynodos celebrare, Chriſma conficere, Veſtes & vaſa conſecrare.

Nouē ornamenta & officia ſpecialia pontificū.

Pallium autem Metropolitanorum & Primatum & Patriarcharum eſt proprium, vt. ſ. per illud à cęteris Epiſcopis diſcernant, & priuilegiatā obtineant dignitatem. Hoc ergo tam in nouo quàm in veteri teſtamento legitur conſtitutum, vt Pontifices præter communes veſtes habeant ſpeciales. Sed ibi erant quatuor communes & quatuor ſpeciales: hic au-

hic autem ſex ſunt communes, nouem
autem ſpeciales. Id enim myſtica ratio
poſtulabat. Nam illę datæ ſunt carnali-
bus & mundanis: hæ autem datæ ſunt
ſpiritualibus & perfectis. Quaternarius
Quaternarius numerus q̃d myſtice. enim conuenit carni propter quatuor
humores, & Mundo propter quatuor
elemēta. Senarius autem perfectis, quia
numerus eſt perfectus, qui redditur ſuis
Gen. 1 partibus aggregatis. Vnde ſexto die per
fecit Deus cœlum & terram, & omnem
ornatum eorum. Nouenarius ſpiritua-
Ezech. 28 libus, quia nouem ſunt ordines angelo-
rum, qui ſecundum prophetam per. ix.
ſpecies lapidum deſignantur. XV. ergo
ſunt ornamenta pontificis. xv. gradus
virtutum ipſo numero deſignantia, q̃s
per. xv. cantica graduum Pſalmiſta di-
ſtinxit. Veſtes enim ſacerdotales virtu-
Pſal. 131 tes ſignificant, quibus debent ſacerdo-
tes ornari, ſecūdum illud propheticum:
Sacerdotes tui induantur iuſtitia, & ſan-
cti tui exultent.

De legalibus indumentis ſecundum Hiſtoriam.

Caput. XI.

Vide Exo. 28. p tota. Quatuor indumēta ſacerdotalia. QVatuor erant indumenta legalia,
tam minoribus ſacerdotibus quā
principi ſacerdotum communia. Primū
dicebatur Manathaſim hebraice, græce
περιζώματα, & latine fœmoralia dici po
teſt: de byſſo retorta contextum. Secun-
dum Cathemone, quod nos lineam ſi-
ue ſubuculam, ſed Moyſes Abanec ap-
pellauit. Hebræi vero diſcedentes à Ba-
bylonijs, Emiſſan eam vocauerunt, erat
que byſſinum & duplex. Tertium Bal-
thæus, id eſt, zona vel cingulum, latum
quaſi digitis quatuor, ſic reticulatum, vt
quaſi pellis viperea videretur, contextū
de byſſo, cocco, purpura & hyacintho.
Quartum Thyara, quod Hebræi Mane
phei, nos autem infulam appellamus,
à cydari, id eſt, mitra Pontificali pluri-
mum differens, quaſi formam rotundæ
caſſidis repræſentans.

Quatuor pontificalia Super hæc, quatuor proprijs indumē
tis pontifex vtebatur. Primum erat tuni
ca hyacinthina, quā Hebræus dixit Na-
thir, Græcæ dicit ποδήρης, Latinæ talaris
veſtis. Habebat autem pro fimbrijs ma-
lagranata cū octuaginta tintinnabulis
aureis, interſcalari modo diſpoſita, vt au
diret ſonus, cū pontifex ingrederet ſan
ctuarium, ne forte moreretur. Secundū
erat Ephot, id eſt, ſuphumerale, de qua-
tuor prædictis coloribus auroq; conte-
xtum, ſine manicis, ad modum colobij,
habens aperturam in pectore quadram,
ad magnitudinem palmi. In qua λογίον
eiuſdem menſuræ inſerebatur, In cuius
parte ſuperiori, videlicet ſuperhumeros,
infibulati erant auro duo lapides Ony-
chini, quibus duodecim nomina filio-
rum Iſrael erant inſculpta, ſex in vno, &
ſex in altero. Quod autem Samuel & Da-
uid induti leguntur Ephot, aliud erat li-
neum: & proprie quidem Ephobar dice
batur. Tertium Hebraice dicebatur Heu
ſen, Græce λογίον, Latine vero Rationa-
le vocatur, quod pontifex ferebat in pe-
ctore. Dictum eſt autem rationale iudi-
cij, quia ibi erat lapis in cuius ſplendore
Deum ſibi eſſe propitiū cognoſcebant.
Erat autem rationale quadrangulum
duplex, de quatuor prædictis coloribus
auroque contextum, habens duodecim
lapides per ordines quatuor. In primo
Sardium, Topaſium & Smaragdum. In
ſecundo Carbunculum, Saphirum &
Iaſpidem. In tertio Ligurium, Achatem,
& Ametyſtum. In quarto Chryſolitum,
Onychium, & Berillum. In quibus erant
ſcripta duodecim nomina filiorum Iſra
el. In ſingulis ſingula. Erant etiam in eo
ſcripta hæc duo nomian Purim & Ty-
nim, id eſt, veritas & doctrina. Inſereba-
tur autem λογίον ſuperhumerali, à ſupe-
riori parte per duos annulos & duas ca-
thenulas aureas, immmiſſas duobus vn
cinis, qui ſub duobus prædictis Ony-
chinis, in ſuperhumerali continebantur
infixi. Ab inferiori vero parte per duos
annulos aureos cum duabus iūcturis ſi
ue cathenis Hyacinthinis colligabatur
Ephot. Vltimum vero capitis ornamentū
erat Cydaris, id eſt, mitra in acutū proce
dens, habens circulum aureum cum ma
lagranatis & floribus. De qua ſuper fron
tē pendebat aurea lamina, quā Petalū di
cūt, ad modū lunę dimidię. In q̃ ſculptū
erat*Aioth Adonai. i. ſanctū nomē dñi lego hagi os.
Tetragrāmaton, id eſt, quatuor literarū,
Ioth, He, Vau, Heth. Ne vero quū moue
bat pōtifex, moueret & lamina, colliga-
bat vitta ſeu iunctura Hyacinthina ꝑſpi
cua, q̃ ſummitates poſterius diffūdebat.

Noſter ergo pontifex pro fœmoralibus habet ſandalia, pro linea Albam, pro baltheo cingulum, pro podere tunicam, pro Ephot amictum vel ſtolam, pro λογίου pallium, pro Cydari Mitrã, pro lamina Crucem. Et quædam ex his diuerſam habent formam ab illis, ſed ſecundum figuram eandem.

De tipo ſegalium indumentorum ſecundum Allegoriam. Caput. XII.

HIs veſtibus ornatus pontifex, totius orbis præferebat imaginem. Fœmoralia namque Byſſina cõgrue terram figurabãt, quia Byſſus de terra procedit. Baltheus cũ vittis & vaſculis circumuolutionem Oceani deſignabant. Tunica Hyacinthina ipſq colore aera præferebat. Per Tintinnabula ſonitus tonitruorum. Per mala granata corruſcationes & ſulgura figurabantur. Quatuor minoris ſacerdotis & quatuor ſummi pontificis indumenta, quatuor Microcoſmi & quatuor Megacoſmi partes ipſo numero deſignabant, id eſt, quatuor humores & quatuor elementa. Ephot ſui varietate cœlũ ſydereũ oſtendebat. Quod autem erat aurũ intextum coloribus, figurabat, q̃d color vitalis penetrat vniuerſa. Duo lapides Onychini
forte calor
ſolẽ & lunã, vel duo Hemiſpheria denotabant, XII. gẽmæ pectorales, XII. ſigna
Rationale
in Zodiaco ꝑferebant. Rationale q̃dem, q̃d erat in medio, q̃a ratione plena ſunt vniuerſa, quo terrena cœleſtibus hærẽt. Imo ratio terrenorum & temporum & caloris & frigoris, & duplex inter vtrũque tẽperies, de cœli curſu & ratione deſcendit. Per annulos, cathenulas & vncinos, elementorũ, humorũ & temporum colligamenta ſignantur. Cydaris cœlũ Empyreum, Lamina ſuppoſita Deum ſignabat omnibus præſidentem. Hanc q̃dem Allegoriam libri ſapientiæ confir-
Sap. 18
mat autoritas, dicens: In veſte poderis quam habebat, totus erat orbis terrarũ, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius erat ſcripta.

De veſtibus legalibus ſecundum tropologiam. De fœmoralibus.
Caput. XIII.

HIs indumẽtis legalibus ſacerdos induebatur, hoc ordine. Lotis pri- Exo. 29
us manibus & pedibus induebat Manathaſim, id eſt, fœmoralia, figurans, quod ſacerdos mundatis operibus & affectibus, lachrymis pœnitẽtiæ, debet aſſume- Rom. 12
re continentiam, vt offerat hoſtiam immaculatam, ſanctam, Deo placentem. Noſter autem pontifex, quia iugem debet habere continentiam, non induit in ſacrificio fœmoralia, ſed ſandalia. Acſi dicatur: Qui lotus eſt, nõ indiget niſi vt Ioan. 13
pedes lauet, & eſt mundus totus.

De veſte linea. Cap. XIIII.

SEcundo induebatur Cathemone, id eſt, linea veſte: ſignificans, quod ſacerdos debet induere innocentiam, vt Matt. 7
quod ſibi non vult fieri, alij ne faciat. Linum enim propter candorem ſignificat innocentiam, ſecundum illud: Omni tẽ- Eccl. 9
pore veſtimenta tua ſint candida.

De Zona Caput. XV.

TErtio, cingebat ſe Baltheo, ſignificans caſtitatem, qua circa lumbos debet accingi, vt reſtringat concupiſcentiam. Vnde veritas ait: Sint lumbi veſtri Luc. 12
præcincti & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

De tunica Caput. XVI.

QVarto, induebat tunicam poderem, id eſt, talarẽ, ſignificans, q̃d pontifex debet induere perſeuerantiam: quia qui perſeuerauerit vſque in finem, Matt. 10
hic ſaluus erit. Per talum enim propter extremitatem, perſeuerãtia deſignatur, ſecundum illud: Ipſa conteret caput tu- Gen. 3
um, & tu inſidiaberis calcaneo eius.

De malagranatis & tintinnabulis aureis.
Caput. XVII.

DEpendebant autem pro fimbrijs malagranata cum tintinnabulis aureis. Per malagranatum intelligitur operatio. Per tintinnabulũ aureũ accipitur ꝑdicatio. Quæ duo debent in ſacerdote cõiungi, ne ſine illis ingrediẽs ſanctuarium, moriatur. Cœpit enim Ieſus facere & docere, ſacerdotibus relin- Act. 1
quens exemplum, vt ſequantur veſti- 1. Pet. 2
gia eius, qui peccatum non fecit, vt ſit honeſtas in conuerſatione: nec inuentus eſt dolus in ore eius, vt ſit veritas in prædicatione.

De

De ſuperhumerali. Cap. XVIII.

Quinto, induebat Ephot, id eſt, ſuperhumerale, ſignificans, quod
Lucæ.21 pontifex debet induere patientiam, vt in patiētia ſua poſſideat animam ſuam. Humeris enim onera ſupportamus, ſecundum illud: Suppoſuit humerum ſuum ad portandum, factusque eſt tributis ſeruiens. Gen.49

De duabus Oris. Caput. XIX.

Habebat autem duas oras coniunctas in vtroque latere ſummitatum, ſignificans, quod pontifex debet habere arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, vt non erigatur proſperis, nec deprimatur aduerſis. Exo.28 2.Cor.6

De duobus onychinis. Cap. XX.

Habebat autem & duos lapides Onychinos inſertos humeris. In quibus erant ſculpta. XII. nomina filiorum Iſrael: ſex in vno, & in ſex in altero. Per duos Onychinos ſignificatur veritas & ſynceritas. Veritas p claritatē, ſynceritas p ſoliditatem. Per filios Iſrael ſignificantur ſancta deſideria & iuſta opera, ſecundū illud: Maledictus homo qui non reliquerit ſemē in Iſrael. Per ſenariū numerū ſignificaſ pfectio, p eo q̄d Deus ſexto die perfecit cœlum & terrā & omnem ornatum eorum. Exo.28 Deut.7 Gen.2

De duodecim nominibus filiorum Iſrael. Cap. XXI.

Quod autem ſex nomina filiorū Iſrael ſculpta erāt in vno lapide, & ſex in altero, ſignificat quod deſideria ſacerdotis & opera perfici debent, nō in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis, vt ſynceritas formet intētionem, & veritas finem. 1.Cor.5

De duabus cathenulis. Cap. XXII.

Habebat & duas cathenulas auri puriſſimi, ſibi inuicem coherentes, quæ duobus inſerebantur vncinis: ſignificans, quod pontifex debet habere duos charitatis affectus, ad Deum ſcilicet & ad proximum. De quibus præcipitur: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo & in tota anima tua, & in tota mente tua, & proximum tuū ſicut teipſum. Sicut enim aurum præeminet vniuerſis metallis, ita charitas excellit vniuerſas virtutes. De qua dicit Apoſtolus: Horum maior eſt charitas. Deut.6 Matt.22 1.Cor.13

De duobus vncinis Cap. XXIII.

Duo Vncini ſunt intētio & finis, quibus cathenulæ inſeruntur, vt tam Deum quam proximum diligat, Deum propter ſeipſum, proximum propter Deum, ex puro corde, & conſcientia bona, & fide non ficta. 1.Tim.1

De rationali. Caput. XXIIII.

Sexto induebatur λογίον. i. Rationale, ſignificās, quod pōtifex debet in duere diſcretionem, per quam diſcernat inter lucem & tenebras, inter dextram & ſiniſtram. Quia non eſt cōuentio lūcis ad tenebras, neq; Chriſti ad Belial. 2.Cor.6

De quadratura Rationalis, & duplicitate Caput. XXV.

Erat autem Rationale quadrangulum, ſignificans quod pontifex debet diſcernere inter quatuor. Inter verum & falſum, ne deuiet in credendis: & inter bonum & malum, ne deuiet in agendis. Erat & duplex, quia debet diſcernere pro duobus, pro ſe videlicet & pro populo. Ne ſi cęcus cęcum duxerit, ambo in foueam cadant. Matt.15

De quatuor ordinibus lapidum. Cap. XXVI.

Habebat & quatuor ordines lapidum, ſignificans, quod pontifex debet habere quatuor principales virtutes, iuſtitiam, fortitudinem, prudētiam, & temperantiam.

De duodecim lapidibus. Cap. XXVII.

In ſingulis autem ordinibus habebat tres lapides, ſignificans, quod pontifex in primo debet habere fidem, ſpem & charitatem. In ſecundo modeſtiam, manſuetudinem & benignitatem. In tertio pacem, miſericordiam & largitatem. In quarto vigilantiam, ſolicitudinem & longanimitatem. Per lapides enim figurantur virtutes, ſecundum illud: Si quis autem ſuperædificat ſupra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulā, vniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit. 1.Cor.3

De cydari. Caput. XXVIII.

Supremum capitis ornamentū erat Cydaris vel Thyara, quam vltimo pontifex aſſumebat, ſignificans humilitatem, de qua dominus ait: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Hanc autē ge- Lucæ.18

geſtabat in capite,ſignificans quod pō-
tifex debet gerere humilitatem in men-
te, exemplo capitis noſtri ſic dicentis:
Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis
Matt.11 corde.Per caput enim mēs intelligitur,
ſecundum illud:Vnge caput tuum,& fa
Matt.6 ciem tuam laua.

De lamina aurea. Cap.XXIX

DE Cydari dependebat à fronte
lamina aurea,ſignificans ſapienti
am, qua præcellere debet pontifex, ſe-
Cant.5 cundum illud:Caput eius aurū optimū.

De nomine domini tetragrammaton.
Caput XXX.

IN qua quidem lamina aurea erat ſcri
ptum nomen domini tetragramma
ton,id eſt, quatuor literarum:Ioth,He,
Vau,Heth,id eſt,principium paſſionis
vitæ iſte.Ac ſi diceretur apertius:Ille,cu-
ius pontifex iſte gerit perſonā, ſcz Chri
ſtus,eſt principiū.i.autor vitæ paſſionis
.i.vitæ reſtauratæ p̄ paſſionē,quia mor-
tem noſtram moriendo deſtruxit,& vi-
tam reſurgendo reparauit. Nomen do-
mini quod ſcribebatur in lamina aurea
erat, Anoth,Adonay,id eſt,ſanctum no
men domini,tetragrammaton,quod in
effabile dicitur,non quia effari non po-
teſt,ſed quia rem ineffabilem ſignificat.

De uarietate operis. Cap. XXXI.

ERant autem hæc indumenta pro
maiori parte contexta opere poly
mito,id eſt vario,propter varietatem vir
tutum. De qua dicit Pſalmographus:
Pſal.44 Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu
deaurato,circundata varietate.

De quatuor coloribus. Cap. XXXII.

COntexta vero erant indumēta de
quatuor precioſis coloribus:pur
pura,cocco,byſſo,hyacintho
Purpura Per purpuram regiæ dignitatis ſigni
ficatur pontificalis poteſtas, quæ via re-
gia debet incedere,ne declinet ad dexte-
ram vel deuiet ad ſiniſtram : ne liget di-
gnos,aut ſoluat indignos.
Coccus Per coccum coloris ignei , qui & bis
tinctus fuiſſe narratur, ſignificatur pon
tificalis doctrina,q̄ ſicut ignis lucere de
Mat.10 bet & vrere.Lucere debet p̄ promiſſionē;
vt: Oīs qui reliquerit domū aut patrem
& matrem,&c. centuplum accipiet & vi
Matt.7 tam æternam poſſidebit.Vrere debet per
comminationem,vt: Omnis arbor quæ
non facit fructum bonum, excidetur &
in ignem mittetur.
Per byſſum candoris eximij , ſignifi-
catur præclaritas famæ , quæ debet eſſe
retorta,vt pontifex habeat bonum teſti-
monium,ſecundum Apoſtolum, & ab 1.Tim.3
his q̄ ſunt intus,& ab his qui ſunt foris.
Per hyacinthum coloris aerei ſignifica- Hyacinthus
tur ſerenitas conſcientiæ, quam intra ſe 2.Cor.1
pontifex debet habere,ſecundum quod
dicit Apoſtolus: Gloria noſtra hæc eſt,
teſtimonium conſcientiæ noſtræ.

De ueſtibus euangelici ſacerdotis.
Cap. XXXIII.

VEſtes autem euangelici ſacerdo-
tis,aliud deſignant in capite, ali-
ud figurant in membris. Nam & caput
& membra,ſacerdotis nomine nuncu-
pantur.Ad caput enim dicit Pſalmogra Pſal.109
phus:Tu es ſacerdos in æternum ſecun
dum ordinem Melchiſedech. Ad mem-
bra vero dicit Apoſtolus: Vos eſtis ge- 1.Pet.2
nus electum, regale ſacerdotium, gens
ſancta , populus acquiſitionis. Prius
ergo exponēda ſunt earum myſteria,iu-
xta quod capiti congruunt,ac demum,
ſecundum quod membris conueni-
unt.

De pontificalibus indumentis , ſecundum quod Chriſto conueniunt. Cap. XXXIIII.

POntifex ergo in altaris officio capi-
tis ſui Chriſti, cuius membrū eſt, re
præſentans perſonam,dum pedibus aſſu
mit ſandalia, illud incarnationis domini
cæ inſinuat calceamētum,de quo domi-
nus inquit in Pſalmo: In Idumæam ex- Pſal.59
tendam calceamentum meum , id eſt, in
gentibus notam faciam incarnationem
meam. Venit enim ad nos calceata diui
nitas,vt pro nobis Dei filius ſacerdotio
fungeretur. Per ligulas, quibus ipſa pedi
bus ſandalia conſtringuntur,illud idem
accipimus , quod per corrigiam calcea-
menti Ioānes Baptiſta ſignificauit, cum Matt.3
ait: Cuius nō ſum dignus corrigiam cal
ceamenti ſoluere. Vnionem ergo ineffa
bilem,copulamq; indiſſolubilem, qui-
bus verbi diuinitas ſe carni noſtræ con-
iunxit,p̄ ſandaliorū corrigias intelligi-
mus. Mediantibus vero caligis pedes ſan
dalijs coniunguntur: quoniam anima
mediante carni diuinitas eſt vnita. Sicut
enim

enim pes corpus ſuſtentat, ita diuinitas mundum gubernat. Vnde ait Pſalmiſ.
Pſal.98 Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt.

De Amictu, ubi redditur ratio, cur idem in Chriſto per calceamentum pedum, & per amictum capitis deſignatur. Cap. XXXV.

AMictus autem, quo ſacerdos caput ſuum obnubit, illud ſignificat, quod in Apocalypſi deſcribitur, An-
Apoc.10 gelum Dei fortem deſcendiſſe de cœlo, amictum nube. Et in Eſaia: Ecce domi-
Eſa.19 nus aſcendet ſuper nubem candidam. Veniens autem ad ſaluationem mundi Dei filius, magni conſilij angelus, amictus eſt nube, dum diuinitatem abſcon-
1.Cor.11 dit in carne. Nam caput viri Chriſtus, caput Chriſti deus. Hoc ergo carnis latibulum amictus ſacerdotis ſignificat. Quod p illã ſyndonẽ expreſſius deſignatur, qua ſummus pontifex caput obducit. Et pulchre quidem, quod per calceamentum pedum, hoc ipſum per amictũ
Pſal.75 capitis deſignatur: quia diuinitas in carne latuit, & per carnem innotuit. Nã cũ notus eſſet in Iudæa Deus, & in Iſrael,
Pſal.79 magnum nomẽ eius, in Idumæam extẽdit calceamentum ſuum, & ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.

De alba. Cap. XXXVI.

ALba lineum veſtimentum, longiſſime diſtans à tunicis pelliceis, quæ de mortuis animalibus fiunt, qui-
Gen.3 bus Adã veſtitus eſt poſt peccatum, nouitatem vitæ ſignificat, quam Chriſtus & habuit, & docuit, & tribuit in bapti-
Eph.4 ſmo, de qua dicit Apoſtolus: Exuite veterem hominem cum actibus ſuis, & induite nouum hominem, qui ſecundum
Matt.17 Deum creatus eſt. Nam & in transfiguratione reſplenduit facies eius ſicut ſol, & veſtimenta eius ſunt facta alba ſicut nix. Semper enim veſtimẽta Chriſti mũ
1.pet.2 Eſa.53 da fuerunt & candida, qa peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus eſt dolus in lingua eius.

De zona ſiue cingulo. Cap. XXXVII.

ZOna ſacerdotalis illud ſignificat, quod Ioannes Apoſtolus ait: Cõ-
Apoc.1 uerſus vidi ſimilem filio hominis, præcinctum ad mamillas zona aurea. Per zonam auream perfecta Chriſti charitas deſignatur: quam dicit Apoſto-
Eph.3 lus ſupereminentem ſcientię charitatem Chriſti, feruentem in corde, radiantem in opere. Cuius ſuccinctorium illud ſignificat, quod Eſaias de Chriſto loquẽs prædixit: Erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum e- Eſa.11
ius. Nam iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Fide- Pſal.10 Pſal.144
lis dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Duæ ſummitates illius, duæ ſunt partes naturales iuſtitiæ, quam Chriſtus & fecit, & docuit: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: ſed quæcunque vultis vt faciant Matt.7
vobis homines, & vos facite illis.

De ſtola. Cap. XXXVIII.

STola, quæ ſuper amictum collo ſacerdotis incumbit, obedientiam & ſeruitutem ſignificat, quam dominus omnium propter ſalutem ſeruorum ſubiuit. Nam cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Phil.2
Deo. Exinaniuit enim ſeipſum, formam ſerui accipiens, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Cauſam quippe mortalitatis nec contraxit origine, nec commiſit in opere: quia q̃d Pſal.68
non rapuit, hoc exoluit. Dedit enim illi calicem pater, nõ iudex, amore, non ira, voluntate, non neceſſitate, gratia, non vindicta. Hic eſt ille Iacob, qui parens Gen.28 & 29
præcepto patris Iſaac & conſilio matris ſuæ Rebeccæ, ſeruiuit Laban, vt Rachael & Lyam duceret in coniugium.

De tunica. Cap. XXXIX.

TVnica poderis, quæ hyacinthini coloris erat in veteri ſacerdotio, Exo.28
tintinnabulis & malis punicis ab inferiori parte pendentibus, vt põtifex totus vocalis incederet, cœleſtem Chriſti doctrinam inſinuat. Cuius notitiam habuerunt homines, quibus Deus per prophetam ait: In montem excelſum aſcen- Eſa.40
de tu, qui euangelizas Sion. Præcipue tamen hanc habuit tunicam euangelicæ textrix doctrinæ, ſapientia Dei Ieſus Chriſtus, & dedit illã apoſtolis ſuis: Oĩa Ioan.15
inqt, quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Hanc ergo ſignificauit illa tunica domini, quã milites ſcindere no- Ioan.19
luerunt, eo quod eſſet inconſutilis, deſuper contexta p totum: damnum fore maximum exiſtimantes, ſi qui doctrinam euangelicã hęreſibus ſcindere moliãtur.

Su-

De dalmatica. Cap. XL.

SVper hanc tunicam pontifex veſtit dalmaticam, quæ ſui forma latam & largam miſericordiam Chriſti ſignificat, quam ipſe præ cæteris & docuit & impendit. Eſtote, inquit, miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Beati nanque miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Iudicium vero ſine miſericordia fiet ei, qui non facit miſericordiam, quia miſericordia ſuperexaltat iudicium. Ergo dimittite, & dimittetur vobis. ſicque, inquit, orabitis: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hic eſt ergo Samaritanus ille proximus noſter, qui fecit nobiſcum miſericordiam, ſuperinfundens vulneribus noſtris vinum & oleum. Nam per viſcera miſericordię ſuæ viſitauit nos oriens ex alto. Qui non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. Qui pro peccatoribus venit, vt de peccatis veniã indulgeret. Miſericordiam, inquit, volo, & non ſacrificium.

Lucæ.6 Matt.5 Iacob.2 Matt.6 Lucæ.10 Ibid.1 Tit.3 Matt.9

De chirotecis Cap. XLI.

CHirothecæ ſunt hędorum pellicułæ, quas Iacob manibus Rebecca circundedit, vt piloſæ manus maioris ſimilitudinem exprimerent. Pellis hœdi ſimilitudo peccati, quam Rebecca mater, id eſt, ſpiritus ſancti gratia, manibus veri Iacob, id eſt, operibus Chriſti circundedit: vt ſimilitudinem maioris, id eſt, prioris Adæ, Chriſtus exprimeret. Chriſtus enim ſimilitudinem peccati ſine peccato ſuſcepit, vt incarnationis myſterium diabolo celaretur. Nam ad ſimilitudinem peccatorum eſuriit, ſitiuit, doluit & expauit, dormiuit & laborauit. Vnde cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ac poſtea eſuriiſſet, accedens ad eum diabolus, eum ad ſimilitudinem prioris Adæ tẽtauit. Sed quibus primum vicerat, eiſdem modis victus eſt à ſecundo.

Gen.27 Rom.8 Matt.4

De planeta, ubi etiam agitur de anteriori & poſteriori parte planetæ. Cap. XLII.

CAſula vel planeta magni ſacerdotis eſt vniuerſalis eccleſia, de qua dicit Apoſtolus: Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Hoc eſt illud Aaron veſtimentum, cuius in oram deſcendit vnguentum: ſed à capite deſcendit in barbam, & à barba deſcendit in oram. Quoniam de plenitudine ſpiritus eius nos omnes accepimus, primum apoſtoli, poſtmodũ cæteri. Quod autem caſula, cum vnica ſit & integra, extenſione manuum in anteriorem & poſteriorem partem quodammodo diuiditur, deſignat & antiquam eccleſiam, quæ paſſionẽ Chriſti præceſſit, & nouã, quæ paſſionem Chriſti ſubſequitur. Nã & qui præibant & qui ſequebantur, clamabant, dicentes: O ſanna filio Dauid. Benedictus q venit in nomiue domini.

Gal.3 Pſal.132 Ioã.1 Matt.21

De manipulo. Cap. XLIII.

QVod ſacerdos manipulum portat in leua, deſignat, quod Chriſtus brauium obtinebat in via. Per manipulum enim prẽmium deſignatur, iuxta quod legitur: Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Per leuam vita præſens accipitur, ſecundum quod ſcriptum eſt: Leua eius ſub capite meo, & dextra illius amplexabitur me. Chriſtus autẽ ſimul fruebatur & merebatur. Fruebatur in pàtria, merebatur in via. Nam ſimul comprehẽdebat, & ſtadium percurrebat: quia ſimul erat & in patria, & in via. Nemo, inquit, aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo.

Pſal.125 Cant.2 Ioan.3

De mitra. Cap. XLIIII.

MItra Pontificis illud ſignificat, quod Propheta loquẽs de filio dicit ad patrem: Gloria & honore coronaſti eum domine, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Hoc eſt itaque illud nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorũ. Nam & in aurea lamina Cydaris Pontificalis ſculptum erat nomẽ domini Tetragrammaton, cuius myſterium ſuperius prælibauimus. Per Mitram ergo capitis Chriſti ſummam illã honorificentiam intelligimus, quæ pro pter diuinitatem debetur humanitati. Nam propter pedem adoratur ſcabellum: Adorate (inquit) ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt.

Pſal.8 Phil.2 Pſal.98

De baculo. Cap. XLV.

Virga

Virga pontificis, Chriſti poteſtatem ſignificat. De qua dicit Pſal- Pſal. 44 miſta: Virga recta eſt virga regni tui. Quia dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus. Propter quod & alibi dicit: Reges eos in virga ferrea. Duritia ferri rigorem ſignificat æquitatis, quia Chriſtus tanquam vas figuli confringet peccatores. Verum poteſtas Chriſti non ſolum virga, ſed & baculus eſt, quia non ſolum corripit, ſed & ſuſtentat. Vnde Pſalmiſta: Virga tua & baculus tuus ipſa me cõſolata ſunt.

De Annulo. Caput XLVI.

Annulus digiti donum ſpiritus ſancti ſignificat. Digitus enim articulatus atque diſtinctus, ſpiritum ſan- Exo. 8 Luc. 11 ctum inſinuat, ſecundum illud: Digitus dei eſt hic. Et alibi: Si ego in digito Dei eijcio dæmonia, filij veſtri in q̃ eijciunt? Annulus aureus & rotundus perfectionem donorum eius ſignificat, quæ ſine menſura Chriſtus accepit, quoniam in Coloſſ. 2 Ioan. 3 eo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Nã qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt. Cui Deus non dedit ſpiritum ad Ibid. 1 menſuram. Super quem videris ſpiritũ (inquit) ſanctum deſcendentem & manentem, hic eſt qui baptizat in ſpiritu Eſa. 11 ſancto. Nam requieſcit ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus &c̃. Ipſe vero de plenitudine ſua ſecundum differentes donationes diſtrubuit: alij, ſecũ- 1. Cor. 12 Ephe. 4 dum Apoſtolum, dans ſermonem ſcientiæ, alij gratiam ſanitatum, alij operationem virtutum &c̃. Quod & viſibilis põtifex imitatur, alios in Eccleſia conſtituens ſacerdotes, alios Diacones, alios ſubdiacones, & huiuſmodi.

De quinque Pſalmis dum præparatur Epiſcopus dicendis. Caput. XLVII.

Celebraturus Epiſcopus miſſarum ſolennia, quoſdam Pſalmos & orationes præmittit, ſecundum exhorta- Pſal. 94 tionem Pſalmiſtæ dicentis: Præoccupemus faciem eius in cõfeſſione, & in Pſalmis iubilemus ei. Dicit autem hos quin- Pſal. 83. 84. 85. 115. & 129 que Pſalmos: Quam dilecta, Benedixiſti, Inclina, Credidi, De profundis. Vt quicquid immundum quinque ſenſuũ tranſgreſſione commiſit, quinque Pſalmorũ oratione detergat. Quædam enim continentur in ipſis quæ recte conueniunt celebraturis altaris myſterium & Euchariſtiæ ſacramentũ. In primo: * Cõ- concupiſcit & deficit. cupiuit & defecit anima mea in atria domini. Altaria tua domine virtutum, rex meus & Deus meus. Domine Deus virtutum exaudi orationẽ meam, auribus percipe Deus Iacob. Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui. In ſecundo: Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuam à nobis. Nunquid in æternum iraſceris nobis? Oſtende nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Verũtñ propter timentes eũ ſalutare ipſius, vt inhabitet gloria in terra noſtra. In tertio: Auribus percipe domine orationem meam, & intende voci deprecationis meæ. Omnes gentes quaſcunque feciſti venient & adorabunt coram te domine. Confitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. In quarto: Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Diſrupiſti domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiã laudis, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius, in atrijs domus domini, in medio tui Hieruſalem. In quinto: Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in dño. Quia apud dominum miſericordia & copioſa apud eum redemptio. Orationes vero quas addit, manifeſte pertinent ad impetrandum cordis & corporis munditiam & munimen.

DE PONTIFICALIBVS indumentis, ſecũdum quod membris conueniũt: vbi agitur de caligis & ſandalijs. Cap. XLVIII.

Inter hęc, pedes põtificis, in pparatione Euãgelij pacis, caligis & ſandalijs calceantur, quorum pulchritudinẽ admirabatur propheta cũ diceret: Quã ſpecioſi ſunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Eſa. 52 Sandalia vero de ſubtus integram habent ſoleam, deſup aũt corium feneſtratum: qa

greſſus prædicatoris debent ſubtus eſ-
Mat. 10 ſe muniti, ne polluantur terrenis, ſecun-
dum illud, Excutite puluerem de pedi-
bus veſtris: Et ſurſum aperti, quatenus
ad cognoſcenda cœleſtia reuelentur, ſe-
Pſal. 118 cundum illud propheticum: Reuela ocu
los meos & conſiderabo mirabilia de le
ge tua. Quod autem ſandalia quibuſdã
locis aperta, quibuſdam clauſa ſunt, de-
ſignat, quod Euangelica prędicatio nec
omnibus reuelari, nec omnibus debet
Lucæ. 8 abſcondi. Sicut ſcriptum eſt: Vobis da-
Mat. 13 tum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæ-
Ibidem. 7 ris autem in parabolis. Nolite ſanctum
dare canibus, nec margaritas ſpargatis
ante porcos. Prius autem caligis indui-
tur vſque ad genua protenſis, ibique cõ
ſtrictis, quia prædicator pedibus ſuis re
ctos facere greſſus & genua debilia ro-
Ibidem 5. borare debet. Nam q fecerit & docuerit,
hic magnus vocabitur in regño cœlorũ.

De *ablutione manuum*. Cap. XLIX.

DEinde corporaliter lauat manus,
vt ſpiritualiter mundet actus, au-
Pſal. 25 toritate Pſalmiſtæ dicentis: Lauabo in-
ter innocentes manus meas, & circunda
bo altare tuum domine. Non enim diui
na ſacramenta lutum manuum conta-
1. Cor. 11 minat, ſed ſi quis indigne manducat &
bibit, iudicium ſibi mamducat & bibit,
Mat. 15 Quia non lotis manibus manducare,
non coinquinat hominem. Quæ autem
procedunt de ore, de corde exeunt, ea
coinquinant hominem, cogitationes
malæ, homicidia adulteria, furta, for-
nicationes, falſa teſtimonia, blaſphe-
miæ. Hæc ſunt quæ coinquinant homi
nem. Vnde ſolicite ſatagendum eſt, vt
non tam exteriora manuum quã interi
ora mentiũ inquinamenta purgentur.

De Amictu, ubi agitur de duabus ligulis, quibus amictus ante pectus ligatur.

Caput. L.

LOtis itaque manibus aſſumit ami
ctum, qui ſuper humeros circum-
quaque diffunditur. Per quem operum
fortitudo ſignificatur. Humeri quippe
fortes ſunt ad opera peragenda, ſecun-
Gen. 49 dum illud patriarchæ Iacob: Suppo-
ſuit humerum ad portandum, & fa-
ctus eſt tributis ſeruiẽs. Duo vaſculi qui
bus amictus ante pectus ligatur, ſignant
intentionem & finem, quibus informan
dum eſt opus, ne fiat in fermento ma-
litiæ & nequitię, ſed in azymis ſynceri- 1. Cor. 5
tatis & veritatis. Sacerdos enim non de
bet otioſus exiſtere, ſed bonis operibus
inſiſtere & inſudare, ſecundum quod
Apoſtolus ait ad Timotheum: Labora
ſicut bonus miles Ieſu Chriſti. 2. Tim. 2

De *alba*. Caput. LI.

ALba membris corporis conueni
enter aptata, nihil ſuperfluum
aut diſſolutum in vita ſacerdotis eſſe de
bere demonſtrat. Hæc ob ſpeciem can-
doris deſignat munditiam, ſecundum
quod legitur: Omni tempore veſtimen Eccl. 9
ta tua ſint candida. Fit autem de byſ-
ſo vel de lino. Propter quod ſcriptum
eſt: Byſſum ſunt iuſtificationes ſancto- Apoc. 18
rum. Sicut enim byſſus, vel linum cãdo
rem, quem ex natura non habet, mul-
tis tunſionibus attritum, per artem acq
rit, ſic & hominis caro munditiam, quã
non obtinet per naturam, multis caſti-
gationibus macerata, ſortitur per grati 1. Cor. 9
am. Vnde ſacerdos, ſecundum Apoſto-
lum, caſtigat corpus ſuum & in ſeruitu-
tem redigit, ne forte quum alijs prædica
uerit, ipſe reprobus fiat. Hęc veſtis in ve-
teri ſacerdotio ſtricta fuiſſe deſcribitur, 2. Cor. 3
propter ſpiritum ſeruitutis in timore. In
nouo larga eſt, propter ſpiritum adopti
onis in libertate. Quod autem Auſrigi-
um habet, & gemmata eſt in diuerſis lo
cis & varijs operibus ad decorem, illud
inſinuat, quod Propheta dicit in Pſal- Pſal. 44
mo: Aſtitit regina à dextris tuis in veſti-
tu deaurato, circundata varietate.

De *Zona & ſuccinctorio*. Cap. LII.

DEbet igitur Alba circa lumbos
zona præcingi, vt caſtitas ſacer-
dotis nullis incentiuorum ſtimulis diſ-
ſoluatur. Vnde: Sint lumbi veſtri pręcin Lucæ. 12
cti & lucernæ ardentes in manibus ve-
ſtris. In lumbis enim luxuria domina
tur. Sic dominus loquens de diabolo
manifeſtat: Virtus eius in lumbis eius,
& fortitudo illius in vmbilico ventris Iob. 40
eius. Debent ergo lumbi præcingi
per continentiam. Debent & ſubcingi
per abſtinentiam: quoniam hoc genus Matt. 17
dæmonij non eijcitur niſi in oratione
& ieiunio. Hinc etiã Apoſtolus ait: Sta- Eph. 6
te ſuccincti lumbos in veritate.

Qua-

Quare Romanus pontifex poſt Albam Orale, & poſt orale crucem aſſumat.

Caput.LIII.

ROmanus autem pontifex poſt al-
bam & cingulum aſſumit Orale,
quod circa caput inuoluit, & replicat ſu
per humeros, legalis pontificis ordinē
ſequens, qui poſt lineam ſtrictam & zo
nam induebatur Ephot, id eſt, ſuperhu
merale, cuius locum modo tenet ami-
ctus. Et quia ſigno crucis auri lamina
ceſſit, pro lamina, quam Pontifex ille ge
rebat in fronte, pontifex iſte crucem ge
rit in pectore. Nam myſterium, quod
in quatuor literis auri lamina contine-
bat, in quatuor partibus forma crucis
explicuit. Iuxta quod inquit Apoſto-
Ephe.3 lus: Vt comprehendatis cum omnibus
ſanctis quæ ſit longitudo & latitudo &
ſublimitas & profundum. Ideoque Ro.
pontifex crucem quandam inſertam ca
thenulis à collo ſuſpenſam, ſibi ſtatuit
ante pectus, vt ſacramentum, quod ille
tunc præferebat in fronte, hic autem re-
Rom.10 condat in pectore: Nam corde creditur
ad iuſtitiā, ore aūt confeſſio fit ad ſalutē.

De Stola. Caput. LIIII.

POſt hęc ſtolam, quæ alio modo vo
catur Orarium, ſuper collum ſibi
ſacerdos imponit, vt iugum domini ſe
ſuſcepiſſe ſignificet: quæ à collo per an-
teriora deſcendens, dextrum & ſiniſtrū
2.Cor.6 latus adornat, quia per arma iuſtitiæ à
dextris & à ſiniſtris, id eſt, in proſperis
& aduerſis, ſacerdos debet eſſe munitus.
Stola quippe ſignificat ſapientiā vel pa-
tientiam, de qua ſcriptum habetur: Pati-
Heb.10 entia vobis neceſſaria eſt, vt reportetis
Luc.21 pmiſſiones. Et iterum: In patiētia veſtra
poſſidebitis animas veſtras. Hinc eſt er-
go, quod ſtola cū zona nexibus qbuſdā
colligatur, quia virtutes virtutibus ſoci
antur, ne aliquo tentationis mouean-
Ex.3. Concil. Braccaren. c.9 tur impulſu. Debet autem ſacerdos ſecū
dum decretum Braccharenſis concilij
de vno eodemque orario ceruicem pari
ter & vtrumque humerum premens, ſi-
gnum crucis in pectore ſuo præparare.
Si quis autem aliter egerit, excommu-
nicationi debitæ ſubiacebit. Niſi for
te quis dixerit hoc decretum per con-
trariam Eccleſiæ Romanæ conſuetudi-
nem abrogatum.

De tunica. Caput. LV.

DEinde pontiſex induit tunicam
Poderem, id eſt, talarem, ſignifi-
cantem perſeuerantiam. Vnde Ioſeph in
ter ſratres ſuos talarem tunicam habuiſ Gen.37
ſe deſcribitur. Cum vero cæteræ virtu-
tes currant in ſtadio, perſeuerantia ta-
men accipit brauium: quoniam q perſe Mat.10
uerauerit vſq; in finē, hic ſaluus erit. Vn
de præcipitur: Eſto fidelis vſque ad mor Apo.2
tem, & dabo tibi coronam vitæ. Habe-
bat autē hæc veſtis in veteri ſacerdotio,
pro fimbrijs mala punica cum tintinna
bulis aureis, quorum ſupra myſterium
expoſuimus.

De Dalmatica. Caput.LVI.

SVper hanc tunicam Epiſcopus ve-
ſtit Dalmaticā, ſic dictam, eo q̄d in
Dalmatia fuit reperta. Quæ ſui ſorma fi
gurat largitatem, quia largas habet ma- largitas habet manus protēſas.
nicas & protenſas. Vnde ſecundum A-
poſtolum: Oportet Epiſcopum non eſ-
ſe turpis lucri cupidum, ſed hoſpitalem. 1.Tim.3
Non ergo manum habeat ad dandam
collectam, & ad recipiendum porrectā,
ſed illud efficiat, quod Propheta ſuadet: Eſa.58
Frange eſuriēti panem tuum, & egenos
vagosque duc in domum tuam. Quum
videris nudum, operi eum, & carnem tu
am ne deſpexeris. Ob hoc forte ſpeciali-
ter vtuntur Diaconi Dalmaticis, quod Act.6
principaliter electi ſunt ab Apoſtolis, vt
menſis ex officio miniſtrarēt. Debet au-
tem Dalmatica habere duas lineas coc-
cineas, hinc inde, ante & retro, à ſummo
vſque deorſum: vt pontiſex habeat ſer-
uorem charitatis ad Deum, & ad proxi-
mum, in proſperis & aduerſis, iuxta ve-
teris & noui Teſtamenti præceptum, Deut.6
quod eſt: Diliges dominum Deum tu- Mat.22.
um ex toto corde tuo, & proximum tu-
um ſicut teipſum. Vnde Ioannes: Cha- 1.Ioan.2
riſſimi, non nouum mandatum ſcribo
vobis, ſed mandatum vetus, quod ha-
buiſtis ab initio. Atque iterum: Man
datum nouum ſcribo vobis &c̄. In ſini-
ſtro quoque latere Dalmatica fimbrias
habere ſolet, id eſt, ſolicitudines actiuæ
vitę ſignantes, quas Epiſcopus debet ha
bere pro ſubditis. Iuxta quod dicit Apo
ſtolus: Præter illa quæ extrinſecus ſunt 2.Cor.11
inſtātia mea quotidiana, ſolicitudo om
nium eccleſiarum.

De chirothecis. Caput. LVII.

QVia vero plerique bonum opus,
quod faciunt, inani fauore cor-
rumpunt, ſtatim Epiſcopus manus ope
Matt. 6 rit chirothecis, vt neſciat ſiniſtra ſua qd
faciat dextra ſua. Per chirothecam ergo
congrue cautela deſignatur, quæ ſic fa-
cit opus in publico, quod intentionem
continet in occulto. Nam etſi dominus
dixerit: Luceat lux veſtra coram homi-
Ibid. nibus, vt videant opera veſtra bona, &
glorificent patrem veſtrum qui in cœlis
eſt, propter quod chirotheca circulum
aureum deſuper habet: ipſe tamen præ-
Matt. 6 cepit: Attendite ne iuſtitiam veſtram fa-
ciatis coram hominibus, vt videamini
ab eis, alioquin mercedem non habebi-
tis apud patrẽ veſtrum qui in cœlis eſt.

De Caſula uel planeta. Cap. LVIII.

POſtremo ſuper omnes veſtes indu
it caſulam vel planetam, quæ ſigni
1. Pet 4. ficat charitatem. Charitas enim operit
multitudinem peccatorum, de qua dicit
1. Cor. 13 Apoſtolus: Adhuc excellentiorem vi-
am vobis demonſtro, ſi linguis homi-
num loquar & angelorũ, charitatem aũt
non habuero, factus ſum velut æs ſonãs
& cimbalum tinniens. Et hæc eſt veſtis
nuptialis, de qua loquitur dominus in
Matt. 22 euangelio: Amice, quomodo huc intra-
ſti, non habens veſtem nuptialẽ? Quod
autem amictus ſuper os planetæ reuol-
uitur, innuit, quod omne opus bonum
debet ad charitatem referri. Nam finis
præcepti charitas eſt, de corde puro, &
conſciẽtia bona, & fide non ficta. Quod
autem extenſione manuum in anterio-
rem & poſteriorem partem diuiditur, ſi-
gnificat duo brachia charitatis, ad Deũ
ſcilicet & ad proximum. Diliges, inquit,
dominum Deum tuum ex toto corde
tuo, & proximum tuum ſicut teipſum.
In his duobus mandatis pendet tota lex
& Prophetæ. Latitudo planetæ ſigni-
ficat latitudinem charitatis, quæ vſque
Pſal. 118 ad inimicos extenditur. Vnde: Latum
mandatum tuum nimis.

De manipulo. Caput. LIX.

CAEterum quia mentibus bene
compoſitis & diuino cultui man-
cipatis ſæpe ſubrepit accidia, quæ quodã
torpore reddit animum dormientem, Pſal. 118
dicente Pſalmiſta: Dormitauit anima
mea præ tædio, in ſiniſtra manu quædã
apponitur mappula, quæ manipulus
vel ſudarium appellatur, qua ſudorem
mentis abſtergat, & ſoporem cordis ex
cutiat, vt depulſo tædio vel torpore, bo
nis operibus diligẽter inuigilet. Per ma
nipulum ergo vigilantia deſignatur,
de qua dominus ait: Vigilate, quia neſci Matt. 24
tis qua hora dominus veſter venturus Can. 5
ſit. Vnde ſponſa dicit in Canticis: Ego
dormio, & cor meum vigilat.

De mitra. Caput. LX

MItra pontificis ſcientiam vtriuſ-
que teſtamenti ſignificat: nam
duo cornua duo ſunt teſtamenta, duæ
fimbriæ ſpiritus & litera. Circulus aure
us, qui anteriorem & poſteriorem par-
tem complectitur, indicat quod omnis
ſcriba doctus in regno cœlorum de the Matt. 13
ſauro ſuo noua profert & vetera. Caue
at ergo diligenter epiſcopus, ne prius
velit eſſe magiſter, quam norit eſſe diſci
pulus, ne ſi cæcus cæcum duxerit, ambo
in foueã cadant. Scriptum eſt enim in
Propheta: Quia tu ſcientiam repuliſti,
ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris
mihi.

De annulo. Caput LXI.

ANnulus eſt fidei ſacramentum,
in quo Chriſtus ſponſam ſuam
ſanctam eccleſiam ſubarrauit, vt ipſa de
ſe dicere valeat: Annulo ſuo ſubarrauit
me dominus meus, id eſt, Chriſtus. Cu
ius cuſtodes & pædagogi ſunt epiſcopi
& prælati, annulum pro ſigno ferentes
in teſtimonium. De quibus ſponſa di- Can. 5
cit in Canticis: Inuenerunt me vigiles,
qui cuſtodiunt ciuitatem. Hunc annu-
lum dedit pater filio reuertenti, ſecun-
dum illud: Date annulum in manum Lucæ 15
eius.

De baculo, & quare ſummus pontifex paſtorali uirga non utitur. Cap. XLII.

BAculus * correptionem ſignificat *corectionem.*
paſtoralem, propter quod à con-
ſecratore dicitur conſecrato: Accipe
baculum paſtoralitatis. Et de quo dicit
Apoſtolus: In virga veniã ad vos. Quod 1. Cor. 4
autem eſt acutus in fine, rectus in me-
dio, retortus in ſummo, deſignat quod
pontifex debet per eam pũgere pigros,
regere

regere debiles, colligere vagos. Quod vno carmine verſificator quidam expreſſit: Collige, ſuſtenta, ſtimula, vaga, morbida, lenta. Romanus autem pontifex paſtorali virga non vtitur, pro eo quod Beatus Petrus apoſtolus baculum ſuum miſit Euchario primo epiſcopo Treuerorum, quem vna cum Valerio & Materno ad prædicandum euangelium gẽti Theuthonicæ deſtinauit. Cui ſucceſſit in epiſcopatu Maternus, qui per baculum ſancti Petri de morte fuerat ſuſcitatus. Quem baculum vſque hodie cum magna veneratione Treuerenſis ſeruat eccleſia.

Baculus S. Petri apud Treuerenſes.

De pallio, ubi materia & forma ſecundum myſterium exponuntur.

Caput LXIII.

PAllium, quo maiores vtuntur epiſcopi, ſignificat diſciplinam, qua ſe ipſos & ſubditos Archiepiſcopi debent regere. Per hãc acquiritur torques aurea, quam legitime certantes accipiũt, de qua dicit Salomon in parabolis: Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Fit enim pallium de candida lana contextum, habens deſuper circulum humeros conſtringentem, & duas lineas ab vtraque parte dependentes. Quatuor autem cruces purpureas, ante, & retro, à dextris, & à ſiniſtris: ſed à ſiniſtris eſt duplex, & ſimplex à dextris. Hæc omnia moralibus ſunt imbuta myſterijs, & diuinis grauida ſacramentis. Nam vt ſcriptura teſtatur, In theʒauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinę. In lana quippe notatur aſperitas, in candore benignitatis deſignatur. Nam eccleſiaſtica diſciplina contra rebelles & obſtinatos ſeueritatem exercet, ſed erga pœnitentes & humiles exhibet pietatẽ. Propter quod de lana nõ cuiuſlibet animalis, ſed ouis tantum efficitur, quæ manſuetum eſt animal. Vnde Propheta: Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & quaſi agnus coram tondẽte ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum. Hinc eſt q̃d illius ſemiuiui vulneribus, quẽ Samaritanus duxit in ſtabulũ, & vinum adhibet & oleũ, vt p vinũ mordeantur vulnera, & p oleũ foueãtur, q̃tenus q ſanandis vulneribus pẽſt, in vino mor

Pro.1

Forma pallij.

Eccli.1

Eſa.53

Lucæ.10

ſum ſeueritatis adhibeat, in oleo mollitiẽ pietatis. Hoc nimirũ & parcã taberna culi deſignatur, in qua cum tabulis virga cõtinetur & mãna. Quõ in mente rectoris cũ ſcripturæ ſciẽtia debet eſſe virga diſtrictionis, & mãna dulcedinis, vt ſeueritas immoderate nõ ſęuiat, & pietas plus q̃ expedit nõ indulgeat. Circulus pallij, p quẽ humeri cõſtringunt, eſt timor dñi, p quẽ opa coercẽtur, ne vel ad illicita defluant, vel ad ſuperflua relaxẽtur. Quõ diſciplina ſiniſtram cohibet ab illicitis formidine pœnæ: dexteram vero temperat à ſuperfluis amore iuſtitiæ. Beatus ergo vir qui ſemper eſt pauidus. Nã iuxta ſententiam Sapientis, Timor dñi peccatum repellit, qui vero ſine timore exiſtit, iuſtificari non poterit. Hinc eſt ergo, q̃d pallium & ante pectus & ſuper humeros frequenter aptatur. Quatuor cruces purpureæ ſunt quatuor virtutes politicæ: iuſtitia, fortitudo, prudentia, temperantia: quæ niſi crucis Chriſti ſanguine purpuretur, fruſtra ſibi virtutis nomen vſurpant, & ad veram beatitudinis gloriam non perducunt. Vnde dominus inquit apoſtolis: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum, nõ intrabitis in regnum cœlorum. Hæc eſt purpurea regis tunica tincta canalibus, quam Salomon cõmemorat in canticis canticorum. Is ergo qui gloria pallij decoratur, ſi cupit eſſe quod dicitur, in anteriori parte debet habere iuſtitiam, vt reddat vnicuique quod ſuum eſt. Prudentiam in poſteriori, vt caueat quod vnicuique nociuum eſt. Fortitudinem à ſiniſtris, vt eum aduerſa nõ deprimant. Temperantiam à dextris, vt eum proſpera non extollant. Duę lineę, quarum vna poſt dorſum, & altera progreditur ante pectus, actiuam & contemplatiuam vitam ſignificant. Quas ita debet exercere prælatus, vt exemplo Moyſi nunc in montem aſcendat & ibi philoſophetur cum domino: nunc ad caſtra deſcendat, & ibi neceſſitatibus immineat populorum, prouiſurus attentius, vt quum ſæpe ſe dederit alijs, interdum ſe ſibi reſtituat. Quatenus & quum Martha circa frequens ſatagat miniſterium, & quum Maria verbum audiat ſaluatoris. Vtraque tamen

Heb.9

Pro.28
Eccli.1

Matt.5

alias iuncta, alias uincta.
Cant.7

Vita actiua & contemplatiua.
Exo.24 & 34.

grauat inſerius,quia corpus quod cor-
Sap.9 rumpitur aggrauat animam, & depri-
mit terrena inhabitatio ſenſum multa
cogitantem. Quapropter & pallium du
plex ē in ſiniſtra,ſed ſimplex in dextra.
Quia vita præſens, quæ per ſiniſtram ac
cipitur,multis eſt ſubiecta moleſtijs:ſed
vita ſutura, quæ per dexteram deſigna-
tur, in vna ſemper collecta quiete eſt.
Quod veritas ipſa deſignauit, cum intu
lit:Martha Martha, ſolicita es,& turba
Lucæ.10 ris erga plurima.Porro vnum eſt neceſ-
ſarium. Maria optimam partem elegit,
quæ non auſeretur ab ea in æternum.
Pallium duplex eſt in ſiniſtro,quatenus
ad tolerandas vitæ præſentis moleſtias
prælatus ſortis exiſtat. Simplex in de-
xtra,quatenus ad obtinendam vitæ fu-
turæ quietē, toto ſuſpiret affectu, iuxta
Pſal.26 verbum Pſalmiſtæ,dicentis: Vnam petij
à domiuo,hanc requiram,vt inhabitem
in domo domini omnibus diebus vitæ
meæ.Tres autem acus, quæ pallio infi-
Tres acus quid deſignent gunturante pectus ſuper humerum &
poſt tergum, deſignant compaſſionem
proximi, adminiſtrationem officij, di-
ſtrictionemque iudicij. Quarum prima
pungit animum per dolorem, ſecunda
per laborem, tertia per terrorem.Prima
2.Cor.18 pungebat Apoſtol.cū dicebat: Quis in-
firmatur,& ego nō infirmor?quis ſcāda
lizatur,& ego non vror?Secūda eſt:Præ
ter illa quæ extrinſecus ſunt inſtantia
mea quotidiana: ſolicitudo omnium ec
1.Pet.4 cleſiarum.Tertia: Si iuſtus vix ſaluabi-
tur,impius & peccator vbi parebunt?Su
per dextrum humerum non infigitur
acus, quoniam in æterna quiete nullus
eſt afflictionis aculeus, nullus ſtimulus
Apoc.21 punctionis. Abſterget enim Deus om-
nem lachrymam ab oculis ſanctorum,
& iam non erit amplius neque luctus,ne
clamor, ſed nec vllus dolor, quoniam
priora tranſierunt.Acus eſt aurea,ſed in
ferius eſt acuta,& ſuperius rotunda,lapi
dem continens precioſum,quia nimirū
bonus paſtor propter curam ouium in
terris affligitur, ſed in cœlis æternaliter
coronabitur, vbi precioſam illam mar-
Matt.13 garitam habebit, de qua dominus ait in
euangelio: Simile eſt regnum cœlorum
homini negociatori quęrēti bonas mar
garitas. Inuēta autem vna precioſa mar
garita,abijt & vendidit omnia quæ ha-
buit,& emit eam.Dicitur autem pallium Vſus pallij.
plenitudo pontificalis officij,quoniam
in ipſo & cum ipſo confertur pontifica
lis officij plenitudo. Nam antequam
Metropolitanus pallio decoretur, non
debet clericos ordinare,pontifices con-
ſecrare,vel eccleſias dedicare,nec Archi-
epiſcopus appellari.

De armatura uirtutum.

Caput.LXIIII.

Iſta ſunt arma quæ pontifex debet in
duere, contra ſpirituales nequitias
pugnaturus.Nam,vt inquit Apoſtolus, 2.Cor.10
Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia,
ſed ad deſtructionem munitionum po
tentia Deo. De quibus idem Apoſto-
lus in alia dicit epiſtola:Induite vos ar- Eph.6
maturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus
inſidias diaboli.State ergo ſuccincti lū-
bos veſtros in veritate: & induti loricā
iuſtitiæ,& calciati pedes in præparatio-
nem Euangelij pacis, in omnibus ſumē
tes ſcutum fidei,quo poſſitis omnia te-
la nequiſſimi ignea extinguere:& galeā
ſalutis aſſumite,& gladium ſpiritus, q̄d
eſt verbum Dei.

Prouideat ergo diligenter epiſcopus, Salubris exhortatio.
& attendat ſacerdos ſtudioſe, vt ſignū
ſine ſignificato non ferat, vt veſtem ſi-
ne virtute non portet,ne ſorte ſimilis ſit
ſepulchro deſoris dealbato,intus aūt o- Matt.23
mni pleno ſpurcitia. Quiſq; aūt ſacris in
dumentis ornatur,& honeſtis moribus
non induitur,quanto venerabilior ap-
paret hominibus,tanto indignior reddi
tur apud Deum. Pontificalē itaq; glori-
am iam honor non commendat veſti-
um,ſed ſplendor animarum. Quoniam
& illa quæ quondam carnalibus blan-
diebantur obtutibus, ea potius quę in
ipſis erant intelligenda poſcebant: vt
quicquid illa velamina in fulgore auri
& in nitore gemmarū,& in multimodi
operis varietate ſignabant, hoc iam in
moribus actibusque clareſcat. Quod
& apud veteres reuerentiam ipſæ ſigni-
ficationum ſpecies obtinent, & apud
nos certiora ſint experimenta rerum,
quā ænigmata figurarū. Tunc enim val-
les abundant ſrumento, quum arietes Pſal.64
ouium ſunt induti.

De

De quatuor coloribus principalibus, quibus ſecundum proprietates dierum veſtes ſunt diſtinguendæ. Cap. LXV.

QVatuor autē ſunt principales colores, quibus ſecundum proprietates dierum ſacras veſtes eccleſia Roma
Exo. 28 na diſtinguit, Albus, Rubeus, Niger & Viridis. Nam & in legalibus indumentis quatuor colores fuiſſe leguntur: Biſſus & purpura, hyacinthus & coccus. Albis induitur veſtimentis in feſtiuitatibus confeſſorum & virginum: Rubeis in ſolennitatibus apoſtolorum & martyrum.
Can. 5 Hinc ſponſa dicit in canticis: Dilectus
Quibus feſtis vtēdū eſt albis. meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Candidus in confeſſoribus & virginibus, rubicundus in martyribus & apoſtolis. Hi & illi ſunt flores roſarum & lilia conuallium. Albis indumentis igitur vtendum eſt in feſtiuitatibus confeſſorum & virginum, propter integritatē & innocentiam. Nam cādidi facti ſunt Nazaręi eius, & ambulāt ſem-
Apoc. 14 per cum eo in albis. Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum quocūq; ierit. Propter eam cauſam vtendum eſt albis in ſolennitatibus ſequentibus, ſcilicet, in ſolennitatibus angelorum, de quorum
Iob 38 nitore dominus ait ad luciferum: Vbi eras, cum me laudarent aſtra matutina? In natiuitate ſaluatoris & pręcurſoris, q̄niā uterque natus eſt mundus, id, eſt, carens originali peccato. Aſcendit enim
Eſa. 19 dominus ſuper nubē leuem, id eſt, ſumpſit carnem à peccatis immunem, & intrauit Aegyptum, id eſt, venit in mundū,
Lucæ, 1 iuxta quod angelus ait ad virginem: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Ioannes aūt etſi fuit conceptus in pctō, fuit tamē ſanctificatus in vtero, ſe-
Hiere 1 cundum illud propheticum: Anteq̄ exi-
Luc 1 res de vulua, ſanctificaui te. Nam & angelus ait ad Zachariā: Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. In Epiphania propter ſplendorem ſtellæ, quæ Magos adduxit, ſecūdum illud Prophe-
Eſa. 60 ticum: Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplēdore ortus tui. In Hypopanti, propter puritatem Mariæ, quæ iuxta cāticum Simeonis, obtulit lumen ad reuelationem gētium, & gloriam plebis ſuæ Iſrael. In cœna domini, propter confectionem Chriſmatis, quod ad mūdationem animæ conſecratur. Nam & euangelica lectio munditiam principaliter in illa ſolennitate commēdat. Qui lo Ioan. 13
tus eſt, inquit, non indiget, niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Et iterum: Si non lauero te, non habebis partem me- Mar. 16
cum. In reſurrectione, propter angelum teſtem, & nūcium reſurrectionis, qui apparuit ſtola cādida coopertus: de quo dicit Matthæus, quod erat aſpectus eius ſi Matt. 28
cut fulgur, & veſtimētum eius ſicut nix. In Aſcenſione, propter nubem *candi- Lucidam.
dam, in qua Chriſtus aſcendit. Nam & duo viri ſteterunt iuxta illos in veſtibus Acto. 1
albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, q̄d ſtatis aſpicientes in cœlum, &c̄. Illud autem non ocioſe notandum eſt, quod licet in conſecratione pōtificis talibus indumentis ſit vtendum, conſecrantibus ſcilicet & miniſtris (nam conſecrandus ſemper albis vtitur) qualia ſecundū proprietatem diei conueniunt: in dedicatione tamen Eccleſiæ ſemper vtēdum eſt albis, quocunq; dierum dedicatio celebretur. Quoniam in conſecratione pontificis cātatur miſſa diei, ſed in dedicatione Baſilicæ dedicationis miſſa cantatur. Nā & Eccleſia virgineo nomine nūcupatur, ſecundum illud Apoſtoli: Deſpondi eñ 2. Cor. 11
vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. De qua ſponſus dicit in Canti- Can. 4.
cis: Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te. Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni.

Rubeis autem vtendum eſt indumen Rubeis
tis in ſolēnitatibus apoſtolorum & mar quando
tyrum, propter ſanguinē paſſionis, quē vtendum.
pro Chriſto fuderūt. Nam ipſi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laue Apoc. 7
runt ſtolas ſuas in ſanguine agni. In feſto Crucis, de qua Chriſtus p̄ nobis ſanquinem ſuū fudit. Vnde Propheta: Qua Eſaiæ. 63
re rubrum eſt indumentum tuum, ſicut calcātium in torculari? Vel in feſto Crucis melius eſt albis vtēdum, quia nō paſſionis, ſed inuētionis vel exaltationis eſt feſtū. In Pētecoſte, p̄pter ſancti ſpūs feruorē qui ſup apoſtolos in linguis igneis Acto. 2
apparuit. Nā apparuerūt illis diſpertitæ linguę tanq̄ ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorū. Vñ propheta: Miſit de cœlo ignē in Thren. 1

oſſibus meis. Licet autem in apoſtolorũ
Petri & Pauli martyrio rubeis ſit vten-
dum, in Conuerſione tamen & Cathe-
dra vtendum eſt albis. Sicut licet in nati
uitate ſancti Ioannis ſit albis vtendum,
in Decollatione tamen ipſius vtendum
eſt rubeis. Cum autem illius feſtiuitas ce
Virginitati præfertur martyrium. lebratur, qui ſimul eſt & martyr & virgo,
martyrium præfertur virginitati, quia ſi
gnum eſt perfectiſſimæ charitatis, iuxta
Ioan. 14 quod Veritas ait: Maiorem charitatem
nemo habet, quam vt animam ſuam po
nat quis pro amicis ſuis. Quapropter &
in Commemoratione omnium ſancto-
rum quidam rubeis vtuntur indumen-
tis: alij vero, vt Curia Romana, candidis:
quum non tam in eadem, ſed de eadem
ſolēnitate dicat Eccleſia, quod ſancti, ſe-
Apoc. 7 cundum Apocalypſim Ioannis, ſtabant
in conſpectu agni, amicti ſtolis albis, &
palmæ in manibus eorum.

Nigris autem indumentis vtendum
Nigris quã vtendum eſt in die afflictionis & abſtinentiæ, pro
peccatis, & pro defunctis. Ab aduentu
ſcilicet vſq; ad Natalis vigiliam, & à Se-
ptuageſima vſq; ad ſabbatũ Paſchæ. Spō
Cant. 1 ſa quippe dicit in Canticis: Nigra ſum,
ſed formoſa filiæ Hieruſalem, ſicut taber
nacula Cedar, ſicut pellis Salomōis. No
lite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia
decolorauit me ſol. In Innocentum au-
Feſtum innocentũ tem die, quidã nigris, alij vero rubeis in-
dumentis vtendum eſſe contendunt. Illi
Hiere. 31 propter triſtitiam, quia vox in Rhama au
Mat. 2 dita eſt, ploratus & vlulatus multus, Ra-
chel plorans filios ſuos, & noluit conſo
lari, quia non ſunt. Nam propter eãdem
cauſam cantica lætitię ſubticentur, & nõ
in auriſrigio mitra defertur. Iſti propter
martyrium, quod principaliter comme-
morans inquit Eccleſia: Sub throno dei
Lucæ. 18 ſancti clamabant: Vindica ſanguinē no-
Apoc. 6 ſtrũ qui effuſus eſt Deus noſter. Propter
triſtitiam ergo, quam & ſilentium innu-
it lætitiæ canticorum, mitra quæ fertur
non eſt auriſrigio inſignita, ſed propter
martyrium rubeis eſt indumentis vten-
dum. Hodie vtimur violaceis, ſicut, in Lę
tare Hieruſalem, propter lætitiam, quam
aurea Roſa ſignificat, Romanus Ponti-
fex portat mitram auriſrigio inſignitã,
ſed propter abſtinentiam nigris, imo vio
laceis vtitur indumentis.

Reſtat ergo, quod in diebus feriali-
bus & communibus, viridibus ſit indu-
mentis vtendum. Quia viridis color me
dius eſt inter albedinem & nigredinem
& ruborem. Hic color exprimitur, vbi
dicitur: Cypri cum Nardo, Nardus & Cant. 4
Crocus.

Ad hos quatuor cæteri referuntur.
Ad rubeum colorem coccineus, ad ni-
grum violaceus, ad viridem croceus.
Quamuis nonnulli roſas ad Martyres,
Crocum ad confeſſores, Lilium ad vir-
gines referant.

EXPLICIT LIBER
PRIMVS.

MYSTERIORVM EVANGElicę legis ac ſacramenti Euchariſtiæ,

LIEER SECVNDVS.

De acceſſu Pontificis ad altare. Cap. I.

HIS indumentis or
natus Epiſcopus
ad altare procedit,
duobus cũ ducen-
tibus hincinde, ſa-
cerdote videlicet et
leuita, ſubdiacono
præcedente, q clau
ſum portat codicē Euangelij, donec Epi
ſcopus ad altare perueniat, ibique codi-
cem oſculatur apertum. Hæc omnia diui
nis plena ſunt ſacramentis. Epiſcopus
enim illum in ſe reprę ſentat pontificem,
de quo dicit Apoſtolus: Chriſtus aſſi- Heb. 9
ſtens pontifex futurorum bonorum,
per amplius & perfectius tabernaculum,
non manufactum, id eſt, non huius crea
tionis, &c.

De presbytero & diacono qui deducunt Pontificem hincinde. Cap. II.

SAcerdos & leuita ſignificant legem
& prophetiam, ſecundum illud q̃d
dñs ipſe propoſuit in parabola ſauciati, Lucæ. 10
quia

quia ſacerdos quidam deſcendit eadem
via,& viſo illo prӕteriuit: ſimiliter & le-
uita. Moyſes & Helias in figurā legis &
Mat.17 prophetiӕ apparuerunt in monte cum
Chriſto loquentes. Sacerdos ergo & le-
uita deducunt epiſcopū: quia lex & pro-
phetia Chriſtum annunciauerūt & pro
miſerunt. Moyſes enim inquit in lege:
Deut.18 Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fra
tribus veſtris, ipſum tanquam me audie
tis. Et Eſaias: Ecce veniet propheta ma-
Eſaie.64 gnus, & ipſe renouabit Hieruſalem.

De ſubdiacono qui prӕcedit, clauſum portans codicem Euangelij.

Cap. III.

SVbdiaconus qui prӕcedit, Ioannem
Baptiſtam ſignificat, qui prӕceſſit
Luce.1 Chriſtum in ſpiritu & virtute Heliӕ, pa-
rare domino plebem perfectam. Hic an-
te pontificem portat codicem Euange-
lij, quia Ioannes ante Chriſtum, prӕdi-
cationem Euāngelij inchoauit: Pœnitē-
Matt.3 tiam (inquit) agite, appropinquabit em̄
regnum cœlorum. Quod autē liber clau
ſus tenetur, donec pontifex ad altare per
ueniat, & tunc aperitur, hoc inſinuat, q̊d
in Apocalypſi deſcribitur: Quoniam ne
Apoc.6 mo inuentus eſt dignus aperire librum,
qui ſcriptus erat intus & foris, ſignatus
ſigillis ſeptem, niſi leo de tribu Iuda, ra-
dix Dauid: qui librum aperuit, & ſeptem
Altare eccleſiam deſignat. eius ſigilla ſoluit. Per altare ſignatur Ec-
cleſia, iuxta q̊d dominus dixit in Exo-
Exo.20 do: Si altare lapideum feceris mihi, non
ӕdificabis illud de ſectis lapidibus. Q̄d
ſectionem lapidum prohibet in altari, di
uiſionem fidelium reprobat, ne Eccleſia
diuidatur per errores & ſchiſmata.

De Pontifice qui peruenit ad altare.

Cap. IIII.

TVnc ergo liber aperitur, quum epi
ſcopus peruenit ad altare. Quoni-
am vbi Chriſtus primitiuam apoſtolo-
rum congregauit Eccleſiam, docens &
prӕdicans, ſcripturӕ myſteria reuelauit.
Luc 8 Vobis, inquit, datum eſt noſſe myſteri-
um regni Dei, cӕteris autem in parabo-
Luce.24 lis. Vnde poſt reſurrectionem aperuit il
lis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.
Rectius ergo facit epiſcopus, cum ipſe-
met aperit librum euangelij, quamuis &
per miniſtros ſuos Chriſtus patefecerit
myſtęria ſcripturarū. Quod epiſcopus
codicē euangelij oſculatur, inſinuat q̊d
Chriſtus pacē in euangelio predicauit.
Pacē meā, inquit, do vobis, pacē relin- Ioan.14
quo vobis, non quomodo mundus dat,
ego do vobis.

De proceſſione Romani pontificis à ſecretario ad altare. Cap. V.

CVm autem ſtationalis ſolēnitas ce-
lebratur, Romanus pōtifex cum
ſex pręfatis ordinibus à ſecretario ꝓceſ
ſionaliter ad altare ꝑgreditur, deſignās,
quod Chriſtus exiuit à patre, & venit in Ioan.16
mundū. Hic enim proceſſionis ordo ge
nerationis Chriſti ſeriem reprӕſentat,
quam Matthӕus euangeliſta deſcribit, Matt.1
in qua ſex inueniūtur ordines perſona- Sex ordines perſonarum in generatione Chriſti.
rum, à quibus Chriſtus ſecundū carnē
traxit originem & in mundū proceſſit:
Patriarchӕ videlicet & prophetӕ, reges
& principes, paſtores & duces. Abrahā
patriarcha, Dauid propheta, Salomon
rex, Salmon princeps, Iudas paſtor, Zo-
robabel dux.

De duobus diaconis qui ducunt pontificē.

Cap. VI

DVo diaconi qui ducunt pontifi-
cem deſignant Abrahā & Dauid,
quibus facta eſt incarnationis Chriſti
repromiſſio. Nam illi promiſſum eſt: In Gen.22
ſemine tuo benedicētur omnes gentes:
iſti pollicitū: De fructu ventris tui po- Pſal.131
nam ſuper ſedem tuam. Propter quod
Euāngeliſta ſignanter hos duos in gene
ratione Chriſti prӕmiſit. Liber, inquit, Matt.1
generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, fi-
lij Abraham. Iſti ſunt duӕ colūnӕ, quas
verus pacificus in veſtibulo templi poſu 2.Par.3
it ante oſtiū, quas ambit funiculus duo-
decim cubitorum, id eſt, quos fides duo
decim apoſtolorum complectitur, de Ioan.10
quorum medio Chriſtus oſtium aperi-
tur credentibus.

De mappula, quӕ portatur ſuper pontificem, quatuor baculis colligata.

Cap. VII.

QVatuor autem miniſtri ſuper pō
tificem ferūt mappulam quatu-
or baculis colligatam: propter quod ipſi
miniſtri

miniſtri mappularij nuncupantur. Map
pula quæ diuerſis imaginibus eſt figura
ta, ſacram ſcripturam ſignat, quæ multis
myſterijs eſt inſignita. Hæc quatuor ba-
culis ſuper pontificem portatur exten-
Quatuor ſenſus ſcripturæ. ſa, qa ſacra ſcriptura quatuor modis ſu-
per Chriſtum fertur expoſita, ſecũdum
hiſtoriam, ſecundum allegoriam, ſecun
dum tropologiam & anagogen. Hic eſt
Gen. 2 fluuius paradiſi, qui quatuor in capita di
Exod. 25 uiſus progreditur. Hæc eſt menſa propo
ſitionis, quæ quatuor pedibus eleuata
ſubſiſtit. Hæc autem ſuper pontificem
extẽſa portatur, vt is veniſſe monſtretur
quem lex ſcripſerat & prophetæ. Nam
Lucæ. 24 ipſemet incipiens Chriſtus à Moyſe &
prophetis, interpretabatur in omnibus
ſcripturis, quæ de ipſo erant. Propter
Ioan. 5 quod alibi dicit: Si crederetis Moyſi,
crederetis & mihi, ille enim de me ſcri-
pſit.

De cereis & incenſo.
Cap. VIII.

ET ideo præferuntur duo lumina
cum incenſo, quia lex & prophetę
cum pſalmis Chriſti prænunciauerunt
Lucæ. 24 aduentum, Chriſto atteſtãte, qui ait: Ne-
ceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt
in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de
me. In maioribus autem ſolennitatibus
Septem cãdelabra ſeptiformis ſpiritus. ſeptem candelabra coram pontifice de-
feruntur, per quod illud oſtenditur, q̃d
Ioannes in Apocalypſi deſcribit: Con-
Apoc. 1 uerſus, inquit, vidi ſeptem candelabra
aurea, & in medio ſeptem candelabro-
rum aureorum ſimilem filio hominis ve
ſtitum podere, vt ille per hoc aduenire
monſtretur, ſuper quem requieuit ſpiri-
tus gratiæ ſeptiformis, ſecundum vatici
Eſa. 11 nium Eſaiæ: Egredietur, inquit, virga de
radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcen-
det, & requieſcet ſuper eum ſpiritus do-
mini, ſpiritus ſapientię, & intellectus, ſpi
ritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſci
entiæ, & pietatis, & replebit eum ſpiritus
timoris domini.

De igne quem manipulo ſtuppæ Pontifex apponit in choro.
Cap. IX.

IN quibuſdam baſilicis circa medium
chori manipulus ſtuppę ſuper colum
nam appenditur, cui pontifex ignem ap
ponit, vt in conſpectu populi ſubito cõ-
buratur. Per hoc ſecundum aduentum
commemorans, in quo Chriſtus iudica
bit viuos & mortuos & ſeculũ per ignẽ.
Nam ignis in cõſpectu eius exardeſcet, Pſal. 49
& in circuitu eius tempeſtas valida. Ne
quis ergo male ſecurus exiſtat, qui per
primum blanditur, per ſecundum exter
ret. Quia qui iudicandus venit in primo,
iudicaturus veniet in ſecundo. Vel poti-
us, quia ſecundum apoſtolum Iacobum
vita noſtra vapor eſt ad modicum parẽs, Iacob. 4
pontifex ignem apponit in ſtuppam, ne
ſorte qui glorioſus incedit, in tempora-
li gloria delectetur. Nam omnis caro Eſa. 40
ſœnum, & omnis gloria eius quaſi flos 1. Pet. 1
ſœni.

De primicerio, qui pontificis dextrum humerum oſculatur. Cap. X.

CVm autẽ pontifex appropinquat
altari, primicerius ſcholæ canto-
rum accedẽs, dextrum ipſius humerum
coram aſſtãtibus oſculatur. Quia quum
Chriſtus naſceretur in mundo, angelus Lucæ. 2
ille cũ quo facta eſt cœleſtis militiæ mul
titudo laudãtium Deũ, natiuitatem eius
paſtoribus pateſecit. De quo dicit pro-
pheta: Puer natus eſt nobis, & filius da-
tus eſt nobis, & factus eſt principatus ſu Eſa. 9
per humerum eius.

De tribus ſacerdotibus qui coram altari reuerẽter inclinant, os & pectus pontificis oſculantes. Cap. XI.

TRes ſacerdotes qui põtifici venien
ti coram altari reuerenter occur-
runt, & inclinantes os eius oſculãtur &
pectus, tres illos Magos ſignant, qui ve-
nerunt Hieroſolymam, dicentes: Vbi eſt
qui natus eſt rex Iudæorum? Et procidẽ Matt. 2
tes adorauerunt inuentum, & apertis
theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, au
rum, thus, & myrram. Per geminum o-
ſculum, geminam in Chriſto naturã cõ-
fitẽtur, diuinam ſcilicet & humanam: di
uinam quaſi latentem in pectore, huma-
nam quaſi patentem in ore, quas quoq;
per oblata munera Magi myſtice figura
rũt. Oſculum enim eſt ſignum reueren-
tiæ. Iuxta quod Heſter ſummitatem vir
gæ regis legitur oſculata. Heſt. 5

De

De proceſſionis diſpoſitione.
Cap. XII.

Crux

DIſponitur autem iſta proceſſio velut caſtrorũ acies ordinata. Nam & maiores & fortiores quaſi cuſtodes exercitus præueniunt & ſequuntur. Minores quaſi debiliores colliguntur in medio. Præcedunt enim Epiſcopi & presbyteri, ſubſequuntur pontifex & diaconi, colliguntur in medio ſubdiaconi & acolyti. Cantores autem quaſi tubicines præcedunt exercitum, vt eum ad prælium contra dæmones excitent & inuitēt. De quo prælio inquit Apoſtolus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Vnde Pſalmiſta: Buccinate in neomenia tuba, in die inſigni ſolennitatis veſtræ. Crux ergo quaſi regale vexillum præmittitur & præfertur, vt fugiāt qui oderunt eū à facie eius. Nobis ergo abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quē mundus nobis crucifixus eſt, & nos mundo crucifigi debemus.

Cantores velut tubicines. — Eph.6 — Pſal.80 — Crux, vexillum. — Pſal.67 — Gal.6

De confeſſione & pectoris tonſione: in qua tria notantur, ictus, tactus, & ſonus.
Cap. XIII.

QVia iuſtus vero in principio ſermonis accuſator eſt ſui, Pontifex ad altare perueniens, & ad ſeipſum reuertens, antequam ordiatur ſacrum officiũ, de peccatis ſuis cum aſtantibus confitetur, pſalmum illum præmittens, qui maniſeſte per totum ſibi adhoc dinoſcitur pertinere & conuenire: Iudica me Deus, &c. vt diſcretus à gente non ſancta, & ab homine liberatus iniquo, ad altare Dei dignus introeat. Illud autem in hac confeſſione notandum eſt, quia non (vt quidam minus prouide faciunt) in ſpecie, ſed in genere confitēda ſunt peccata, quoniam iſta confeſſio non eſt occulta, ſed maniſeſta. Percutimus autē pectus, cum confitemur peccata, quatenus exemplo publicani, qui percutiebat pectus ſuum, dicens, Domine propitius eſto mihi peccatori, iuſtificati deſcendamus in domũ. In percuſſione tria ſunt, ictus, ſonus & tactus. Per quæ ſignantur illa tria, quæ ſunt in vera pœnitentia neceſſaria, videlicet cordis cōtritio, oris cōfeſſio, & operis ſatisfactio. Nam ſicut tribus modis peccamus, ſcilicet, corde cogitando, ore loquendo, & opere perpetrando, ita tribus modis pœnitere debemus, ſcilicet corde per dolorem, ore per pudorem, & opere per laborem.

Pro.18 — Pſal.42 — Confeſſio generalis — Luc.18 — Tria in pœnitētia requiruntur

De incenſo, quod ſacerdos repræſentat in capſula, & Epiſcopus apponit thuribulo.
Cap. XIIII.

INgreſſurus ergo pontifex ad altare, incēſum apponit thuribulo, per hoc illud inſinuās, quod angelus venit & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum in manu ſua, quod impleuit de igne altaris: & data ſunt ei incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum. Angelus enim Chriſtus, thuribulum aureum corpus immaculatum, altare Eccleſia, ignis charitas, incenſum oratio, ſecundũ illud propheticũ: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Venit ergo angelus, id eſt, Chriſtus, ſtetit ante altare, id eſt, in conſpectu Eccleſiæ, habens thuribulum aureum, id eſt, corpus immaculatum, plenum igne, id eſt, charitate: & data ſunt ei incenſa multa à fidelibus, id eſt, orationes, vt daret, id eſt, præſentaret eas patri, de orationibus ſanctorũ. Non dicit, orationes tantum, quia Chriſtus nō omnes orationes exaudit, ſed de omnibus illis quę pertinent ad ſalutem. Vnde cum Paulus ter rogaſſet dominum, vt ab eo ſtimulum carnis auferret, reſpōdit ei dominus: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Epiſcopus ergo thus apponit thuribulo, quia Chriſtus orationes inſpirat animo, vt per ipſum offeratur incenſum dignum in odorē ſuauitatis. Ipſe nos præuenit in benedictione dulcedinis, vt eius donũ ſit noſtrũ meritum, quia non accipit niſi quod tribuit. Sine me (inquit) nihil poteſtis facere: quia palmes non poteſt ferre fructũ à ſemetipſo, niſi mãſerit in vite. Sacerdos autem incēſum repræſentat Epiſcopo, quia lex illud precioſum thymiama confecit, quod in odorem ſuauitatis offertur altiſſimo: de quo dominus ſubdit in Exodo: Talem cōpoſitionem non facietis in vſus veſtros, quia ſanctũ eſt domi-

Apoc.8 — Pſal.140 — 2.Cor.12 — Merita noſtra dona Chriſti ſunt. Ioan.15 — Exo.30

domino. Homo quicunq; ſimilem ſece-
rit, vt odore illius perfruatur, peribit de
populis ſuis. Fuerunt q dicerẽt, q̃d ſi thu
ribulum deſcẽdat ab altari, tũc aliud ibi
thus ſine benedictione ponendum eſt,
& hominibus offerendum, tanquam il-
lud ſpectet ad latriam, iſtud ad duliam.
Melius tamen ſecũdum ſpiritum, quam
ſecundum literam intelligitur. Nam lite
2.Cor.3 ra occidit, ſpiritus autem viuificat.

De triplici oſculo, uidelicet oris, altaris & pectoris.

Cap. XV.

Chriſtus ſponſus eccleſiæ TVnc accedens Epiſcopus ad alta-
re, oſculatur ſacrum altare, ſigni-
ficans, q̃d Chriſtus adueniens, ſanctam
ſibi copulauit eccleſiam, ſecũdum illud
Cant.1 epithalamiũ: Oſculetur me oſculo oris
ſui. In oſculo ſiquidem os ori coniungi
tur. Et in Chriſto non ſolum humani-
tas eſt vnita diuinitati, verum etiam ſpõ
ſa ſpõſo eſt copulata, ſecundũ illud pro-
Eſa.61 pheticum: Quaſi ſponſam decorauit me
corona, & quaſi ſpõſam ornauit me mo
nilibus. Vnde Ioannes: Qui habet ſpon-
Ioan.3 Pſal.46 ſam ſpõſus eſt. Nam in ſole poſuit taber
naculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus
procedens de thalamo ſuo. Deinde con
uerſus epiſcopus oſculatur diacones, vt
oſtendat pacem illam in aduentu Chri-
ſti veniſſe, quam prophetæ promiſerant.
Pſal.46 Vnde Dauid: Orietur in diebus eius iu-
Pſal.71 ſtitia & abundantia pacis, donec auſera-
tur luna. Alius itez propheta: Pax erit in
Hier.2 terra noſtra cum venerit. Et ideo Chri-
ſto naſcente, vox intonuit angelorum:
Lucæ.1 Et in terra pax hominibus bonæ volun
tatis. Oſculum enim quandoq; pacem ſi
Rom.16 gnat, iuxta quod dicit Apoſtolus: Salu-
tate vos inuicem in oſculo ſancto. Deus
autem pacis ſit cum omnibus vobis, a-
men. Diaconus autem ſtatim inclinans
oſculatur pectus Epiſcopi, deſignans q̃d
inſpiratione diuina prophetæ prædixe-
Ioan.13 runt pacem futuram. Nam & Ioannes ſu
pra pectus Chriſti recumbens, Euange-
lij fluenta, de ipſo ſacro dominici pecto-
ris fonte potauit.

De thurificatione, qua pontifex incenſat altare, & ſacerdos epiſcopum.

Cap. XVI.

EPiſcopus ergo thuribulum accipi
ens à diacono, ſacrum incenſat al-
tare. Quia Chriſtus corpus aſſumens, de
genere prophetarum, factus ex ſemine
Dauid ſecundum carnem, ſuis orationi- Chriſtus
bus fouet Eccleſiam, ſecũdum quod o- orat pro
rat in Euangelio: Pater ſancte, ego pro Eccleſia,
eis rogo, & non tantum pro eis, ſed pro Ioan.17
illis, qui credituri ſunt per verbũ eorum.
Quod autem diaconus thuribulum reci
pit, vt inernſet Epiſcopo, moraliter in-
ſtruit, quod ſi digne volumus incenſum
orationis offerre, thuribulum incarna-
tionis debemus tenere. Nã ſine fide me- Heb.11
diatoris homines Deo placere non poſ-
ſunt, ſed iuxta verbum promiſſionis ipſi
us: Si quid petierint credentes in oratio- Matt.21
ne, accipient. Per thuribulum enim ver-
bum accipitur incarnatum.

De forma thuribuli, & de duplici cauſa thurificandi, ſp.rituali et literali.

Cap. XVII.

NAm ſicut in thuribulo pars ſupe
rior & inferior tribus cathenulis
vniuntur, ita tres in Chriſto ſunt vnio- Tres in
nes, quibus diuinitas & humanitas con- Chriſto v
iungũtur. Vnio carnis ad animam, vnio nionec.
diuinitatis ad carnem, & vnio diuinita-
tis ad animam. Quidam autem quartam
vnionem aſſignant, videlicet deitatis ad
compoſitum ex anima ſimul & carne.
Nam & quædam thuribula quatuor ha
bẽt cathenulas. De hoc thuribulo Moy
ſes ſpecialiter inq̃t ad Aaron: Tolle thu- Num.16
ribulũ, & hauſto igne de altari, mitte in-
cenſum deſuper. Præter myſticam ratio
nem, ob hoc etiam incenſatur altare, qua
tenus ab eo om̃is dæmonis nequitia pro
pellatur. Fumus enim incenſi valere cre-
ditur ad dæmones effugandos. Vnde Fumo fu
quum Thobias interrogaſſet angelum, gari dę-
quod remedium haberent ea quæ de pi- mones
ſce iuſſerat reſeruari, reſpondit: Cordis Tobi.6
eius particulã ſi ſuper carbones ponas,
fumus eius omne genus dæmoniorum
extricat.

DE ANTIPHONA QVAE

dicitur ad introitum, et quur ipſa repetis tur, interpoſita gloria Trinitatis; & quis eam cantari conſtituit.

Cap. XVIII.

INterea chorus concinit Anti
phonā ad introitū, quā repe-
tit interpoſita gloria Trinita
tis. Porro, ſicut introitus ſa-
cerdotis aduētū Chriſti ſignat, ſic & An
tiphona quæ dicitur ad introitū, deſide-
Matt. 13 Luc. 10 Introitus miſſæ riū aduentus eius ſignat. De q̄ dn̄s inqt
apoſtolis: Multi reges & prophetæ vo-
luerunt videre, quæ vos videtis, & non
viderunt: & audire quæ auditis, & non
audierunt. Chorus autem dilatat animā
ſuam, & in iubilo cātat introitum. Quo
niam Prophetæ, Patriarchæ, reges & ſa-
cerdotes, omnesque fideles aduentum
Eſa. 16 Chriſti cum magno deſiderio expecta-
bant, clamantes & implorantes: Emitte
agnum dn̄e dominatorem terræ, de pe-
tra deſerti ad montē filię Sion. Veni dn̄e
& noli tardare, relaxa facinora plebis
Luc. 2 tuæ Iſrael. Hinc ergo Simeon ille iuſtus
& ſenex, benedixit, & dixit: Nunc di-
mittis ſeruum tuum domine, ſecundum
verbum tuum in pace, Quia viderunt o-
culi mei ſalutare tuum. Ex eorū ergo p
ſona cantatur introitus, per quos Chri
Heb. 1 ſtus intrauit in mundum, iuxta quod
Apoſtolus ait: Et cum introducit primo
genitum in orbem terræ dicit: Et ado-
Eſa. 58 rent eum omnes angeli Dei. Antiphonę
repetitio, multiplicationem clamoris in
Abac. 2 ſinuat. Vn̄ ꝓpheta: Mād̄a, remād̄a, expe-
cta, reexpecta, modicū ibi, modicū ibi. Si
moram fecerit expecta eum, quia veni-
ens veniet, & non tardabit. Interpoſitio
gloriæ deſignat captationem beneuolē-
tiæ. Vt enim quod expectabant facilius
Pſal. 84 obtinerent, ad totam trinitatem glorifi-
cando clamabant: Oſtēde nobis dn̄e mi
Pſal. 79 ſericordiā tuā, & ſalutare tuū da nobis.
Qui ſedes ſuper Cherubin, appare co-
rā Effraim, Beniamin & Manaſſe. Quo-
rum tandem clamorem ſpiritus ſanctus
exaudiuit, vngens eum oleo lætitiæ præ
Eſa. 61 Luc 4 conſortibus ſuis, & ad euangelizan-
dum pauperibus deſtinauit, ſecundum
quod ipſe filius per prophetam teſtatur:
Spiritus domini ſuper me, ꝓpter quod
vnxit me, ad euangelizandum pauperi-
bus miſit me. Hoc ergo deſiderium
antiquorum introitus repręſentat, non
ſecundum intellectum literæ, ſed iubi-
Celeſtin⁹ Papa. lo cantilenæ. Celeſtinus Papa conſtitu-
it, vt pſalmi Dauid CL. ante ſacrificium
canerentur antiphonatim ex omnibus,
quod antea non fiebat, ſed Epiſtola tan
tum & euangeliū legebantur. Excepti
ſunt ergo de pſalmis Introitus, gradua-
lia quoque ac offertoria, necnon com-
muniones, quæ cum modulatione cepe
runt ad miſſam in Eccleſia Romana cā-
tari. Antiphona Græce dicitur vox reci Antiphona.
proca, quia duo chori reciprocando vi-
ciſſim melodiarum cantus alternant.

De Kyrieeleeſon, & quare nouies decan tatur, & quare ſex vicibus dicitur Kyrieeleeſon, & tribus Chriſteeleeſon.

Caput XIX.

CVm ergo iam tempus plenitudi-
nis, & benignitatis aduenerit, ſi- pſal. 100
cut prædictum fuerat à pſalmiſta, Tu ex
urgens miſereberis Sion, quia venit tem
pus miſerendi eius, congrue chorus tūc
concinendo ſubiungit: Kyrieeleeſon,
quod interpretatur: Domine miſerere.
Vnde propheta: Domine miſerere no- Eſa. 33
ſtri: te enim expectauimus. Dicit autem Nouē genera peccatorum.
hic nouies contra nouem genera pecca-
torum. Eſt enim peccatum originale,
mortale & veniale: hoc eſt, ſerpens, muli
er & vir. Serpēs enim. i. cōcupiſcētia ſug
gerit originaliter. Mulier. i. delectatio
comedit venialiter. Vir. i. ratio conſen-
tit mortaliter. Item eſt peccatum cogita
tionis, locutionis, & perpetrationis. Co
gitationis in corde, locutionis in ore, ꝑ
petrationis in opere, hoc eſt, mors in do
mo, mors in porta, mors in monumen-
to. Rurſus, eſt peccatum fragilitatis, ſim
plicitatis & malignitatis. Fragilitatis ꝑ
impotentiam, ſimplicitatis per ignoran
tiā, malignitatis per inuidentiā. Hoc eſt,
peccatum in patrem, peccatū in filium,
peccatum in ſpiritum ſanctum. Et ideo
chorus dicit ter ad patrem Kyrieeleeſon,
ter ad filium Chriſteeleeſon, ter ad ſpi-
ritum ſanctum Kyrieeleeſon. Sed ad pa-
trem & ſpiritum ſanctum ſub eodem
tantum vocabulo. Quia pater & ſpiri-
tus ſanctus ſunt eiuſdem naturæ tan-
tum. Ad filium vero ſub alio, quia fili-
us etſi ſit eiuſdem naturæ cum illis, eſt
tamen etiam alterius, vt geminæ gygās
ſubſtantiæ. Vel ideo dicitur nouies, vt
ordo decimus ex hominibus reparatus,
nouē aſſocietur ordinibus angelorum. Grego. 1
Beatus Gregorius Kyrieeleeſon ad

miſſam cantari ꝓcepit à clero, q̄d apud
Græcos ab omni populo cantabatur.

De Gloria in excelſis, & de triplici pace, & quis hymnum angelicum cantari ad miſſam conſtituit. Cap. XX

MOx ſeqtur hymnus angelicus,
temporali Chriſti natiuitati per
hibens teſtimonium, quem ille primus
inchoando pronunciat, qui angelum
magni conſilij repræſentat. Chorus au
Luc. 2 tem concinendo proſequitur, quia ſu-
bito facta eſt cum angelo multitudo mi
litiæ cœleſtis laudantium & dicentium:
Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax
hominibus bonæ voluntatis. Hymnus
iſte non tantum eſt angelorum, ſed ho-
Luc. 15 minum congratulantium, quod muli-
er illa, quæ perdiderat dragmam deci-
mam, iam lucernam accenderat vt dra-
gmam perditam inueniret. Et paſtor di-
miſſis nonaginta nouem ouibus in de-
ſerto, iam venerat, vt quæreret centeſi-
Tres inimicitiarū parietes mam ouem, quam amiſerat. Ante natiui
tatem enim Chriſti, tres erant inimicitia
rum parietes: primus inter Deum & ho
minem: ſecundus inter angelum & ho-
minem: tertius inter hominem & homi
nem. Homo nanque per inobedientiam
creatorem offenderat, per ſuum caſum
reſtaurationem angelicam impedierat,
per varios ritus ſe ab homine ſeparaue-
rat. Iudæus nanque ceremonias excole-
bat, Gētilis idololatriam exercebat, vtriſ
Eph. 2 que ritus alterius diſplicebat. Sed veni-
ens pax vera, fecit vtraque vnum, deſtru
xit inimicitiarum macerias, & concur-
rentes parietes in ſe angulari lapide co-
pulauit, vt de cætero vnum eſſet ouile &
Ioan. 10 Triplex p Chriſtum recōciliatio. vnus paſtor. Abſtulit ergo peccatum,
& reconciliauit hominem Deo. Repa-
rauit caſum, & reconciliauit hominem
Deo & angelo. Deſtruxit ritus, & recon
ciliauit hominem homini. Reſtaurauit
Coll. 1 ergo, ſecundum Apoſtolum, quæ in cœ
lis & quę in terris ſunt. Et ob hæc cœle-
ſtis militiæ multitudo pſallebat: Gloria
in excelſis, id eſt, in angelis, Deo: & in
terra pax Iudæis hominibus & Gentili-
bus bonæ voluntatis. Hinc eſt etiam q̄d
Luc. 2 angelus loquitur & congaudet paſtori-
bus. Quia pax eſt inter homines & ange
los reformata. Naſcitur Deus homo, qa
pax eſt inter Deū & hominē reſtaurata.
Naſcitur in præſepi bouis & aſini, quia
pax eſt inter homines & homines repa-
rata. Per bouem enim Iudaicus, per aſi-
num gentilis populus figuratur, ſecun-
dum illud: Cognouit bos poſſeſſorem Eſa. 1
ſuum, & aſinus præſepe domini ſui.

Symmachus Papa conſtuit tam die Symmachus. PP.
dominico, quam natalitijs martyrum
Gloria in excelſis ad miſſam cantari,
quem hymnnm Theleſphorus nonus Teleſphorus Pp.
à Beato Petro ad miſſam nocturnā Na-
talis domini (quam idem conſtituit) cā-
tari præceperat. Et in eo, ea quæ ſequun
tur ad verba angelorum adiecit. Quan-
quam à pluribus afferatur, quod ea bea
tus Hilarius Pictauienſis adiecerit.

De candelabro & cruce, quæ ſuper medio collocantur altaris. Cap. XXI.

AD ſignificandum itaque gaudiū
duorum populorum, de natiui-
tate Chriſti lætantium, in cornibus alta
ris duo ſunt conſtituta candelabra, quæ
mediante cruce, faculas ferunt accenſas.
Angelus enim paſtoribus inquit: Annū Luc. 2
cio vobis gaudium magnum, quod erit
omni populo: quia natus eſt vobis ſalua
tor, &c. Hic eſt verus Iſaac, q riſus inter-
pretatur. Lumen autem candelabri, fi- Gen. 21
des eſt populi. Nam ad Iudaicum popu-
lum inquit Propheta: Surge illuminare
Hieruſalem, quia venit lumen tuum, & Eſa. 60
gloria domini ſuper te orta eſt. Ad po-
pulum vero gentilem dicit Apoſtolus:
Eratis aliquando tenebræ, nunc autem Eph. 5
lux in domino. Nam & in ortu Chriſti
noua ſtella Magis apparuit, ſecundum Num. 24
vaticinium Balaam: Orietur, inquit, ſtel
la ex Iacob, & conſurget virga ex Iſra-
el. Inter duo candelabra in altari crux
collocatur media, quoniam inter duos
populos Chriſtus in eccleſia mediator
exiſtit, lapis angularis, qui fecit vtraque 1. Pet. 2
vnum: ad quem paſtores à Iudæa, & Ma Eph. 2
gi ab oriente venerunt.

De mutatione ſacerdotis ab una parte ad aliam. Caput. XXII

POntiſex oraturus ad ſedem aſcen-
dit, & ſtans collectam pronunciat,
quam libro legit aperto. Quia ſecun Luc. 4
dum euangelica teſtimonia venit Ie-
ſus in Nazareth, vbi erat nutritus, & in
trauit ſecundū cōſuetudinē diei ſabbati

in

in ſynagogam,& ſurrexit legere.Et tra
ditus eſt ei liber Eſaiæ prophetæ.Quem
vt reuoluit,inuenit locum, vbi erat ſcri-
Eſa.61 ptum:Spiritus domini ſup me, propter
quod vnxit me, euangelizare pauperi-
bus miſit me. Et cum plicuiſſet librum,
reddidit miniſtro,& ſedit.Porro ſecun-
dum conſuetudinem aliorum epiſcopo
rum,cum epiſcopus orat ad dextram cõ
ſiſtit altaris.In hoc illud ſignans, quod
Abac.3 fuerat prophetatum:Deus ab auſtro ve-
Dextrum & ſiniſtrũ in altari quid deſignant. niet. Et quoniam ea quæ ſunt læta ſi-
gnantur per dextrã:ea quę ſunt triſtitia,
per ſiniſtram:idcirco põtifex ad dextrã
partem altaris primum accedit, vt gau-
dium dominicę natiuitatis oſtendat.De
inde poſt euangelium ad ſiniſtram con
uertitur,vt triſtitiam paſſionis inſinuet.
Sed iterum redit ad dextram, vt gaudi-
um reſurrectionis annũciet.Hoc ipſum
Ezechiel in deſcriptione quatuor ani-
Eze.1 malium figurauit:Facies,inquit, homi-
nis & facies leonis à dextris ipſorum
quatuor. Per hominem quippe natiui-
tas,per leonem reſurrectio, per bouem
immolatio deſignatur.Et ideo facies ho
minis & facies leonis erant à dextris,fa-
Mat.28 cies autem vituli erat à ſiniſtris,quia na-
Orare verſus orientem. tiuitas & reſurrectio gaudium intule-
runt:paſſio vero triſtitiã inſpirauit, pro
pter quod ipſe dicebat:Triſtis eſt anima
Luc.1 Zach.6 Hier.23 mea vſque ad mortem.Debet ergo ſacer
dos verſus orientem orare, quia viſita-
uit nos oriens ex alto. De quo legitur:
Sap.16 Ecce vir oriens nomen eius, cuius argu
mentum in libro Sapientiæ reperitur.
Eſa.66 Oportet,inquit,ad lucis ortum adora-
re. Non quod diuina maieſtas locali-
Iudæi verſus occidẽtem orabant Mal.1 Ioan.1 ter in oriente conſiſtat,quæ tamen eſſen
tialiter eſt vbique (Cœlum, inquit, &
& terram ego impleo)ſed quia timenti-
bus Deum orietur ſol iuſtitiæ, qui illu-
minat omnem hominem in hunc mun-
3.Reg.6 Exo.26 dum venientem: Nam & templum Sa-
lomonis & tabernaculum Moyſi legi-
tur ad orientem oſtium habuiſſe. Quia
autem ſub veteri teſtamento ingreſſus
templi erat ab oriente in occidentem,ad
ſignificandum,quia omnes ante Chri-
ſti paſſionem tendebant ad occaſum, id
eſt,ad infernum poſt mortem:nunc ve-
ro fit ingreſſus in templum ab occiden-
te in orientem, ad figurandum ortum
noſtrum & aſcenſum ad gloriã. In illis
autem eccleſijs, quæ habent oſtium ab
occidente,ſacerdos coram altari conſi-
ſtens vt adoret ad orientem, ſemper in
ſalutatione ſe conuertit ad populum,ex
cepto pręfationis & fractionis articulo,
cum orationi totus intentus,& cor ha-
bet ſurſum ad dominum,& Euchariſtię
peragit ſacramentum.

De depoſitione mitri pontificis. Cap. XXIII.

ORaturus epiſcopus mitram depo
nit,quia vir ſecundum Apoſto- 1.Cor.11
lum reuelato capite debet orare,quate-
nus inter ipſum & Deum nullum mali-
tiæ ſit velamen,vt reuelata facie, domini
gloriam contempletur.

De ſalutatione pontificis & ſacerdotis ad populum. Caput. XXIIII

POntifex ergo ſalutationem præ-
mittit ad populum,dicens:Pax vo
bis:illius vtens eulogio, cuius fungitur Dñs vobiſcum.
pontificio.Minor autem ſacerdos cũ ſa
lutat populum,ait:Dominus vobiſcum.
Quod vtique verbum Booz legitur di-
xiſſe meſſoribus: quod intelligitur Bo-
oz quoque figuram ſaluatoris expreſ- Ruth 2
ſiſſe. Quia Ruth Moabitidem duxit
vxorem.Chorus autem vtrique reſpon
det:Et cum ſpiritu tuo. Quod ſumptũ
eſt ex epiſtola Pauli ad Timotheum:Do
minus,inquit,Ieſus Chriſtus cũ ſpiritu
tuo.Vt autem epiſcopus oſtendat Chri
ſti vicarium,prima vice dicit:Pax vobis. Pax vobis
Quoniam hæc fuit prima vox Chriſti
ad diſcipulos,cum eis poſt reſurrectio-
nem apparuit. Ad inſtar vero ſacerdo-
tum cæterorum dicit poſtea:Dominus
vobiſcum:vt ſe vnum ex ipſis oſtendat.
Cæterũ,ſeptẽ vicibus populus ſalutatur Septẽ ſalutationes in miſſa.
in miſſa, quatenus excluſis ſeptẽ vitijs
capitalibus,ſuſcipiat gratiã ſeptiformẽ.

Vt ſacerdos non minus quàm duobus præſentibus debeat celebrare.

Caput.XXV.

STatutum eſt autem in ſacris cano- De conſecra.diſt.1.c.
nibus,vt nullus presbyterorum miſ
ſarum ſolennia celebrare præſumat,niſi Hoc quoq
duobus præſentibus, ſibique reſpon-
dentibus, ipſe tertius habeatur. Quia
cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus
vobiſcum,& illud in ſecretis,Orate pro
me,apertiſſime conuenit, vt illius ſaluta
tioni reſpondeatur à pluribus. Verum

aliud eſt neceſſitatis articulus, & aliud religionis contemptus. Pie quoque credẽdum eſt, & ſacris autoritatibus comprobatur, quod angeli Dei comites aſſiſtãt orantibus, ſecundum illud propheticũ:

Angelorũ pſentia in miſſa.

In conſpectu angelorum pſallam tibi. Et angelus ad Tobiam: Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino. Sed & in canone continetur. Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus angeli tui ſancti in ſublime altare tuum &c̃. Sane quilibet homo habet angelum ſuum ad cuſtodiam. Vnde legitur in Actibus apoſtolorum, quod cum puella, quæ cucurrit ad oſtium, Petri nunciaret aduentum, dicebant: Angelus eius eſt. Et dominus loquens in euangelio de paruulis, ait: Angeli eorum ſemper vident faciem patris. Illos igitur habemus in oratione participes, quos habebimus in glorificatione conſortes.

Pſal. 137 Tob. 12 Acto. 12 Mat. 18

De oratione & concluſione. Cap. XXVI.

SAlutatione præmiſſa, per quam auditores reddantur attenti, ſubdit orationes quæ deſignantur in Apocalypſi per ſumum aromatum, qui aſcendit in conſpectu domini de manu angeli. Chriſtus enim verus homo paſſioni ꝓpter nos deſtinatus (cuius illa vox eſt: Holocauſta & pro delicto non poſtulaſti, tuc dixi, Ecce venio) ſemꝑ vnitũ ſibi verbum pro nobis orabat. Qui, ſecundum Apoſtolum, in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationesque ad Deum, q ſaluum illum facere poſſet à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt in omnibus pro ſua reuerentia. Quod autem in fine orationis ſubiungitur, Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, illud ſignat, quod ipſe dicit in euangelio: Quicquid petieritis patrem in nomine meo fiet vobis. Non enim per aliam viam ad nos æterna Dei beneficia poſſunt deuenire, quam per eum qui eſt mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Sicut per mediantẽ cryſtallum mutuamus ignem, in eſcã ſuppoſitam à ſolo longinquo. Sumptũ eſt sutem de epiſtola ad Romanos: Gloriamur, inquit, in Deo per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum. Illud autem q̃d ſeqtur, Qui tecũ viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, ita poteſt ſimpliciter, ſed non imprudẽter intelligi: Qui cũ patre viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus .i. vna cũ ſancto ſpiritu. Nam pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt vnus Deus. Vel: In vnitate ſpiritus ſancti, id eſt, in ſpiritu ſancto, qui eſt vnitas patris & filij, amor & connexio vtriuſque. Per omnia ſecula ſeculorum, hoc cõſecutiue & antomaſtice poteſt intelligi: conſecutiue, ſicut generationes generationũ, antonomaſticæ, ſicut cantica canticorum. Amẽ optantis vel affirmantis oſtendit affectum. Nam in fine pſalmorꝫ vbi dicimus, fiat fiat, Hebręus dicit, Amẽ amen. Et Chriſtus in euãgelio ſæpe dicit: Amẽ amẽ dico vobis: hoc eſt, verꝫ verum dico vobis, ſecundum illud quod alibi dicit: Sit ſermo veſter, eſt, eſt. Reſpicit ergo vel ad formã oratiõis, vt quod õratur optetur, vel ad modum concluſionis, vt quod concluditur, affirmetur. Verbi gratia, cum ſacerdos orat, Da nobis quæſumus domine ſalutem mentis & corporis, populus optando reſpondet, Amen, id eſt, fiat. Vel cum ſacerdos concludit, Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti, Deus per omnia ſecula ſeculorum, populus affirmando reſpõdet, Amen, id eſt, verũ eſt.

Apoc. 8 Pſal. 39 Hebr. 5 Per dñm noſtrũ Ie. Chriſtum Ioan. 15 & 19. 1. Tim. 2 Qui tecũ viuit. &c. Amen. Mat. 5

Quare orationes dicantur collectæ, & quot ſunt in miſſa dicendæ.

Caput XXVII.

ORationes quæ circa principium miſſæ dicuntur, collectæ vocantur, eo quod ſacerdos qui fungitur ad Deum legatione pro populo, petitiones omnium in eis colligat & concludat. Proprie tamen collectæ dicuntur, quæ ſuper collectam populi fiunt, dum colligitur populus, vt ad ſtationem faciendam, de vna eccleſia procedant ad alteram. Orſtionum vero plures & varij fuerunt autores, & in tantum earundẽ numerus & diuerſitas excreſcebat, quod octauum Africanum Concilium, cui Beatus Auguſtinus interfuit, ita conſtituit: Nullæ preces vel orationes, vel miſſæ, vel prefationes, vel commendationes, vel manus impoſitiones dicantur, niſi in Concilio fuerint approbatæ. Nã & Gelaſius papa tam à ſe quam ab alijs compoſitas ꝑces dicitur ordinaſſe. Beatus

Varij orationũ autores Concilium Meliuitanum.

tus autem Gregorius ſecluſis his, quæ nimia vel incongrua videbantur, rationabilia coadunauit, & congrua multa per ſe neceſſaria ſuperaddens. Quidam vero modum & ordinem excedentes, in tantum orationes multiplicant, vt auditoribus ſuis tædium generent & faſtidium: cum econtra dominus dicat in euãgelio: Cum oratis, nolite multum loqui, ſicut faciunt ethnici. Putant enim ſe in multiloquio exaudiri. Vnde cũ ei dixiſſent apoſtoli, Domine, doce nos orare, compendioſam orationem eos edocuit: Pater noſter qui es in cœlis &c. Huius ergo orationis formam ſequentes ſacerdotes in miſſa ſeptenarium numerum non excedant. Nam Chriſtus ſeptẽ petitionibus oĩa corporis & animę neceſſaria cõphẽdit. Quia ỹo deus numero impare gaudet, ſummopere quidã obſeruãt, vt impares dicãt orationes in miſſa, vel vnam, vel tres, vel qnq; vel ſeptẽ. Vnã vel tres propter vnitatis ſacramentum vel myſterium trinitatis, quinque vel ſeptem propter quinquepartitam dominipaſſionem, vel ſpiritum gratiæ ſeptiformis. Deus enim diuiſionẽ & diſcordiam deteſtatur. Vnde cum cæterorum dierum operibus benedixit, operibus ſecundæ diei benedixiſſe non legit. Quia binarius numerus ab vnitate recedit, & ab eo cæteri diuiſibiles numeri ſortiuntur originem. Et cauendum eſt, ſi forte collecta pro defuncto miſceatur, non ſinalis, ſed penultima, vel antepenultima dicatur: qua finis ad ſuũ debet torqueri principiũ. In miſſa vero ꝑ defunctis non debet interponi oratio pro viuis, niſi illa cõmunis, Omnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum, &c.

Mat. 6
Luc. 11
Collectę in numero impari ſiunt
ſeptiformé

De extenſione manuum ſacerdotis in miſſa. Caput. XXVIII.

STans ergo pontifex ad orandum, manus eleuat & extendit, aſtantibus hincinde miniſtris, qui manus eius ſuſtẽtant, ſacerdote coram eo tenente ſacramentarium. Lex quippe iſtud ſacramentum inſinuat. Legitur enim in Exodo, quod cum Iſrael pugnaret aduerſus Amalech in deſerto, Moyſes aſcendit in verticẽ collis: cumq; leuaret Moyes manus, vincebat Iſrael. Si autẽ paululũ remiſiſſet, Amelech ſuperabat. Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum eſt vt manus eius non laſſarentur, vſque ad ſolis occaſum, fugauitque Ioſue Amelech & populum eius in ore gladij. Propter hoc ergo ſacerdos extendit manus in miſſa cũ orat. Nam & Chriſtus cum expandiſſet manus in cruce, pro perſecutoribus orauit, & dixit: Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt: moraliter inſtruẽs, ꝗa Chriſtus ſemper paratus eſt recipere pœnitentes: iuxta quod ipſe promiſit: Omnis qui venit ad me, non eijciam foras. Cum autem verus Moyſes, id eſt, Chriſtus eleuat manus. i. impendit auxilium & ſolatium, vincit Iſrael, id eſt, Eccleſia. Nam ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Sin autem paululum manus remittit, id eſt, ſi peccatis exigentibus ſubtrahit auxilium & ſolatium, ſuperat Amalech, id eſt, diabolus. Quia non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis. Quia vero Chriſtus promiſit eccleſiæ, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, ob hoc Aaron, id eſt, mons fortitudinis, & Hur, id eſt, ignis charitatis, ſuſtentant manus ipſius, vt in fortitudine ferat auxilium, & ex charitate ſolatium, ne manus eius laſſentur vſque ad ſolis occaſum, id eſt, vſq; ad finem mũdi. Sicque Ioſue duce, id eſt, Chriſto ductore Iſrael fugat Amalech & populum eius, id eſt, Eccleſia ſuperat diabolum & exercitum dæmonum in ore gladij, id eſt, per virtutem orationis. Gladius enim eſt verbũ Dei. Si quis ergo vult orationis virtute ſuparare diabolum, debet eleuare manus. i. actus ad deũ, vt eius conuerſatio ſit in cœlis. Vñ demiſſas manus erigite, & genua debilia roborate. Nam eleuatio manuum eſt ſacrificium veſpertinũ. Bona ẽ oratio cũ ieiunio & eleemoſyna. Fides añt ſine opibus mortua eſt. Leuemus ergo puras manus ſine diſceptatione, quęrentes q̃ ſurſum ſunt, non quæ ſup terrã, vbi Chriſtus eſt in dextra dei ſedens.

Exod. 17
Luc. 23
Ioan. 6 Senſus allegoricus
Rom. 8
Rom. 9
Matt. vlt.
Eph. 6
Phil. 3
Eſa. 35 Pſal. 140 Tob. 12 Iacob. 2
1. Tim. 2 Coloſſ. 3

De epiſtola quæ præmittitur euangelio. Caput. XXIX.

EPiſtola quæ ꝑmittitur euangelio, præcurſoris deſignat officium, q̃d Ioannes ante Chriſtum exercuit, qui ꝑ-

Subdiaconus Ioannẽ Baptiſtam repręſentat.

Lucæ .1 Ioan.1 iuit ante faciẽ domini parare vias eius.
Sicut ipſe teſtatur: Ego vox clamantis
in deſerto, parate viam dño. Ioannes er-
go quaſi ſubdiaconus fuit, id eſt, ſubmi-
niſter illius, qui de ſe dicit: Non veni mi
Mat.20 niſtrari, ſed miniſtrare. Lex enim quaſi
pædagogus, infantem Dei populum p
manum Moyſi cuſtodiendum ſuſcipi-
ens, illius aduentum docuit expectare,
quem eidem populo iam adulto, per os
digitumq; Ioannes præſentem in carne
monſtrauit, vt eum ducens ſequeretur
Ioan.1 ad regnum. Ecce, inquit, agnus Dei, ecce
Collatio legis ad euangeliũ. qui tollit peccata mundi. Præceſſit nan-
que lex euangelium, ſicut vmbra lucem,
Ioan.1 virga ſpiritum, timor charitatem, initiũ
pfectionem, dominantis pceptum, amã
tis conſilium. Nã lex p Moyſen data eſt,
gratia & veritas p Ieſum Chriſtum fa-
cta eſt. Epiſtola vero vox legis eſt, ſuam
imperfectionem Ioannis teſtimonio p-
fitentis, & ad pfectionem euangelicam
traſmittentis. Hic eſt, inquit, de quo di-
Ibidem. xi vobis: Qui poſt me venit, ante me
factus eſt, cuius non ſum dignus corri-
giam calceamenti ſoluere. Me oportet
minui, illum autem creſcere. Non erat il
le lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de
Ibidem. lumine. Erat lux vera, quę illuminat om
nem hominem venientem in hunc mũ
Heb.7 dum. Lex quippe neminem duxit ad p-
fectiõem. Hinc eſt ergo, quod ſubdiaco
nũ legentem epiſtolam vnus acoluthus
comitatur, diaconum vero legentem e-
uangelium, tã ſubdiaconus q̃ acoluthus
comitantur: quia prædicationẽ Ioannis
pauci ſequuti ſunt, ſed prædicationem
euangelij plurimi ſuſceperunt. Vnde di
Ioan.3 ſcipuli leguntur dixiſſe Ioanni: Rabbi q
erat tecum trans Iordanem, cui tu teſti-
monium perhibuiſti, ecce hic baptizat,
& omnes veniunt ad eum. Vt ergo co-
gnouit Ieſus, quia phariſæi audierunt,
quod Ieſus plures diſcipulos faceret q̃
Ioãnes Ba. vt limes fuit. Ioannes, reliquit Iudæam &c. Quia vero
Ioannes fuit limes præcedentium & ſub
ſequentium, medius inter apoſtolos &
prophetas (. Nam lex & prophetæ vſque
Matt.11 ad Ioannem, & ex eo regnum Dei euan
gelizatur, & omnis in illud vim facit.) i-
deo epiſtola nec ſemper legitur de pro-
phetis, nec ſemp de apoſtolis, ſed interdũ
ſumitur de veteri teſtamẽto, interdũ de
nouo. Quia Ioãnes, cuius vocẽ repſentat
epiſtola, cũ antiqs prædixit Chriſtũ ven
turũ, Qui poſt me venit, ante me factus
eſt, & cũ modernis Chriſtũ oſtẽdit pſen
tẽ, Ecce agnus Dei q tollit peccata mun-
di. Epiſtola vero græce, latine ſupermiſ Epiſtola ſupererogationem ſignificat.
ſio vel ſuperrogatio nuncupatur, q̃d no
men bene congruit literis apoſtolicis,
quę ſuperrogatæ ſunt euangelio, de qui
bus frequentius leguntur epiſtolæ. A-
poſtolicus enim ordo per illum ſtabula Lucæ.10
rium intelligitur, cui Samaritanus com
miſit hominem à latronibus ſpoliatum,
vulneratum & ſemiuiuum relictum p-
ferens duos denarios, & dicens ei: Curã
illius habe, & quodcunque ſupereroga
ueris, ego cum rediero, reddam tibi.

De reuerentia quam ſubdiaconus exhibet epiſcopo poſt lectam epiſtolam.

Caput. XXX.

QVod autem ſubdiaconus cum a-
colutho ad ſacerdotẽ poſt lectã
epiſtolam accedit, illud inſinuat, quod
Ioannes cum audiſſet in vinculis opera
Chriſti, mittens duos ex diſcipulis ſu-
ts, ait illi: Tu es qui venturus es, an Matt.11
alium expectamus? vt per viſa miracula
Chriſtum iam veniſſe cognoſcerent.
Vnde reſpondens Ieſus, ait illis: Eun-
tes renunciate Ioanni quæ vidiſtis &
audiſtis, Cæci vident, claudi ambulant,
leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mor
tui reſurgunt, pauperes euangelizãtur.
Et quia dextra domini fecit virtutem, i-
deo ſubdiaconus oſculatur ſacerdotis Pſal.117
dextram. Quia vero per viſa miracula
cognouit hunc eſſe de quo magiſter
prædixerat, Qui poſt me venit, ante
me factus eſt, cuius non ſum dignus cor
rigiam calceamenti ſoluere, pronus ad
pedes, calceamentum Romani pontifi-
cis oſculatur. Sacerdos vero ſubdia- Oſculum pedum.
conũ benedicit, quia Chriſtus commen
dauit Ioannem. Quid, inquit, exiſtis in
deſertum videre, pphetam? Etiã dico vo Matt.3 & 11
bis, & plus q̃ pphetam. Amẽ dico vobis,
inter natos mulierum non ſurrexit ma-
ior Ioanne Baptiſta. Subdiaconus
ergo poſt finem, ſed diaconus ante prin
cipium lectionis ad ſacerdotem acce-
dit, & exhibet reuerẽtiã, q̃a lex accepit fi
nẽ in Chriſto, ſed euãgeliũ originẽ ſum

pſit

pſit ab ipſo. Nam lex & prophetæ vſque ad Ioannem, Euangeliũ & apoſtoli poſt Ioannem.

De graduali. Cap. XXXI.

VErum quia Ioãnes pœnitentiam prædicabat. Pœnitentiam, inquit, agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum. Et iterum: Facite dignos fructus pœnitentiæ. Merito poſt epiſtolam graduale conſequitur, quod pœnitentię lamẽtum inſinuat. Propter quod in diebus Pentecoſtes tollitur de officio, quia videlicet dies illi futurum in regno Dei felicẽ Eccleſiæ ſtatum ſignificant. Quando iam area Chriſti ventilabro quod eſt in manu eius purgata, grana reponẽtur in horreo felicitatis æternæ. Dicitur autem graduale à gradibus humilitatis, vtpote illi conueniens, qui necdum aſcendit de virtute in virtutem, ſed adhuc in valle lachrymarum poſitus, iam tamen aſcenſiones in corde diſpoſuit. Rectius ergo faciunt, qui graduale non feſtiuis aut modulationis vocibus efferunt: ſed quaſi cantum grauem & aſperum ſimpliciter potius & lamentabiliter canunt. Poteſt tamen reſponſorium illud quod graduale vocatur, ad vocationem apoſtolorum referri, quando Chriſto vocante, venite poſt me, ipſi non tantummodo verbo, ſed opere reſponderunt, quia relictis omnibus ſecuti ſunt eum: Et ideo graduale cantatur, quoniam apoſtoli gradiebãtur poſt dominum, diſcipuli poſt magiſtrum. Poſt epiſtolam ergo graduale cantatur, quia poſt prædicationem Ioannis diſcipuli ſunt ſecuti Chriſtum. Sicut Ioannes Euangeliſta deſcribit: Stabat, inquit, Ioannes & diſcipuli eius duo, & reſpiciens Ieſum ambulantem, dicit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: & audierunt eum diſcipuli duo loquẽtem, & ſecuti ſunt Ieſum. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierunt à Ioanne, & ſecuti eũ fuerant. Hic graduale cantauit cum inuenit fratrem ſuum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Meſſiam, quod eſt interpretatum Chriſtus, & adduxit eum ad Ieſum. Philippus quoque graduale cantauit, quum inuenit Nathanaelem, & dicit ei: Quem ſcripſit Moyſes in lege, & prophetæ, inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth, veni & vide.

Graduale lamentũ pœnitẽtię — *Pſal. 83* — *Apoſtolorum vocatio poſt prædicationem Ioãnis Baptiſtæ* — *Ioan. 1* — *Andreas* — *Philippus*

De Alleluia. Cap. XXXII.

POſt luctũ ſequitur cõſolatio, nam beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur: Et ideo poſt graduale cantatur Alleluia, q̊d ſignificat ineffabile gaudium angelorum & hominum in ęterna felicitate lætantium, hoc eſt, ſemper laudare Deum. Nam beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. In voce exultationis & cõfeſſionis ſonus epulantis. Quid ſit alleluia, CXII. Pſalmus exponit, cui cum alleluia præmittitur in titulo, ſtatim Pſalmus exponendo titulum incipit; Laudate pueri dominum. Hoc ineffabile gaudium, vitæ præſentis inopia nullatenus habere meretur, ſed prægustans illud in ſpe, ſitit & eſurit quod guſtauerit, donec ſpes mutetur in rem, & fides in ſpeciem. Quapropter hoc nomẽ Hebraicum in interpretatum remanſit, id eſt, interpretatum non fuit, vt peregrinum ab hac vita gaudium, peregrinum quoque vocabulum ſignaret potius quàm exprimeret. Cuius myſterium, velut quoddam gaudij ſtillicidium, de diuitijs ſupernæ Hieruſalem, primum in mentem patriarcharum & prophetarum, poſt in apoſtolorum ora plenius per ſpiritum ſanctũ delapſum eſt. Quoniam igitur Alleluia futuræ beatitudinis quaſi proprium eſt vocabulum, iure magis eo tempore frequẽtatur, quo Chriſtus reſurgens eiuſdem beatitudinis ſpem nobis tribuit & *meritum. Vt autem alijs temporibus caneretur ad Miſſam, olim Eccleſiæ Romanę conſuetudo non erat, ſed à beato Gregorio conſtitutum, imo potius reſtauratum eſt. Nam à tempore Damaſi papæ, cum prius fuiſſet, eadem conſuetudo defecerat. Denique cum de hoc & quibuſdam alijs quoſdam murmurare ſentiret, tanquam Cõſtantinopolitanæ Eccleſiæ conſuetudinem ſequeretur, non eſt dedignatus reddere rationem, dicẽs: Nos in nullo horum aliam Eccleſiã ſecuti ſumus. Nã vt alleluia hic nõ diceretur, de Hieroſolymorũ Eccleſia ex B. Hieronymi traditione tempore beatæ memoriæ Damaſi papę traditur tractũ: & ideo in hoc magis illam cõſuetudinem amputauimus, quę hic à Gręcis tradita fuerat. Canimus

Mat. 5 — *Pſal. 83 & 41* — *Alleluia* — *promiſſũ* — *Ratio beati Gregorij pro alleluia.*

ergo Alleluia poſt graduale:canticum lætitiæ poſt luctum pœnitentię,Summopere nitentes exprimere magnitudinē conſolationis,quæ repoſita eſt lugentibus, iubilantes potius quam canentes, vnamq; breuem digni ſermonis ſyllabā in plures neumas protrahimus,ut iucūdo auditu mens attonita repleaſ & rapiatur illuc,vbi ſemper erit vita ſine morte, dies ſine nocte,certe ſine ſorte,iucūditas ſine dolore,ſecuritas ſine timore,tranqllitas ſine labore,fortitudo ſine debilitate,rectitudo ſine peruerſitate,pulchritudo ſine deformitate,veritas ſine fallacia, charitas ſine malitia, felicitas ſine miſeria. Poteſt tñ alleluia referri ad exultatiōnē eorū,qui de miraculis Chriſti gaudebāt laudantes dominū,& dicētes:Quia vidimus mirabilia hodie,& quia viſitauit dominus plebē ſuam. Tunc enim cātabatur in iubilo alleluia,cū oīs plebs vt vidit dedit laudē deo,& omnis populus gaudebat in vniuerſis quæ glorioſe fiebant ab eo.Nam & ſeptuaginta duo reuerſi ſunt cum gaudio dicētes:Domine,etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo.Hinc eſt quod à ſeptuageſima vſque ad Paſcha non cantatur alleluia.Quia tempore triſtitiæ non debet carmen letitię decantari,ſecum illud propheticū: Quomodo cantabimus canticū domini in terra aliena? Septugeſima nāq; tempus Babylonicæ captiuitatis repræſentat ſpiritualiter,in qua ſuper flumina Babylonis ſedentes & flentes in ſalicibus organa ſuſpēderunt.Canitur autem tractus,qui cum aſperitate vocum, tum prolixitate verborum miſeriā præſentis incolatus inſinuat. De qua dicit Pſalm. Heu mihi qa incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

Luc. 1 & 7. Ibid. 10 & 15. — Septuageſima. — Pſal. 139 — Tractus. — Pſal. 119

De uerſu qualis eſſe debeat, & qualiter interponatur. Cap. XXXIII

Qvod autem interpoſito verſu bis Alleluia cantatur, deſignat quia interiecta lætitia,ſancti geminam glorificationis ſtolam accipient,mentis & carnis,ſiue cordis & corporis.Nam ſecundum ſtolam mentis, exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis: ſecundū ſtolam carnis, fulgebunt iuſti & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.Verſus ergo nihil ſiniſtrum aut triſte,ſed totum iucundum & dulce debēt ſonare,quales ſunt,Dominus regnauit,decorem indutus eſt: Dominus regnauit,exultet terra:Iubilate Deo:Iuſtus vt palma florebit.Quoniā abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum,&iam non erit amplius neq; luctus neq; clamor,ſed nec vllus dolor,quoniam priora tranſierunt.Hoc ipſum ſignificat, quod in quibuſdam Eccleſijs ſequentia poſt Alleluia cantatur,ſuaui iubilo dulciq; canore.

Gemina ſtola ſanctorum. — Pſal. 149 — Sap. 3 — Pſal. 92 Pſal. 96 Pſal. 98 — Apoc. 7

Notādum eſt autem quod in officio Miſſæ,trium linguarum cōcurrit diuerſitas, vt oīs lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris.Quod & titulus crucis oſtendit,qui ſcriptus fuit literis Hebraicis, Græcis & Latinis,Ieſus Nazarenus rex Iudæorū.

Trium linguarum diuerſitas in Miſſa. — Phil. 2 — Ioan. 19

De ſacerdotis conſeſſu, dum Epiſtola legitur, & Graduale cantatur. Ca. XXXIIII.

HActenus tacitus ſedebat ſacerdos, illud inſinuans,quod prædicante Ioāne, Chriſtus quodammodo tacebat, quia non prędicabat aperte. Sed vt tradit Euangeliſta,poſtquam traditus fuit Ioannes,venit Ieſus in Galilæam,prædicās Euangelium regni Dei. Vel quia ſedere victoris eſt,ſeſſio ſacerdotis, Chriſti victoriam ſignat,qui poſt ieiuniū vicit diabolum. Nam reliquit eum tentator,& acceſſerunt angeli,& miniſtrabant ei.

Mar. 1 — Matt. 4

De mutatione ſacerdotis, ab una parte altaris ad aliam, cum lecturus eſt Euangelium. Cap. XXXV.

HIs ergo rite præmiſſis,ſacerdos ad ſiniſtram partem altaris accedens pronunciat Euangelium,ſignificans q̄d Chriſtus nō venit vocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitētiam,iuxta q̄d ipſe dicit in Euā.Quia nō indigent q ſani ſunt medico,ſed q male habēt. Per dexteram eñi iuſti,p ſiniſtrā pctōres figurātur.Propter q̄d dominus in iudicio ſtatuet quidem oues à dextris,hœdos autem à ſiniſtris. Quidam tamē in hoc loco dicunt, quod

Mat. 9 — Ibid. 25 — Alia ratio

quod ideo ſacerdos in principio Miſſæ conſiſtit ad dextram: cum autem pronũciat Euangelium conuertitur ad ſiniſtram, & circa finem, iterum redit ad dextrã. Quia cultus fidei, primo fuit in populo Iudæorum: deinde tranſiuit ad gentes: & circa finẽ iterum reuertetur ad Iudæos, ad prædicationem Enoch & Heliæ, qui conuertent corda patrum in filios, quoniã in diebus illis ſaluabitur Iuda, & reliquiæ Iſrael ſaluę fient. Sed cum ſacerdos, qui pronunciat Euangelium, ipſius Chriſti repræſentet perſonam, & Chriſtus non prædicauerit Gẽtibus, ſed Iudæis (Iuxta quod ipſe dicit in Euangelio: Non ſum miſſus niſi ad oues, quę perierunt domus Iſrael) vtrum illud recte dicatur, prudens auditor aduertat.

Mala.4 Apo.11 Rom.11 Matt.15

Quare Diaconus, qui lecturus eſt Euangelium, dextram Pontificis oſculatur.

Cap. XXXVI.

PORro cum Epiſcopus celebrat, omnia ſolennius peraguntur. Diaconus enim dextra Pontificis oſculata, codicem Euangelij ſuſcipiens de altari, benedictionem poſtulat ab Epiſcopo, qua data procedit ad pulpitium præcedentibus ceroferarijs, qui faculas ferunt accenſas & thuribulum cum incenſo. Iam figura mutatur. Nam Diaconus, qui prius repræſentabat prophetam, modo repræſentat Euangeliſtã. Lex enim & prophetæ vſq; ad Ioannem, ex eo autem regnum cœlorum euangelizatur. Puteus hic altus eſt, ſed ſi fuerit diligenter erudi ratus, hauriemus aquã in gaudio de fontibus ſaluatoris. Diaconus ergo dextrã Põtificis oſculatur, quia prædicator euãgelizare debet pro gloria ſempiterna, de qua Sponſa dicit in Canticis: Dextra illius amplexabitur me. Nã & angelus, qui reſurrectionis Chriſti gloriam venerat nunciare, ſedebat ad dextram, ſtola candida coopertus. Licet ergo ſecundũ apoſtolum, Qui ſeminant ſpiritualia, metere poſſunt carnalia: non eſt tamẽ ſeminandum pro carnalibus & terrenis, ſed pro ſpiritualibus & æternis. Nam qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Mercenarius enim eſt, qui de prædicatiõis officio non quęrit præmium ſempiternum, ſed commodum temporale.

Mat.11 Eſa.12 Can.1 Mar.16 1.Cor.9 2.Cor.9 Mercenarius

Quando manus & pedes ſummi Pontificis debeant oſculari. Cap. XXXVII.

CAEterum Subdiaconus vel Diaconus non manus ſed pedes Romani pontificis oſculatur, vt ſummo Pontifici ſummam exhibeat reuerentiam, & eum illius oſtendat vicarium eſſe, cuius pedes oſculabatur mulier illa, quę fuerat in ciuitate peccatrix. Adorandum eſt enĩ ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctũ eſt, cuius pedes mulieres tenentes reſurgentem à mortuis adorauerunt. Generaliter autem nemo debet manus ſummi Pontificis oſculari, niſi quum de manibus eius aliquid accipit, vel quum ad manus eius aliquid tribuit, vt oſtendatur quod ex vtroq; debemus ei gratias exhibere. Quia ſicut ſemper dat propria, ſic nunquam recipit aliena. Ipſe vero præter oblatiõem panis, nullam aliam oblationem manibus tangit, niſi quę pro defunctis offertur. Quam ideo manibus accipit, vt eorum ſugillet errorẽ, qui dogmatizant, eleemoſynas non valere defunctis. Panem vero tangit propter reuerentiam ſacrificij, quod ex pane conficitur, eo quia vicarius eſt illius qui de ſe dicit: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcẽdi. Cæteras autem oblationes ad pedes accipit, propter illud quod in Actibus apoſtolorum habetur, quoniam adferebant precia eorum quæ vendebantur, & ponebant ante pedes apoſtolorum.

Oſculum pedum Lucæ.7 Pſal.98 Ioan.20 Oſculari manum Oblatio pro defunctis Ioan.6 Act.4

De benedictione quam Diaconus petit & accipit, Cap. XXXVIII.

SVſcipiens ergo Diaconus codicem Euangelij, benedictionem poſtulat ab Epiſcopo, quia nullus debet prædicare niſi mittatur, ſecundum illud Apoſtoli: Quomodo prædicabunt niſi prius mittantur? Et dominus inquit apoſtolis: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Eſaias quoq; cum audiſſet vocem domini dicẽtis: Quem mittam? & quis ibit ex vobis? Reſpondit: Ecce ego, mitte me. Dixitq; dominus: Vade & dices populo huic, audite audientes, &c. Pontifex ergo viſibiliter benedicit Diacono, qui lecturus eſt Euangelium, quod non fecerat Subdiacono, qui lecturus erat Epiſtolã: quia Chriſtus inuiſibilis manens, legem & pro-

Rom.10 Mat.9 Lucæ.10 Eſa.6 Cur diacono & non ſubdiacono benedicitur.

& prophetas, quæ per Epiſtolam ſignificantur, inuiſibiliter miſit & docuit: Euntes (inquit) prædicate dicentes, appropinquabit regnum cœlorum. Sed poſtquã in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, Apoſtolos & Euangeliſtas viſibiliter miſit. Illi autem egreſſi circuibant caſtella, euangelizantes & curantes vbiq;.

Matt.10 Baruch.3 Luc.9

De ſuſceptione codicis Euangelij de altari. Cap.XXXIX.

TExtus Euangelij ſumitur de altari, quia de Sion exiuit lex, & verbũ domini de Hieruſalem, non vtique lex Moſaica, quæ quondã exierat de mõte Sinai, ſed Euãgelica lex, de quo dicit propheta: Ecce dies veniũt dicit dñs, & cõſeruabo teſtamẽtum nouum ſuper domum Iſrael & ſuper domũ Iuda, nõ ſecundũ teſtamentum, quod dedi patribus eorum, cũ educerem eos de terra Aegypti. Sed dabo leges meas in mẽtes eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas, & ero illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populũ. Lex quippe Moſaica ſcripta fuit in tabulis lapideis. Sed lex Euangelica ſcribitur in tabulis cordis digito Dei. Nam illa dabatur duris, habentibus cor lapideum. Sed hæc datur obedientibus, ſicut ipſe dicit in Pſalmis: Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.

Eſa.2 Differẽtia inter legẽ Moſaicam & euangelicam. Hiere.31 2.Cor.3 Pſal.17

De his qui præcedunt Diaconem cum cereis & incenſo. Cap.XL.

DIaconus præmittit ceroferarios cum faculis & incenſo, quia prædicator debet ex ſe odorem bonæ opinionis emittere. Secundum illud Apoſtoli, Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco. Nam cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur, & dicitur: Medice cura teipſum. Eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc eijcies feſtucam de oculo fratris tui. Debet etiam deſiderium & gaudium in cordibus auditorum accendere, quatenus & libenter audiant & gratãter obediãt. Quis autem non deſideret bonum nuncium, & de bono nuncio quis non gaudeat? Euangelium enim bonum nunciũ, ipſa ſui nominis interpretatione ſignat. Vel per hoc, quod Epiſcopus duos præmittit acolutos ante diaconem, qui lecturus eſt Euangelium, portantes cereos & incenſum, notatur quod Chriſtus præmittebat binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem & locum, quo ipſe erat venturus, præferentes coruſcationes miraculorum & odorem virtutum. Vnde reuerſi dixerunt: Domine, in nomine tuo etiam dæmonia ſubijciuntur nobis. Facies enim Chriſti conuenienter hic intelligũtur apoſtoli, qui formam doctrinæ ſuæ populis oſtendebãt. Propter quod ipſis aiebat: Qui vos recipit, me recipit. Vel ideo librum euangelicum præcedunt thuribulum & candelabrum, quia doctrinã Chriſti virtus & fama præibant, Euangeliſta teſtante: Exiuit Ieſus in virtute ſpiritus in Galilæam, & fama exiuit in vniuerſam regionem de illo, & ipſe docebat in ſynagogis eorum.

Prædicator bonæ opinionis eſſe debet. 2.Cor.2 Luc.4 Mat.7 Lucæ 10 Lucæ.4

Qualiter Subdiaconus in eũdo ſequitur, & in redeundo præcedit referens Euangelium. Cap.XLI.

DIaconus ergo præcedit vt doctor, Subdiaconus autem ſequitur vt auditor. Ille præcedit vt prædicet, iſte ſequitur vt miniſtret, quia dignus eſt operarius mercede ſua: ſecundum quod dominus in lege præcipit, non claudes os bouis triturãtis. Poſt vero lectionẽ Subdiaconus quaſi ſufficienter edoctus præcedit referens Euangelium, quoniã mercedem Euãgelij de ſua miniſtratione reportat: ſecundum illud quod ipſe dominus promiſit in Euangelio: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet. Quem ideo præmittit Diaconus ad Epiſcopum, vt oſtendat fructum prædicationis referre, de quo dominus iuſſerat: Poſui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. In quibuſdam tamen Eccleſijs Subdiaconus præcedit Diaconum, ferẽs puluillum, quem libro ſupponat, vt molliter ſedeat. Per puluillum qui feſſo ſupponitur ad quietem, ſignatur vitæ ſolatium, vt videlicet auditores, quaſi pro mercede laboris prædicanti ſibi neceſſaria ſubminiſtrent. Nam vt inquit Apoſtolus: Qui altario deſeruiunt, cum altario participant.

Matt.10 Deut.25 Matt.10 Ioan.15 Quid puluillus deſignet. 1.Cor.9

Quare

Quare Diaconus per unam partem aſcē-
dit in pulpitum, et per aliam deſcendit.
Cap. XLII.

PRocedit ergo Diaconus cum ſilen
tio,nihil ferens præter codicē Euā
gelij, propter illud quod dominus ipſe
Mat.10 Luc.10 præcepit, neminem ſalutaueritis, & ni-
hil tuleritis in via. Subdiaconus autem
per vnam viam,&Diaconus per aliā aſcē
dit in pulpitum. Quoniam ille docēdo,
iſte diſcendo procedit in augmentū ſci-
entiæ, vel quia miniſtrator per meritum
operis, & prædicator per meritum oris
progreditur in augmentum iuſtitiæ, de
Pſal.35 quo dicit Pſalmiſta: Iuſtitia tua ſicut
montes Dei.Sed per eandem viam reuer
tuntur ad præſulem. Quia per finalē per
ſeuerantiam pertingitur ad præmium,ſi
cut dominus ait:Qui perſeuerauerit vſ-
Matt.10 & 24 que in finem,hic ſaluus erit.Et quia præ
Act.1 dicatio nō ſufficit ſine opere (cœpit enī
Ieſus facere &docere)idcirco prędicator
per viam eandem reuertitur,per quā mi-
niſtrator acceſſerat. Vel ideo Diaconus,
qui lecturus eſt Euangelium, ab vna par
te progreditur, & ab altera parte regredi
tur,quoniam apoſtoli prius prædicaue-
re Iudæis, & poſtea gentilibus prædica-
uere,ſecundum quod inquiunt ad Iudæ
Act.13 os:Quia repuliſtis verbum Dei, & indi-
gnos vos feciſtis, ecce conuertimur ad
gentes.

Quare uerſus aquilonem legitur Euan-
gelium. Cap. XLIII.

DIaconus ergo in ambonem aſcen
dit,vt annunciet Euangelium,ſe-
Eſa.40 cundum illud propheticum:Super mon
tem excelſum aſcende tu, qui euangeli-
zas Sion,exalta in fortitudine vocem tu
am. Et dominus inquit in Euangelio:
Matt.10 Quod dico vobis in tenebris,dicite in lu
mine:& quod in aure auditis, prædicate
ſuper tecta.Nam & ipſe dominus aſcen-
dit in montem, vt Euangelium prædica
ret.Et aperiens os ſuum, docebat diſci-
Ibid.5 pulos ſuos,dicens: Beati pauperes ſpiri-
tu,quoniam ipſorum eſt regnum cœlo-
Ad aquilonem. rum.&c.Faciem autē ſuam verſus aqui-
lonem opponit,vt oſtendat prædicatio-
nem Chriſti contra eum ſpecialiter diri-
Eſa.14 gi, qui ait:Ponam ſedem meam ad aqui-
lonem,& ero ſimilis altiſſimo. Nam ſe-
Hier.1 cundum prophetam,ab aquilone pande
tur omne malum ſuper habitatores ter-
ræ. Aduerſus ergo aquilonem legitur
Euangelium, vt aquilo ſurgat & auſter
adueniat,id eſt,vt diabolus fugiat, & ſpi
ritus ſanctus accedat. Vnde Diaconus Cant.4 Lecturus euangeliū facit 4 cruces.
munit ſe ſignaculo crucis,ne diabolus,
qui bonis inſidiatur operibus, tollat ei
deuotionem de corde,vel ſermonem de
ore.

Sacerdos itaq; vel diaconus quum le-
cturus eſt Euangelium,ſignare ſe debet
in frōte,ſignare ſe debet in ore, ſignare
ſe debet in pectore,ac ſi dicat:Ego crucē
Chriſti non erubeſco, ſed corde credo
quod ore prædico. Prædicamus,inquit 1.Cor.1
Apoſtolus,Ieſum Chriſtum &hunc cru
cifixum: Iudæis quidem ſcandalum,gē-
tibus autem ſtultitiam. Nos autem glo- Gal.6
riari oportet in cruce domini noſtri Ieſu
Chriſti,in q̄ eſt ſalus.Quia dn̄s inquit in
Euāgelio:Qui me erubuerit & meos ſer Lucæ.9
mones, hunc filius hominis erubeſcet,
cum venerit in maieſtate ſua,& patris,&
ſanctorum angelorum. Debet etiam ſi-
gnare librum & oſculari. Librum oſcu-
latur diaconus vel presbyter,dicto Euā
gelio,& non prius,quaſi dicat:Hic eſt li
ber crucifixi,per quem recōciliationem
accepimus.

De crucis myſterio, et de multiplici eius
effectu. Cap. XLIIII.

O Quàm profundum eſt crucis my Figurę crucis ex ueteri teſtamento. Num.21
ſterium! quàm arduum eſt ſacra-
mētum! Legitur enim quod Moyſes ad
mandatum domini ſerpentē erexit æne-
um pro ſigno,quem aſpicientes qui per-
cuſſi fuerant à ſerpentibus ſanabantur,
quod ipſe Chriſtus exponens in Euan- Ioan.3
gelio,inquit: Sicut Moyſes exaltauit ſer
pentem in deſerto, ita exaltari oportet fi
lium hominis,vt om̄is qui credit in ipſo
non pereat,ſed habeat vitā æternā. Legi-
tur etiam,quod cum Ioſeph applicuiſſet Gen.48
Manaſſen & Effraim ad Iacob, ſtatuens
maiorem ad dextram,& minorem ad ſi-
niſtram, vt eis ſecundū ordinem benedi
ceret,Iacob vero manus commutans,id
eſt, in modum crucis cancellās,dextram
poſuit ſup caput Effraim minoris,& ſini
ſtrā ſup caput Manaſſe maioris,& dixit:
Angelus qui eruit me de cūctis malis,be
nedicat pueris iſtis, &c. Ezechiel autem Ezech.9
audiuit dominum dicentem ad virū ve-
ſtitum

ſtitum lineis,habentem atramentarium
ſcriptoris ad renes: Tranſi per medium
ciuitatis,& ſigna thau in frontibus viro
rum dolentium & gementium. Poſt hoc
dicit ſeptem viris: Trãſite per mediam ci
uitatem,& percutite om̃em ſuper quem
non videritis thau. Nemini parcet ocu-
lus veſter. Ioannes quoq; vidit angelum
Apo.7 aſcendentem ab ortu ſolis,habentem ſi-
gnum Dei viui,& clamauit voce magna
quatuor angelis,quibus datum eſt noce
re terræ & mari, dicens: Nolite nocere
terræ & mari,neque arboribus, quoad-
uſq; ſignemus ſeruos Dei noſtri in fron
Exod.12 tibus eorum. Hinc eſt etiam quum domi
nus percuteret Aegyptiorum primoge-
nita,domos Hebræorum abſque læſio-
ne tranſcẽdit,eo quod ſanguinem in ſu
perliminari & in vtroque poſte vidiſſet.
Ibid.17 Dum Moyſes manus tenebat extenſas,
Iſrael pugnans Amalech ſuperabat. Li-
Ibid.15 gnum miſſum in Marath,aquas dulco-
rauit amaras. Et ad lignũ miſſum in Ior-
4.Reg.6 danem,ferrum quod inciderat enatauit.
Hoc eſt lignum vitæ in medio paradiſi,
Gen.1 Sap.14 de quo Sapiẽs proteſtatur: Benedictum
lignum per quod fit iuſtitia,quoniam re
Pſal.92 gnauit à ligno Deus. Etenim correxit or
bem terrę,qui non commouebitur. Qui
Sap.2 dixerunt: morte turpiſſima condemne-
mus eum,neſcierũt ſacramenta Dei,ne
Eph.3 que cõpreheuderunt quæ ſit latitudo &
longitudo,quæ ſit ſublimitas & profun
Laudes crucis dum. Crux ergo ſanitatem reſtituit, be-
nedictionem impendit, diſcernit à perfi
dis,liberat à periculis,hoſtes expellit,vi-
ctores conſtituit. Crux myſterium fidei,
firmamentum ſpei,clauis ſcientię,forma
iuſtitiæ,magnificentia regum,gloria ſa-
cerdotũ,inopum ſuſtentatio,pauperum
conſolatio, cæcorum dux,claudorũ ba-
culus,ſpes deſperatorũ,reſurrectio mor
tuorum.

Quomodo ſignum crucis ſit exprimendum.
Cap. XLV.

EST autem ſignum crucis tribus
digitis exprimendum, quia ſub in
uocatione Trinitatis imprimitur,de qua
Eſa.40 dicit Propheta: Quis appendit tribus di
gitis molem terræ: ita quod à ſuperiori
deſcendat inferius,& à dextra trãſeat ad
ſiniſtram. Quia Chriſtus de cœlo deſcẽ-
dit in terram,& à Iudæis tranſiuit ad gẽ-
tes. Quidam tamen ſignum crucis à ſini
ſtra producunt in dextram: quia de miſe
ria tranſire debemus ad gloriam: ſicut &
Chriſtus tranſiuit de morte ad vitam, &
de inferno ad paradiſum, præſertim vt
ſeipſos & alios vno eodemq; pariter mo
do conſignent. Conſtat autem quod cũ
ſuper alios ſignum crucis imprimimus,
ipſos à ſiniſtris conſignamus in dextrã.
Verum ſi diligenter attendas, etiam ſu-
per alios ſignum crucis à dextra produ-
cimus in ſiniſtram, quia non conſigna-
mus eos quaſi vertẽtes dorſum,ſed qua-
ſi faciem præſentantes.

De ſalutatione quæ premittitur Euange lio. Cap. XLVI.

DIaconus ergo in ambone conſi-
ſtens,ſalutat populũ,dicens: Do-
minus vobiſcum,illud obſeruans quod
dominus iuſſerat: In quamcunq; domum Mat.10
intraueritis,primum dicite: Pax huic do Lucæ.10
mui. Stans ergo populus quod ante nõ
fecerat,quum epiſtola legeretur, deuo-
tus & attentus,reſpondet: Et cum ſpiri-
tu tuo. Statimq; diaconus,vt eos beneuo
los reddat & dociles,ſubdit: Sequentia
ſancti Euangelij,&c̃. Sed & ipſi cum re-
uerentia & honore reſpondent: Gloria
tibi domine. Glorificantes dominum
quod miſerit eis verbum ſalutis, ſicut in
Actibus apoſtolorum habetur: Et glo- Act.11
rificauerunt dominum, dicentes: Ergo
& gentibus dedit Deus pœnitentiam ad
vitam.

De preeminentia Euangelij.
Cap. XLVII.

SAne ſicut caput præeminet corpori,
& ei cætera membra ſubſeruiunt,ſic
Euangelium toti officio præcellit, & ei
cæteræ partes intellectuali ratione con-
ſentiunt. Hoc eſt verbũ verbi,ſermo ſer- Laudes euangelij.
monis,ſapientia ſapientiæ. Verbum ver
bi quod erat in principio apud Deum,
omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo
factum eſt nihil. Sermo ſermonis,qui ve
nit à regalibus ſedibus,inſimulatũ por- Sap.18
tans imperium,viuus & efficax,& pene-
trabilior omni gladio ancipiti. Sapientia Heb.4
ſapientiæ, quę attingit à fine vſque ad fi- Sap.8
nem for

nem fortiter & diſponit vniuerſa ſuaui-
ter. Paradiſus deliciarum, hortus aroma
tum, cella vinaria, cœnaculum vitæ, men
ſa propoſitionis, quadriga Aminadab,
turris Dauid, gazophylaciũ templi, the-
Can. 4 ſaurus patris familias. Hic eſt fons horto
rum, puteus aquarum viuentiũ, quæ flu-
Qualis debet eſſe diaconus unt impetu de Libano. Quocirca diaco-
nus corde purum, ore mundum, opere
caſtum ſe ſtudeat exhibere, quatenus ſa-
croſanctum euangeliũ poſſit digne pro
ferre, quia puteus aquarum viuentium,
id eſt, Euangelica prædicatio nõ fluit im
petu, id eſt, libere, niſi de Libano, id eſt,
Eccli 15 de corde caſto, & ore candido. Non eñ
eſt ſpecioſa laus in ore pctõris. Sed pec-
Pſal. 49 catori dicit Deus: Quare tu enarras iuſti
tias meas, & aſſumis teſtamẽtum meum
Exod. 4 per os tuum? Hic iam nõ loquitur Moy-
ſes, qui ab heri & nudiuſtertius non elo
quens eſt, ſed impeditioris & tardioris
linguæ factus eſt, ex quo dominum lo-
quentem ſibi audiuit. Hic non loquitur
Eſa. 6 Eſaias, q de ſe dicit: Væ mihi quia tacui,
quia vir pollutus labijs ego ſum. Hic nõ
Hierem. 1. loquitur Hieremias, qui dicit: A a a do-
mine Deus, neſcio loqui, quia puer ego
ſum. Sed hic loquitur pater in filio, quẽ
Heb. 1 cõſtituit hæredem vniuerſorum, per quem
fecit & ſecula.

*Quare poſt Euangelium liber & thuri-
bulum ad Epiſcopum reportãtur.*
Cap. XLVIII.

EVangelio perlecto liber & thuri-
bulum ad Epiſcopum reportãtur,
quoniam ad eum omnia bona ſunt refe
renda, à quo cuncta procedũt. Vnde mul
ti Pſalmorum intitulãtur: In finem Pſal
Qualis finis eſt Chriſtus. mus Dauid. Quia Chriſtus eſt finis con-
ſummans, ſed non conſumens, alpha &
ω, primus & nouiſſimus, initium & finis.
Epiſcopus ergo thus odorat, & codicem
oſculatur. Quia Chriſtus quod inſpira-
uit & docuit, hoc approbabat & acceptat.
Deus eñ nihil accipit, niſi quod efficit:
nec remunerat, niſi quod donat. Quia ſi
cut cuncta quę facit, ſunt bona: ſic nulla
ſunt bona, niſi quę facit. Nam vidit deus
Gen. 1 cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona.

*De ſymbolo quod poſt Euangelium canta
tur.* Cap. XLIX.

QVia vero corde creditur ad iuſti- Rom. 10
tiam, ore autem cõfeſſio fit ad ſa-
lutem, vt oſtendat Eccleſia, quod Euan-
gelij verbũ corde recepit, mox fidei ſym
bolum ore decantat, quod tamen epiſco Cur epiſcopus incipit ſymbolum.
pus incipit, vt ſignificet quod omne bo-
num à Chriſto procedat. Nam omne da
tum optimum & omñe donum perfectũ Iaco. 1
deſurſum eſt deſcẽdens à patre luminũ.
Quocirca ne muſicus ille cœleſtis dice- Mat. 11
ret: Cantauimus vobis, & non ſaltaſtis,
chorus catholicus euangelicæ doctrinæ
conſona voce reſpondet, & ſolenni tri-
pudio fidem catholicam profitetur. Sym
bolum autem Græce, Latine ſonat indi-
cium vel collatio, tum quia fidei plenam
indicat regulam & perfectam rationem,
tum quia ſimul in vnum continet ar-
ticulos fidei. Traditur enim quod poſt-
quam apoſtoli ſanctum paracletum acce
perunt, cum iam forent ad prædicãdum
Euangelium profecturi, conferentes in
vnum ſuper articulis fidei, ſtatuerunt, vt
ſicut omnes erant in vna fide cõcordes,
ſic omnes vnam fidem concorditer prę-
dicarent, & ideo ſymbolum componen
tes, vnuſquiſq; bolum, id eſt, particulam
vnam appoſuit. Vnde ſecundum apoſto
lorum catalogum duodecim particulas
dinoſcitur cõtinere. Symbolũ ergo poſt
Euangelium, fidem poſt prędicationem
oſtendit. Vnde Ioannes: Hæc eo loquen Ioan. 7
te, multi crediderunt in eum. Nam & ſe-
cundum Apoſtolum fides eſt ex auditu, Roma. 10
auditus autem per verbum Chriſti. Da-
maſus autem papa conſtituit, vt ſymbo-
lum cantetur ad Miſſam, ex decreto ſan
ctæ vniuerſalis ſynodi apud Conſtanti-
nopolim celebratæ.

*De duodecim partibus utriuſq; ſymboli,
tam apoſtolici quã Conſtantinopolitani.*
Cap. L.

CRedo in Deum patrem om Petrus
nipotentem, creatorem cœ
li & terræ.

Et in Ieſum Chriſtum filium Andreas
eius vnicum, dominũ noſtrum.

Qui conceptus eſt de ſpiritu Iacobus maior.
ſancto, natus ex Maria virgi-
ne.

Ioannes. Paſſus ſub Pontio Pilato, cru cifixus, mortuus & ſepultus.

Thomas. Deſcẽdit ad inferna, tertia diẽ reſurrexit a mortuis.

Iacobus minor. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad de xteram Dei patris omnipotẽtis.

Philippus Inde venturus eſt iudicare vi uos & mortuos.

Bartholo mæus. Credo in ſpiritum ſanctum.

Matthæus. Sanctam eccleſiã catholicam, ſanctorum communionem.

Simon. Remiſſionem peccatorum.

Thadæus. Carnis reſurrectionem.

Matthias Et vitam æternam, Amen.

Conſtantinopolitanum quoque ſym bolum dinoſcitur continere duode cim clauſulas.

Petrus CRedo in vnum Deum, Pa trem omnipotentem, facto rem cœli & terræ, viſibilium om nium & inuiſibilium.

Andreas Et in vnum dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigeni tum, & ex patre natum ante om nia ſecula: Deum de Deo, lu men de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non fa ctum cõſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt.

Iacobus maior. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem de ſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine: & homo factus eſt.

Ioannes. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſe pultus eſt.

Thomas. Et reſurrexit tertia die ſecun dum ſcripturas.

Iacobus minor. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram patris.

Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortu os. cuius regni non erit finis. Philipp⁹.

Et in ſpiritum ſanctum do minum & viuificantem: qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre & filio ſimul adoratur, & conglorificatur: qui loquutus eſt per prophetas. Bartholo mæus.

Et vnam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam. Matthæ⁹.

Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Simon.

Et expecto reſurrectionẽ mor tuorum. Thadæus

Et vitam futuri ſeculi, Amen. Matthias.

Iſti ſunt duodecim panes, qui recẽtes & calidi ſuper mẽſam propoſitionis, co ram domino ponebantur. Hæc ſunt do na quæ principes tribuum in conſecra tione altaris duodecim obtulere diebus. Duodenarius enim numerus multipli citer eſt conſecratus. In duodecim apo ſtolis, in duodecim prophetis, in duode cim patriarchis, in duodecim explorato ribus, in duodecim principibus, in duo decim tribubus, in duodecim fontibus, in duodecim lapidibus, in duodecim ſe dibus, in duodecim horis, in duodecim menſibus, in duodecim annis, in duode cim ſignis, in duodecim ſtellis, in duode cim gemmis, in duodecim portis, in du odecim angulis, in duodecim fundamẽ tis, in duodecim virgis, in duodecim cu bitis, in duodecim cophinis, in duode cim phyalis, in duodecim acetabulis, in duodecim mortariolis, in duodecim bo bus, in duodecim leunculis, in duode cim arietibus. Eſt autem numerus ſuper abundans, cõſtans ex duobus ſenarijs ſi gnãtibus perfectionẽ cogitatiõis & ope ris, ſiue mentis & corporis: ex ternario multiplicato per quaternariũ, & quater nario p ternariũ, ſignãtibus fidẽ indiui duæ Trinitatis, & quatuor Euangelio rum doctrinã, ſiue tres virtutes Theolo gicas, & quatuor virtutes politicas. Hic nu-

[Margin: Leuit. 14 Numer. 7 — Numerus duodena. — Myſteria huius numeri.]

numerus ex ſuis partibus aggregatis excreſcit in ſedenarium, qui conſtat ex denario & ſenario, mandatorum executionem ſignificans: quia decem ſunt legis mandata, quæ ſex diebus exequimur, excreſcentes in charitatis perfectionem, quæ ſecundum Apoſtolum xvi. proprietates habere dinoſcit. Charitas (inquit) patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, charitas nunquam excidit.

Xvi. proprietates charitatis 1. Cor. 13

Quibus diebus ſymbolum ſit dicendum in Miſſa. Caput. LII.

SYmbolum autem in illis tantum ſolennitatibus cantari debet ad miſſã, de qbus aliq̃ mẽtio fit in ſymbolo, videlicet omnibus diebus dominicis, Natali domini, Epiphania domini, Cœna domini, Paſcha, Aſcenſione, Pentecoſte, omnibus feſtiuitatibus beatæ Mariæ, ſanctę Crucis, Angelorum, Apoſtolorum, dedicationibus eccleſiarum, & cõmemoratione omnium ſanctorum: quãquam & ipſa ſit dedicationis feſtiuitas.

Infra octauas

Infra octauas Natalis domini, excepta die Innocentum, in qua cantica lætitiæ ſubticẽtur. Tum quia vox in Rhama audita eſt ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos: tum quia innocentes deſcenderunt ad inferos, tum etiam quia non loquendo ſed moriendo confeſſi ſunt. In octaua tamen cantatur propter reſurrectionis gloriam, quam octaua ſignat. Infra octauas Epiphanię, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Apoſtolorum Petri & Pauli, & Aſſumptionis virginis Mariæ. Vnde licet in natiuitate ſancti Ioannis Baptiſte & feſtiuitate ſancti Laurentij ſymbolum non cãtetur, in octauis eorum tamen cantatur, eo quod infra octauas Apoſtolorum & Aſſumptionis aduẽniãt, & ob hoc in octauis ſancti Ioannis præfatio de Apoſtolis, & in octauis ſancti Laurentij præfatio de Aſſumptione cantatur. Horum omnium commemoratio fit in ſymbolo, quorundam tamen obſcure, vt Epiphaniæ, quæ eſt feſtum baptiſmatis, de quo continetur in ſymbolo, Confiteor vnum baptiſma: Cœnæ domini, quæ eſt ſolennitas Euchariſtiæ, ad quam reſpicit illud, quod in ſymbolo continetur, Sanctorum communionem. Angelorũ, qui nomine cœli debent intelligi cum in ſymbolo dicitur, Creatorem vel factorem cœli & terræ, ſecundum illud: In principio creauit Deus cœlum & terram, id eſt, naturam angelicam & humanam. Quibuſdam tamen videtur, in feſtiuitatibus Angelorum non eſſe ſymbolum decantandum, eo quod Angeli nunquam habueruut fidem, ſed ſpeciẽ, non credentes, ſed agnoſcentes. Dedicationis Eccleſiarum, ad quam reſpicit illud, Sanctam eccleſiam catholicam. Tũc enim ſanctificatur & (vt ita dicam) catholica eccleſia, cum dedicatur. Ad octauas reſpicit reſurrectio mortuorum, de qua continetur in ſymbolo, Expecto reſurrectionem mortuorum. In feſto tñ Agnetis ſecũdo ſymbolum non cantatur, quia licet celebretur in octaua, non tamen eſt feſtum octauæ. Vnde nec in Kalendario ſcribitur, nec in eccleſia pronunciatur octaua. Quidam non abſurde ſingulis diebus Paſchalibus, ſicut omnibus diebus dominicis, ſymbolum cantãt, à die reſurrectionis vſque ad feſtum Aſcenſionis. Quidam etiam in feſtiuitate ſanctæ Mariæ Magdalenæ, dicentes illam apoſtolorum apoſtolam, ſymbolum cantant, pro eo quod ipſa ꝓprie vel prima reſurrectionis gaudium apoſtolis nunciauit. De quibuſdam tamen mentio fit in ſymbolo, in quorum commemoratione ſymbolum non cantatur, vt paſſionis & ſepulturę: quoniam illorum dierum officium, aliorum officiorum regulam non ſectatur.

Hier. 31 Matt. 2

Mentio feſtorum in ſymbolo.

Ioan. 20

A quibus & ubi ſymbolum ſit cantandum. Caput LII.

QVia vero Chriſtus non venit prædicare gentibus, ſed Iudæis, iuxta quod ipſe dixit in Euangelio: Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Vnde præcepit apoſtolis: In viam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum nõ intraueritis, donec poſt reſurrectionẽ præcepit eiſdẽ: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ. Idcirco Ro-

Matt. 10

Singula ris ritus Ro. pont. in miſſa.

mano Pontifice ſolenniter celebrante, ſymbolum fidei non cantores in choro, ſed ſubdiacones ad altare decantant, & ipſi generaliter ad vniuerſa reſpondent, vſque dum pontifex dicit, Pax domini ſit ſemper vobiſcum. Quoniã vſq; poſt Chriſti reſurrectionem, ſola Iudæorum eccleſia, quæ per ſubdiacones deſignat, qui ſurſum ad altare conſiſtunt, corde credidit ad iuſtitiam, ore autem confeſſa eſt ad ſalutem.

Rom. 10

Sed ex tunc cantores in choro reſpondent, & vniuerſa decantãt, quia poſt reſurrectionem eccleſia gentium, quam cantores deſignant, qui deorſum in choro conſiſtunt, fidem Chriſti recepit, & laudum præconia ſaluatori ꝑſoluit. Inter Euangelium tamen & ſacrificium chorus concinit offertorium: q̃niam inter prędicationem & paſſionem gentilitas fidei votum offerens decantauit, quando mulier Canança de finibus Tyri & Sydonis egreſſa clamauit, & dixit: Miſerere mei domine fili Dauid, filia mea à dæmonio male vexatur: cuius tandem fidem commendans Dominus ait: O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis.

Mat. 15

De offertorio. Caput. LIII.

DIcturus ſacerdos Oremus, præmittit Dominus vobiſcum: quia niſi nobiſcum ſit dominus, ad ſalutem noſtram orare non poſſumus. Statim autem canitur offertorium, trahens nomẽ ab offerendo, quia dum offertorium cãtatur, ſacerdos accipit oblationes à populis vel hoſtias à miniſtris. Hilarem enim datorem diligit Deus.

2. Cor. 9

Ordo conueniens, vt poſt prædicationem ſequatur fides in corde, laus in ore, fructus in opere. Fides in ſymbolo, laus in offertorio, fructus in ſacrificio. Quapropter offerẽda cãtatur, quia ſacrificium laudis offertur. Vnde Pſalmiſta: Circumibo & immolabo in tabernaculo eius hoſtiam iubilationis, cantabo & pſalmum dicam domino.

Pſal. 26 vociferationis.

Et in Paralipomenon: Cum offerrent holocauſta, cœperunt laudes canere domino, Et in diuerſis organis, quæ Dauid rex compererat, concrepare.

De ſilentio poſt offertorium. Cap. LIIII.

POſt hæc ſacerdos ſilentium ſolitudinem expetit, inſtante memoria dominicę paſſionis, illud inſinuãs, quod

Ioan. 11

Ieſus iam non palam ambulabat apud Iudæos, cum cogitarent eum interficere, ſed abijt in regionem, iuxta deſertum in ciuitate quę dicitur Effrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. Collegerũt ergo pontifices & phariſæi conſilium, & dicebant: Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem. Vnus autem ex illis, Caiaphas nomine, cum eſſet pontifex anni illius dixit eis: Vos neſcis quicquam nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus homo ꝑ populo moriatur, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Silentium ergo ſacerdotis, latibulum Chriſti ſignat.

De ablutione manuum antequam ſacrificium offeratur. Caput. LV.

NOtandum vero, quod cum ſacerdos dixiſſet, Oremus, non ſtatim orationem ſubiungit, ſed antequam ad altare procedat, manus abluit, quatenus lotis manibus oblationem accipiat, incenſum offerat & orationem effundat.

Exod. 30

Scriptum eſt enim in Exodo: Facies labium æneum, ponesque illud in tabernaculum teſtimonij ad altare, & miſſa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus ſuas & pedes, quãdo ingreſſuri ſunt tabernaculũm teſtimonij, & quando acceſſuri ſunt ad altare.

Simile tio

Cum ergo iam manus ſuas lauiſſet Epiſcopus ingreſſurus tabernaculum, tunc iterum manus abluit, cum acceſſurus eſt ad altare, vt magis magiſque mundatus offerat hoſtiam immaculatam, ſanctam, Deo placẽtem. Vnde Pſalmiſta, cum eſſet mundatus, petebat amplius emundari. Amplius (inquit) laua me ab iniuſtitia mea, & à delicto meo munda me.

Pſal. 50

Sacerdos igitur hoſtiam oblaturus, debet conſcientiam lauare lachrymis pœnitentiæ: ſecũdum illud: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

Pſal. 6

Nam & Chriſtus antequam verum & vnicum ſacrificium in ara crucis offerret, in reſurrectione Lazari lachrymas effudit miſeratus: Euãgeliſta teſtãte: Ieſus (inq̃t) infremuit ſpiritu, turbauit ſemetipſum & lachrymatus

Ioan. 11

tus eſt.

De corporalibus, & quare una pars extenditur & altera complicatur.

Caput. LVI.

INterim vero Diaconus corporales pallas, ſuper altare diſponit, quæ ſignificant linteamina, quibus inuolutũ fuit corpus Ieſu. Pars autem quæ plicata ponitur ſuper calicem ſignat ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius ſeparatim inuolutum in vnum locum. De his itaque tantum reperitur in canone, Cõſulto omnium conſtituimus vt ſacrificium altaris nõ in ſerico panno, aut intincto quiſquam celebrare præſumat, ſed in puro lineo, ab epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino procreato atque cõtexto, ſicut corpus domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone linea munda ſepultũ fuit. Poteſt tamen in his & aliud figurari. Duplex eſt enim palla, quæ dicit corporale, vna quam Diaconus ſuper altare totam extendit, altera quam ſuper calicem plicatam imponit. Pars extenſa, ſignat fidem, pars plicata ſignat intellectum. Hic enim myſterium credi debet, ſed comprehendi non valet, vt fides habebat meritum, cui humana ratio non præbet experimentum. Credamus ergo de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Sed non præſumamus diſcutere, quia defecerunt ſcrutãtes ſcrutinio. Scriptum eſt enim, quia perſcrutator maieſtas opprimetur à gloria. Nam qui dixerunt, durus eſt hic ſermo, & quis poteſt illum audire? abierunt retro, & iam non ambulabant cum Chriſto.

Conſtitutio de pallis lineis.

alias linteo. De conſec. diſtin. 1. c. Coſulto.

Ne pſcrutemur ſed credamus myſteria. 1. Tim. 1

Pſal. 63

Prouer. 25

Ioan. 6

De oblatione & incenſo, & quare ſacerdos tertio circumducit & reducit incenſum, & quare totum undique incenſatur altare.

Caput. LVII.

TVnc ſurgens ſacerdos ad altare pcedit, vt myſticam oblationẽ accipiat à miniſtris. Illud inſinuans quod Ioannes euãgeliſta deſcribit: Ieſus, inquit, ante ſex dies Paſchę venit in Bethaniam, vbi fuerat Lazarus mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat. Oblatione ſuſcepta, ſtatim adoletur incenſum, p q̃d illud innuit, q̃d ſtatim p euãgeliſtã ſubiicitur: Maria ergo accepit libram vngẽti Nardi piſtici precioſi, & vnxit pedes Ieſu, & domus impleta eſt ex odore vngenti. Quod autẽ ſacerdos tertio ſuperducit & circũducit incenſum, deſignat q̃d Maria ter exhibuit & adhibuit vngẽtũ circa corpus Ieſu. Primo cũ vnxit pedes ipſius in domo Simonis phariſæi. Secũdo cũ in domo Simonis leproſi ſup caput eius vngentũ effudit. Tertio cũ emit aromata vt veniens vngeret Ieſum, iam poſitum in ſepulchro. Voluntas enim pro facto reputatur, cum & per ipſam non ſteterit, quominus expleuerit quod incepit. Quod vndique totum incenſatur altare, deſignat quod factum illud totam vndiq; reſpargit eccleſiam. Sicut dominus ipſe teſtat: Amẽ dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur q̃d hoc fecit in memoriam eius. Moraliter autem incenſum deuotionis adolendũ eſt in thuribulo cordis, igne charitatis, vt odorem ſuauitatis emittat: de quo dicit ſcriptura: Fungi ſacerdotio, & habere laudem in nomine ipſius, & offerre illi incenſum dignum in odorem ſuauitatis. Hoc enim incenſum ſacerdos accipit, id eſt, Chriſtus acceptat, & incẽſat ex eo ſacrificiũ & altare.

Ioan. 12

Magdalena ter vnxit Ieſum.

Lucæ 7

Ioan. 12

Mar. 16

Mat. 26

Eccle. 45

De modo & ordine ſacrificium offerendi, & de commixtione aquæ & uini.

Caput LVIII.

VErum libet ad huc oblatiõis myſterium explicare. Subdiaconus enim calicem præparat, panem & vinum in illo diſponens, quia nimirum lex q̃ per ſubdiaconum hic congrue deſignatur, huius oblationis myſterium præſignauit, docens, quod Melchiſedech rex Salem protulit panem & vinum. Erat enim Dei ſacerdos altiſſimi. Quod exponens Propheta dicit ad Chriſtum: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Diaconus autem calicem præparatum accipiens, in altari componit. Quoniam euangelium, cuius eſt figura diaconus, huius ſacrificij ritum cõmendauit eccleſiæ, quam per altare ſupra diximus figurari. Prius tñ diaconus patenam cum hoſtia tradit epiſcopo, quam epiſcopus ipſe ſuper altare diſponit, inſinuans quod ipſemet Chriſtus hoc ſacramentum primum inſtituit, & eccleſiæ tradidit celebrandũ, dicẽs: Hoc

Miniſterium ſubdiaconi.

Gen. 14

Pſal. 109

Miniſterium diaconi.

1. Cor. 11

 eſt

eſt enim corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam cõmemorationem. Epiſcopus aquã vino cõmiſcet in calice, quia Chriſtus populũ reconciliauit in morte. Scriptũ eſt enim quod

Cũr aqua admiſceatur vino. Apoc. 17.

aquæ multę ſunt populi multi. Chriſtus aũt ſanguinem ſuum effudit pro populo, ſicut ipſe teſtatur: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti, q̃ pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorum. Et de latere Chriſti ſimul exiuit ſanguis & aqua, q̃tenus nec Chriſtus ſit ſine populo, nec populus ſine Chriſto. Quia cum aqua vino miſcetur, Chriſtus & populus adunantur. Verum hoc quoq; myſterium lex Moſaica figurat, ſicut exponit Apoſtolus dicens: Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra. Petra autẽ erat Chriſtus. Quapropter ampullam cum aqua ſubdiaconus tradit epiſcopo, quam epiſcopus fundit in calicem, vt ſicut aqua non ſeparatur à vino, ſic nunquam populus ſeparetur à Chriſto. Calix ponitur ad dextrum latus oblatæ, q̃ſi ſanguinem ſuſcepturus, qui de latere Chriſti dextro creditur vel cernitur profluxiſſe. Nam ſicut panis in corpus, ita profecto vinum trãſſubſtantiatur in ſanguinem. Porro cum ſacerdos accipit patenam & vrceolum, calicem & thuribulum: patenam cum hoſtia, vrceolum cũ aqua, calicem cũ vino, thuribulum cum incenſo: efficit ſuper ea crucis ſignaculũ, vt per crucis virtutem omnis comitatus diabolicæ malignitatis effugiat, ne contra ſacerdotem vel ſacrificiũ aliquo modo præualeat. Ob hoc etiam in modum crucis ſuperducit & circumducit incenſum & ſacrificium ad altare, quatenus & crucis ſignaculo & thuris incenſo diabolicæ fraudis malignitas extricetur: Sicut prædiximus & oſtendimus ad id vtrumque valere.

1. Cor. 10

Crucis ſignaculũ

Ex Micrologo c. 10. de eccl. obs.

afs conat.

De patena ſuper quam ſacrificium panis offertur. Caput LIX.

PAtena quæ dicitur à patendo, cor latum & amplum ſignat, ſuper hãc patenam, id eſt, ſuper latitudinem charitatis, ſacrificium iuſtitiæ debet offerri, vt holocauſtum animæ pingue fiat. Hanc latitudinem cordis apoſtoli habebant, cũ Petrus aiebat: Etſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & oẽs diſcipuli Chriſto dixerunt. Propter q̃d dñs intulit, dicens: Spiritus q̃dem promptus eſt, caro aũt infirma. Sed latitudo cordis ab eis aufugit & latuit, cum oẽs diſcipuli relicto magiſtro fugerũt & latuerunt. Et ideo poſt ſuſceptam oblatã ſacerdos abſcõdit ſub corporali patenã, vel ab altari remotã ſubdiaconus retro cõtinet inuolutã, per quod diſcipulorum fuga vel latibulũ deſignatur, q̃ dũ veræ ſacrificiũ offerreret, fugerũt relicto Chriſto & latuerũt, ſicut eis ipſe prædixerat: Oẽs vos ſcandalum patiemini in me in hac nocte. Scriptum eſt enim: Percutiã paſtorem, & diſpergentur oues gregis, poſtquam autem ſurrexero, præcedam vos in Galilęam. Et ideo ſacerdos dominicę reſurrectionis annunciaturus euãgelium, reſumit patenam, quia cum eſſet ſero die illa vna ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metũ Iudæorum, venit Ieſus, & ſtans in medio dixit eis: Pax vobis, reſumens oues quę trepidantes aufugerunt.

De ſacerdotis inclinatione.

Caput. LX.

TVnc ſacerdos inclinans, orat primum pro ſe, deinde pro populo: monens vt populus oret pro ipſo. Orate, inquit, pro me fratres chariſſimi. Debemus enim pro inuicem orare ſecundum Apoſtolum, vt ſaluemur. Nam & dominus inquit in euangelio: Amen dico vobis, quia ſi duo vel tres conſenſerint de omni re ſuper terram quamcumque petierint, fiet eis à patre meo qui eſt in cœlis. Orauit autem & Chriſtus primũ pro ſe, deinde pro populo, dicens: Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te. Pater ſancte, ſerua eos quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos. Per hoc autem quod ſacerdos inclinat ſe, humiliationem Chriſti ſignat, qui exinaniuit ſemetipſum, formã ſerui accipiens, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Nũc tandem ſacerdos dicit orationem quam intermiſit, quia tunc demum Chriſtus rediit Hieroſolymam ad domũ orationis, quã ad tempus deſeruerat, cum receſſerat in Effrem. Sic enim habetur in euãgelio: Cum veniſſet Ieſus Hieroſolymã, intrauit in templũ Dei & eiecit vẽdẽtes

&

Mat.21 & ementes de tẽplo, dicens: Domus mea domus orationis vocabitur.

De præfatione. Cap. LXI.

Ioan.12 QVia vero iterum iam palam ambulabat Ieſus, ita quod in craſtinum turba multa quæ conuenerat ad diem feſtum, quum audiſſent quia Ieſus venit Hieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & obuiam proceſſerunt, clamãtes: Oſanna, Benedictus qui venit in nomine domini rex Iſrael. Leuat ergo ſacerdos manus & vocem, dicẽdo palam: Per

Finis orationis fit principiũ præfationis. omnia ſecula ſeculorum. Finis orationis eſt principium præfationis, per quod ſacerdos inſinuat, quod Chriſtus eſt lapis angularis, qui fecit vtraq; vnum: Iudęos continens & Gentiles, vt ſit vnum ouile & vnus paſtor. Vnde poſt laudem Iudęorum Euangeliſta deſcribit fidem Gentilium.

Ibidem Erant, inquit, Gentiles quidam ex his q aſcenderãt vt adorarẽt in die feſto, hi rogauerunt Philippum dicentes: Domine, volumus Ieſum videre. Dicturus autem ſacerdos oratiõem digniſſimam, præmittit ſalutationem, optans nos tales exiſtere, cum quibus dominus manere dignetur, & illud nobiſcum celebrare conuiuium, ad quod mulier attulit alabaſtrum vngenti Nardi piſtici precioſi, & illud effudit ſuper caput domini recũbentis. Vnde ſtatim ſacerdos ſubiungit:

Surſum corda. Surſum corda. Chorusq; ſubiungit: Habemus ad dominum, vt Eccleſia ſicut vere mulier vngẽtaria, ſurſum ad ipſam verbi diuinitatem cor eleuet, & illud caput æquale Deo patri fide contingẽs, vngento catholicæ confeſſionis perungat. Cuius ſane pręconiũ ſacerdos proſequitur,

Grãs agamus. dicẽs: Gratias agamus domino Deo noſtro. Chorusq; reſpondet: Dignum & iuſtum eſt. Gratias enim debemus referre omnipotenti Deo per Chriſtum dominum noſtrum. Credentes & confitentes quod per ipſum maieſtatem eius laudãt angeli, adorant dominationes, tremunt poteſtates, &c. Nimirum hoc diuinitatis archanum eius contingere, eſt præcipuum ſuper caput eius vngentum effundere, quod ex euangelici pigmenti medulla Ioannes Euangeliſta confecit, In prin

Ioan.1 cipio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Hoc ſacræ confeſſionis preconium, ita recte concludit Eccleſia, vt cum angelis & hominibus decantent hunc deuoti pectoris hymnum: Sanctus, ſanctus, ſanctus, &c. oratio iſta, vel hymnus partim angeloꝝ, partim hoĩm verba complectitur. Hymnus angelorũ & hoim. Legitur enim in Eſaia, Eſa.6 quod Seraphim clamabant, alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus Deus exercituum: plena eſt omnis terra gloria eius. Legitur quoque in Euangelio, quod qui præibant, & qui ſequebantur, clamabant dicentes: Mart.21 Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini, Oſanna in altiſſimis. Vox angelorum Trinitatis & vnitatis in Deo commendat archanum, vox hominum diuinitatis & humanitatis in Chriſto perſonat ſacramentum. Poteſt tamen præfationis officium ad illud referri, quod Ieſus aſcendit in cœnaculum Lucæ,22 magnum ſtratum, in quo multa loquutus eſt cum diſcipulis ſuis, & gratias agens, hymnum retulit Deo patri, quem Ioannes Euangeliſta deſcribit, vſq; dum egreſſus eſſet trans torrentem Cedron, Ioan.18 Matt,26 de quo dicit Matthæus: Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Gelaſius Papa tractus & hymnos compoſuit, & ſacramentorum præfatiões cauto quidem & elimato ſermone dictauit. Sixtus autem hymnum, Sanctus, ſanctus, ſanctus, cantari conſtituit.

PRÆFATIO COMmunis.

PER omnia ſecula ſeculorum, Amen. Dominus vobiſcum: Et cum ſpiritu tuo. Surſum corda, Habemus ad dominum. Gratias agamus domino Deo noſtro: Dignũ & iuſtum eſt.

Vere dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare, Nos tibi ſemper & vbiq; gratias agere, domine ſancte pater, omnipotens, ęterne

 næ

næ Deus, per Chriſtum dominum noſtrum: Per quem maieſtatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt poteſtates. Cœli cœlorumq; virtutes, ac beata Seraphin, ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus & noſtras voces vt admitti iubeas deprecamur, ſupplici confeſſione, dicentes: Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua, Oſanna in excelſis. Benedictus q venit in nomine domini, Oſanna in excelſis.

De expoſitione Præfationis eiuſdem.
Cap. LXII.

Surſum corda. MOnet ergo ſacerdos, vt corda ſurſum habeamus ad dominũ, ſecundum exhortationem Apoſtoli, dicentis: Col. 3 ſapite Matt. 6 Quę ſurſum ſunt, quęrite, & non quæ ſuper terram. Nam vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum. Multi quidem dum ore loquuntur cœleſtia, corde meditantur terrena: Quibus dominus im- Eſa. 29 properat per Prophetam: Populus hic me labijs honorat, cor autem eorum longe eſt à me. In qualibet ergo oratione peccatum eſt, ſed in iſta periculum, Ne ſit cor ab ore diuiſum. Cor habere diuiſum ab ore, vel os habere diuiſum à corde. Nam q ſemetipſum non audit, nec Deus illum exaudit. Chorus ergo reſpondens profitetur ſe ſacerdotis monita ſuſcepiſſe, cum ait: Habemus ad dominũ. Diligenter ergo prouideat, ne cor habens deorſum ad ſeculum, ſpiritui ſancto damnabiliter mentiatur. Sacerdos poſtquam attentos reddidit & deuotos, hortatur vt gratias aga- Gr̃as agamas dño Deo nr̃o. mus domino Deo noſtro. Quoniam ipſe eſt Deus, id eſt, creator, ipſe eſt dominus, id eſt, redemptor. Ipſe enim eſt noſter Ieſus, id eſt, ſaluator. Tunc erit veriſſime noſter, quum erit omnia in omnibus, id eſt, ſufficientia ſingulorum, quoniam ipſe eſt Deus qui de nihilo nos creauit. Ipſe eſt dominus, qui ſanguine ſuo nos redemit. Ipſe eſt noſter, qui ſui munere nos ſaluabit. Qui creando nobis dedit naturam, qui redimendo dedit gratiam, & ſaluando conferet gloriam. Chorus nanque reſpondens ſacerdotis verbum approbat & affirmat. Dignum, inquit, & iuſtum eſt. Dignum Dignũ & iuſtum eſt eſt, quantum ad dominum, quia ipſe eſt dominus Deus noſter. Iuſtum eſt, quantum ad nos, quia nos ſumus populus eius, & oues paſcuæ eius. Vere dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare. Nos tibi ſemper & vbique, &c̃. Dignum, quia nos mera voluntate feciſti. Iuſtum, quia nos pura miſericordia redemiſti. Aequũ, q̃a gratuito nos iuſtificas. Salutare, quia nos perpetuo glorificas. Agere gratias tibi domine ſancte, vbique pater omnipotens, ſemper æterne Deus. Vnde Pſalmiſta: In omni loco dominationis Pſal. 102 eius benedic anima mea domino. Et iterum: Benedicam dominum in om̃i tem- Pſal. 33 pore, ſemper laus eius in ore meo. Per Chriſtum dominum noſtrum. Aduoca- 1. Ioan. 2 tum enim habemus apud patrem Ieſum Chriſtum dominum iuſtum, qui interpellat ꝑ nobis, & ipſe eſt propitiatio pro Hebr. 5 peccatis noſtris, qui exauditur in omnibus pro ſua reuerẽtia. Per eum quaſi per mediatorem laudes efferimus. Per eum, quaſi per aduocatum gratias exhibemus: Per quem maieſtatem tuam laudãt angeli, adorant dominationes, tremunt poteſtates. Per illum itaq; laudant, adorant & tremũt, per quem oĩa facta ſunt, per quem om̃es ſpirituum ordines ſunt creati. Nam dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux. Verbo dixit, & verbo fecit, quia verbo dñi cœli firmati ſunt. Et in princi- Pſal. 32 pio erat verbum, & verbũ erat apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Laudant. Vnde Pſalmiſta: Laudate eum omnes angeli eius. Pſal. 148 Adorant. Vnde Eſdras: Exercitus cœli 2. Eſd. 19 te adorant. Tremunt. Vnde Iob: Colum- Iob. 26 næ cœli contremiſcunt & pauent aduentum eius. Tremere vero dicuntur, nõ me- Quõ tremunt angeli. tu formidinis, cũ ſint perfecte beati, ſed admirationis affectu, vel obedientiæ famulatu, quum ſecundum Apoſtolum, Hebr. 1 omnes ſint adminiſtratorij ſpiritus in Quõ cœli laudãt Deum. miniſterium deſtinati. Cœli dicũtur laudare Deum, quia laudis præſtãt materiã.

Vnde

Vnde Propheta: Cœli cœlorum & aquę quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomē domini. Vel per cœlos hic thronos accepit,

Eſaiæ 66 Seraphin.

quia dominus ait: Cœlū mihi ſedes eſt. Seraphin, ardens vel ſuccendens interpretatur, eo quod præ cæteris ardent & ſuccenduntur in charitate. Reperitur autem hoc nomen & neutrum & maſculinum. Sed neutraliter terminatur in n, vt in hoc loco beata Seraphin. Maſculine terminatur in m, vt in ꝓpheta: Seraphim

Eſa. 6
Cur in ꝑfatione nō exprimūtur nouē ordines angelorū.

clamabant, alter ad alterum. Verum cum nouem ſint ordines angelorum, quare tribus excluſis, tantum ſex in præfatione ponuntur? an non illi cum cæteris maieſtatem diuinam glorificant & adorant? abſit. Nam virtutes cœlorum, omnes comprehendunt. Vnde Pſalmiſta: Verbo domini cœli firmati ſunt, &

Pſal. 32

ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Et iterum: Dominus virtutum ipſe eſt

Pſal. 23

rex gloriæ. Vel forte licet occulta, tamen certa prouiſum eſt ratione. Dionyſius

Dionyſius de cœleſti hierarch.

quippe tres eſſe tradit ordines angelorū: trinos in ſingulis ponens, vt ſimilitudo Trinitatis eis inſinuetur impreſſa. Sunt enim tres ordines ſuperiores, tres inferiores, tres medij. Superiores, Seraphin, Cherubin, throni. Medij, dominationes, principatus, poteſtates. Inferiores, virtures, archangeli, angeli. De ſingulis autem hic ordo medius ſubtrahitur, de ſupioribus Cherubin, de medijs principatus, de inferioribus autem archāgeli. Quia ad comparationem trinitatis æternæ (cuius maieſtas hic præcipue commēdatur) omnis alia trinitas diminuta reperitur & imperfecta. Nam quis in nubi-

Pſal. 88

bus æquabitur domino? aut quis ſimilis erit deo inter filios dei? Quoddam enim

Veſtigiū Trinitatis in creaturis.

increatæ trinitatis veſtigium relucet in omnibus creaturis, tam in angelo quam in homine & in mundo. Nam ad ange-

Ezech. 28

lum inquit propheta: Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientiæ, & perfe-

Gene. 1

ctus decore. De homine dicit ſcriptura: Fecit deus hominē ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. De mūdo dicit Apoſto-

Rom. 1

lus: Inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt à creatura mūdi cōſpiciuntur intellecta. Quę libet autem trinitas, ſiue ſpiritualis in angelo, ſiue corporalis in mundo, ſiue ſpiritualis & corporalis in homine, ſimilitudinem quandam diuinæ trinitatis oſtendit, ipſius tamen ſimilitudinis non perficit veritatem. Deus enim eſt ſpi-

Quid Trinitas.

ritus increatus, immenſus, incommutabilis, ſumme potēs, ſumme ſapiens, ſumme bonus. Increatus, quia nō incepit in tempore vel ex tempore. Immenſus, quia non circumſcribitur loco. Incommuta-

affectu.

bilis, quia non variatur * in facto. Summe potens, cui nihil eſt impoſſibile. Summe ſapiens, cui nihil eſt ignorantię. Summe bonus, cui nihil eſt inuidentiæ. A

Rom. 11

quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, à quo omnia ſunt potenter creata, per quem om̄ia ſunt ſapienter formata, in quo omnia ſunt diligenter cōſeruata. Creata per potentiam, formata per ſapientiam, conſeruata per diligentiam. Creata per potentiam patrem cauſam efficientem. Per ſapientiam filium cauſam aſficientem. Per diligentiam ſpiritum ſanctum cauſam perficientem. Tres enim

1. Ioan. 5

ſunt qui dant teſtimonium in cœlo, pater, verbum, & ſpiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt. Tres perſonaliter, ſua quiſque ratione diſtinctus, Pater generatione, Verbum filiatione, Spiritus ſan-

eſſentialiter

ctus proceſſione. Vnum * efficialiter: totum omnes quod ſinguli natura, potentia, voluntate: & omnino quicquid ſecundum ſubſtantiam prædicatur. Hāc æternam & indiuiduam Trinitatem laudant angeli, adorant dominationes, tremunt poteſtates. Cum quibus & noſtras voces. Duas enim omnipotens Deus rationabiles condidit creaturas, angelicam & humanam, quæ laudibus diuinis inſiſterent, & ei gratiarum actiones redderent, quas dum pari voto concelebrant, tanquam ſuperiores & inferiores cordæ in cœleſti cithara ſociantur.

Apo. 14

De qua dicit Ioannes: Et audiui vocem citharœdorum citharizantium in citharis ſuis, & cantabant quaſi canticum nouum. Supplici confeſſione, quaſi non ſuperba præſumptione, ſed humili laude dicentes: Sanctus ſanctus ſanctus, dominus Deus Sabaoth. Ter dicitur Sanctus, & ſemel Deus dicitur, vt Trinitatis & vnitatis myſterium comprobetur. Hoc

Eſa. 6

non ſolum Seraphin clamabant, ſub excelſo Dei ſolio ſecundum Prophetam, ſed & quatuor animalia, ſecundum

Apoca-

Apoc.4 ſanctus dom. Apocalypſim in circuitu ſedis, requiem non habebant die ac nocte dicentia: Sanctus ſanctus ſanctus, dominus Deus omnipotens. Sanctus dicitur, id eſt, ſanctificans, non autē ſanctificatus. Vnde: Leuit.19 & 20 Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum dominus Deus veſter. Sanctus pater, dicente filio: Pater ſanctifica eos in veritate, quos Ioan.17 dediſti mihi, quia tu ſanctus es. Sanctus Luc.1 filius, angelo proteſtante: Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Ioan.20 Sanctus ſpiritus, Chriſto dicente: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Dicitur autem dominus Deus Sabaoth, id eſt, Deus Sabaoth dominus exercituum, videlicet angelorum & hominū, quorum terribilis vt caſtrorum acies eſt ordinata. Tot enim exercitus habet Deus in terra, quot ſunt ordines in Eccleſia: tot habet in cœlis, quot ordines ſunt in angelis. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua. Nomine cœlorum & terræ, angeli & homines diuina pleni gratia perhibentur: vel ad literam cœlum & diuinitas Pſal.138 terra gloria diuina replentur, quia* deitas eſt vbiq;. Vnde Propheta: Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero ad infernum ades. Super omnia nō elatus, ſubter omnia non proſtratus, intra omnia non incluſus, extra omnia non Iob.11 excluſus. Vnde reperitur in Iob: Excelſior cœlo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces? longior terra menſura eius, & latior mari. Quia vero neceſſarium eſt ad æternam ſalutem, incarnationis quoque myſterium confiteri, recte ſubiungitur: Benedictus qui ve- Ioan.5 nit in nomine domini. Ego, inquit, veni in nomine patris mei. Nomē patris eſt fi- Eſa.30 Oſanna lius, de quo dicit propheta: Ecce nomen domini venit de longinquo. Oſanna in excelſis. Oſanna verbum Hebræum eſt, quod ſignat, Salua obſecro, cōpoſitum ex Oſi, quod eſt ſalua, & Anna quod eſt interiectio obſecrantis. Vel, oſi & anna duæ ſunt dictiones per eclipſim prolatæ. Bis autem dicitur Oſanna, propter duas partes ſalutis, quæ ſunt ſtola mētis & ſtola carnis, quibus ſancti beatificantur in gloria. Hic laudis verſiculus in Pſalmo cēteſimo decimoſeptimo reperitur. Qd' enim turbæ dixerunt: Oſanna, hoc eſt quod ibi dicitur: O domine ſaluum me fac, & eiſdem verbis ſubiungitur: Benedictus qui venit in nomine domini.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS.

MYSTERIORVM EVANGElicæ legis ac ſacramenti Euchariſtiæ,

LIBER TERTIVS.

De ſilentio poſt præfationem. Cap. I.

POST acclamatum præconium, ſequitur ſecretum ſilentium. Nam vt Ioannes Euangeliſta deſcribit, vbi Ieſus honorifice fuit receptus à turbis, cum palmis & laudibus, abijt & abſcondit ſe ab eis: non vtiq; trepidātis formidine, ſed diſpenſantis officio: quia nōdum venerat hora eius. quæ poſtquam aduenit, ſpontaneus ad paſſionem acceſſit. Surgite inqt) eamus. Ecce appropinquat qui me tradet. Oblatus eſt enim quia ipſe voluit. Vnde quum cohors & miniſtri veniſſent cum laternis & facibus & armis, vt comprehenderent illum (Sciēs Ieſus omnia quæ ventura erant ſuper eū) proceſſit & dixit eis: Quem quæritis? Reſponderunt & dixerunt ei: Ieſum Nazarenum. Dicit eis: Ego ſum. Illud ergo latibulum Chriſti hoc ſecretum ſilentium repræſentat, in quo ceſſante verborum tumultu, ſola dirigitur ad Deum intenta deuotio.

Quid deſignat ſilētium. — Ioan.18 — Matt.26 Eſa.53 Ioan.18 — Orandum in ſecreto cordis

Tunc enim ſacerdos debet intrare in cubiculum cordis, & oſtio ſenſuum interclufo, Deum patrem orare, non multiloquio, ſicut ethnici faciunt, qui putāt multiloquio exaudiri, ſed in corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Deus enim non eſt exauditor vocis, ſed cordis, nec eſt admonēdus clamoribus, quia

Matt.6 1.Tim.1 — Hier.17

quia renum eſt ſcrutator & cordium. Quod Anna typum gerens Eccleſiæ, legitur obſeruaſſe, quæ non petitione clamoſa, ſed tacita deuotiõe impetrauit quę petijt. Scriptum eſt enim in libro Regũ, quod Anna loquebatur in corde ſuo, (1.Reg.1) tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Itẽ in Pſalmo: (Pſal.4) (Ioan.4) Dicite in cordibus veſtri, & in cubilibus veſtris compugimini. Spiritus enim eſt Deus, & eos qui adorant eum in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ne vero muſcæ morientes perdant ſuauitatẽ vngenti, (Eccli.4) (Can.4) flabello ſpiritus abigãtur, quatenus auſter adueniens perflet hortum, vt aromata fluant: hoc eſt, ne importune cogitationes tollant deuotionem orationis, inſpiratione gratiæ repellantur, quatenus ſpiritus ſanctus accedens mentem fœcu. det, vt virtutes abundẽt.

(Cur canõ in ſecreto cantur.) Cæterum ne ſacroſancta verba vileſcerent, dum omnes pene per vſum ipſa ſcientes, in plateis & vicis, alijſque locis incongruis decãtarent, decreuit eccleſia, vt hæc obſecratio, quæ ſecreta cenſetur, à ſacerdote ſecrete dicatur. Vnde fertur, quod cum ante cõſuetudinem, quæ poſtmodum inoleuit, quidam paſtores ea decãtarent in agro, diuinitus ſunt percuſſi.

De bis, quorũ memoria colitur in ſecreto. Caput.II.

IN ſecreto recolitur memoria dominicę paſſionis, videlicet eorum quę geſta ſunt per hebdomadam ante paſchalem, à decima luna primi menſis, quando Ieſus abijt Hieroſolymam, vſque ad ſeptimamdecimam quando reſurrexit à mortuis. Propter quod inter præfationem & canonem in pleriſque ſacramentarijs imago Chriſti depingitur, vt non ſolum intellectus literæ, verum etiam (Litera T in principio canõis) aſpectus picturæ memoriam dominicæ paſſionis inſpiret. Et forte diuina factũ eſt prouidentia, licet humana ſit induſtria procuratum, vt ab ea litera canon inciperet, quæ ſui forma ſignum crucis oſtendit & exprimit in figura. Thau nãque myſterium crucis inſinuat, (Ezech.9.) dicente domino per Prophetam: Signa Thau in frontibus virorum dolentium & gemẽtium &c.

SACRI CANONIS PRIma pars.

TE igitur clemẽtiſſime pater per Ieſum Chriſtum filium tuum Dominum noſtrũ ſupplices rogamus ac petimus, vti accepta habeas, & benedicas Hæc dona: Hæc munera: Hæc ſancta ſacrificia illibata.

In primis, quæ tibi offerimus pro eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adiuuare, & regere digneris: toto orbe terrarum vna cum famulo tuo Papa noſtro N, & antiſtite noſtro N, & rege noſtro N, & omnibus orthodoxis atque catholicæ & apoſtolicę fidei cultoribus.

De tribus ſignis quæ fiunt ſuper oblatam & calicem. Caput.III.

EAdem die, qua laudes à turbis Chriſto ſunt acclamatæ, videlicet decima luna primi menſis, quando ſecundum legem typicus agnus in domos Hebręorum inferebatur, (Exo.12) verus agnus ingreſſus eſt Hieroſolymam, & à nequiſſimis laniſtis obſeſſus, multis inſidijs quærebatur ad mortem. Traditus eſt autem à tribus: (Triplex Chriſti traditio) à Deo, à Iuda, & à Iudæis. De prima traditione dicit Apoſtolus: (Rom.8) Proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit ipſum. De ſecunda ſcribitur in Matthæo: (Mat.26) Quærebat Iudas opportunitatem, vt eũ traderet. De tertia legitur in Ioanne: (Ioan.18) Gens tua & põtifices tui tradiderunt te mihi. Prima fuit ex gratia, quia dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis. (Ephe.5) Secunda ex auaritia, quia cõſtituerunt ei triginta argẽteos, & exinde q̃rebat opportunitatẽ, (Luc.22) vt traderet eũ ſine turbis. Tertio ex inuidia. Sciebat enim Pilatus q̃d ex inuidia tradidiſſet eũ. Deus ergo tradidit illũ ex dono, Iudas ꝑ munere, Iudęus in ſacri-

ficium

Matt.2 ficium illibatum. Quod vtique non Iu-
dæi libauere, ſed gentes: quoniam abla-
tum eſt regnũ Dei à Iudęis, & datum eſt
genti facienti fructus eius. Ad hoc igi-
tur deſignandum, ſacerdos facit tres cru
ces ſuper oblatam & calicem, dum dicit:
Hęc dona, hęc munera, hæc ſa crificia. Hæc dona, hæc munera, hęc ſancta ſacri
ficia illibata, cõmemorãs illã traditionẽ,
quã Deus fecit ex dono, Iudas pro mu-
nere, Iudæus in ſacrificium illibatum.
Singuli tamen ad mortem, mortem au-
tem crucis. Nam licet diuerſa fuerunt o-
perantia, tamen vnũ & idem extitit ope-
ratum. Hæc trina traditio tunc incepit,
cum filius ex Dei patris decreto, & ex cõ
cilio ſpiritus ſancti, necnon ex proprio
beneplacito veniens Hieroſolymam, ſe-
metipſum expoſuit paſſioni. Qui cum
veniſſet ibidem, expoſuit ad quid veniſ-
ſet: Niſi inquit granum frumenti cadẽs
Ioan.12 in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolũ
manet: ſi autem mortuum fuerit, mul-
tum fructum affert. Et ego ſi exaltatus
fuero de terra, oĩa traham ad meipſum.
Hoc autem dicebat, ſignificans qua mor
Opera trinitatis indiuiſa. te eſſet moriturus. Vel potius quia indi-
uiſa ſunt opera trinitatis, poteſt referri
totum ad indiuiduam trinitatem, quæ
tota tradidit Chriſtum in mortem, vt tõ
ta per Chriſtum redimeret nos à morte.
Donum enim eſt dantis, munus accipi-
entis, ſacrificium offerentis. Et pater de-
dit, filius obtulit, ſpiritus ſanctus acce-
Heb.6 pit. Hinc ergo dicit Apoſtolus: Chriſtus
per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtu
lit Deo immaculatum. Singuli tamen
obtulerunt, & dederunt & acceperunt.
Sed ad diſtinctionem dicitur pater de-
diſſe propter autoritatem, filius obtuliſ
ſe propter humanitatẽ, ſpiritus ſanctus
accepiſſe propter benignitatem. O libe-
ralis gratia, liberalitas gratioſa, quod de
us nobis dedit in donũ, hoc accepit à no
bis in munus: Eadem enim ſacrificia
dona ſunt ſimul & munera. Dona ſunt
nobis ſimul collata, munera ſunt à nobis
oblata. Nam quæ ſacris offeruntur alta-
ribus, & munera nuncupantur & dona.
Matt.5 Vnde dominus inquit in euangelio: Si
offers munus tuum ad altare, vade prius
reconciliari fratri tuo. Et Apoſtolus de
Heb.5 pontifice: Vt offerat dona & ſacrificia p
Dan.5 peccatis. Daniel quoque dixit ad Baltha
ſar: Munera tua tibi ſint, & dona tua al-
teri da. Sermonum igitur inculcatio, pię
deuotionis eſt excitatio, vel ineffabilis
commendatio ſacramenti. Non enim
vnum aliquod inuenitur vocabulum,
quod tantum ſacramentum digne vale-
at appellare, niſi quod Gręce melius di-
cit εὐχαριστία, q̃d exponitur, bona gra-
tia. Dicuntur aũt pluraliter dona, mune-
ra, ſacrificia, quia panis & vinum anteq̃ Cur pluraliter dona dicuntur.
conſecrentur, & diuerſæ ſunt ſpecies
ſubſtantiarum, & diuerſæ ſpecierum
ſubſtantiæ. Sed vbi conſecratio cœle-
ſtis acceſſerit, ſpecies quidem remanent,
ſed ſubſtantiæ conuertuntur, ita quod
diuerſa ſint continentia, ſed vnicum eſt
contentum. Nam idem ſub vtraque ſpe
cie continetur, licet non in idem vtraq;
ſubſtantia conuertatur, ſicut infra plani
us & plenius oſtendetur. Dicuntur & Sacrificia illibata.
ſancta & illibata, quia panis & vinum ſi
gnificant ſacroſanctum corpus & im-
maculatum ſanguinem Ieſu Chriſti. Nõ
enim dicuntur illibata, quaſi nondum
guſtata, Sed potius illibata dicuntur, id
eſt, immaculata, quæ ſine macula cordis
& corporis oportet offerri, quatenus &
cor ab iniquitate purgetur, & corpus ab
immunditia. Quoniam, vt inquit Apo- 1. Cor 11
ſtolus, quicunque manducauerit panẽ
vel biberit calicem domini indigne, reus
erit corporis & ſanguinis domini. Pro-
bet autem ſeipſum homo, & ſic de pane
illo edat & de calice bibat. Qui eñ mãdu
cat & bibit indigne, iudiciũ ſibi mãducat
& bibit, non dijudicans corpus domini.
Ideo multi ſunt infirmi & imbecilles, &
dormiunt multi.

De tribus ſacrificijs eccleſiæ.
Caput IIII.

PQrro tria ſunt eccleſiæ ſacrificia,
quæ ſignificata ſunt in veteri teſta-
mento per propitiatorium, thuribulum
& altare: Videlicet ſacrificium pœnitẽ-
tiæ, ſacrificium iuſtitię, & ſacrificium eu
chariſtiæ. De primo ait Pſalmiſta: Sacri
ficium Deo ſpiritus cõtribulatus. De ſe-
cundo: Tunc acceptabis ſacrificium iu- Pſal.50 Ibidem.
ſtitiæ. De tertio: Tibi ſacrificabo hoſti-
am laudis. Super altare caro mactatur, Pſal.115
intra thuribulum thus adoletur, ad pro
pitiatorium ſanguis infertur, Caro ma-

ſtatur in contritione, thus adoletur in deuotione, ſanguis infertur pro redemptione ſuper altare corporis, intra thuribulum cordis, ad propitiatorium Dei patris. In his ſacrificijs panis & vinum & aqua ſpiritualiter offeruntur. In ſacrificio pœnitentiæ vinum doloris & compunctionis, aqua mœroris & ploratonis, panis laboris & afflictionis: doloris in corde, mœroris in ore, laboris in opere. In ſacrificio iuſtitiæ panis fortitudinis & conſtantiæ, vinum rectitudinis & prudentiæ, aqua manſuetudinis & temperantiæ: fortitudinis inter aduerſa, rectitudinis inter iniqua, manſuetudinis inter probra. In ſacrificio euchariſtiæ panis vnitatis, vinũ charitatis, aqua fidelitatis: panis pro corpore, vinum pro anima, & aqua pro populo, ficut infra planius & plenius oſtenditur. Inter hæc ſacrificia, primum educit, ſecundum deducit, tertium autem inducit. Educit incipientes, deducit proficientes, inducit perficientes ex Aegypto per deſertum in patriã: ex Aegypto cõfuſionis, per deſertũ pegrinatiõis, in patriã glorificatiõnis. Hæc tria ſacrifica ſacerdos offert in miſſa. Primum in confeſſione, ſecundũ in præfatione, tertium in actione. Nam & tria ſunt, quæ, ſecundum Prophetam, Deus requirit ab homine: diligere miſericordiam, facere iudicium, & ſolicitum ambulare cum Deo. Diligat ergo miſericordiam qui vult offerre ſacrificium pœnitẽtiæ, faciat iudicium qui vult offerre ſacrificium iuſtitiæ, cum Deo ambulet ſolicitus qui vult offerre ſacrificium euchariſtiæ.

Triplicis ſacrificii triplex panis triplex vinũ, & triplex aqua

Pro quibus ſacrificium offeratur,
Caput. V.

IN primis &c. Hic primo nobis inueſtigandum occurrit, quibus videlicet & pro quibus, qualiter & quare ſacrificium laudis debeamus offerre. Quæ quatuor ex ipſo canone poſſumus euidenter aduertere. Quibus, ſoli Deo ſcilicet & indiuiduæ Trinitati. Pro quibus, pro Eccleſia ſancta catholica videlicet, & pro omnibus orthodoxis. Qualiter, in vnitate fidei, videlicet in communione ſanctorum. Quare, pro beneficijs corporalibus & ſpiritualibus & æternis, ſed omnibus propter Deum. Primum notatur cum dicitur: Tibi reddam vota ſua æterno Deo viuo & vero. Secũdum, Pro eccleſia tua ſancta catholica. Tertium, Communicãtes & memoriam venerãtes. Quartum, Pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuę. Sacrificium ergo laudis offertur, & generaliter pro cunctis, & ſpecialiter pro quibuſdam prælatis & ſubditis, ibi, Vna cum famulo tuo papa noſtro, & omnibus orthodoxis. Pro viris & mulieribus ibi aſtantibus: Memento domine famulorum famularumque tuarum. Pro ſacerdotibus & aſtantibus, ibi: Et omnium circumſtantium, & qui tibi offerunt hoc ſacrificium. Pro nobis & noſtris, ibi, Pro ſe ſuiſq; omnibus. In primis. i. principaliter offerimus tibi pro Eccleſia ſancta tua catholica. i. vniuerſali, toto orbe terrarũ diffuſa, ſed fidei ſacramentis vnita, quam pacificare digneris, vt pacem habeat ab hæreticis & ſchiſmaticis, & adunare quę diſperſa eſt inter paganos & perfidos, quam etiam cuſtodire digneris à vitijs & dæmonijs, & regere in proſperis & aduerſis. Idipſum tamen videtur eſſe pacificare, coadunare, cuſtodire & regere. Tunc enim pacificat, cũ fidelliũ mentes adunat, vt per ſpiritũ ſanctum charitate diffuſa, multitudinis credentiũ ſit cor vnũ & anima vna. Tũc cuſtodit, cum inter mundi pericula regit, vt de ſancto mittens auxilium, eã de Sion tueatur. Licet enim ſeptem in Apocalypſi ſcribantur eccleſiæ, vna tamen in Canticis eſt columba: nam ſapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Vna ergo eſt eccleſia, ſeptẽ ordinibus diſtributa, vel ſeptẽ chariſmatibus inſignita, quã ille pacificat & adunat. Ille cuſtodit & regit, quin propter ipſius regimen & munimen vnum præpoſuit vniuerſis, vt omnes ab vno, ſicut corpus à capite gubernentur. Pro quo ſtatim oratur, vna cũ famulo tuo papa noſtro. Vnde conſtat, vt inquit Pelagius, ab vniuerſo orbe ſeparatos eſſe, qui qualibet diſſenſione inter ſacra myſteria apoſtolici pontificis memoriam ſecundum conſuetudinem non frequentant. Qui vero non ſunt de Romana diœceſi, pro ſuo quoque dicuntur orare pontifi-

Quibus, pro quibus, qualiter & quare offerendũ eſt.

Pro eccleſia catholica.

Acto. 4

Pſal. 19. Apoc. 1. Can. 6. Prouer. 9.

Pro papa

ce, quatenus vnitatem ſpiritus in vinculo pacis obſeruent. Orandum etiam eſſe

Pro rege 1. Tim. 2

pro principe Apoſtolus docet ad Timotheum. Obſecro, inquit, primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus qui in ſublimitate ſunt conſtituti, vt quietam & trãquillam vitam agamus

Duæ vitæ & duæ poteſtates.

in omni pietate & caſtitate. Sicut enim ſunt duæ vitæ, cœleſtis videlicet & terrena, vna qua ſpiritus viuit ex Deo, altera qua caro viuit ex ſpiritu: ſed vtraque vita nutritur vt poſſit ſubſiſtere, cœleſtis ſpiritualibus, & terrena carnalibus ita ſunt duæ poteſtates, ſcilicet eccleſiaſtica

humana.

& * mundana: vna quæ moderatur ſpiritualia, & alia quæ moderatur carnalia. Iſta per clericos, illa per laicos, vt iſta vacet cœleſtibus quantum ad animam, & illa

Pro omnibus orthodoxis.

terrenis quantum ad corpus. Poſt vtramque poteſtatem, orandum eſt pro omnibus orthodoxis, qui ſub vtraque fidem catholicam & apoſtolicam venerantur & colunt. Orthodoxi quaſi rectè glorioſi dicuntur, qui Deum rectę fidei confeſ-

Oblatio ſacerdotis in pſona eccleſiæ.

ſione glorificant. Licet autem vnus tantum offerat ſacrificium, pluraliter tamen dicit, offerimus, quia ſacerdos non tantum in ſua, ſed in totius eccleſiæ perſona ſacrificat. Quapropter in ſacramẽto corporis Christi nihil à bono magis, nihil à malo minus pficit ſacerdote, dũmodo ſacerdos cũ cæteris ĩ arca cõſiſtat, & formã obſeruet traditam à columba. Quia non in merito ſacerdotis, ſed in verbo conficitur creatoris. Non ergo ſacerdotis iniquitas effectum impedit ſacramẽti, ſicut nec infirmitas medici virtutem medici-

Quomodo eſt bona miſſa ſemper. Tit. 1

næ corrumpit. Quamuis igitur opus operans aliquando ſit immundus, ſemp tamen opus operatum eſt mundum. Sed ſicut omnia ſunt munda mundis, ſic omnia ſunt immunda immundis. Malus autem cum vitam accipit, mortem incurrit. Sic econtra, bonus cum mortẽ ſuſtinet, vitam acquirit. Nam qui mãdu-

1. Cor. 11

indigne, iudicium ſibi manducat.

CANONIS SACRI

pars ſecunda.

MEmento domine famulorũ famularumqꝫ tuarum, N, & N, & oĩm circũſtantium, quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio: pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis, pro ſe ſuiſque omnibus, pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolũitatis ſuę, tibiq; reddunt vota ſua æterno Deo viuo & vero.

In hoc loco debent viuorum nomina recitari Caput VI

MEmento domine famulorum ſamularumque tuarum, N, & N. & omnium circum aſtantium. Ex hac iũctura verborum manifeſte conijcitur, quod hic quaſi quidam ſit locus, vbi ſacerdos ſpecialiter quos voluerit debeat nominare. Viuorum tamen nomina hic tantum debet recenſere, quoniam in ſequentibus locus occurret, vbi defunctorum poterit agere memoriam ſpecialem. Hinc etiam euidenter apparet, quam ſanctum ſit ac ſalubre miſſarum intereſſe myſterijs, cum ſacrificium Euchariſtiæ pro circum aſtantibus offeratur ſpecialius. Vnde cautũ eſt in in canonibus, q̃d omnes fideles qui conueniunt in ſacris

De conſecratione diſt. 1. c. Oĩs fideles.

ſolennitatibus ad eccleſiam, & ſcripturas apoſtolorum & euangelium audiãt. Qui vero non perſeuerauerint in oratione vſque dum miſſa peragatur, velut inquietudines eccleſiæ commouentes, cõuenit communione priuari. Verum cum dñs nihil ignoret, nec alicuius valeat obliuiſci, quid eſt quod petimus vt Deus noſtri meminerit? Porro Deus dicit ſcire

2. Tim. 2 Mat. 7 & 25

q̃s apphat. Vñ, Nouit dñs q ſunt eius. Et dicit neſcire q̃s repbat. Vñ, Nõ noui vos. Rurſum dicit obliuiſci malorũ, cũ malus

Obliuiſci Ezech. 18

ad bonum conuertitur. Vnde, Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatũ eius nõ recordabor. Et dicit obliuiſci bonorum, cum bonus ad malum conuertitur. Vnde, Si iuſtus à iuſtitia ſe

Ibidem. Meminiſſe. Iob 7 Pſal. 136

auertit, omnes iuſtitias eius non recordabor. Deus quandoqꝫ ergo recordatur ad miſericordiã. Vñ, memẽto mei deus

quia

quia ventus eſt vita mea. Quandoque
recordatur ad puniendum. Vnde: Me-
mento domine filiorum Edom in die
Hieruſalem. Ergo petimus, vt non tan-
tum meminerit, ſed hic petimus vt no-
ſtri miſereatur, ſecundum illud, Remi-
niſcere miſerationum tuarum domine,
& miſericordiarum tuarum, quæ à ſecu-
lo ſunt. Quorum tibi fides cognita eſt,
& nota deuotio. Quaſi qui propitiaris fi
delibus & deuotis, qui ſolus vides in cō
Pſal. 7 ſcientijs, qui recte credant & deuote te
diligant, vtpote renum ſcrutator & cor
diū, Deus ſcientiarū dñs, occultus oīu
occultorū perſcutator. In cuius conſpe-
Heb. 4. ctu nulla creatura eſt inuiſibilis. Pro qui
bus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt,
quaſi, memento domine eorum pro qui
bus offerimus, ſed & ſacerdotum qui of
ferunt. Cum enim ſacerdos offert pro
populo, nihilominus & pro ſe. Vel ideo
dicit, pro quibus offerimus, vel qui tibi
offerunt, quia non ſolum offerunt ſacer
dotes, ſed & vniuerſi fideles. Nam quod
ſpecialiter adimpletur miniſterio ſacer
dotum, hoc vniuerſaliter agitur voto fi
Sacrificiū laudis. delium. Dicitur autem ſacrificium lau-
Coloſſ. 3 dis, ſecundum illud apoſtoli: Quicquid
facitis, omnia in laudem Dei agite, vt &
Deus laudetur in vobis. Vel ſacrificium
laudis dicitur, qa cū Deo qcq̄ offerimus,
ſua ſibi reddimus, non noſtra largimur.
Pſal. 49 Vnde, Si eſurio non dicam tibi, meus eſt
enim orbis terrę, & plenitudo eius. Er-
go immola Deo ſacrificiū laudis & red-
de altiſſimo vota tua. Vel potius ſacrifi-
ciū laudis dicit, qa propter hoc maxime
Deū laudare debemus, qa non ſolū ſe de
dit pro nobis in precium, ſed etiam ſe
dedit nobis in cibum, vt per precium re
Ioan. 6 dimeret nos à morte, per cibum aleret
nos ad vitam. Vnde, Qui manducat me,
viuet propter me. Pro ſe ſuisque omni-
bus: Videlicet conſanguineis vel affini-
bus, familiaribus vel amicis. Licet enim
diligere teneamur etiam inimicos, ſecū-
Luc. 6 Cant. 2 dum illud, Diligite inimicos veſtros: ſer
uare tamen debemus ordinem charita-
tis, ſecundum illud: Introduxit me rex
Gal. 6 in cellam vinariam, & ordinauit in me
charitatem. Nam & Apoſtolus ait: Dum
tempus habemus operemur bonum ad
omnes: maxime aūt ad domeſticos fidei.

De tribus bonis pro quibus ſacrificium laudis offertur, temporalibus, ſpiritualibus & æternis. Cap. VII.

PRo redemptione animarum ſuarū.
Quaſi dicat: Non pro tempora-
li lucro & appetitu terreno, ſed pro
ſpe ſalutis, & incolumitatis, id eſt, pro ſa
lute vel incolumitate ſperata, Spe nanq; Rom. 8
ſalui facti ſumus. Pro ſalute mentis & in
columitate corporis. Nam vtraque ſani-
tas eſt ab illo, qui dicit: ſalus populi ego Eſa. 8
ſum, &c̄. Verum vtraque ſanitas proue-
nit ex redemptione animæ, id eſt, de re-
miſſione peccati, ſicut econtra, de reatu
peccati procedit infirmitas vtriuſque, Iu
xta ſententiam veritatis: Ecce ſanus (in- Ioan. 5
quit) factus es, iam noli peccare, ne dete
rius tibi aliquid contingat. Porro, tria
ſunt hominis bona: corporalia, ſpiritua
lia, & æterna: videlicet, infima, media &
ſuprema, pro quibus ſacerdos dicit ſe of
ferre. Pro corporalibus, id eſt, pro inco- Triplicia hominis bona
lumitate, pro ſpiritualibus, id eſt, pro re
demptione, pro ęternis, id eſt, pro ſalute.
Nam & dominus docet nos pro his tri-
bus orare. Pro æternis. Vnde, Adueniat Matt. 6
regnum tuum. Pro ſpiritualibus. Vnde:
Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in ter-
ra. Pro corporalibus. Vnde: Panem no-
ſtrum da nobis quotidianum. Offeri-
mus ergo ſacrificium pro æternis, vt dē-
tur nobis in præmium. Pro ſpirituali-
bus, vt dentur nobis ad meritum. Pro
corporalibus, vt dentur nobis ad admi-
culum, vt per hæc & iſta perueniamus
ad illa. * Aliquando nō offerimus Deo
ſacrificium niſi propter ſeipſum, quia i- Altoquin
pſe eſt dominus Deus noſter. Vnde Pro
pheta: Confitemini domino quoniam Pſal. 117
bonus, quoniam in ęternum miſericor-
dia eius. Verum, cum dicat Apoſtolus, 2. Cor. 12
quod virtus in infirmitate perficitur: &
iterum, Cum infirmor, tunc potēs ſum:
quid eſt quod pro corporis incolumi-
tate ſacrificium laudis offerimus? vt con
ſeruata nobis ſanitate vel reddita, gratia
rum actiones in eccleſia referamus.

Quod ſacrificium altaris æqualiter offertur toti Trinitati. Caput VIII

TIbi reddunt vota ſua, cū noſtra do Bonū op. & dei & noſtrū eſt.
nemus & aliena reddamus. Quo-
modo vota ſi ſua ſunt reddunt, & non
potius donant? vel ſi reddunt, quomo-

do ſua ſunt & non potius aliena? Sane votum bonum & hominis eſt & dei:ſed Dei propter autoritatem gratiæ, homi-
2.Cor.15 Ibidem. nis propter libertatem arbitrij. Propter quod dicit Apoſtolus: Non autem ego, ſed gratia Dei mecum. Et iterum: Coadiutores Dei ſumus. Aeterno Deo viuo & vero. Dij namque dicuntur & homi-
Quomodo dij multi ſunt. Pſal.81 Pſal.58 nes & dæmones & imagines, ſed homines adoptiue, dæmones vſurpatiue, imagines nuncupatiue. Per adoptionem, vt ibi: Ego dixi, dij eſtis & filij excelſi omnes. Per vſurpationem, vt ibi: Omnes dij gentium dæmonia. Per nũcupationem,
Sap.13 vt ibi: Appellauerunt deos opera manuũ hominum. Primi ſunt veri & viui, ſed nõ æterni. Secundi ſunt viui, ſed nec æterni, nec veri. Tertij nec ſunt veri nec æterni, nec viui. Sed ille ſolus eſt æternus, viuus & verus, imo veritas & vita & æternitas, qui eſt Deus per eſſentiam, qui de
Eſa.45 ſe dicit: Ego ſum Deus, & non eſt alius, præter me. Licet autem hæc obſecratio ſpecialiter dirigatur ad patrem, propter autoritatem principij (nam & filius ita docuit orare: Pater noſter q̃ es in cœlis. Propter quod in principio Canonis dicitur: Te igitur clementiſſime pater per Ieſum Chriſtum filium tuum dominũ noſtrũ ſupplices rogamus & petimus) ęq̃
Sacrificiũ laudis trinitati offert. liter tñ indiuiduę trinitati ſacrificium laudis offert, tã patri q̃ filio q̃ vtriuſq; ſpiritui. Quorũ ſicut indiuiſibilis eſt maieſtas,
Ioan.4 ſic & indiuiſibils eſt adoratio. Iuxta q̃d veritas docet: Veri adoratores adorabũt patrem in ſpiritu & veritate. Nam qui Deum ſatagit veraciter adorare, patrem adoret in ſpiritu ſancto & veritate, id eſt, in filio, qa pater eſſentialiter eſt in filio, & filius naturaliter eſt in patre, ſpiritus ſanctus ſubſtantialiter in vtroque, ſecũdũ Il-
Ioan.14 & 17 lud: Ego in patre & pater in me eſt. Quapropter ita poteſt non indiſcrete diſtingui, cum dicitur, æterno Deo viuo & vero, vt quod eſt commune ſecundum eſſentiam, approprietur propter notitiam: æternitas ſcilicet patri, ratione principij, quia pater à nullo eſt, & omnia ſunt ab eo: filius per generationem, ſpiritus ſanctus per proceſſionem, cætera per creationem. Veritas filio, qui de ſe dicit: Ego
Ioan.14 Pſal.14. ſum veritas. Et de quo Pſalmiſta dicit: Veritas de terra orta eſt & iuſtitia de cœlo proſpexit. Vita ſpiritui ſancto, ſicut habetur in ſymbolo: Credo in ſpiritũ ſanctum dominum & viuificantem, qui ex patre filioque procedit. Totius igitur indiuiduę trinitatis indiuiſa eſt adoratio, quæ principaliter exhibetur in ſacrificio.

CANONIS SACRI
pars tertia.

COmmunicantes & memoriam venerantes, In primis glorioſę ſemperq; virginis Mariæ genericis Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorũ Apoſtolorum ac martyrum tuorum Petri, Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thadei: Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurẽtij, Chryſogoni, Ioannis, & Pauli, Coſmæ & Damiani. Et omnium ſanctorum tuorũ, quorum meritis precibuſque conce das, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum.

De trina commemoratione ſanctorum, quæ fit in canone. Caput IX.

SEcreta quæ ſecundum diuerſos & Canon & Actio nuncupatur, non tota ſimul ab vno, ſed paulatim à pluribus, ex eo quoque perpenditur fuiſſe cõpoſita, quod ter in ea ſanctorum commemoratio repetitur: Licet hoc ipſum prouenerit ad laudem & gloriam trinitatis. In ſecunda quippe commemoratione ſupplentur, qui de primitiuis ſanctis deeſſe videbantur in prima. Verum in ea commemoratione, quæ fit ante conſecrationem corporis Chriſti, poſtulatur ſan- Triplex cõmemoratio ſanctorum.
ctorum ſuffragium. In ea vero, quæ fit poſt conſecrationem corporis Chriſti, ſan-

ſanctorum conſortium imploratur, qa
nimirum antequam corpus Chriſti,(q̊d
eſt vniuerſalis eccleſia)cõſecretur;id eſt,
antequam regnum adueniat, neceſſariũ
eſt nobis in via ſanctorum ſuffragium,
vt meritis eorum & precibus,diuinæ ꝓ-
tectiõis muniamur auxilio. Sed vbi cor
pus Chriſti fuerit conſecratum , id eſt,
vbi regnum aduenerit,aſſequemur in pa
tria ſanctorum conſortium , vt ſocietatẽ
& partem cũ ſanctis Apoſtolis & Mar-
Quomodo cõmunicamus ſanctis
tyribus habeamus. In via quippe com-
municamus ſanctis per fidem, quam i-
pſi habueruut & nos habemus,in patria
vero participabimus ſanctis per ſpeci-
em,quam ipſi habent,&nos habebimus.
Nos enim fidem habemus & ſpem , illi
ſpeciem habent &rem. Nos percurrimus
ſtadium,illi poſſident brauium. Nos pu-
gnamus in via,illi triumphant in patria.
Communicamus igitur & memoriam
veneramur Apoſtolorum &martyrum,
& præcipue glorioſe Dei genetricis vir-
ginis Mariæ,vt eorum ſuffragio de fide
perducamur ad ſpeciem , de ſtadio venia
mus ad brauiũ,de via tranſeamus ad pa-
triã. In hac quidẽ commemoratione ſan
Merita patrũ ſuffragantur filijs
ctorum,illud obſeruat Eccleſia,quod an
tiquitas conſueuit agere , vt in orationi-
bus ſuis recolat patrum memoriam, qua
tenus eorum meritis ſuffragantibus faci
Exod.32
lius obtineat,quod implorat. Sic Moy-
ſes pro peccante populo intercedens, pa
trum memoriam interpoſuit:Recordare
(inquit)Abraham,Iſaac,& Iſrael,ſeruo-
rum tuorum &c. Sic & Azarias oraſſe le
gitur in fornace: Ne quæſumus auferas
Dan.3
miſericordiam tuam à nobis domine de
us noſter,propter Abraham dilectum tu
um,& Iſaac ſeruum tuum, & Iſrael ſan-
ctum tuum. Multum enim merita patrũ
filijs ſuffragantur. Vnde cum Ezechias
diuinum auxilium poſtularet , audiuit:
4.Reg.19
Protegam vrbẽ hanc,&ſaluabo eã,ꝓpter
me &,ꝓpter Dauid ſeruum meũ. Et alibi:
3.Reg.11
Ecce ego ſcindam regnum de manu Sa-
lomonis,veruntamen vna tribus rema-
nebit ei,propter ſeruum meum Dauid,vt
remaneat lucerna Dauid ſerui mei corã
me in Hieruſalem cunctis diebus. Vnde:
Propter Dauid ſeruũ tuũ non auertas fa
ciem Chriſti tui. Et quoniam extra vni-
pſal.131
tatem Eccleſiæ non eſt locus offerendi
ſacrificium vnitatis: ideo ſanctorũ me-
Exo. 10
moriæ communicamus in ſacrificio,qua
tenus in comunione ſanctorũ ſacrificiũ
offeramus. Nã ſicut vnus panis ex mul-
tis granis,ita & vnum corpus ex multis
membris : ſic ex multis fidelibus vna cõ
ſtat eccleſia. Scriptum eſt enim: Alienige
Exo.29
na non veſcetur ex eis, quoniam ſancta
ſunt. Et ideo ſolum illum ad eſum huius
agni aſſumimus, qui noſtræ coniunctus
eſt domui,videlicet omnem domeſticũ
fidei,à principe vſq; ad plebeum ,ab apo
ſtolo vſque ad publicanum.

Quare non fit commemoratio Confeſſorum in Canone.

Caput X

ILlud autem oportet inquiri,cur in ca
none nulla fit commemoratio Con-
feſſorum,cum inter ſanctos eorum me-
moriam magnifice veneretur Eccleſia?
Sed ad hoc poteſt probabiliter reſpõde-
ri,Quod Canon prius fuit æditus , quã
memoriam ſanctorum confeſſorum Ec
cleſia celebraret. Nam omnes fere ſancti,
qui commemorantur in canone, præceſ
ſerunt Syluestrum , præter Ioannem &
Paulum , Marcellinum & Petrum, qui
proximo ſucceſſerunt. Eccleſia vero poſt
tempus beati Syluestri cœpit ſanctorum
confeſſorum memoriam venerari. Nam
& ſedes Epiſcopales,quæ iuxta diſpoſi-
tionem beati Petri Apoſtoli ſunt in ciui
tatibus ſingulis antiquitus conſtructæ,
non in memoria confeſſorũ , ſed ad ho-
norem apoſtolorum & martyrum, & ꝑ
cipue beatæ Mariæ virginis,veterum de
uotio dedicauit. Nam & in eccleſiaſticis
reperitur hiſtorijs,quod ſanctus Bonifa
cius,qui quartus à beato Gregorio Ro-
manæ vrbis Epiſcopatum tenebat, ſuis
precibus à Phoca Cæſare impetrauit do
nari Eccleſiæ Chriſti templum Romæ, Templum Pantheon à phoca datum.
quod ab antiquis Pantheon antea voca
batur,in quo eliminata omni ſpurcitia
fecit Eccleſiam Dei genetricis atque om
nium martyrum Chriſti. Canon autem
ex eo conijcitur præceſſiſſe ,quod Apo-
ſtolorum catalogus non ita reperitur in
eo diſpoſitus , ſicut in emendatioribus
codicibus euangelicis repentur. In prio
ribus enim editionibus (vt inquit Hiero
nimus)non ſolum Euangeliſtarum mu

tatus eſt ordo, ſed etiam verborũ ac ſen-
tentiarum erat confuſa commixtio. Tra
Autor Canonis.] ditur autem quod Gelaſius Papa, quin-
quageſimus primus à beato Petro, qui
fuit poſt Syluestrum per clx. annos, Ca-
nonem principaliter ordinauit. Sed vt
beatus Gregorius asſerit in Regiſtro,
Scholaſticus illã orationẽ cõpoſuit, quæ
ſuper Euchariſtiam dicitur in Secreta.

CANONIS SACRI
pars quarta.

HAnc igitur oblationem ſer-
uitutis noſtræ, ſed & cun-
ctæ familiæ tuæ quæſumus do-
mine vt placatus accipias, dieſ-
que noſtros in tua pace diſponas:
atque ab ęterna damnatione nos
eripi, & in electorum tuorum iu
beas grege numerari, Per Chri-
ſtum dominum noſtrum.

Quod ſacrificium ſoli Deo offerendum ſit, unde diſtinguuntur duæ ſpecies ſeruitutis. Caput XI.

DUæ ſunt ſpecies ſeruitutis: Vna q̃
debetur ſoli Deo creatori, & dicit
Latria. λατρεία. Et altera q̃ creaturis impẽdit, &
Dulia. dicitur δουλεία. Vtranque ſpeciem deter
Matt. 22 minat dominus, dicẽs: Reddite quæ ſunt
Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.
Ad latriam pertinent templa, altaria, ſa-
cerdotia, ſacrificia, & huiuſmodi, quæ
ſunt ſoli Deo exhibenda, qui glorifica-
pſal. 88 tur in concilio ſanctorum, magnus & me
tuendus ſuper omnes qui in circuitu e-
ius ſunt. Non enim ſanctis, ad honorẽ
Dei, ſed Deo potius ad honorem ſancto
rum dedicantur templa, conſecrantur al
taria, ſacerdotia ſtatuuntur, ſacrificia of-
feruntur. Ne forte ſi ſecus agatur, non
theoſebia, ſed idololatria cõmittatũ. Hinc
Deut. 6 enim Deus in lege præcepit: Dominum
Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies,
id eſt, ſoli Deo ſeruitutem adorationis
impendes.

Additio B. Gregorij. Dieſque noſtros & cætera. Beatus
Gregorius has tres orationes in Cano-
ne dicitur addidiſſe, videlicet: Dies no-
ſtros in tua pace diſpone, per eum, qui p
nobis eſt traditus in manus eorum, qui
pacem oderunt. Ab æterna damnatione
nos eripi, per eum qui pro nobis morte
temporali damnatus eſt: & in electorũ
facias grege numerari, per eum qui pro
nobis deputatus eſt cum iniquis. Eſt au- Quadruplex pax
tem pax peccatorum, & pax iuſtorum,
pax temporis & pax æternitatis. Porro
pax temporis interdum conceditur bo-
nis & malis. Sed pax æternitatis nunquã
dabitur niſi bonis, quia non eſt pax im-
pijs, dicit Dominus. De pace peccatorũ Eſa. 48
dicit Pſalmiſta: Zelaui in peccatoribus pſal. 72
pacem peccatorum vidẽs. Aduerſus hãc
pacem Dominus inquit in euãgelio: Nõ Mat. 10
veni mittere pacem, ſed gladium. De pa-
ce iuſtorum dicit Apoſtolus: Fructus Gal. 5
ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, pati-
entia. Hanc pacem Dominus reliquit A-
poſtolis dicens: Pacem relinquo vobis. Ioan. 14
De pace temporis inquit Propheta: Orie pſal. 71
tur in diebus eius iuſtitia, & abundantia
pacis. Hanc pacem inceſſanter petit ec-
cleſia. Da pacẽ (inquit) in diebus noſtris,
quia non eſt alius, qui pugnet pro no-
bis, niſi tu Deus noſter. De pace æter
nitatis Dominus dixit apoſtolis, Pacem Ioan. 14
meam do vobis, non quomodo mũdus
dat ego do vobis. Hęc eſt ſecundum Pro
phetam, pax ſuper pacem, de qua dicit
Pſalmiſta: In pace in idipſum dormiam Pſal. 4
& requieſcam. Propter hanc triplicem
pacem ter oramus in Miſſa: Dies noſtros
in tua pace diſponas, Da propitius pacẽ
in diebus noſtris, dona nobis pacem,
vt de pace temporis, per pacem pectoris
tranſeamus ad pacem æternitatis. Ob
hoc etiam ſacerdos ter in Miſſa oſcula-
tur altare, in principio, in medio, in fine.

CANONIS SACRI
pars quinta.

QVam oblationem tu De
us in omnibus quæſumus
benedictam, Aſcriptam, Ra-
tam, rationabilem, acceptabilem-
que facere digneris: vt nobis cor-
pus, & ſanguis fiat dilectiſſimi
filij tui domini Dei noſtri Ieſu
Chriſti.

De

De quinq; ſignis quæ fiunt ſecūdo ſuper oblatam & calicem: & de Chriſti venditione, De perſona venditoris & venditi & ementis. Cap. XII.

Chriſt. à Iuda venditus 30. argenteis. Ioan. 12

QVarta feria Iudas vnus ex duodecim, à diabolo ſupplantatus, immane ſacrilegium perpetrauit, dum filium Dei pro triginta ſiclis argenteis vendidit Phariſæis, in recompenſationem damni, quod incurrerat propter effuſionem vngenti. Quare, inquit, hoc vngentū nō venijt trecentis denarijs, & datum eſt egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. Quilibet autem argenteus valebat decē denarios vſuales, & ita damnū vngenti, quod valuerat CCC. denarios, triginta recompenſauit argenteis. Si vero dicamus argenteos denarios fuiſſe vſuales, dicemus, quod Iudas vendidit Chriſtum quaſi vile mancipium triginta denarijs, qui ſunt decima trecentorum denariorum quod valuerat vngentum. Propter quod dominus * reſpectiue loquitur per Prophetam: Appenderunt mercedem meam triginta argenteis, quo appreciatus ſum ab eis.

forte de ſpectiue. Zach. 11

Ad deſignandum ergo precij quantitatem, quo Chriſtus eſt venditus, ſacerdos hic facit tres cruces communiter ſuper oblatam & calicem, cum dicit: Benedictam, aſſcriptam, ratam. Nam & trecenta pariter & triginta multiplicationē ſuſcipiunt à ternario.

Iudæ venditio contraria oblationi noſtræ.

Poſtmodum autem ad deſignandum venditionem & emptionem, duas cruces imprimit ſigillatim, vnam ſuper oblatam, & aliam ſuper calicem, cum dicit, Fiat corpus & ſanguis, quaſi diceret: Illa venditio fuit maledicta, proſcripta, irrita, iniqua, & deteſtabilis: Sed tu Deus hanc oblationem digneris facere benedictam, aſſcriptam, ratam, rationabilem, & acceptabilem.

Pſal. 108

Iudas enim dilexit maledictionem, & venit ei, & noluit benedictionem, & prolongabitur ab eo. Sed tu Deus digneris hanc oblationem facere benedictam, per quam nos in cœleſtibus benedicas. Iudas enim deletus eſt de libro vitæ, & cum iuſtis non ſcribetur. Sed tu Deus hanc oblationem facere digneris aſſcriptam, per quā nos inter electos aſſcribas. Iudas ſe laqueo ſuſpendit, & epiſcopatum eius accepit alter.

Acto. 1

Sed tu Deus hanc oblationem digneris facere ratam, per quam ratum ſit tibi noſtræ ſalutis promiſſum. Iudas exijt condemnatus, & oratio eius facta eſt ei in peccatū. Sed tu Deus hanc oblationem facere digneris rationabilem, ꝑ quā rationabile fiat noſtræ ſeruitutis obſequium. Iudas reddidit mala pro bonis, & odium pro dilectione retribuit. Sed tu Deus hanc oblationem digneris facere acceptabilem, per quam nos tibi reddas acceptos.

Quinque cruces.

Vel ideo ſacerdos facit tres cruces communiter ſuper oblatam & calicem, quia Chriſtus communiter tria egit circa panem & vinum, accepit, benedixit, & dedit. Poſtmodū vnam crucē facit ſpecialiter ſuper oblatam, quia dixit: Comedite, hoc eſt corpus meum, & alterā facit ſpecialiter ſuper calicem, quia dixit: Bibite, hic eſt ſanguis meus. Et ſecundum hūc ſenſum recte ſubiungitur: Qui pridie q̄ pateretur, &c. Vel potius, quia Iudas vendidit Chriſtum ad crucifigendum ſacerdotibus, ſcribis & Phariſæis, idcirco ſacerdos ad notandum communiter tres emptores, facit tres cruces communiter ſuper oblatam & calicem, cum dicit: Benedictam, aſſcriptam, & ratam. Ad notādum vero diſcrete venditorem & venditū, facit duas cruces diſcrete, ſuper oblatā & calicē, cū dicit: Vt fiat corpus & ſanguis.

Aſſcripta, rata, rationabilis.

Petimus ergo hanc oblationem, vt Deus faciat benedictam, aſſcriptam, & ratam, vt eam conſecret, approbet, & cōfirmet in rationabilem hoſtiam & acceptabile ſacrificium, vt ita nobis, id eſt, ad noſtram ſalutem panis fiat corpus, & vinū ſanguis dilectiſſimi filij Dei domini noſtri Ieſu Chriſti. Vel oramus, vt Deus hanc oblationem facere dignetur aſſcriptam, id eſt, talem, quæ de memoria ſua nulla poſſit obliuione deleri, & ratam, id eſt, talem, quæ de memoria ſua nulla poſſit mutatione conuelli. Rationabilem autem eam fieri depoſcimus, id eſt, talem, quę diuinę rationi conueniat. Refert enī inter rationabile & rationale, quia rationabile dicitur quod de ratione procedit. Et rationale, q̄d vtitur ratione. Vel ita, quā oblationē tu Deus digneris in omnibus facere benedictam, hoc eſt, trāsfer

re in eam hoſtiam, quæ eſt omnimodis benedicta, aſſcripta, rata, rationabilis, &
Benedicta acceptabilis. Benedicta dicitur hoſtia ſalutaris, id eſt, ab omni cauſa maledictionis immunis, tam originali, quàm actuali, tam criminali, quàm veniali. Sicut Eliſabet inquit ad virginem: Benedi-
Luc. 1 ctus fructus ventris tui. Aſſcripta dicitur, id eſt, figuris & ſcripturis veteribus deſignata, tam in agno Paſchali, quàm
Exo. 12. 16 in manna cœleſti, tam in Iſaac immolan-
Gene. 4. & 22. do, quàm in Abel immolato. Quoniam
Apo. 13 (vt inquit Ioannes) hic eſt agnus, qui oc-
Rata. ciſus eſt ab origine mundi. Rata dicitur, quaſi non tranſitoria, ſicut vetus quæ receſſit, & noua ſucceſſit, ſed quæ perma-
Hebr. 9 net in æternum ſecũdum ordinem Mel-
Rationabilis. chiſedec. Rationabilis dicitur, quaſi non pecualis, ſicut erat legalis, quæ ſanguine taurorum & hircorum non poterat à peccato mundare, ſed quæ ſanguine proprio conſcientias emundat ab operi-
Acceptabilis. bus mortuis. Acceptabilis dicitur, quaſi
Pſal. 39 non illa de qua dicit Propheta: Sacrificium & oblationem noluiſti. Sed ſicut do-
Pſal. 49 minus ait. Sacrificium laudis honorabit
expoſitionem. me. Secundum hanc diſpoſitionem recte ſubiungitur, vt fiat corpus & ſanguis dilectiſſimi filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

MYSTERIORVM EVANGELICÆ legis ac ſacramenti Euchariſtiæ,

LIBER QVARTVS.

De ſacramento Euchariſtiæ,

Cap. I.

ECce nunc ad ſummum ſacramenti verticem accedentes, cum ad ipſum cor diuini ſacrificij penetramus, quicquid conamur exprimere, vix vllius apparet eſſe momenti, deficit lingua, ſermo diſparet, ſuperatur ingenium, oppri-
mitur intellectus. Quis enim nouit ordi- Iob 38
nem cœli & ponit rationes eius in terra?
Sed pulſemus ad oſtiũ, ſi forte clauis Da- Apoc. 3
uid aperire dignetur, vt accõmodet no- Lucæ. 11
bis tres panes amicus, qui maxime nobis erunt in hoc conuiuio neceſſarij. Fides enim petit & accipit, ſpes quærit & inuenit, charitas pulſat & aperit, petit &
accipit vitam, quærit & inuenit viam, pul- Ioan. 14
ſat & aperit veritatem. Is enim eſt via, veritas & vita.

CANONIS SACRI pars ſexta.

QVI pridie quam pateretur, accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, & eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit, fregit, dedit diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & manducate ex hoc oẽs. HOC EST ENIM CORPVS MEVM.

De diuerſis figuris Euchariſtiæ, quæ præceſſerunt in ueteri teſtamento

Cap. II.

QVintadecima die menſis primi, quæ tunc extitit ſexta feria, paſſus dominus eſt, & præcedente nocte, videlicet quartadecima luna primi menſis ad veſperam, vt legis figuras impleret, poſt typicum Paſcha, corporis & ſanguinis ſui ſacramentum inſtituit, & Eccleſiæ tradidit frequentandum. Sic enim fuerat præfiguratum in Ex-
odo: Decima die menſis primi tollat Exod. 12
vnuſ-

vnuſquiſque agnum per familias & domos ſuas, & ſeruabit eũ vſq; ad quartam decimã diem mẽſis huius, immolabitq; eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperã, & ſument de ſanguine agni, & ponẽt ſup vtrunq; poſtem, & in ſuper liminaribus domoꝝ in quibus comedẽt illum, & edẽt nocte illa carnes aſſas igni, & azymos panes cũ lactucis agreſtibus.

Agnus paſchalis. Et poſt pauca: Eſt enim phaſe.i.tranſitus domini. Tranſitum iſtum Ioannes Euãgeliſta determinat, dicens: Ioan. 13 Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat de hoc mundo ad patrem, quum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, & facta cœna compleuit ea quę fuerãt figurata. Aegyptus eſt mundus, exterminator diabolus, agnus Chriſtus, ſanguis agni, paſſio Chriſti, domus, animarum corpora, ſuperliminare domus, cogitationum corda. Hęc ſanguine tingimus per paſſionis fidem. Illa ſanguine tingimus per paſſionis imitationem, ſignum crucis intus & foris opponẽtes, contra aduerſarias aereas poteſtates. Deniq; carnes agni comedimus, quum in ſacramento verum corpus Chriſti ſuſcipimus, & azymos panes, id eſt, ſyncera opera, cum lactucis agreſtibus, id eſt, amaritudine pœnitentię. Exo. 16 Sicut enim manna fuit datum Hebręis poſt tranſitũ maris rubri iam ſubmerſis Aegyptijs, ſic Euchariſtia datur Chriſtianis poſt ablutionem baptiſmi iam deletis peccatis, vt per baptiſmum mundemur à malo, per Euchariſtiam ſeruemur in bono. Manna Nam ſicut manna populum illum per vaſtitatem inuiæ ſolitudinis ad terram promiſſionis perduxit, ſic Euchariſtia populum iſtum per incolatum vitæ præſentis ad patriam paradiſi perducit. Vnde rectè viaticũ appellatur, quia reficiens in via, ducit ad patriam. Sane qđ in manna præceſſit, in Euchariſtia conſummatur. Nam quantãlibet quiſq; partem accipit, totam percipit Euchariſtiam, ſicut euenit de manna. Quia nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus. Hãc ergo præfigurabat panis ille cœleſtis, de Sap. 16 quo Sapiẽs proteſtatur, Panem de cœlo præſtitit ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporiſ ſuauitatem. Quod de ſe quaſi Chriſtus exponens: Ego ſum, inquit, panis viuus, q de cœlo deſcendi. Ioan. 6 Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Hinc igitur Apoſtolus ait: 1.Cor.10 Nolo vos ignorare fratres, quia patres noſtri omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potũ ſpiritualem biberunt. Bibebãt autem de ſpirituali conſequente eos petra. Petra autẽ erat Chriſtus.

Quare ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti conſtitutum eſt ſub ſpecie panis & uini, Cap. III.

ACcepit panem. Hunc ſacrificij ritum Melchiſedec primus legitur celebraſſe, offerẽs panem & vinum. Gen.14 Erat enim ſacerdos dei altiſſimi. Vnde Dauid inquit ad Chriſtũ: Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Pſal.109 Sacrificium ergo euangelicum præceſſit legale, non ſolum dignitate, ſed etiam tempore, ſicut Apoſtolus plenius oſtendit in epiſtola ad Hebræos. Heb.7 Panis & vinum. Ideo vero panem & vinum in ſacrificium corporis et ſanguinis ſui Chriſtus inſtituit: quia ſicut præ cæteris cibis & potibus corporalibus panis cor hominis confirmat, & vinum lætificat cor hominis: Pſal.103 ita corpus & ſanguis Chriſti præ cæteris cibis & potibus ſpiritualibus interiorem hominem reficiunt & ſaginant. Vnde: Poculum tuum inebriãs quàm præclarum eſt. Pſal.22 In his enim duobus plena conſiſtit & perfecta refectio, ſicut ipſe teſtatur: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Panis autem debet eſſe de frumento, & vinũ de vite. Quia Chriſtus ſemetipſum comparauit frumento, quum ait: Ioan.12 Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Et viti, quum dixit: Ego ſum vitis vera. Ibid.15 Porro nec racemus vuæ, nec granum frumẽti debet offerri, niſi vel expreſſum in vinum, vel redactum in panem, quia Chriſtus & panem ſe dedit, & frumento ſe cõparat. Quia vero Chriſtus accepit panẽ & calicẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, & ſacerdos exẽplo Chriſti pa-

nem

nem & calicẽ in manus accipiens, vtrunque per ſe crucis ſignaculo benedicit: cũ tamen ſacerdos plures ſimul benedicit oblatas, vnam pro omnibus in manibus accipit. Nam & in vnum Chriſti corpus omnes ſimul hoſtiæ conuertuntur.

De azymo & fermentato pane. Cap. IIII.

Panis autem non fermentatus, ſed azymus debet offerri in ſacrificiũ, tum ratione facti, tum etiam ratione myſterij. Sic enim legitur præceptũ in Exo-
Exod.12 do: Primo menſe, quartadecima die mẽſis ad veſperam comedetis azyma, vſque ad diem viceſimam primam eiuſdem menſis ad veſperam. Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus veſtris. Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Iſrael, tam de aduenis, quàm de indigenis terræ. Omnẽ fermentatum non comedetis: in cunctis habitaculis veſtris edetis azyma.
Chriſtus in azymo cõſecrauit Quum ergo Chriſtus quartadecima die primi menſis ad veſperam cœnauerit cũ diſcipulis, & agnum paſchalem comederit, & vtique ritu legali cum azymis panibus & lactucis agreſtibus, conſtat quod ea hora fermentatum non inueniebatur in domibus Hebræorum. Et ita panem azymum in corpus ſuum ſine dubio cõſecrauit. Fermentum enim corruptio-
1.Cor.5 nem ſignat, Apoſtolo teſtante, qui dicit: Modicum fermenti totam maſſam corrumpit. Vt ergo nihil corruptum ſiue corrumpens, ſed totum ſyncerum atque ſyncerans in hoc eſſe ſacramento monſtretur, non fermentatum, ſed azymum conſecramus. Nam ſecundum Apoſto-
Ibidem lum, Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Græci autem in ſuo pertinaces er-
Argumenta Græcorum rore, de fermẽtato conficiunt, aſſerentes in paraſceue lunam quartamdecimam extitiſſe, in qua verus agnus eſt immolatus, vt legis impleretur figura, quæ quartadecima luna primi menſis paſchalem agnum iuſſerat immolari. Dominus ergo ea die ſe paſſurũ eſſe prænoſcens, præcedente in veſpera neceſſitate ductus anticipauit comedere Paſcha, & quia tunc licite poterat comedere fermentatum, & ipſi corpus domini de fermentato conficiunt. Nam & Ioannes Euang. teſtatur, Ioan.13
quod ante diem feſtum Paſchæ, Ieſus cũ apoſtolis nocte cœnauit. Dicit etiam Iudæos in paraſceue non intraſſe prætori- Ioan.18
um, vt non contaminarentur, ſed comederẽt Paſcha. Sabbatum quoq; poſt crucem, magnum diem ſabbati nominauit, quod dici non ſolet, niſi cum ſabbato feſtum concurrat. Et Lucas ait, quod mu- Lucæ.23
lieres in paraſceue parauerunt vngenta: quod eis in die feſto facere non liceret. Matthæus quoq; deſcribit, quod prin- Mat.26
cipes ſacerdotum & ſeniores populi diſpoſuerant Chriſtũ occidere, ſed non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. Porro, quæ dicta ſunt, eorum aſſer- Solutio argumẽtor.
tioni nõ conſonant, ſi ſane fuerint intellecta. Paſcha namq; dicitur dies, ſolennitas, agnus & hora. Dies, vt ibi: Appropin- Lucæ.22
quabat autem dies feſtus azymorũ, qui dicitur Paſcha. Solẽnitas, vt ibi: Ante di- Ioan.13 Matt.26
em feſtum Paſchæ. Agnus, vt ibi: Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? Hora, vt Ibidem
ibi: Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet. Dies autem feſtus Paſchalis erat quintadecima luna ſecundum illud: In quinta- Leuit.23
decima die ſolennitatem celebrabitis altiſſimo domino. Nam quartadecima nõ erat ſolennis, niſi tantum ad veſperã. Ante diem feſtum hunc dominus Paſcha cũ apoſtolis celebrauit. Nã, vt inquit Mat- Matt.26
thæus, prima die azymorũ acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? Et veſpere facto diſcubuit cũ duodecim. Marcus autem primum diem azymorum determinat, dicens Quando Paſcha immolabãt. Mar.14
Et Lucas: In qua neceſſe erat occidi Pa- Lucæ.22
ſcha. Conſtat ergo quod Chriſtus cum apoſtolis eo die fecit Paſcha, quo neceſſario fiebat ex lege, ſ. quartadecima luna primi menſis ad veſperam. Hoc etiam incunctanter poterit inuenire, quiſquis tabulam computi percurrerit diligenter. Diem magnum ſabbati nominabant in Magnus dies ſabbati.
tribus ſolennitatibus hebdomadalibus, quocunq; ſeptem dierum contingeret. Nam omnes erant ſolennes: & ſi non adeo ſicut primus & vltimus, ſed ad edendum azyma ſeptem diebus oportebat eos omnes exiſtere mundos. Vnde quolibet

Ioan. 18 bet ſeptem dierum non poterant introi-
re prætorium, ne contaminarentur, ſed
comederẽt Paſcha, id eſt, in Paſcha. Vel,
noĩe Paſchæ poſſunt & azyma deſigna-
ri. Quod aũt mulieres die feſto dicuntur
vngenta paraſſe, non obeſt, qa nõ erant
ſub lege, ſed ſub gratia. Veruntamen Lu
Lucæ 23 cas ait, Quia ſabbato ſiluerunt ſecũdum
mandatum. Sed & mandatum erat in le-
ge, quod in diebus azymorum prima &
vltima nihil operis facerent, exceptis his
quæ pertinent ad veſcendum. Præterea,
nemo tunc etiam volentibus emere ven-
didiſſet aromata. Nam & Marcus teſta-
tur, quod quum tranſiſſet ſabbatum, mu
lieres emerunt aromata, vt venientes vn-
gerent Ieſum. Vt ergo nihil dubietatis re
maneat, Lucas reducatur ad Marcum,
vt intelligatur, quod mulieres reuerten-
tes parauerunt, ſecũdum Lucam, aroma
ta & vngenta, non tunc, ſed ſecundum
Marcum, cum ſabbatum pertranſiſſet.
Quid ſi longe ante parauerant, quia fre
quenter audierant dominum in proxi-
mum moriturum? Nonne Magdalena
iam paraſſe videtur, & per inſpirationẽ
præoccupaſſe myſterium vnctionis, te-
Matth. 26 ſte veritate, quæ dixit, Mittens hæc vn-
gentum in corpus meum, ad ſepeliendũ
Ioan. 12 me fecit. Et iterum: Sinite illam, vt in die
ſepulturæ meæ ſeruet illud. Sed vngentũ
quod prius inceperat, poſtea conſuma-
uit. Porro diſpoſitio ſacerdotum diſpo-
ſitioni Dei præualere non potuit, qui
diſpoſuerat, vt verus agnus in diebus pa
ſchalibus immolaretur, & ſicut typicus
agnus quartadecima luna primi menſis
comedebatur in nocte à Iudæis, ita verũ
agnum diſcipuli eadẽ hora comederũt.
Verum etſi verum eſſet quod Græci de lu
na contendunt, credẽdum tamen eſt ita
ritũ legis in hoc ſicut in alijs dominum
Matth. 5. obſeruaſſe, qui non venit legem ſoluere,
Galat. 4 ſed adimplere, natus de muliere, factus
ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redime
ret. Sed ipſi rurſum opponũt, quia cum
veritas venit, figura ceſſauit, & euanuit
vmbra quum lumẽ effulſit. Quum ergo
Alia Græcorum obiectio. ad verum Paſcha peruẽtum eſt, quæ præ
ceſſerant in typico ceſſauerunt, ſecũdum
Leuit. 26 illud: Nouis ſuperueniẽtibus, vetera pro
2. Cor. 5 ijcietis. & Apoſtolus ait: Vetera tranſie-
rũt, ecce noua facta ſunt omnia. Et ideo

Chriſtus ſicut verum Paſcha confecit ſi
ne lactucis agreſtibus, ſic & abſq; pani-
bus azymis, ne veterẽ ritum in nouo ſa-
crificio retineret, ac per hoc nos iudaiza
re doceret. Nam vtrunque pariter erat in
lege præceptũ. Edent, inquit, carnes no- Exod. 12
cte illa aſſas igni, & azymos panes cum
lactucis agreſtibus. Sciẽdum ergo quod Solutio.
non omnes antiquę legis cõſuetudines
abiecit Eccleſia, ſed quaſdã prouida con
ſideratione retinuit. Vnde ſpõſa dicit ad
ſponſum in Canticis Canticorum: Om- Can. 7
nia poma noua & vetera dilecte mi ſerua
ui tibi. Adhuc enim faciem plenæ lunæ
cõſiderat, ne Paſcha celebret in defectu.
Adhuc cõficit oleum vnctionis, & thus
ſuauitatis incẽdit: adhuc ſoluit decimas
& primitias: adhuc habet candelabrum,
& lucernas, & veſtes, & vaſa, & põtifices,
& Leuitas. Nam ſi propterea repudian-
dum eſt azymum, quia lex illud admiſit,
pari ratione repudietur fermẽtum, quia
lex ſtatuit in Leuitico: Offerent panes Leuit. 7.
fermentatos cum hoſtia gratiarum, quæ
offertur pro pacificis. Item in Pentecoſte Ibid. 23
offeretis panes primitiarum de duabus Deut. 18
decimis ſimilę fermentatæ. Non ſolum
enim de conſtitutionibus legalibus, ve-
rumetiam de ſcriptis gentilium libenter
aſſumit Eccleſia, ſi quid in eis probe di-
ctum, vel factum agnoſcit, & tanquam
mulieris captiuæ reſecat vngues, piloſ-
que ſuperfluos, vt ab alienigena falſita-
te mundata, thalamum veritatis digna
ſit introire. Legales ergo conſuetudi-
nes non penitus ſunt abolitę, neque con
trarijs ſuperuenientibus ſunt deſtructæ,
ſed interdum in melius commutatæ.
Nam quum Deus circuncifionem muta
uit, non ſuperduxit contrariũ, id eſt, præ
putium, ſed protulit melius, id eſt, baptiſ
mum, quia circumciſio nihil eſt, neq; prę
putium aliquid valet, vt dicit Apoſtolus, Gal. 5
ſed fides quæ p̃ dilectionẽ operatur. At
azymũ & fermentatũ penitus ſunt oppo
ſita, ſicut immediata cõtraria. Nõ ergo de
cebat, vt deus tanq̃ ſibi cõtrarius abijce-
ret azymũ, & aſſumeret fermentatũ, qn
potius fermentatũ q̃ſi minus bonũ poſt
poneret, & azymũ quaſi maius bonũ p̃-
ferret. Nec illud valere putandũ eſt, q̃d di
cũt ideo ſe fermentatũ offerre, qa fermẽ- Alia rurſus Græcorum ratio
tatũ (vt aiunt) ſpũs ſancti feruorẽ ſignat,
quo

quo ſuperueniēte corpus Chriſti de virginis carne conceptum eſt, ſicut angelus illi prædixerat. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei: trahentes fortaſſis hanc ſignificationem fermenti ex illa parabola Euangelica: Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum. Nam & fermentum manifeſte ſignat tumorem vteri virginalis, & vinculum vnionis.

Luc. 1

Matt. 13

Solutio.

Porro, multo religioſius illud inſinuat, quod ſecundum apoſtolum Chriſtus de maſſa peccatrice, corpus ſine peccato ſuſcepit, tanquam de fermentato ſuſceperit azymum, & vt inter Chriſtum & populum, ita malitiæ, & nequitiæ nihil interſit, ſicut inter frumentum & aquam in azymo nihil veteris maſſæ, vel alienæ corruptiōis interuenit (Nam per frumentum, & per aquam populus deſignatur, ſecūdum illud: Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Et illud: Beati q ſeminatis ſuper aquas) Aqua ſine fermento, mixta frumento; deſignat populum ſine pctō Chriſto coniunctum: quanquam & illud valeat deſignare, quod ſicut azymus panis de pura maſſa, ſine fermento conficitur, ita corpus Chriſti de illibata virgine ſine pctō conceptum eſt.

Ioan. 12.

Eſa. 32

Cæterum, id ſolum Latinis ſufficeret cōtra Græcos, quod Conſtantinopolitanam Eccleſiam multarum hæreſeon corruptio fermentauit, vt non ſolum hæreticos, verumetiam hæreſiarchas produceret: Romanam autem Eccleſiam ſuper apoſtolicæ fidei petram, ſtabili ſoliditate fundatam, nulla prorſus hereticæ prauitatis procella potuit conquaſſare. Sed illud ſemper integra fide ſeruauit, quod ab ipſis accepit apoſtolis, qui præſentialiter cū ſacris vel inſtituere doctrinis, & eccleſiaſtici ritus regulam docuere. Ab ipſis ergo beatis apoſtolis Petro & Paulo, quos & viuos habuit, & defunctos cuſtodit, hunc ſacrificij ritum accepit, quem hactenus inuiolabili cultu ſeruauit. Græci vero poſtquam tunicam domini inconſutilem diuiſerunt, vt perpetuæ diuiſionis ſcandalum interponerent, ſacrificij ritum temere mutauere, quos Leo nonus per epiſtolam ad Imperatorem Conſtantinopolitanum directam ſuper varijs cōfutauit hæreſibus. Qui Latinos inter * cætera azymitas vocabant, quum ipſi verius Fermentarij nuncupentur.

Rom. Eccleſia nunquā hæretica fuit.

* cæteros.

De tribus uerbis quæ formæ conſecrationis uidentur adiecta.

Cap. V.

ELeuatis oculis in cœlum. Tria quędam hic commemorantur in Canone, quæ nullus Euangeliſtarum deſcribit, videlicet, Eleuatis oculis in cœlū, Aeterni teſtamenti, Myſteriū fidei. Quis ergo tantæ præſumptionis extitit & audaciæ, vt hæc de corde ſuo tentauerit interponere? Sane formam iſtam verborum ab ipſo Chriſto acceperunt apoſtoli, & ab ipſis apoſtolis accepit Eccleſia. Multa quippe tam de verbis, quam de factis dominicis prætermiſerunt Euangeliſtæ, quæ tamen apoſtoli ſuppleuerunt, vt eſt illud quod Apoſtolus dicit in epiſtola ad Corinthios: Viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul: deinde viſus eſt & Iacobo, nouiſſime omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi. Nam inter ipſos Euangeliſtas, quædam omittūtur ab vno, quæ ſupplentur ab alio. Vnde quum tres Euangeliſtæ commemorent: Hoc eſt corpus meum: ſolus Lucas adiecit: Quod pro vobis tradetur. Et cū Matthæus & Marcus dicant, Pro multis, Lucas dicit, Pro vobis, ſed Matthęus addit: In remiſſionem pctōrum. & tamē ea quæ adduntur in Canone, poſſunt ex alijs locis Euangelij comprobrari. Ioannes enim Lazari ſuſcitationē deſcribēs, teſtatur, quod Ieſus eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Idem alibi dicit: Hæc loquutus eſt Ieſus: & ſubleuatis oculis in cœlum, dixit: Pater clarifica filium tuum. Si enim tunc in cœlum oculos leuauit ad patrem, quum animam Lazari reuocabat ad corpus, quāto magis credendum eſt, quod tunc oculos in cœlum leuarit ad patrem, quum panem & vinum, in corpus & ſanguinem proprium conuertebat: Vtrobique tamen hoc ad noſtram inſtructionem agebat, vt & nos oculos cordis

Vide c. Cū Marthæ, extra de celebratione miſſarum.

1. Cor. 15

Mat. 26

Mar. 14

Lucæ. 22

Quædā in Canone ſuperaddita ſunt.

Ioan. 11

Ioan. 17

cordis ad terram non deprimamus, ſed eleuemus in cœlum, ſi quod oramus, volumus impetrare. Gratias agens. Hinc q̃que colligitur, vnde ſacrificium laudis dicatur. Quia Chriſtus gratias agens, illud inſtituit. Gratias autem agebat non pro ſe, ſed pro nobis, id eſt, pro reparatione hominum ſic futura.

Quomodo Chriſtus confecit, & ſub qua forma.

Caput VI.

Triplex opinio

Benedixit. Cum ad prolationem verborum iſtorum, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, ſacerdos conficiat, credibile iudicatur, quod & Chriſtus eadem verba dicẽdo, confecit.

Prima

Porro quidam dixerunt, quod Chriſtus cõfecit, cum benedixit, literam conſtruentes hoc ordine: Accepit panem, benedixit, ſubaudiendum eſt, dicens: Hoc eſt corpus meum, & tunc fregit, & dedit, & ait: Accipite & comedite, & iterauit: Hoc eſt corpus meum. Prius ergo protulit illa verba, vt eis vim conficiendi tribueret: deinde protulit eadem, vt Apoſtolos formam conficiendi doceret.

Secunda

Alĳ vero dixerunt, quod & ſacramentum confecit, & formam inſtituit poſt benedictionem, cum dixit: Hoc eſt corpus meum, intelligentes illam benedictionem fuiſſe, vel aliquod ſignum, quod ſuper panẽ impreſſit, vel aliquod verbum, quod ſup panem expreſſit. Quibus illud videtur obſiſtere, quod prius fregerit, quam dixerit: Hoc eſt corpus meum.

Tertia

Nec etiam eſt credibile, quod prius dederit, quam confecerit. Sane dici poteſt, q̃d Chriſtus virtute diuina confecit: & poſtea formã expreſſit, ſub qua poſteri benedicerent. Ipſe nanque per ſe virtute propria benedixit: nos autem ex illa virtute, quam indidit verbis.

De ueritate corporis & ſanguinis Chriſti ſub ſpecie panis & uini.

Caput. VII.

Quãta virtus eſt uerborum.

CVm enim ſacerdos illa Chriſti verba pronunciat, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, panis & vinũ in carnem & ſanguinem conuertuntur, illa verbi virtute, qua verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis: qua dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt: qua fœminam mutauit in ſtatuam, & virgam conuertit in colubrum: qua fontes mutauit in ſanguinem, & aquam conuertit in vinum. Nam ſi verbum Heliæ potuit ignem de cœlo deponere, verbum Chriſti nõ potuit panem in carnem mutare? Quis hoc audeat opinari de illo, cui nullum verbum eſt impoſſibile, per quẽ omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil? Certe maius eſt creare quod non eſt, quam mutare quod eſt. Ac longe maius, quod non eſt, de nihilo procreare, q̃ quod eſt in aliud tranſmutare. Illud aũt nemo eſt qui dubitet, & de hoc aliq̃s dubitabit? Abſit omnino. Incomparabiliter maius eſt, quod Deus ita factus eſt homo, quod non deſĳt eſſe Deus, quam quod panis ita fit caro, quod deſinit eſſe panis. Illud per incarnationem ſemel eſt factum, iſtud per conſecratiõem iugiter fit. Sed dixerit aliq̃s: Certus ſum omnino q̃d valet, ſed nõ ſum certus aliq̃ modo quod velit. Aduertat ergo, quod Chriſtus cum accepiſſet panem, benedixit, & dixit: Hoc eſt corpus meum. Veritas enim hoc dixit, & ideo verum eſt omnino, quod dixit. Quod ergo panis fuerat cum accepit, corpus ſuum erat cum dedit. Panis itaque mutatus erat in corpus ipſius, & ſimiliter vinum in ſanguinem. Non enim vt hæreticus ſapit, ſed deſipit, ita debet intelligi, quod dominus ait, Hoc eſt corpus meum, id eſt, hoc ſignat corpus meum, ſicut quod dicit Apoſtolus, Petra autem erat Chriſtus, id eſt, petra ſignificabat Chriſtum. Hoc enim potius dixiſſet de agno Paſchali, quam de azymo pane. Nam Paſchalis agnus abſque dubio figurabat corpus dominicum: ſed azymus panis, opus ſyncerum. Sicut autem Ioannes baptiſta q̃d dixerat, Ecce agnus Dei, per adiunctum determinauit, Ecce qui tollit peccata mũdi: ſic & Chriſtus quod dixerat, Hoc eſt corpus meum, per adiunctum determinauit, Quod pro vobis tradetur. Sicut ergo corpus Chriſti veraciter tradebatur, ita vere demonſtrabatur, non in figura, quæ iam ceſſauerat, ſed in veritate, quæ iam aduenerat. Sane cum litigarent Iudæi ad inuicem, dicentes, Quomodo hic poterit carnem ſuam dare nobis ad

Margin notes: fol. 32 & 214. — Gen. 19 — Exo. 4 & 7 — Ioan. 2 — 4. Reg. 1 — Ioan. 1 — Senſus hæreticus, Eſt, id eſt, ſignificat — 1. Cor. 10 — Ioan. 1 — Luc. 22 — Vero ẽ corpus Chriſti ſub ſpecie panis — Ioan. 6

manducandum, Dixit illis Ieſus: Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habibitis vitam in vobis. Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternā. Ideo dicit, Amen amen, id eſt, in veritate, in veritate, vt non figuratiue, ſed vere intelligaur quod dixit, Niſi manducaueritis carnem &c̄. & ad maiorem veritatis expreſſionem adiunxit: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.

Confeſſio catholica Ego vere quia vitam æternam habere deſidero, carnem Chriſti veraciter comedo, & ſanguinem eius veraciter bibo. Illam vtique carnem, quam traxit de virgine, & illum ſanguinem, quem fudit in cruce. Ego credo corde, & ore confiteor, q̄niam ipſum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in hoc ſacramento māduco, fretus autoritate qua dicit, Qui manducat me, viuet propter me. Non enim cum manducatur, per partes diuiditur, nec laceratur ſub ſacramento, ſicut caro quæ venditur in macello, ſed illæſus ſumitur & integer manducatur. Viuit manducatus, quia ſurrexit occiſus. Manducatus non moritur, quia ſurrexit non moriturus. *Rom. 6* Chriſtus enim reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autem viuit, viuit Deo. *3. Reg. 17* Sicut enim vidua Sareptana quotidie comedebat, & nunquā diminuebat farinam de hydria, & oleum de lechyto: Sic vniuerſalis Eccleſia quotidie ſumit, & nunquam conſumit carnē & ſanguinem Ieſu Chriſti, ſub diuerſa ſpecie ſacramēti. Sicut ergo corpus Chriſti q̄tidie manducatur, & non deficit nec decreſcit, ita panis quotidie tranſit in corpus Chriſti, ſed ipſum corpus nec in aliquo proficit nec accreſcit. Non enim de pane vel de vino materialiter formatur caro vel ſanguis, ſed materia panis & vini mutatur in ſubſtantiam carnis & ſanguinis, nec adijcitur aliquid corpori, ſed tranſſubſtantiatur in corpus.

Quod ſub tota forma totum corpus exiſtit. Caput VIII.

VErum an partes in partes, an totū in totum, an totale tranſeat in totale, nouit ille qui facit. Ego quod reſi duū eſt igni comburo. Nā credere iubemur, diſcutere prohibemur. Si tamen quærentis inſtet improbitas, ego ſalua fide conceſſerim, quod totalis panis in totale corpus conuertitur, ita quod nulla pars panis tranſit in aliquam partem corporis. Reor autem ſalua fidei maieſtate, quod vbi panis eſt conſecratus, ſub tota ſpecie totum corpus exiſtit. Sicut enim miraculoſe tam magnum corpus, ſub tam parua forma concluditur, ita miraculoſe totum corpus in ſingulis partibus continetur, quod inde cōcludo, quoniam in quotcunque partes ſpecies diuidantur, ſub ſingulis partibus totus eſt Chriſtus, totus in magno, totus in paruo, totus in integro, totus in fracto. Scio tamē quod dicitur à quibuſdam, quod quam diu ſpecies panis integra perſeuerat, ſub totali ſpecie totale corpus exiſtit. Vbi vero diuiditur, in ſingulis diuiſionibus incipit eſſe totum: ſicut in ſpeculo dum eſt integrum, vna tantum apparet inſpicientis imago: ſed eo fracto, tot apparent imagines, quot ſunt in eo fracturæ. Porro, cū Deus illam virtutem verbis contulerit, vt ad prolationem eorum corpus dominicum incipiat eſſe ſub ſpecie ſacramenti, nec illa verba proferantur in fractione, diligenter attendāt, & ipſi reſpondeant, vnde corpus Chriſti, quod ante fractionem non in ſingulis partibus erat totum, ſed ſub totali ſpecie totaliter exiſtebat, poſt fractionē in ſingulas partes quodammodo ſecedit & incipit eſſe ſingulatim in ſingulis partibus, q̄d integraliter erat in integro. Licet autē corpus dominicum ſit in loco locale, quæritur tñ, vtrum in ſacramento ſit locatum localiter, i. vtrum faciat localem diſtantiam, & an habeat localem ſitum, vt dici debeat, quia iacet aut ſedet aut ſtat. *Tutius eſt credere q̄ diſcutere* Sed & alia multa circa præſentem articulū poſſunt inquiri, quæ melius eſt intacta relinquere, quam temere diffinire. Nā beſtia quæ tetigerit montem lapidabatur. *Exo. 19* Tutius eſt in talibus citra rationem ſubſiſtere, quam vltra rationem excedere, ne forte, quod abſit, oſſa regis Idumææ redigantur in cinerem. *Amos. 2*

De fractione, ubi dicitur, quare fractio fiat & attritio. Caput IX.

Pre-

FRegit. Solet à multis inquiri, ſed à paucis intelligi, quid Chriſtus tũc in menſa fregit, & quid ſacerdos in altari nunc frangit. Fuerunt qui dicerent, q̃d ſicut poſt conſecrationem vera panis remanent accidentia, ſic & vera panis ſubſtantia: quia ſicut ſubiectum non poteſt ſubſiſtere ſine accidentibus, ſic accidentia non poſſunt exiſtere ſine ſubiecto: quoniam accidentis eſſe non eſt aliud q̃ ineſſe. Sed panis & vini] ſubſtantĳs permanentibus, ad prolationem illorum verborum corpus & ſangnis Chriſti veraciter incipiunt eſſe ſub illis, ita quod ſub eĳſdem accidentibus vtrumque vere ſuſcipitur, panis & caro, vinum & ſanguis: quorum alterum probat ſenſus, reliquũ credit fides. Hi dicunt quod ſubſtãtia panis frangitur & atteritur, inducentes ad hoc illud quod dicit Apoſtolus: Panis quem frangimus, Et Lucas: Vna ſabbati cum veniſſemus ad frangendum panem &c̃. Hi facile ſoluunt quæſtionem illam, qua q̃ritur, q̃d à mure comeditur, cũ ſacramẽtũ corrodit. Comeditur enim ſecũdum illos illa panis ſubſtantia, ſub qua corpus Chriſti eſſe mox deſinit. Porro, qualem ſignificandi modum habet nomen accidentis in philoſophica facultate, talem exiſtendi modum habet accidẽs nominis in theologica veritate. Nam ſicut hoc nomen album, ſignificat accidens in ſubiecto, id eſt, in adiacẽtia (ſed hoc nomen albedo ſignificat accidens ſine ſubiecto, id eſt, in exiſtentia) ſic ante conſecrationem accidens eſt in ſubiecto, quoniam exiſtit in alio: ſed poſt conſecrationẽ accidens eſt ſine ſubiecto, q̃niam exiſtit per ſe. Tranſit enim ſubſtantia, ſed remanent accidentia: nec dicitur accidens in vi participĳ, ſed accipiendum eſt in vi nominis. Sicut enim ibi ſubſtantia corporis eſt, vbi forma corporis non videtur, ſic ibi forma panis videtur, vbi ſubſtantia panis non eſt: nec alius eſt ibi panis niſi caro Chriſti, quæ nomine panis aliquando deſignatur: iuxta quod dominus ait: Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Et Apoſtolus: Quotieſcunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis &c̃. Non enim debemus quærere naturam in gratia, neq; cõſuetudinem in miraculo. Nõ ſolum autem accidentales, verum etiam naturales proprietates remanere videntur, vt paneitas quæ ſaturando famem expellit, & vinitas quæ ſatiando ſitim extinguit.

Falſa opinio, quę negat tráſſubſtantiationem. Reprobata eſt hæc opinio ſub hoc põtifice, in Cõcilio Lateranẽſi, ut patet extra. de ſumma trini. & fi. cath. Et loge ante reprobata fuit à S. Ambroſio

1. Cor. 10

Acta. 20

Accidentia in ſacramento ſine ſubiecto

Ioan. 6

Mat. 26

Dicamus ergo, quod forma panis frãgitur & atteritur, ſed corpus Chriſti ſumitur & comeditur. Ea quæ notant corruptionem referentes ad formam panis, ea vero quæ notant acceptionem, ad corpus Chriſti.

De confeßione Berengarĳ.
Caput. X

BErengarius quippe, quia ſuſpectus habebat de hæreſi, & ne remaneret anguis ſub herba, ad maiorem expreſſionem coram Nicolao Papa multiſque præſulibus eſt cõfeſſus, panem & vinũ, quæ in altari ponuntur poſt conſecrationem, non ſolum ſacramentum, ſed etiã verum corpus & ſanguinem Chriſti eſſe, & ſenſualiter non ſolum ſacramentũ, ſed etiam in veritate manibus ſacerdotũ tractari & frangi, & fidelium dentibus atteri. Non autem corpus Chriſti vel in partes diuiditur, vel dentibus laceratur, cum ſit immortale & impaſſibile: ſed in qua re fiat fractio vel attritio B. Auguſtinus oſtendit, dicens: Quando Chriſtus manducatur, reficit, non deficit. Nec quãdo manducamus de illo partes facimus, q̃d quidẽ in ſacramẽto ſic fit. Nã & Chriſtus carnalem ſenſum diſcipulorum redarguit, qui putabãt carnem eius ſicut aliam carnem diuidendam in partes, & morſibus lacerandam. Dicitur autẽ forma panis, non qui ſit, ſed qui fuit, ſicut dicebatur Simon leproſus, non quod talis exiſteret, ſed quod talis extiterat.

Quid etiam à mure comedatur, cũ ſacramentum corroditur.
Caput XI

SI vero quæratur, quid à mure comeditur, cum ſacramentum corroditur, vel q̃d incineratur, cum ſacramentũ crematur: Reſpondetur, quod ſicut miraculoſe ſubſtantia panis conuertitur in corpus dominicum cum incipit eſſe ſub ſacramento: ſic quodammodo miraculoſe reuertitur, cum ipſum ibi deſinit eſſe,

non quod illa panis ſubſtantia reuertatur, quæ tranſiuit in carnem, ſed quod eius loco alius miraculoſe creatus, quamuis huius accidentia ſine ſubiecto poſſunt ſic corrodi, ſicut edi. Hic obſtante miraculo ſalſo, trahitur argumentum à coniugatis vel coniunctis, ſicut alibi trahitur falſo à contrarijs. Eſt enim hic color & ſapor, quantitas & qualitas, cũ nihil alterutro ſit coloratum aut ſapidũ, quantum aut quale. Miraculum quippe vincit naturam, & legi detrahit diſpenſatio. Sane in natura Dei eſt trinitas perſonarũ, videlicet pater & filius & ſpiritus ſanctus. In hypoſtaſi filij eſt ſubſtantiarum trinitas, videlicet deitas, corpus & anima: in ſacramento corporis eſt trinitas ſpecierum, videlicet panis, vinum & aqua. In natura Dei nec eſt accidens in ſubſtantia, nec ſubſtantia ſub accidente. In hypoſtaſi filij eſt accidens in ſubſtantia, & ſubſtantia in accidente. In ſacramento corporis accidens non eſt in ſubſtantia, ſed ſubſtantia conſiſtit ſub accidente.

Triplex trinitas

Quale corpus Chriſtus dedit in cœna.

Caput XII.

DEdit. Quæri ſolet, quale corpus ſuũ Chriſtus dedit in cœna, mortale an immortale, paſſibile an impaſſibile, ac cętera quæ ad hanc pertinent quæſtionem. Ego diuina ſacramẽta magis veneranda, quam diſcutienda profiteor, ſimplicitati fidei ratus ſufficere, ſi dicatur, quod tale dedit quale voluit, & rurſus, quale dederit ipſe nouit. Fuerunt tamen qui dicerẽt, quod ſicut idẽ veraciter ipſe erat q dabat & q dabatur, ita in eo q̊d dabat erat paſſibilis & mortalis, & in eo quod dabatur erat immortalis & impaſſibilis. ſicut viſibiliter geſtabat, & inuiſibilter geſtabatur. inuiſibiliter, inquam, quantũ ad formã corporis, non quãtum ad ſpeciẽ ſacramẽti. Nam in eo q̊d geſtabat, quod erat hoc apparebat: in eo vero quod geſtabatur, quod erat ipſe non videbatur, quia forma panis & vini velabat formam carnis & ſanguinis. Hic eſt ille verus Dauid, qui coram Achis rege Geth ſuis manibus ferebat. Quĩ ergo immortalis dabat, incorruptibilis edebatur. Hi profecto cõcedũt, poſito q̊d pars aliq̃ ſacramẽti p triduũ mortis Chriſti reſeruata fuiſſet, idẽ corpus ſimul & iacebat mortuũ in ſepulchro, & manebat viuum ſub ſacramento. In ara crucis patiebatur, & ſub forma panis non lædebatur. Sed q̊niam incredibile iudicatur, vt ſecundũ eandem naturam ſimul eſſet mortalis & immortalis (quod tamen congruebat ei ſecundum eandem perſonam.) fuerunt alij qui dixerunt, quod Chriſtus mortalis vtique fuit, ſed voluntate non neceſſitate. In eo quippe quod immunis erat ab omni culpa, liber erat ab omni pœna, vt nihil morti deberet, pro eo quod peccati nihil haberet: ſuſtinuit tamen ſponte mortalitatem, quia mortem ſuſtinere volebat. Quia ſi mortalitatem non ſuſcepiſſet, omnino mori non potuiſſet. Vt ergo probaret quod mortalis erat, non neceſſitate, ſed voluntate, quando voluit mortalitatem depoſuit, quando voluit immortalitatem recepit. Legitur enim in euangelio, quod cum Iudæi duxiſſent Ieſum vſque ad ſupercilium montis, vt eum p̃cipitarent, ipſe trãſiens per mediũ illorum ibat. Cum eſſet ducendus, teneri ſe ſicut paſſibilem tolerabat, ſed cum eſſet præcipitandus, impaſſibilis per medium illorum tranſibat. Quatuor enim ſunt glorificati corporis porpriæ qualitates, videlicet claritas, ſubtilitas, agilitas, & impaſſibilitas. D quibus legitur Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arũdineto diſcurrent. Et: Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorũ: & iam non erit amplius neque luctus neque clamor &c̃. Hinc etiam dominus inquit in euangelio: Menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentem reddent in ſinum veſtrum. Singulas ſibi Chriſtus ſingulatim accepit, antequam reſurgens à mortuis naturam glorificati corporis induiſſet. Subtilitatem cum naſceretur ex virgine: claritatem, cũ transfiguraretur in monte: agilitatẽ, cũ incederet ſup mare: impaſſibilitatem, cũ mãducaretur in cœna. Sicut enim ſignũ paſſibilitatis exhibuit in corpore immortali, cũ poſt reſurrectionẽ oſtẽdit manus & latus, ſic in corpore mortali ſignũ impaſſibilitatis oſtẽdit, cũ carnẽ & ſanguinẽ ante paſſionẽ exhibuit. Poteſt tamẽ ſalua

fide

Vitandæ ſunt quæſtiones curioſæ.

1. Reg. 21

Chriſtus mortalis fuit nõ neceſſitate, ſed voluntate.

mortalitatem

Luc. 4

Quatuor dotes glorificati corporis.

Sap. 3

Apoc. 7 & 21

Luc. 6

Quale corpus Chriſtus Apoſtolis dedit

ſide concedi, quod tale tunc dedit, quale tunc habuit, mortale, videlicet & paſſibile. Nō q̊d poſſet pati in ſacramēto, ſed q̊d ſub ſacramēto poterat pati. Nūc aūt ſumiť à nobis immortale & impaſſibile. Nec tñ maiorem habet nunc efficaciam, ſicut nec maiorem potentiam. Quod autem paſſibilis edebatur, & tamen non lædabatur, non erat humanæ naturæ, ſed diuinæ potētię, qua valebat quicquid omnino volebat.

Vtrum Iudas accepit Eucharistiam.

Caput XIII.

Quod Iudas affuerit in cœna

DEdit diſcipulis ſuis. Dubitari ſolet, vtrum Iudas cum alijs acceperit Euchariſtiam. Lucas enim oſtendit Iudam interfuiſſe cum alijs, qui ſtatim poſt calicem traditorem commemorat, dicens: Hic eſt calix noui teſtamenti in ſanguine meo, qui pro vobis effundetur. Verum ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa. Quotquot autē interfuerunt, euchariſtiam acceperunt, Marco teſtante, qui aiť: Et biberunt ex illo omnes, iuxta quod Chriſtus ipſe p̃ceperat, teſte Matthæo, Bibite ex hoc omnes. Econtra Iudam non interfuiſſe probatur. Nam ſecundum Matthæum ſtatim dixit Ieſus bibentibus calicem: Non bibam ammodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum n regno patris mei. Iudas ergo non aderat, qui cum eo non erat bibiturus in regno. Bibentium quoque nullum excipiens ait: Pro vobis effundetur, ſed aliorum multos excepit, cum inquit, Pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Vnde cum, ſecūdum Ioannem, Chriſtus dixiſſet apoſtolis, Beati eritis ſi feceritis ea, ſtatim excepit: Non de omnibus dico, ego ſcio quos elegerim. Et iterum: Vos mundi eſtis, ſed non omnes. Quid ergo eſt nobis in hoc caſu tenendum? Illud forte ſine præiudicio aliorum, quod Ioannes inſinuat: quia cum iudas accepiſſet buccellam, exiuit continuo, erat enim nox. Chriſtus autē poſt alios cibos tradidit euchariſtiā, Luca teſtante qui dicit: Similiter & calicem poſtq̃ cœnauit. Patet ergo q̊d Iudas prius exijt quam Chriſtus traderet Euchariſtiam. Quod autem Lucas poſt calicē commemorat traditorem, per recapitulationē poteſt intelligi. Quia ſæpe fit in ſacra ſcriptura, vt quod prius factum fuerat, poſterius enarretur, ſicut Matthæus commemorat, biduo ante Paſcha alababaſtrum vngenti: quod ſecundum Ioannem ante ſex dies Paſchæ mulier effudit in domo Simonis leproſi. Conceſſo autem quod Iudas acceperit euchariſtiam, quod expoſitorum plerique concedunt, quærendum eſt, qua ratione medicus ſalutaris medicinam dabit ægroto, quam ei ſciebat eſſe mortiferam? Sciebat enim, quod qui mādücat indigne, iudiciū ſibi mādücat. An vt ſuo doceret exēplo, q̊d ſacerdos non debet illi communionem negare, cuius crimen etſi ſibi ſit notum, non tamen eccleſiæ manifeſtum, ne forte non ſit corrector, ſed proditor? Vnde cautum reperitur in canone: Non prohibeat diſpenſator pingues terræ menſam domini manducare, ſed moneat exactorem timere. Sit ita, ſi nihil quod melius valeat reſponderi. Porro cum minus malum ſit reddi ſuſpectum de crimine, quā committere crimen: & de duobus malis, & cum alterum vrget, minus ſit eligendum, cur diſcretus ſacerdos non neget euchariſtiam criminoſo, quatenus minus malum incurrat, vt maius euitet, id eſt, vt reddatur ſuſpectus, ne manducet indigne? Sane cum nemo debeat vnum mortale committere, ne proximus aliud mortale committat, eligendum eſt potius ſacerdoti non prodere peccatorem, vt ille non peccet. Sed ille potius debet eligere, vt abſtinendo reddatur ſuſpectus, quam communicando manducet indigne. Si vero quæratur, vtrum Chriſtus ad bonum an ad malum euchariſtiam Iudæ tradiderit (Et quidem non videtur ad bonum dediſſe, ne ſua fraudatus ſit intētione, qui teſte Propheta fecit vniuerſa quæ voluit. Iudas enim non ad bonum, ſed ad malum accepit: ſed nec ad malum dediſſe videtur, quia Chriſtus non eſt autor malorū, ſed vltor) Reſponderi veriſſime poteſt, quod ſi propoſitio intentionem denotet vel affectum, cum dicitur, dedit ad malum, falſa eſt propoſitio. Sin autem conſecutionem inſinuat vel effectum, vera eſt. Quia vero Chriſtus buccellam intinctam Iudæ porrexit, vnde

Lucæ 22 — Marci 14 — Mat. 12 [sic] — Quod Iudas non affuerit in cœna — Mat. 26 — Ioan. 13 — Ibidem — Determinatio q̊d Iudas nō acceperit corpus domini — Mat. 26 — Ioan. 12 — 1. Cor. 11 — Exemplū ſacerdoti à Chriſto datum. — Quæſtio. — pſal. 113 — Reſponſio.

Ne detur euchariſtia intincta.

conſtitutum eſt ab eccleſia,vt euchariſtia non detur intincta: Conſtitutum eſt nihilo minus & pro hæreſi extirpãda,quæ dogmatizauit Chriſtum ſub neutra ſpecie totum exiſtere,ſed ſub vtraque ſimul exiſtere totum. Nec debet intelligi,quod ſub buccella panis intincta Chriſtus euchariſtiam dederit traditori, ſed per buccellam intinctam atque porrectam, ſuũ denique traditorem expreſſit, fortaſſis per panis intinctionem illius ſignificans fictionem.

De duobus modis euchariſtiam comedendi.

Caput XIIII.

Accipite & manducate. Non eſt intelligendum,quod ſumptum corpus de manu domini ſibi diſcipuli miniſtrarent,ſed qui conſecrauit, idem & miniſtrauit,ac ſi diceret:Comedite, iterumque,comedite, vtramq; huius ſacramenti comeſtionem inſinuans. Dupliciter enim corpus Chriſti comeditur,quia dupliciter intelligitur. Verum,quod de virgine traxit & in cruce pependit, & myſticum,quod eſt eccleſia Chriſti ſpiritu vegetata. De vero corpore dominus ait: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. De myſtico dicit Apoſtolus: Vnus panis & vnum corpus multi ſumus. Verùm corpus Chriſti comeditur ſacramentaliter,id eſt, ſub ſpecie. Myſticum autẽ comeditur ſpiritualiter, id eſt, in fide,ſub ſpecie panis,in fide cordis. De comeſtione ſacramentali dominus ait: Accipite & comedite,hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam cõmemorationem. Hoc modo tam boni quam mali corpus Chriſti mãducant. Sed ſoli boni comedunt ad ſalutem, mali vero comedunt ad iudicium. Niſi enim mali corpus Chriſti comederent,non dixiſſet Apoſtolus: Qui manducat indigne, iudicium ſibi manducat & bibit,nõ dijudicans corpus domini. Nam & Iudas traditur cum alijs euchariſtiam accepiſſe. De ſpirituali comeſtione dominus ait: Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis,& biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitam in vobis. Hoc modo corpus Chriſti ſoli boni comedunt. Vnde: Qui manducat carnem meã & bibit ſanguinem meum,in me manet & ego in eo. Nam qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. Vt quid paras dentem & ventremẽ crede & mãducaſti. Qui credit in Deum,comedit ipſum,q̃ni am incorporatur Chriſto per fidem,id eſt,membrũ eius efficitur, vel in vnitate corporis eius firmus ſolidatur. Alibi q̃d manducatur, incorporatur,& qui manducat incorporat. Hic autem quod manducatur incorporat, & qui manducat in corporatur. Vtrumque modum Chriſtus edendi inſinuat, vbi dicit: Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam. Quia caro Chriſti niſi ſpiritualiter comedatur, non ad ſalutem,ſed ad iudicium manducatur.

Duplex corpus Chriſti, verum & myſticum

Lucæ 22

1.Cor.10

1.Cor.11

Spiritualis manducatio.

1.Ioan.4 Auguſtinus de Cõ. diſti. ii.c. vt quid

Ioan.6

Quid fiat de corpore Chriſti, poſtquam fuerit ſumptum & comeſtum.

Caput XV.

Fortaſſis cogitatio adhuc pulſat animum,quærens quid fiat de corpore Chriſti, poſtquam ſumptum fuerit & comeſtum: Tales ſunt cogitationes mortaliũ,vt vix quieſcere velint,in his maxime quæ quærenda non ſunt. Audi conſilium ſapientis, Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcruteris,ſed quæ præcepit tibi Deus,illa ſemper cogita,& in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Si vero præſentia quæritur corporalis, in cœlo quæratur, vbi Chriſtus eſt in dextra Dei ſedens. Ad tempus tamen præſentiam exhibuit corporalem,vt ad ſpiritualem præſentiam inuitaret. Cum ſacramentum tenetur,comeditur & guſtatur, Chriſtus corporaliter adeſt in viſu, in tactu,& in ſapore. Quamdiu corporalis ſenſus afficitur,corporalis præſentia nõ aufertur. Poſtq̃ autẽ in percipiẽdo ſenſus deficit corporalis,deinceps nõ eſt quærẽda corporalis præſentia, ſed ſpiritualis eſt retinenda. Diſpenſatione completa, Chriſtus de ore tranſit ad cor. Melius eſt enim vt procedat in mentẽ, quam vt deſcendat in ventrem. Cibus eſt nõ carnis, ſed animę. Venit vt comedatur,nõ vt cõſumatur: vt guſtetur,nõ vt incorporetur. Ore comeditur, ſed ſtomacho nõ digeritur. Reficit animum, ſed non effluit in ſeceſſum. Illud ergo ſane debet intelligi,quod dominus ait, Omne quod in os

Eccli.3

Chriſtus ſpiritualis eſt euchariſtia.

Mat. 15

in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur, quum conſtet illud fuiſſe dictum non de ſpirituali cibo, ſed de carnali.

Quod ſi ſeceſſus aut uomitus poſt ſolam Eucharistiæ perceptionem eueniat.
Cap. XVI.

QVod ſi forte ſeceſſus vel fluxus aut vomitus poſt ſolam Euchariſtiæ perceptionem euenerit, ex accidentibus & humoribus generatur, quum interdum humores abſque cuiuſlibet cibi materia vel effluant in ſeceſſum, vel emittantur ad vomitum. Quum ergo poſt diſpenſationis officium aliquid iterato ſentitur, in hoc quoq; ſpecies ad proprietatem ſenſui famulatur, vt veritas ſimilitudinis vbique ſeruetur. Nam in q̄ ſimilitudo deficeret, in eo ſacramētum non eſſet, ſed ibi ſe proderet, & fidei locum auferret, neque iam crederetur, quod ita fieri non oportet. Itaq; quantum ad nos ſeruat per omnia corruptibilis cibi ſimilitudinem, ſed quantum ad ſe, non amittit inuiolabilis corporis veritatem. Species quandoque corroditur vel maculatur, ſed veritas nunquam corrumpitur aut coinquinatur. Si quando tale quid videris, noli timere ſibi, ſed eſto ſolicitus tibi, ne tu male lædaris, ſi male credideris. Si vero quęratur, vtrum Chriſtus localiter deſcēdat de cœlo, vel aſcendat in cœlum, quum exhibet aut ſubtrahit præſentiam corporalem, an aliter incipiat vel deſinat eſſe ſub ſpecie ſacramenti. Reſpondeo non oportere nos in talibus curioſos exiſtere, ne plus quā poſſumus præſumamus, & non comprehendamus. Salubre cōſilium dedit Apoſtolus: Noli plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Ego neſcio quomodo Chriſtus accedit, ſed & quomodo recedit ignoro, nouit ille qui nihil ignorat.

Quæſtiões curioſę de uitandæ ſunt.

Rom.12

Quando fiat tranſubſtantiatio.
Cap. XVII.

HOC eſt enim corpus meum. Si ad prolationem iſtorum verborum: Hoc eſt corpus meum, panis mutatur in corpus, & ad prolationem iſtorum verborum: Hic eſt ſanguis meus, vinum mutatur in ſanguinem, quum prius proferantur iſta verba quàm illa, Prius ergo mutatur panis in corpus, quàm vinum in ſanguinem. Nunquid igitur corpus eſt ſine ſanguine, vel ſanguis ſine corpore? Propterea dicitur à quibuſdam, quod quum totum eſt dictum, totū eſt factū, nolentes vel non valentes ipſius conuerſionis determinare momentum. Alij vero dicunt, & bene, quod licet ad prolationem præcedentium panis à natura mutetur in corpus, & ad prolationem ſequentium vinum præterea mutetur in ſanguinem, nunquam tamē eſt corpus ſine ſanguine, vel ſanguis eſt ſine corpore, ſicut neutrū eſt ſine anima, ſed ſub forma panis ſanguis exiſtit in corpore p̄ mutationē panis in corpus. Et ecōuerſo. Non q̄d panis in ſanguinem, vel vinum mutetur in corpus, ſed quia neutrum poteſt exiſtere ſine reliquo. Eſt ergo ſanguis ſub ſpeciebus panis, non ex vi ſacramēti, ſed ex naturali concomitantia, ſecundum fratrem Egidium. Sed quæritur, quid demōſtrauerit Chriſtus, quum dixit: Hoc eſt corpus meum? non panem, quia de pane non erat verum, quod corpus eius exiſteret, nec corpus, quia nondum illa verba protulerat, ad quorum prolationem panem mutauit in corpus. Quid ergo? Similis obiectio fit à logicis, cum dicitur. Hoc vinum eſt mortuum, poſito quod in prolatione ſubiecti ſit vinum, & in prolatiōe prædicati ſit mortuum. Sed quantum diſtat ortus ab occaſu, tantum refert inter miraculum & naturam. Ab huius ergo quæſtionis laqueo facile ſe abſoluit, qui dicit, quod Chriſtus tunc confecit, quum benedixit. Nam ſi opponatur de ſacerdote, quis tunc conſecrat, quum illa verba pronunciat? Reſpōdetur, quod ſacerdos nihil demonſtrat, quum illis verbis nō vtatur enunciatiue, ſed recitatiue, quemadmodum Chriſtus ait: Ego ſum vitis vera, Ego ſum lux mundi, & innumera talia. Sed rurſus quæritur, quid demonſtrauit, quum dixit: Manducate ex hoc omnes? Licet in nullo quatuor Euangeliſtarum hoc legatur de corpore, ſed tantum de ſanguine, bibite ex hoc omnes. Quum enim iam panem fregiſſet, ſi demonſtrabat aliquid fragmentorum, illud non debebāt

Naturalis concomitantia.

Quid demonſtrat Hoc.

Manducate ex hoc omnes

omnes comedere, quum ſingulis ſingula diſtribueret. Si demonſtrabat corpus, non poterat ex iſto, ſed illud comedere, quia corpus Chriſti nõ manducatur per partes, ſed integrum. Sane ſecundum regulam Tyconij debet intelligi, qua frequenter in ſacra ſcriptura videtur agi de vno, ſed agitur de diuerſis, vt eſt illud: Benedixit, fregit & dedit: benedixit panem, formam fregit, & dedit corpus. Eodem modo quum dixit: Manducate ex hoc omnes, pronomen oſtendit integrũ corpus, & præpoſitio innuit formam diuiſam, vt iſte ſit ſenſus: Comedite hoc corpus integrum ſub forma diuiſa. Nam ſola forma per partes diuiditur, & totum corpus integrum mãducatur. Simili modo poteſt intelligi, quod ſubiunxit: Hoc eſt corpus meum, id eſt, illud quod præbeo ſub hac forma.

De ſeptẽ regulis Tyconij vide B. Aug. de doctrina Chriſtiana, li. 3. circa finem.

De *forma uerborum.* Cap. XVIII.

Variæ quæſtiones de forma verborum

QVæritur etiam, vtrum additio vel ſubtractio, tranſpoſitio vel mutatio, ſi forte fiat in illa forma verborum quam Chriſtus expreſſit, effectum conſecrationis impediat an non? Vt ſi dicatur addendo, hoc eſt corpus meum, quod aſſumpſi de virgine, vel ſubtrahendo, hoc eſt corpus meum, vel tranſponẽdo corpus meum, hoc eſt, vel interponẽdo, hoc eſt vtique corpus meum, ſiue mutando, hoc eſt corpus Ieſu. Sane fecit Deus hominem rectum, ſed ipſe ſe infinitis miſcuit quæſtionibus. His itaque prætermiſſis, quę quandoque ſubuertunt animum, magis quàm ædificent, illud pro certo ſciatur, quod grauiter peccat, qui quolibet horum quomodolibet attentauerit, maxime ſi formam intendat mutare, vel hæreſim introducere, quia forma verborum quam Chriſtus expreſſit per oĩa illibata debet ſeruari, quamuis ſecundum philoſophum nomina & verba tranſpoſita idem ſignificent, Nec vtile per inutile vitietur.

Eccli 7

Nõ eſt mutanda verborũ forma

Vtrum panis tranſſubſtantietur in Chriſtum. Cap. XIX.

POrro quum panis tranſſubſtantietur in corpus, & vtique rationali ſpiritu animatum, videtur quod panis tranſſubſtantietur in hominem: pari ratione in Chriſtum tranſſubſtantiatur, & ita in creatorem. Sic ergo creatura quotidie fit creator. Quidam voluerunt aſtruere q̊d panis tranſſubſtantiatur in Chriſtum, non tamẽ in creatorem, quia Chriſtus dicitur ſecundum naturam humanam, ſecundum quam panis tranſſubſtantiatur in ipſum. Nam ſicut dicitur Chriſtus manducari, quia corpus eius comeditur, ita panis credendus eſt in ipſum mutari, quoniam in corpus eius conuertitur. Ego ſum (inquit) panis viuus, qui de cœlo deſcẽdi, & panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. Ioan. 6
Chriſtus igitur ſeipſum & carnem ſuam nomine panis appellat, vt oſtendat ex hoc, quod panis ſicut verè mutatur in carnem ipſius, ita vere mutatur in ipſum.
Ego tamẽ ſicut in alijs, ita pariter in hoc diuina ſacramenta magis veneranda, quàm diſcutienda profiteor. Scriptum eſt enim: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum igni. Exo. 12
Etſi ſecundum vim inferentiæ nõ ſequatur: Quod ſi panis tranſſubſtantiatur in corpus humanum, ideo panis tranſſubſtantietur in hominem, quia nõ homo, ſed hominis pars eſt corpus.

De modo tranſſubſtantiationis. Cap. XX.

QVæritur autem, Vtrum antè conſecrationem ſit concedendum, panis erit corpus Chriſti, vel poſt conſecrationem, id quod panis fuit, eſt corpus Chriſti. Quod inde videtur, quoniam qui ſacerdos ſit, erit ſacerdos, & qui ſacerdos eſt factus, ſacerdos eſt. Similiter q̊d corpus ſit, erit corpus, & quod corpus eſt factum, eſt corpus. Quis enim dixerit, q̊d hoc ſit illud, ſi nũquam hoc erit illud? Tradit etiam Auguſtinus, ante cõſecrationem panem eſſe & vinum quod natura formauit, poſt conſecrationẽ vero carnem & ſanguinem, quod benedictio conſecrauit. Et Ambroſius in hæc verba, Quod erat panis ante cõſecrationem, iam eſt corpus Chriſti poſt conſecrationem. Nam etſi panis nec erit corpus Chriſti, nec aliud, panis ibi nihil erit, & ita panis annihilatur. Ergo nec ſit

De conſe. diſt. 2. ca. Nos autẽ & c. Panis eſt

corpus

corpus Chriſti, nec aliud. Si vero dica-
Arguitiunculæ ſubtiles. tur, quod panis erit corpus Chriſti, ſta-
tim infertur, aliud fore corpus Chriſti,
quod nec fuit natum, nec paſſum, nec
mortuum, nec ſepultum. Demonſtratis
quoque diuerſis panibus, oportebit con
cedi, quod hoc etiam illud erit idem, &
non eſt idem. Hoc igitur fiet illud. Rur-
ſus ſi hoc erit panis, & non eſt corpus Ie-
ſu, quod eſt penitus impoſſibile. Præte-
rea ſi id quod fuit panis, eſt corpus Chri
ſti, pfecto corpus Chriſti eſt illud quod
fuit panis, ergo corpus Chriſti, vel fuit,
vel eſt panis. Diuerſa & innumerabilia
talia poſſent inferri, quæ penitus à verita
Simplex reſpōſio. te diſcordant. Propter hæc & alia, quæ
circa præſentem articulum ſubtiliter ma
gis quàm vtiliter poſſent inquiri, non de
ſunt qui dicunt, quod ea ratione dicitur
panis, mutari, vel conuerti ſeu tranſſub-
ſtantiari, ſiue tranſire in corpus Chriſti,
quod corpus Chriſti ſub eiſdem accidē-
tibus loco panis incipit eſſe, ſicut dicitur
à Grammaticis, q̊d a mutatur in e, quum
à præſenti formatur præteritum, ago e-
gi, quia loco huius literæ a, ponitur hæc
litera e. Quidam autem expreſſe dixerūt,
quod ipſa panis eſſentia vere mutatur in
corporis Chriſti ſubſtantiam, nec redi-
gitur panis in nihilum, quia deſinit eſſe
quod fuit, ſed mutatur in aliud, quoni-
am incipit eſſe quod non fuit. Fit autem
ipſa conuerſio nō ſecundum vnionem,
ſed ſecundum tranſitionem, quia nequa
quam eſſentia eſſentiæ accedit in augmē
tum, vt per id quod accedit, id ad quod
accedit, maius aliquid fiat, ſed id quod
accedit, fit vnum cum eo ad quod acce-
dit. Nec corpus accipit eſſe panis, ſed pa-
nis accipit eſſe corporis, quia panis tran
ſit in corpus, nō corpus in panem. Cum
ergo concluditur, quoniam aliud erit
corpus Chriſti, quod nec fuit natum,
nec paſſum, ſi relatio fiat ad prædicatum
Subtilis diſceptatio. eſt falſum, ſi vero ad ſubiectum, eſt ve-
rum. Sed inde non prouenit: Ergo cor-
pus Chriſti nec fuit natum, nec paſſum.
Sicut non ſequitur: Aliquid eſt pater, q̊d
nec genuit nec ſpirauit. Ergo nec pater
genuit, nec ſpirauit. Quod autem infer-
tur, hoc & illud erunt idem, & ſunt idem,
hoc igitur fiet illud, non prouenit, ſed
ita rectius inferretur: Hoc ergo fiet ali-
quid quod erit illud. Sicut pater & filius
ſunt idem, non tamen pater eſt filius, ſed
id quod eſt filius. Licet autem hoc erit
illud, nunquam tamen erit verum hoc
eſſe illud, quoniam hoc deſinit eſſe hoc,
& incipiet eſſe illud. Sicut ſanum erit æ-
grum, nunquam tamen erit verum, ſa-
num eſſe ægrum: quia ſanum deſinit eſ-
ſe ſanum, & incipiet eſſe ægrum. Quam
uis etiam id quod fuit panis, fit corpus
Chriſti, non tamen corpus Chriſti eſt
aliquid quod fuit panis, quoniam id
quod fuit panis, eſt aliud omnino quam
fuit. Sed corpus Chriſti eſt omnino i-
dem quod fuit. Sicut iniquum quod fu-
it Saulus eſt Paulus, non tamen Paulus
eſt iniquum, quod fuit Saulus. Quod e-
nim ſecundum naturam contingit in ac
cidentibus, hoc ſecundum miraculum
accidit in naturis. Eſt autem duplex con Duplex cōuerſio, ſubſtantialis & formalis.
uerſio, ſubſtantialis videlicet & forma-
lis. Nam ſicut aliquando forma conuer-
titur ſine ſubſtantia, ſic interdum ſub-
ſtantia conuertitur ſine forma, nonnun
quam vtraque cum altera. Subſtantia ve-
ro quandoque conuertitur in id, quod
fit, & non erat, vt virga in colubrum, & Exod. 4. 7
tunc forma conuertitur cum ſubſtantia.
Quandoque conuertitur in id quod e-
rat, & non fit, vt panis in Euchariſtiam,
& tunc ſubſtantia conuertitur ſine for-
ma. Sed deſinamus ſcrutari ſcrutinium,
quoniam perſcrutator maieſtatis oppri- Pſal. 63 Prou. 25
metur à gloria. Nam accedit homo ad
cor altum, & exaltabitur Deus. Sicut in-
effabilis eſt illa vnio qua Deus factus eſt
homo, ſic neffabilis eſt illa conuerſio,
qua panis fit caro. Non tamen ita panis Nō incarnatur panis.
dicendus eſt incarnari, quia panis fit ca-
ro, ſicut v̄bum dicitur incarnatum, quia
verbum factum eſt caro. Nam verbum
manens quod erat, ita factum eſt caro,
quod carnem aſſumpſit, non tranſiuit in
carnem. Sed panis deſinens eſſe
quod erat, ita fit caro, quod
tranſit in carnem, non
aſſumit car-
nem.

CA-

CANONIS SACRI pars ſeptima.

SImili modo poſtquam cœnatum eſt accipiens & hunc prę clarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, item tibi gratias agens, benedixit, dedit diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & bibite ex hoc omnes.

HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS MEI, NOVI ET AETERNI TESTAMENTI, MYSTERIVM FIDEI: QVI PRO VOBIS ET PRO MVLTIS EFFVNDETVR IN REMISSIONEM PECCATORVM.

Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Cur Euchariſtia ſub duplici ſpecie conſecratur. Cap. XXI.

SImili modo licet ſub alterutra ſpecie ſumatur vtrunque, id eſt, corpus & ſanguis: vtraque tamen ſpecies conſecratur, & neutra ſuperfluit, vt oſtendatur quod Chriſtus humanam naturam totam aſſumpſit, vt totam redimeret. Panis enim refertur ad carnem, & vinũ ad animam: quia vinum ſanguinem operatur, in quo ſedes eſt animę. Moyſes quippe teſtatur, quod caro pro corpore, ſanguis autem offertur pro anima. Vnde legitur in Le-
Leuit.17 uitico: Anima carnis in ſanguine eſt. Quocirca panis & vinum in ſacrificio offeruntur, quod valet ad tuitionem carnis & animæ, ne ſi ſub alterutra ſpecie tantum ſumeretur, ad alterius tãtum putaretur pertinere ſalutem. Et quamuis ſub ſpecie panis ſanguis ſumatur cum corpore, & ſub ſpecie vini corpus ſumatur cum ſanguine: tame nec ſanguis ſub ſpecie panis, nec corpus ſub ſpecie vini bibitur, aut comeditur, quia ſicut nec ſanguis comeditur nec corpus bibitur, ita neutrũ ſub ſpecie panis bibitur, aut ſub ſpecie vini comeditur: & ſi conceſſibile videatur, quod corpus bibendo, aut ſanguis comedendo ſumatur. Eſt ergo modus ſumendi carnem & ſanguinem, quo neutrum manducatur aut bibitur.

Vtrum panis ſine vino, vel vinum ſine pane valeat conſecrari. Cap. XXII.

SEd quęritur, Vtrum panis ſine vino, vel vinum ſine pane, non dico debeat, ſed valeat conſecrari. Quum enim ad prolatiõem iſtorum verborum, Hoc eſt corpus meũ, panis mutetur in carnem: & ad prolationem illorum verborum, Hic eſt ſanguis meus, vinum mutetur in ſanguinem, ſi poſt prolatiõem iſtorum, & ante prolationem illorum, impedimentum accidat ſacerdoti, quo minus procedere valeat, videtur ergo, quod panis ſit mutatus in carnem, vino in ſanguinem non mutato. Quid ergo iudicabitur in hoc articulo faciẽdum? an alius ſacerdos totum repetet à principio, & ſic ſuper panem iterabitur conſecratio? an ab eo tantum loco incipiet, in quo ſacerdos ille dimiſit, & ſic diuidetur myſterium vnitatis? De hoc ita conſtitutum legitur in concilio Toletano: Cenſuimus Vide con. Tolet. ſeptimum, c.1.
ita conuenire, vt quũ à ſacerdotibus miſſarum tempore ſacra myſteria conſecrãtur, ſi ægritudinis cuiuſlibet accidat eueñtus, quo cœptum nequeat conſecrationis explere myſterium, ſit liberum Epiſcopo vel presbytero alteri, conſecrationem exequi cœpti officij, vt præcedentibus libenter alij pro complemento ſuccedant. Porro, quum inter Theologos de tempore cõſecrationis ſit diuerſa ſententia, quibuſdam dicentibus, quod quum totum eſt dictum, totum eſt factum: alijs autem dicẽtibus, quod panis ante mutatur in corpus, & poſtea vinũ mutatur in ſanguinem: plerique tutius procedentes affirmant, quod alius ſacerdos conſecrationem repetere debet atque perficere: quoniam (vt tradit autoritas) non dicitur iteratum, quod neſcitur ante eſſe factum. Ve- De Conc. diſt.4.c. Cum iam
rum ne illa fiat iteratio, vel diuiſio ſacramenti, nec aliquis ſcrupulus erroris vel dubitationis remaneat, conſultius & tutius iudicatur, vt illa talis oblatio ſtudioſiſſime recondatur, & ſuper aliam totum officium celebretur.

Quæri-

Quæritur, utrum neceßitate cogẽte, uel caſu intercedente, ſola panis materia poßit in Euchariſtiam conſecrari.

Cap. XXIII.

SEd etſi vinum inueniri non poſſit, vel aliquo caſu defuerit, quæritur, Vtrum neceſſitate cogente, vel caſu intercedente, ſola panis materia poſſit in Euchariſtiam conſecrari, ſicut ſub ſola panis ſpecie debet Euchariſtia reſeruari? Sunt ſane qui dicunt, q̃d quum verbum & elemẽtum efficiant ſacramentum, nec forma verborũ nec materia rerum, quas Chriſtus expreſſit, mutari poteſt ſiue di midiari. Quia ſicut vinum ſine pane, ſic panis ſine vino minime conſecratur, cũ vtrunq; ſit de ſubſtantia ſacramenti. Vnde ſiue aqua pro vino mittatur in calicem, ſiue hordeum pro frumento formetur in panem: ſicut neutrũ per ſe, ſic neutrum cum alio tranſſubſtantiatur in carnem, aut mutatur in ſanguinem. Nam ſi panis ſine vino, vel vinum ſine pane, cõuerti poſſet in carnem aut in ſanguinem: in his regionibus, in quibus alterutrum inueniri non poteſt, licite poſſet alterum ſine altero conſecrari. Minus enim ignorantia, quam neceſſitas, vel negligentia, quàm difficultas excuſat. Alij vero dicunt, quod quum Chriſtus prius conuertit panem in carnem, & poſtea vinum mutauit in ſanguinem, ſicut Euangelicæ lectionis textus oſtendit, & ſine vino panem, & ſine pane vinum conſecrari contingit: grauiter tamen offendit, qui negligenter aut ignoranter alterutram ſpeciem prætermittit: grauius qui ſcienter aut ſponte, maxime ſi formam intendat mutare, vel hæreſim introducere.

Cautela, quando ſacerdos poſt conſecrationem inuenit prætermiſſum uinum.

Cap. XXIIII.

QVid ergo faciendum eſt ſacerdoti, ſi poſt conſecrationem vinum comperiat prętermiſſum? Dicunt aliqui, quod vinum apponere debet, & ſuper illud ſolummodo conſecrationem repetere. Alij, quod appoſito vino panem conſecratum, ſicut in die paraſceues, debet nõ mittere, ſicq; ſumere ſacrificium. Ego vero ſemper in dubijs quod tutius eſt, iudico præferendum.

De diuerſis ſacerdotibus ſuper eandem oblatam conſecrantibus. Cap. XXV.

CVm autem interdum vni pontifici multi ſacerdotes concelebrent, ſi forte non omnes ſimul conſecratoria verba pronuncient, quæritur, an ille ſolus conficiat, qui primus pronunciat? Quæſtio.
Quid ergo cæteri faciunt, an iterant ſacramentum? Poterit ergo contingere, quod ille non conficit, qui celebrat principaliter, & ille conficiet, qui ſecundario celebrabit, & ſic pia celebrantis intentio deuotio.
defraudabitur? Sane dici poteſt, & pro- Reſpõſio.
babiliter reſponderi, quod ſiue prius, ſiue poſterius proferant ſacerdotes, referri debet eorum intentio ad inſtans prolationis Epiſcopi, cui principaliter celebranti concelebrant: & tunc omnes ſimul conſecrant, & conficiunt. Quanquam nonnulli conſentiant, quod qui prius pronunciat, ille conſecrat: nec aliorum defraudatur intentio, quia factum eſt quod intendunt. Conſueuerunt autem presbyteri Cardinales Romanum Miſſa Pa-
circumſtare pontificem, & cum eo pari- palis.
ter celebrare: quumq; cõſummatum eſt ſacrificium, de manu eius cõmunionem recipere, ſignificãtes apoſtolos, qui cum domino pariter diſcumbẽtes ſacram de manu eius Euchariſtiam acceperunt. Et in eo quod ipſi concelebrant, oſtendunt apoſtolos tũc à domino ritum huius ſacrificij didiciſſe.

De hora inſtitutionis. Cap. XXVI.

POſtea quam cœnatum eſt. Quartadecima luna primi menſis ad veſpe-
ram Chriſtus ſecundum legem typicum Exo.12
paſcha cum apoſtolis celebrauit. De quo
quum dixiſſet: Deſiderio deſideraui hoc Lucæ 22
Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar, quur hoc dixerit ſtatim oſtendit, vt ſ. veteri Paſchæ imponens finem, nouum Paſchæ ſubſtitueret ſacramentum.
Accipiens enim panem, benedixit, ac fre- Mat.26
git, deditq; diſcipulis ſuis, dicens: Accipi-
te & comedite: Hoc eſt corpus meum, Mar.14
quod pro vobis tradetur. Similiter & ca- Lucæ 22.
licem poſtquam cœnauit, dicens: Bibite ex hoc oẽs. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti

ſtamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Hoc facite in meam commemoratiõem. Hac ergo inſtitutione formati celebramus iugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in precium. Nam vbi veritas venit, figura ceſſauit: & ſignum eſt ſublatum de medio, quum iam nõ erat res aliqua quæ futura ſignificaretur, ſed quæ præſens perciperetur. manſit tamen figura, donec fuit in veritate completum, q̃d in ſimilitudine prius erat exhibitũ. Ob id etiam Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum poſt cœnã dedit apoſtolis, vt hoc ſacramentum velut vltimum teſtatoris mandatum arctius memoriæ commendarent. Vnde nouiſſimum condens hæredibus teſtamentum: Vos, inquit, eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis regnum, ſicut pater meus mihi diſpoſuit, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Patet ergo cum primam acceperũt apoſtoli Euchariſtiam, non eos accepiſſe ieiunos. Non ideo tamen eſt calumniandum Eccleſiæ, quod à ieiunis ſemper accipitur. Placuit enim ſpiritui ſancto, vt in honorem tanti ſacramenti prius in os Chriſtiani dominicum corpus intraret, ſicut vbiq; mos iſte ſeruatur. Non enim quia poſt cibos dominus dedit, ideo prãſi vel cœnati debent illud accipere, quemadmodum illi faciebant, q̃s arguit Apoſtolus, dicens: Conuenientibus vobis in vnum, iam non eſt dominicam cœnam manducare. Vnuſquiſq; ſuam cœnã præſumit ad manducandum. Et alius quidẽ eſurit, alius ebrius eſt. Saluator ergo præſcriptis ex cauſis poſt cœnã tradidit Euchariſtiam: quo autem ordine deinceps ſumeretur, diſponẽdum apoſtolis reſeruauit.

Cur poſt cœnam Chriſtus inſtituit.

Lucæ. 22

Nunc à ieiunis accipiendum eſt.

Vide Augu. in epiſtola ad Ianuarium.

1. Cor. 11

Quod corpus Chriſti totum eſt in pluribus locis ſimul.

Cap. XXVII.

ACcipiens & hunc præclarum calicem. Continens metonomice, ponitur pro contento. Nam & vnus & idem & tunc & nunc & hic & alibi ſacrificatur ab omnibus, totus in cœlo, & totus in altari, ſimul & ſedet ad dexteram patris, & manet ſub ſpecie ſacramenti. Miraris quod verbum Dei iuxta ſacramenti virtutem totum ſimul in diuerſis locis exiſtit: & non miraris, quod verbũ hominis iuxta vocis naturam totum eſt ſimul in auribus diuerſorum? Quid quæris naturam in Chriſti corpore, quum præter naturam ſit ipſe natus de virgine? Sic ergo Chriſtus in diuerſis locis eſt vnus, ſicut in ſingulis partibus totus. Q̃d autem vinum in calice conſecrauerit, patet ex eo, quod ipſe ſubiunxit: Non bibam ammodo de hoc genimine vitis.

Vide Ambroſium de myſteriis init. c. 9

Lucæ. 22

Quare ſanguis Chriſti dicatur noui teſtamentum. Cap. XXVIII

HIC eſt ſanguis noui & æterni teſtamenti. Vetus teſtamentum q̃d hircorum fuit & vitulorum ſanguine dedicatum, promittebat homini temporalia: nouum autem quod fuit Chriſti ſanguine confirmatum, promittit æterna. Et ideo teſtamentum illud fuit vetus & tranſitorium, hoc autem nouum eſt & æternum. Vel inde probatur æternum, id eſt, perpetuum, vnde nouum aſſeritur, id eſt, vltimum. Nouiſſimum enim hominis teſtamentum immobile perſeuerat, quia teſtatoris firmatur morte, iuxta q̃d docet Apoſtolus: Teſtamentum, inquit, in mortuis confirmatum eſt, alioquin nõdum valet, dum viuit qui teſtatus eſt. Porro teſtamentum dicitur non ſolum ſcriptura, ſed & promiſſio, quemadmodum dicit Apoſtolus: Ideo noui teſtamẽti mediator eſt, vt repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis. Et ſecundum hunc modum dicitur: Hic eſt ſanguis meus noui & æterni teſtamenti, id eſt, confirmator nouæ & æternæ promiſſionis: ſicut dominus ipſe promittit: Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Vnde nec primum teſtamẽtum, vt inquit Apoſtolus, ſine ſanguine dedicatum eſt. Lecto enim vniuerſo legis mãdato, Moyſes accipiens ſanguinem hircorum & vitulorum, ipſum quoque librum & omnem populum aſperſit, dicens: Hic eſt ſanguis teſtamenti, q̃d mandauit ad vos Deus. Ecce quàm proprie Moyſes verba prædixit, q̃bus Chriſtus vſus eſt in cœna.

Exo. 24

Nouũ & æternum teſtamentum.

Heb. 9

Ioan. 6

Heb. 9

Exod. 24

Vtrum

Vtrum aqua cum uino conuertatur in ſanguinem.

Caput XXIX.

SEd quæritur, vtrum aqua cum vino conuertatur in ſanguinem? Si conuertitur ergo ſacramentum, ſanguis eſt, imo populi: nam aquæ multæ ſunt populi multi: & ob hoc aqua vino miſcetur, vt Chriſto populus adunetur. Nam & de latere Chriſti exiuit ſanguis & aqua. Si nõ conuertitur, vbi poſt conſecrationem exiſtit? & quomodo ſeparatur à vino, cui fuerat in vnum commixta? Præterea nõ ſolum ſanguinem bibet ſacerdos in hoc ſacramento, ſi poſt cõſecrationem aqua pura permanſerit: poſt vnam ergo ſumptionem iterum eodem die communicare non debet, ac ſi prius aquam bibiſſet. Nam idcirco ſacerdos poſtquam perfudit, eodem die iterum non ſacrificat, quia vinum purum aſſumit. An forte ſicut vinum mutatur in ſacramentum redemptionis, ſic & aqua tranſit in ſacramentũ ablutionis, quæ de latere Chriſti pariter effluxerunt. Quis hoc audeat diffinire?

Apoc.19 Ioan.19

Vtrum Chriſtus reſurgens ſanguinem reſumpſit quem effudit in cruce.

Caput XXX.

IAm & illud inquiratur, vtrum Chriſtus reſurgens à mortuis, ſanguinem illum reſumpſerit, quem effudit in cruce. Si enim capillus de capite veſtro non perit quanto magis, ſanguis ille non periit qui fuit de veritate naturæ?

Luc.21

Quid de circunciſione præputij vel vmbilici pciſione dicetur? an in reſurrectione Chriſti ſimiliter rediit ad veritatẽ humanæ ſubſtantiæ? Creditur enim in Lateranenſi baſilica reſeruari: licet à quibuſdam dicatur, quod præputium Chriſti fuit in Hieruſalem delatum ab angelo Carolo magno, qui tranſtulit illud, & poſuit Aquiſgrani. Sed poſt à Carolo Caluo poſitum eſt in eccleſia Saluatoris apud Caroſium. Melius eſt tamen Deo totum committere, quam aliud temere diffinire. Illud omnino nefas eſt opinari, quod quidam dicere præſumpſerunt, videlicet aquam in flegma conuerti. Nam & de latere Chriſti non aquam, ſed humorem aquaticum, id eſt, flegma mentiuntur exiuiſſe, non attendentes quod de latere Chriſti duo præcipua eccleſiæ ſacramenta fluxerunt, videlicet ſacramẽtum redemptionis in ſanguine, & ſacramẽtum regenerationis in aqua. Non enĩ baptizamur in flegmate, ſed in aqua, iuxta ſentẽtiã euãgelij: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei. Quibuſdam vero non abſurdum videtur, quod aqua cum vino tranſit in ſanguinem, ea videlicet ratione, quod aqua per admixtionem tranſit in vinum, & vinum per conſecrationem tranſit in ſanguinem. Quis enim ambigat aquam in vinum tranſire, cum multo vino modicum infunditur aquæ? Alioquin tota vini ſubſtantia propter guttam aquæ mutatur, vt quoddam fiat ex illis confuſum, quod nec ſit aqua nec vinum. Sic ergo tota fontis vel fluminis aqua propter modicam vini ſtillam in confuſionis ſpeciem mutaretur, nec panis ille poſſet in Euchariſtiam conſecrari, qui factus eſt de frumento, cui forte mixtum fuerat vnum granum hordei vel auenæ. Quid autem, ſi plus apponatur aquæ quã vini, erit irritum ſacramentum? Oportet quidem quod tantũ vini ibi ponatur, quod aqua commixtũ ſaporem vini retineat. Licet autem diligenti ſtudio vinum optimũ ſit quęrẽdũ, vt ſacrificium offeratur, vitium tamen vini non maculat munditiam ſacramenti. Quocirca ſiue vinum nouum, quod dicitur muſtum, ſiue vinum accidum, quod appellatur acetum, in ſacrificium offeratur, ſacramentum conficitur, & diuinitus conſecratur.

Præputiũ Chriſti. Falſa opinio de aq. è latere Chriſti. Ioan.3 Recta opinio de aq. in calice ſacramẽti

De uino poſt conſecrationem addito.

Caput XXXI.

SI vero poſt calicis conſecrationem aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non tranſit in ſanguinem, nec ſanguini commiſcetur, ſed accidentibus prioris vini commixtum corpori, quod ſub eis latet, vndique circumfunditur, non madidans circumfuſum. Ipſa tamen accidentia vnum appoſitum videntur afficere: quod inde conijcitur, quia

 aqua

ſi aqua pura fuerit appoſita, vini ſaporem aſſumit. Contingit igitur accidentia per mutare ſubiectũ, ſicut ſubiectũ cõtingit accidentia pmutare. Cedit quippe natura miraculo, & virtus ſupra cõſuetudinem operatur. Quidam aũt voluerunt aſtruere, quod ſicut aqua pura per aquæ benedictæ contactum efficitur benedicta, ſic vinum per ſacramenti contactum efficitur cõſecratum, & tranſit in ſanguinem. quorum aſſertioni ratio minime ſuffragatur.

Vtrum uinum ſine aqua conſecretur in ſanguinem.
Caput XXXII

De Conſe. diſt. 2. QVæritur autem, an irritum ſit q̃d geritur, ſi forte prætermittitur aqua. Cautum eſt enim in Canone, quod non poteſt calix domini aqua ſola eſſe, neque vinum ſolum, niſi vtrunq; miſceatur. Et Cyprianus: (Cyprian.) Calix domini non eſt aqua ſola, neque vinum ſolum, ſicut neque corpus domini poteſt eſſe farina ſola, niſi fuerit vtrumque adunatum, & panis vnius compage ſolidatũ. Hoc quidam conſtanter affirmant, dicentes, q̃d ſicut aqua ſine vino cõſecrari nõ poteſt, ſic vinum ſine aqua tranſſubſtantiari nõ valet, quia de latere Chriſti ſimul vtrunque manauit. (Ioan. 19) Alij vero concedunt, quod ſi quiſquam non intendens hæreſim introducere, obliuione vel ignorantia prætermiſerit aquam, ille quidem vehementer eſt corripiendus, & grauiter, non tamen fit irritum ſacramentum. Quod ergo prædictum eſt, vinum ſolum offerri non poſſe, determinari debet, quia recipit exceptionem, hoc modo: non poteſt, niſi fiat ſimpliciter vel ignoranter. Vel, non poteſt, id eſt, non debet, quia non dicitur poſſe fieri, quod de iure non fit. Nã & Græcorum eccleſia dicitur aquam nõ apponere ſacramento. Ait enim Cyprianus: (Cyp. in ep. lib. 2 epi. 3) Si quis de anteceſſoribus noſtris vel ignorãter vel ſimpliciter non obſeruauerit, quod nos dominus exemplo facere vel magiſterio docuit, poteſt ſimplicitati eius indulgentia domini venia concedi: nobis vero non poteſt ignoſci, qui nunc à domino inſtructi ſumus, vt calicem domini cum vino mixtum, ſecũdum quod dominus obtulit, offeramus. Hinc ergo colligitur, q̃d vinũ aqua mixtũ Chriſtus in cœna diſcipulis tradidit.

Vtrum fermẽtatũ tranſſubſtantietur. Caput XXXIII.

QVæritur aũt, Vtrum qui fermentatum ſacrificat, ſacramentum cõficiat, præſertim ſi negligenter vel ignoranter hoc faciat? Superius enim ſufficiẽter oſtenſum eſt, quod Chriſtus azymũ conſecrauit, cum ſacramentum inſtituit. Sed adhuc multi ſacrificant de fermentato, quibus tanquam verè catholicis eccleſia Romana communicat. Verum hæc q̃ſtio melius ſoluenda differtur, vt alias cõpetentius abſoluatur.

Quare ſub alia ſpecie ſumitur Euchariſtia. Cap. XXXIIII.

TRibus autem ex cauſis ſacramentũ corporis & ſanguinis ſui Chriſtus ſub alia ſpecie ſumẽdum inſtituit. (Tres cauſæ ſumendi) Ad ſcilicet augendum meritum, ad fouendũ ſenſum, ad vitandum ridiculum. Ad augendum meritum, quoniam aliud ibi cernitur, & aliud eſſe creditur, vt fides habeat meritum, cui humana ratio non præbet experimentum. Ad fouendum ſenſum, ne abhorreret animus, quod cerneret oculus: quia non conſueuimus carnẽ crudam comedere, vel ſanguinem humanum potare. Ad vitandum ridiculum, ne inſultaret paganus, cum id ageret Chriſtianus, vt ita veritas adſit, & ridiculum deſit. Ad hoc ergo Chriſtus ſub ſpecie principalis edulij ſumendam propoſuit Euchariſtiam, vt ſenſus foueret in vno, & fides ædificaretur in altero. Fouetur enim ſenſus in vno, dum ſolita percipit: ædificatur autem fides in altero, dum in eo quod videt quale ſit, illud quod non videt agnoſcit. Proponitur autem ſpecies panis & vini, quatenus in ſumptione corporis & ſanguinis Chriſti doceatur eſſe perfecta refectio. Plena quippe refectio cibus & potus eſt. Cibi autem & potus, panis & vinũ eſt principalis ſubſtantia.

Quod ſacramentum altaris ſimul eſt ueritas & figura.
Caput XXXV

(Error negantiũ veritatem ſacramenti) MYſterium fidei. Ex his alijſque ſcripturæ verbis q̃dã munimẽtũ erroris ducere putauerũt, dicẽtes, in ſacramẽto altaris veritatẽ corporis & ſanguinis chriſti nõ eſſe, ſed imaginẽ tãtũ & ſpeciem

ciem & figuram, pro eo quòd ſcriptura
memoret aliquoties id quod in altari ſu-
ſcipitur, eſſe ſacramentum & myſterium
& exemplum. Qui profectò laqueum er
roris incurrunt, quia nec ſacramenta
Dei reuerenter ſuſcipiunt, nec autorita-
tes ſcripturæ conuenienter intelligunt,
neſcientes ſcripturas neque virtutē Dei.
Quid enim? Nuunquid ideo ſacramen-
Reprobatio. tum altaris veritas non eſt, quia figura
eſt? Ergo nec mors Chriſti veritas eſt, qa
figura eſt: & reſurrectio Chriſti veritas
non eſt, quia figura eſt. Nam & mortem
& reſurrectionem Chriſti figuram & i-
maginem & ſimilitudinem eſſe manife-
Rom. 4 ſte declarat Apoſtolus, dicens: Chriſtus
mortuus eſt pro peccatis noſtris, & re-
ſurrexit propter iuſtificationem noſtrā.
Et Petrus Apoſtolus: Chriſtus paſſus eſt
1 Pet. 2 pro nobis, vobis relinquens exemplum,
vt ſequamini veſtigia eius. Ergo mors
Chriſti exemplum fuit, vt peccato moria
mur: & reſurrectio eius exemplum fuit,
vt iuſtitiæ viuamus. Nunquid ideo veri-
tas nō fuit? Ergo Chriſtus vere mortuus
nō eſt, & vere nō reſurrexit, ſi mors eius &
reſurrectio eius vera non fuit. Abſit. Nā
Eſa. 53 propheta de ipſo prædixit: Vere languo
res noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros
ipſe portauit. Altaris ergo ſacramentum
eſt & veritas & figura.

De ſacramento & re ſacramenti.

Caput XXXVI.

TRia quippe in hoc ſarcamēto ſunt
diſcreta, videlicet forma viſibilis,
veritas corporis, & virtus ſpiritualis. For
Vide c. Cū Marthæ. Extra de celebratione miſſ. ma panis & vini, veritas carnis & ſangui
nis, virtus vnitatis & charitatis. Primū
oculo cernitur, ſecundum animo credi-
tur, tertium corde percipitur. Primū eſt
ſacramentum, & non res, ſecundum eſt
ſacramentum & res, tertium eſt res, & nō
ſacramentū. Sed primum eſt ſacramentū
geminæ rei, tertiū vero res gemini ſacramē
ti, ſecundum aūt eſt ſacramentū vnius, &
res alterius. Nam forma panis vtranque
carnem Chriſti ſignificat. i. verā & myſti
cam. Sed veram carnē & cōtinet & ſigni-
ficat: myſticā vero ſignificat, ſed nō cōti
et. Sicut vnus panis ex multis granis cō
ſicitur, & vnū vinū ex multis racemis cō
fluit, ſic corpus Chriſti ex multis mem-
bris componitur: & vnitas eccleſiaſtica
ex diuerſis perſonis conſiſtit: In prædeſti
natinatis, vocatis, iuſtificatis & glorifica
tis. Nam quos prædeſtinauit, hos & vo-
cauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit Rom. 8
&c. Propter quod dicit Apoſtolus: V- 1. Cor. 10
nus panis & vnum corpus multi ſumus.
In cuius rei typo facta eſt Arca dñi de li- Exo. 25
gnis Cethim, quæ ſunt imputribilia, &
albæ ſpinæ ſimilima. Vinū aūt in quantū
liquet & rubet, ſimilitudinem ſanguinis
repræſentat. In quantum calet, aut redo-
let, proprietatem charitatis ſignificat &
oſtendit. Nā vinum & ſanguinem opera
tur, & excitat charitatem, quia cor biben
tis exhilarat, & dilatat. Patet ergo, quod
ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti
eſt ſacramentum & res: ſed alterius ſacra
menti res, & alterius rei eſt ſacramentū.
Eſt enim res primi, quia ſignificat & cō-
tinetur à primo, videlicet à forma viſibi-
li. Et eſt ſacramentum tertij, quia ſignifi-
cat & efficit tertium, videlicet vnitatem
eccleſiaſticam. Illud ergo ſane debet in-
telligi quod dñs ait: Pauperes ſemper ha Quō Chriſtum nobiſcum habemus
bebitis vobiſcum, me autem non ſemper
habitis: ne videatur eſſe contrarium illi,
quod alibi dicit: Ecce ego vobiſcū ſum Matt. 8 & 26
omnibus diebus vſque ad conſummatio-
nem ſeculi. Chriſtum enim ſemper habe
mus nobiſcum, ſub diuini ſpecie ſacra-
menti, & non ſemper habemus nobiſcū
in propriæ forma perſonæ. Dicitur ergo
myſteriū fidei, quoniam aliud ibi cerni- Myſteriū fidei.
tur, & aliud creditur. Cernitur ibi ſpeci-
ces panis & vini, & creditur veritas car-
nis & ſanguinis. Quod aūt hic dicitur,
Myſterium fidei, alibi dicitur, ſpiritus &
vita. Spiritus enim eſt myſterium, ſecun-
dum illud: Litera occidit, ſpiritus autem 2. Cor. 3
viuificat. Fides eſt vita, ſecundum illud: Abac. 2
Iuſtus ex fide viuit. Hinc ergo dominus
ait: Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiri- Ioan. 6
tus & vita ſunt.

Quod ſpecies panis & uini duabus ex cauſis intelligitur ſacramentum.

Caput XXXVII.

VErum, cum conſecratio perficiat
ſacramentum, & poſt conſecrati-

onem non ſit panis in altari aut vinum, quis panis eſt corporis, aut quod vinum eſt ſanguinis ſacramentum? Si dicatur, quod panis qui fuit, vel vinum, quod extitit: profecto nec ille eſt corporis, nec illud eſt ſanguinis ſacramentum: quia panis trāſiuit in corpus, & vinū tranſiuit in ſanguinē. Si vero dicatur, q̄d ſpecies quę remanſit: illa quidem nec conſiſtit ex granis, nec confluit ex acinis, quoniam ex his non prouenit accidens, ſed ſubſtantia. Quam ergo ſimilitudinem aſſignabimus inter ſacramentum rei, & rem ſacrati? Nam ſi ſacramenta non haberent ſimilitudinem rerum, quarum ſunt ſacramēta, non dicerentur proprie ſacramenta, ſicut ſacramentum baptiſmi, quod eſt ablutio carnis exterior, ſimilitudinem habet ſignificati, quod eſt ablutio mētis interior. Sane ſacramētum iſtud in hoc gerit ſimilitudinem corporis, in quo panis ſimilitudinem repræſentat. Species ergo panis ſacramentum eſt corporis, non ſolum ratione rei ſignificatæ, verum etiam ratione contentæ.

Vtrum forma panis & uini, uel ſpecies accidentis & ueritas corporis diuiſa ſint ſacramenta.

Cap. XXXVIII.

SEd quęritur, Vtrum ſpecies panis & veritas corporis vnum ſunt ſacramētum, an diuerſa ſint ſacramenta? Scriptū eſt enim: Perficiant in nobis quæſumus domine tua ſacramenta quod cōtinent. Sed & alibi legitur: Præſta vt hoc tui corporis & ſanguinis ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam. Pręterea cum eandē rem ſacrā ſignificent, videtur quod idem ſint ſacramentum. Sed cum diuerſa ſint ſigna, videtur quod diuerſa ſint ſacramenta. Sunt ſane qui dicunt, quod forma panis & forma vini ſunt vnum ſacramentum, non propter vnum ſignificatum, ſed propter vnum contentum. Species autem panis & veritas corporis ſunt vnum ſacramentum: non propter vnum contentum, ſed propter vnum ſignificatum. Hi debent concedere, quod ſicut diuerſæ res propter idem ſignificatum, idē ſunt ſacramentum, ſic eędem res ꝑpter diuerſa ſignificata diuerſa ſunt ſacramēta. Quibus obijcit, q̄d ſi ſpecies panis, & veritas corporis idem ſunt ſacra-

Obiectio

mentum, cū ſpecies panis ſacramentum ſit corporis: ergo veritas corporis idem eſt ſacramentum, & ita ſacramentum eſt ſui. Non ꝓuenit, quia ſpecies panis eſt q̄ddam ſacramentum, quod eſt veritas corporis, & eſt quoddam quod non eſt illa, quoniam eſt duo * ſacramenta diuerſa. Alij vero dicunt, quod ſiue ſint diuerſa ſignificata, ſiue diuerſa ſint ſignificantia, ſemper tñ diuerſa ſunt ſacramēta. Quos oportet concedere, quod in altari ad minus ſunt quatuor ſacramenta, videlicet ſpecies panis, & ſpecies vini, veritas carnis, & veritas ſanguinis. Præterea, cum panis & vini diuerſa ſint accidentia, vt ſapor, odor, pondus & color, quantitas & figura, videtur quod ſingula ꝑ ſe ſint varia ſacramenta. Nam qua ratione potius vnum, quam aliud dicendum eſt ſacramentum? Sed cuius rei ſacramentum eſt odor aut ſapor? Poteſt nō incongrue reſponderi, quia om̄ia ſimul accepta, ſunt vnum Euchariſtiæ ſacramentū, eo quod nullum ſacramentum * ſolum ſignificet per ſe, ſed omnia ſimul panis ſpeciem repręſentant, quæ corpus Chriſti continet & ſignificat.

Diluitio

forte ſignificata

Vera determinatio.

forte tota

De diſtinctione ſignorum, ubi oſtenditur, quod ſacramentum actiue & paſſiue dicitur

Cap. XXXIX.

SIgnorum autem alia ſunt naturalia, & alia poſitiua. Naturalia ſunt, quæ ſecundum naturā ſignificant. Quorum quædam ſunt quæ per antecedens ſignificant conſequens, vt rubore veſpertino ſignificatur ſerenitas matutina. Alia ſunt quæ per conſequens ſignificant antecedens, vt fumo vel cinere ſignificatur ignis. Poſitiua ſunt illa, quæ ſecundum impoſitionem ſignificant: quorum alia ſunt ſignum rei ſacræ, vt ſerpens æneus erectus in eremo. Alia ſunt ſigna rei non ſacræ, vt arcus triumphalis erectus in biuio. Signorum rei ſacrę, alia ſunt ſacra, vt Baptiſmus, alia non ſacra, vt agnus paſchalis. Sacra ſunt ſigna noui teſtamēti, nō ſacra veteris. Quāuis enī vtraq; ſint ſigna rei ſacræ. i. rē ſacrā ſignificantia, nō tamen vtraq; ſunt ſacra ſigna, id eſt, iuſtificantia: licet nonnulli dixerunt, legalia ſacramenta iuſtificaſſe. Hæc eſt enim differentia inter legalia & inter euāgelica ſacramenta, q̄d illa ſignificabāt tantū, &

Signorū alia ſunt naturalia, alia poſitiua.

Num. 21

Signa noui teſtamēti meliora ſunt, q̄ ſigna veteris legis.

non iuſtificabãt: hęc aũt ſignificant, & iuſtificant. Verũ, quandoq; large, quandoque ſtricte ſacramentũ accipitur. Large ſecundum quod omne ſignum rei ſacrę, ſiue ſit ſacrum, ſiue non ſacrum dicitur ſacramẽtum. Vnde ſigna legalia ſacramenta dicuntur. Stricte, ſecundum qd ſacrum ſolummodo ſignum dicitur ſacramentũ. Sacramentum autem & actiue & paſſiue dicitur, quaſi ſacrum ſignãs, vel ſacrum ſignatum. Nam nomine ſacramenti quandoque ſignum rei, quandoque res ſigni varie nuncupatur, ſecundũ quod ſacramentum accipitur pro re ſigni. Sacramentum dicitur à ſacro & ſecreto, quaſi ſacrum ſecretum. Species ergo panis dicitur ſacramentum actiue, i. ſacrum ſignificans: vnitas autem Eccleſię dicitur ſacramentum paſſiue, id eſt, ſacrum ſignatum. Corpus vero domini vtroque modo dicitur ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignificans, & ſacrum ſignatum.

Sacramẽtum acti ue & paſſi ue dicitur

Sacramentum.

Quod Sacramentum conſiſtit in tribus, in rebus, factis & verbis.

Caput XL.

SAcramentum vero conſiſtit in tribus, in rebus, factis & verbis, ſecundum proprietatem, ſimilitudinem & interpretationem. Leo nanque ſecundum proprietatem deſignat diabolum. Vnde: Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circumit, quęrens quem deuoret. Seminare ſecundum ſimilitudinẽ ſignificat prędicare. Vnde: Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum: & aliud cecidit in terram bonam, aliud ſupra petram, aliud inter ſpinas. Emmanuel ſecũdum interpretationem ſignificat Chriſtũ. Vnde: Vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus. Res vt aqua baptiſmi, Factum, vt ſignaculum crucis. Verbum, vt inuocatio trinitatis. Singula reperiuntur in hoc excellentiſſimo ſacramento. Res, id eſt, corpus & ſanguis. Factum, id eſt, eſus & potus. Verbum, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus.

1. Pet. 5 *Lucę 8* *Matt. 1*

Quod ſanguis Chriſti dupliciter intelligitur in remiſſionem peccatorum effuſus.

Caput XLI.

QVi pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Pro ſolis prędeſtinatis effuſus eſt, quantum ad efficiẽtiam. Sed pro cunctis hominibus eſt effuſus quantum ad ſufficientiam. Effuſio quippe ſanguinis iuſti pro iniuſtis, tam fuit diues ad precium, vt ſi vniuerſitas crederet in redemptorẽ, nullum omnino diaboli vincula retinerent. Peccatũ autem duobus modis remittitur: quo ad meritum culpę, & quo ad debitum pœnę. Meritum culpę remittitur per ſanguinis fidem, quia iuſtificamur à culpa. Debitum pœnę remittitur per ſanguinis precium, quo redempti ſumus à pœna. Omnes enim quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit: & dominus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtrę ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Quia ergo iuſtus iniuſte punitus eſt, iniuſti iuſte ſunt liberati. Aſſumpſit enim pœnam in ſe pro omnibus, vt daret per ſe gloriam vniuerſis.

Duplex remiſſio peccati. *Eſa. 53*

Quod ſumptio Eucheriſtię non eſt nimium differenda.

Caput XLII.

HAec quotieſcunque feceritis. In perceptione corporis & ſanguinis Chriſti, magna eſt nobis adhibenda diſcretio. Cauendum eſt enim, ne ſi nimiũ differatur, mortis periculum incurratur, Domino proteſtante: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si vero quis indigne ſuſcipiat, iudicium damnationis incurrat, Apoſtolo teſtante: Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit. Ideoq; iuxta vocem eiuſdem Apoſtoli, Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Ingens itaque nobis indicitur bene viuendi neceſſitas, ne corpus domini vel indigne ſumendo ſumamus iudiciũ, vel ſumere ceſſando nihilo minus incurramus periculũ. Neceſſario quippe ſumendus eſt agnus, vt à vaſtan-

Ioan. 6 *1. Cor. 11* *Ingens nobis indicta probitatis neceſſitas.* *Exo. 12*

te angelo protegamur, nec exire poſſu-
mus de Aegypto, niſi celebrando phaſe,
De Con. diſt. 2. c. Quotidie paſchalem agnum edamus. Dixerit ergo
quiſpiam communicandum eſſe quoti-
die: dixerit alius quotidie communican-
dum non eſſe, ſaciat vnuſquiſque quod
pie crediderit ſaciendum. Non enim liti
gauerunt ad inuicem, nec alter alteri ſe
Luc. 19 Matt. 8 præpoſuit Zachæus & ille Centurio, cũ
alter eorum gaudens in domo ſua Chri
ſtum ſuſcepit, & alter eorum dixit: Do-
mine, non ſum dignus vt intres ſub te-
ctum meum. Audi quid ſuper hoc ſenti-
at Auguſtinus: Quotidie, inquit, euchari
ſtiam recipere, nec laudo nec vitupero:
omnibus diebus tamen dominicis com
municandum hortor. Si tamen mens in
affectu peccandi eſt, grauari magis dico
Euchariſtiæ perceptione, quam purifi-
cari. Et licet quis peccato mordeatur, ſi ta
men peccandi de cætero non habeat vo-
luntatem, & ſatisfaciat lachrymis & ora
tionibus, ſecurus accedat. Sed hoc de illo
De Con. diſt. 2. c Seculares dico, quem mortalia peccata non gra-
uant. Cautum eſt autẽ in canone, quod
ſi non frequẽtius, ſaltem ter in anno om
nes communicent, qui nolunt eccleſia-
ſticis carere liminibus, in Paſcha, Pente-
ſte, & Natali.

*Quod ſacramentum altaris eſt comme-
moratio mortis chriſti.* Cap. XLIIII.

IN mei memoriam faciatis. In hóc ſa-
1. Cor. 11 cramento nobis q̃tidie mortis Chri-
ſti memoria renouatur, ſicut Apoſtolus
determinat, dicens: Quotieſcunque man
Lucæ. 22 ducabitis panem hunc, & bibetis calicẽ,
mortem domini annunciabitis, donec
veniat. Propter quod ipſe dicebat Apo-
ſtolis: Hoc facite in meam commemora
tionem. Hãc vltimam ſui memoriam do
Cur vltimo loco inſtituit Christus hoc ſacramentum. minus nobis dereliquit, quemadmodũ
ſi qs peregre proficiſcẽs aliq̃d pignus ei
quẽ diligit dereliquat, vt q̃ties illud aſpe
xerit, ipſius debeat amicitas memorari,
q̃ñ is ſi pfecte dilexerit, abſq; magno fle
tu vel deſiderio neq̃t illd' aſpicere. Ideoq;
hoc ſaluator inſtituit ſacramentũ, vt qa
venerat eius hora, q̃ de mũdo trãſiret ad
patrẽ, qa verũ erat q̃d dicebat Apoſtolis:
Quo ego vado, vos non poteſtis venire.
Ioan. 13 Nã & Petro dicẽti, dñe, q̃ vadis: Reſpon-
dit: Quo ego vado, me modo ſeq nõ po
tes. Competentẽ illis hære ditatẽ conſcri
bens, viſibilem ſui memoriam commen
darat: Hoc, inquit, facite in meam cõme-
morationem. Non enim ſolũ ſcriptura-
rũ commemorationem ad hoc ſufficere
iudicabat, qui lethargicum venerat ægro
tum ſanare. Quota nanq; pars noſtri ca-
pit illud, quod in euangelio optimis vn- Cibus ſolidus.
gẽtis fragrat, antidotum, verbum, quod
erat in principio apud Deum, per quem
omnia facta ſunt, quodque caro factum
eſt, & habitauit in nobis? Nam illud qui
dem ruminare, medela ſalubris eſt, ſuper
mel & fauum, dulcis ſaucibus animæ di-
ligentis. Sed tantus cibus valde paucorũ
eſt & ſolius mentis pabulum, quo tunc
anima pleniſſime ſatiabitur, cum verbũ
ipſum in æterna felicitate guſtabit. At
ille qui corpus aſſumpſit & animam, vt ſa Pſal. 16
naret & animam, & corpus, pigmẽta ſua
prouida charitatis arte compoſuit, qui-
bus lethargicam mentem ægroti reno-
uata quotidie ſuæ ſalutis commemora-
tione percelleret, & edentulam, id eſt, ſi-
ne dentibus plebem (quæ verbum anti-
quum & æternum principium, quaſi ſo Cibus edentulæ plebi aptus.
lidũ cibũ ruminare nõ poterat) hoc dul
ciſſimo confecto liquamine in panis &
vini ſacramẽto conſuefaceret ſorbillare.

De diuerſis cauſis inſtitutionis.
Caput XLIIII.

SApientia Dei, quæ ſe per viſibilia ma
nifeſtat, volens euidenter oſtendere,
quod ipſa cibus eſt animarum, carnem
aſſumptam propoſuit in edulium, vt p ci
bum humanitatis inuitaret ad guſtum
diuinitatis, de q̃ dicit Pſalmiſta: Guſtate Pſal. 33
& videte, q̃niã ſuauis eſt dñs. Totũ ergo Duplicis nos cibat Dominus.
Chriſtus ſe exhibet nobis in cibũ, vt ſi-
cut diuinitate nos reficit (quam ſpũaliter
guſtamus corde) ita nos humanitate refi
ciat, quam corporaliter ore comedimus,
vt ita de viſibilibus ad inuiſibilia, de tem
poralibus ad æterna, de terrenis ad cœ-
leſtia, de humanis ad diuina nos transfe Ioan. 6
rat. Ego ſum, inquit, panis viuus, qui de
cœlo deſcendi. Ecce cibus diuinitatis.
Et panis quem ego dabo, caro mea eſt p
mundi vita. Ecce cibus humanitatis. Pa-
nis igitur angelorum factus eſt cibus ho Sap. 16 Pſal. 77
minum, ſecundum illud prohеticũ: Panẽ
angelorũ manducauit homo, quatenus
qui

quī ſecundum animam cibum diuinita-
tis accipimus, etiam ſecũdum carnem ci-
bum humanitatis ſumamus: quoniam ſi
cut anima rationalis & caro vnus eſt ho
mo, ita deus & homo vnus eſt Chriſtus.
Duplex lignum ſcilicet & uitæ.
Et quia homo per guſtum mortem in-
currit, per guſtum quoq; vitam acquirit,
quatenus vnde mors oriebatur, inde vi-
ta reſurgeret. Dictum eſt quippe de illo:
Gen. 3
Quacunq; die comederis, morte morie-
Ioan. 6
ris. Dicitur autem de iſto: Si quis man-
ducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ.
Cibus ille mortalis pepẽdit in ligno ſci
entiæ boni & mali. Cibus iſte vitalis pe-
pendit in ligno vitæ, quod eſt in medio
paradiſi. Illud fuit lignum inobedientię,
ad quod homo manus extendit, vt fieret
ſicut Deus, iuxta quod illi ſerpens pro-
miſerat. Eritis ſicut dij, ſcientes bonum
& malum: iſtud autem lignum eſt obedi
entiæ, in quo Deus manus extendit, & fa
ctus eſt homo, iuxta quod dicit Apoſto
lus: Exinaniuit ſemetipſum, formam ſer
Phil. 2
ui accipiẽs, in ſimilitudinem hominum
factus, & habitu inuentus vt homo: fa-
ctus obediens vſque ad mortem, mor-
tem autẽ crucis. Vt ergo ſuam erga nos
Chriſtus dedit ſe & in preciũ & in cibũ.
charitatem oſtenderet, & noſtram erga
ſe charitatem accẽderet, qui dedit ſe pro
nobis in precium, ipſe tribuit ſe nobis in
cibum, vt per precium redimeret nos à
morte, per cibum aleret nos ad vitã. Vn-
Ioan. 6
de ait: Qui manducat me, viuet propter
ter me. Quid amplius vnquã potuit pro
nobis efficere? Precium ſe dedit pro no-
bis in mortem, & cibum ſe tribuit nobis
ad vitam, vt mortem noſtram ſua morte
perimeret, & vitam noſtram ſua vita nu-
triret. Panis iſte ſi digne manducetur, im
pinguat: & calix iſte ſi digne bibatur, in-
ebriat, non corpus, ſed cor, nõ ventrem,
ſed mentem. Vnde: Poculum tuum ine-
Pſal. 22
brians quàm præclarum eſt. Per huius
ergo ſacramenti virtutem, vniuerſæ vir-
tutes augentur, & omnium gratiarũ fru
ctus exuberant. Is enim in hoc ſacramen
Virtus & effectus huius ſacramenti.
to ſumitur totus & integer, qui eſt fons
& origo totius virtutis & gratię. Per cru
cis myſteriũ eripuit nos à poteſtate pec-
cati: per Euchariſtiæ ſacramentum libe-
rat nos à voluntate peccandi. Nam Eu-
chariſtia ſi digne ſumatur, à malo libe-
rat, & cõfirmat in bono, venialia delet &
cauet mortalia. Vnde quũ præmittimus
Matt. 6
in oratione dominica: Panem noſtrum
ἐπιούσιον, id eſt, ſuperſubſtãtialem, da no-
bis hodie, ſtatim adiungimus: Et dimit-
te nobis debita noſtra. Et ne nos indu-
cas in tentationem, Sed libera nos à ma-
lo. Quia per panem iſtum cœleſtem libe
ramur à malis præteritis, præſentibus, &
futuris. Dedit ergo nobis hoc ſacramen
tum ſalutis, vt quia nos quotidie pecca-
mus, & ipſe iam mori nõ poteſt: per hoc
ſacramentum, quod in memoria mortis
eius accipimus, remiſſionem peccatorũ
quotidie conſequamur. Non enim ſo-
Apoc. 1
lum lauit nos à peccatis noſtris in ſan-
guine ſuo, quando ſanguinem ſuum fu
dit pro nobis in crucis patibulo: verum
etiam quotidie nos lauat à peccatis no-
ſtris in ſanguine ſuo, quando eius ſan-
guinẽ nos accipimus in calicis poculo.
Chriſtus ſemper nobiſcũ.
Aſcẽſurus ergo Chriſtus ad patrem, qã
promiſit apoſtolis eorumq; ſequacibus,
Matt. ult.
Vobiſcum ero cunctis diebus vſque ad
conſummationem ſeculi: voluit remane
re cum illis, non ſolum per inhabitan-
tem gratiam, nec per diuinam tantum eſ
ſentiam, verumetiam per corporalẽ præ
ſentiam. Et ideo iſtud ſacramentum in-
ſtituit, in quo pręſens eſt ipſe nobiſcum,
ſub alia quidem forma, ſed in propria ve
re ſubſtantia. Congruum erat enim, vt
Deus qui hominem plaſmauit & fecit ad
imaginem & ſimilitudinem ſuam, in ho
mine quem aſſumpſit imaginem & ſimi
litudinem ſuã expreſſius inſigniret. Di-
Trinitas ſubſtantiarũ in una perſona Chriſti.
ſpoſuit ergo cœleſtis altitudo conſilij, vt
ſicut tres ſunt perſonæ in vnitate ſub-
ſtãtiæ, pater, verbum & ſpiritus ſanctus,
ita tres eſſent ſubſtantiæ in vnitate per-
ſonæ, diuinitas, corpus & anima. Cum
ergo Chriſtus ſecundum naturam diui-
nam tribus modis exiſtat in om̃ibus per
eſſentiã, in ſolis iuſtis per gratiam, in ho
mine aſſumpto per vnionem, voluit vt
idem ipſe ſecũdum naturam humanam
tribus modis in rebus exiſteret, localiter
in cœlo, perſonaliter in verbo, ſacramẽta
liter in altari. Sicut enim ſecundũ diuini
tatem totus eſſentialiter eſt in om̃ibus re
bus, ita ſecundũ humanitatẽ totus ſacra
mẽtaliter eſt in pluribus locis. Huius ſa-
cramẽti virtute poſſibile fit, vt q̃ de terra
ſunt, in cœlũ aſcẽdãt. Ait em̃ ipſe Sal. Ne
Ioan. 3

Ioan.3

mo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis, qui eſt in cœlo.

Per hoc ſacramentũ vnimur Chriſto, ſicut membra capiti

Vnus & idem eſt filius Dei, qui de cœlo deſcendit, & filius hominis, qui aſcendit in cœlum, Chriſtus Ieſus: cui tanquã ſuo capiti cuncta membra corporis annectuntur, om̃es qui per fidem huius ſacramẽti ſeruant vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Et ſicut vnũ corpus, vna perſona, vnus Chriſtus, caput cum ſuis mẽbris in cœlũ aſcendit, dicitq́; gratulabundus glorioſam Deo repræſentans Eccleſiam:

Gen.2

Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Et oſtendens ſe cum illa in vnam conueniſſe perſonam, Erunt, inquit, duo in carne vna. Hoc aũt, vt inquit Apoſtolus, magnum ſacramentum

Ephe.5

eſt in Chriſto & in Eccleſia, quod eucha riſtia ſimul efficit & figurat, ſecundũ q̃d

Iuan.6

dominus ait: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Per id ergo quod & ſuſcepit ipſe de noſtro, & accipimus ipſi de ſuo, tam inſolubili nexu coniungimur, vt qui eſt vnum cum patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnum nobiſcum per admirabilem vnionem, ac per hoc ipſo communiter mediante cum patre vnum efficimur.

Ioan.17

Pater, inquit, ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos. Nõ pro eis autem rogo tantum, ſed & pro illis qui credituri ſunt per verbum eorum in me: vt & ipſi in nobis vnum ſint, & credant, quia tu me miſiſti. Ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me, vt ſint conſummati in vnum, & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti.

Rogat Chriſtus pro vnione noſtra.

Rogat vnitas pro vnione, verbum cum patre vnum eſt in natura, homo cum verbo vnũ eſt in perſona, membra ſunt vnum cum capite. Primum eſt in iuſtitia, poſtmodum autem in gloria: quoniam qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cũ eo. Vt ergo in iuſtitia vnũ ſint, cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti. Vt autem in gloria vnum ſint, volo, vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videãt claritatem quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi.

EXPLICIT LIBER QVARTVS.

MYSTERIORVM EVANGELICÆ legis ac ſacramenti Euchariſtiæ,

LIBER QVINTVS.

CANONIS SACRI pars octaua.

VNde & memores domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta, Chriſti filij tui domini Dei noſtri, tam beatæ paſſionis, necnon & ab inferis reſurrectionis, ſed & in cœlos glorioſæ aſcenſionis, offerimus præclaræ maieſtati tuæ, de tuis donis ac datis: Hoſtiam puram, Hoſtiã ſanctam, Hoſtiam immaculatam, Panem ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ.

De ſignis quæ tertio loco fiunt ſuper oblatam & calicem

Cap. I.

VNDE & memores domine. Quia dominus ipſe præceperat, vt in ſui memoriã hoc faceremus, idcirco tria ſibi commemoranda propoſuit Eccleſia, ſcilicet: Eius beatam paſſionem, necnon & ab inferis reſurrectionẽ, ſed & in cœlos glorioſam aſcenſionem. Quorũ primũ, i. paſſio, excitat charitatẽ: ſcd'm, i. reſurrectio, corroborat fidẽ: tertium, i. aſcenſio, lætificat ſpem. Quid enim

Tria de Chriſto cõmemoranda.

vulnerat.

magis

Rom.8 magis in nobis charitatem accendit, quā quod proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum? Philip.2 Chriſtus enim pro nobis factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Quid in nobis magis fidem confirmat, quàm quod Chriſtus re 1.Cor.15 ſurrexit à mortuis primitiæ dormientium? Quoniamquidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Sicut & in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Quid magis in nobis amplificat Pſal.67 ſpem, quàm quod Chriſtus aſcēdens in Ephe.4 altum captiuam duxit captiuitatem, de Ioan.12 dit dona hominibus, vt vbi eſt ipſe, illic ſit & miniſter ipſius? Quia vero dicit Ecclesia, memorem ſe dominicæ paſſionis, ſtatim acerbiorem ſpeciem illius paſſionis commemorat, recolēs in quinq; crucibus quinq; plagas. Deinde per partes ordinem dominicæ paſſionis proſequitur, ſicut ſubſequens expoſitio declarabit. Abhinc igitur vſq; dū corporale deſuper calicem remouetur, domini paſſio memoratur. Nam vbi dicit ſacerdos: Hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum vitæ ęternæ, & calicem ſalutis perpetuæ, quinarium crucis ſignaculū imprimit ſuper ob Quinque crucis ſignacula. latam & calicem: ſignificans illa viuentis petræ foramina, in quibus reſidet immaculata columba fructuoſe nidificans. Cum inter prædicta crucis quinq; ſignacula, quinq; dilectiſſimi ſui plagas, videlicet duas manuum, totidemq; pedū, & vnam lateris, fida tenet & contemplatur memoria. Tres aūt cruces ſacerdos communiter facit ſuper oblatam & calicem, quoniam in tribus verbis vtrunq; pariter intelligitur. Nunquam enim in crucis ſignaculo panis ſeparatur à calice, niſi cum ſeparatim nominatur in canone. Verum, erecta pars crucis ſolummodo ſuper panē, tranſuerſa vero vſq; ſup calicem debet protēdi, quoniam erecta pars crucis corpus Chriſti ſuſtinuit, & brachia tranſuerſa diſtendit.

Quare poſt conſecrationem ſigna ſuper Euchariſtiam fiunt.

Cap. II.

Queſtio. HIC oritur queſtio non prætereunda ſilentio, Cum enim plene & perfecte ſit conſecratio celebrata, (Nam materia panis & vini iam tranſiuit in ſubſtantiam carnis & ſanguinis) quare ſuper Euchariſtiam benedictam & pleniſſime cōſecratam adhuc benedictionis ſignum imprimitur, aut aliquod verbum conſecrationis profertur? Imo talia quædam ſubiunguntur in canone, quæ videntur innuere, quod nondum ſit tranſſubſtantiatio conſummata. Ego ſuper hac quæſtione vellem potius doceri, quàm docere, magisq; referre, quàm proferre ſentētiam. Verum, quia nihil à maioribus dictum ſuper hac re potui reperire, dicā ſalua fide quod ſentio, ſine prȩiudicio ſententiæ melioris. In canone ſiquidē aliud verba ſignificant, & aliud ſigna prætendunt. Verba nanq; principaliter ſpectāt ad Euchariſtiam cōſecrandam: ſigna vero principaliter pertinent ad hiſtoriam recolendam. Nam verbis vtimur ad conſecrandum panem & vinum in corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti: ſignis vtimur ad recolendum ea quæ per hebdomadā ante Paſcha geſta ſunt circa Chriſtū. Pa Reſpōſio. In canone alia eſt ratio verborum q̄ ſignorum. tet ergo quantum ad ordinem Euchariſtię conſecrandę, quod capitulum iſtud, Qui pridie quam pateretur, in fine canonis ſubijci debuiſſet, qm̄ in eo conſecratio conſummatur. Sed qm̄ impediuiſſet ordinem hiſtoriæ recolendę, quia quod fuit geſtum in medio, recoleretur in fine, prouidus canonis ordinator, vt ordinem ſeruaret hiſtoriæ, quaſi quadam neceſſitate compulſus, capitulum iſtud, Qui pridie quàm pateretur, quaſi cor canonis, in medio collocauit: vt quæ ſequuntur, intelligantur procedere, ſecundum illam figuram, qua ſæpe fit, vt quæ narratione ſuccedunt, intellectu præcedant. Vel potius, vt tam literę, quàm hiſtoriæ ſuus ordo ſeruetur. Dicatur itaque, quod ſigna pertinent ad hiſtoriam Alia reſpōſio. recolendam: ſed verba non pertinent ad Euchariſtiam conſecrandam, imo pertinent ad Euchariſtiam cōſecratam, hoc modo:

Expoſitio ſubſequentium in Canone.

Cap III.

NOs tui ſerui, vel ſacerdotes, ſed & plebs tua ſancta, ſcilicet populus Chriſtianus, (Nam quod populus agit voto,

voto, ſacerdotes peragũt miniſterio) of-
ferimus præclare maieſtati tuę, id eſt, prę
Matt. 13 cæteris claræ. Nam ſi iuſti fulgebunt ſi-
cut ſol in regno patris eorum, quãto cla
De tuis donis ac datis. rius diuina pręfulget maieſtas? De tuis
donis, id eſt, de frugibus ſegetum, quan
tum ad panem, qui cõſecratus eſt in car-
nem. Ac datis, id eſt, de frugibus arbo-
rum, quãtum ad vinum, quod eſt conſe-
cratum in ſanguinem. De his, inquam,
& illis offerimus hoſtiam puram, hoſti-
am ſanctam, hoſtiam immaculatam, id
eſt, Euchariſtiam, immunem ab omi cul
pa vel peccato originali, veniali, & crimi
nali. Vel, puram, quantum ad cogitatio-
nem: ſanctam, quantum ad locutionem:
immaculatam, quantũ ad operationem:
Eſa. 53 quia peccatum non fecit, nec inuentus
eſt dolus in ore eius. Hoc eſt, panem ſan-
ctum, id eſt, ſanctificantem, datorem vi-
tæ æternæ, quantum ad ſtolam carnis:
& calicem ſalutis perpetuæ, quantum ad
ſtolam animę, ſecundum illud: Ego ſum
Ioan. 6 panis viuus, qui de cœlo deſcẽdi. Si quis
manducauerit ex hoc pane, viuet in æter
Propitio ac ſereno vultu num. Supra quæ propitio domine no-
bis tuo ſereno vultu, id eſt, placabili re-
ſpectu digneris reſpicere: non quod vul
tus eius mutetur aliquando: ſed tunc De
us illuminat ſuum vultum ſuper nos, &
ſerenat, quum miſericordiam ſuam ſu-
per nos exhibet & declarat, ſecundum il
Pſal. 66 lud Pſalmiſtæ: Illuminet vultum ſuũ ſu-
per nos, & miſereatur noſtri.

CANONIS SACRI
pars noua.

SVpra quæ propitio ac ſere-
no vultu reſpicere digneris,
& accepta habere, ſicuti accepta
habere dignatus es munera pue-
ri tui iuſti Abel, & ſacrificium
patriarchæ noſtri Abrahæ, &
quod tibi obtulit ſummus ſacer-
dos tuus Melchiſedec, ſanctum
ſacrificium, immaculatam ho-
ſtiam.

De figuris noui Teſtamenti, quæ præ-ceſſerunt in ueteri Teſtamento. Cap IIII.

SIcuti accepta habere dignatus ẽ mu Sicuti, ſimilitudinẽ dicit, non quantitatem
nera pueri tui iuſti Abel, &c. Aduer
bium iſtud ſicuti ſimilitudinem innuit,
non exprimit quantitatem. Multo quip
pe acceptius eſt hoc ſacrificium, quàm
quod obtulit Abel, quod obtulit Abra-
ham, quod obtulit Melchiſedec. Valet
enim amplius res, quàm vmbra, veritas,
quàm figura. Ipſam ergo ſimilitudinem
magis, quàm quantitatem debemus at-
tendere. Similes ergo offerendo ſumus Oblatio Abel
Abel, ſi recte quidem offerentes, recte ni Gen. 4
hilo minus diuidamus. quod quia Cain
non egit, peccauit. Sua nanque recte,
cui debebat, obtulit Deo, ſed retinuit ſi-
bi ſeipſum, & cor ſuum auferens Deo,
male diuiſit. Abel autem acceptum Deo
intus in corde obtulit holocauſtum, qa
non ſe ſibi retinuit, ſed Deo ſe totum
ſubdidit & impendit. Et ideo reſpexit
Deus ad Abel & ad munera eius, ad Ca-
in autem & ad eius munera non reſpe-
xit. Prius reſpexit ad Abel, & poſtea re-
ſpexit ad munera: quia non offerens pla
cuit à muneribus, ſed munera placue-
runt ab offerente. Similiter Abraham Oblatio Abrahæ.
egregia fide totum ſe prius offerebat al-
tiſſimo, & propterea quum ſua duceret
offerenda, placidas ei hoſtias offere-
bat. Quod vt nos ſcientes * imitare- inuitaremur
mur, patrios ab illo deus exegit affectus. Gene. 22
Tolle (inquit) filium tuum vnigenitum
quem diligis Iſaac, & offer illum in ho-
locauſtum ſuper vnum montium, quem
monſtrauero tibi: ſtatimque promptum
& obedientem inuenit, imo nobis oſten
dit. Melchiſedec quoq;, niſi ſe prius acce Oblatio Melchiſedec
ptum Deo ſacrificium obtuliſſet, futuro
rum cauſas minime pręuidiſſet: quarum
intuitu myſticũ panis & vini primus ob-
tulit ſacrificium. Erat enim Dei ſacerdos
altiſſimi. Nos ergo aſſiſtentes ad offeren Quõ nos offerre debemus
dum, ſi recte diuidimus, prius noſipſos
in ſacrificium offeramus, arietinam pro
teruiam, feritatem taurinam, hircinam-
que libidinem iugulantes: iuxta quod in
Pſalmo cantauimus: Holocauſta medul Pſal. 65
lata offeram tibi cum incẽſo arietum, of
feram tibi boues cum hircis. Ac deinde
ſicut munus Abel, ſicut ſacrificiũ Abra-
hæ, ſicut hoſtiam Melchiſedec, vota no-
ſtra dominus acceptabit. Verum non ſo
lũ in offerẽtibus, ſed etiã in ipſis oblatio
nibus

nibus debemus ſimilitudinem intueri. Nam illa vetera ſacrificia, hoc nouum ſacrificium figurabāt. Quid enim per munus Abel offerētis de primogenitis gregis, niſi Chriſtus exprimitur primogenitus in multis fratribus? Qui ſicut Abel inuidioſe fuit interfectus à fratre, ſic ipſe malitioſe fuit occiſus à populo Iudæorum. Nam ſecundum Apocalypſim Ioannis, ipſe eſt agnus qui occiſus eſt ab origine mūdi. Quid per ſacrificiū Abrahæ, dilectum & vnicum filium offerētis, niſi paſſio domini deſignat? De quo dicit Apoſtolus: Proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illū. Hic eſt (inquit) filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ob latio vero Melchiſedec tam proprie nouum ſacrificium prę ſignauit, vt inde pręd ictum ſit: Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec. Qui per omnia ſecundum Apoſtolum, aſſimilatus filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum. Abel dicitur puer, non tam à pueritia, quàm à puritate, ſecundum illud: Ecce puer meus electus quem elegi, poſui ſuper ipſum ſpiritum meum. Abraham dicitur patriarcha, nō tam Iſraeliticæ plebis, quā populi Chriſtiani: Illius per carnem, huiusq; per fidem, ſecūdum illud: Non vltra vocabitur nomē tuū Abram, ſed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium conſtitui te. Melchiſedec interpretatus eſt rex iuſtitiæ: deinde rex ſalē, id eſt, pacis, propter illud q̄d legitur: Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Sanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam, hoc addidit in canone Leo papa.

Per munꝰ Abel. Rom. 8

Apo. 13

Per ſacrificiū Abrahæ

Roma. 8

Mat. 3. 17

Per oblationē Melchiſedec. Pſal. 109

Hebr. 7

Abel puer Eſaiæ 42

Abrahā patriarcha.

Gen. 17

Melchiſedec rex.

Pſal. 71

CANONIS SACRI pars decima.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui, in ſublime altare tuum, in conſpectum diuinæ maieſtatis tuæ, vt quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctum filij tui corpus & ſanguinem ſumpſerimus: omni benedictione cœleſti & gratia repleamur. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

De ſignis quæ quarto loco fiunt ſuper oblatam & calicem

Cap. V.

SVpplices te rogamus, & cæt. Dicto hymno poſt cœnam, exijt Ieſus in mōtem Oliueti, trās torrentē Cedron, & progreſſus puſillum procidit in faciem ſuam, orans, & dicēs: Pater ſi fieri poteſt, transfer hunc calicē à me. Sed & ſecūdo & tertio abijt, & orauit, eundem ſermonem dicens. Et factus in agonia prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Tunc venit ad diſcipulos ſuos, dicens: Surgite, eamus, ecce appropinquat qui me tradet. Traditor aūt dedit eis ſignū, dicens: Quem oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Et confeſtim accedens, oſculatus eſt eum. Ieſus igitur quia procidit, orans, & dicens: Pater, ſi fieri poteſt, &c. ſacerdos inclinans, orat, dicens: Supplices te rogamus, &c. per oſculum altaris repræſentans oſculum proditoris. Quia vero factus in agonia prolixius orabat, tertio dicens ſermonem eundem, ſacerdos facit tres cruces, primam & ſecundā diſtincte ſuper oblatam & calicem, dicēdo: Sacroſanctum filij tui corpus & ſanguinem: tertiam, ſignando ſeipſum in faciem, cum dicit: Omni benedictione cœleſti & gratia repleamur. Forte propter ſudorem corporis crucem imprimens ſuper corpus, & propter guttas ſanguinis crucem imprimēs ſuper ſanguinem: & quia procidit in faciem ſuam, orans, imprimit ſibi crucem in facie. Vel potius, per duas cruces, quas facit ſacerdos ſuper corpus & ſanguinem, deſignantur vincula & flagella. Vincula, quibus ligatū eſt corpus, & flagella, quibus illiſus eſt ſanguis eius. Nam de vinculis legitur: Miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt: & vincietes duxerunt & tradiderunt Pilato. De flagellis legitur: Apphendit Pilatus Ieſum & fla-

Ioan. 18

Lucæ 22

Oſculum altaris

Tres cruces

Mar. 15

Ioan. 19

Eſa.53 & flagellauit: cuius liuore ſanati ſumus. Per tertiam vero crucem, quam ſacerdos ſibi in faciem facit, recolitur illud, quod Lucæ 22 expuebant in faciem eius, & palmas in faciem ei dabaut, & velantes faciem eius, dicebant: Prophetiza nobis Chriſte, qs eſt qui te percuſſit?

De profunda quorundam intelligentia uerborum. Cap. VI.

IVbe hęc perferri per manus, &c̃. Tantæ ſunt profunditatis hęc verba, vt intellectus humanus vix ea ſufficiat penetrare. Nam beatus Gregorius tanti ſacramẽti dignus interpres quodam in loco de illis tanquam de re ineffabili pene ineffabiliter loquens, Quis, inquit, fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolatiõis hora ad ſacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cœleſtibus iungi, vnum quid ex inuiſibilibus & viſibilibus fieri? Idem alibi dicit: Vno eodemque tempore ac momento & in cœlum rapitur miniſterio angelorum conſociandum corpori Chriſti, & ante oculos ſacerdotis in altari videtur. Saluo tamen occulto cœleſtis oraculi ſacramento, poſſunt hæc verba licet ſimplicius, tamen ſecurius ſic intelligi: Iube hæc, id eſt, vota fidelium, videlicet ſupplicationes & preces, perſerri p manus ſancti angeli tui, hoc eſt, per miniſterium angelorum, ſecundum illud quod ait angelus ad Tobiam: Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino, in ſublime altare tuum, hoc eſt, in conſpectum diuinæ maieſtatis tuæ. Porro, ſicut beatus Auguſtinus determinat, non dicitur angelus orationes noſtras offerre Deo, quaſi tunc primo Deus nouerit quid velimus, quia Deus omnia nouit antequam fiãt: ſed quia neceſſe habet rationalis creatura temporales cauſas ad æternitatem referre, ſiue petendo quid erga ſe fiat, ſiue conſulendo quid faciat, vt quod Deo iubente implendum eſſe cognouerit, hoc nobis, vel euidenter, vel latenter reportet. Hinc etiam euidenter apparet, quod angeli ſemper in ſacrificio præſentes aſſiſtũt. Multiplex autem altare legitur in ſcripturis, ſupius & inferius, interius & exterius. Quodlibet aũt eſt duplex. Nam altare ſuperius eſt Deus Trinitas, de quo legitur: Non aſcendes ad altare meũ per gradus. Eſt & altare ſuperius triumphãs Ecclefia, de qua dicitur: Tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Altare inferius eſt Eccleſia militans, de qua dicitur: Si altare lapideum feceris mihi, nõ ædificabis illud de ſectis lapidibus. Eſt & altare inferius menſa tẽpli, de qua dicitur: Conſtituite diem ſolennem in conſrequentationibus, vſq; ad cornu altaris. Altare interius eſt cor mundum, de quo præcipitur: Ignis in altari meo ſemper ardebit. Eſt & altare interius fides incarnationis, de qua iubetur: Altare de terra facietis mihi. Altare exterius, eſt ara crucis, hoc eſt, altare holocauſti, ſuper quod cremabatur ſacrificium veſpertinum. Eſt & altare exterius eccleſiaſtica ſacramenta, de quibus ſcriptum eſt: Altaria tua domine virtutum, &c̃. Quæ vero ſint illa, quæ petit in ſublime altare perferri, determinat, ſubdens: Vt quotquot, &c̃.

Verba Gregorij papæ lib. 4. Dial. c. 58.

Tob. 12

Quõ angeli offerũt Deo p̃ces noſtras.

Multiplex altare.

Exod. 20 Pſal. 50 Exo. 20 Pſal. 117 Leuit. 6 Exo. 20 Nume. 28 Pſal. 83

CANONIS SACRI

pars vndecima.

MEmento etiam domine famulorum, famularumq; tuarum. N. & N. Qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis. Ipſis domine & omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij, lucis, & pacis, vt indulgeas deprecamur, Per eundem Chriſtum dominum noſtrum.

Hic agitur memoria defunctorum Cap. VII.

ORat pia mater Eccleſia, nõ ſolum pro viuis, ſed etiam p defunctis, & eos ſacrę oblationis interceſſione cõmendat, certiſſime credẽs, quod ſanguis ille precioſus, qui pro multit effuſus eſt, in remiſſionem peccatorum, non ſolum ad ſalutem viuentium, verum etiam ad abſolutionem valeat defunctorum.

Memoria pro defunctis.

Qui

Qui cum ſigno fidei præcedunt ad do-
ſignum fidei minum. Non quod ibi ſit fides aut ſpes,
vbi ſpecies eſt & res. Nam fides eua-
1.Cor.13 cuatur, charitas autem nunquam exci-
dit, ſed ſignum fidei pro charactere Chri
Apoc.7 ſtianitatis accipitur, quo fideles ab infide
libus diſcernuntur, ſecundum illud: Au-
diui numerum ſignatorum, centum qua
draginta quatuor milia ſignati, ex omni
tribu filiorum Iſrael. Et dormiūt in ſomno
Pſal.4 pacis, ſecundū illud: In pace in idipſum
obdormiam & requieſcam. Frequenter
Dormiūt mulit. enim ſacra ſcriptura defunctos dormien
tes appellat, pro eo quod ſicut dormien
tes euigilant, ita defuncti reſurgent. Pro
1.Theſ.4 pter quod dicit Apoſtolus: Nolo vos i-
gnorare de dormientibus, vt non contri
ſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non ha-
Ioan.11 bent. Et dominus inquit in Euangelio:
Lazarus amicus noſter dormit. Ipſis do-
mine & omnibus in Chriſto quieſcenti
bus, (In hoc loco ſacerdos, quorum ma
luerit, defunctorum debet agere memo-
riam ſpecialem) locum refrigerij, in quo
non eſt ardor pœnarum: lucis, in quo nō
eſt obſcuritas tenebrarum: & pacis, in q̄
Apoc.21 non eſt conflictus pugnarum. Nam ab-
ſterget Deus omnem lachrymam ab ocu
lis ſanctorum, & iam nō erit amplius ne-
que luctus, neque clamor, neque vllus
dolor, quę prima tranſierunt: ſed delecta
Pſal.36 buntur in multitudine pacis & compla-
cebunt coram domino in lumine viuen
tium.

CANONIS SACRI PAR-
ticula duodecima.

NObis quoque peccatori-
bus famulis tuis de multi-
tudine miſerationum tuarū ſpe-
rantibus, partem aliquam & ſo-
cietatem donare digneris cum
tuis ſanctis Apoſtolis & Mar-
tyribus, cum Ioanne, Stepha-
no, Mathia, Barnaba, Ignatio, Ale
xandro, Marcellino, Petro, Felici
tate, Perpetua, Agatha, Lucia, A-
gnete, Cecilia, Anaſtaſia, Et omni
bus ſanctis tuis, intra quorum
nos conſortium non æſtimator
meriti, ſed veniæ quæſumus
largitor admitte. Per Chriſtum
dominum noſtrum.

*De ſecunda commemoratione
ſanctorum.*

Caput VIII.

SI dixerimus, quia peccatū non habe- 1.Ioan.1
mus, noſipſos ſeducimus, & veritas
in nobis non eſt. Licet enim omni tem-
pore nos debeamus ex corde recogno-
ſcere peccatores, præcipue tamen cum p
remiſſione peccatorum ſacroſanctum
myſterium celebratur. De multitudine Multæ miſerationes dei.
miſerationum tuarū ſperantibus, iuxta
quod inquit Pſalmiſta: Secundum mul- Pſal.50
titudinem miſerationum tuarum domi
ne dele iniquitatem meam. Vna tantum
eſt Dei miſericordia, non aliud quidem
quam ipſe miſericors, ſed multi ſunt eius
effectus, qui miſerationes dicuntur. Vn-
de: Reminiſcere miſerationum tuarum Pſal.24
domine, & miſericordiarum tuarū quæ
à ſeculo ſunt. Porro cum ipſe Deus ſit
omnia in omnibus, ſalus & pręmium &
gloria ſingulorum (Salus, inquit, populi
ego ſum) quid eſt quod dicitur: Partem Pſal.34
aliquam & ſocietatem donare digneris,
tanquam non omnes ſint eundem dena Matth.20
rium accepturi? Sane licet vnum & idem
ſit pręmium ſingulorū, videlicet ipſe De-
us, in cuius cognitione ſalus æterna co-
ſiſtit, ſecuudum illud quod ipſe dicit in
euangelio, Hæc eſt vita æterna, vt cogno Ioan.17
ſcant te verum Deum & quem miſiſti Ie-
ſum Chriſtum: tamen ſecundum differē
tiam meritorum, alij plus, alij minus di- 1.Cor.15
uina viſione fruuntur. Nam ſtella differt
à ſtella in claritate. Propter quod ipſe do Ioan.14
minus ait: In domo patris mei manſio-
nes multæ ſuut. Sicut vnus eſt ſol, cuius
lumine participant vniuerſi, alij plus, alij
minus, ſecundum differentiam intuenti
um. Cum Ioanne, Stephano, Mathia,
Barnaba & cætera. In hac ſecunda com-
memoratione ſanctorum ex magna par
te ſupplentur, qui de primitiuis ſanctis
deeſſe videbantur in prima, Sed quare Io

annes repetitur, & Stephanus ſociatus
Ioanni præmittitur Mathiæ ac Barna-
bæ. Sanc Ioannes in prima commemora
tione diſponitur, & cum aliȷs numera-
Virginitas Ioannis & Stephani. tur propter dignitatem apoſtolatus. In
hac autem commemoratione repetitur,
& cum Stephano ſociatur, propter pri-
Apoc. 14 uilegiū cœlibatus. Virgines enim ſunt,
& ſequuntur agnum, quocunque ierit,
& propterea cæteris præmittuntur. Vir-
Ioan. 19 ginitas enim Ioannis inde maxime com
mendatur, quia Chriſtus in cruce matrē
diſcipulo virginem virgini commenda-
uit. Et ex illa hora accepit eam diſcipu-
lus in ſuam. Stephani vero virginitas ex
eo maxime cōprobatur, quia ipſe eſt, qui
Act. 6 ab apoſtolis deputatus eſt ad miniſteri-
um viduarum, & in hoc quod fœminis
Ioannes Baptiſta eſt prępoſitus, teſtimonium meruit ſyn-
ceriſſime caſtitatis. Poſſet autem non E-
uangeliſta, ſed Baptiſta Ioannes intelli-
gi, niſi præmitteretur, Cum tuis ſanctis
Apoſtolis ac martyribus. Vnde conȷci-
tur, quod Apoſtoli tantum ac marty-
res ſubnotentur, quanuis Ioannes Bapti
ſta merito inter martyres poſſit numera
ri. Non æſtimator meriti, quia non ſecū-
dum exigentiam meritorum retribuis,
ſed minus puniendo, vel magis remune
rando, quam quiſque meruit. Vnde:
Pſal. 102 Non ſecundū peccata noſtra fecit nobis,
neque ſecundum iniquitates noſtras
Luc. 6 retribuit nobis. Et alibi: Menſuram bo-
nam & confertam, & coagitatam, & ſup
effluentem dabunt in ſinum veſtrum.

CANONIS SACRI PARticula tertiadecima.

PEr quem hæc omnia domine ſemper bona creas, ſanctificas, viuificas, benedicis, & pręſtas nobis: per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo, eſt tibi Deo patri omnipotenti, in vnitate ſpiritus ſancti, omnis honor & gloria. Per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

De ſignis quæ quinto loco fiunt ſuper corpus & ſanguinē, & in latere calicis.

Caput IX.

PEr quem hæc omnia domine ſem-
per bona creas. Nam per eum om- Ioan. 1
nia facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt ni-
gil. Et, Vidit Deus cuncta quę fecerat, & Gen. 1
erant valde bona. Creas ergo condendo
naturam, & ſanctificas conſecrando ma
teriam, viuificas tranſſubſtantiando cre-
aturam, & benedicis accumulando gra-
tiam. Eſt autem ſimplex pronominis de
monſtratio, ſicut tēpus verbi confuſum.
Nam præſens confuſum præſentis non
tenet vſum. Hæc enim omnia, id eſt, pa-
nem & vinum & aquā ſemper bona cre-
as, ſecundum cauſas primordiales: & ſan
ctificas, ſecundum cauſas ſacramētales:
viuificas, vt tranſeant in carnem & ſan-
guinem: & benedicis vt conferant chari
tatem & vnitatem. Per ipſum, tanquam
per mediatorem: cum ipſo, tanquam cū
coæquali: in ipſo tanquam in conſubſtā
tiali. In patre quippe notatur autoritas,
in filio æqualitas, in ſpiritu ſancto com-
munitas. Autoritas in patre, ꝓpter prin-
cipium, Aequalitas in filio, propter me-
dium, Communitas in ſpiritu ſancto, ꝓ-
pter cōſortium. Tertia & ſexta hora cru
cifixus eſt dominus: hora tertia linguis
Iudæorum, quod narrat Marcus: hora ſe Mar. 15
xta manibus gentilium, quod narrat Io- Ioan. 19
annes: & circa horam nonam inclinato
capite tradidit ſpiritum. Ad recolendam
ergo crucifixionem, quæ hora tertia fa-
cta eſt linguis Iudæorum ter clamantiū,
Crucifige, crucifige, crucifige eum. & rur Luc. 23
ſus, Tolle, tolle, crucifige eum: ſacerdos
facit tres cruces ſuper oblatam & calicē, Tres cruces
cum dicit: Sanctificas, viuificas, & bene-
dicis. Ad recolendam vero crucifixionē,
quæ poſt interuallum trium horarum fa
cta eſt manibus gentilium (Milites enim
crucifixerunt Ieſum) ſacerdos iterum fa Iterum tres cruces.
cit tres cruces cum hoſtia ſuper calicem,
ita dicendo, Per ipſum, & cum ipſo, & in
ipſo. Poſtmodum autem ad deſignandā
diuiſionem carnis & animæ domini mo
rientis, facit duas cruces in ore calicis, cū
dicit, Tibi Deo patri omnipotenti, in v-
nitate ſpiritus ſancti. Cum enim in Chri
ſto tres ſint vnitæ ſubſtantię, videlicet di
uinitas, corpus & anima: duæ tantum, Duæ cruces mortē domini deſignant.
id eſt, corpus & anima fuerunt in morte
diuiſæ. Nam diuinitas à neutra eſt ſepa-
rata, propterea non tribus crucibus, ſed
duabus

duabus mors domini deſignatur.

De extenſione manuum Saluatoris in cruce, & de tribus cruciatibus quos ſuſtinuit in cruce, ac quibuſdam alijs.

Caput X.

SAcerdos autem ſuper menſam alta-
ris manus extendit, quia Chriſtus ſu
Eſa.65 per aram crucis manus expandit, ſecun-
dum illud propheticum: Expādi manus
meas ad populum nō credentem mihi.
ſubtilius tamen atque profundius hæc
poſſumus figurare. Tres quippe cruces
ſignificāt tres cruciatus, quos Chriſtus
Paſſio, ꝓpaſſio & compaſſio in Chriſto. in cruce ſuſtinuit: videlicet, paſſionem,
propaſſionem & compaſſionem. Paſſio
nē in corpore, propaſſionem in mēte, cō
paſſionem in corde. De paſſione corpo-
Thren.1 ris ait dominus per Prophetam: O vos
omnes, qui tranſitis per viam, attendite
& videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.
Pſal.21 Foderunt enim manus meas & pedes
meos, & dinumerauerunt omnia oſſa
mea. De propaſſione mentis dominus
inquit Apoſtolis: Triſtis eſt anima vſq;
Matt.26 Mar.14 ad mortem. Cœpit enim Ieſus pauere &
tædere, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe.
Luc.23 Ex compaſſione cordis pro crucifixori
bus orauit ad patrem: Pater (inquit) di-
mitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Si
1.Cor.2 enim cognouiſſent, regem gloriæ non
crucifixiſſent. Ideo vero ſacerdos facit
has tres cruces cum hoſtia ſuper calicem,
quia Chriſtus ſuſtinuit huiuſmodi cru
ciatus in corpore ſuper patibulum. Per
calicem enim paſſio deſignatur, ſecundū
Matt.26 illud quod ipſe dominus ait: Pater ſi fie-
ri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Duæ ve-
ro cruces, quas facit ſacerdos in latere
calicis, deſignant duo ſacramenta, quæ
de latere domini profluxerunt: videlicet
aqua regenerationis, & ſanguis redem-
ptionis, iuxta teſtimonium Ioannis, dicē
Ioan.19 tis: Vnus militum lancea latus eius ape-
ruit, & continuo exiuit ſanguis & aqua.
Corporale autem deſuper calicem remo
Matt.27 uetur, quia velum templi ſciſſum eſt à
ſummo vſque deorſum. Imo quod de il-
lo ſcriptum fuerat, hactenus clauſum e-
Luc.18 rat, ſicut dicitur de quibuſdā, Et illud ver
bum erat abſconditū ab eis, vbi conſum
Exo.15 matum etiam reuelatum eſt. Nam lignū
miſſum in Marath, aquas dulcorauit a-
maras. Tunc accedit Diaconus, & exalta- Luc.23 Ioan.19
tum aliquantulū ſacrificiū de altari, tam
ipſe q̃ ſacerdos deponit: quia venit Io-
ſeph ab Arimathia, venit & Nicodemus,
& impetratū à Pilato corpus Ieſu depo-
nentes ſepelierunt. Et quia ille aduol- Mar.15
uit ſaxū magnum ad oſtium monumen
ti, Diaconus ſuper os calicis corporale re
ponit. Quia vero in pace factus eſt locus
eius, Diaconus oſculatur menſam alta- Pſal.75 Eſa.9
ris. Et q͞a factus eſt principatus ſuper hu
merū eius, Diaconus armū Pōtificis oſcu
latur, vt in vtroq; ſignificet Chriſtū, & q-
euiſſe poſt mortē, & viciſſe poſt mortē, iu
xta quod ipſe prædixit in Pſalmo: In pa Pſal.4
ce in idipſum dormiam & requieſcam.
Et alibi: O mors ero mors tua, morſus Oſeæ.13
tuus ero inferne. Chriſtus enim p̱ mor- 1.Cor.15
tem triumphauit de morte. Nam quia fa Phil.2
ctus eſt obediens vſque ad mortem, mor
tem autem crucis, idcirco Deus exalta-
uit illum &c̃. Hoc ipſum ſignauit quia Ioan.19
Chriſtus ſibi crucem ſuper humerum ba
iulauit.

Epilogus de numero & ratione ſignorum, quæ fiunt ſuper oblatam & calicem.

Caput XI.

SAcrificium itaq; ſeptē vicibus ſigna
tur in Canone. Prima vice ter, vbi di Septem vicib⁹ ſignatur cruce ſacrificiū altaris.
cit: Hæc dona, hęc munera, hęc ſancta ſa
crificia illibata: propter ternā Chriſti tra
ditionē, q̃ facta eſt à Deo, à Iuda, & à Iu- I.
dæo. Secūda vice quinquies, vbi dicitur: II.
Quam oblationem tu Deus digneris fa-
cere benedictam, aſcriptam, ratam, vt fi-
at corpus & ſanguis: propter quinque p̱
ſonas, venditoris, venditi & emptorum,
videlicet ſacerdotum & ſcribarū, & pha III.
riſæorum. Tertia vice bis, vbi dicitur: Ac
cipiens panem, benedixit ac fregit, ſimi-
liter & hunc præclarum calicem, item ti
bi gratias agens benedixit: propter be-
nedictionem panis, qui tranſſubſtantia-
tur in carnem, & vini quod tranſſubſtan IIII.
tiatur in ſanguinem. Quarta vice quin-
quies, vbi dicitur: Hoſtiam puram, hoſti
am ſanctam, hoſtiam immaculatam, pa-
nem ſanctum vitæ æternę, & calicem ſa-
lutis perpetuę: propter quinque diuerſas
plagas, duas manuum, totidemque pe-

dum,& vnam lateris. Quinta vice bis,v-
bi dicitur: Sacroſanctũ filij tui corpus &
ſanguinem ſumpſerimus: ꝓpter vincula
quibus ligatum eſt corpus,& flagella q-
VI. bus alliſus eſt ſanguis. Sexta vice ter,v-
bi dicitur: Sanctificas,viuificas & bene-
dicis: ꝓpter crucifixionem,quæ facta eſt
hora tertia linguis Iudæorum, ter clamã
VII tium,Crucifige eum. Septima vice quin
quies,vbi dicitur: Per ipſum,& cũ ipſo,
& in ipſo eſt tibi Deo patri omnipoten-
ti in vnitate ſpiritus ſancti. Ter ſuper ca-
licem,propter tres cruciatus quos Chri-
ſtus ſuſtinuit,paſſionis,ꝓpaſſionis & cõ
paſſionis. Et bis in latere calicis, ꝓpter
aquã & ſanguinem,quę de latere Chriſti
Myſteriũ numeri.25 fluxerũt. Inter has ſeptẽ vices ſacrificiũ ſi
gnatur vicibus duabus bis,& duabus vi-
cibus ter, & duabus vicibus quinquies,
ſeptima bis & ter,ſimul omnibus quinq
es quinque,quæ ſunt ſimul viginti quin
que: qui numerus per ſe ductus ſemper
in ſeipſum reducitur,ſi ducatur in infini
tũ. Quantumlibet enim multiplicetur eu
chariſtiæ ſacramentum, ſemper eſt idem
ſacrificium. In hoc etiam ſacramento qn
que ſenſus corporis exercentur,viſus,au
ditus,odoratus,guſtus & tactus: circa co
lorem,ſaporem,odorem,fractionem,&
ſumptionem (ſi tamen caro procedat in
ſpiritum,quia ſpiritus eſt qui viuificat,ca
Ioan.6 ro non prodeſt quicquam) vt quinque
Quinque ſenſus. ſenſus animæ ſpirituales exuberent,vi-
ſus intelligentiæ, auditus obedientiæ,o-
doratus diſcretionis, guſtus delectatio-
nis & tactus operis: de quibus reperitur
Matt.25 in euangelio: Domine,quinque talenta
tradidiſti mihi, Ecce alia quinque ſuper
Binari⁹ & ternarius. lucratus ſum. Sed & binarius & ternari-
us bene congruunt ſacramento. Binari-
us,propter carnem & ſanguinem: terna
rius,propter panem & vinum & aquam.
Binarius,propter duplicem modum edẽ
di,ſacramentalem & ſpũalem,Sacramẽ-
talem ſub ſpecie panis, & ſpiritualem in
fide cordis. Ternarius propter tria quæ
ſunt in hoc ſacramento diſcreta, videli-
cet forma viſibilis,veritas corporis,& ỽ-
tus ſpiritualis. Forma panis & vini,veri-
tas carnis & ſanguinis, & virtus vnitatis
& charitatis,vt ita ternarius per binariũ,
id eſt,fides trinitatis per dilectionẽ Dei
& proximi operetur.

De vocis expreſſione & pecto-
ris tunſione, quum dicitur: No-
bis quoque peccatoribus.
Caput. XII.

NOn ſolum autẽ crucis impreſſio,
verum etiam vocis expreſſio, quę
geſta ſunt iuxta crucẽ,inſinuant. Cum e-
nim ad id ventum eſt,Nobis quoque pec
catoribus famulis tuis, ſacerdos paululũ
expreſſa voce percuſſo pectore ſilentium
interrumpit,repręſentans contritionẽ &
confeſſionem latronis, in illo paſſionis
dominicæ articulo increpantis alterum,
& dicentis: Nos quidem digna factis re
cipimus: hic vero nihil mali geſſit. & di- Luc.23
cebat ad Ieſum: Domine memento mei
dum veneris in regnum tuum. Propter
quod dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, Ho
die mecum eris in paradiſo. Vel, per exal
tationem vocis & percuſſionem pecto-
ris,exprimitur illud quod Centurio & q
cum eo erant,viſis his quæ fiebant,timu Mat.27
erunt valde,dicentes: Vere filius Dei erat
iſte. Et omnis turba, quæ ſimul aderant
ad ſpectaculum iſtud,percutientes pecto
ra ſua,reuertebantur. Quia vero Ieſus cla
mans voce magna, tradidit ſpiritum,le- Lucæ,23
uat ſacerdos vocem,dicendo: Per omnia
ſecula ſeculorum. Et quia mulieres lamẽ
tabantur flẽtes dominum, chorus quaſi
lamentando reſpondet: Amen: repræſen
tans fideles,qui dominum contrito cor
de lamẽtabantur ac lugebant,vel vt quõ
dam Abel inuidi fratris furore parentes
eius lamentabantur occiſum. Ieſus ergo
voce magna clamauit: Pater in manus tu Ibidem.
as commendo ſpiritum meum, & ſacer-
dos eleuata voce pronunciat: Pater no-
ſter qui es in cœlis.

CANONIS SACRI PAR *ticula quarta.*

Oremus: Præceptis ſalutaribus
moniti,& diuina inſtitutiõe for-
mati audemus dicere: Pater no-
ſter q es in cœlis, Sãctificet nomẽ
tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat vo
lũtas tua ſicut in cœlo & in terra.

Pa-

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationẽ. Sed libera nos a malo. Amen.

De oratione dominica, ubi agitur de dignitate orationis, & ad quid ualeat.

Capnt XVII.

Haec oratio quatuor excellit ceteras oīs.
HAec oratio multis ex cauſis, cæteris orationibus antecellit, Autoritate doctoris, breuitate ſermonis, ſufficientia petitionum, & fœcunditate myſteriorum. Autoritate doctoris, quia fuit ipſius ſaluatoris ore prolata. Os enim domini locutum eſt. Breuitate ſermonis,
Matt. 6
quia facile diſcitur & profertnr. Cum (inquit) oratis, nolite multum loqui, ſicut ethnici faciunt. Sufficientia petitionum, quoniam vtriuſque vitæ continet neceſſaria. Pietas enim promiſſionem habet
1. Tim. 4
vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Fœcunditate myſteriorum, quoniam immenſa continet ſacramenta. Pertranſibunt enim
Dan. 12
plurimi, & multiplex erit ſciẽtia. Scit au-
Quare uult deus nos orare vocaliter
tem dominus, quid velimus, ſed vult nos orare vocaliter, pro excitanda deuotione: quia quod facit flatus carboni, hoc facit pronunciatio deuotioni. Vnde: Ad i-
Pſal. 65
pſum ore clamaui, & exultaui ſub lingua mea. Pro aliorum inſtructione, vt cortina cortinam trahat, & qui audit, dicat,
Matt. 5
Veni. Vnde: Lux veſtra luceat coram hominibus. Pro linguæ obſequio, vt quia lingua peccamus, ſatisfaciamus lingua.
Rom. 6
Vnde: Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatem, ita exibeatis ea ſeruire iuſtitiæ in ſanctificatio-
cõmemoratione
nem. Pro rei petendæ obtentione, quia facilius obtinetur, quod inſtãtius poſtu-
Matt. 7
latur. Vnde: Petite & accipietis, pulſate, & aperietur vobis. Pro impetratæ rei cuſtodia, quia quod ſæpius requiritur, diligentius cuſtoditur. Vnde: Tene quod ha-
Apoc. 3
bes, ne alius accipiat coronam tuam. Oratur autem & pro bonis adipiſcendis, &
Pro quibus bonis orãdum eſt.
pro malis vitandis. Pro bonis temporalibus, ſpiritualibus & æternis. Pro malis præteritis, præſentibus & futuris. De bonis æternis, Adueniat regnum tuum. De ſpiritualibus, Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. De temporalibus, Panem noſtrum qnotidianũ da nobis hodie. Aeterna petuntur in præmium, ſpiritualia petuntur in meritum, temporalia petuntur iu ſuſtentaculum. De malis prȩteritis, Dimitte nobis debita noſtra. De præſentibus, Libera nos à malo. De futuris, Ne nos inducas in tentationem. Præterita ſunt dolenda, præſentia ſunt vincenda, futura ſunt præcauenda.

De numero petitionum & ordine.

Caput XVIII.

SEptem ſunt petitiones orationis dominicȩ, prȩter captationem beneuolentiæ: quarum tres primæ ſpectant ad patriam, tres vltimȩ ad viam: media vero pertinet ad vtranque. Porro tres primæ ſuccedunt ordine temporis, ſed præcedunt ordine dignitatis. Tres vltimæ ſuccedunt ordine dignitatis, ſed præcedũt ordine temporis. Dominus autẽ in oratione ſecutus eſt ordinem dignitatis, qui eſt artificialis, vt de maioribus ad minora deſcenderet. Doctores in expoſitione ſequuntur ordinem temporis, qui eſt naturalis, vt de minoribns ad maiora conſcendant, id eſt, de tẽporalibus ad ȩterna.
Duplex ordo, ſcilicet temporis & dignitatis

De adaptatione ſeptem petitionum & ſeptem donorum.

Caput XIX.

FIt autem hic adaptatio ſeptem petitionum & ſeptem donorum, ſeptẽ virtutum, & ſeptem beatitudinum, contra ſeptem vitia capitalia. Nam dona petitionibus, virtutes donis, & beatitudines virtutibus obtinentur. Septem do- VII. dona
na ſunt iſta: Sapientia, intellectus, conſilium, fortitndo, ſcientia, pietas & timor, de quibus inquit Propheta: Requieſcet
ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapi- Eſa. 11
entiæ & intellectus, ſpiritus cõſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, &
replebit eum ſpiritus timoris domini. Se- VII. virtutes
ptem autem virtutes ſunt hæ: Paupertas ſpiritus, manſuetudo, luctus, eſuries iuſtitiæ, miſericordia, munditia cordis, &
pax. Septem autẽ beatitudines iſtæ ſunt: VII. beatitudines
Regnum cœlorũm, poſſeſſio terræ, conſolatio, ſaturitas, miſericordiæ conſecutio, viſio Dei, & filatio Dei. De quibus
coniunctim ait dominus: Beati paupe- Mat. 5

res ſpiritu,quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum.Beati mites,quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati qui lugent,quoniam ipſi conſolabuntur. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundo corde, quoniam Deum videbunt.Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Hæc aũt ſunt ſeptem vitia principalia:Inanis gloria, ira,inuidia,acedia,auaritia,gula, luxuria. Quæ ſignificata fuerunt in ſeptem populis, qui terrã Iſrael promiſſam tenebant: videlicet Ethęus,Gergeſeus,Amorręus,Cananęus, Pherezæus,Euæus,& Ieſubæus. Homo igitur eſt ægrotus,& Deus medicus, vitia ſunt languores, & petitiones ſunt planctus,dona ſunt antidota,& virtutes ſunt ſanitates,beatitudines vero ſunt felicitates & gaudia.

VII.vitia

Deu.7

De captatione beneuolentiæ. Caput XX.

Pater noſter qui es in cœlis &c.Deus generaliter & ſpecialiter & ſingulariter dicitur pater. Generaliter omnium per creationem, ſpecialiter iuſtorũ per adoptionem, ſingulariter Chriſti p generationem.Per creationem,vt ibi:Flecto genua mea ad patrem Deum omnipotentem,à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur.Per adoptionem vt ibi:Si vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare, filijs veſtris,quanto magis pater veſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petẽtibus ſe:Per generationem, vt ibi:Nemo nouit filium niſi pater,neq; patrem quis nouit, niſi filius,& cui voluerit filius reuelare. Per hoc autem q̃d dicit,Pater noſter qui es in cœlis, dehortatur nos à duobus, à ſuperbia ne dicamus,Pater mi, repræſentãtes proprium, quod eſt commune.Ab indignitate, ne reddamur indigni tanto patre,qui conſiſtit in cœlis. Deus igitur ſolius Chriſti pater eſt per naturam,cui ſoli licet & cõpetit dicere:Pater mi.Fidelium autem eſt pater per gratiam, quibus competit dicere,Pater noſter.Ille dicit, Pater mi,ſi poſſibile eſt,transfer hunc calicẽ à me.Iſti dicunt,pater noſter qui es in cœlis,ſanctificeſ nomẽ tuũ.Hinc ipſemet dicit:Vado ad patrem meum & patrem veſtrum.Meum per naturam, veſtrum per gratiam. Hortatur etiam nos ad duo, ad ſeruandam gratiam adoptionis,cum dicit, Pater:& vnionem fraternitatis,cum ait,noſter.Beneuolentia rero captatur à tribus: perſona cognitoris, petitoris & aſſeſſoris.Cognitor enim eſt Deus,petitor homo,aſſeſſor eſt angelus. A perſona cognitoris cum ait,Pater:petitoris cum ait, noſter:aſſeſſoris,cum ait, qui es in cœlis, id eſt,in angelis vel in ſanctis,de quibus habetur:Cœli enarrant gloriam Dei.Vnde nobis ſpes tribuitur, vt ſanctos nos faciat vel in cœlis, id eſt,in ſecreto maieſtas diuinæ:per quod datur fiducia obtinendi donum occultum,quod nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit.Dat ergo fiduciam impetrandi. Vnde nõ dicitur,Domine,cui ſeruitur timore,ſed pater, cui ſeruitur amore.Quaſi diceret,quia pater es,vis,qa in cœlis es,potes.Ergo nos libera à malo.

Deus tripliciter eſt pater

Ephe.3

Luc.11

Matt.11

creatione.

Chriſtus ait pater mi, Nos aſit, pater noſter. Mat.26

Ioan.20

Beneuolẽtiæ captatio.

In cœlis. Pſal.18

Eſaiæ 64

De triplici malo a quo petimus liberari. Caput XXI.

Triplex eſt malum à quo petimus liberari,innatum, additum & inflictum.Primum contrahimus,ſecundum committimus, tertium ſuſtinemus. Primũ originale,ſecundum actuale,tertium pœnale. Malum autem vitamus per ſpiritum timoris.Nam,vt inquit ſcriptura, timor domini peccatum expellit. Porro triplex eſt timor quo ceſſamus à malo, ſeruilis, initialis & filialis. Timore ſeruili ceſſamus à malo formidine pœnę.Filiali timore ceſſamus à malo amore iuſtitiæ.Initiali timore ceſſamus à malo,partim formidine pœnæ,partim amore iuſtitiæ.Seruilis timor eſt incipientiũ,initialis eſt pficientiũ, filialis eſt pficientiũ. Quaſi diceret: Da nobis ſpiritũ timoris & pauptatẽ ſpiritus,vt p ſpiritũ timoris vitemus mala, p pauperiatẽ ſpiritus:abdicemus bona terrena, q̃tenus excluſis vitijs,& contemptis terrenis,habeamus æterna,ſcilicet regnum cœlorum,quod Lucifer & primi parentes per inanem gloriam amiſerunt,à qua nos retrahunt timor,ſpiritus paupertas & veritas. Duo ẏo ſunt bona, quæ p paupertatẽ ſpũs abdicamus;interiora videlicet & exteriora.

Eccl.1

Triplex timor.

Spũs timoris & paupertas ſpiritus.

Inte-

Interiora, de illis corde non præſumendo, exteriora, cor illis non apponendo, ſecundum illud: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. (Pſal. 61) Illis ergo compreſſis, ne prǣſumamus, vel iſtis deſpectis, ne deficiamus, regnum cœlorum conſequimur, ſecundum illud: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, (Mat. 5) quod dæmones & homines per inanem gloriã amiſerunt: illi dei ſimilitudinẽ, iſti Dei ſcientiam inaniter appetendo. (Inanis gloriæ malum) Lucifer enim dixit: Aſcendam in cœlum, & ponam ſedem meam ad aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo. (Eſa. 14) Primis autem parẽtibus dictum eſt: Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. (Gen. 3)

De diuerſis tentationibus. Cap. XXII.

(Triplex tẽtator.) NE nos inducas in tentationẽ. Tẽtat Deus, tentat homo, tentat diabolus. Deus tentat, vt probet: homo tentat, vt ſciat: diabolus tentat, vt fallat. De primo legitur: Tẽtauit Deus Abraham. (Gen. 22) De ſecundo dicitur: Tenta nos obſecro diebus decem. (Dan. 1) De tertio legitur: Cur tentauit Satanas cor tuum? (Act. 5) Porro, duobus modis tentamur: interius & exterius. Interius per delectationẽ, exterius per ſuggeſtionem. Verum, interior tentatio parum officit, & exterior tentatio multum proficit, ſi non conſentiatur, ſed reſiſtatur. (Interior exteriorque tentatio) Scriptum eſt enim: Tentatio vos nõ apprehẽdat, niſi humana. (1. Cor. 10) Et rurſus: Beatus vir qui ſuffert tentatiõem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. (Iacob. 1) Quum ergo citra conſenſum tentamur, ducimur in tentationem: cum conſentimus, in tentationem inducimur, ſicut piſcis ante capturam in rete ducitur: cum autem inducitur, capitur & tenetur, & tunc impletur, quod Iacobus apoſtolus ait: Vnuſquiſq; tẽtatur à concupiſcẽtia ſua abſtractus & illectus: deinde cum concupiſcentia conceperit, parit pctm̃: peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortẽ. (Iacob. 1) Porro, cum idem apoſtolus dicat, quia deus eſt intentator malorum, quid eſt quod petimus, ne Deus nos in tentationem inducat? (Quomõ deus eſt intentator malorum) Sed Deus quodammodo tentat, & Deus quodammodo non tentat. Tentat vt probet, ſecũdũ illud: Proba me deus, & tẽta me. (Pſal. 25) Non tentat vt fallat, ſecundum illud: Deus neminē tentat. (Iacob. 1) Petimus ergo ne Deus nos in tentationem inducat, id eſt, ne permittat induci, ſicut dicitur, quia non eſt malum in ciuitate quod dominus non faciat. i. quod fieri non permittat. (Amos 3) Scriptum eſt enim: Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. (1. Cor. 10) Quaſi dicat: Da nobis ſpiritum pietatis, & mãſuetudinẽ ſpũs, vt per ſpũm pietatis vincamus tentatiõnẽ, exercendo nos ad pietatẽ: & p manſuetudinẽ ſpũs vincamus iram, nõ reddendo malum pro malo, vt ita poſſideamus terrã viuẽtium, quã per ſpm̃ pietatis & manſuetudinẽ obtinebimus. (Spiritus pietatis & manſuetudinis.) Nam pietas promiſſionẽ habet vitǣ quæ nunc eſt, & futuræ. (1. Tim. 4) Et: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terrã. (Matt. 5) Vñ Pſalmiſta: Manſueti autem poſſidebunt terrã, & delectabũtur in multitudine pacis. (Pſal. 36)

De tribus debitis, quæ petimus nobis dimitti. Cap. XXIII.

DImitte nobis debita noſtra. Debita dicuntur pctã, quæ nos debitores pœnæ conſtituunt. (Debita offenſarum.) Nõ enĩ hic agitur de debitis pecuniarum, ſed de debitis offenſarum. Tria vero ſunt debita, quæ petimus nobis dimitti, videlicet peccatum in Deum, peccatum in proximum, & peccatũ in noſipſos. Vnde: Peccauimus cũ patribus noſtris, iniuſte egimus, iniqtatem fecimus. (Pſal. 105) Peccauimus cũ patrib. noſtris in deũ: iniuſte egimus in proximũ: iniqtatem fecimus in noſipſos. Sed quia peccamus in Deum, idcirco petimus, vt ipſe dimittat nobis debita noſtra. Quia peccamus in proximos, ideo petimus, vt dimittat nobis, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hoc pacto & eadem cautione nobis debita dimittũtur, ſi nos debitoribus dimittimus: alioquin etiam dimiſſa reuocantur in debitum, ſecundum illud, Serue nequam om̃e debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me, nonne ergo oportuit & te miſereri conſeruo tuo, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuerſum debitum. (Si non dimittimus reuocantur peccata dimiſſa. Matt. 18) Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non dimiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus ſuis. Vt ergo dominus euidenter oſtẽderet, ꝙ nullus totius oratiõis fructus eſt, niſi debitorib. di-

Mat.6 mittamus,in fine ſubiūxit ad omnia: Si
dimiſeritis hominibus peccata eorū, di-
mittet vobis pater veſter cœleſtis delicta
veſtra. Si autem non dimiſeritis homini
bus peccata eorum,nec pater veſter cœle
ſtis dimittet vobis peccata veſtra.His er-
go qui debitoribus non dimittunt, hæc
oratio nō videtur prodeſſe,quinimo vi-
detur obeſſe.Nam qui ſic petit ſibi dimit
ti,ſicut debitoribus ſuis ipſe dimittit, ꝓ-
fecto ſi non dimittit ipſe debitoribus ſu
is,videtur petere,vt ſibi non dimittatur.
Quomodo dimittendū eſt ei q veniā non petit. Quid ergo tenetur illi dimittere,qui nec
ſatisfacere vult,nec veniam poſtulare? Sa
ne diſtinguēdum eſt inter perfectum &
imperfectum.Is qui viam perfectiōis ar-
ripuit, debet etiam non petenti veniam
omnimodis indulgere:qui vero nōdum
perfectionis votū aſſumpſit,tenetur qui
dem rācorem cordis deponere , ſed non
tenetur ſatisfactionem debitam condo-
nare.Quanquam omnes teneamur vni-
Luc.6 uerſaliter diligere inimicos noſtros, &
benefacere his qui oderunt nos, & ora-
re pro perſequētibus & calumniantibus
nos. Quia vero ſunt quædam culpæ, in
quibus culpa eſt relaxare vindictam: &
ſi peccatum in nos teneamur dimittere,
peccatum tamen in Deum, & peccatum
in proximum debemus punire. Quiſqꝫ
ergo laborat odio vel inuidia, grauatur
magis hac oratione,quàm adiuuetur,ni
ſi forte iam propoſitum habeat dimittē-
Oramus ſinguli in perſona eccleſiæ. di. Veruntamen non in ſua quiſqꝫ,ſed in
totius Eccleſiæ ꝑſona videtur orare. Vn
de non dicit:Dimitte mihi debita mea,ſi
cut & ego dimitto debitoribus meis.ſed
dicit: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut
& nos dimittimus debitoribus noſtris.
Quidam etiam illud ita volunt intelligi:
Dimitte nobis,&c.id eſt, ſic dimitte no-
bis debita noſtra , vt & nos dimittamus
debitoribus noſtris. quaſi dicat: Da no-
bis donum,ſcientiam,& luctum, & vir-
tutem,quatenus tam noſtra , quàm alie-
na peccata cognoſcamus & defleamus,
vt nobis debita noſtra dimittas: & ita cō
ſolationem habebimus aduerſus inuidi
am,quæ facit hominem de alieno bono
tabeſcere. Per ſcientiam enim & luctum
& in pręſenti remiſſionem accipimus,&
in futuro conſolationem habebimus,iu
Pſal.50 xta quod legitur:A delicto meo munda
me,quoniam iniquitatem meam ego co
gnoſco.Et:Beati qui lugent, quoniā ipſi Mat.5
conſolabuntur.Luctus autem diſtingui Luctus duplex.
tur in irriguum ſuperius,& inferius,quę Ioſue.15
Caleph Axæ filię ſuæ dedit in dotem. In
ferius pro peccatis,tam noſtris,quàm ali
enis. Vnde:Quis infirmatur, & ego non 2.Cor.11
infirmor?quis ſcandalizatur,& ego non
vror?Superius pro incolatu vitæ præſen
tis,& deſiderio vitæ cœleſtis. Vnde: Cu- Phil.1
pio diſſolui,& eſſe cum Chriſto.Sed heu Pſal.119
mihi quia incolatus meus prolongatus
eſt.

De quinqꝫ panibus,quos petimus nobis dari. Cap. XXIIII.

PAnem noſtrum,&c.Quinqꝫ panes
ſunt nobis neceſſarij, q̃tuor in via,
& quintus in patria: Corporalis,ſpiritu-
alis,doctrinalis,ſacramentalis,& æterna
lis.Corporalis vero ad ſuſtentationem,
ſpiritualis ad informationem, doctrina
lis ad eruditionem,ſacramentalis ad ex-
piationem,æternalis ad fruitionem. De
primo:Nō in ſolo pane viuit homo. De Mat.4
ſecūdo:Amice,cōmoda mihi tres panes. Luc.11
De tertio:Venite,comedite panem meū. Pro.9
De quarto:Qui panem domini mandu- 1.Cor.11
cat indigne, reus erit corporis domini. Ioan.6
De quinto:Ego ſum panis viuus qui de
cœlo deſcendi. Quum enim homo fue-
rit liberatus à malo,quum vicerit tenta-
tiones,quum fuerint dimiſſa peccata,ne
ceſſarius eſt ei ſpiritus fortitudinis,ne ꝑ-
mium expectādo deficiat. Et ideo dicit: Panem noſtrum.i. nobis neceſſarium
Panem noſtrum quotidianum da nobis
id eſt,nobis quotidie neceſſarium.Alio-
quin quod noſtrum eſſet,nobis dari nō
poſſet,niſi prius deſineret eſſe noſtrum.
Da nobis hodie:quaſi dicat:da nobis ſpi
ritum fortitudiuis, qui multiplici pane
roboret animam,ne deficiamus in præ-
ſenti,eſuriendo iuſtitiam, per quā expel
lentes acediā,plena iuſtitia ſaturabimur
in futuro,ſecundū illud: Beati q eſuriūt Mat.5
& ſitiūt iuſtitiā,qm̄ ipſi ſaturabunt.Mat
thæus dicit,panem noſtrum ſuperſubſtā Panis ſuperſubſtantialis
tialem:quod duobus modis poteſt intel
ligi. Vel vt vna ſit dictio, vel vt duæ ſint
dictiones.quaſi dicat:Panē da nobis ſup
ſubſtantialē.i.Chriſtū,q eſt ſuperſubſtā
tialis,id eſt,ſuper oēs ſubſtantias, qui pa
nis noſter eſt in altari. Vel ita: Da nobis
panē noſtrū.i.Chriſtum,qui proprius ci
bus

bûs eſt fidelium: & hoc ſuper panem, id
eſt, præter panem ſubſtantialem. i. neceſ-
ſarium ad ſuſtentationẽ. Quaſi dicat: Da
nobis vtrunq; panem, & mẽtis & corpo
Luc. 11 ris. Lucas dicit: Panẽ noſtrum quotidia-
num, q̊d tam de corporali, q̃ de ſacramẽ
tali pane poteſt intelligi, videlicet de via-
tico. Græcus habet ἐπιούσιον, quod inter
pretatur ſuperſubſtantialẽ. Hebræus ve-
ro ſogolla, q̊d interpretatur egregiũ, vel
peculiarem. Ob hoc forte Lucas videns
Matthæum ſogolla dixiſſe, quod ſonat
peculiarẽ, dixit quotidianũ. Græcus au-
tem interpres Matthæi, quia vidit eum
dixiſſe ſogolla, quod interpretatur egre
gium, dixit ἐπιούσιον, id eſt, ſuperſubſtan
tialem.

De voluntate Dei, quam in terra ſicut in cœlo fieri poſtulamus. Cap. XXV.

FIat voluntas tua. Voluntas Dei du-
pliciter intelligitur: & beneplacitũ
Dei æternum, & ſignum beneplaciti tem
porale. Beneplacitum Dei ſemper imple
Rom. 9 tur. Vnde: Voluntati eius quis reſiſtet?
pſal. 113 Et: Omnia quęcunq; voluit dominus fe
cit in cœlo & in terra. Signa beneplaciti
Quinq; beneplaciti ſigna. quinq; ſunt: Præceptio, prohibitio, pro-
Pſal. 110 miſſio, conſilium & operatio. Vnde: Ma
gna opera domini, exquiſita in om̃es vo
luntates eius. Hęc non ſemper implẽtur,
ſed vt impleantur oratur: Fiat voluntas
tua, id eſt, opere compleatur quod præci
pis, quod conſulis, quod ſuades: quia nõ
ſufficit voluntas, vbi adeſt facultas. Sicut
Sicut in cœlo & in terra in cœlo & in terra, id eſt, ſicut in angelis,
ita & in hominibus. Vel, ſicut in perfe-
ctis, ita & in conuerſis. Vel, ſicut in Chri
ſto, ita & in Eccleſia. Vel, ſicut in mente,
ita pariter & in carne, vt caro nõ concu
piſcat aduerſus ſpiritum, ſecundũ illud:
Pſal. 83 Cor meum & caro mea exultauerunt in
Deum viuum. Quaſi dicat: Da nobis ſpi
ritum cõſilij, vt faciamus voluntatẽ tuã:
maxime miſericordiã, quæ perimit aua-
ritiam, quatenus miſericordiã conſequa
Matt. 5 mur, ſecundũ illud: Beati miſericordes,
quoniam ipſi miſericordiam conſequen
tur. Sicut enim auaritia cõſiſtit in acqui-
rendo & retinendo, ita miſericordia con
Perfecta dilectio in patria. ſiſtit in dando & dimittendo. Huius pe-
titionis & aliarum duarum impletio in-
choatur in via, & cõſummatur in patria,
vbi nihil velle poterimus, niſi quod De-
um velle ſciemus: tunc diligemus Deum Matt. 22 Luc. 10
ex toto corde, & ex tota mente, & ex to-
ta anima. Ex corde, id eſt, intellectu, dili
gemus filium, toto, id eſt, ſine errore. Ex
mente, id eſt, memoria, diligemus patrẽ,
tota, id eſt, ſine obliuione. Ex anima, id
eſt, voluntate, diligemus ſpiritũ ſanctũ,
tota, id eſt, ſine contrarietate, patrem po-
tentiam, filium ſapientiam, ſpiritum ſan
ctum benignitatem.

De regno Dei, quod petimus aduenire. Cap. XXVI.

ADueniat regnum tuum. Regnum Regnum dei uarie accipitur.
Dei dicitur & militãs Eccleſia, q̄a
regitur, & triumphans Eccleſia, quia re-
gnat. Item regnũ Dei dicitur & gratia fi-
dei, & gloria ſpeciei. Rurſus, regnum dei
dicitur & intellectus ſcripturæ & locus
patriæ. De regno militantis Eccleſię ſcri Matt. 13
ptum eſt: Exibunt angeli meſſores, & col
ligent de regno eius omnia ſcandala. De
regno triumphantis Eccleſiæ reperitur:
Venient & recumbent cum Abraham, Ibid. 8
Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. De re
gno fidei dicit ſcriptura: Regnũ Dei in- Luc. 17
tra vos eſt. De regno ſpeciei dñs ait: Per- Matt. 25
cipite regnum, q̊d vobis paratum eſt ab
origine mundi. De regno ſcripturæ legi
tur: Auferetur à vobis regnum Dei, & da Ibid. 21
bitur genti facienti fructus eius. De re-
gno patriæ reperitur: Fulgebunt iuſti ſi- Ibid. 13
cut ſol in regno patris eorum. Sed & ipſe
Chriſtus dicitur regnum Dei, ſecũdum
illud: Si ego in digito Dei eijcio dæmo- Ibid. 14
nia, profecto peruenit in vos regnũ Dei.
Adueniat igitur regnum tuum, id eſt, ve Adueniat regnũ tuũ
niat regnum ad regnum, militans ad tri-
umphans. Vel, regnum tuũ adueniat, id
eſt, ad videndum te veniat, vt regnum fi-
dei ad regnũ tranſeat ſpeciei: q̄m hæc eſt Ioan. 17
vita æterna, vt cognoſcant te ſolũ verum
Deum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum.
Quaſi diceret: Da nobis ſpiritum intelle Ioan. 16
ctus, quo mundati corde, intelligamus
te in præſenti regnare per fidem, vt in fu
turo te videamus regnantem in nobis
per ſpeciem, quod eſt contra gulam, de
qua dicit propheta: Quia vinum & ebrie Oſeæ. 4
tas aufert cor. Tunc cognoſcemus ſicut
& cogniti ſumus, videntes non per ſpe- 1. Cor. 13
culum in ænigmate, ſed facie ad faciem
videbimus Deum deorum in Sion.

De

De ſanctiſicatione nominis.
Cap. XXVII.

Sanctifice tur nomẽ patris in filijs, tum in uia, tũ in patria

SAnctificetur nomen tuum. Nomen patris quatuor ſanctificatur modis in filijs: duobus in via,, & duobus in patria. In via per efficientiam, & perſeuerantiam. In patria per conſummationem, & oſtenſionem. In via nanque nomen patris ſanctificatur in filijs, quando ſanctificationis effectum operatur in eis, vel quando ſanctificatio, quam acceperunt in nomine patris, pſeuerat in illis. In patria vero nomen patris ſanctificatur in filijs, quia ſancitur & cõfirmatur in eis, vt nunquã poſſint à filiationis gratia ſeparari. Hic enim quaſi mobile manet nomen patris in filijs. Nam & Iudas quandoq; fuit filius, quandoq; non fuit. Pro qua poſſibilitate manendi dixit Apoſtolus: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prędicauerim, ipſe reprobus efficiar. Ibiq; nomen patris ſanctificatur in filijs, quia tales ibi ſunt filij, in qbus pater ſanctus apparet. Tunc erunt maniſeſti, qui nunc ſunt occulti, ſecundum illud: Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorũ ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Quaſi dicat: Da nobis ſpiritum ſapientiæ, pro vt dicitur à ſapore, id eſt, iucũditatem internã, vt guſtemus quàm ſuauis eſt dominus, generantem in nobis pacem, id eſt, motuum interiorum quietem, vt caro non concupiſcat aduerſus ſpiritũ, qa non eſt pax oſſibus à facie peccatorum, vt ita ſanctificetur nomen tuum, id eſt, pater in filijs, quatenus in præſenti difficile, in futuro nequaquam à filiatiõis gratia ſeparentur. Quod eſt maniſeſte contra luxuriam, qua qui laborat, nõ iucundatur in Deo, id eſt, pacem Dei non habet, filius Dei non eſt,, ſed iumento aſſimilatur, qa quaſi iumentum in ſtercore ſuo computreſcit.

1. Cor. 9 — Sap. 5 — Spiritus ſapientiæ — Galat. 5 — Pſal. 37 — Ioel. 1

De duplici ordine. Cap. XXVIII.

Duplex ordo petitionũ in oratione iſta.

VErum duplex eſt ordo notandus in oratiõe dominica. Vnus in deſcendendo, qui concordat cum donis: & & alter in aſcendendo, qui cõcordat vel conuenit cum virtutibus. Dona nanque de ſummis ad ima deſcendunt. Vnde: Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, &c̃. Virtutes autẽ de imis ad ſumma conſcendunt. Vnde: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum. Beati mites, &c̃. Homo ſiquidem multis malis circundatus, primo petit vt liberetur à malo. Quia vero tẽtatio eſt vita hominis ſuper terram, liberatus à malo, petit vt in tentationẽ non inducatur. Et quia dum in hac vita cõſiſtit, ſemper eſt in aliquo peccato (Nam ſi dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt) ideo petit, vt debita nobis dimittantur. Cum autem fuerit liberatus à malo, cum vicerit tentationes, cum debita fuerint dimiſſa, quia per ſe ſtare non poteſt, ne diu expectando deficiat, petit vt ſibi panis quotidianus donetur. Deinde cũ fuerit liberatus à malis & roboratus in bonis, petit vt fiat voluntas Dei, ſicut in cœlo & in terra. Quæ quoniam in hac vita perfecte fieri non poteſt, mox petit vt regnum adueniat, in quo nomen patris ſanctificetur in filijs, vt nunquã de cætero poſſint à iuſtificatiõis gratia ſeparari. AMEN. Hebræus vnum ex his tribus ponit in fine, Amen, Sela, Sale, quæ ſonant, vere, ſemper, pacem. Beatus Gregorius orationem dominicam poſt canonem ſuper hoſtiam cenſuit recitari.

Eſa. 11 — Iob. 7 — 1. Ioan. 1 — Amen. Sela Sale

CANONIS SACRI
pars vltima.

LIbera nos quæſumus domine ab omnibus malis, præteritis, præſentibus, & futuris, & intercedente beata & glorioſa ſemper virgine Dei genetrice Maria, & beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea cum omnibus ſanctis, Da propitius pacem in diebus noſtris, vt ope miſericordiæ tuæ adiuti, & a peccatis ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatione ſecuri. Per eundem dominum noſtrum Ieſum

ſum Chriſtum filium tuum, Qui tecum viuit & regnat Deus in vnitate ſpiritus ſancti. Per om̃ia ſecula ſeculorum, Amen.

De ſilentio poſt orationem dominicam.
Cap. XXIX.

QVod hinc ſequitur ſecrete, ſilentium innuit dominicę ſepulturę, mediante ſabbato, quo dominus in ſepulchro quieuit. Vnde Luca teſtante, (Luc. 23) Mulieres quæ parauerunt vngentum, ſabbato quidem ſiluerunt ſecundũ mandatum: ſed qui in ſepulchro ſecundum carnem quieuit, ſecundum animam deſcendit ad inferos, (Matt. 12) vt fortior superueniens fortem ſpoliaret armatum. Tunc ergo momordit infernum, vt educeret ſuos vinctos de lacu, (Zach. 9) in quo nõ erat aqua, liberans eos à malis præteritis, præſentibus, & futuris: & dans eis pacem perpetuam, in qua ſunt ſemper & à peccato liberi, & à perturbatione ſecuri. Hæc oratio, Libera nos, &c̃. dicit Emboliſmus: & eſt expoſitio nouiſſimę petitionis orationis dominicæ.

EXPLICIT LIBER QVINTVS.

MYSTERIORVM EVANGELICę legis ac ſacramenti Euchariſtiæ,

LIBER SEXTVS.

De reſumptione patenæ, quam ſacerdos accipiens oſculatur.

Cap. I.

POST paſſionis triſtitiam, ad reſurrectionis gaudium peruenitur, ſecundũ illud quod legitur: Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. (Pſal. 29) Subdiaconus ſiquidem & Diaconus repræſentant patenam, quam ſacerdos accipiens oſculatur, & cum ea ſignum crucis ſibi facit in facie. Hi tam numero, quam obſequio ſanctas illas mulieres ſignificant, de quibus narrat Euangeliſta Matthæus, (Matt. 28) qnod veſpere ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalena, & altera Maria videre ſepulchrum. Præſentamus ei patenam, id eſt, cor patens latitudine charitatis in obſequium ſepulturę, iuxta q̃d legitur, (Mar. 16) quia mulieres emeruut aromata, vt venientes vngerent Ieſum. & valde mane vno ſabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam ſole. Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Hanc ergo patenam, id eſt, cor amplum latitudine charitatis ſacerdos accipit, id eſt, Chriſtus acceptat. (Patena latitudinem charitatis deſignat.) Quia vero crucifixus ardenti deſiderio quærebatur, iuxta quod angelus inquit mulieribus, (Matt. 28) Scio quod Ieſum quęritis crucifixum: idcirco crux cum patena ſignatur in facie ſacerdotis: ſtatimq; ſacerdos oſculatur patenam, oſtendens quod Chriſtus confeſtim impleuit deſiderium mulierum. Mox enim occurrit illis, dicens: Auete. Quæ procidentes tenuerunt pedes eius, & adorauerũt, haud dubium quin pedes fuerint oſculatæ.

Pax domini ſit ſemper vobiſcũ. Et cum ſpiritu tuo.

De fractione hoſtiæ, cuius particulam ſacerdos mittit in calicem.
Cap. II.

TVnc ſacerdos frangit hoſtiam in tres partes: & duabus extra calicem reſeruatis, cum alia ſignum crucis ter efficit ſupra calicem, de cuius ore Diacõnus remouerat corporale, & alta voce dicendo, Pax domini ſit ſemper vobiſcum, particulã hoſtiæ dimittit in calicẽ.

Fran-

Fractio. Frangit igitur ſacerdos hoſtiã, vt in fractione panis Dominum cognoſcamus, Luc. 24 ſicut illi duo diſcipuli dominum cognouerunt, quibus ipſo die reſurrectionis Ieſus apparuit in Emaus euntibus. Cõmixtio Commixtio panis & vini deſignat vnionem carnis & animæ, quæ in reſurrectione Chriſti denuo ſunt vnitæ. Nam, vt prędictum eſt, panis ad carnem, & vinum refertur ad animam. Et ideo ter ſigno crucis producitur cum hoſtia ſuper calice, quia virtus trinitatis animam crucifixi reduxit ad carnem, ne derelinqueret animam eius inferno, nec daret carnem eius Pſal. 15 & 3 videre corruptionem, iuxta quod ipſe dicit in Pſalmo: Ego dormiui & ſomnum cœpi & exurexi, quoniam dominus ſuſcepit me. Vel ideo tres cruces fiunt cum Tres cruces ſuper os calicis. hoſtia ſuper os calicis, quia tres mulieres quærebant crucifixum ad oſtium monumenti. Vnde: Quid quæritis, viuentem Luc. 24 cum mortuis? Os ergo calicis in hoc loco ſignificat oſtium monumẽti: de quo Diaconus remouet corporale, deſignãs quod angelus domini reuoluit lapidem ab oſtio monumenti. Illud autẽ ſane debet intelligi, qđ dicit ſacerdos, cũ Euchariſtiam mittit in calicem: Fiat, inquit, cõmixtio corporis & ſanguinis domini. Quod vtique referendum eſt ad ſpecies panis & vini, quibus continetur corpus & ſanguis.

Quid ſignificent partes illæ quæ fiunt de ſacrificio.

Caput III.

Triforme corpus Chriſti QVid autem illę partes ſignificent, Sergius Papa determinat, dicens: Triforme eſt corpus Chriſti: pars oblatæ in calicẽ miſſa, corpus Chriſti, quod iam reſurrexit, monſtrat. Pars comeſta, ambulans adhuc ſuper terram. Pars in altari vſque ad finem remanens, corpus iacens in ſepulchro: quia vſque in finem ſeculi ſanctorum corpora in ſepulchro erunt. Poteſt & aliter hoc myſterium ex- Tres partes catholicæ eccleſiæ planari. Eſt enim corpus Chriſti vniuerſalis eccleſia, ſcilicet caput cum mẽbris, 1.Cor. 10 iuxta qđ dicit Apoſtolus: Vnus panis & vnum corpus multi ſumus. Et inueniuntur in iſto corpore quaſi tres partes, ex quibus totum corpus conſiſtit. Vna pars eſt ipſum caput, videlicet Chriſtus, qui & caput eſt & pars corporis. Altera pars ſunt illi, quorũ corpora requieſcunt in tumulis, & animæ regnant cum Chriſto. Et ſunt quaſi ſimul hæ duæ partes, caput videlicet, & hæc pars corporis altera, ſicut ſcriptum eſt: Vbicunq; fuerit corpus, il- Matt. 24 luc congregabuntur & aquilæ. Propterea in altari duæ partes ſeorſum extra calicem reſeruãtur, quaſi extra paſſionem, Rom. 6 quæ per calicem deſignatur. Chriſtus enim reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Et qui cum ipſo ſunt ſancti, non eſuriẽt Apoc. 7 & 21 neq; ſitient amplius, neq; cadet ſuper illos ſol, neq; vllus æſtus, quoniam priora tranſierunt. Tertia pars in calicem ponitur, ſignificans eos qui adhuc in paſſione conſiſtunt, donec ab hac vita migrantes, ad caput ſuum tranſeant, vbi nec moriantur amplius, neque vllatenus patiantur.

De Agnus Dei. Cap IIII.

NON ſolum autem per ſigna, ſed etiã per verba reſurrectionis gaudium intimatur. Sacerdos enim alta voce pronuncians: Pax domini ſit ſemper vobiſcũ, inſinuat quod die illo vna ſabbatorum venit Ieſus & ſtetit in medio di- Ioan. 20 ſcipulorum ſuorum, & dixit eis: Pax vobis. Quia ỹo Ieſus ſtatim vt ſalutauit apoſtolos, dedit eis poteſtatem remittendi pctã, Quorũ, inquit, remiſeritis pctã, remittunt eis: & quorũ retinueritis, retẽta ſunt: idcirco chorus clamat ad ipſum & poſtulat: Agnus Dei qui tollis pctã mundi, miſerere nobis. Lauit eñ nos à pctis Apoc. 1 noſtris in ſangnine ſuo. Agnus Græce Ab agnoſcendo dicitur agnus dicitur ab ἁγνῷ, quod eſt pium, Latine, ab agnoſcendo, quoniam in magno grege ſolo balatu matrem agnoſcit. Chriſtus autem in ara crucis, & patrem agnouit & matrem. Patrem obedientia, matrem cura: ibique obtulit ſe pro nobis. Et ob hoc in altaris immolatione, ter dicitur agnus Dei, quaſi agne qui agnouiſti patrẽ, miſerere nobis. Agne qui agnouiſti matrem, miſerere nobis. Pie qui redemiſti mundum, dona nobis pacem. Antiquit⁹ dicebatur miſerere nobis. Porro, ſecundum conſuetudinem antiquam ſcholæ cantorum, quam adhuc ipſi conſeruant, & in pluribus obſeruatur Eccleſijs, vt in Lateranẽſi, nullatenus variatur, ſed tribus vicibus vniformiter dici-

dicitur miſerere nobis, propter tria genera peccatorum, quę petimus nobis remitti, cogitationis, locutionis & actionis. Cogitationis in corde, locutionis in ore, actionis in opere. Vel propter tres ordines fidelium in eccleſia, qui ſunt Noe, Daniel & Iob, quos Ezechiel vidit in viſione ſaluandos. Et ſecundum parabolam euangelicam duo in lecto, duo ſunt in agro, & duo ſunt in mola: quorũ vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Poſtmodum autem multis & varijs aduerſitatibus & hęrroribus eccleſiæ ingruentibus, cœpit ad dominum clamare de tribulatione, dona nobis pacem. Et vt clamor eius facilius audiretur, in ipſa dixit immolationis hora clamãdũ. Hæc tñ varietas nõ diſcrepat à cõſuetudine veteris teſtamenti, vbi cum ſecundo repetitur, parce domine, parce populo tuo, tertio variatur, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium. Dicamus ergo, miſerere nobis, quantum ad animam, item miſerere nobis, quantum ad carnem, dona nobis pacem, propter vtrunque, vt habeamus pacẽ pectoris ſpiritualẽ, & pacẽ corporis temporalem. Sergius autem Papa ſtatuit, vt inter communicãdum Agnus Dei à clero cantetur.

Ezech.14 Mat.24 — Dona nobis pacem — duxit. — Iohel.2

De oſculo pacis. Cap. V.

Poſtquam dominus ſalutauit apoſtolos, iterum dixit eis: Pax vobis, oſtendens quod non ſolum debemus habere pacem in ore, verum etiam pacẽ debemus habere in pectore, ne ſimus de illis qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala aũt in cordibus eorum. Ideoq; cum hoc dixiſſet Apoſtolis, inſufflauit & ait: Accipite ſpiritum ſanctum. Ad q̃d vtique deſignandum ſacerdos præbet oſculum oris miniſtro, qui reuerenter inclinans, pectus oſculatur ipſius, & planetam extendit, vt per pacis oſculum attendatur charitas, quam planetam ſupra diximus deſignare. Quia ergo charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis: ideo pacis oſculum per vniuerſos fideles diffunditur in eccleſia. Nã & Apoſtolus admonet: Salutate vos inuicem in oſculo ſancto. In primitiua quidem eccleſia ſinguli diebus, q celebrationi miſſarum intererant, communicare ſolebãt, ſed ex creſcente multitudine fidelium, traditur inſtitutum, vt tantum diebus communicarent dominicis. Poſtmodum aũt quia nec hoc digne potuit obſeruari, tertia ſecuta eſt inſtitutio, vt ter ſaltem in anno q libet Chriſtianus debeat accipere euchariſtiam, hoc inuento remedio, vt ſingulis diebus oſculum pacis daretur pro myſterio vnitatis. Quia vero p immolationem hoſtiæ ſalutaris dimiſſis peccatis reconciliamur altiſſimo, recte pacis oſculum tunc accipitur, cum immolationis myſterium celebratur. Innocentius autem Papa primus aliam cauſam aſſignat. Pacem, inquit, aſſeris ante conſecrata myſteria quoſdam populis imperare, vel ſibi ſacerdotes inter ſe tradere, cum poſt omnia quæ aperire non * debeo, pax neceſſario ſit indicenda, per quam conſtet populum ad omnia, quę in myſterijs agũtur atque in eccleſia celebrantur, præbuiſſe conſenſum, ac finita eſſe pacis concludentis ſignaculo demonſtrentur.

Ioan.20 — Pſal.27 — Oſculum per omnes fideles ſub miſſa — Rom.5 — ibid.16 — Innocẽtius I. ad Decẽtium c.1 — debes

De diuerſis oſculis quæ dantur in miſſa. Caput VI.

Oſculum in ſacra ſcriptura ſignificat vnionem, charitatem, pacem & reuerentiam. De oſculo vnionis, ſpõſa dicit in Canticis: Oſculetur me oſculo oris ſui. De oſculo charitatis, Iſaac inquit ad filium ſuum: Accede huc ad me, & da mihi oculum fili mi. De oſculo pacis, dicit Apoſtolus in epiſtolis: Salutate vos inuicem in oſculo ſancto. De oſculo reuerentiæ, inquit dñs ad Simonẽ: Oſculum mihi non dediſti. Hęc aũt ex q̃ intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Ad deſignandum ergo tres vniones in Chriſto, ſacerdos ter oſculatur altare: videlicet vnionem diuinitatis ad animam, diuinitatis ad carnẽ, & carnis ad animã. Vel vnionẽ q̃ vnita eſt Chriſto humana natura, ſancta eccleſia, & fidelis anima. Ad ſignificãdũ triplicẽ pacem, tẽporalẽ, ſpiritualem & æternalẽ, epiſcopus ſolenniter celebrans ter oſculatur miniſtrum, vel miniſtros: ſemel, & ſecũdo diaconũ, & tertio ſacerdotem. Ad notandum q̃q; duorum teſtamentorum concordiam, epiſcopus duabus vicibus codicem oſculatur: quia rota continetur in medio rotæ, & duo Cherubin ſeſe reſpiciunt verſis vultibus in propiciatorium. Ad notan-

Cant.1 Gen.27 — Rom.16 Luc.7 — Ter oſculandum altare — Ezech.1 Exo.

dum charitatem, ſacerdos oſculatur pate
nam, quæ deſignat cor patens latitudine
charitatis. Vnde: Nonne cor noſtrum
ardens erat in nobis, dum loqueretur in
Luc.4 via? In ſignũ reuerentiæ diaconus & ſub
diaconus pedes & manus ſummi ponti-
ficis oſculantur. Pedem ſubdiaconus o-
ſculatur, poſt lectam epiſtolam: & diaco
nus ante legendum euangelium manum
oſculatur, offerens ampullam cum aqua,
Septies pō-tifex oſculum accipit. calicemque cum vino. Et ſubdiaconus
offerens patenam cum hoſtia & thuribu
lum cum incenſo: vterque de manu pon
ficis accipiens euchariſtiam. Illud quoq;
vacare nõ creditur à myſterio, quod ſum
mus pontifex ſeptem modis accipit o-
ſculum: Ad os, ad pectus, ad humerũ, ad
manus, ad brachia, ad pedes, ad genua,
expreſſum myſterium, ſed alias exprimẽ
dum.

Quod Epiſcopus, Subdiaconus, & Diaconus communicant Euchariſtiam. Cap. VII.

TVnc Epiſcopus communicat cum
miniſtris, inſinuãs quod Chriſtus
poſt reſurrectionem manducauit cum di
ſcipulis. Nam conueſcens præcepit eis ab
Hieroſolymis ne diſcederent. Quod aũt
Act.1 Epiſcopus vnam partem accipiens, reli-
quas miniſtris impendit, illud inſinuat,
Luc.24 quod Lucas Euangeliſta commemorat,
quia Ieſus accipiens panem manducauit
coram ſuis diſcipulis, ſumensq; reliqui-
as dedit illis. Et quoniam eodem Euan-
geliſta teſtante, Ieſus accepit panem, ac
fregit & porrigebat illis, quorum cor ar
dens erat in eis, idcirco Pontifex integrã
euchariſtiæ medietatem accipiens ſuper
patenam, frangit in partes, & eas porri-
git miniſtris comedendas.

De ablutione manuum poſt Euchariſtiæ ſumptionem. Caput VIII.

POſt ſumptum euchariſtiæ ſacrificiũ
ſacerdos abluit & pfundit manus,
ne quid incaute remaneat ex cõtactu di-
uiniſſimi ſacramẽti: non quod quicquã
immundum ex contactu ſacramenti cõ-
traxerit, ſed vt ſuam potius indignitatem
commemoret, qui ſe indicat tantis ſacra-
mentis celebrandis indignum, ſecundũ
illud q̃d dñs ait: Cũ oĩa bona feceritis, di
Luc.17 cite: Serui inutiles ſumus. Indignũ qdem
exiſteret, vt manus, q̃ corpus incorrupti-
bile cõtractarũt, corpus corruptibile cõ-
tingãt, donec ſtudioſe lauentur. Ablutio
nis aũt aqua debet in locũ mũdũ diffun-
di honeſte, vt altitudo ſacramẽti reuerẽti
us honoret. Trina vero ſacerdotis ablutio,
q̃ fit in principio, in medio, in fine, deſi-
gnat mundationẽ cogitatiõis, locutiõis,
& actionis. Vel purgationem originalis
peccati, criminalis & venialis: ſiue, q̃d agi
tur p ignorantiã, negligentiã & induſtri
am: ad quorum emundationem offertur
ſacrificium ſalutare. Hæc tamen ablutio
poteſt referri ad ablutiõem baptiſmi, cu-
ius formam Chriſtus poſt reſurrectionẽ
inſtituit: Euntes (inquit) docete omnes Mat.18
gentes, baptizãtes eos in nomine patris
& filij & ſpiritus ſancti. Qui crediderit & Mar.16
baptizatus fuerit, ſaluus erit.

Quod Romanus Pontifex alium in communicando morem obſeruat. Caput IX.

VT autem in perceptione corporis
& ſanguinis Chriſti nulla poſſit
fallacia ſubornari, ſed in vtroque perce- aſs ſuborari.
ptionis veritas euidenter appareat, ſum-
mus Pontifex non ſtatim particulam ho
ſtiæ dimittit in calicem, ſed eam poſt tri-
num crucis ſignaculum in patenã repo-
nit: & poſt oſculum pacis ad ſedem aſcẽ-
dens, ibique conſiſtens, vniuerſis cernen
tibus partem maiorem ſuſcipit oblatæ
de patena, quam ei ſubdiaconus repræ-
ſentat, ipſamq; videntibus diuidens, vnã
que particulam ſumens & aliam mittit in
calicem, quem tenet coram ipſo ſubdia-
conus, de quo ſanguinem haurit cum ca
lamo. Deinde particulam vnam cũ oſcu-
lo tradit Diacono, aliamq; Subdiacono
ſine oſculo, quem ad altare miniſtrans et
calicem Diaconus oſculatur. Et tũ Sub-
diaconus particulam dimiſſam in calicẽ
ſumit cum ſanguine. Huius rei cauſam,
non allegoricam, ſed hiſtoricam à non-
nullis audiui, quam quia nũquam in au-
tentico ſcripto potui reperire, melius re-
ticẽdam cenſui, quam temere aſſerendã.
Et licet non omnium, quæ à maioribus
introducta ſunt, ratio reddi poſſit, reor
tamen quod in his profunda lateant ſa-
cramenta. Romanus aũt Pontifex ideo
nõ cõmunicat vbi frãgit, ſed ad altare frã
git & ad ſedẽ cõmunicat: qa Chriſtus in
Emaus

Emaus coram duobus diſcipulis fregit,
Luc. 24 & in Hieruſalem coram decem Apo-
ſtolis manducauit. In Emaus fregiſſe le-
gitur, ſed manducaſſe nõ legitur: in Hie-
ruſalem non legitur fregiſſe, ſed legitur
comediſſe, Miniſtri repræſentant Pon-
tifici oblatam & calicem, quia diſcipuli
obtulerunt Chriſto partem piſcis aſſi &
fauum mellis. Pars piſcis aſſi corpus do-
mini crucifixi, qui fuit in ara crucis aſ-
ſatus: fauus mellis ſanguis Chriſti, ſuper
mel & fauum dulcis faucibus animæ di-
Ordinum diſtinctio ligentis. Ad notandum vero diſtinctio-
nem inter ſacros ordines, & non ſacros,
Diaconus & qui ſuperioris ſunt ordinis
cum percipiunt euchariſtiam, oſculum
ſuſcipiunt ab epiſcopo: acoluthus & qui
ſunt inferiorũ ordinum non ſuſcipiunt,
Subdiaconus vero, quia character huiuſ
modi quondam inter non ſacros, nunc
autem inter ſacros ordines reputatur, in
perceptione corporis non ſuſcipit oſcu-
lum à pontifice, ſed in perceptiõe ſangui
nis ſuſcipit oſculum à Diacono, vt qui
non in ſacris ſunt minus, & qui ſacris in
ſunt amplius honorentur, quãuis in hoc
& myſtica poſſit aſſignari ratio.

De antiphona poſt cõmunionem.
Caput X.

ANtiphona quæ poſt communio-
nem concinitur, Apoſtolorũ gau
dium de Chriſti reſurrectione ſignificat,
Ioan. 20 ſecundum illud quod legitur, quia gaui
ſi ſunt diſcipuli viſo dño, & præ gaudio
mirabantur. Quod autem reciprocando
cantatur, inſinuat, quod diſcipuli reſur-
rectionis gaudium ſibi mutuo nuncia-
Lucæ. 24 bant. Vnde duo diſcipuli cũ inueniſſent
vndecim congregatos, & eos qui cum i-
pſis erant, dicentes, Quia reſurrexit do-
miuus vere, & apparuit Simoni: & ipſi
narrabant quæ geſta erant in via, & quo
modo cognouerunt eum in fractione
Pſal. 117 panis. Hæc ergo dies quã fecit dominus,
exultemus & lætemur in ea.

De oratione nouiſſima.
Caput XI.

PEracto orationis myſterio, Ponti-
fex cum myniſtris ad altare proce-
dit, & altare deoſculans eleuatis mani-
bus vltimam orationem exequitur, be-
nedictionem illam ſignificans, quam
Chriſtus aſcẽſurus in cœlum legitur de
dediſſe diſcipulis ſuis. Nam vt Lucas cõ Luc. vlt.
memorat, eduxit eos foras in Bethaniã,
& eleuatis ſuis manibus, benedixit eos.
Et factum eſt cũ benedixiſſet illis, receſ-
ſit ab eis, & ferebatur in cœlũ. Vnde poſt
ſalutationem nouiſſimam, quã ſacerdos
facit ad populum, Diaconus alta voce p- Ite miſſa eſt.
nunciat, Ite miſſa eſt, repræſentans illud
quod dictum eſt ad Apoſtolos: Hic Ieſus
qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum &c.
Chorus autem qui Deo gatias gratu- Act. 1
lando reſpondet, imitatur Apoſtolos, q
adorantes regreſſi ſunt in Hieruſalem cũ
gaudio magno, & erant ſemper in tem-
plo laudantes et benedicentes Deũ. Et ad
hoc reſpicit quod in diebus profeſtis di
citur, Benedicamus domino, Deo grati-
as, ſtatimque hymnus & pſalmi illi dicũ-
tur, Benedicite & Laudate. Notandum Bis ait Ieſus pax vobis.
vero quod Chriſtus poſt reſurrectionẽ
bis legiẽ ſalutaſſe diſcipulos, dicẽs: Pax
vobis, in ſignum duplicis pacis, videli-
cet pectoris & æternitatis, quæ ſecundũ
Prophetam eſt pax ſuper pacem, de qua Eſa. 66
dominus inquit apoſtolis: Pacem relin- Ioan. 14
quo vobis, pacem meam do vobis. Hanc
duplicem pacem, per duplex oſculum ſa
cerdos inſinuat, cum prius oſculatur mi
niſtrum, & poſtea altare.

Vnde dicitur Miſſa.
Caput XII.

MIſſa dicitur & miniſteriũ & my-
ſterium, id eſt, officiũ quod pro Miſſa catechumenorum.
fertur & ſacrificium quod offertur. Offi
cium vero diuiditur in miſſam catechu-
menorum & fideliũ miſſam, Miſſa cate-
chumenorũ eſt ab Introitu vſq; poſt Of
fertoritum. Et dicitur miſſa ab emitten-
do, quia tempore quo ſacerdos incipit
euchariſtiã cõſecrare, catechumeni foras
de eccleſia emittuntur. Perlecto ſiqui-
dem euangelio, Diaconus clamare ſolẽ
bat: Si qs catechumenus adeſt, exeat fo-
ras. Catechumeni ſacris myſterijs intereſ
ſe nõ debent, quæ non niſi baptizatis fi
delibus committuntur. Sicut de quibus
dam, qui catechumenorum, & nondum
renatorum typum gerebant, ſcriptum Ioan. 2
eſt: Ipſe autem Ieſus non credebat ſe il- Miſſa fidelium
lis. Miſſa fidelium eſt ab Offertorio vſq;

poſt communionem. Et dicitur miſſa à dimittendo, quia tunc ad ꝓpria fidelis quiſque dimittitur. Conſtitutũ eſt enim in Aurelianenſi Cōcilio, vt cũ ad celebrãdas miſſas in Dei nomine cōuenit, populus nõ ante diſcedat, quàm miſſæ ſolēnitas cōpleatur. Totũ autẽ officiũ dicitur miſſa, quaſi tranſmiſſio, eo quòd populus fidelis ꝑ miniſterium ſacerdotis (qui fungitur vice mediatoris inter Deũ & homines) ꝓces & ſupplicationes & vota tranſmittat altiſſimo. Ipſum vero ſacrificium, i. hoſtia miſſa vocatur, quaſi tranſmiſſa. Primũ nobis à patre vt eſſet nobiſcũ: poſtea patri à nobis, vt intercedat ꝓ nobis ad ipſum. Primũ nobis à patre ꝑ incarnationẽ, poſtea patri à nobis ꝑ paſſionẽ. Et in ſacramẽto primũ nobis à patre ꝑ ſanctificationẽ, poſtea patri à nobis per oblationem. Hæc eſt ſola ſufficiens & idonea miſſio ſeu legatio ad ſoluendas inter Deum & homines inimicitias & offenſas. Cum ergo diaconus ait, Ite miſſa eſt, idem eſt ac ſi diceret, redite ad propria, quia oblata eſt hoſtia ſalutaris.

Conc. Aurel. c. 12 De conſ. diſt. 1. c. O mnes fideles.

Miſſa dicitur quaſi trãſmiſſa.

Quare ſacerdos pontificis humerum oſculatur.

Caput XIII.

Oratione finita, ſacerdos qui aſſiſtit Epiſcopo menſam altaris & armum pontificis dextrum oſculatur, oſtẽdens hunc eſſe illum pontificem, qui ſecundum legem figurate dextrum armũ ſeparare debet de hoſtijs ſalutaribus vel pacificis. Sane per humerum exprimitur principatus, ſecundum illud Propheticum: Et factus eſt principatus eius ſuper humerum eius. Principatum vero ſaluatoris expreſſit vox angelica, prophetica & legalis. Angelus enim inquit ad virginem: Dabit ei dominus ſedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Propheta dicit in Pſalmo: Sedes tua Deus in ſeculũ ſeculi, virga recta virga regni tui: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Moyſes inquit in lege: Lætamini ſimul cœli cum eo, & adorent eum omnes angeli Dei. Ad quod deſignandum, tres humerum pontificis in ſignum reuerentiæ oſculatur, Primicerius in principio, diaconus in medio, ſacerdos in fine.

Principatus ſuper humerum Chriſti. Leu. 7. & 8

Eſa. 9

Luc. 1

Pſal. 44

Deut. 32

De benedictione nouiſſima.

Caput XIIII.

Vltima benedictio, quam facit epiſcopus ſuper populum, miſſionẽ ſpiritus ſancti ſignificat, quem de cœlo miſit dominus in Apoſtolos, iuxta quòd eis ipſe promiſit: Accipietis, inquit, virtutẽ ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos. Hæc benedictio per verbum oris & ſignum crucis exprimitur. Quoniam illa miſſio ꝑ ſonum aeris & linguam ignis innotuit, iuxta quod legitur: Factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis &c. Licet autem ſpiritus ſanctus ſpecialiter miſſus fuerit in Apoſtolos, quia tamen indiuiſa ſunt opera trinitatis, miſſionem illam tota fuit trinitas operata. Ideoque benedictionem iſtam facit epiſcopus in nomine trinitatis, autoritate Pſalmiſtæ, dicentis: Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus. Benedictionis formã legis expreſſit autoritas, domino dicente per Moyſen: Inuocabis nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego dominus benedicam eis.

Act. 1

Ibid. 2

Pſal. 66 Num. 6

Libelli Concluſio.

Nemo cum expoſitionem iſtam audierit, hoc officium ſufficiẽter eſtimet expoſitum: ne forte cum opus humanum extulerit, diuinum extenuet ſacramentum. In hoc enim officio tot & tanta ſunt inuoluta myſteria, vt nemo, niſi per vnctionẽ edoctus, ea ſufficiat explicare. Quis enim nouit ordinem cœli, & ponet rationes eius in terra: Nam & perſcrutator maieſtas opprimetur à gloria. Ego quippe non præualens lippientibus oculis ſolem in rota conſpicere, tanti myſterij maieſtatem, quaſi per ſpeculũ in ænigmate, viſus ſum intueri, nec penetrãs ad interiora cœnaculi, ſed ꝓ foribus aſſidẽs in veſtibulo, feci diligẽter vt potui, non ſufficiẽter vt volui, Præſertim cum ex officio, tot cauſarũ ſim impeditus incurſibus, tot negociorum nexibus irretitus, vt infra breue temporis ſpacium, nec ad meditandum ocium, nec ad dictandum quiuerim nanciſci quietem. Et quidẽ minor in ſingulis, diuiſus ad ſingula, vix potui meditata dictare, nedũ meditãdo concipere.

Autoris modeſtia

Iob. 38 Pro. 25

1. Cor. 13

Papa oneri paſſus.

Quo-

Quocirca non ſolum benignum imploro lectorem, verum etiam deſidero liberum correctorem. Hanc ſolam apud homines huius opuſculi mercedem expectans, vt apud miſericordiſſimum iudicem pro meis peccatis deuotas oratiões effundant: qui perfecte cognoſcit qua cordis intentione tractatum iſtum exegerim: & ſi non multis, ſaltem aliquibus, aut etiam mihi ſoli vel in modico profuturum.

Intentiõis & cordis inſpector Deus.

Quia vero canonem Miſſæ particulatim expoſui, ne quid additum vel ſubtractum ſeu tranſpoſitum videatur, & vt legentibus ipſius expoſitionis plenior pateat intellectus, totum continue cenſui *ſubſcribendum.

*interſerendum.

EXPLICIT LIBER SEXTVS.

D. INNOCENTII PAPAE III. DE BEATISſima virgine Maria & filio eius Ieſu Chriſto Encomium.

VIrgo Dei genitrix virga eſt, flos filius eius. Pręſumo pauca, & pauca loqui de virgine virga, & filio flore. Mira floris ſummitas & mattingibilis virgæ proceritas. Hæc eſt virga recta, virga erecta, procera, fragilis, gracilis, flexibilis, frondoſa, florigera, fructifera. Recta per iuſtitiam, erecta per deuotiõem, procera per longanimitatem, Fragilis per abiectionem ſui, Gracilis per humilitatem, Flexibilis per manſuetudinem, Frondoſa per ſanctiſſimam conuerſationem, Florigera per virginalem cõceptionem, Per partum vitæ æternæ fructifera. Recta per fidem, erecta per ſpem, procera per charitatem, fragilis per pudorem, gracilis per deſpectionem mundi, flexibilis per compaſſionem proximi, frondoſa per bonorum operum executiõem, Florigera per gloriam virginitatis, fructifera per prærogatiuam fœcũditatis. Miranda fœcũditatis prærogatiua, quod talis talem, taliter genuit. Gracilis virgo ante partum, & virgo poſt partum. Qualiter, angelo annunciante, ſpiritu ſancto operante, virtute altiſſimi obumbrante. Qualem, ſanctum ſanctorum, vnicum matris virginis, vnigenitum Dei patris, Deum & dominum maieſtatis. O quam bene, quã recte flos dicitur, q ex virginali virga ꝓducitur, in quo ſemper ſunt quæ miremur. Eſt enim tenuis, tener & leuis, lenis & pulcher, flagrans, & vtilis. Quid enim flore iſto tenuius cum aſtringitur, quid tenerius cum atteritur, quid leuius cum attrectatur, quid leuius cum portatur, qd ſpecioſius cum aſpicitur, quid flagrantius cum odoratur, quid vtilius cum effectus attenditur. Filius virginis eſt flos tenuis ad indignationem, tener ad miſerationem, Lenis per mãſuetudinem, Leuis dominatione, Pulcher moderatiõe, Flagrans repromiſſione, Vtilis remuneratiõe. Eſt ergo tenuis flagellis, tener miſericordijs, lenis in donis, leuis in præceptis, pulcher exemplis, fragrans promiſſis, fructuoſus in præmijs. Hic flos factus eſt nobis medicina, in ipſo potus & & eſca, ex eo mel & cera. Medicina in redemptione, potus & eſca in iuſtificatione, mel & cera in glorificatione. Ex hac medicina ſempiterna ſanitas incorruptionis, ex hac medicina eſca refectionis internę ſacietatis, ex hac medicina potus ebrietatis ſpiritualis, æternæ fœcunditatis, de illius cera ſplendor ſummæ claritatis, in eius melle dulcedo perpetuæ felicitatis. Flos eſt nobis Chriſtus in humanitate, fructus in diuinitate. Flos in terris, fructus in cœlis. Flos in redemptione, fructus in glorificatione. Quem ipſe nobis largire dignetur, Amen.

Mariæ virginis ad virgam cõparatio

Luc. 1

Chriſtus quatenus flori comparetur.

Pſal. 44

Fructus huius floris qui.

❧D INNOCENTII PAPAE III. DE VITA ET paſſione domini noſtri Ieſu Chriſti, orationes tres efficaciſſimæ: qui contrite & deuote eas legentibus plurimas contulit remiſſiones & indulgentias.

Oratio I.

DOmine Ieſu Chriſte fili Dei viui, qui pro redemptiōe noſtra naſci, & circuncidi voluiſti, & à Iudæis reprobari, à Iuda oſculo tradi, capi & ligari, & cum vinculis Annæ, Caiaphæ, Herodi, Pilato offerri, & coram eis illudi, colaphis, alapis, flagellis, arundine cædi, facie velari, & ſputo conſpui, ſpinis coronari, falſis quoq; teſtibus accuſari, iudicari, & vt agnus innocens tuam crucem ferendo ad victimam duci, clauis pſorari, felle et aceto potari, atq; in cruce morte turpiſſima condemnari, ac lancea vulnerari. Tu per has ſacratiſſimas pœnas ab omnibus peccatis & pœnis nos libera, & per ſanctam crucem tuam illuc perduc nos miſeros peccatores, q̄ perduxiſti tecum crucifixum latronem ſero pœnitētem. Qui viuis.

Orato II.

AVxilientur nobis pie domine Ieſu Chriſte, omnes paſſiones tuæ, & defendant nos ab omni dolore & triſtitia, ab omni periculo & miſeria, ab omni peccato & cordis immunditia, ab omni ſcandalo & infamia, à morbis malis animæ & corporis, & à morte ſubitanea & improuiſa, & ab omni perſecutione inimicorum viſibilium & inuiſibiliū, ſcimus enim quod in quacunq; hora vel die paſſionis tuæ memoriā habuerimus, ſalui erimus: ideo de immenſa tua pietate confiſi te deprecamur piiſſime ſaluator per benigniſſimas, ſacratiſſimasque paſſiones tuas, vt benigno nos protegas auxilio, & continua pietate ab omni malo nos conſerues. Qui viuis, &c̄.

Oratio III.

DOmine Deus de Deo, lumen de lumine, qui humanum genus ex præcepto patris patibulo crucis proprio ſanguine redimere dignatus es, te ſuppliciter exoramus, vt non ſecundum peccata noſtra facias nobis, ſed ſecundum miſericordiam tuam ſaluos fac nos indignos famulos tuos: tu quoq; exurge in adiutorium noſtrum, & eſto nobis turris fortitudinis, & clipeus inexpugnabilis iuſtitiæ, à facie tam corporalis, quàm incorporalis inimici, atq; ab omni pc̄tō & pœna miſericorditer nos libera, & ab omni aduerſitate corporis & animę clementer nos defende. Qui viuis, &c̄.

EIVSDEM D. INNOCENTII Papæ tertij Orationes tres de omnibus ſanctis, pro defenſione & tranquillitate Catholicæ & orthodoxæ Eccleſiæ.

Oratio I.

ACunctis nos quæſumus domine mentis & corporis defende periculis, & intercedente beata & glorioſa virgine Dei genitrice Maria: cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq; beato. N. & omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus & pacē, vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, Eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

Oratio II.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter, vt per vnigeniti filij tui ſacratiſſimę paſſionis virtutem à cunctis nos mentis & corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in præſenti, & gloriam in futuro. Per eundem Chriſtum dn̄m noſtrum.

Oratio III.

MVndet & muniat nos quæſumus domine vnigeniti filij tui precioſiſſimus ſanguis effuſus & tibi oblatus in cruce, & intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq; beato. N. & omnibus ſanctis, à cunctis nos reddas & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos, Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorū, Amen.

D. INNOCENTII PAPAE III. HYMNVS DE

Chriſto & beatiſſima virgine Maria digniſſima matre eius: ad quem certas & magnas contulit remiſſiones & indulgentias.

AVe mundi ſpes Maria,
Aue mitis, aue pia,
Aue charitate plena.
Virgo dulcis & ſerena,
Sancta parens Ieſu Chriſti
Electa ſola fuiſti
Eſſe mater ſine viro,
Et lactare modo miro.
Angelorum imperatrix,
Peccatorum conſolatrix,
Conſolare me lugentem,
In peccatis iam fœtentem,
Me defende peccatorem,
Et ne tuum des honorem,
Alieno & crudeli,
Precor te regina cœli,
Me habeto excuſatum,
Apud Chriſtum tuum natum:
Cuius iram pertimeſco,
Et furorem expaueſco.
Nam peccaui illi ſoli.
O Maria virgo noli
Eſſe mihi aliena,
Omni gratia tu plena.
Eſto cuſtos cordis mei,
Signa me timore Dei,
Confer vitæ ſanitatem,
Da & morum honeſtatem,
Da peccata me vitare,
Et quod iuſtum eſt amare.
O dulcedo virginalis,
Nunquam fuit, nec eſt talis
Inter natas mulierum.
Omnium creator rerum
Te elegit genitricem,
Qui Mariam peccatricem
Emundauit à reatu.
Ipſe tuo me precatu,
A peccatis cunctis tergat,
Ne infernus me demergat.
Eia roſa ſine ſpina,
Peccatorum medicina,
Pro me Deum interpella,
Vt me ſaluet à procella
Huius mundi tam immundi:
Cuius fluctus furibundi
Omni parte me impingunt,
Et peccati zona ſtringunt.
CHriſte fili ſummi patris,
Per amorem tuæ matris,
Cuius venter te portauit,
Et te dulci lacte pauit:
Te per ipſam oro ſupplex,
Quia tu es ſalus duplex,
Rerum dator mundanarum,
Atque ſalus animarum.
Te nunc precor licet reus:
Miſerere mei Deus,
Miſerere miſerator:
Quia vere ſum peccator.
Tu peccata dele mea,
Et cor mundum in me crea:
Da ſpem firmam, fidem rectam,
Charitatem da perfectam.
O Ieſu da finem bonum,
Quod eſt ſuper omne donum,
Vt in corde ſic compungar,
Tibi Chriſte quod coniungar:
Fac me digne manducare
Corpus tuum ſalutare.
Ira tua non me grauet,
Sanguis tuus ſic me lauet,
In ſenſibus & in corde
A peccatis & à ſorde,
Vt dum inſtat hora mortis,
Angelus tunc aſtet fortis,
A te mihi datus cuſtos,
Qui me locet inter iuſtos.
Mors ſi carnem meam frangat,
Mors ſecunda non me tangat,
Licet caro computreſcat,
Spiritus in te quieſcat,
Vt reſurgens te viſurus,
Semper tecum ſim manſurus.

Verſus. Audi nos pia mater Chriſti.
Reſpõ. Nã te filius nihil negãs honorat.

Oratio.

INterueniat pro nobis quæſumus domine Ieſu Chriſte apud tuam clementiam, glorioſiſſima virgo Maria digniſſima mater tua, cuius ſanctiſſimam animã in hora paſſionis & mortis tuæ doloris gladius pertranſiuit: Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate ſpiritus ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III. DE CONTEMPTV MVNDI, SIVE de Miſeria humanæ conditionis, Libri III.

PROLOGVS.

DOMINO PATRI CHARIſſimo P. Dei gratia Portuenſi epiſcopo, Lotharius indignus diaconus, gratiam in præſenti, & gloriam in futuro.

Modicum ocij, quod inter multas anguſtias nuper ea, quam noſti, occaſione captaui, non ex toto mihi præterijt ocioſum. Sed ad deprimendam ſuperbiam (quæ caput eſt omnium vitiorum) vilitatem humanæ conditionis vtcunque deſcripſi. Titulum autem præſentis opuſculi veſtro nomini dedicaui, rogans & poſtulans, vt ſi quid in eo veſtra diſcretio dignum inuenerit, diuinę gratiæ totum adſcribat. Si vero paternitas veſtra ſuggeſſerit, dignitatem humanæ naturæ Chriſto fauente deſcribam: quatenus ita per hoc humilietur elatus, vt per illud humilis* exaltetur.

Liber de dignitate naturę humanę non dum inuẽtus. — *gratulef.*

De miſerabili humanæ conditionis ingreſſu. Cap. I.

Hiere.20

QVare de vulua matris egreſſus ſum, vt viderem laborẽ & dolorem, & cõſumerentur in cõfuſione dies mei? Si talia de ſe locutus eſt ille, quem dominus ſanctificauit in vtero, qualia loquar ego de me, quem mater mea genuit in peccatis? Heu me, dixerim, mater mea, quid me genuiſti, filium amaritudinis & doloris? Quare non in vulua matris mortuus ſum? egreſſus ex vtero non ſtatim perij? Cur exceptus genibus, lactatus vberibus, natus in * combuſtionem & cibum ignis? Vtinam interfectus fuiſſem in vtero, vt fuiſſet mihi mater mea ſepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. Fuiſſem enim quaſi non eſſem, de vtero trãſlatus ad tumulum. Quis ergo det oculis meis fontem lachrymarum, vt fleam miſerabilem conditionis humanę ingreſſum, culpabilem humanæ conuerſatiõis progreſſum, damnabilem humanæ diſſolutionis egreſſum? Conſideraui ergo cũ lachrymis de quo factus ſit homo: quid faciat homo, quid * facturus ſit homo. Sane formatus de terra, cõceptus in culpa, natus ad pœnã, agit praua quæ non licent, turpia quæ non decent, vana quę non expediunt, fiet cibus ignis, eſca

Iob.3 — *Eſa.9 confuſionem* — *Hiere.20* — *Iob.10* — *Hiere.9* — futurus — *Vnde factus eſt homo.*

vermis, maſſa putredinis. Exponam id planius, edifferam plenius. Formatus eſt homo de puluere, de luto, de cinere: quodque vilius eſt, de ſpurciſſimo ſpermate: conceptus in pruritu carnis, in feruore libidinis, in fœtore luxuriæ: quodque deterius eſt, in labe peccati: natus ad laborem, dolorem, timorem: quodque miſerius eſt, ad mortem. Agit praua quibus offendit Deum, offendit proximũ, offendit ſeipſum. Agit turpia, qbus polluit famam, polluit conſcientiam, polluit perſonam. Agit vana, quibus negligit ſeria, negligit vtilia, negligit neceſſaria. Fiet cibus ignis, qui ſemper ardet, & vrit inextinguibilis: eſca vermis, qui ſemper rodit, & comedit immortalis: maſſa putredinis, quæ ſemper fœtet, & ſordet horribilis.

Quid homo facit

Quid homo fiet

De vilitate materiæ ipſius hominis

Cap. II.

Homo formatus de terra ſtellas factas ex igne pie in terpretandũ eſt iuxta opinionem antiquorum

FOrmauit igitur dominus Deus hominem de limo terræ, quæ cæteris elementis eſt *vilior, vt patet Gene.2. Planetas & ſtellas fecit ex igne, Flatus & ventos fecit ex aere, Piſces & volucres fecit ex aqua, Homines & iumenta fecit de terra. Conſiderans igitur aquatica, homo ſe vilem inueniet. Conſiderans aerea, ſe viliorem agnoſcet. Conſiderans ignea, ſe viliſſimũ reputabit, nec valebit ſe parificare cœleſtibus, nec audebit ſe præferre terrenis, quia parem ſe iumentis inueniet, & ſimilem recognoſcet. Vnus eſt enim hominum & iumẽtorum interitus, & æqua vtriuſq; conditio, & nihil habet homo iumento amplius. De terra orta ſunt, & in terram pariter reuertẽtur. Verba ſunt iſta non cuiuſlibet hominis, ſed ſapientiſſimi Salomonis. Quid eſt igitur homo, niſi lutum & cinis? Hinc enim homo dicit ad Deum: Memento quæſo, q ſicut lutum feceris me, & in puluerem me reduces. Hinc & Deus inquit ad hominem: Puluis es, & in puluerem reuerteris. Comparatus ſum (ait Iob) luto, & aſſimilatus ſum fauillæ & cineri. Lutum efficitur ex aqua & puluere, vtroq; manẽte. Cinis autem fit ex ligno & igne, vtroque deficiẽte. Expreſſum myſterium, ſed alias melius exprimendum, quid ergo lutum ſuperbis? de quo puluis extolleris? vnde cinis gloriaris?

Eccli.3

Homo lutum & cinis. Iob.10

Gen.3 Iob.30

De vitio conceptionis. Cap. III.

AN illud forſan reſpõdebis, quod Adam ipſe fuit de limo terræ formatus, tu autem ex humano ſemine procreatus? At ille fuit formatus de terra ſed virgine, tu vero procreatus de ſemine ſed immundo. Quis enim poteſt facere mũdum de immundo conceptum ſemine? quis eſt homo, vt immaculatus ſit, & iuſtus appareat natus de muliere? Ecce enĩ in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis cõcepit me mater mea. Non in vna tantum iniquitate, non in vno tãtum delicto, ſed in multis iniquitatibus, & in multis delictis. In delictis videlicet & iniquitatibus proprijs. In delictis & iniquitatibus alienis.

Homo de immundo ſemine

Iob.14

Pſal.50

De conceptione infantis. Cap. IIII.

EST enim duplex conceptio: vna ſeminum, & altera naturarum. Prima fit in commiſſis. Secunda fit in contractis. Parentes enim cõmittunt in prima, proles contrahunt in ſecunda. Quis enim neſciat concubitum etiam coniugalem nunquam omnino committi ſine pruritu carnis, ſine feruore luxuriæ, ſine fœtore libidinis? Vnde ſemina concepta fœdãtur, maculantur & vitiantur, ex quibus anima tandem infuſa contrahit labem peccati, maculam culpæ, ſordem iniquitatis. Sicut ex vaſe corrupto liquor infuſus corrumpitur, & pollutum contingens, ex ipſo contactu polluitur. Habet enim anima tres naturales potentias, ſiue tres naturales vires. Ratiõalem, vt diſcernat inter bonum & malum: Iraſcibilem, vt reſpuat malum: Concupiſcibilẽ, vt appetat bonũ. Iſtæ tres vires tribus oppoſitis vitijs originaliter corrumpũtur. Vis rõnalis per ignorantiã, vt nõ diſcernat inter bonũ & malũ. Vis iraſcibilis p iracũdiã, vt reſpuat bonũ. Vis cõcupiſcibilis p concupiſcentiã, vt appetat malũ. Prima gignit delictũ, vltima parit pctm̃, media delictũ generat & pctm̃. Eſt enim delictum nõ facere faciendũ. Pctm̃, agere non agendũ. Hæc tria vitia contrahuntur ex carne corrupta, per tres *naturales illecebras. In carnali quippe commercio, rationis ſopitur intuitus, vt ignorãtia ſeminetur: libidinis irritatur pruritus, vt iracundia propagetur: voluptatis ſatiatur affectus, vt cõcupiſcẽtia cõtrahatur.

Duplex cõceptio.

Tres potẽtiæ ſeu vires animæ

Delictum & peccatũ

carnales

Hic

Hic eſt tyrãnus carnis,lex membrorum, fomes peccati,lãguor naturæ, pabulum mortis,ſine quo nemo naſcitur,ſine quo nullus moritur:qui ſi quando tranſit re atu,ſemper tamen remanet actu.Si enim dixerimus quia peccatum nõ habemus, noſipſos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt.O grauis neceſſitas & infelix cõditio. Antequam peccemus,peccato con ſtringimur:& antequam delinquamus, delicto tenemur.Per hominẽ vnũ pc̃tm̃ in hunc mundum intrauit,& per pc̃tm̃ in omnes homines mors pertranſit. An non patres vuam comederint acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt?

Fomes peccati.

1.Ioan.1

Peccatum originale. Rom.5

Hiere.31 Ezech.18

Quali cibo conceptus nutriatur in utero. Cap. V.

SEd attende quo cibo conceptus nutriatur in vtero. Profecto ſanguine menſtruo,qui ceſſat ex fœmina poſt cõceptum,vt ex eo conceptus nutriatur in fœmina. Qui fertur eſſe tam deteſtabilis & immundus, vt ex eius cõtactu fruges non germinent,areſcant arbuſta, moriantur herbæ,amittant arbores fœtus: & ſi canes inde comederint,in rabiem efferantur.Concepti fœtus vitium ſeminis contrahunt,ita vt leproſi & elephantici ex hac corruptione naſcantur. Vnde ſecundum legem Moſaicam, mulier quæ menſtruum patitur,reputatur immũda. Et ſi quis ad menſtruatam acceſſerit, iubetur interfici. Ac propter immũditiam menſtruorũ præcipitur,vt mulier ſi maſculum pareret quadraginta,ſi vero fœminam,octoginta diebus à templi ceſſaret ingreſſu.

Sanguis menſtruus

Leu.12 Ibid.15

De imbecillitate infantis. Cap. VI.

QVare ergo data eſt miſero lux, & vita ĳs qui ſunt in amaritudine animæ? Felices illi qui moriuntur antequam oriantur. Prius mortem ſentientes,quàm vitam ſcientes. Quidam enim tam deformes & prodigioſi naſcuntur, vt non homines, ſed abominationes potius videantur,quibus forte melius fuiſſet prouiſum ſi nunquam prodĳſſent ad viſum,quoniam vt monſtra mõſtrantur, & oſtenduntur oſtentui. Plerique vero diminuti membris,& ſenſibus corrupti naſcuntur, amicorum triſtitia, parentum infamia,verecundia propinquorum. Quid hoc particulariter dixerim de quibuſdam,quum generaliter omnes ſine ſciẽtia,ſine verbo,ſine virtute naſcamur? Flebiles,debiles,imbecilles,parum à brutis diſtantes, imo minus in multis habentes? Nam illa ſtatim vt orta ſunt, gradiuntur, nos autem non ſolum erecti pedibus non incedimus,verumetiam curuati manibus non reptamus.

Iob.3

Partus mõſtroſi.

Infantia omniũ imbecillitas.

De dolore partus & eiulatu infantis Cap. VII.

OMnes naſcimur eiulantes, vt noſtram miſeriã exprimamus. Maſculus enim recenter natus dicit A, fœmina vero E. Dicẽtes E vel A,quotquot naſcuntur ab Eua. Quid eſt igitur Eua, niſi heu ha? Vtrunque dolentis eſt interiectio, doloris exprimens magnitudinem. Hæc enim ante peccatum Eua virago, poſt peccatum Eua meruit appellari, ex quo ſibi dictum audiuit: In dolore paries. Non eſt enim dolor ſicut parturientis. Vnde Rachel præ nimio dolore partus interĳt, & moriens vocauit nomen filĳ ſui Benoni,id eſt, filium doloris. Vxor Phinees ſubitis doloribus irruentibus peperit ſimul ac perĳt,&in ipſo mortis articulo vocauit filiũ Icabod. Mulier aũt vt naufragus, quum parit,triſtitiam habet,quum vero pepererit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudiũ, quia natus eſt homo in mundum. Concipit ergo cum immunditia & fœtore,parit cum triſtitia & dolore, nutrit cum anguſtia & labore, cuſtodit cum inſtantia & timore.

naturæ

Eua quaſi heu ha.

Gen.3

Gen.35

1.Reg.4

Ioan.16

Miſeria parientis

De nuditate hominis. Cap. VIII.

NVdus egreditur, & nudus regreditur. Pauper accedit,& pauper recedit. Nudus, inquit Iob, egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Nihil intulimus in hunc mũdum, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. Si quis autem indutus ingreditur, attendat quale proferat indumentum. Turpe dictu, turpius auditu, turpiſſimum viſu. Fœdam pelliculam ſanguine cruentatam. Hæc eſt illa maceria,

Iob.1

1.Tim.6

Quale indumentũ partus

Nn ĳ de

Gen. 38 de qua Thamar inquit in partu: Quare
diuiſa eſt propter te maceria? Et ob hanc
cauſam vocauit nomen eius Phares, q̃d
interpretatur diuiſio

Quem fructum homo producit.

Cap. IX.

O Vilis cõditiõis humanę indigni-
tas, o indigna vilitatis humanæ
Fruct⁹ herbarum & arborum. conditio. Herbas & arbores inueſtiga. Il
læ de ſe producunt flores & frondes, &
fructus, & heu tu de te lẽdes & pediculos
& lumbricos. Illæ de ſe fundunt oleum,
vinum & balſamũ, & tu de te ſputum, vri
nã & ſtercus. Illæ de ſe ſpirant ſuauitatẽ
odoris, & tu de te reddis abominationẽ
Matt. 7 & 12 fœtoris. Qualis eſt ergo arbor, talis eſt
fructus. Nõ enim poteſt arbor mala fru
ctus bonos facere. Quid eſt enim homo
Hõ arbor inuerſa. ſcd'm formã, niſi q̃dam arbor inuerſa?
cuius radices ſunt crines, truncus eſt ca-
put cum collo, ſtipes eſt pectus cũ aluo,
rami ſunt ilia cum tibijs, frondes ſunt di
Iob. 13 giti cum articulis. Hoc eſt folium quod
à vento rapitur, & ſtipula quæ à ſole ſic-
catur.

De incommodis ſenectutis & breuitate uitæ hominis.

Cap. X.

IN primordio conditionis humanæ
Gen. 5 noningentis annis & amplius homi
Breuitas vitæ. nes vixiſſe legũtur, ſed paulatim vita ho
Gen. 6 minis declinãte dixit dominus ad Noe:
Non permanebit ſpiritus meus in homi
ne in ęternum, qa caro eſt. Eruntq; dies
illius cẽtum viginti annorum. Quod in
telligi poteſt tam de termino vitæ, quam
de ſpacio pœnitendi. Ex tunc enim rariſ
ſime leguntur homines plus vixiſſe, ſed
cum magis ac magis vita reciderettur hu
Pſal. 89 mana, dictum eſt à Pſalmiſta: Dies anno
rum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta an-
ni. Si autem in potentatibus octoginta
anni, & amplius eorum labor & dolor.
Iob. 10 Nonne autem paucitas dierum meorũ fi
Ibid. 7 nietur breui tempore? Dies noſtri veloci
us tranſeunt quam à texente tela ſuccidi
Ibid. 13 tur. Homo natus de muliere breui viuẽs
tempore repletur multis miſerijs, qui q̃-
ſi flos egreditur & conteritur, & fugit ve
lut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu
permanet. Pauci enim nũc ad quadragin
ta, pauciſſimi ad ſexaginta ãnos perueniũt.

De incommodis ſenectutis.

Cap. XI.

SI quis autem ad ſenectutem proceſſe Gregori⁹
rit, ſtatim cor eius affligitur, & ca-
put concutitur, languet ſpiritus, & fœtet
anhelitus, facies rugatur, & ſtatura cur-
uatur, caligant oculi, & vacillant articu-
li, nares effluunt, & crines defluunt, tre-
mit tactus, & deperit actus, dẽtes putre-
ſcũt, & aures ſurdeſcunt. Senex facile p-
uocatur, difficile reuocatur, cito credit, et
tarde diſcredit, tenax & cupidus, triſtis,
& querulus, velox ad loquẽdum, tardus
ad audiendum, ſed nõ tardus ad irã, lau-
dat antiquos, ſpernit modernos, vitupe-
rat præſens, cõmendat præteritum, ſuſpi
rat & anxiatur, torpet & infirmatur. Au
di Horatium Poetam: Multa ſenem cir- Horatius
cumueniunt incommoda. Porro nec ſe-
nes contra iuuenem glorietur, nec inſo-
leſcant iuuenes cõtra ſenem, quia quod
ſumus iſte fuit, erimus quandoq; quod
hic eſt.

De labore mortalium. Cap. XII.

AVis ergo naſcitur ad volandum, Iob. 5
& homo naſcitur ad laborẽ. Cun
cti dies eius laboribus & ærumnis pleni
ſunt, nec per noctẽ requieſcit mens eius.
Et quid hoc eſt niſi vanitas? Non eſt quiſ
quã ſine labore ſub ſole, non eſt ſine de-
fectu ſub luna, non eſt ſine vanitate ſub
tempore. Tempus eſt *mora rerum mu- motus
tabilium. Vanitas vanitatum, inquit Ec- Eccle. 1
cleſiaſtes, & omnia vanitas. O quàm va-
ria ſunt ſtudia hominum, q̃ diuerſa ſunt
exercitia. Vnus eſt tamen omnium finis,
& idem effectus, labor & afflictio ſpũs.
Occupatio magna creata eſt omibus ho Eccle. 40
minibus, & iugũ graue ſuper filios Adã,
à die exitus de ventre matris eoꝝ, vſq; in
diem ſepulturæ in matrem omnium.

De ſtudio ſapientum. Cap. XIII.

PErſcrutentur ſapientes, inueſtigẽt
alta cœli, lata terræ, profunda ma-
ris, & de ſingulis diſputent, de cũctis per
tractent, diſcant ſemper aut doceant. Et
quid ex hac occupatione niſi laborem et
dolorem & afflictionem ſpũs inuenient?
Nouerat hoc experimento qui dixerat:
Dedi cor meũ vt ſcirem prudentiam atq; Eccls. 1
doctrinam, errores & ſtultitiam, & agno
ui quod eſſet labor & afflictio ſpiritus,
eo quod

eo quod in multa ſapientia multa ſit in-
gnatio, & qui addit ſcientiam, addit do-
lorem. Licet enim oporteat indagantem
& multis inſudare vigilijs, & inuigilare
laboribus & ſudoribus, vix tamen eſt q̄c
quam tam vile, vix eſt tam facile quod ad
plenum intelligat homo, comprehendat
que ad liquidum, niſi forſan illud perfe-
Nihil per fecte ſcit. ćte ſciatur, q̄d nihil ſcitur perfećte, quan
quam ex hoc inſolubilis redargutio cō-
ſequatur. Quinimo corpus quod corrū-
pitur aggrauat animam, & deprimit ter-
rena inhabitatio ſenſum multa cogitan-
tem. Audi q̄d ſuper hoc ſentiat Salomō:
Sap. 9 Cunćtę res difficiles, non poteſt eas ho-
Eccle. 8 mo explicare ſermone. Eſt homo qui di
ebus ac noćtibus ſomnū non capit ocu
lis, & nullam operum Dei poteſt inueni
Ibid. 8 re rationem. Et quanto plus laborauerit
ad quærendum, tāto minus inueniet. De
Pſal. 63 ficiunt ergo ſcrutantes ſcrutinio, quoni
am accedet homo ad cor altum, & exal-
Pro. 25 tabitur Deus. Perſcrutator enim maieſta
tis opprimetur à gloria. Qui enī magis
intelligit, magis dubitat, & ille videtur ſi
bi plus ſapere, q̄ plus deſipit. Ergo pars
Eccle. 9 ſcientiæ eſt ſcire quod neſciat. Fecit autē
Deus hominem rećtum, & ipſe ſe infini-
tis immiſcuit quæſtionibus.

De varijs ſtudijs hominum.

Cap. XIIII.

CVrrunt & diſcurrunt mortales per
ſepes & ſemitas, aſcēdunt montes,
tranſcendunt colles, tranſuolant rupes,
peruolant alpes, tranſgrediūtur foueas,
ingrediuntur cauernas, rimantur viſce-
ra terræ, profunda maris, incerta flumi-
nis, opaca nemoris, inuia ſolitudinis, ex
ponunt ſe ventis, & imbribus, tonitruis
& fulminibus, flućtibus & procellis, rui
nis & præcipitijs. Metalla cudunt & con
flant, lapides ſculpunt & poliunt, ligna
ſuccidunt & dolant, telas ordiūtur & te-
xunt, veſtes incidunt & conſuunt, ædifi
cant domos, plantant hortos, excolunt
agros, paſtinant vineas, ſuccendunt cli-
banos, extruunt molendina, piſcantur,
venantur & aucupantur. Meditantur &
cogitant, cōſiliantur & ordinant, queru-
lantur & litigant, diripiunt & furantur,
decipiunt & mercantur, contendunt &
præliantur: & innumera talia faciunt, vt
opes congerant, vt quæſtus multiplicēt,
vt lucra ſećtent, vt honores acquirant, vt
dignitates extollāt, vt ptātes extendant,
& hęc q̄q; labor & mentis afflićtio. Si mi
hi nō creditur, Salomoni credat: Magni
ficaui, inquit, opera mea: Aedificaui mi- Eccl. 2
hi domos, & plantaui mihi vineas, feci
hortos & pomaria, conſeui ea cunćti ge-
neris arboribus, extruxi mihi piſcinas
aquarum vt irrigarem ſyluam lignorum
germinantium, poſſedi ſeruos & ancil-
las, multamq; familiam habui, armenta
quoq; & magnos ouiū greges, vltra om
nes qui fuerant ante me in Hieruſalem.
Coaceruaui mihi aurum & argentum, et
ſubſtantias regum & prouinciarum. Fe-
ci mihi cantores & cantatrices, & delici-
as filiorum hominum, ſciphos & vrceo-
los in miniſterio ad vina fundenda, & ſu
pergreſſus ſum opibus omnes qui ante
me fuerunt in Hieruſalem. Cumque me
cōuertiſſem ad vniuerſa quæ fecerāt ma-
nus meę, & ad labores quibus fruſtra in
ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem
& afflićtionem animi, & nihil permane-
re ſub ſole.

De diuerſis anxietatibus.

Cap. XV.

O Quāta mortales angit anxietas,
affligit cura, ſolicitudo moleſtat,
metus exterret, tremor concutit, horror
abducit, dolor affligit, conturbat triſti-
tia, contriſtat perturbatio. Pauper & diues, tribulatiō
ſeruus & dominus, coniugatus & conti
nens, deniq; bonus & malus, om̄es mun
danis cruciatibus affliguntur, & munda
nis afflićtionibus cruciantur. Experto
crede magiſtro. Si impius (inquit) fuero, Iob. 10
væ mihi eſt. Et ſi iuſtus, non leuabo ca-
put ſaturatus afflićtione & miſeria.

De miſeria diuitis & pauperis.

Cap. XVI.

PAupres enim premuntur inedia, Miſeria
cruciantur ærumna, fame, ſiti, fri- pauperis.
gore, nuditate, vileſcunt, tabeſcunt, ſper-
nuntur, & confunduntur. O miſerabilis
mendicantis conditiō, & ſi petit, pudore
confunditur, & ſi non petit, egeſtate con
ſumitur, ſed vt mēdicet, neceſſitate com-
pellitur. Deum cauſatur iniquum, quod
non rećte diuidat. Proximum crimina-
tur malignum, quod non plene ſubueni

Nn iij at, Indi-

at. Indignatur, murmurat, imprecatur.
Aduerte ſuper hoc ſententiam Sapiētis:
Melius eſt (inquit) mori quàm indige-
re. Etiam proximo ſuo pauper odioſus
erit. Omnes dies pauperis mali, fratres
hominis pauperis oderunt eum. Inſuper
& amici procul receſſerunt ab eo: quia
quum fueris felix, multos numerabis a-
Ouidius micos. Tempora ſi fuerint nubila, ſolus
eris. Proh pudor ſecundum fortunā ex-
iſtimatur perſona, quum potius ſecun-
dum perſonam æſtimanda ſit fortuna.
Tam bonus reputatur quā diues, tā ma-
lus q̄ pauper, cū potius tā diues ſit repu-
Miſeria diuitis tādus q̄ bonus, tam pauper q̄ malus. Di-
ues autem à ſuperfluitate reſoluitur, & ia
ctantia effrenatur, currit ad libitum, &
corruit ad illicitum. Etiam fiunt inſtru-
menta pœnæ, q̄ fuerāt oblectamēta cul
pæ. Labor in acqrendo, timor in poſſi
dēdo, dolor in amittēdo, mentē eius ſem
Mat. 6 per fatigat, ſolicitat & affligit. Vbi enim
eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuū. Sed
de hoc in ſequētibus plenius dicemus.

De miſeria ſeruorum & dominorum. Ca. XVII.

Miſeria ſerui SEruus miniſtrat, minis terretur, an-
garijs fatigatur, plagis affligitur, o-
pibus ſpoliatur: quod ſi non habet, habe
re compellitur, & ſi habet, cogitur non
habere. Culpa domini, ſerui pœna: cul-
Horatius pa ſerui, domini præda. Quicquid deli-
rant reges plectuntur Achiui. Venatio
Eccl. 13 leonis onager in eremo, ſic & paſcua
diuitum pauperes. O extrema conditio
ſeruitutis. Natura liberos genuit, ſed for
tuna ſeruos cōſtituit. Seruus cogitur pa
ti, & nemo ſinitur compati: dolere com-
pellitur, & nemo condolere permittitur.
Sic ipſe non ſuus eſt, vt nemo ſit ſibi. Mi
ſeri qui caſtra ſequuntur, quia miſerum
Miſeria domini eſt viuere aliena præda. Dominū autem
ſi crudelis eſt, oportet vereri propter ne-
quitiam ſubiectorum. Si mitis eſt, cōtin
git illum contemni propter inſolētiam
ſubiectorum. Seuerum ergo metus affli
git, manſuetum vilitas paruipēdit. Nam
crudelitas parit odium, & familiaritas
parit contemptum. Familiaris enim cu-
ra fatigat, & domeſtica ſolicitudo mole
ſtat. Oportet enim eum ſemper eſſe para
tum, vbique munitum, vt poſſit inſidias
malignantium præcauere, oppugnanti-
um iniurias propulſare, hoſtes contere-
re, ciues tueri. Nec ſufficit diei malitia
ſua, ſed dies diei laborē eructat, & nox
nocti ſolicitudinem indicat. Dies ergo
laborioſi ducuntur, & noctes expendun
tur inſomnes.

De miſeria continentis & coniugati.

Cap. XVIII.

SI poteſt ignis non vrere, poteſt caro Concupiſcentia carnis.
non concupiſcere, quia quantūcun Pugnatur
que expunietur; nunquam tamen Iebuſæ Horatius.
us ille poteſt expelli. Naturam expellas
furca tamē vſq; recurret. Non omnes (in
quit) capiūt verbum iſtud, ſed qui poteſt Matt. 19
capere capiat. Vnde quum Deus ipſe de
certis pontificalibus indumētis iuſſiſſet, Exo. 28
vt Moyſes & Aaron filios ſuos veſtirēt;
de ſolis fœminalibus non præcepit, ſed
ait, vt ipſi fœminalibus vterentur, cum
ingrederētur tabernaculum teſtimonij.
Sed & Apoſtolus dicit: Nolite fraudare 1. Cor. 7
inuicem, niſi forte ex cōſenſu ad tēpus,
vt vacetis orationi, & iterum reuertimi-
ni in idipſum: ne tentet vos Satanas pro-
ter incontinentiam veſtram. Melius eſt
enim nubere, quam vri. Pugnat ergo cō-
tra continentiam angelus Satanæ, q car Suggeſtio diaboli.
naliter ſtimulat & grauiter colaphizat,
ignem naturæ flatu ſuggeſtionis ſuccen
dit, materiam apponit, facultatem tribu
it, & opportunitatem miniſtrat. Pugnat
etiam, & ſpecies quæ ſubito viſa eſt, faci-
le concupiſcitur. Vnde cum Dauid poſt
meridiē deambularet in palatio domus 2. Reg. 11
regiæ, videns ex aduerſo Berſabee ſe la-
uātem, miſit & tulit eam & dormiuit cū
ea, erat enim mulier pulchra nimis. Por-
ro qui cū vxore eſt, ſolicitus eſt quę ſunt
mundi & diuiſus eſt. Diſtrahitur enī per Miſeria coniugati.
multas anguſtias & in ſolicitudines vari 1. Cor. 7
as diſſecatur, vt filijs & vxori, famulis & Moleſtia
ancillis neceſſaria quærat & ſubminiſtret. ab vxore.
Tribulationes ergo carnis habēt huiuſ-
modi. Vxor contendit habere precio-
ſum ornamentum, & variam ſuppelle- ornatum
ctilem, vt pluris ſæpe ſit cultus quam cen
ſus mariti: alioquin per noctes & dies
plangit & ſuſpirat, garrit & murmurat.
Tria ſunt enim quæ non ſinunt homi-
nem in domo permanere, Fumus, ſtil- Pro. 28
licidium, & mala vxor. Illa (inquit) or-
natior procedit, & ab omnibus honora
tur, ego autē miſerrima in conuentu mu-
lierum ſola deſpicior, à cunctis conte-
mnor.

mnor. Sola vult diligi, ſola laudari, alteri
us amorē ſuum aſſerit odiū, alterius lau-
Hierony. aduerſus Iouinianū ſpeciale dem ſuum ſuſpicatur dedecus. Amandū
eſt omne quod diligit, odiendum eſt om
ne, quod odit. Vincere vult, ſed vinci nō
valet. Famulari non patitur, ſed domina
ri molitur. Cuncta vult poſſe, nulla non
poſſe. Si pulchra fuerit, facile adamatur:
ſi fœda, non facile concupiſcitur. Sed dif
ficile cuſtoditur, quod à multis diligitur:
& moleſtum eſt poſſidere, quod nemo di
gnatur habere. Alius forma, alius inge-
nio, alius facetijs, alius liberalitate ſolici-
tat: & ex aliqua parte capitur, quod vndi
alias laceſſitur. que inceſſitur. Equus & aſinus, bos & ca
nis, veſtis & lectulus, calix etiam & vrceo
lus prius probātur, poſtea comparantur.
Sponſa vero vix tandem oſtenditur, ne
prius diſpliceat quam ducatur, qualicun
que tamē caſu obuenerit, ſemper eſt ha-
aſs neceſſario benda. Si fœda, ſi fœtida, ſi ægra, ſi fatua,
ſi ſuperba, ſi iracunda, ſi quolibet modo
Vxor dimitti non poteſt niſi propter adulteriū vitioſa, niſi propter ſolam fornicatiōem,
non poteſt vxor à viro dimitti. Sed nec
dimittens poteſt aliam ducere, nec dimiſ
ſa alij poteſt copulari. Nam quicunque
Mat. 5 dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornica-
tionis cauſam, facit eam mœchari, & qui
1. Cor. 7 dimiſſam duxerit, mœchatur. Quod ſi v-
xor à viro diſceſſerit, manere debet innu
pta aut viro ſuo reconciliari. Similiter &
vir, ſi diſceſſerit ab vxore. Graue nimis ē
Pro. 18 pondus coniugij. Nam (vt inquit Salo-
mon) Stultus eſt & impius eſt, qui tenet
adulteram, & patronus eſt turpitudinis,
qui celat crimen vxoris. Si verò dimittit
adulteram, abſque ſui culpa punitur, quo
niam illa viuente cogitur continere, pro
pter quod & diſcipuli Chriſti dixerunt,
Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non
Mat. 19 expedit nubere. Quis vnquam ęquanimi
ter potuit ſuſtinere riualem? Sola ſuſpi-
Gen. 2 cio zelotypum vehemēter affligit. Nam
licet ſcriptum ſit, Erūt duo in carne vna:
zelus tamen viri duos in vna carne non
patitur.

De miſeria bonorum & malorum.

Caput XIX.

NOn eſt impijs gaudere, dicit domi
Miſeria malorum. Eſa. 48 & 57 nus, quia per quæ peccat homo,
per hæc & torquetur: vermis enim con-
ſcientiæ nunquam moritur, & ignis
rationis nunquam extinguitur. Vidi alias tentoris. Ibid. 6
enim eos qui operantur iniquitatem, &
ſeminant dolores, & metunt eos, flante
Deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe con-
ſumptos. Superbia inflat, inuidia rodit, Iob. 4
auaritia ſtimulat, ira ſuccendit, angit gu-
la, diſſoluit luxuria, ligat mendaciū, ma-
culat homicidium. Sic & cætera porten-
ta vitiorum, & quæ ſunt homini oblecta
menta peccandi, Deo ſunt inſtrumenta
puniendi. Inuidus alterius rebus marce Horatius
ſcit opimis. Sed inuidia Siculi nō inuene
re tyranni tormentum maius. Vitium. n.
corrumpit naturam, Apoſtolo teſtante, Vitiū corrumpit naturam. n
qui ait: Quia euanuerunt in cogitationi-
bus ſuis, obſcuratum eſt inſipiens cor eo Rom. 1
rum. Propter quod Deus tradidit illos
in deſideria cordis eorum, in immunditi
am, vt contumelijs afficiant corpora ſua,
& ſicut reprobauerunt Deum habere in
notitia, ita tradidit eos Deus in reprobū
ſenſum, vt faciant ea quę non conueniūt.
Sed & qui pie viuere volunt in Chriſto, Miſeria
perſequutionem patiuntur. Sācti nanq; bonorū,
ludibria & vērbera experti, inſuper & vin 2. Tim. 3
cula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, Heb. 11
tentati ſunt, in occiſione gladij mortui
ſunt pro domino. Circuierunt in melo-
tis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtia
ti, afflicti, quibus dignus non erat mun-
dus. In ſolitudinibus errantes, & in mon 2. Cor. 11
tibus, in ſpeluncis & in cauernis terrę, pe
riculis fluminum, periculis latronum, pe
riculis ex genere, periculis ex gentibus,
periculis in ciuitate, periculis ex falſis fra
tribus. In labore & ærūna, in vigilijs mul
tis, in fame & ſiti, in anguſtijs multis, in
frigore & nuditate. Iuſtus enim abnegat
ſemetipſum, crucifigens membra ſua cū Luc. 9 Gal. 5
vitijs & concupiſcentijs, vt ſibi mundus Heb. 13.
crucifixus ſit, & ipſe mundo. Non habet Iuſti i mūdo tanquā
hic manentem ciuitatem, ſed futuram in in exilio
quirit, Suſtinet ſeculum tanquam exiliū, ſunt.
clauſus in corpore tāquam in carcere. In
cola, inquit, ego ſum in terra, & peregri- pſal. 118
nus ſicut omnes patres mei. Remitte mi
hi vt refrigerer, priuſquam abeam, & am
plius non ero. Heu mihi quia incolatus
meus prolongatus eſt, habitaui cum ha- pſal. 38
bitantibus Cedar, multum incola fuit a- pſal. 119
nima mea. Quis infirmat, & ego non in-
firmor? Quis ſcandalizat, & ego nō vror? 2. Cor. 11
Nā peccata proximorū frixoria ſunt in-

 ſto-

ſtorum, Hoc eſt irriguum, quod Caleph
Ioſ.15 Axæ filiæ ſuæ dedit in dotem.

De hoſtibus hominis.

Cap. XX

Iob.7 Militia ergo eſt vita hominis ſuper terram. An non vera militia eſt, cũ multiplices hoſtes ſemper vndique inſidientur vt capiant, perſequantur vt perimant, dæmon & homo, mundus & caro.

Quatuor hoſtes hominis, dæmon, homo, mundus, caro.

Dæmon cum vitijs & cõcupiſcentijs, homo cum beſtijs, mundus cum elementis, caro cum ſenſibus. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem ad
Gal.5
uerſus carnem. Verum non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed
Ephe.6
aduerſus ſpũalia nequitiæ in cœleſtibus, aduerſus rectores tenebrarum harũ. Aduerſarius enim veſter diabolus, tãquam
1.Pet.5
leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Accenduntur ignea tela nequiſſimi. Mors ingreditur per feneſtras, oculus
Hiere.9
animam deprædatur, pugnat orbis ter-
Thren.3
rarũ contra inſenſatos. Gens contra gen-
Sap.5
tẽ, & regnum aduerſus regnum, & terræ
Luc.21
motus magni erũt p loca, peſtilẽtiæ & fames, terroreſq; de cœlo & tẽpeſtates. Terra producit ſpinas & tribulos, aqua procellas & fluctus. Aer tempeſtates & tonitrua, Ignis coruſcationes & fulgura. Maledicta, inquit, terra in opere tuo, ſpinas &
Gen.3
tribulos germinabit tibi. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terrã, q̃a terra es, & in terrã ibis: Inſidiatus eſt eũ aper de ſylua, & ſingularis
Pſal.79
ferus depaſtatus eſt eum. Lupus & vrſus, pardus & leo, tigris & onager, crocodilus & gryphus, ſerpens & coluber, baſiliſcus & aſpis, ceraſtes & draco, ſcorpiones
Beſtiæ hoſtiles.
Hiere.5
& viperæ: Sed & lendes & pediculi, formicæ & pulices, cyniphes & muſcæ, crabrones & veſpę, piſces & volucres. Nam
Gen.1
qui creati fuimus, vt dñaremur piſcibus maris & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quę mouentur in terra, hũc illis damur in prædam, & in eſcam eis tribuimur. Scriptum eſt enim: Dentes be-
Deut.32
ſtiarum mittam in eos, cum furore trahẽtium ſuper terram atque ſerpentium.

De carcere animæ, quod eſt corpus.

Caput XXI.

Rom.7
INfelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Certe non vult educi de carcere, qui non vult exire de corpore. Nã carcer animæ corpus eſt. De quo Pſalmiſta: Educ de carcere ani-
Pſal.141
mam meam. Nuſquam quies & tranquillitas, nuſquam pax nec ſecuritas, vbique timor & tremor, vbique labor & dolor. Caro dum viuit dolebit & anima ſuper ſemetipſam lugebit.

De breui lætitia hominis.

Caput XXII.

Quis vnquam vel vnicũ diem totũ duxit in ſua delectatione iocundũ, quem in aliqua parte diei reatus conſcientiæ, vel impetus iræ, vel motus cõcupiſcentiæ nõ turbauerit? Quem liuor inuidiæ vel ardor auaritiæ, vel tumor ſuperbiæ non vexauerit, quem aliqua iactura, vel offenſa, vel paſſio, non commouerit, quẽ deniq; viſus, vel auditus, vel actus aliquis non offẽderit? Rara auis in terris nigroq; ſimillima cygno. Audi ſup hoc ſententiam ſapientis: A mane vſq; ad veſperam immutabitur tempus. Cogitationes vanę ſibi ſuccedunt, & mens rapitur in diuerſa. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.

Null' dies eſt in plena lætitia.

De inopinato dolore.

Caput XXIII.

SEmper enim mundanæ lætitiæ triſtitia repentina ſuccedit. Et quod incipit à gaudio, deſinit in mœrore. Mundana quippe felicitas multis amaritudinibus eſt reſperſa. Nouerat hoc q dixerat:
Prou.14
Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Experti ſunt hoc liberi Iob, qui cum comederent & biberẽt vi-
Iob 1
num in domo fratris ſui primogeniti, repente vehemens ventus irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens vniuerſos oppreſſit. Merito ergo pater aiebat: Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Melius eſt enim ire ad domum luctus, quã ad domum cõuiuij. Attende ſalubre conſilium: In die bonorũ nõ immemor ſis malorũ. Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

Humanæ lætitiæ comes dolor.

De uicinitate mortis.
Caput XXIIII.

ſemp̄ morimur. SEmper vltimus dies primus, & nun
quam primus dies vltimus reputa-
tur. Cum tamē ita ſemper viuere deceat,
Eccli, 14 tanquam mori ſemper oporteat. Scriptū
eſt enim: Memor eſto, quia mors nō tar-
dat. Tempus præterit, & mors appropin
quat. Mille anni ante oculos morientis,
tanquam dies heſterna, quæ præterijt. Sē
per enim futura naſcuntur, ſemper præ-
ſentia moriuntur, & quicquid eſt prçteri
vita mortalis eſt mors viuens. tum, eſt mortuum totum. Morimur e-
nim dum viuimus ſemper, & tunc tantū
deſinimus mori, cum deſinimus viuere.
Melius eſt ergo mori vitæ, quam viuere
Eccli. 4 morti. Quia nihil eſt vita mortalis, niſi
mors viuēs. Vnde Salomō: Laudaui ma
gis mortuos quam viuentes, & vtroque
feliciorem iudicaui qui necdum natus
eſt. Vita velociter fugit, & retineri non
poteſt: mors autem inſtanter occurrit, &
impediri non valet, hoc eſt illud mirabi-
le, quod quāto plus creſcit, tanto magis
decreſcit: Quia quāto plus vita procedit,
tanto magis ad finem accedit.

De terrore ſomniorum.
Caput XXV.

TEmpus quod quieti cōceſſum eſt,
non conceditur eſſe quietum: nam
veras terror ex falſis ſomnijs. terrent ſomnia, viſiones conturbant. Et
licet non ſint in veritate triſtia, vel terri-
bilia, ſeu laborioſa, quæ ſomniant ſomni
antes, tamen in veritate triſtantur, terren
tur & fatigantur, in tantum vt aliquan-
do dormientes lachrymentur, & euigilā
tes ſæpiſſime conturbentur. Si vero iucū
dum quid viderint, nihilominus euigilā
tes triſtarentur, tāquam illud amiſerint.
Aduerte qd ſuper hoc dicat Eliphas The
manites: In horrore viſionis nocturnæ,
cum ſolet ſopor occupare homines, pa-
uor tenuit me & tremor, & oīa oſſa mea
perterrita ſunt, & cum ſpiritus me p̄ſente
trāſiret, inhorruerūt pili carnis meæ. Cō
Ibid. 7 ſidera Iob dicētem: Si dixero, conſolabi
tur me lectus meus, & releuabor loquēs
mecū in ſtratu meo, terrebis me per ſom
Dan. 2 nia, & p viſiones horrore concuties. Na-
buchodonoſor ſomniū vidit q̄d eū val-
de pterruit, & viſiones capitis eius cōtur-
bauerunt eū. Multas curas ſequūt ſom-
nia, & vbi multa ſomnia, vanitates pluri-
mç. Multos errare fecerūt ſomnia, & exci
derūt ſperātes in illis. Apparēt eñ frequē Illuſiones nocturnæ
ter turpes in ſomnijs imagines, ex qui-
bus per illuſiones nocturnas non ſolum
caro poluitur, ſed anima quoque macu-
latur. Vnde dominus in Leuitico: Si ſit, in Leuit. 15
quit, inter vos homo qui pollutus ſit in
nocturno ſomno, extra caſtra egrediat,
& non reuertatur priuſquam ad veſpē-
rum lauetur aqua, & poſt ſolis occaſum
regrediatur in caſtra.

De compaſſione amicorum.
Caput XXVI.

O Quāto dolore turbamur, quanto Condolere amicis.
tremore concutimur, cum amico
rum damna ſentimus, & parentum peri-
cula formidamus? Plus interdum ſanus
in formidine, quam infirmus ęgritudine
perturbatur. Plus hic voluntarius affe-
ctu doloris, quam inuitus effectu lāguo
ris affligitur. Verum eſt illud poeticum,
Res eſt ſoliciti plena timoris amor. Cu- Ouidius.
ius pectus tā ferrum, cuius cor tam lapi
deum, vt gemitus non exprimat, lachry-
mas non effundat, cum proximi vel ami
ci morbum vel interitum intuetur, vt pa mortem
tiēti non cōpatiatur, & dolenti non con
doleat? Ipſe Ieſus quum vidiſſet Mariam
& Iudæos, qui cum ea venerant ad mo-
numētum, plorantes, infremuit ſpiritu,
turbauit ſemetipſum, & lachrymatus
eſt, forſitā non quia mortuus eſt, ſed eo
potius, quia mortuum ad vitæ miſerias
reuocauit. Sciat autem ſe culpabiliter du
rum & dure culpabilem, qui corporalem Magis animæ quam corporis mors deflenda.
amici ſui mortem deplorat, & ſpiritualē
animæ ſuo mortem non defleat.

De ſubitis infortunijs.
Caput XXVII.

SVbito cum non ſuſpicatur, infortu-
nium accidit, calamitas irruit, mor-
bus inuadit, mors intercipit, quam nul aſs quis
lus euadit. Ergo ne glorieris in craſtinū,
ignorans quid ſuperuentura pariat dies.
Neſcit homo finē ſuum, ſed ſicut piſces Pro. 27 Eccli. 3
capiuntur hamo, & ſicut aues compre-
henduntur laqueo, ſic capiuntur homi
nes in tempore malo, cum eis extemplo
ſuperuenerint.

De

De innumerabilibus ſpeciebus ægritudinum.

Caput XXVIII.

NOndum à ſeculis tot ægritudinū genera, tot paſſionū ſpecies, phyſicalis induſtria potuit indagare, quot humana fragilitas potuit tolerare. Tolerabilem dixerim intolerantiam morborum, aut intolerabilem dixerim tolerantiam: Melius eſt vt vtrunq; coniunxerim. Nā intolerabile eſt propter paſſionis acerbitatem, & torabile propter patiēdi neceſſitatem: de die in diem magis ac magis humana natura corrumpitur. Ita quod plurima fuerunt olim experimēta ſalubria, quæ propter defectum ipſius hodie ſunt mortifera. Senuit iam mundus vterque, ſcilicet macrocoſmus, & microcoſmus, id eſt, maior mūdus & minor mūdus. Et quanto prolixius vtriuſque ſenectus producitur, tanto deterius vtriuſque natura perturbatur.

Intolerabilis tolerātia.

Senectus vtriuſque mundi.

De diuerſis generibus tormentorum. Caput XXIX.

QVid dicam de miſeris, qui per innumerabilia tormentorum genera puniuntur? Cæduntur fuſtibus, & gladijs iugulantur, cremantur flammis, & lapidibus obruuntur, diſcerpuntur vngulis, & patibulis ſuſpenduntur, torquentur* tigribus, & ſcorpionibus flagellant, artantur vinculis, & laqueis ſtrangulantur, detruduntur carceribus, & ieiunijs macerantur, præcipitantur & ſubmergū tur, excoriantur & diſtrahuntur, ſecantur & ſuffodiūtur. Qui ad mortē, ad mortē: qui ad gladiū, ad gladiū, q ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Crudele iudicium, immane ſupplicium, triſte ſpectaculum, dantur in eſcam volatilibus cœli, beſtijs terræ, & piſcibus maris. Heu heu heu miſerę matres quæ tam infelices genuiſtis filios.

*al. vngulibus. Equuleos dicit, quales boues gnei ſunt

Hier. 15

De quodam horrendo facinore, ſcilicet quod quedam mulier comedit infantem ſuum.

Caput XXX.

ILlud igitur horribile facinus libet reminiſci, quod Ioſephus de Iudaica obſidione deſcribit: Mulier quædam facultatibus & genere nobilis cū cætera multitudine quæ confluxerat Hieroſolymā communem cum omnibus obſidionis caſum ferebat. Huius reliquas facultates, quas de domo in vrbem conuexerat, tyranni penitus inuaſerunt. Si quid vero relictum ex magnis opibus fuerat, quo victum quotidianum pertenuem duceret, irruentes per momenta ſatellites prædonum rapiebant, pro quo ingens labor mulierem ex indignatiōe quadam velut inſania fatigabat, ita vt interdum prædones in necem ſui maledictis & conuitijs inſtigaret. Verum quum nec irritatus quiſquam nec miſeratus illam perimeret, & ſi quid forte fuiſſet cibi quæſitum ab illa, id ab alijs quærerctur, nec iā fieret vſquā copia requirendi, Fames autem dira dū viſceribus inſiſteret ac medullis, & ad furorē iam famis inedia perurgeretur, peſſimis vſa eſt concilijs, & contra ipſa naturæ iura iam armatur. Erat enim ei ſub vberibus paruulus filius, quem ante oculos ferens, infelicis, inquit, matris es. O infelicior fili, in bello fame ac dereptione prædonum cui te reſeruabo? Nam & ſi poſſet vita ſperari, iugo tamen Romanæ ſeruitutis* vrgeberis. Veni ergo nunc o mi nate, eſto matri cibus, prædonibus furor, ſeculis fabula, quæ ſola deerat cladibus Iudæorum. Et cum hoc dixiſſet, protinus filium iugulauit, eum deinde igni appoſito torret, & medium quidem conſumit, medium ſeruat obtectum. Et ecce ſtatim prædones irruerunt ambuſtæ carnis odore ſuſcepto, mortem minantur niſi cibos ſine mora quos paratos ſenſerant demonſtraret. Tunc illa inquit: Partem vobis optimam reſeruaui, & continuo quæ ſuperfuerant membra retexit infantis. At illos repente ingens horror inuaſit, membraq; eorum diriguere, & quaſi animi duricie vox eorum eſt faucibus intercluſa. Illa vero truci vultu & ipſis prædonibus truculentior, meus, inquit, eſt partus, meus eſt filius, meum eſt facinus, edite, nam ego prior edi quem genui. Nolite vos effici aut matre religioſiores, aut fœmina molliores, q̄d ſi vos pietas vincit, meos execramini cibos, q iam talibus paſta ſum, ego iterum his paſcar. Poſt hæc illi territi contrementeſq; diſcedunt, qui hunc ſolum ex omnibus facultatibus cibum miſeræ matri reliquerunt.

Ioſeph.º de bello Iudaico. Lib 7. c. 13

*al. vrgeor

Quod

Quod quandoque punitur innocens, & nocens abſoluitur. Cap. XXXI.

NEmo ſe confidat expertem à pœna, qui ſe nouit immunem à culpa. Qui ſtat, videat ne cadat. Nam ſæpe innocens damnatur, & nocens abſoluitur: plus punitur, & honoratur impius: Ieſus crucifigitur, & Barrabas liberatur. Hodie vir iuſtus & quietus inutilis, vir religioſus hypocrita, vir ſimplex fatuus reputatur. Deridetur enim iuſti ſimplicitas. Lãpas contempta apud cogitatiões diuitũ.

[Rom. 11] [Rom. 12]

LIBRI PRIMI FINIS.

DE MISERIA HVMANÆ CONDITIONIS, LIBER SECVNdus, determinans de culpabili humanæ conuerſionis progreſſu.

Quænam ſoleant homines communiter affectare. Cap. I.

TRia maxime ſolẽt homines affectare: Opes, voluptates, honores. De opibus praua, de voluptatibus turpia, de honoribus vana pcedũt. Hinc enim Ioannes apoſtolus ait: Nolite diligere mundum, neque eſt quæ in mundo ſunt: quia quicquid eſt in mundo, eſt cõcupiſcentia carnis & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Concupiſcentia carnis ad voluptates, concupiſcentia oculorum ad opes, ſuperbia vitæ pertinet ad honores. Opes generant cupiditates & auaritiam: voluptates pariunt gulam, & luxuriam: honores nutriunt ſuperbiam, & iactantiam.

[Tria deſiderantur præcipue, opes, voluptates, honores.] [Ioan. 2]

De cupiditate. Cap. II.

NIhil eſt igitur auaro ſceleſtius, & nihil iniquus, q̃ amare pecuniam. Verbũ eſt ſapientis, q̊d cõfirmat Apoſtolus, dicẽs: Qui volũt diuites fieri, incidũt in tentationẽ, & in laqueũ diaboli, & in deſideria multa, & inutilia & nociua, quę mergũt hoĩem in interitũ & perditioẽm. Radix enim omnium malorũ eſt cupiditas, hæc ſacrilegia cõmittit & furta, rapinas exercet & pręđas, bella gerit & homicidia, Simoniacе vẽdit & emit, Inique petit & recipit, Iniuſte negociatur & fœneratur, Inſtat dolis & imminet fraudibus, Diſſoluit pactum, & violat iuramentum, Corrũpit teſtimoniũ & puertit iudiciũ.

[Eccli. 10 Quantum malum auaritia. 1. Tim. 6]

De iniquis muneribus. Cap. III.

COnſule Prophetam Euangelicum Eſaiam. Oẽs (inquit) diligũt munera, ſequũtur retributiones, pupillo nõ iudicant, cauſa viduæ non ingreditur ad eos. Non ipſi præcedunt retributiones, quia non iudicant amore iuſtitiæ, ſed retributiones præcedunt ipſos, quia iudicant amore pecunię. Semper enim ſequũtur largitionem, vel promiſſionem, vel ſpem, & ideo pupillo non iudicant, à q̃ nihil largitur aut promittitur, aut ſperat. O principes infideles, ſocij furum, quicũque diligitis munera, ſequimini retributiones, nunquam excutietis manũ à munere, niſi prius excludatis cupiditatem à pectore. De vobis inquit Propheta: Principes eius quaſi lupi rapientes pręđam, & auare ſectando lucra. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. Ecce contrarium dñs per Moyſen pręcepit in lege: Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinẽt. Non accipies perſonam nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. Sed iuſte quod iuſtum eſt proſequeris, & viues. Duo dicit, iuſtum & iuſte, quidam enim iuſte quod iuſtum eſt, alij quod iniuſtum eſt iniuſte: rurſum quidam iniuſte quod iuſtum eſt, alij iuſte quod iniuſtum eſt pſequuntur.

[Eſa. 1 Mali principes ſequũtur retributiones.] [Ezech. 22] [Deu. 16] [Non accipies perſonam nec munera. Exod. 23]

De acceptione perſonarum. Caput IIII.

VAE vobis qui corrupti prece vel precio, qui tracti amore vel odio, dicitis bonum malum, & malum bonũ: ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem: mortificantes animas quæ non moriuntur, & viuificantes animas quæ non viuunt. Vos enim non attenditis merita cauſarum, ſed merita perſonarũ:

[Eſa. 5] [Quid attẽdunt iniqui iudices.]

non

non iura,ſed munera : non iuſtitiam,ſed
pecuniam:non quod ratio dictet,ſed q̃d
voluntas affectat : non quid lex ſanciat,
ſed quid mens cupiat.Nõ inclinatis ani-
mum ad iuſtitiam, ſed iuſtitiam inclina-
tis ad animum : non vt quod licet hoc
Matt.6 libeat,ſed vt liceat hoc quod libet. Nun-
quam in vobis ita ſimplex eſt oculus , vt
totum corpus ſit lucidũ, ſed aliquid ſem
per admiſcetis fermenti, quo totam maſ
ſam corrumpitis . Pauperum cauſam cũ
Acceptio pionarum mora negligitis,diuitum cauſam cum in
ſtantia promouetis.In illis rigorem oſtẽ
ditis,cum iſtis ex manſuetudine diſpen-
ſatis. Illos cũ difficultate reſpicitis , iſtos
cum fauore tractatis . Illos negligenter
Eccle.13 auditis,iſtos ſubtiliter auſcultatis. Cla-
mat pauper & nullus exaudit , loquitur
diues & omnes applaudunt.Diues locu
tus eſt & omnes tacuerunt,& verbum il-
lius vſque ad nubes perducent : pauper
locutus eſt, & dicunt,quis eſt hic?& ſi of
fenderit,ſubuertent illum. Clamat vim
patiens & nullus exaudit,vociferatur &
non eſt qui iudicet.Sed ſi forte pauperũ
cauſam ſuſcipitis , illos remiſſe fouetis,
cũ aũt diuitũ cauſam aſſumitis, illos pti-
naciter adiuuatis:Pauperes deſpicitis,di
uites honoratis:iſtis reuerẽter aſſurgitis,
illos deſpicabiliter cõculcatis . Si introie
Iaco.2 rit in cõuentũ veſtrũ vir anulũ habẽs au
reũ in veſte candida,introierit & pauper
ſordido habitu,& intendatis in eum qui
indutus eſt veſte præclara,& dixeritis ei,
tu ſede hic bene,pauperi vero dicatis , tu
ſta illic aut ſede ſub ſcabello pedum meo
rum,nõne iudicatis apud voſmetſipſos,
& facti eſtis iudices cogitationũ iniqua
rum?De vobis enim & contra vos dicit
Hiere.5 Propheta:Magnificati ſunt & ditati,in-
craſſati & impinguati,cauſam pupilli nõ
Deut.1 dixerunt, & iudicium pauperum nõ iu-
dicauerunt , vti in lege præcipitur:Nulla
erit diſtantia perſonarum,ita paruum au
dietis vt magnum. Nec accipietis cuiuſ-
cunque perſonam , quia Dei iudicium
Act.10 eſt. Non enim eſt perſonarum acceptio
apud Deum.

De venditione iuſtitiæ.
Caput V.

venditores iuſtitiæ. VOs autem nec gratiam gratis da-
tis,nec iuſtitiam iuſte redditis,ga
niſi venierit,non prouenit,nec datur niſi
vendatur.Sæpe iuſtitiam tantum differ-
tis , quod litigantibus pluſquam to-
tum aufertis, quia maior eſt ſumptus
expenſæ quam fructus ſententiæ. Quid
autem poteritis illi in diſtricto iudicio re
ſpondere,qui præcipit: Gratis accipiſtis, Matt.10
gratis date?lucrum in arca, damnum in
conſciẽtia,pecuniam captatis, ſed animã
captiuatis.Verum quid proficit homini Matt.16
ſi mundum lucretur vniuerſum , animæ
vero ſuæ detrimentum patiatur?Aut quã
dabit homo commutationem pro ani-
ma ſua?Frater non redimit , redimet ho- Pſal. 48
mo , non dabit Deo placationem ſuam,
nec precium redemptionis animæ ſuæ,
laborauit in æternum, & viuet adhuc in
finem.Audite diuites quid contra vos Ia Sententia in diuites, Iacob.1
cobus apoſtolus ait:Agite nunc diuites,
plorate & vlulate in miſerijs veſtris,quæ
aduenient vobis, diuitiæ veſtræ putrefa-
ctę ſunt,& veſtimenta veſtra à tineis co-
meſta ſunt , aurum & argentum veſtrum
æruginauit,& ærugo eorum erit vobis
in teſtimonium,& mãducabit carnes ve
ſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis vobis irã
in nouiſſimis diebus.Ecce merces opera
riorum qui meſſuerunt regiones veſtras
quæ fraudata eſt à vobis clamat, & cla-
mor ipſorum in aures domini ſabaoth
introiuit.Propterea veritas præcepit:No Mat.6
lite theſaurizare vobis thezauros in ter-
ra,vbi ærugo & tinea demolitur,vbi fu-
res effodiunt,& furantur.

De inſatiabili deſiderio cupidorum. Caput VI.

O Ignis inextinguibilis,o cupiditas
inſatiabilis . Quis vnquã cupidus
primo fuit voto contentus ? Cum adipi-
ſcitur quod optauerat, deſiderat amplio
ra,ſemper in habendis & nunquam in
habitis finem conſtituit. Inſatiabilis eſt
oculus cupidi , & in partem iniquitatis
non ſatiabitur. Auarus non implebitur Eccl.5
pecunia,&qui amat diuitias,fructum nõ
capiet ex eis. Infernus & perditio nunq̃ Pro.27
replentur,ſimiliter & oculi hominum in
ſatiabiles . Sanguiſugæ vero duæ filiæ Ibid.30
ſunt quæ dicunt,affer affer . Nam creſcit
amor nummi,quantum ipſa pecunia cre Iuuenalis.
ſcit.

Qua

Quare cupidus ſatiari non poteſt. Caput VII.

Mens humana non ſatiatur niſi deum habens. VIs o cupide ſcire quare ſemper es vacuus, cur nunquam impleris? Aduerte: Non eſt plena meſura tua, quæ quantumcunque contineat, adhuc capax eſt amplioris. Sed humanus animus
1. Cor. 6 capax eſt dei, quoniam qui ad heret deo, vnus ſpiritus eſt cum Deo. Quantumlibet ergo cōtineat, nunquam eſt plenus, niſi Deum habeat, cuius ſemp eſt capax. Si vis ergo o cupide ſatiari, deſinas eſſe
2. Cor. 6 cupidus, quia dum cupidus fueris, ſatiari non poteris. Non eſt enim conuentio
Matt. 6 lucis ad tenebras, neque Chriſti ad Belial, quia nemo poteſt Deo ſeruire & mammonæ.

De falſo nomine diuitiarum. Caput VIII.

Falſę opes egeſtatem afferunt. Iaſſius O Falſa diuitiarum felicitas, quæ diuitem veraciter efficit filium infelicem. Quid enim eſt infelicius, quā opea mundi, quæ diuitiæ nuncupantur? Oppoſita quippe ſunt eſſe diuitem & egenū. At opes mundi non auferunt, ſed affe-
Eccl. 5 runt egeſtatem. Magis enim, inquit Salomon, ſufficit modicum pauperi, quā plurimum diuiti, quia vbi multæ diuitiæ, ibi multi qui comedunt illas. Quot & quanti magnates indigeant, ipſemet frequenter experior. Opes itaque non faciunt hominem diuitem, ſed egenum.

Exempla contra cupiditatem. Caput IX.

QVam multos ſeduxit cupiditas? q̄ plures perdidit auaritia? Balaam a-
Num. 22 ſella redarguit & pedes ſedentis attriuit, quia captus cupiditate promiſſorum diſpoſuerat maledicere Iſraeli. Achan po-
Ioſue. 7 pulus lapidauit, quia tulit aurum & ar-
3. Reg. 21 gentum de anathemate. Naboth interrē ptus eſt, vt Achas eius vineam poſſide-
4. Reg. 5 ret. Giezi lepra percuſſus eſt, quia petijt & recepit aurum & argentum, & veſtes
Mat. 27 ſub nomine Heliſei. Iudas laqueo ſe ſuſpendit, quia vendidit & tradidit Chri-
Act. 5 ſtum. Ananiam & Saphiram ſubitanea mors extinxit, quia de precio agri defraudauerunt apoſtolos. Aedificauit Tyrus
Zach. 9 munitionem ſuam, & coaceruauit argentum quaſi humum, & aurum quaſi lutū plateարum, ſed ecce dominus poſſidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur.

De ſuperflua ſolicitudine cupidorum. Caput X.

CVr ad congregandum quis inſtet, quum ſtare non poſſit ille qui congregat? Nam quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquā in eodem ſtatu permanet. Cur multa deſideret, cum pauca ſufficiant? Habentes, inquit, victum & veſtitum, his contenti ſimus. Cur neceſſaria cum multa ſolicitudine quærat, cum ipſa ſine magna difficultate ſe offerant? Audi quid ſuper hoc veritas dicit: Nolite ſoliciti eſſe, dicentes: Quid mnducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim pater veſter cœleſtis, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Nunquam enim vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Pſal. 36

De auaritia Caput XI.

TAntalus ſitit in vndis, & auarus eget in opibus, cui tantum eſt quod Horat. habet, quantum eſt quod non habet, quia nunquam vtitur acquiſitis, ſed ſemper inhiat acquirendis. Salomon: Eſt quaſi diues cum nihil habeat, & eſt quaſi pauper Pro. 13 cum in multis diuitijs ſit. Auarus & infernus vterque comedit & non digerit, recipit & non reddit. Auarus nec patientibus compatitur, nec miſeris ſubuenit vel miſeretur, ſed offendit Deum, offendit ſeipſum, offendit proximum. Nā deo retinet debita, proximo denegat neceſſaria, ſibi ſubtrahit opportuna. Deo ingratus, proximo impius, ſibi crudelis. Viro cupido & tenaciſſimo ſine ratione eſt ſubſtantia, & homini liuido ad quid aurum? Qui ſibi nequam eſt, quomodo bo- Eccl. 14 nus alijs erit? Et nō iocundabitur in bonis ſuis. Qui habet ſubſtātiam huius mūdi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Non enim proximū ſuum diligit ſicut ſeipſum, quem incdia perunit & egeſtas cōſumit, neque Deum diligit ſuper omnia, qui pfert aurum & præponit argentum.

C o Cur

Cur auaritia ſit ſeruitus idolorum. Cap. XII.

Ephe. 5 — Auarus ſimilis idololatræ.

REcte diffinit Apoſtolus: Auaritia eſt ſeruitus idolorum. Sicut.n. idololatra ſeruit ſimulacro, ſic & auarus theſauro. Nam ille cultum idololatriæ diligenter amplificat, & iſte cumulum pecuniæ libenter augmentat. Ille cum omni diligentia colit ſimulacrum, & iſte cũ omni cura cuſtodit theſaurum. Ille ſpem ponit in idololatria, & iſte ſpẽ conſtituit in pecunia. Ille timet mutilare ſimulacrum, & iſte timet minuere theſaurum

De quibuſdam proprietatibus auaritiæ. Cap. XIII.

Prauitas & miſeria auari.

AVarus ad petendum promptus, ad dandum tardus, ad negandum frontoſus. Si quid expendit, totum amittit, triſtis, querulus & moroſus, ſolicitus ſuſpirat & anxiatur, dubius habet & inuitus expendit. Magnificat datum, ſed vilificat dandum, dat vt lucretur, ſed non lucratur vt det, largus in alieno, ſed parcus in proprio. Gulam euacuat, vt arcam impleat, corpus extenuat, vt lucrum extẽdat. Manum habet ad dandum collectã, ſed ad recipiendum porrectam, ad dandũ clauſam, ſed ad recipiendum apertã. Porro ſubſtantiæ iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur, quia qui male congregat, cito diſpergit. Iuſtum iudicium, vt quæ de malo proueniunt, ad malum perueniant, nec accedat ad bonum, quod non procedit ex bono. Auarus ergo damnationem habet vitæ, quæ nunc eſt & futuræ.

Eccli. 40

De iniqua poſſeßione diuitiarum. Caput XIIII.

Eccli. 8
Ibid. 31
Pſal. 72

VErum eſt ergo quod Sapiens proteſtatur, multos perdidit aurum & argentum. Qui aurum diligit, non iuſtificabitur. Væ illis qui ſectantur illud. Ecce ipſi peccatores & abundãtes in hoc ſeculo obtinuerunt diuitias. Hinc veritas ipſa præcipiebat apoſtolis: Nolite poſſidere aurum neque argentum, neq; pecuniam in zonis veſtris, quia ſicut camelus non poteſt introire per foramẽ acus, ita difficile eſt diuitem intrare in regnũ cœlorum. Arta eſt enim via & anguſta porta quæ ducit ad vitam. Apoſtolus ergo ſecutus regulam veritatis, aiebat: Argentum & aurum non eſt mihi. Væ ergo vobis qui coniũgitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci. Repleta eſt terra argento & auro, & non eſt finis theſaurorum eius. Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum, & percußi eum.

Opes impediunt à regno dei
Mat. 10
Ibi. 19
Ibid. 7
Acto. 3
Eſaiæ 5
Ibid. 2
Ibid. 17

De licitis opibus. Cap XV.

CAEterum Abraham diues fuit, & Iob locuples, Dauid opulentus, & tamen de Abraham inquit ſcriptura, quia credidit Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Et de Iob, quia non erat ei ſimilis in terra, vir ſimplex & rectus ac timẽs Deum, & recedẽs a malo. De Dauid autem, quia dominus inuenit virum ſecundum cor ſuũ. At illi fuerunt quaſi nihil habentes, & omnia poſſidẽtes. Iuxta illud Prophetæ: Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. Nos autem ſumus omnia poſſidentes, quaſi nihil habentes, ſecundum illud Pſalmiſtæ, Diuites eguerunt & eſurierunt. Facilius enim inuenies qui diligit diuitias, & non habeat, quam qui habeat & non diligat. Quia difficile eſt eſſe in igne & non ardere, difficilius eſt poſſidere diuitias, & non diligere. Audi Prophetam Hieremiam: A minore vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent, & à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum.

Gen. 15
Iob 1
1. Reg. 16
2. Cor. 6
Pſal. 3
Pſal. 33
Difficile ẽ opes habere & eas non diligere
Hiere. 6

De incertitudine diuitiarum. Cap, XVI.

Cupiditas opũ cõtra naturam.

OMnis cupidus & auarus contra naturam nititur & molitur. Natura enim pauperem adducit in mundum, natura pauperem reducit à mũdo. Nudũ nanque eum terra ſuſcepit, nudum etiam ſuſcipiet. Cupidus aũt cupit & curat fieri diues in mundo. Deſtruam (inquit) horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & omnia bona mea. Sed dictum eſt ei: O ſtulte hac nocte repetetur anima tua à te, quæ autem paraſti cuius erunt? Theſaurizas & ignoras cui congreges. Dormierũt enim ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus ſuis. Diues cũ dormierit, nihil ſecũ affert, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Ne timueris ergo cũ diues factus fuerit homo, & cum

Luc. 12
Pſal. 38
Pſal. 75
Iob. 27
Pſal. 48
Opes hic relinquuntur aliquando inimicis

cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum morietur, non accipiet hæc omnia, neque ſimul cum eo deſcẽdet gloria domus eius, ſed relinquet alienis diuitias ſuas, & ſepulchra eorum domus eorum in æternum. Hinc etiam ſapiens atteſtatur, Qui aceruat ex animo iniuſte, alijs congregat, & in bonis ſuis alius luxuriabitur. Proh dolor, quem habebat hoſtem dimittit hæredem.

Eccl. 1
Guloſis nihil ſufficit

De gula. Cap. XVII.

INitium vitæ hominis aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem. Nunc aũt guloſis non ſufficiunt fructus arborum, non genera leguminum, non radices herbarum, non piſces maris, non beſtiæ terræ, non aues cœli, ſed quæruntur pigmenta, comparantur *aromata, nutriuntur altilia, Capiuntur ob eſcam quæ ſtudioſe coquuntur arte coquorum, quę laute parantur officio miniſtrorum, Alius contundit & colat, alius confundit & conficit, ſubſtantiam conuertit in accidens, naturam mutat in artem, vt ſaturitas tranſeat in eſuriem, vt faſtidium reuocet appetitum, ad irritandum gulam, non ad ſuſtentandam naturam, non ad neceſſitatem ſupplendã, ſed ad auiditatem explendam. Cæterum tã breuis eſt gulæ voluptas, vt ſpacio loci vix ſit quatuor digitorum, ſpacio temporis vix ſit totidem momentorum. Contẽnitur mediocritas & ſuperfluitas affectatur, in diuerſitate ſaporum, in varietate ciborum. Auditas neſcit modum, & *varietas excedit menſuram, ſed & mens grauatur, & ſtomachus turbatur, ſenſus opprimitur in illis. Inde non ſalus & ſanitas, ſed morbus & mors. Audi ſuper hoc ſententiam Sapientis: Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. In multis enim eſcis erit infirmitas, & propter crapulam multi perierunt. Eſca ventri, & venter eſcis, Deus autem & hunc & hanc deſtruet.

* operãtur

Breuis gulæ voluptas.

* voracitas

Multi ex gula perierunt.
Eccli. 37

1. Cor. 6

Exempla contra gulam. Caput XVIII.

Mali fructus gulæ

GVla carum tributum exigit, ſed viliſſimum reddit, quia quanto ſunt delicatiora cibaria, tanto fœtidiora ſunt ſtercora. Turpius egerit, qui turpiter ingerit, ſuperius & inferius horribilem flatum exprimens, & abominabilem ſonũ emittens. Gula paradiſum clauſit, primogenita Eſau vendidit, ſuſpendit piſtorẽ, decollauit baptiſtam. Nabuzardam princeps coquorum tẽplum incendit, & Hieruſalem euertit. Balthaſar in conuiuio manum contra parietem ſcribentem aſpexit, Mane thetel phares, & eadẽ nocte interfectus eſt à Chaldęis. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere, ſed adhuc erant eſcę eorum in ore ipſorum, & ira dei aſcẽdit ſuper eos. Qui veſcebantur voluptuoſe, interierunt in vijs. Diues ille qui epulabatur quotidie ſplendide, ſepultus eſt in inferno.

Gen. 3. 25
Mar. 6
4. Reg. 25
Dan. 5
Exod. 32
Pſal. 77
Thren. 4
Luc. 16

De ebrietate. Caput XIX

Mala ebrietatis prou. 23

QVid turpius ebrioſo? cui fœtor in ore, tremor in corpore, qui promittit ſtulta, prodit occulta, cui mens alienatur, facies transformatur? Nullum enim ſecretum, vbi regnat ebrietas. Horatius, Fœcundi calices, quem non fecere diſertum? Porro non ſufficit vinum, nõ ſicera, non ceruiſia, ſed ſtudioſe conficitur mulſum, ſyropus, claretum, labore multo, ſolicitudine magna, ſumptu non modico, ſed inde contentiones & rixę, lites & iurgia. Vinum enim multum potatum (vt ait ſapiens) irritationem & iram, & ruinam multam facit. Fornicatiões ex eo ſunt. Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. Propterea dicit apoſtolus: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Et Salomon, Luxurioſa res vinum & tumultuoſa ebrietas. Filij Rechab & filius Zachariæ vinum & ſiceram, & omne q̊d inebriare poterat, non biberunt.

Horatius.
Eccl. 31
Oſee. 4
Eph. 5
pro. 20
Hiere. 35
Luc. 1

Exempla contra ebrietatem.

Caput XX.

EBrietas enim verenda nudauit, inceſtum commiſit, filium regis occidit, principem exercitus iugulauit. Verũ eſt ergo quod Salomõ ait Prouer. xxiii. Vacantes potibus & dantes ſymbola cõſumentur. Et Eſaias in v. capite, Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis. Cithara & lyra & tympanũ, & tibia, & vinum in conuiuijs veſtris. Vę qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Ecce gaudium & lætitia occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum, Comedamus & bibamus,

Gen. 9. 19
2. Reg. 13
Iud. 13
Pro. 23
Eſa. 5
Væ ebrietatẽ ſectantibus.
Eſa. 22

ctas enim moriemur. Et reuelata eſt in auribus meis vox Dñi exercituũ. Si dimittetur hæc iniqtas vobis donec moriamini. Esa. 28 Væ coronæ ſuperbiæ Effraim. Sacerdos & propheta neſcierunt, p̃ ebrietate abſorpti ſunt à vino, neſcierũt videtẽ, & ignorauerunt iudiciũ. presbyter ebrius Proh pudor, cum ad annunciandam Euangelicam lectionem, à quodam presbytero benedictio peteretur, heſternã crapulam, & nocturnam ebrietatem eructans, fertur alta voce dixiſſe: Potum ſeruorum benedicat rex angelorum.

De luxuria. Caput XXI.

Apoc. 22 Oſee. 7. PORRO turpis mater filiam generat turpiorem. Iuſtum eſt enim, vt qui in ſordibus eſt, ſordeſcat & adhuc. Oẽs anim adulterantes quaſi clibanus ſuccẽſus à coquente. Cœperunt principes furere à vino. Turpitudo luxuriæ Venter enim oppiparè ſatur, libenter Venerem amplexatur. O extrema libidinis turpitudo, quæ non ſolum mentem effœminat, ſed etiam corpus eneruat, non ſolum maculat animam, ſed fœdat perſonam. 1. Cor. 6 Omne nanque peccatum quodcunque fecerit homo, extra ſuum corpus eſt, qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Semper illam præcedunt ardor & petulantia, ſemper comitantur fœtor & immunditia, ſequuntur Pro. 5 ſemper dolor & pœnitentia. Fauus enim (inquit Salomon) diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima autem illius amara ſicut abſinthium, & lingua eius acuta quaſi gladius biceps.

De generalitate luxuriæ. Cap. XXII.

Quam late patet luxuria Iob 40 FAmiliaris eſt inimicus, habitans nõ procul, ſed prope: non exterius, ſed interius. Nã virtus eius in lumbis eius, & fortitudo eius in vmbilico ventris eius. Nunquam fugatur, niſi cum fugitur, nũquam mactatur, niſi cum maceratur. Ad cauſam exigit libertatem & abundantiam, ſed ad effectum requirit facultatem & adiacentiam. Hęc omnem ętatem corrumpit, omnem ſextum confundit, omnem ordinem ſoluit, omnẽ gradũ peruertit. Inuadit enĩ ſenes & iuuenes, mares & fœminas, prudẽtes & ſimplices, ſuperiores & inferiores, ad extremam generationem etiam ſacerdotes. Sacerdotũ incontinentia Qui nocte Venerẽ amplexantur, mane p̃o virginẽ venerãt. Turpe dictu, ſed turpiſſimum actu, dici liceat quod agi nõ libeat. Nocte filium Veneris agitant in cubilibus, mane filium virginis offerunt in altari.

De diuerſis ſpeciebus luxuriæ & poenis earum.

Caput XXIII.

QVis multiplices ſpecies huius ſufficienter valet explicare? Hæc enim Pentapolim cum adiacente regione Gen. 19 ſubuertit. Sodomitas & Sychen cum populo Ibid. 34 interemit, raptores Dinæ, Her, & Onam filios Iuda percuſſit, ſcilicet immundos, Ibid. 38 Iudęum & Madianitidem pugione Nu. 25 transfodit, ſcilicet fornicatores, tribus Iudi. 19 & 20 Beniamin pro vxore leuitæ deleuit, adulteros, filios Heli ſacerdotis in bello proſtrauit ſtupratores. Amon in cõuiuo 1. Reg. 2 & 4 interfecit. Hæc denique Vriam occidit, 2. Reg. 13 p̃ſbyteros lapidauit, Rubẽ maledixit, Ibid. 2 Samſonem ſeduxit, Salomonem peruertit. Dan. 13 Gen. 35 49 Verum eſt ergo quod legitur, propter ſpeciẽ mulieris multi perierunt. Iud. 16 Nã vinũ & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, 3. Reg. 11 & arguunt ſenſatos. Eccli. 19 Hæc multos vulneratos deiecit, & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea, viæ inferi domus eius, Pro. 7 penetrantes in interiora mortis. Hæc vires eneruat, ſenſus diminuit, dies conſumit, opes effundit.

De coitu contra naturam.

Caput XXIIII.

HAEc ignominioſam morphoſim operatur, quam tamen apoſtolus Rom. 1 non confunditur nominare. Propterea, inquit, tradidit eos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum cõmutauerunt naturalem vſum in in eum qui eſt contra naturam. Similiter & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in concupiſcentijs ſuis in inulcẽ, maſculi in maſculos turpitudinẽ operãtes. Quid Crimen grauiſſimum autem hanc turpitudinẽ operãtibus turpius? Quid hoc crimine crimino ſius? In lege enĩ quaſi paria cõiunguntur cõcubitus maris cũ maſculo, & coitus hominis cũ iumẽto. Sic enĩ legitur in Leuitico: Leui. 18 Cum maſculo non commiſceberis coitu fœmineo, quia abominatio eſt, cũ omni pecore non coibis, nec maculaberis cũ eo. Ibid. 20 Vtriq; par pœna ſubſcribit. Qui dormierit, inq̃t, cũ maſculo coitu fœmineo, vterque operati ſunt nefas, morte moriãtur,

pecus

pecus quoq; occidite. Qui habet aures audiat, imo qui deſipit, reſipiſcat.

De pœna huius ſceleris.

Caput XXV.

POEna docuit, quid hæc culpa promeruit. Pluit enim dominus ſuper Sodomam & Gomortham ſulphur & ignē de cœlo. Noluit enim dominus cuiquam āgelorum vel hominum executionem huius pœnę committere, ſed ſibiipſi vindictam huius ſceleris reſeruauit, ſecūdum illud: Mea eſt vltio, & ego retribuā. Et ideo pluit dñs à dño, videlicet à ſeipſo, non imbrem vel rorem, ſed ſulphur & ignem. Sulphur ſuper fœtorem luxuriæ, ignem ſuper ardorē libidinis, quatenus pœna ſimilis eſſet culpæ. Nec miſiſſe dicitur, ſed pluiſſe, quatenus ipſo verbo magnitudinem & abundantiam pœnæ notaret. Nemini pepercit oculus eius, ſed omnes ſimul extinxit. Vxorem quoque Loth, quia retro reſpexit, in ſtatuā ſalis mutauit, nec ſolum vrbes, ſed & omnes circa regiones in mare mortuum & vallem ſalinariam cōuertit. Horrendum eſt enim incidere in manus dei viuentis, qui quanto maiorem ſuæ longanimitatis exhibet patientiam, tanto duriorem ſuę ſe ueritatis inſert vindictam.

Gen. 19

Deut. 32 pluit dominus ſulphur & ignem.

Heb. 10

De ambitioſo. Cap. XXVI.

OPes vtique cupidus congregat, & auarus conſeruat. Voluptates gulolus deguſtat, & luxurioſus exercet. Honores ambitioſus affectat, & ſuperbus extollit. Ambitioſus autem ſemper eſt pauidus, ſemper attentus, ne quid dicat vel faciat, quod in oculis hominum valeat diſplicere, humilitatem ſimulat, honeſtatē mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem oſtendit, ſubſequitur & obſequitur, cunctos honorat, vniuerſis inclinat, frequentat curias, viſitat optimates, aſſurgit & amplexatur, applaudit & adulatur, bene nouit illud poeticum: Etſi nullus ęrit puluis, tamen excutit vllum. Prōptus & feruidus vbi placere recognouerit, remiſſus & tepidus vbi putauerit diſplicere. Improbat mala, deteſtatur iniqua, ſed alia cum alijs probat & improbat, vt iudicetur idoneus, vt reputetur acceptus, vt laudetur ab hominibus, & à ſingulis approbetur. Et ecce graue intra ſe ſuſtinet pugnam, difficilemque conflictum, dum iniquitas pulſat animum, & ambitio continet manum, & quod illa ſuggerit faciendū, hæc fieri non permittit. Colludūt tamen ad inuicem mater & filia, iniquitas & ambitio, nam mater in aperto ſubſiſtit, & filia in occulto non reſiſtit. Hæc enim vendicat ſibi publicum, illa ſecretū. Ambitioſus ergo libenter agit de principatu quem ambit, & dicit: O quādo principabitur ille qui ſeuerus ſit in iuſtitia, pius in miſericordia, qui non declinet amore vel odio, qui non corrumpatur prece vel precio, qui credat fidelibus & acquieſcat ſupplicibus, qui ſit humilis & benignus, largus & manſuetus, conſtans, ſapiens, patiens & aſtutus.

Ouidius

pugnā in ambitioſo inter iniquitas & ambitio

malum

Bonᵒ princeps

De nimia concupiſcentia ambitioſorum. Cap. XXVII.

SI forſan hac arte non proficit, recurrit ad aliam, aduocat Simonem, & accedit ad Giezi, per hunc ab illo nititur emere, quod per ſe non præualet obtinere: ſupplicat & promittit, offert & tribuit, proh pudor gratiam quam gratis adipiſci nō potuit, per fas & nefas nititur adipiſci. Nec deſiſtit adhuc, ſed inſtat & inuadit violenter honorem, & impudēter arripit dignitatem, amicorum ſuffragio, præſidio propinquorum, tantoque damnationis inflammatur ardore, tanta libidine præſidēdi, vt nec ſchiſma abhorreat, nec ſcandalum formidet. Sed Giezi lepra percuſſit, & Simon perijt pecunia. Chore autem cum complicibus ignis aſſumpſit, & Dathan & Abiron terra viuos abſorbuit. Nullus itaque ſibi honorem aſſumat, niſi qui vocatur à Deo tanquam Aaron.

Simonia.

aſs obtinere per fas & nephas.

4. Reg. 5 Acto. 8 Num 16 Heb. 5

De ambitioſo exemplo.

Caput XXVIII.

LIquidum ambitionis exemplum reperitur in Abſalone, qui cum aſpiraret ad regnum, fecit ſibi currus & equites, & L. viros qui præcederent eū, & mane conſurgens Abſalon, ſtabat iuxta introitum portæ, & omnem virum, qui habebat negocium vt veniret ad regis iudicium, vocabat ad ſe, & dicebat, De qua ciuitate es tu? Qui reſpōdit, Ex vna tribu Iſrael ego ſum ſeruus tuus. Reſpōdebat ei Abſalon: Videntur mihi ſermones tui

2. Reg. 15 Abſalō ambiciregnū.

Oo iij iu-

iuſti & boni,ſed non eſt qui te audiat,cõſtitutus à rege. Dicebat & Abſalõ, Quis me cõſtituat iudicẽ ſup terrã,vt ad me veniãt oẽs q habẽt negociũ, & iuſte iudicẽ? Sed cũ accederet ad eũ homo qdam & ſalutaret eũ,extẽdebat manũ ſuã,& apprehendens eum oſculabatur, faciebatque hæc omni Iſrael, qui veniebant ad iudiciũ,vt audirẽtur à Rege,& ſolicitabat cor da virorũ Iſrael. Cũq; abiſſet Abſalon in Ebron,miſit exploratores in vniuerſas tribus Iſrael dicentes: Statim vt audieritis clangores buccinæ, dicite: Regnauit Abſalon in Ebron, & facta eſt coniuratio valida,&populus cõcurrens augebatur cum Abſalone.

De breui & miſera uita magnatum. Cap. XXIX.

Labores magnatũ. SEd eſto quod ſublimetur in altum, prouehatur ad ſummum, ſtatim curæ ſuccreſcunt,ſolicitudines cumulãtur, extunduntur ieiunia,vigiliæ producuntur,ex quibus natura corrumpitur, ſpiritus infirmatur. Corrumpitur ſomnus, amittitur appetitus,debilitatur virtus,attenuatur corpus,& ſic in ſeipſo deficiens non dimidiat dies ſuos,ſed miſerabilem vitam miſerabiliori fine concludit. Verũ eſt illud poeticũ,In ſe magna ruunt, ſummiſque negatum eſt ſtare diu,tolluntur in altum,vt lapſu grauiore ruant. Verius autem iſtud propheticum: Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani:tranſiui,&ecce non erat qui eum cognoſceret, quæſiui eum,& non eſt inuentus locus eius,antequam dies eius impleantur peribit, lædetur quaſi vinea in primo flore botrus eius, & ſicut oliua proijciens florem. Audi ſuper hoc ſententiã Sapientis: Omnis potẽtatus breuis vita.

Breuis vita in potẽtatu

Pſal.36

Eccl.10

De diuerſis proprietatibus ſuperborum. Cap. XXX.

Faſtus & ſuperbia ſublimati. STatim autem vt ambitioſus eſt prõptus ad honorem,in ſuperbiam extollitur,& in iactantiam effrenatur, nec curat prodeſſe,ſed gloriatur præeſſe, præſumit ſe meliorem,quia creuit in ſuperiorem. At bonum facit non gradus,ſed virtus,non dignitas ſed honeſtas. Priores dedignatur amicos, notos ignorat heſternos,comites cõtemnit antiquos, vultum auertit,viſum extollit, ceruicem erigit,faſtũ oſtẽdit,grãdia loqtur,ſublimia meditatur. Subeſſe non patitur, præeſſe molitur,prælatis infeſtus,ſubditis onerofus. Moleſta non ſuffert, concepta non differt,præceps & audax, glorioſus & arrogans,grauis & importunus.

De ſuperbia & caſu Luciferi.

O Superbia cunctis importabilis, & omnibus odioſa, inter omnia vitia tu ſemper es prima,tu ſemper es vltima. Nam omne peccatum te accedente committitur, & te recedente dimittitur. Scriptum eſt enim,initium omnis peccati eſt ſuperbia. Primogenita mors. Hęc enim inter ipſa rerum primordia creaturã contra creatorem erexit. Angelum contra Deum,ſed eum abſque mora deiecit, quoniam in veritate non ſtetit,ab innocentia in peccatum,à delictis in miſerias, à cœlo empyreo in aerẽ caliginoſum. Audi prophetam: Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer,qui mane oriebaris? Corruiſti in terram,qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo,In cœlum aſcendã, & ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meũ, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis, & aſcendam ſuper altitudinẽ nubium ſimilis ero altiſſimo. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia & perfectus decore,in delicijs paradiſi Dei fuiſti. Omnis lapis precioſus veſtimentum tuũ,Sardius,Topazius, & Iaſpis, Chryſolitus,Onix & Berillus, Carbunculus, Sapphyrus,Smaragdus,Aurum,opus decoris tui & foramina tua in die qua conditus es præparata ſunt. Tu Cherub extẽtus & protegẽs & poſui te in mõte ſancto Dei. In medio lapidum ignitorum ambulaſti perfectus in vijs tuis, à die conditionis tuæ,donec inuenta eſt iniquitas in te. Peccaſti & eieci te de monte ſancto Dei. Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo,& in terram proirci te. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei. Abietes nõ æquauerunt ad ſummitatem eius, & platani non fuerũt æquales frondibus eius. Omne lignũ pcioſum paradiſi non eſt aſſimilatum ei & pulchritudini eius, quoniam ſpecioſum feci eum in multis condenſis frondibus. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Ipſe eſt draco magnus,rufus,habens capita ſeptem & cornua decẽ,&in capitibus ſeptẽ diademata, cuius

Inuectiua contra ſuperbiam

Eccl.10 Caſus luciferi

Eſa.14

Ezech.28 Quam decorus fuit lucifer operimentum

Ezech.28

Iob.41 Apoc.12

cuius cauda trahebat tertiam partem ſtel
larum cœli,& miſit illas in terram,& pro
iectus eſt draco ille magnus, ſerpens an-
tiquus,qui vocatur diabolus & Satanas,
qui ſeduxit vniuerſum orbem,& proie-
ctus eſt in terram,& angeli eius cum eo
miſſi ſunt in terram. De quo & Veritas
ait: Vidi Satanam quaſi fulgur de cœlo
Luc.10 Ibid.14 cadentem.Nam omnis qui ſe exaltat hu
miliabitur, & qui ſe humiliat exaltabi-
tur.

De arrogantia hominum. Cap. XXXII.

Contra ſuperbiam principis Tyri. O Superba præſumptio,& præſum
ptuoſa ſuperbia, quæ non tãtum
angelos Deo voluiſti adæquare, ſed etiã
homines præſumpſiſti deificare. Porro,
quos erexit depreſſit, & quos exaltauit,
humiliauit.Hinc ait dominus ad prophe
Ezech.28 tam:Fili hominis dic principi Tyri,hæc
dicit dominus Deus, eo quod eleuatum
eſt cor tuum,quaſi cor Dei,& dixiſti:De
us ego ſum,cum ſis homo, et nõ Deus,
idcirco ego adducam ſuper te robuſtiſſi
mos gentium,et interficiam te,et morie
ris in interitu occiſorum. Nabuchodo
Superbia Nabuchodonoſor. aſi domũ noſor,quia potentiam ſuam iactauit ſu-
perbe,et ait: Nõne hæc eſt Babylon, quã
ædificaui mihi in domo regni in robo-
re fortitudinis meæ,et in gloria decoris
mei: Quum adhuc ſermo eſſet in ore re-
gis,vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabu
Dan.4 chodonoſor rex,regnum tuum tranſiet
à te,& ab hominibus eijciam te, & cum
feris & beſtijs erit habitatio tua, fœnum
quaſi bos comedes, & ſeptem tempora
mutabuntur ſuper te, donec ſcias quod
excelſus dominetur in regno hominũ,
& cuicunque voluerit det illud. Eadem
hora ſermo completus eſt ſuper Nabu-
chodonoſor. Verum eſt ergo quod di-
Pſal.48 citur in Pſalmo: Homo quum in hono-
re eſſet,non intellexit,comparatus eſt iu
mentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt
illis.Superbia turrem euertit,& linguam
Gen.11 confudit,proſtrauit Goliam, & ſuſpen-
1.Reg.17 dit Aman,interfecit Nichanorẽ,& pere
Heſter 7 2.Ma.15 mit Antiochum,Pharaonem ſubmerſit,
Iudi.6 & Sennacherib interemit.Holofernis ca
put amputauit.Sedes ducũ ſuperborum
1.Mac.9 deſtruxit Deus,& radices gentiũ ſuper-
borum areſecit.

De abominatione ſuperbiæ.
Cap. XXXIII.

QVàm deteſtabilis ſit ſuperbia,do-
minus ipſe per prophetam teſta- Exo.14 4.Reg.19
tur, dicens: Deteſtor ego ſuperbiam Ia- Iudi.13
cob. Et iurauit dominus in ſuperbiam Eccl.10
Iacob, Si oblitus fuero vſque in finem Amos.6
omnia opera eorum. Vnde inter illa ſex, Ibid.8
quæ dominus odit,& ſeptimum deteſta Deteſtabilis deo ſuperbia
tur anima eius, Salomõ primum ponit,
oculos ſublimes,id eſt,ſuperbiã. Et Eſa- Pro.6
ias: Dies domini exercituum ſuper om- Eſa.3
nem ſuperbum & excelſum,& ſuper om
nem arrogantem,& humiliabitur eis al-
titudo virorum, & ſuper omnes cedros
Libani,& ſublimes,& erectas,& ſuper o-
mnes quercus Baſam, & ſuper omnes
montes excelſos, & ſuper omnes colles
eleuatos,& ſuper omnem turrem excel-
ſam,& ſuper omnem murum munitum,
& incuruabitur ſublimitas hoĩm, & hu-
miliabitur altitudo viroꝝ. Propterea di-
latauit infernus animã ſuã, & aperuit os Eſa.52
ſuũ abſq; vllo termino,& deſcendẽt ſub Ibid.28
limes glorioſiq; eius ad eum. Dominus
exercituum cogitauit hoc, vt detraheret
ſuperbiam omnis gloriæ eius. Iob quoq;
dicit: Si aſcenderit vſq; ad cœlum ſuper- Iob.20
bia, & caput eius nubes tetigerit,quaſi
ſterquilinium in fine perdetur.

Contra arrogantiam ſuperborum.
Cap. XXXIIII.

OMnis fere vitioſus diligit ſibi ſi-
milem.Superbus autem odit ele-
uatum. Vnde Salomon: Inter ſuperbos Pro.13
ſemper ſunt iurgia, & vbi fuerit ſupbia, Ibi.11
ibi & contumelia. Superbus inſolita ge-
ſtit,conſueta faſtidit,magnum reputat ſi
loqui dignetur, maximum ſi ſurgat & Proprietas ſupbi
amplexetur. Aeſtimat plus dignitatem
ab ipſo, quàm ipſum effectum ex di-
gnitate. Nunquam vult vti paternita-
tis affectu,ſemper vult vti dominatio-
nis imperio. Superbia eius & arrogan
tia eius & indignatio eius, pluſquam
fortitudo eius.Reuoluat in anima quod
legitur in Euangelio: Facta eſt conten- Luc.22
tio inter diſcipulos domini Ieſu,quis eo
rum videretur eſſe maior, & ait Ieſus:
Principes gentium dominantur eorum,
& qui poteſtatem habent, inter illos be
nefici vocantur, vos autem non ſic,ſed
qui maior eſt inter vos,erit ſicut iunior,
& qui præceſſor, ſicut miniſtrator. Et
vt Petrus apoſtolorum princeps ait: Nõ

1.Pet.5 Pſal.23 quaſi dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo. Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo. Vnus eſt ergo Deus, & vnus eſt dominus. Cæteri vero nō ſunt domini, ſed miniſtri, quibus interdicitur dominium, & indicitur miniſterium. Audi ſuper hoc ſapientem: Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis, quaſi vnus ex illis.

Vnus eſt dominus, homines miniſtri ſunt. Eccle.32

Contra fraudem ambitioſorum exemplum.

Cap. XXXV.

Mat.20 Filij Zebedęi, qui per interuentū matris honorem poſtulauerāt à Chriſto, Dic(inquit) vt ſedeāt hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & alius ad ſiniſtram tuam in regno tuo, meruerunt audire: Neſcitis quid petatis. Non enim honore ſed onere peruenitur ad regnum. Vnde dominus ſubdit: Non eſt meum dare vobis: quaſi diceret, meum quidē eſt dare, ſed non vobis, id ambitioſis, quales vos eſtis. Licet autem poteſtas à Deo ſit, ſuperbus tamen non regnat ex Deo, ſecundum illud propheticum: Ipſi regnauerunt, & nō ex me, principes extiterūt, & non cognoui eos.

Superbi nō regnāt ex Deo.

De proprietatibus arrogantium.

Cap. XXXVI.

Mat.23 Svperbus autem amat primas cathedras in ſynagogis, & primos recubitus in cœnis, ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi: non nomine perſonæ, ſed nomine fortunę vult appellari, non vt homo, ſed vt dñs vult honorari. Sedet ſublimis, incedit excelſus, vult ſibi omnes aſſurgere, ſingulos inclinare. Porro, quidam philoſophus volens arrogantiam cuiuſdam regis illudere, cum vidiſſet eum in throno regali ſedere ſublimem, proſtratus in terram ſuppliciter adorauit, & confeſtim non inuitatus, aſcendēs iuxta regem cōſedit. Quod rex vehemēter admirans, eo quod noſſet eū eſſe philoſophū, quare hoc egerit exquiſiuit. Philoſophus ergo reſpondit: Aut deus es, aut homo: ſi deus, debui te adorare: ſi homo, bene potui iuxta te ſedere. Rex autem reſponſionē conuertens contra philoſophum intulit: Imo ſi homo ſum, nō debuiſti me adorare: ſi deus ſum non debuiſti iuxta me ſedere. Sapienter

Exemplū contra regum ſuperbiam

iſte reſpondit, ſed ille prudenter eluſit.

De ſuperfluo cultu. Cap. XXXVII.

Primis parentibus fecit Deus tunicas pelliceas poſt peccatū, & à Chriſto dicitur Chriſtianis, nō duas tunicas habeatis. Sed iuxta Ioannis conſiliū, qui habet duas tunicas, det non habenti vnam. Superbus autem, vt magnificus videatur, ſatagit veſtiri duplicibus, indui mollibus, precioſis ornari. Sed quid eſt homo precioſis ornatus, niſi ſepulchrū foris dealbatum, intus autem plenum ſpurcitia? Hyacinthus & purpura, coccus & byſſus, in limo putreſcunt, aurum & argentum, lapides & gemmę in luto ſordeſcunt. Dignitas & poteſtas male tacēt in puluere, honor & gloria male ſedent in cinere. Quid ergo ſuperbe phylacteria dilatas, & magnificas fimbrias? Diues ille qui induebatur purpura & byſſo, ſepultus eſt in inferno. Dina filia patriarchæ Iacob, antequam egrederetur, (vt ait Ioſephus) vt emeret ornamentum prouincialium mulierum, virgo permāſit. Quum autem exiuit, Sychem filius regis Aemor, eam violenter oppreſſit. Holofernes qui ſedebat in Canopeo, quod erat ex purpura & byſſo & auro & ſmaragdo & lapidibus precioſis intextum, iugulatus eſt à Iudith. Quæ quum prius vteretur cilicio, tunc aſſumpſit ornatum iucunditatis. Audi ſuper hoc conſilium Sapiētis: In veſtitu ne glorieris vnquam. Et Apoſtolus: Non in veſte precioſa, nec ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut veſtimentorum cultus.

Gen.3 Perſona ra. Mat.10 Luc.18 — Mat.23 — Luc.16 — Gen.34 Ioſeph.de antiquit. 1.cap.? — Iudi.13 — Eccle.11 1.Tim.2 1.Petr.3

Contra ſuperfluum ornatum.

Cap. XXXVIII.

Attende quid contra ſuperfluum ornatum comminetur dominus per Prophetam: Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, decaluabit dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit. In die illa auferet dominus ornatum calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia, & periſcelides, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & anulos, & gemmas in frōte pendētes, & mutato-

Eſa.3 Superflu° mulierum ornatus.

ria,

ria,& palliola,& linteamina, & acus, & ſpecula, & ſindones, & vittas, & theriſtra. Et erit pro ſuaui odore fœtor,& pro zona funiculus,& pro criſpanti crine caluitium,& pro faſcia pectorali cilicium. Ecce iuſta pœna redditur pro culpa, vt in eo puniantur,in quo peccauerunt. Adhuc ſuper his alium audi pro-
Ezechi. 27 phetam: O Tyre, byſſus varia de Aegypto texta eſt tibi in velum,hyacinthus &
ſunt ope rimētum purpura de inſulis Eliſa,* facta eſt indumentum tuum. Dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in precio tuo. Propter multitudinem operum tuorũ, guttam,& purpuram,& ſeutulata,& byſſum,& ſericum,& chadchod propoſue-
Chadchod vox Hebraica cuiuſdam lapidis precioſi runt in mercatu tuo. Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſedendum, & repleta es & glorificata nimis. Sed nunc contrita es in mari, & in profundis aquarum opes tuæ, ad nihilum redactæ ſunt,& nõ eris vſq; in perpetuum.

Quod plus defertur ueſtibus quam uirtutibus.
Cap. XXXIX.

Exēplum cuiuſdam philoſophi CVm quidam philoſophus in habitu contemptibili principis aulam adiſſet,& diu pulſans non fuiſſet admiſſus,ſed quoties tentaſſet ingredi, toties cõtigiſſet eum repelli,mutauit habitum, & aſſumpſit ornatum. Tunc ad primam vocem aditus patuit venienti. Qui procedens ad principem,pallium quod geſtabat,cœpit venerabiliter oſculari. Super quo princeps admirans, quare hoc ageret exquiſiuit. Philoſophus reſpondit: Honorãtem me honoro,quia quod virtus non potuit, veſtis obtinuit. O vanitas vanitatum,plus honoris defertur veſtibus, quàm virtutibus, plus venuſtati, quàm honeſtati.

ocellorũ *De fucatione * colorum.*
Cap. XL.

Fucare faciem ARtificialis ſpecies ſuperducitur, & facies obducitur naturalis, tanquam artificium hominis artem ſuperet creatoris. Non ſic,non ſic. Conſiderate,
Matt. 6 inquit dominus,lilia agri,quomodo creſcunt,non laborant, neq; nent, dico autem vobis,quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Abſit autem vt adulterinus color cõparabilis ſit natiuo. Quinimo cũ facies adulterino colore fucat, os abominabili fœtore corrũpitur. Vniuerſa vanitas Pſal. 18
ois homo viuens. Quid enĩ vanius q̃ pectere crines,planare cęſariem, tingere genas,vngere faciẽ, producere ſupercilia? Quandoquidem fallax ſit gratia, & vana pro. 30 Eſa. 40
ſit pulchritudo. Oĩs caro fœnũ, & oñis gloria eius quaſi flos agri. Qm̃ tanq̃ fœ- Pſal. 36
num velociter areſcit. Vt aũt perſonæ ornatum prætercam, ne malignius q̃ veri- Ornare menſam
us videar aliquos ſuccẽſere, quid vanius quã ornare mẽſam mãtilibus picturatis, cultellis ebore ornatis, vaſis aureis & argenteis vaſculis,*ſcyphis &*nappis,bu- cuppis mappis
calibus &gradalibus,ſcutellis & coclearibus,fuſcinulis & ſolarijs, bacilibus & vrceolis,capſulis & flabellis? Quid prodeſt pingere cameras,ditare perticas,pal- Ornare cubile
liare veſtibulũ, ſubſternere pauimẽtum, cõponere lectũ inflatum plumis, opertũ ſericis,obductũ cortinis,aut etiam canapeo? Scriptũ eſt enim: Homo cum morie- pſal. 48
tur, non accipiet hæc omnia, neq; ſimul cum eo deſcendet gloria eius.

De immunditia cordis. Cap. XLI.

NOn eſt qui de cordis mũditia valeat gloriari, quoniam in multis Iacob. 3
offendimus omñes. Et ſi dixerimus, quia 1. Ioan. 1
peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quis eſt qui illud dicere valeat cum Apoſtolo: 1. Cor. 4
Nihil mihi conſcius ſum: non tamen in hoc iuſtificatus ſum? Quis eſt hic & lau- Eccl. 31
dabimus eũ? Ecce inter ſanctos nemo eſt immutabilis,cœli non ſunt mũdi in con- Iob. 4 & 15. & 25
ſpectu eius, & in angelis eius repperit prauitatem. Quanto magis & abominabilis & inutilis eſt homo,qui bibit quaſi aquam iniquitatem? Pœnituit ergo De- Gen. 6
um, quod feciſſet hominem in terra,eo q̃d multa eſſet hominũ malitia ſup terrã, & cuncta cogitatio hoĩs omni tempore Mat. 24
ad malum intenta: & ideo tactus dolore cordis intrinſecus,deleuit hominem quem creauerat. Porro, ſuperabundauit iniquitas, & refriguit charitas multorũ. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles fa- pſal. 13. 50
cti ſunt,non eſt qui faciat bonũ,non eſt vſq; ad vnum. Tota pene vita mortalium Quãta malitia hoim in terra
mortalibus eſt plena peccatis, vt vix valeat inueniri,qui non declinet ad ſiniſtrã, qui non reuertatur ad vomitum, qui nõ computreſcat in ſtercore. Quin potius
glorian-

Pro.2 Ro.1.&2 Ti.5 gloriantur cum malefecerint, & exultãt in rebus peſſimis, repleti omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, pleni inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſi, ſuperbi, elati, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incõpoſiti, ſine affectione, ſine fœdere, abſque miſericordia. Talibus & peioribus

Peſſimi homines

mundus iſte repletus eſt, abundat hæreticis & ſchiſmaticis, perfidis & tyrannis, ſimoniacis & hypocritis, ambitioſis & cupidis, raptoribus & prædonibus, violẽtis & exactoribus, vſurarijs & falſarijs, impijs & ſacrilegis, proditoribus & mendacibus, adulatoribus & fallacibus, garrulis & verſutis, guloſis & ebrioſis, adulteris & inceſtuoſis, mollibus & immundis, pigris & negligentibus, vanis & prodigis, impetuoſis & iracundis, impatientibus & inconſtantibus, veneficis & auguribus, periuris & execratis, præſumptuoſis & arrogantibus, incredulis & deſperatis, demum vniuerſis vitijs irretitis.

Pſal. 67 Porro, ſicut deficit fumus deficient, & ſicut fluit cera à facie ignis, ita peccatores peribunt à facie Dei.

De doloribus quos mali patiuntur in morte.

Cap. XLII.

Quantus dolor corporalis in morte.

MAli ſiquidem quatuor dolores patiuntur in morte. Primus dolor eſt anguſtia corporea, tanta & tã grauis, quanta vel qualis nec fuit, nec eſt in præſenti vita ante diſſolutionem illam. Quod in quibuſdam, etſi non in omnibus apparet, præ nimio dolore ſeipſos diſcerpentibus. Fortis enim & incomparabilis eſt violentia, quãdo nexus illi & vitales nodi inter corpus & animam diſrumpuntur.

Pſal. 114 Vnde Propheta lamentando ait: Circundederũt me dolores mortis. Non enim eſt membrum, non articulus in corpore, quod penitus nõ inuoluatur illo inexplicabili dolore.

Triplex dolor animæ in morte.

Secundus dolor eſt, quando iam pene defatigato corpore & ſuis exhauſto viribus, anima multo liberius videt tunc in momento occurrere omnia opera bona, vel mala quæ fecit, quæ omnia reducũtur ante oculos interiores. Dolor iſte eſt tantus, & * retractatio iſta tam grauis eſt, quod anima plurimum turbata cogitur quaſi ſeipſam odiſſe. Vnde dicitur in Pſalmo: Torrentes iniquitatis cõturbauerunt me. Nam torrẽtes cum multo impetu veniunt, & videntur * diruere omnia, ita in morte videbit malus omnia ſubito quæ fecit opera bona vel mala.

* al. recogitatio

Pſal. 17

* deſtruere

Tertius dolor eſt, quando anima iam incipit tam iuſte dijudicare, & ſibi pro ſuis iniquitatibus ſingulis omnia & debita gehennæ tormenta videt imminere. Vnde dicitur in Pſalmo: Circundederũt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.

Pſal. 17

Quartus dolor eſt, quando anima adhuc in corpore poſita videt ſpiritus malignos, ad rapiendum ſe paratos, vbi tãtus dolor eſt & timor, quod miſera anima licet à corpore egreſſura, quandiu poteſt refugiat, vt tempus ſuæ captiuitatis redimat, antequã de corpore exeat. Propter quod dicit Sophonias propheta: A prima porta exit clamor, & à ſecunda vlulatus. Prima porta dicitur, quando anima mala quã cito egreditur à corpore, tam cito rapitur à malignis ſpiritibus ad æterna ſupplicia, Secunda porta dicitur, quãdo poſt diem iudicij punientur in corpore & anima ſine fine. Puniũtur enim mali in anima tantum in prima ſeparatione corporis & animæ, poſt iudiciũ vero in anima & corpore punientur. Vnde dicitur: Duplici contritione contere eos.

De aduentu Chriſti ad diem mortis cuius libet hominis. Cap. XLIII.

VIdet etiam tam bonus quàm malus antequam egrediatur anima de corpore Chriſtum in cruce poſitum. Malus videt ſibi ad confuſionem, vt erubeſcat ſe non eſſe redemptum ſanguine Chriſti, ſua culpa exigente. Vnde de malis dicitur in Euãgelio: Viderunt in quẽ pupugerunt. quod intelligitur de aduentu Chriſti ad iudiciũ, & de aduentu eius ad diem mortis cuiuſlibet hominis. Bonus vero videt ad exultationem. Et hoc habemus ex verbis Apoſtoli, qui ait: Vſque in aduentũ domini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt, ad diem mortis, * quando apparet tam bonis quã malis Chriſtus in cruce poſitus. & ipſe Chriſtus de Ioanne Euangeliſta ait: Sic eũ volo manere donec veniã, ſ. veniam ad obitum eius. Quatuor nanque leguntur aduentus Chriſti,

Ioan. 19

1. Tim. 6

* al. quia

Ioan. 21

Quatuor aduentus Chriſti.

duo

duo viſibiles,& duo inuiſibiles. Primus
aduentus viſibilis fuit in carne, quando
natus eſt de virgine. Alius aduentus viſi
bilis eſt ad iudiciũ,quando iudicabit bo
nos & malos, quando ſtatuet oues à de-
xtris,hœdos vero à ſiniſtris. Primus ad-
uentus inuiſibilis fit in mente iuſti, per
gratiã. Vnde Chriſtus de viro iuſto ait:
Ioan.14 Ad eum veniemus,& manſionrm apud
eum faciemus. Eſt ergo anima iuſti ſedes
& habitaculum Dei, ſicut ſcriptũ eſt: Ani
ma iuſti ſedes Dei, quia ſedet Deus in eo
per gratiam. Secundus aduentus inuiſi-
bilis eſt in obitu vniuſcuiuſq; fidelis. Vn
Apoc.22 de Ioannes in Apocal. deſiderans libera
ri à carcere corporis ad Chriſtũ ait: Veni
domine Ieſu, ſ. ad obitum meum. Vnde
dicitur, quod in die obitus ſui, obuiam
venit ei Chriſtus.

LIBRI SECVNDI FINIS.

DE MISE RIA HVMANÆ CONDITIONIS, LIBER tertius.

De putredine cadauerum. Cap. I.

Pſal.145 Homo reuertetur in terram vnde erat
EXibit ſpiritus eius
& reuertetur in trr
ram ſuam, in illa
die peribunt om-
nrs cogitationrs
eorum. O quot &
quãta mortales de
mundanę prouiſi-
onis incertitudine cogitant, ſed ſub repẽ
tinæ mortis articulo repente cuncta quę
pſal.108 cogitauerant euaneſcunt. Sicut vmbra
cum declinat ablati ſunt, & excuſſi ſunt
ſicut locuſtæ. Exibit rrgo ſpiritus eius,
non voluntarius, ſed inuitus, quia cum
Iob.14 dolore dimittet, quæ cum amore poſſe-
dit, ac velit, nolit, conſtitutus rſt ei termi
nus, qui præteriri nõ poterit, in quo ter-
ra reuertetur in terram. Scriptum eſt enĩ:
Trrra es, & in terram ibis. Naturale ſiqui Gen.3
dem eſt, vt materiatum in materiã rrſol-
uatur. Auferet ergo ſpiritum eorum & pſal.103
deficirnt, & in puluerem ſuum reuerten
tur. Cum autem morietur homo, hæ- Homo eſca vermiũ
reditabit beſtias, ſerpẽtes & vermes. Om Eccl.10
nes enim in puluere dormient, & vermes Iob 21
operient eos. Sicut veſtimẽtum ſic come Eſa.51
det eos vermis, & ſicut lanam ſic deuora
bit eos tinea. Quaſi putrrdo conſumrn- Iob.13
dus eſt, & quaſi veſtimẽtum quod come
ditur à tinea. Putredini dixi (ait Iob) Pa- Ibid.17
ter meus es, mater mea, & ſoror mea ver
mibus. Homo putredo & filius hoĩs. Ibid.25
Quàm turpis pater, quã vilis mater, quã
abominabilis ſoror? Cõceptus eſt enim
homo de ſanguine per ardorem libidi-
nis putrefacto, cuius tãdem libidinis ca-
daueri quaſi funebres vermes aſſiſtent.
Viuus generauit pediculos & lũbricos, Quã vilis materia hominis.
mortuus generabit vermes & muſcas.
Viuus produxit ſtercus & vomitum,
mortuus producet putredinem & fœto-
rem. Viuus hominem vnicum impin-
guauit, mortuus vrrmes plurimos im-
pinguabit. Quid ergo fœtidius huma-
no cadauere? quid horribilius homine
mortuo? Cui gratiſſimus erat amplexus
in vita, moleſtus rtiam erit aſpectus in
morte. Quid ergo proſunt diuitiæ? quid
epulæ? qd deliciæ? qd honores? Diuitiæ
non liberabunt à morte, epulæ non de-
fendent à morte, nec deliciæ à verme, ho
nores nõ eripiẽt à fœtore. Qui modo ſe-
debat glorioſus in throno, modo iacrt
deſpectus in tumulo. Qui modo fulge-
bat ornatus in aula, mõ ſordet nudus
in tumba. Qui modo veſcebatur delicijs
in cœnaculo, modo conſumitur à vermi
bus in ſepulchro.

De triſti memoria damnatorum. Cap. II.

VIndicta carnis impij vermis & i-
gnis. Vterque duplex. Interior & Eccl.7
exterior. Interior, qui rodit & vrit cor: ex
terior, q rodit & vrit corpus. Vrrmis, in- Eſai. vlt.
quit, eorum non morietur, & ignis non
extinguetur. Dabit dominus ignem & Iud.16
vermes in carnes eorum, vt vrantur &
ſentiant vſque in ſempitrrnum. Vermis
conſcientię triplicitrr lacerabit. Affliget
memoria, ſera rturbabit pœnitentia, tor exacerbabit pœna
quebit

quebit anguſtia. Venient enim in cogi-
Sap.4 tationem peccatorum ſuorum timidi,&
traducēt illos ex aduerſo iniquitates eo-
Ibid.5 rum,dicentes:Quid profuit nobis ſuper
bia?& iactantia diuitiarum quid contu-
lit nobis?Tranſierunt illa omnia tanquā
vmbra, & ſicut nauis quæ pertranſit flu
ctuantem aquam,cuius quum prӕterie-
rit,non eſt inueniri veſtigium. Sic &nos
nati,continuo deſinimus eſſe. Virtutis
quidem nullum ſignum valemus oſten-
dere,ſed in malignitate noſtra conſum-
pti ſumus. Cum ingenti turbatiōe reco-
gitabunt, quæ cum nimia delectatione
geſſerunt, vt ſtimulus memoriæ pungat
ad pœnam,quos aculeus nequitię ſtimu
lauit ad culpam.

De inutili pœnitentia damnatorum.

Cap. III.

Sap.5 DIcent intra ſe pœnitentiam agen-
tes: Errauimus à via veritatis, &
lumen iuſtitiæ non luxit nobis. Tunc in
Luc.13 Apoc.6 cipient dicere mōtibus: Cadite ſup nos,
Pœnitētia corum ad pœnam ē non ad veniam & collibus, operite nos. Pœnitebunt ad
pœnam,ſed non conuertentur ad veni-
am. Iuſtū eſt enim,vt qui noluerunt cum
bene potuerunt, quum,velint non poſ-
ſint. Dedit enim dominus locum pœni-
tentiæ,& ipſi abuſi ſunt eo. Propterea di
Luc.16 ues qui cruciabatur in flamma, dicebat
ad Abraham: Rogo te pater, vt mittas La
zarum in domum patris mei. Habeo e-
nim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne
& ipſi veniant in hunc locum tormento
rum. Cui quum Abraham reſpondiſſet:
Habent Moyſen & prophetas, audiant
illos, ſubiūxit: Non pater Abraham: ſed
ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœniten-
tiam agent. Agebat & ille pœnitentiam
in inferno: ſed quia cognoſcebat illam
inutilem, rogabat vt annunciaretur hoc
fratribus ſuis, quatenus agerēt pœniten
tiam in hoc ſeculo fructuoſam: quia tūc
prodeſt homini pœnitere, quum poteſt
ipſe peccare.

De poenis inferni diuerſis.

Cap. IIII.

Nouē pœnæ dānatorum aſs frigus POenæ autem infernales ſecundum
diuerſa peccata ſunt diuerſæ. Prima
pœna eſt ignis. Secunda ✱ frigoris. De
Matt.13 dis dixit dominus: Ibi erit fletus & ſtri-
dor dentium. Fletus propter fumum i-
gnis. Stridor dentium, propter frigus.
Tertia erit fœtor. De his tribus dicitur
in Pſalmo: Ignis, ſulphur & ſpiritus pro Pſal.10
cellarum pars calicis eorum. Quarta, ver
mes indeficientes. Vnde Eſaias: Vermis Iſa.vlt.
eorum non morietur, & ignis eorū non
extinguetur. Quinta, mallei percutiētis.
Vnde dicit Salomon: Parata ſunt dam- Pro.19 aſs deriſoribus
nationis iudicio ✱ blaſphematoribus, &
percutientes mallei ſtultorum corpori-
bus. Sexta, tenebrę palpabiles exteriores
& interiores. Vnde Iob: Terra miſerię & Iob.10
tenebrarum, vbi vmbra mortis, &c. Et
alibi: Vadam ad terram tenebroſam, &
opertam mortis caligine. Et in Pſalmo: Pſal.41
In æternum non videbunt lumen. & ali
bi: Impij in tenebris conticeſcent. Septi- 1.Reg.2
ma, cōfuſio peccatorum. Tunc enim (vt
legitur in Daniele) erunt libri aperti, id Dan.7
eſt, conſcientiæ hominum erunt omni-
bus manifeſtæ. Octaua, horribilis viſio
dæmonum, qui videbuntur in excuſſio-
ne ſcintillarum de igne aſcendentiū. No
na, igneæ catenæ, quibus impij ſingulis
membris conſtringentur.

Prima pœna eſt concupiſcentium: ſe- Diſtributio pęnarum
cunda malicioſorum: tertia luxurioſo-
rum: quarta inuidorum & odium habē-
tium: quinta eorum, q in hoc ſeculo per
flagelia nō meruerunt caſtigari, quia ten
tauerunt & exacerbauerunt dominum
in multitudine iniquitatum ſuarum. Vn
de ſcriptum eſt: Exacerbauit dominum Pſal.9
peccator, ſecundum multitudinem iræ
ſuæ non requiret. Sexta eorum, qui in te
nebris ambulantes, ad lumen verum, ſci
licet Chriſtum, venire contempſerunt:
ſeptima confitentium peccata ſua, & pœ
nitentiam contemnentium: octaua illo
rum, qui in hoc ſeculo libēter vident ma
la, & faciunt: nona illorum, qui per ſin-
gula vitia ſunt defluxi, qui ambulant in
deſiderijs ſuis, & eunt poſt concupiſcen
tias ſuas.

De ineffabili anguſtia damnatorum.

Cap. V.

VIdentes turbabuntur timore hor Sap.5
ribili, gementes præ anguſtia ſpi-
ritus, & dicentes: Hi ſunt quos aliquan-
do habuimus in deriſum, & in ſimilitu-
dinem improperij, nos inſenſati vitam
illorum ęſtimabamus inſaniam & finem
corum

eorum ſine honore. Ecce quomodo cõ-
putati ſunt inter filios Dei, & inter ſan-
Iuſti videbũt pœnã impiorũ. ctos ſors illorum eſt. Supplicium erit ma
lorum, intueri gloriam beatorum, licet
forte poſt finem iudicij. Beati quoque vi
ſuri ſunt reprobos in tormentis, ſecun-
dum illud: Lætabitur iuſtus cum viderit
Pſal. 57 vindictam impiorum. Reprobi vero nõ
ſunt viſuri beatos in gloria, ſecundum il
lud: Tollatur impius, ne videat gloriam
Eſaiæ 26 Sapien. 5 Dei. Talia dicent in inferno peccatores,
quoniam ſpes impij eſt tanquam la-
nugo, quæ à vento tollitur, & tanquam
ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergi-
tur, & tanquam fumus à vento diffuſus,
& tanquam memoria hoſpitis vnius di
ei.

De igne gehennali.

Caput VI.

Ezech. 20 IGnis gehẽnæ nec lignis nutritur, nec
flatu ſuccenditur, ſed à Deo creatus
eſt inextinguibilis ab origine mũdi. Scri
ptum eſt enim: Deuorabit eum ignis, qui
Iob 20 non ſuccẽditur. Creditur autem eſſe ſub
terris, ſecundum illud Eſaiæ: Infernus
Eſaię 14 ſubter conturbatus eſt in occurſum ad-
uentus tui. Sed & omnis locus reprobis
eſt pœnalis, qui ſemper ſecum defert cru
ciatum, & vbique contra ſe tormentum
incurrit. Producam (inquit) ignẽ de me-
Ezech. 28 Ignis tenebroſus dio tui, qui comedet te. Ignis autem ge-
gennæ ſemper ardebit, & nunquam luce
bit, ſemper vret, & nunquam conſumet:
ſemper afficiet, & nunquam deficiet. Eſt
enim apud inferos ſumma tenebrarum
pœna ſingulorum mẽbrorũ. Matt. 22 obſcuritas, immẽſa pœnarum acerbitas,
infinita miſeriarum æternitas. Ligatis
(inquit) pedibus & manibus eius, mittite
eum in tenebras exteriores, vbi erit fletus
& ſtridor dentium. Singula membra p
ſuis peccatis propria ſuſtinebunt tormẽ
ta, vt in eo puniantur, in quo peccauerũt.
Sap. 11 Scriptum eſt enim: Per quę peccat homo
per hæc & torquebitur. Vnde qui in lin-
Luc. 16 gua peccauerat, cruciabat in lingua. Pro
pter quod ipſe clamabat: Pater Abraam,
miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intin
gat extremum digiti ſui in aquam, & re-
frigeret linguam meam, quia crucior in
hac flamma. Per digitos intelligitur ope-
ratio. Digitis enim operamur. Quaſi di-
cat: Si minimum operum Lazari haberẽ,
minorem pœnam ſentirem.

De tenebris inferni.

Caput VII.

REprobi vero non ſolum exteriori-
bus, ſed etiam interioribus tene- Duplices tenebrę dãnatorum.
bris inuoluẽter: quia ſpirituali pariter &
corporali luce carebunt. Scriptum eſt e-
nim, Tollatur impius, ne videat gloriam Eſa. 26
Dei, qui ſolus tunc erit in lucem ſempiter Ibid. 60
nam. Tantam autẽ in pœnis reprobi tole
rabunt anguſtiam, vt vix aliquid cogita
re valebunt præter pœnas: ſed illuc diri-
gent impetum cogitationis, vbi ſentient
vim doloris. Sane diſcipulus quidam fer Exemplũ cuiuſdam diſcipuli.
tur apparuiſſe magiſtro ſuo poſt mortẽ.
Quem cum magiſter eſſe damnatum in-
tellexiſſet, quæſiuit ab eo, ſi aliquæ quæ-
ſtiones aqud inferos verterentur. Qui di
citur reſpondiſſe: Apud inferos quęritur
ſolummodo quid nõ ſit pœna. Sed & Sa Eccli. 9
lomon ait: Nec opus, nec ratio, nec ſcien
tia, nec ſapientia eſt apud inferos, quo tu
properas. Erit enim tanta in reprobis mẽ
tis obliuio, tanta cæcitas animi, tanta cõ
fuſio rationis, vt raro vel nunquam ad
cogitandum quicquam de Deo poſſint
aſſurgere, nedum ad confitendum vale-
ant aſpirare. Nam à mortuo tãquam ab Eccli. 17
eo qui non eſt, perijt cõfeſſio. Scriptũ eſt
enim: Non mortui laudabũt te domine, Pſal. 113 Eſa. 38
neque omnes qui deſcendunt in infernũ.
Nõ infernus cõfitebitur tibi, neq; mors
laudabit te.

De confuſione pœnarum.

Cap. VIII.

DImitte me dñe (dicit Iob) vt plan- Iob 10
gam paululum dolorem meum,
ãtequam vadam ad terram tenebroſam,
& opertam mortis caligine: terram miſe
riæ & tenebrarũ, vbi vmbra mortis, & nul
lus ordo, ſed ſempiternus horror inha-
bitat. Ordo quidem erit in quantitate pœ
narum, quoniam in qua menſura menſi Ordo in quãtitate ſed non in qualitate pœnarum
fuerint, remetietur eis, vt q grauius pec-
cauerunt, grauius puniantur. Potẽtes e-
nim potenter tormenta patientur. Sed or Luc. 6 Sap. 6
do non eſt in qualitate rerum, quia de a-
quis niuium tranſibunt ad calorem * ni- ignis Iob. 8
mium, vt ſubita contrariorum mutatio
grauiorem inferat cruciatum. Experi-
mento cognoui, quod aduſtus, ſi frigi-
dum ſtatim adhibeat, ardentiorem ſenti
et cruciatum.

De indeficientia tormentorum.

Caput IX.

Pſal. 48 Cur dãnati ſunt ſicut oues

SIcut oues in inferno poſiti ſunt, & mors depaſcet eos. Dictum eſt hoc à ſimili iumentorum, quæ non radicitus euellunt herbas, ſed ſummitates ſolummodo carpunt, vt iterum herbæ renaſcãtur ad paſtum. Sic & impij quaſi morte

Ouidius.

paſti, reuiuiſcent ad mortem, vt æternaliter moriantur. Ouidius: Sic incõſumptũ

Mors immortalis.

Titij ſemperq; renaſcens, Sic perit, vt poſſit ſæpe perire iecur. Tunc erit mors immortalis, tũc viuẽt mortui, qui vitæ ſunt mortui. Quærent mortem, & non inuenient,

Apoc. 9

quia vitam habuerunt & perdiderunt. Audi Ioannem in Apocalypſi dicẽtem: In diebus illis quærẽt homines mortem, & non inuenient eam: deſiderabũt mori, & fugiet mors ab illis. O mors quã dulcis eſſes quibus tam amara fuiſti, te ſolam deſideranter optabunt, qui te ſolam vehementer abhorruerunt.

Cur reprobi nunquam liberabuntur à pœnis.

Caput X.

Obiectio Pſal. 102

NVllus ergo ſibi blandiatur, & dicat, quia Deus non in finem iraſcetur, neque in æternum indignabitur, ſed miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Quia cum iratus eſt, non obliui-

Pſal. 144 Sap. 11

ſcetur miſereri, nec quicquam eorũ quæ fecit Deus odiuit. Aſſumens in argumen-

Eſa. 24

tum erroris quod ait dñs per Eſaiã ꝓphetã: Congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum, & claudẽtur in carcerem, & poſt multos dies viſitabuntur. Homo nanque peccauit ad tempus, non ergo Deus puniet in æternum.

Solutio

O ſpes inanis, o falſa præſumptio. Nõ credat fruſtra errore deceptus, quod aliquo precio ſit redimendus, quoniam in inferno nulla eſt redemptio. Congregabuntur ergo peccatores in lacum & claudentur in carcerem, ſcilicet in inferno, in quo ſine corporibus vſque in diem iudicij torquebunt, & poſt multos dies, poſtquam videlicet reſurgent cum corporibus ſuis in nouiſſimo die, viſitabuntur, non ad ſalutem, ſed ad vindictam: quia poſt diem iudicij grauius punientur. Sic & alibi dicitur: Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorũ. Prædeſtinatis ergo Deus iraſcitur tẽ-

Pſal. 88 Deus iraſcitur aliter prædeſtinatis quã reprobis.

poraliter, qa flagellat omnem Deus filium quem recipit. de quibus illud accipit: Nõ in finẽ iraſcet &c. Reprobis aũt deus iraſcit eternaliter, qa iuſtum eſt, vt quod impius in ſuo præuaricatur æterno, deus

Heb. 12 Pſal. 102

vlciſcatur in ſuo æterno. Nam licet peccandi facultas illum dimittat, ipſe tamen non dimittit voluntatem peccandi.

Pſal. 73 Damnati deum blaſphemãt.

Scriptum eſt enim: Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Nam nõ humiliabuntur reprobi iam deſperati de venia, ſed malignitas odij tantum in illis excreſcet, vt velint illum omnino non eſſe, per quem ſciunt ſe tam infeliciter eſſe. Maledicent altiſſimo, & blaſphemabunt excelſum, conquerentes eum eſſe malignum, qui creant illos ad pœnam, & nũquam inclinatur ad veniam. Audi Ioannem in Apocalypſi dicentem: Grando

Apoc. 16

magna deſcendit de cœlo in homines & blaſphemauerunt homines Deum propter plagam grandinis, quoniam magna facta eſt vehementer. Voluntas ergo

Voluntas in peccatis obſtinata.

damnati, licet amiſerit poteſtatis effectũ, ſemper tamen habebit malignitatis affectum, & ipſa erit in inferno ſupplicium, quæ fuerat in mundo peccatum: licet forſan & ibi peccatum ſit, ſed non meritum pœnæ. Impius ergo quia ſemper habebit

circa

in ſe reatũ ex culpa, ſemp ſentiet·cõtra ſe eſſe cruciatũ ex pœna, quia quod ipſe per pœnitentiam non deleuit, Deus per indulgentiam non remittet. Ad magnã ergo pertinet iuſtitiam iudicandis, vt nunquam careant in gehenna ſupplicio, qui nunquam carere voluerunt in vita peccato. Voluiſſent vtique ſi potuiſſent ſine ſine viuere, vt potuiſſent ſine ſine peccare. Oſtẽdunt enim quod in peccato ſemper viuere volunt, qui nunquam deſinũt peccare dum viuunt.

Teſtimonia de ſupplicijs æternalibus.

Caput XI.

QVis (inquit Eſaias) poterit habitare de vobis cum ardoribus ſempiternis? iſti ſumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die & nocte, & non extinguetur, ſed aſcendet fumus eius in

Eſa. 33 & 65.

ſempiternum. Hieremias quoque ait: Dabo vos in oppbriũ ſempiternũ, & ignominiã æternã, quæ nũq̃ obliuiõe delebit.

Hie. 23

Dani.12 Prou.9 Et Daniel ait: Qui dormierunt in pulue re terræ euigilabuūt, alij in vitam æternā, alij in opprobrium vt videant ſemper. Sa lomō quoque, Mortuo, inquit, homine impio nulla ſpes erit de eo. Huic extēplo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit vltra medicinam. Et Ioānes Apoc.14 Apoſtolus, Si quis, ait, adorauerit beſtiam & imaginem eius, hic bibet de vino iræ Dei, & cruciabitur igne & ſulphure: & fumus tormentorum aſcendet in ſecula ſeculorum, nec habebit requiem die ac nocte qui adorauerit beſtiam & imaginē eius. Confirmat hæc veritas, quæ damnatos in iudicio ſententialiter reprobabit, dum dicet: Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Si ſecundum diuinum iudicium in ore duorum vel trium teſtiū ſtat omne verbum, quanto magis in ore tot & tantorum virorum de propoſita veritate conſtabit.

(Margin: Ad damnandos Mat.25; Deut.19)

De die iudicij. Cap. XII.

ECce ergo dies domini veniet crudelis, & indignationis plenus, iræ & furoris, ad ponendam terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterendos de ea, quoniam ſtellæ cœli & ſplendor earū non expandēt lumen ſuum. Obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lumine ſuo. Et viſitabo ſuper orbem mala, & contra impios iniquitatem eorum. Et requieſcere faciam ſuperbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Propter hoc omnes manus diſſoluentur, & omne cor hominis tabeſcet & conteretur. Torſiones & dolores tenebunt, quaſi parturientes dolebunt: vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit: facies combuſtæ vultus eorum. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris, quia cōſummationem cum feſtinatione faciet dominus cūctis habitantibus terram. Et ſuperueniet repentina dies illa tanquam laqueus, in omnes qui ſedent ſuper faciem orbis terræ. Quoniam ſicut fulgur exit ab oriente & apparet vſque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Dies enim dn̄i ſicut fur in nocte ita veniet. Et cum dixerunt pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient.

(Margin: Eſa.13 Dies terribilis; Soph.1; Luc.21 Dies repētina; Mat.24; 1.Theſ.5)

De iudicium præcedente tribulatione. Caput XIII.

PRæcedet autem tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio mūdi vſque modo, neque fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro. Surget enim gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum, & terræ motus erunt magni per loca, & peſtilentiæ, & fames, terroresque de cœlo, & ſigna magna erunt. Et erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium, pro confuſione ſonitus maris & fluctuum, areſcentibus hominibus pro timore & expectatione quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Surgent enim pſeudochriſti & pſeudo prophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem deducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Tunc reuelabitur homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus: quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Mittetur autē Helias propheta, priuſquā veniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet corda patrum ad filios, & cor filiorum ad parentes. Cū quo veniet & Enoch, & prophetabūt diebus mille ducentis & ſexaginta amicti ſaccis. Et cum finierint teſtimonium ſuum, beſtia quæ aſcendet de abyſſo, faciet aduerſus illos bellum, & vincet illos & occidet, & corpora eorū iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & Aegyptus, vbi dominus illorum crucifixus eſt. Et poſt tres dies & dimidium ſpiritus vitæ intrabit in eos.

(Margin: Matt.24; Luc.21; Matt.24; 2.Theſſ.2 Antichriſtus; Helias Malach.4; Enoch Apoc.11)

De ſignis iudicium præcedentibus. Cap. XIIII.

STatim autem poſt tribulatiōem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadēt de cœlo, & virtutes cœlorum mouebuntur: & tunc aparebit ſignum filij hominis in cœlo. Et tunc plangent ſe ſuper ſe om-

(Margin: Matt.24)

Apoc.4 nes tribus terrę. Reges terrę & principes,
Terror in die iudicij & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis
ſeruus & liber abſcondent ſe in ſpelũcis
& in petris montium, & dicent monti-
bus & petris, Cadite ſuper nos, & abſcõ
dite nos à facie ſedentis ſuper thronum,
& ab ira agni: quoniã venit dies magnus
iræ ipſorum. Et quis poterit ſtare? Et mit
Mat.24 tet ãgelos ſuos cum tuba & voce magna,
& congregabunt electos eius à quatuor
ventis, & ſummis cœlorum vſque ad ter
1. Theſſ.4 minos eorum. Tunc ipſe dñs in iuſſu &
voce archangeli & in tuba Dei deſcẽdet
Ioan.5 de cœlo. Et omnes qui in monumentis
ſunt audient vocem filij Dei, & procedẽt
boni in reſurrectionem vitæ, mali vero
Apoc.20 in reſurrectionem iudicij. Mors & infer
nus dabunt mortuos ſuos qui in ipſis e-
Ibidem.1 rũt. Ecce venit in nubibus & videbit om-
nis oculus, & qui in eum pupugerunt: &
plangent omnes tribus terræ, & tunc vi
Luc.21 debunt filium hominis venientem in nu
bibus cum virtute multa & poteſtate ma
gna & maieſtate. Veniet autem dominus
Qui vẽturi ſunt ſimul cum Chriſto ad iudicãdũ ad iudicium, non ſolum cum angelis &
apoſtolis, ſed & cum ſenatoribus populi
ſui, Vnde ait Salomon: Nobilis in portis
vir eius, quando ſederit cũ ſenatoribus
Pro.31 Matt.19 terræ. Sedebunt enim & ipſi ſuper ſedes
Daniel.7 duodecim iudicantes duodecim tribus
Iſrael. Aſpiciebam, inquit Daniel, donec
throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſe
dit. Veſtimẽtum eius quaſi nix candidũ,
& capilli capitis eius quaſi lana munda.
Thronus eius flammæ ignis, rotæ eius q̃
ſi ignis accenſus: fluuius igneus rapidus
que egrediebatur à facie eius. Milia mili-
um miniſtrabant ei, & decies cẽtena mil
Pſal.49 lia aſſiſtebãt ei. Vnde ait & Pſalmiſta: De
us noſter manifeſte veniet, Deus noſter
& non ſilebit. Ignis in conſpectu eius ar
debit, & in circuitu eius tẽpeſtas valida.
Nubes & caligo in circuitu eius. Iuſtitia
& iudicium præparatio ſedes eius: & ad-
uocauit cœlum deſurſum, & terram vt di
Mat.25 ſcernat populum ſuum. Nam congrega-
buntur ante eum omnes gentes, & ſepa-
rabit eas ab inuicẽ, ſicut paſtor ſegregat
oues ab hœdis, & ſtatuet oues quidẽ à de
xtris, hœdos autem à ſiniſtris.

De potentia, ſapientia, & iuſtitia iudicis. Caput XV.

O Quãtus tũc erit timor & tremor,
quantus erit fletus & gemitus: Nã
ſi columnæ cœli contremiſcunt & pauẽt Iob.26
ad nutum eius, & angeli pacis amare fle Eſa.33
bunt: peccatores autem quid facient? Si
iuſtus vix ſaluabitur, impius & pctõres
vbi parebunt? Propterea clamat Prophe
ta: Ne intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo dñe,
q̃a non iuſtificabitur in cõſpectu tuo oĩs Pſal.142
viuens. Si enim iniquitates obſeruaueris Pſal.129
domine, quis ſuſtinebit? Quis enim nõ Iob.9
timeat iudicem potentiſſimum, ſapientiſ
ſimum, & iuſtiſſimum? Potentiſſimum,
quem nemo poteſt effugere, ſapientiſſi-
mum, quem nemo poteſt latere, iuſtiſſi-
mum, quem nemo poteſt corrumpere. Si
fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt, ſa-
piens corde, & fortis robore. Si æquitas
iudcij, nemo audebit pro me teſtimoniũ
reddere. Si iuſtificare me voluero, os me-
um condemnabit me. Si innocentẽ oſten Pſal.148
dero, prauum me comprobabit, etiam ſi Baruch.3
ſimplex fuero. Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe Pſal.103
mandauit & creata ſunt. Qui vocat ſtel- Rom.9
las, & dicunt: Adſumus. Qui facit ange- Luc.1
los ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flam Phil.2
mam ignis. Cuius voluntati nihil omni ignẽ vrentem.
no reſiſtit. Cui nullum verbum eſt impoſ
ſibile, cui flectitur omne genu, cœleſtium
terreſtrium & infernorum. Hunc ergo
nemo poteſt fugere, ſicut dicit Propheta:
Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcẽ
dero ad infernum ades. Ipſe ſcrutatur re- Pſal.138
nes & corda, cuius oculis oĩa nuda ſunt Hunc iudicem nihil latet.
& aperta. Qui pluuiæ guttas & arenam Hiere.17
maris dinumerat. Deus ſcientiarum do- Heb.4
minus, præſcius omnium, & cõſcius ſin-
gulorum, occultus occultorum omniũ
indagator. Hunc ergo nemo poteſt late- Eccl.11
re, ſicut dicit Apoſtolus: Non eſt vlla crea
tura inuiſibilis in conſpectu eius. Ipſe eſt Heb.4
iudex iuſtus, fortis & longanimis, qui Pſal.7
nec prece, nec precio, nec amore, nec odio Boeti.' li.4 de conſol philoſoph
declinat à ſemita rectitudinis, ſed via re-
gia ſemper incedens, nullum malum præ
terit impunitum, nullum bonum irremu
neratum relinquit. Hunc ergo nemo po-
teſt corrumpere, iuxta quod dicit pſal-
mus: Tu reddes ſingulis ſecundum ope Pſal.61
ra ſua.

De diuino iudicio. Cap. XVI.

Quis

Idē erit ac cuſator, aduocatus & iudex. QVis autem non timeat illud exa-
men, in quo idem erit & accuſa-
tor, & aduocatus, & iudex? Accuſabit e-
nim dum dicet: Eſuriui, & non dediſtis
mihi manducare. Sitiui, & non dediſtis
mihi bibere. Aduocabit, quum ſubdet:
Matt.25 Quandiu nō feciſtis vni de minimis me-
is his, nec mihi feciſtis. Iudicabit, quum
inferet: Diſcedite à me maledicti in ignē
æternum. Non erunt teſtes in illo iudi-
cio neceſſarij, quia tunc manifeſta erunt
1.Cor.4 Mat.10 Dan.7 abſcondita tenebrarum. Nihil enim oc-
cultum, quod non reuelabitur. Tunc e-
runt libri conſcientiarum aperti, & iudi
cabūtur mortui ex his, quæ ſcripta ſunt
in libris, ſecundum opera ipſorum. Ope
Apoc.14 ra enim ipſorum ſequuntur illos. Quan
tus erit pudor in peccatoribus? quanta
confuſio erit, quum eorum nefandiſſi-
ma crimina cunctis erunt liquida & ma-
Pſal.31 nifeſta? Beati quorum remiſſæ ſunt ini-
quitates, & quorum tecta ſunt peccata.
Ab illa enim ſententia nunquam poterit
reuocari vel appellari prouocari. Quia pater omne iudicium
dedit filio ſuo. Qui claudit & nemo ape
rit, aperit & nemo claudit. Os enim do-
mini locutum eſt.

Quod nihil proderit damnatis.
Cap. XVII.

Iudicium abſq; appellatione. Iob.3 TVnc non proderunt opes, non de-
fendent honores, nō ſuffragabun
tur amici. Scriptum eſt enim: Argentum
eorum, & aurum eorum non valebit eos
Apoc.3 liberare in die furoris domini. Flebunt
& plangent omnes reges terræ, quum vi
Ezech.7 Apoc.8 derint fumum incendij, propter timo-
rem tormentorum eorum. Quid ergo
facietis in die furoris domini, in die viſi-
tationis & calamitatis, de longe venien-
tis? ad cuius fugietis auxilium? Vnuſ- Gala.6
quiſq; onus ſuum portabit. Anima quę Ezech.18
peccauerit, ipſa morietur. O quàm du- Diſtrictū iudicium.
rum & diſtrictum iudicium, in quo non Mat.12
ſolum de factis, ſed de omni verbo oci-
oſo, quodcunque loquuti fuerint homi
nes, reddituri ſunt rationem in die iudi
cij. In quo vſque ad nouiſſimum qua- Ibid.18
drantem exigetur debitum cum vſuris.
Quis ergo fugere poterit à ventura ira? Luc.3
Mittet ergo filius hominis angelos ſu-
os, & colligent de regno eius omnia ſcā
dala, & eos qui faciunt iniquitatem, &
alligabunt faſciculos ad comburēdum,
& mittent eos in caminum ignis arden- Quanta mala in inferno.
tis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium, ge-
mitus & vlulatus, luctus & cruciatus, aſs eiulat
ſtridor & clamor, timor & tremor, do-
lor & labor, ardor & fœtor, obſcuritas
& anxietas, acerbitas & aſperitas, calami
tas & egeſtas, anguſtia & triſtitia, obli-
uio & confuſio, torſiones & punctiones,
amaritudines & terrores, fames &
ſitis, frigus & cauma, ſulphur &
ignis ardens in ſecula ſeculo
rum. Vnde liberet nos
Deus, qui eſt bene-
dictus in ſecula
ſeculorum,
Amen.

LIBRI TERTII
FINIS.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS III. ANTE SACRI CONCILII LATERANENſIS, quod ipſe conuocauerat, inchoationem, Sermo paræneticus.

Sacri Concilij Lateranenſis cauſam deſideriumque exponit, triplex Paſcha, id eſt, triplicem tranſitum conſtituens, eumque exponẽs: Paſcha in ſcripturis multifariam accipi: deſiderium item duplex quodnam ſit.

DEſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar, id eſt, antequam moriar. Lucæ XXII.

Phil. 1

QVIA mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum, nõ abnuo, ſi diſpoſitum eſt à Deo, bibere calicẽ paſſionis, ſiue ꝑ defenſione fidei catholicæ, ſiue ꝑ ſubſidio terræ ſanctæ, ſiue pro ſtatu eccleſiaſticæ libertatis mihi fuerit propinatus: quanquam deſiderem in carne permanere, donec cõſummetur opus inceptum. Verũtamen nõ mea, ſed Dei voluntas fiat. Et ideo dixi vobis: Deſiderio deſideraui hoc Paſcha mãducare vobiſcum, antequam patiar. Multa ſunt & varia hominum deſideria, quis ea ſufficit explicare? Omnia tamen reduci poſſunt ad duo, ſpirituale videlicet & carnale. Spirituale, q̃d de cœleſtibus & æternis. Carnale vero, de tẽporalibus & terrenis. De iſto propheta dicit in Pſalmo: Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Et Spõſa dicit in Canticis: Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. De illo dicit Apoſtolus: Deſideria carnis fugite, quæ militãt aduerſus animam. Et alius: Deſideriũ malignum longe fac à me. Ego autem illius inuoco teſtimonium, qui teſtis eſt in cœlo fidelis, quod non carnali, ſed ſpirituali deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum: non propter commoditatem terrenam, aut gloriam temporalem, ſed propter reformationem vniuerſalis Eccleſię, ad liberationem potiſſimum terrę ſanctæ. Propter quę duo principaliter & præcipue hoc ſacrum conciliũ conuocaui. Sed forte dicetis: Quid eſt hoc Paſcha, quod deſideras manducare nobiſcum? Paſcha nãq; diuerſis modis accipitur in ſcripturis diuinis. Pro die, Vnde: Appropinquauit dies azymorum, qui dicitur Paſcha. Pro hora, Vnde: Quartadecima ad veſperã Paſcha domini eſt. Pro agno, Vnde: Venit dies azymorũ, quando neceſſe erat occidi Paſcha. Pro azymo, Vnde: Non introierunt prætorium, vt non contaminarentur, ſed comederent Paſcha. Pro feſto, Vnde: Ante diem feſtum Paſchę, ſciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat de hoc mundo ad patrem. Et etiã pro ipſo Chriſto, Vnde: Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Sane Paſcha Hebraice dicitur phaſe, quod eſt trãſitus, Græce vero à πάσχειν, quod eſt pati: quia per paſſiones debemus tranſire ad gloriam, ſecundum quod veritas ipſa dicebat: Oportebat pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriã ſuam. Quia ſi volumus conregnare, oportet & compati: licet non ſint condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Hoc Paſcha, q̃d eſt phaſe, id eſt, tranſitus, deſiderio deſideraui mãducare vobiſcum. De quo in Exodo dicitur: Comedẽt feſtinãter. Eſt enĩ phaſe, id eſt,

Marginalia: Martyrij ſuſtinendi cauſa triplex. — Luc. 22 — Deſideria hominum duplicia. — Pſal. 118 — Cant. 2 — 1. Pet. 2 — Eccl. 23 — Pſal. 88 — Cauſę duę ꝑpter q̃s præcipue cõuocatũ fuit concilium Lateranenſe. — Paſcha diuerſis modis accipĩ. — Luc. 22 — Leuit. 23 — Luc. 22 — Ioan. 18 — Ioan. 13 — 1. Cor. 5 — Paſcha q̃d interpretetur. — Luc. 24 — 2. Tim. 2 — Rom. 8 — Exo. 12

eſt,trāſitus domini.Legitur quippe in libro regum, & in Paralipomenon apertiſſime cōtinetur,quod xviij.anno regni
2.Paral.35 Ioſie regis,reſtauratū eſt templū, & celebratū eſt phaſe,quale nō fuit factū in Iſrael à diebus iudicū atq; regū. Vtinam hæc hiſtoria inſtantis temporis ſit parabola, vt in hoc noſtri pontificatus anno xviij. templum dñi,q̄d eſt eccleſia, reſtauretur, & celebretur phaſe,ſiue paſcha, videlicet hoc ſolenne concilium,per quod fiat trāſitus de vitijs ad virtutes,quale reuera nō fuit factū in Iſrael à diebus iudicū atque regum,id eſt, à tēporibus patrū ſanctorum,atq; catholicorum principū,in populo Chriſtiano,Deum vidente per fidē. Et ego pro certo ſpero in eo,qui ſuis pro
Matt.18 mittit fidelibus,dicens, Vbicunque duo vel tres congregati fuerint in noīe meo, ibi in medio eorum ſum, quia ipſe in medio noſtrum adeſt, ad celebrandum hoc paſcha,qui congregati ſumus in hac ſaluatoris baſilica,in noīe ſaluatoris, p̄ his quæ pertinent ad ſalutem .. Triplex autē
Paſcha triplex. paſcha ſiue phaſe deſidero vobiſcum celebrare,corporale , ſpirituale , æternale. Corporale, vt fiat tranſitus de loco ad locum,pro miſerabili Hieruſalem liberāda.Spirituale,vt fiat tranſitus de ſtatu ad ſtatum,pro vniuerſali eccleſia reformanda.Aeternale,vt fiat tranſitus de vita in vitam,pro cœleſti gloria optinenda. De
Tranſitus corporalis. corporali tranſitu clamat ad nos miſerabiliter Hieruſalem in Threnis per Hiere-
Thren.1 miam:O vos omnes qui tranſitis per viā, attendite & videte, ſi eſt dolor ſimilis,ſicut dolor meus.Ergo tranſite ad me omnes,qui diligitis me, vt à tāta miſeria me liberetis.Ego enim,qui ſolebam eſſe do
Ibidem. mina gentium, modo facta ſum ſub tributo: quæ ſolebam eſſe plena populo, modo ſedeo quaſi ſola.Viç Sion lugent,
Ibidem. eo quod non ſint,qui veniant ad ſolennitatem : facti ſunt hoſtes eius in capite, loca ſancta prophanata ſunt vniuerſa, & ſepulchrum domini eſt inglorium,quod ſolebat eſſe glorioſum. Vbi colebat vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus , modo colitur filius perditionis Machometus.Inſultant mihi filij alieni,&imperāt lignum crucis dicentes : Confidebas in ligno : ecce nunc adiuuet,ſi poteſt. O quantus pudor,quanta confuſio,quātum obprobrium,quod filij ancillæ,viliſſimi Agareni,detinent matrem noſtram, matrem vniuerſorum fidelium ancillatā. Illam vtique,de qua dicit pſalmiſta: Mater Sion dicet homo , & homo natus eſt in ea,& ipſe fundauit eam altiſſimus : vbi Pſal.86
Deus rex noſter ante ſecula ſalutē in medio terræ dignatus eſt operari . Quid ita Pſal.73
que faciemus:Ecce ego dilecti fratres totum me vobis committo , totum me vobis expono,paratus iuxta conſilium veſtrum , ſi videritis expedire , perſonalem ſubire laborē, & tranſire ad reges & principes & populos & nationes. Adhuc aūt & vltra, ſi clamore valido eos valeam excitare,vt ſurgāt ad dñi p̄lium prçliādum, & vindicandam iniuriam crucifixi:qui p̄ peccatis noſtris eiectus eſt de terra, & de ſede ſua,quam ſanguine comparauit, & in qua vniuerſa redemptionis noſtrę ſacramenta peregit.Quicquid tamen egerint alij,nos ſacerdotes domini hoc negocium ſpecialiter aſſumamus , ſubuenientes & ſuccurrentes in p̄ſonis & rebus neceſſitatibus terræ ſanctę,ita quod nullus omnino remaneat, qui nō ſit particeps tanti operis,ne ſit expers tātæ mercedis.Nam & olim in ſimili caſu per ſacerdotes fecit Deus ſalutem In Iſrael,quādo per Machabæos,vtiq; ſacerdotes, filii 1.Mach.4
os Mathatiæ, liberauit Hieruſalem & tēplum de manibus impiorū. De ſpirituali vero tranſitu dominus ait ad virum veſtitum lineis,habentem atramentariū ſcri- Tranſitus ſp̄ūalis
ptoris ad renes: Tranſi per mediam ciui- Ezech.9
tatem,& ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium atque dolētium, ſuper cunctis abominationibus , quæ ſunt in medio eius.Deinde dixit ſex viris habētibus vaſa interitus in manibus ſuis:Trāſite per ciuitatem, ſequentes eum:& percutite omnem,ſuper quem non inueneritis Thau.Nemini parcat oculus veſter, & à ſanctuario meo incipite. Vir veſtitus lineis ,habēs atramentarium ſcriptoris ad renes eius,is debet eſſe , qui loquatur,vir virtutibus virens, qualis erat ille, de quo dicit ſcriptura : Vir erat in terra Hus nomine Iob,& erat vir iſte ſimplex Iob.1
& rectus,ac timens Deum,& recedens à malo. Veſtitus lineis,id eſt,honeſtis moribus,& bonis operibus adornatus, Iuxta q̄d alibi dicit:Oī tēpore veſtimēta tua Eccl.9
ſint

ſint candida, id eſt, opera tua munda.
Linũ myſtice quid — Linum enim munditiam & honeſtatem
deſignat, propter candorem, ad quẽ, per
carnis macerationẽ & contritionem p-
ducitur, de q̃ veſtis ſacerdotalis fiebat in
lege. Scriptor aũt egregius & ſupremus
ſpiritus ſanctus eſt, digitus Dei, quo ſcri
ptæ fuerunt duæ tabulæ teſtamenti. De
Pſal. 44 — quo dicit pſalmiſta: Lingua mea calamus
ſcribæ velociter ſcribentis. Huius ſcripto
ris atramentarium eſt donum ſciẽtiæ, de
quo per calamum linguæ atramentum
doctrinæ profertur, & in cordis ſuper
ſcribi pergameno. In renibus ſedes eſt
Exo. 12 — deſiderij, de quibus dominus p̃cipit: Re-
Pſal. 25 — nes veſtros accingetis. Et pſalmiſta ora-
bat ad dominum: Vre renes meos & cor
Atramentariũ ſcriptoris q's myſtice habeat. — meum. Ille igitur habet atramentarium
ſcriptoris, qui per donum ſcientiæ ſibi à
ſpiritu ſancto datum deſideria carnis co
hibet & reſtringit, vt vita non diſcrepet à
Luc. 4 — doctrina, ne ſibi ipſi dicatur: Medice cu-
Rom. 2 — ra teipſum, qui prædicas non furandum,
furaris: qui doces nõ mœchandum mœ
Lucæ 12 — charis. Propterea veritas ait: Sint lumbi
veſtri præcincti & lucernæ ardentes in
manibus veſtris. Hinc tranſire præcipitur
per mediam ciuitatem, & ſignare Thau
ſuper frontes virorum gementium & do
lẽtium. T eſt vltima litera hebraici alpha
beti, exprimens formam crucis, qualis e-
rat, antequam domino crucifixo Pilatus
titulum ſuperponeret: quam & ſanguis
agni poſitus ſuper vtrumque poſtem, &
in ſuperliminaribus domorum, mirifi-
Thau q's gerat in fronte — te deſignabat. Hoc ſignum gerit in fron
te, qui virtutem crucis oſtendit in opere:
Gal. 5. — vt, iuxta quod dicit Apoſtolus, Crucifi-
gat carnem ſuam cum vitijs & concupi-
Gal. 6 — ſcentijs: idemque cũ apoſtolo dicat: Mi-
hi abſit gloriari, niſi in cruce domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus
crucifixus eſt, & ego mundo. Tales pro-
fecto dolent & gemunt ſuper cunctis ab
ominationibus, quæ fiunt in medio ciui
tatis, quia peccata proximorum, frixoria
2. Cor. 11 — ſunt iuſtorũ. Quis, inquit apoſtolus, in-
firmatur, & ego non infirmor? quis ſcã-
dalizatur & ego non vror? Vir ergo ve-
ſtitus lineis, habens atramentarium ſcri
ptoris ad renes, debet tranſire per medi-
am ciuitatem, & ſignare Thau ſuper frõ-
tes virorũ gementiũ & dolentiũ ſup cun

ctis abominatiõibus, quæ fiunt in me-
dio eius: quoniam ſummus põtifex, qui
ſuper domum Iſrael conſtitutus eſt ſpe-
culator, trãſire debet per vniuerſam Ec-
cleſiam, quæ eſt ciuitas regis magni, ciui-
tas poſita ſupra montem, inueſtigando
& inquirendo merita ſingulorum, ne di-
cant bonum malum, vel malum bonum, — Eſa. 5
ne ponant tenebras lucem, & lucem tene
bras: ne mortificent animas quę non mo
riuntur, aut viuificent animas quę nõ vi-
uunt. Et ideo vt diſtinguat & diſcernat — Ezech. 9
inter illos & iſtos, debet ſignare Thau
ſuper frontes virorum gementium & do
lentium, quatenus oſtendat eos, qui do-
lent & gemunt ſuper abominatiõibus q̃
in medio eccleſiæ perpetrantur, ſignatos
eſſe Thau in frontibus ſuis. Tales profe-
cto pro culpa dolẽt, & p infamia gemũt,
ſuper abominationibus, quæ fiunt in
medio ciuitatis: qm̃ in tantũ iã proceſſit
abominatio, quod & infamis eſt culpa, &
eſt culpa infamia. Vnde ſi foderimus ſtu — Ezech. 12
dioſe parietem, ſicut prophetæ præcipi-
tur, videbimus abominationes maiores,
abominationes peſſimas, quas nonnulli — Sex viri habentes vaſa interitus myſtice qui.
exercent in templo. Sex viri habentes va-
ſa interitus vnuſquiſq; in manu ſua, vos
eſſe debetis viri virtutũ: ſex quidem pro-
pter numeri ſacramentum, vt perfecti ſi-
tis in opere ac ſermone. Senarius enim — Senarii numeri myſterium.
numerus eſt perfectus, eo quod redditur
ex ſuis partibus aggregatis. Vnde ſexta
die perfecit deus cœlum & terram & om — Gen. 1
nem ornatum eorum: & cum in plenitu-
dine temporis ſexta veniſſet ætate, ſe-
xta die, ſub hora ſexta, genus redemit
humanum. Ideoque ſex vltima verba di-
xit in cruce. Vas interitus q̃d tenere debe
tis in manibus veſtris ad interimendum
ſceleſtos, eſt pontificalis autoritas, quam
exercere debetis in ope ad perimendum
iniquos, exemplo Pſalmiſtæ dicentis: In — Pſal. 100
matutino interficiebam oẽs peccatores
terræ, vt diſperderem de ciuitate domini
omnes operantes iniquitatem. De his va — Pſal. 7
ſis alibi dicitur, Tetendit arcum ſuum, &
parauit illum: & in ipſo parauit vaſa mor
tis, ſagittas ſuas ardentibus effecit. Vobis
ergo præcipitur: Tranſite per mediam ci
uitatem, ſequentes eũ, ſummum videli-
cet ſacerdotẽ, q̃ſi ducẽ, principẽ & magi-
ſtrũ, vt percutiatis interdicẽdo & ſuſpen

den-

dendo,excõmunicando & deponendo,
ꝑut culpæ qualitas poſtulauerit,Oẽm ſu
Apoc.9 per quẽ non inueneritis Thau ſignatũ ab
ipſo,qui claudit & nemo aperit,aperit &
Apoc.17 nemo claudit. Signatis eñ nocendũ nõ
eſt,Iuxta q̊d alibi dicit:Nolite nocere ter
ræ,neq; mari, neq; arboribus, quoaduſ-
que ſignemus ſeruos Dei noſtri in fron
tibus eorũ. De cæteris autem dicitur:Ne
mini parcat oculus veſter, vt nõ ſit in vo
Exo.32 bis perſonarũ acceptio,recolẽtibus illud,
q̊d Moyſes legitur dixiſſe Leuitis: Si qs
eſt dñi,iũgatur mihi: ponat vir gladium
ſup fœmur ſuũ.Ite & redite de porta vſq;
ad portã per mediũ caſtrorũ, & occidat
vnuſq́ſq; fratrẽ & amicũ & proximum
ſuum.Feceruñq; filij Leui iuxta ſermonẽ
Moyſi.Et vos ſimiliter faciatis. Porro,
ſic percutite,vt ſanetis,ſic occidite, vt vi-
Deut.32 uificetis,eius exẽplo q ait: Ego occidam
& ego viuere faciã:percutiã & ego ſana-
Ezech.9 bo. Et à ſanctuario meo inquit incipite.
1.petri.4 Tempus eñ eſt,ſicut B.apoſt.ait, vt iudi
ciũ incipiat à domo dñi.Nam oĩs in po-
Corruptela populi vnde procedat. pulo corruptela principaliter procedit à
clero: qa ſi ſacerdos,qui eſt vnctus,pecca
Leuit.4 uerit,facit delinquere populũ:quippe dũ
laici vidẽt turpiter & enormiter excedẽ-
tes,& ipſi eorũ exemplo ad iniquitatẽ &
ſcelera prolabuntur.Cunq; rꝑhendun
tur ab aliquo,protinus ſe excuſant,dicẽ
Ioan.5 tes:Nõ poteſt filius facere niſi q̊d viderit
patrẽ facientẽ: &,ſufficit diſcipulo, ſi ſit
Oſee.4 ſicut magiſter eius.Impletũ eſt illud pro
pheticũ: Erit ſicut populus,ſic ſacerdos,
Eſa.23 Quinimo, erubeſce Sidõ ait mare.Hinc
etiã mala prouenerũt in populo Chriſtia
Mala in populo Chriſtiano exorta quæ. no.Perit fides,religio deformatur, liber
tas cõfunditur,iuſtitia cõculcatur,hære-
tici pullulãt,inſoleſcunt ſchiſmatici, per
fidi ſæuiunt,ꝓualent Agareni.De trãſitu
Tranſitus æternalis. Luc.12 aũt æternali dñs ait: Beati ſunt ſerui illi,
q̊s cum venerit dñs,inuenerit vigilantes.
Amen dico vobis,q̊d ꝑcinget ſe, & faci-
et illos diſcũbere,& trãſiens miniſtrabit
eis.De hoc tranſitu ſane martyres glori-
Pſal.65 antur in Pſalmo,dicentes: Tranſiuimus
per ignẽ & aquã,& induxiſti nos in refri
geriũ.Hoc Paſcha ꝑ cæteris deſidero mã
Manducatio ocruplex. ducare vobiſcũ in regno Dei. Eſt aũt mã
ducatio corporalis & ſpiritualis. De illa
Mat.14 dicitur:Date illis manducare.De iſta di-
Act.10 citur:Macta & manduca.Item manduca

tio culpæ,& manducatio pœnæ. De illa
dicitur:Manducauerunt ſacrificia mor- Pſal.105
tuorum. De iſta legitur: Gladius meus Deut.32
manducabit carnes. Rurſus, eſt mãduca
tio doctrinalis,& eſt manducatio pœni-
tentialis.De illa dicitur: Ego cibum ha- Ioan.4
beo manducare,quem vos neſcitis.De i-
ſta legitur: Cinerem ſicut panem mãdu-
cauerũt.Eſt præterea manducatio Eu-
chariſtiæ,& manducatio gloriæ. De illa Ioan.6
dicit: Qui mãducat me, vita viuet ꝑpter
me.De iſta legit:Beatus q mãducabit pa- Luc.14
nẽ in regno dei.Hac vltima manducatio
ne ꝑcipue deſidero mãducare vobiſc.hoc
Paſcha:vt trãſeamus de labore ad requi-
em,de dolore ad gaudium,de infelicita-
te ad gloriam,de morte ad vitam, de cor
ruptione ad æternitatem. Preſtante do-
mino noſtro Ieſu Chriſto,cui eſt honor
& gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

D. INNOCENTII PAPAE III. SERMO SVB Concilio ſacro Lateranenſi habitus.

De operatione & doctrina quæ debent ineſſe ſacerdoti,de præmio præſentis uitæ & futuræ,de dormitione mortis & uitæ corporalis & ſpiritualis, de triplici ſomno, de naturalibus uiribus animæ & animalibus defectibus eius, a quibus dormire debeamus, de triplici hæreditate,de pennis deargentatis contemplationis & doctrinæ, qualiter orandum, & quæ in oratione ſint cauenda, denique ab omni concupiſcentia rerum & mulierum abſtinendum eſſe.

SI dormiatis inter medios
cleros,pennæ columbæ de- Pſal.67
argẽtatæ,& poſteriora dor
ſi eius in ſpecie auri. Duo
ſunt nobis ad meritum ne- Duo ſacerdoti ad meritum neceſſaria.
ceſſaria,vita ſc; & doctrina. Alterũ pro-
pter nos,alterũ propter proximos. Cœ-
pit enim Ieſus facere & docere,nobis re- 1.petri.2
linquens exemplum,vt ſequamur veſti-
gia eius: q pctm non fecit, nec inuentus
eſt dolus in ore eius:peccatum non fecit,
vt ſit honeſtas in vita: nec inuẽtus eſt do
lus in

lus in ore eius, vt ſit veritas in doctrina:
Quæ duo commendantur nobis in ver-
bis propoſitis. De vita pręmittitur: ſi dor
miatis. De doctrina ſubiungitur: inter
Exo. 39 medios cleros. Hinc eſt igitur, quod à ve
ſte pontificali dependebant malograna-
ta, cum tintinnabulis aureis. Per malo-
granatum accipitur operatio, per tintin
nabulum aureum intelligitur prædica-
tio: quæ duo debent in ſacerdote con-
iungi, ne ſine illis ingrediens ſanctuari-
um, moriatur. Quia vero per meritum
peruenitur ad præmium, recte poſt meri
ritum, promittitur præmium. Quod &
premium duplex 1. Tim. 4 duplex promittitur: vnum in præſenti,
& alterum in futuro. Pietas enim pro-
miſſionem habet vitæ, quæ nunc eſt, &
futuræ, vt centuplum accipiat, & vitam
æternam poſſideat. Centuplum in præ-
ſenti, vitam æternam in futuro. De præ-
ſenti præmittitur: Pennæ columbæ dear
gentatæ. De futuro ſubiungitur: Et po-
ſteriora dorſi eius in ſpecie auri. Quoni
Pſal. 83 am miſericordiam & veritatē diligit De
us: gratiam & gloriam dabit dominus.
Gratiam in præſenti præſtat ad meritū,
gloriam in futuro præſtabit ad præmi-
Dormitio duplex um. Eſt autem duplex dormitio, Vna
mortis, altera vitæ: ſed vtraq; diuiditur.
Nam alia eſt dormitio mortis corpora-
lis, & hæc eſt pœna, & alia dormitio ſpi-
ritualis, & hæc eſt culpa. De prima domi
Ioan. 11 nus inqt apoſtolis: Lazarus amicus no-
1. Teſ. 4 ſter dormit. Et Apoſtolus ait: Nolo vos
ignorare de dormientibus, &c. De ſecū-
Pſal. 40 da dicit Dauid: Nunqd q dormit non ad
Ephe. 5 ijciat vt reſurgat? Et Apoſtolus: Surge q
dormis, & illuminabit te Chriſtus.
Somn' malus triplex. Hoc autem tribus modis admittitur,
per ignorantiam, negligentiam & con-
cupiſcentiam. De ſomno ignorantiæ di-
Pſal. 12 cit Pſalmiſta: Illumina oculos meos, ne
vnquam obdormiam in morte. De ſom
Pro. 6 no negligentiæ Salomon ait: Vſquequo
piger dormis? quando cōſurges de ſom
no tuo? paululum dormies, paululū dor
mitabis, paululum conſeres manus tuas,
vt dormias, & veniet tibi quaſi viator e-
geſtas, & pauperies quaſi vir armatus.
Pſal. 75 De ſomno concupiſcentiæ dicit Dauid:
Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil in
uenerunt omnes viri diuitiarum in ma-
nibus ſuis. Cæterum dormitio vitæ du-

plex quoque legitur in ſcripturis: Vna Somnus bonus duplex.
vitæ corporalis, proueniens ex natu-
ra. Altera vitæ ſpiritualis, procedens ex
gratia. De prima dominus dixit apoſto- Mat. 26
lis: Dormite iam & requieſcite. De ſecū-
da Sponſa dicit in Canticis: Ego dor- Cant. 5
mio, & cor meum vigilat. Sed & nos in-
terim dormiamus à malis, & vigilemus
in bonis. Siquidem vitæ perfectio in Perfectio vitę conſiſtit in duobus.
duobus conſiſtit: in declinandis vitijs,
& in exercendis virtutibus, ſecundum
illud: Diuerte à malo & fac bonum. Per Pſal. 36
alterum vitamus ſupplicium, per alterū
acquirimus pręmium. Quæ duo per dor
mitionem conuenienter intelliguntur.
Somnus enim, vt aſſerunt, qui de rerum Somnus qd
naturis ediſſerunt, eſt quies animalium
virtutum, cum intentione naturalium.
Nos autem qui ſpirituales ſumus, ſpiri-
tualiter has in ſpiritu poſſumus inueni-
re. Sunt enim tres naturales vires in ani- Vires animę tres quę
ma, vis rationalis, vis concupiſcibilis, vis
iraſcibilis. Rationabilitas, quaſi vis dige
ſtiua, diſcernit inter bonum & malum,
& lucem & tenebras, inter ſanctū & pro
phanum. Concupiſcibilitas, quaſi vis ap
petiua, bonum eligit, lucem appetit, &
ſanctum inquirit. Iraſcibilitas, quaſi vis
expulſiua, malum abijcit, tenebras repel
lit, & prophanum reſpuit. E contra, ſunt
tres animales defectus in anima, ignorā Defectus animales tres.
tia, negligentia, & concupiſcentia. Con
tra rationabilitatem, eſt ignorantia, con
tra iraſcibilitatē, negligentia: contra con
cupiſcibilitatem, concupiſcentia. Ab his
tribus vitijs maxime nobis eſt dormien-
dum. Nam ex negligentia procedit deli-
ctum, ex concupiſcentia procedit pecca-
tum, ex ignorātia prouenit delictum at-
que peccatum. Quia delictum in omittē
do, peccatum in committendo conſiſtit.
Delictum vtiq; eſt, non facere faciendū:
peccatum vero, agere non agēdum. Dor
miendum eſt nobis ab ignorantia, præ-
ſertim ab ignorantia mandatorum, in
præceptis diuinis, & officiorum, in ſacra
mentis eccleſiaſticis: quę duo ſine pericu
lo non poſſumus ignorare. Scriptum eſt
enim: Ipſi vero non cognouerūt vias me
as, quibus iuraui in ira mea, ſi introibūt
in requiem meam. Neſcierunt neque in-
tellexerunt, in tenebris ambulant. Ait
autem prophetæ Deus: Tu ſcientiā rep-
puli-

pulisti,&ego te repellam, ne ſacerdotio
fungaris mihi. Et populus meus capti-
uus ductus eſt, quia non habuit ſcienti-
am.Nobiles eius interierũt ſame,& mul
titudo eius ſiti exaruit.Noluit intellige-
re,vt bene ageret,iniquitatem meditatus
1.Cor.2 eſt in cubili ſuo. Nam ſi cognouiſſent,
Ignorãtia nunquam dominum gloriæ crucifixiſ-
ſacerdotibus ſent.Caueamus igitur nos p̃cipue igno-
præci rãtiam,quibus datum eſt ex officio noſ-
pue cauenda quę ſe myſteria regni Dei, cæteris autem in
Matt.13 Iob.1 parabolis. Nos enim debemus eſſe bo-
ues arantes, cæteri ſunt aſinæ iuxta paſcẽ
pſal.118 tes.Nos pſallentes Deo repromittimus:
In tuis iuſtificationibus meditabor, nõ
Mat.5 obliuiſcar ſermones tuos.Nos debemus
eſſe lux mundi. Si vero lumen quod in
Mat.6 Mat.5 nobis eſt tenebræ fiat, tenebræ quantæ
erunt?Nos debemus eſſe ſal terræ.Quod
ſi ſal euanuerit,in quo ſalietur?Ad nihi-
lum valet vltra,niſi vt mittatur foras, &
conculcetur ab hominibus.Quieſcat igi
tur ignorantia,& rationabilitas intenda
Rom.12 tur,ſecundum illud:Rationabile ſit obſe
quium veſtrum. Et: Parati ſitis reddere
1.Pet.3 rationem omni poſcenti vos de ea quæ
Rationale in vobis eſt fide.Hoc enim eſt logion ſi-
pontificis ue rationale,quod põtifex ferebat in pe-
quid innuat ctore, in quo ſcriptum eſt purin & thu-
& ſignificet. Exo.28 min,id eſt, manifeſtatio & veritas. Nam
in pectore ſacerdotis manifeſta debet eſ
ſe cognitio veritatis,ſecũdum illud pro-
Mal.2 pheticum: Labia ſacerdotis cuſtodiunt
ſcientiam,& legem exquirunt ex ore e-
ius,quia angelus domini exercituũ eſt.
Erat autem ratiõale quadrangulum: qa
ſacerdos debet diſcernere inter q̃tuor:
inter ve℞ & falſum,ne deuiet in creden-
dis.Inter bonũ & malũ, ne deuiet in agẽ
dis.Erat & duplex:quia debet diſcerne-
re pro duobus, pro ſe & pro populo: ne
Matt.15 ſi cæcus cæcum duxerit, ambo in foueã
cadant. Dormiamus ergo ab ignorãtia:
Pſal.120 quia non dormitabit neq; dormiet, qui
Negligentia cuſtodit Iſrael.Non dormitabit à pœna,
ſacerdotibus niſi nos dormiamus à culpa.Dormien-
cauenda, dum eſt quoq; nobis à negligentia,pr
quę ſit. ſertim in oratione,quæ ſpectat ad dñm,
& correctione,quæ ſpectat ad proximũ:
quæ duo non poſſumus ſine pc̃tõ negli
gere.Quidam enĩ orant,tamẽ negligẽter
& indeuote:q ore qdem loquunt cœle-
ſtia,ſed corde meditantur terrena, qbus

dñs impperat p̃ prophetã: Populus hic Eſa.29
labijs me honorat,cor aũt eo℞ longe eſt Pſal.61
à me.De talib. legit:Ore ſuo bñdicebãt,
&corde ſuo maledicebãt.Ore ſuo bñdi-
cunt,q loquũtur eloqa veritatis,ſed cor-
de maledicunt,q meditant inania vanita
tis.Alij v̾o tã feſtinanter orãt,& indiſcre
te,q medio p̃termiſſo, nõ proferunt niſi
caput & caudã.Sed qui ſemetip̃m nõ au-
dit,quõ deus illum exaudiet?Qui taliter
orat,nõ inclinat deũ ad indulgentiã,ſed
prouocat illũ ad iracundiã. Tu aũt cum Orandum
oras,intra in cubiculũ,& clauſo oſtio o- quõ ſit fructuoſe
ra patrẽ tuũ.Intra in cubiculũ cordis, o-
ſtio ſenſuũ intercluſo:ne muſcę moriẽ- Eccli.10
tes perdãt ſuauitatẽ vngẽti.Ora patrẽ tu
um,nõ in multiloqo, ſed in corde puro,
& cõſcientia bona,& fide nõ ficta.Sic o-
rauerunt Moyſes & Suſanna,q clamaue
rũt ad dñm,& de neceſſitatibus eo℞ libe
rauit eos.Clamauerũt,non tã vocis intẽ-
tione,q̃ cordis deuotiõe,dicẽte Pſal.De- pſal.36
lectare in dño,& dabit tibi petitiões cor-
dis tui.Hinc & Apoſtolus ait:Cantantes Eph.5
& pſallẽtes in cordibus veſtris.Deus enĩ
non tam auditor eſt vocis,q̃ cordis: nec
eſt admonendus clamoribus,qui renum
eſt ſcrutator & cordium. Quod Anna,
gerens typum Eccleſiæ,legit obſeruaſſe,
quæ nõ petitione clamoſa,ſed oratione 1.Reg.1
deuota,quod petijt impetrauit. Legitur
enim in libro Regum,quod Anna loque
batur in corde ſuo, tantumq; labia ſua
mouebantur,& vox penitus non audie-
batur.Item in Pſalmo:Quę dicitis in cor Pſal.4
dibus veſtris, in cubilibus veſtris com-
pungimini.Quia ſacrificiũ deo ſpũs cõ- Pſal.50
tribulatus,cor cõtritum & humiliatum
Deus non ſpernit. Expedit tamẽ vt oris
pronunciatio deuotũ comitetur affectũ:
quia q̃d facit flatus carboni,hoc facit p̃-
nunciatio deuotioni.Audi Pſalmiſt.Ad
ipſum ore meo clamaui, & exultaui ſub pſal.65
lingua mea.Vos ergo chariſſimi, quum
oratis,ſtate corã dño deo noſtro cõpun-
cti,humiles & deuoti:ſine motu, ſine ri-
ſu,ſine cachinno: nolite nimium clama-
re,nimium feſtinare,ſed pronunciate di
ſtincte ad intelligendum. Quia maledi- Hiere.48
ctus homo,qui opus Dei agit negligen-
ter.Ergo ſeruite domino in timore,&ex pſal.2
ultate ei cũ tremore:p̃ſertim i ſacrificio,
in q̃ mortis Chriſti memoria celebratur.
Hoc,

Luc.22 Hoc,inq̄t,facite in meā cōmemorationē.
1.Cor.11 Et Apoſtolus dicit: Quotieſcunq; man-
ducabitis panem hunc & calicem bibe-
tis,mortem domini annunciabitis, do-
nec veniat. In quolibet enim officio ne-
gligentia eſt pct̄m,ſed in ſacrificio eſt pe
Ibidem. riculum.Quoniam qui manducat indi-
gne, iudicium ſibi manducat,non diiu-
Negligen-tia in correctione peccantiũ cauendam ſacerdoti. dicans corpus domini.Caueamus quo-
que negligentiam in correctione peccā-
tium.Quidam enim ſunt canes muti,nō
valentes latrare,palpātes vitia pctōrum,
Eſa.56 vel cupiditatis amore, vel fragilitatis ti-
timore.Cupiditatis amore,ne forte per-
dāt oblatiōes aut decimas. Fragilitatis ti
more,ne forte incurrāt indignationem
aut odium. Contra tales dicitur per pro
Ezech.13 phetam: Væ qui conſuunt puluillos ſub
omni cubito manus, & faciunt ceruica-
lia ſub capite vniuerſæ ætatis. Item: Ipſi
ædificabant parietem, illi autē liniebant
eum. Rurſus: Prophetæ tui viderunt ti-
bi ſtulta & falſa, nec aperiebant tibi ini-
quitatem tuam,vt te ad pœnitentiā pro-
uocarent. Econtra præcipitur: Clama,
Eſa 58 ne ceſſes:quaſi tuba exalta vocem tuam,
& annuncia populo meo ſcelera eorum,
& domui Iacob pctā eorum.Hinc Apo-
Actu.20 ſtolus dicebat Epheſijs: Mūdæ ſunt ma
nus meæ à ſanguine omnium veſtrum.
Non enim ſubterfugi, quo minus annū
ciarem omne conſilium Dei vobis.Au-
Eſa 6 di prophetam: Væ mihi,quia tacui: quia
vir pollutus labijs ego ſum, & in medio
populi polluta labia habentis ego habi-
Mar.6 to.Non timuit Ioannes Herodem, quo
minus eum libere reprehēderet, propter
Herodiadem,quam viuēte viro ſuo Phi-
lippo tenebat vxorem. Quieſcat ergo ne
gligentia,& iraſcibilitas intendatur, ſe-
Pſal.4 cundum illud:Iraſcimini & nolite pecca
re,id eſt,iraſcimini vitijs,ne peccetis.Hic
Ioan.2 eſt zelus ille,quo Chriſtus accenſus eie-
cit vendentes & ementes de templo, ſe-
Pſal.68 cundum illud:Zelus domus tuæ come-
Num.25 dit me.Quo ſuccenſus Phinees,Iudæum
cum Madianitide coeunte pugione trāſ
Diſcretio ſacerdoti habenda quę. fodit. Diſcretus ergo ſacerdos contra re
belles & obſtinatos ſeueritatem exerce-
at,erga humiles & pœnitentes exhibeat
Luc.10 pietatē.Nam illius ſemiuiui vulneribus,
quem Samaritanus duxit in ſtabulum,
& vinum ſuperinfudit & oleum.Et in ar

ca tabernaculi virga continebatur &
manna. Dormiendum eſt quoq; nobis
ab omni concupiſcentia,pręſertim à cō- Concupiſcentia duplex ſacerdotibus maxime cauenda.
cupiſcentia rerum,quæ procedit ex aua-
ritia, & concupiſcentia mulierum, quæ
prouenit ex luxuria. Scriptum eſt enim:
Nihil eſt auaro ſceleſtius, & nihil iniqui Eccl.10
us,quàm amare pecuniam. Verbum eſt
Sapientis,quod cōfirmat Apoſtolus di-
cens: Qui volunt fieri diuites, incidunt 1.Tim.6
in tentationem, & in laqueum diaboli,
& deſideria multa,& inutilia, & nociua,
quæ mergunt hominem in interitum,et
perditionem.Radix enim omnium ma- Ibidem.
lorum eſt cupiditas.Et alibi: Auaritia eſt Ephe.5
idolorum ſeruitus. Audite,quid contra
cupidos ſacerdotes dicat propheta: Prin Mich.3
cipes eius in muneribus iudicabant,& ſa
cerdotes eius in mercede docebant, &
prophetæ eius in pecunia diuinabant.In pro.27
fernus & perditio nunquam replentur,
ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles.
Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes, af- pro.30
fer affer.Nam creſcit amor nummi quā-
tum ipſa pecunia creſcit. Porro,tranſit 1.Ioan.2
mundus & concupiſcentia eius.Ne time
amus ergo,quum diues factus fuerit ho
mo,& multiplicata fuerit gloria domus Pſal.48
eius. Non enim quum morietur accipi-
et hæc omnia, neque deſcendet cum eo
gloria eius.Nec hoc dico, quin liceat di-
uitias habere,ſed quia non licet diuitijs Pſal.61
inhærere,ſecundum illud: Diuitiæ ſi af-
fluant nolite cor apponere.Nullus ergo
veſtrum alienum parochianum ſeducat,
aut alienam parochiam inuadat.Præce-
ptum eſt enim, vt nemo mittat falcem in
meſſem alienam, neque tranſgrediatur prou.22
terminos,quos poſuerunt patres noſtri.
Caueamus nihilominus à concupiſcen-
tia mulierum.Nam vinum & mulieres fa Eccl.19
ciūt apoſtatare ſapiētes.Et propter ſpeci- Eccl.9
em mulieris multi pierunt. Viæ inferi do
mus eius,penetrātes in interiora mortis.
Semper illam præcedunt ardor & petu-
lantia, ſemper comitantur fœtor & im-
munditia, ſemper ſequitur dolor & pœ
nitentia. Fauus enim diſtillans labia me prou.5
retricis,& nitidius oleo guttur eius,no-
uiſſima autem illius amara ſicut abſin-
thium,& acuta quaſi gladius biceps. Fa-
miliaris eſt inimicus,habitans non pro-
cul,ſed prope,non extra,ſed intra. Nam
vir-

virtus eius in lumbis eius, & fortitudo il lius in vmbilico ventris eius. Nunquam fugatur, niſi cum fugitur, nunquam ma ctatur, niſi cũ macetatur. Nos autem in ſacris ordinibus conſtituti, iam ex neceſ ſitate tenemur pudicitiam cuſtodire. Scri ptum eſt enim, quod cum Dauid fugeret perſecutionem Saul, venit in Nobe ad Achimelech ſacerdotem, poſtulans vel quinque panes ad eſuriem expellendam. Et reſpondit ſacerdos: Non habeo pa nes laicos ad manum, ſed tantum panem ſanctum. Si mundi ſunt pueri, maxime à mulieribus, manducent. Non dixit, ſi ha bent fidem, ſpem & charitatem, ſi habent iuſtitiam, fortitudinem, prudentiam & temperantiam: ſi habent ſpiritum ſcien tiæ & pietatis, & ſpiritum timoris domi ni: ſed dixit, ſi mundi ſunt, maxime à mu lieribus, manducent: quia panem ſanctũ digne manducare non poſſunt, niſi qui mundi ſunt à coitu mulierum. Quieſcat ergo concupiſcentia, & concupiſcibilitas incendatur. Secundum illud: Concupi- Pſal.118 uit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Incendatur autem per tres principales virtutes, fidem, ſpem & charitatem: vt rationabilitas illumine tur per fidem, Iraſcibilitas confortetur p ſpem, concupiſcibilitas informetur per charitatem. Illuminetur autem per fidei veritatem, vt rationabilitas expellat erro rem ignorantiæ, confortetur per ſpei ſta bilitatem, vt iraſcibilitas excludat torpo rem negligentiæ: informetur per charita tis ſynceritatem, vt concupiſcibilitas ex tinguat ardorem concupiſcentiæ. Dor miamus igit, ſed inter medios cleros, id eſt, in medio clericorum, ſecundum idio ma græcorum. Ad literam nos inter me dios cleros totius orbis exiſtimus, pro pterea nequeunt opera noſtra latere, ſiue bona ſint, ſiue mala. Luceat ergo lux ve- Matt.5 ſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem ve ſtrum, qui in cœlis eſt, vt cortina corti nam trahat, & qui audit dicat veni. Aliter tamen hoc poſſumus intelligere. Cleros Cleros qd interpret. enim Græce, ſors vel hæreditas interpre tatur, vnde clerici dicuntur, quod in par tem domini ſint ſortiti, ſecundum illud: Hæreditas triplex. Dominus pars hæreditatis meæ. Eſt au tem hæreditas infima, media, & ſuprema.

Infima eſt terrena, de qua legitur: Dedit terrã eorũ hereditatẽ, hereditatẽ Iſrael ſer Pſal.135 uo ſuo. Media eſt ſacra ſcriptura: De q̃ di citur: Hereditate acqſiui teſtimonia tua Pſal.118 in ęternum: quia exultatio cordis mei ſunt. Suprema eſt beatitudo cœleſtis, de qua legitur: Funes ceciderũt mihi in præ Pſal.15 claris, etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. Quælibet hæreditatum iſtarum, ſuas habet medietates. Terrena poſſeſ ſiones mobiles & immobiles, ſacra ſcriptura ſpiritum & literam, beatitu do cœleſtis ſtolam mentis & ſtolam carnis. Inter hos medios cleros, inter medias hæreditates dormire debemus; aliter autem & aliter. Eſt enim medium, Medium triplex. quod vtrumque extremorum contingit, & eſt medium, quod neutrũ extremorũ contingit, & eſt medium, quod alterum tantũ extremorũ contingit. Verbi gratia: Medium, quod vtrumque extremorum contingit, eſt aer, qui medius inter cœlũ & terram vtrumq; contingit. Mediũ, q̃d neutrum extremorum contingit, eſt ſol, qui medius inter cœlum & terram, neu trum contingit. Medium q̃d alterum ex tremorũ tantum cõtingit, eſt mons, qui medius inter cœlum & terram, alterum tantum contingit. Adhunc modum in ter hos medios cleros, inter has medias Dormiendum quõ ſit inter medios cleros. hæreditates dormire debemus. Dormia mus igitur inter medios cleros poſſeſſio nis terrenę, per vim iraſcibilem, vt in neu tra ſui parte quieſcamus, ſecundum illud 1.Ioan.2 quod legitur: Filioli, nolite diligere mũ dum, neque ea quæ in mundo ſunt. Dor miamus inter medios cleros ſacræ ſcri pturæ per vim rationalem, vt in altera tã tum ſui parte quieſcamus, ſecundum 2.Cor.3 quod legitur: Litera occidit, ſpiritus au tem viuificat. Dormiamus inter medios cleros cœleſtis beatitudinis per vim cõ cupiſcibilem, vt in vtraque parte quieſca mus, ſecundum hoc quod legitur: Gau- Matt.5 dete & exultate, quia merces veſtra co pioſa eſt in cœlis. Gaudete pro ſtola cor dis, & exultate pro ſtola corporis. Si ſic dormierimus, profecto nos ſumus pen- Sacerdotes vt deſignentur per pẽnas columbę. næ columbæ deargentatæ. Sicut per co lumbam deſignatur eccleſia, ſic per pen nas columbæ deſignãtur ſacerdotes ec cleſiæ, qui verbis & exemplis eam ſub leuant ad cœleſtia. Vnde ſponſus de ſpõ

Cant.6 ſa dicit in Canticis: Vna eſt columba
mea, perfecta mea. Cuius pennas pro-
Eſa.60 pheta deſcribens dicit: Qui ſunt hi,
qui vt nubes volant,& quaſi columbæ
ad ſencſtras ſuas? Pennæ deargenta-
tæ ſunt illi, qui diuinis ſunt eloquiis
eruditi, ſecundum illud: Eloquia do-
Pſal.11 mini eloquia caſta, argentum igne ex-
aminatum, probatum terræ purgatum
Cant.5 ſeptuplum. Hinc alibi dicitur: Oculi
tui ſicut columbæ, quæ lactæ ſunt lo-
tæ, ſedentes ſuper fluenta pleniſſima.
Sunt autem pennæ virtutis, pennæ con-
templationis,& pennæ doctrinæ. De
Pſal.17 primis legitur: Volauit ſuper pennas
Pſal.34 ventorum. De ſecundis dicitur: Quis
dabit mihi pennas ſicut columbæ,& vo-
labo & requieſcam. De tertiis autem ſcri
bitur: Iunctæ erant pennæ vnius ad alte
Ezech.1 rum. Porro, ſunt pennæ veræ, ſunt qui
dem & falſæ. Veræ ſunt pennæ iuſto-
rum, qui ſignantur per pennas Herodii.
Falſæ ſunt pennæ hypocritarum, quæ ſi-
gnantur per pennas ſtrutionis. Legi-
Iob.39 tur enim in Iob: Penna ſtrutionis ſimi-
lis eſt pennæ Herodii & accipitris. Pen-
næ ſumus reſpuentes terreſtria, per vim
iraſcibilem, dormientes inter medios cle
ros poſſeſſionis terrenæ. Pennæ colum-
bæ ſumus, appetentes cœleſtia, per vim
concupiſcibilem, dormientes inter me-
dios cleros beatitudinis ſempiternæ.
Pennæ deargentatæ ſumus, intelligen-
tes diuina, per vim rationabilem, dormi
entes inter medios cleros ſacræ ſcriptu-
ræ. Nec tantum in præſenti ſumus pen-
næ columbæ deargentatæ, ſed poſterio-
ra dorſi eius in ſpecie auri. Sicut dor-
ſum laborem vitæ præſentis ſignificat,
ſecūdū illud, Supra dorſum meum fabri Pſal.128
cauerunt peccatores: ita poſteriora dor-
ſi requiem futuræ vitæ deſignant, ſe-
cundum illud: Iam non erit amplius, ne Apoc.21
que luctus, neque clamor: quoniam
priora tranſierunt. Ergo poſteriora dor
ſi, id eſt, requies poſt laborem, erit in
ſpecie auri, hoc eſt, in gloria contempla
tionis, quæ per fulgorem auri congrue
deſignatur, propter illud: Fulgebunt iu Matt.13
ſti ſicut ſol in regno patris eorum.

Ad quam gloriam nos perdu-
cat dominus Ieſus Chriſtus,
qui eſt Deus benedictus
in ſecula ſeculo-
rum, Amen.

LECTO-

LECTORI CHRISTIANO ET BENEVOLO S.

DECRETA HVIVS CONcilij Lateranenſis ſub hocce noſtro D. Innocentio tertio Pontifice maximo celebrati, pro ſua & celebritate & vtilitate ſunt quinque libris Decretalium iuris Canonici maxima ex parte ſparſim inſerta. Id quod nos in margine circa ſingula annotandum eſſe duximus, tum quod non eſt in Decretalibus idem ordo titulorum, qui eſt in hoc libro, tum quod obſcuriora horum decretorum loca poterunt ex gloſſis & cõmentarijs Decretalium clarius intelligi. Ad antiquiſſima autem & diuerſa exemplaria, quamuis magno cum labore, adeo hocce Concilium terſum & correctum reddidimus, vt nunquam antehac pro indubitato Lector integrum, ſed mutilum mendiſque multis ſcaturiens, idem habuerit. Quem quidem laborem, vti & alios multos, libenter huic æditioni impendimus, vt quoquo modo inſeruiremus, iuxta legem charitatis, proximo, hoc eſt, Chriſtiano, ſtudioſoque Lectori: in cuius etiam gratiam, id moleſtiæ lubentes ſubiuimus, vt ſingulis capitulis ſuum adaptaremus librũ, titulum, & capitulum, quæ in Decretalibus ſortita ſunt: adiectis ſimul ſummarijs ſingulorum capitum, eiuſdem ſacri Concilij.

Quantæ vero celebritatis idipſum fuerit Concilium Lateranenſe, * Bartholomæus Platina, compluresque alij inſignis eruditionis, & autoritatis viri in vita D. huius noſtri Innocentij Papæ tertij luculenter declarant. Non eſt profecto Concilium aliud celebrius vllum facile indicare. Fuerunt quidem hæc Decreta in eo Concilio conſtituta, quemadmodum & in prædictis Decretalibus vbique allegando annotatur. Veruntamen ab ipſo Papa

* Baptiſta

Innocentio in hanc redacta ſunt formã, aliquanto poſt celebratum concilium, id quod cordatus Lector facile deprehendet ex capitulis quibuſdum, præſertim ex viceſimonono, ex triceſimotertio, & ex quadrageſimoprimo. Quantę vero pietatis ac eruditionis fuerit ille pontifex, in vita & geſtis ipſius iam ante indicauimus. Hic certe ex appendice, vbi de expeditione pro recuperanda terra ſancta agitur, facile intelliget Lector virum illum inſigniter pium atque magnanimum fuiſſe. Quem ſane & hæc Decreta, & plurimæ ipſius Decretales in quinque libros digeſtæ, & hiſce ipſius operibus inſeriæ, tum iuris ſcientiſſimum, tum æquitatis ſtudioſiſſimum fuiſſe conuincunt.

SACRI

SACRI CONCILII GENERALIS LATERANENSIS SVB D. INNOCENTIO PONTIFICE MAXIMO, HVius nominis III. celebrati, Anno domini M. CC. XV. Decreta, ab eodem D. Innocentio conſcripta, & in eum, qui ſequitur, ordinem digeſta.

Tractat de Trinitate & ipſius operibus, de fide & articulis fidei, & de ſacramentis Eccleſiæ, ubi etiam interſerit de ordine. Cap. I.

Extra lib. I. tit. I de ſũma trinitate & fi de catho. cap. I.

Deus vnꝰ in eſſentia, trinus in perſonis

Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quod vnus ſolus eſt verus Deus, æternus & immenſus, omnipotẽs, incommutabilis, incõprehenſibilis & ineffabilis, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, tres quidem perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia ſeu natura ſimplex omnino. Pater à nullo, filius autem à ſolo patre, ac ſpiritus ſanctus ab vtroq; pariter, abſq; initio ſemper & fine. Pater generans, filius naſcens, & ſpiritus ſanctus procedens, conſubſtantiales & coæquales, coomnipotentes & coæterni, vnum vniuerſorum principium, creator omnium viſibilium, & inuiſibilium, ſpiritualium, & corporalium, qui ſua omnipotenti virtute, ſimul ab initio temporis, vtranque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanã, ac deinde humanã quaſi communem ex ſpiritu & corpore conſtitutã. Diabolus enim & dęmones alij à Deo quidẽ natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali. Homo vero diaboli ſuggeſtione peccauit.

Scriptura diuina

Hæc ſancta Trinitas ſecundum communem eſſentiã indiuidua, & ſecundum perſonales proprietates diſcreta, ꝑ Moyſen & ſanctos ꝓphetas alioſq; famulos ſuos, iuxta ordinatiſſimam diſpoſitionẽ temporum, doctrinam humano generi tribuit ſalutarem.

Chriſtus

Et tandem vnigenitus dei filius Ieſus Chriſtus à tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria ſemper virgine ſpiritus ſancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne compoſitus, vna in duabus naturis perſona, viam vitæ manifeſtius demonſtrauit. Qui cum ſecundum diuinitatem ſit immortalis & impaſſibilis, idem ipſe ſecundum humanitatem factus eſt paſſibilis & mortalis, quin etiam pro ſalute humani generis in ligno crucis paſſus & mortuus, deſcendit ad inferos, reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cœlum. Sed deſcendit in anima, & reſurrexit in carne, aſcenditq; pariter in vtroque, venturus in fine ſeculi iudicaturus viuos & mortuos, & redditurus ſingulis ſecũdum opera ſua, tam reprobis quam electis. Qui oẽs cum ſuis proprijs corporibus reſurgent, quæ nunc geſtant, vt recipiant ſecundum opera ſua, ſiue bona fuerint, ſiue mala: illi cum diabolo pœnã perpetuam, & iſti cum Chriſto gloriam ſempiternam.

XXII. q. IIII. ca. Incommutabilis

qui, vel quando.

Extremũ iudicium

Tractatur hic de ſacramentis Eccleſiaſticis.

Eccleſię vnitas.

Euchariſtia

XXIIII. q. I. ca. Qm̃ vetus

Vna vero eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia extra quam nullus omnino ſaluatur. In qua idem ipſe ſacerdos & ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continent, trãſſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinẽ poteſtate diuina, vt ad perficiendũ myſteriũ vnitatis accipiamus ipſe de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro.

Et hoc vtiq; ſacramentũ nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui fuerit rite ordinatus ſecundũ claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit apoſtolis, & eoꝝ ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus.

Baptiſmꝰ

Sacramentũ vero baptiſmi, q̃d ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis, videlicet patris, & filij, & ſpiritus ſancti, & cõ

ſecratur in aqua, tã paruulis quam adultis in forma Eccleſię, à quocunq; rite collatum, proficit ad ſalutem.

Pœnitẽtia

Et ſi poſt ſuſceptionẽ baptiſmi qſquã prolapſus fuerit in pctõ, per veram pœnitentiam ſemper poteſt reparari.

Non ſolũ aũt virgines & cõtinentes, verũ etiã coniugati, p fidẽ rectam & operationem bonam, placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

Pater & filius & ſpũs ſanctus vera vnione, nõ collectiua, ſeu ſimilitudinaria ſunt vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura: contrarium ſentientes, vt hæretici ſunt cenſendi, niſi ab errore reſipiſcant, & correctioni ſedis apoſtolicæ ſe ſubmittant. Cap. II.

Extra lib. 1. tit. 1 ca. 2 Abbatis Ioachim error de vna trinitatis eſſentia.

DAmnamus ergo & reprobamus libellũ ſiue tractatum, quẽ abbas Ioachim edidit cõtra magiſtrũ Petrũ Lõbardũ, de vnitate ſeu eſſentia Trinitatis, appellans ipſum hæreticũ & inſanũ, pro eo q̃d in ſuis dixit ſentẽtijs, qm̃ quædam ſumma res eſt pater & filius & ſpũs ſanctus, & illa non eſt generans, neq; genita, nec procedens. Vnde aſſerit q̃d ille nõ tam Trinitatem, quã quaternitatem adſtruebat in Deo, videlicet tres perſonas, & illã cõmunem eſſentiam quaſi quartã, manifeſte proteſtãs, q̃d nulla res eſt, quæ ſit pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, nec eſt eſſentia, nec ſubſtantia, nec natura: q̃uis concedat q̃d pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſunt vna eſſentia, vna ſubſtantia, vnaq; natura. Verũ vnitatem huiuſmodi non verã & propriã, ſed quaſi collectiuã & ſimilitudinariã eſſe fatetur, quẽadmodum dicunt multi homines vnus populus, & multi fideles vna Eccleſia, iuxta illud: Multitudinis credentiũ erat cor vnũ & anima vna. Et: Qui adhæret deo, vnus ſpũs eſt cũ illo. Itẽ ille: Qui plantat, & qui rigat, vnũ ſunt. Et: Oẽs vnum corpus ſumus in Chriſto. Rurſus in lib. Regũ: Populus meus & populus tuus vnum ſunt. Ad hanc aũt ſuam ſententiã aſtruẽdam, illud potiſſimum verbum inducit, quod Chriſtus de fidelibus inquit in Euangelio: Volo pater, vt ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus, vt ſint conſummati in vnum. Non enim, vt ait, fideles Chriſti ſunt vnum, id eſt, vna quædã res,

Act. 4
1. Cor. 6
Ibid. 3 & 12
3. Reg. 22
Ioan. 17

quæ communis ſit omnibus: ſed hoc modo ſunt vnũ, id eſt, vna Eccleſia, propter catholicæ fidei vnitatem: & tandẽ vnum regnum, propter vnionẽ indiſſolubilis charitatis. Quemadmodum in canonica Ioannis epiſtola legitur: Quia tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, pater, & verbum, & ſpiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt. Statimque ſubiungitur: Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres vnum ſunt, ſicut in codicibus quibuſdam inuenitur.

1. Ioan. 4

Reprobatio huius erroris

Nos autem ſacro & vniuerſali concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, quod vna quædam ſumma res eſt, incomprehenſibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, tres ſimul perſonę, ac ſingulatim quælibet earundem. & ideo in Deo Trinitas eſt ſolummodo, nõ quaternitas: quia quælibet trium perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſentia, ſiue natura diuina, quæ ſola eſt vniuerſorum principiũ, præter quod aliud inueniri non poteſt. Et illa res nõ eſt generans, neq; genita, nec procedens: ſed eſt pater qui generat, filius qui gignitur, & ſpiritus ſanctus qui procedit, vt diſtinctiones ſint in perſonis, & vnitas in natura. Licet igitur alius ſit pater, alius filius, alius ſpiritus ſanctus, non tamen aliud: ſed id quod eſt pater, eſt filius, & ſpiritus ſanctus, idem omnino, vt ſecundum orthodoxam & catholicam fidem conſubſtantiales eſſe credãtur. Pater eñi ab æterno filium generando, ſuam ſubſtantiam ei dedit, iuxta q̃d ipſe teſtat: Pater quod dedit mihi, maius eſt omnibus. Ac dici non poteſt, q̃d partem ſuæ ſubſtantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipſe ſibi, quum ſubſtantia patris indiuiſibilis ſit, vtpote ſimplex omnino. Sed nec dici poteſt, quod pater in filium tranſtulerit ſuam ſubſtantiam generando, quaſi ſic dederit eã filio, quod non retinuerit ipſam ſibi: alioquin deſijſſet eſſe ſubſtantia. Patet ergo, quod ſine vlla diminutione filius naſcendo ſubſtãtiam patris accepit, & ita pater & filius habent eandem ſubſtantiam, & ſic eadem res eſt pater, & filius, necnon & ſpiritus ſanctus ab vtroq; procedens.

Vna ſubſtantia patris & filij & ſpiritus ſancti. Ioan. 10

Cum

De conſecrat. diſt. vi. ca. pe. in fine. Ioan. 17 Aliter vnum ſunt fideles Chriſti, aliter tres perſonę diuinę Matt. 5

Cum ergo veritas pro fidelibus ſuis ad patrẽ orat, Volo, inquiens, vt ipſi ſint vnũ in nobis, ſicut & nos vnum ſumus, hoc nomen, vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia: pro perſonis vero diuinis, vt attendatur identitatis in natura vnitas, quẽ admodum veritas alibi ait: Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Ac ſi diceret manifeſtius: Eſtote perfecti perfectione gratiæ, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt perfectione naturę: vtraque videlicet ſuo modo, quia inter creatorem & creaturam non poteſt tanta ſimilitudo notari, quin inter eos maior ſit diſſimilitudo noianda.

Non ipſe Ioachim, ſed eius liber, damnatur

Si quis igitur ſententiam ſiue doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere vel approbare præſumpſerit, tanquã hæreticus ab omnibus euitetur.

In nullo tamẽ per hoc Florentino monaſterio, cuius ipſe Ioachim extitit inſtitutor, volumus derogari, quoniam ibi & regularis inſtitutio eſt & obſeruantia ſalutaris: maxime cum idem Ioachim omnia ſcripta ſua nobis aſſignari mandauerit, apoſtolicæ ſedis iudicio approbanda ſeu etiam corrigenda, dictans epiſtolam quã propria manu ſubſcripſit, in qua firmiter confitetur ſe illam fidẽ tenere, quã Romana tenet eccleſia, quæ cunctorum fidelium diſponente domino mater eſt & magiſtra.

Almarici

Reprobamus etiam & condemnamus per uerſiſſimum dogma impij Amalrici, cuius mentem ſic pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica cẽſenda ſit, quam inſana.

Excommunicati ſunt omnes hæretici, quibuscunque nominibus nominentur. Cap. III.

Extra lib. 5. tit. 7 de hæreticis ca. 13 Supra eod. ca. 1

EXcommunicamus & anathematizamus omnem hæreſim, extollentem ſe aduerſus hanc ſanctã orthodoxã & catholicã fidem, quã ſuperius expoſuimus, cõdemnãtes vniuerſos hęreticos, quibuſcunq; nominibus cenſeantur, facies quidem habentes diuerſas, ſed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipſum.

Dãnati de hæreſi per ſecularem iudicem puniuntur, & bona laicorũ hæreticorũ cõfiſcantur, & clericorum bona applicantur eccleſijs, ubi beneficiati erant.

Damnati vero, ſecularibus poteſtatibus præſentibus aut eorum balinis relinquantur animaduerſione debita puniendi, clericis prius à ſuis ordinibus degradatis, ita quod bona huiuſmodi damnatorum, ſi laici fuerint, confiſcentur, ſi vero clerici, applicentur eccleſijs, à quibus ſtipendia receperant.

Si ſuſpectus de hæreſi, ſe non purgat ad arbitrium ſuperioris, excommunicatur: & exiſtens per annum in excommunicatione, ut hæreticus damnatur.

Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi iuxta conſiderationes ſuſpicionis qualitatemq; pſonę, ppriam innocentiã congrua purgatione monſtrauerint, anathematis gladio feriantur, & vſq; ad ſatiſfactionẽ condignã ab omnibus euitẽtur, ita qd ſi p annũ in excommunicatione perſtiterint, extũc velut hæretici condemnentur.

Poteſtates ſeculares perpetui uel temporales iurare tenentur, uniuerſos hæreticos ab eccleſia damnatos pro uiribus exterminare: & tẽporalis dominus non purgans terram ſuã hæreticis, excommunicatur, & ſi perſtiterit in excommunicatione per annum, nunciatur Papæ, qui fideles eius ab excommunicatione abſoluet, & eius terram fidelibus exponet ſaluo iure principalis domini, niſi & ipſe ſit in culpa.

Seculares poteſtates contra hæreticos

Moueantur autem & inducantur, & ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur ſeculares poteſtates, quibuſcunque fungantur officijs, vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defenſione fidei præſtent publice iuramentum, quod de terris ſuę iuriſdictiõi ſubiectis, vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt, ita quod amodo quandocunque quis fuerit in poteſtatem ſiue ſpiritualem ſiue temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulũ iuramento firmare. Si vero dñs temporalis requiſitus & monitus ab eccleſia, terrã ſuã purgare neglexerit ab hęretica fœditate, per metropolitanum & cæteros comprouinciales epiſcopos excõmunicationis vinculo innodetur. Et ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ſignificetur hoc ſummo pontifici, vt extunc ipſe vaſallos ab eius fidelitate denunciet abſolutos, & terram exponat catholicis occupandã, q

perpetui.

Extra lib. 5. tit. de hęreticis, ca. Ad abolẽ. Pœna in negligentes aut cõniuentes dños ſeculares

XXIII. q. ſt. 5. ca. ad miniſtratores.

 eam

eam exterminatis hæreticis ſine vlla contradictione poſſideant,& in fidei puritate conſeruent,ſaluo iure domini principalis,dummodo ſuper hoc ipſe nullum pręſtet obſtaculum,nec aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege ſeruata circa eos,qui non habent dominos principales.

Catholici vero qui crucis aſſumpto charactere, ad hęreticorũ exterminium ſe accinxerint,illa gaudeant indulgentia, illoque ſancto priuilegio ſint muniti,q̃d accedentibus in terræ ſanctæ ſubſidium conceditur.

Pœna credentium receptatorum & defendentium hæreticos,Primo laicorum, ſecundo clericorum.

ff.de officio p̃ſidis, Congruit.

Credẽtes præterea receptatores,defenſores,& fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus ſubiacere,ſtatuentes,vt poſtquam quis talium fuerit excommunicatione notatus,ſi ſatisfacere contẽpſerit infra annum,extunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu cõſilia,nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi,nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, vt nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat.Nullus præterea ipſi ſuper quocunque negocio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur.Quod ſi forte iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem,nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur .Si fuerit aduocatus,eius patrocinium nullatenus admittatur.Si tabellio,eius inſtrumenta cõfecta per ipſum,nullius penitus ſint momenti,ſed cum autore damnato damnentur.Et in ſimilibus idem præcipimus obſeruari.Si vero clericus fuerit,ab omni officio & beneficio deponatur, vt in quo maior eſt culpa,grauior exerceatur vindicta.Si qui autem tales,poſtquam ab eccleſia denotati fuerint,euitare cõtẽpſerint, excommunicationis ſententia vſque ad ſatisfactionem idoneam percellantur.Sane clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos Chriſtianæ pręſumant ſepulturę tradere,nec eleemoſynas aut oblationes eorum accipiant. Alioquin ſuo priuentur officio,ad quod nũquam reſtituãtur abſque indulto ſedis apoſtolicæ ſpeciali. Similiter quilibet regularis, quibus hoc etiam infligatur,vt illorum priuilegia in illa diœceſi non ſeruentur, in qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare.

Officium clericorũ contra hæreticos I.diſt.ca. quia tua

Nullus debet ſibi officium prædicandi aſſumere,niſi ſuper hoc ſibi à iure uel a ſede apoſtolica uel diœceſano epiſcopo licentia concedatur:alias excommunicat & niſi reſipuerit alia pœna deponit.

Quia vero nõnulli ſub ſpecie pietatis, virtutẽ eius (iuxta quod ait Apoſtolus) abnegantes ,autoritatem ſibi vendicant prædicandi, cum idem Apoſtolus dicat, Quomodo prędicabunt , niſi mittantur? omnes qui prohibiti ,vel non miſſi præter autoritatem ab apoſtolica ſede vel catholico epiſcopo loci ſuſceptam,publice vel priuatim prędicationis officium vſurpare preſumpſerint , excõmunicationis vinculo innodentur. Et niſi quantotius reſipuerint,alia competenti pœna plectãtur. Tit.1 Rom.10

Archiepiſcopi & epiſcopi inferiorum ſuorũ prouincias,& diœceſes ſuſpectas habentes de hæreſi,ſaltem ſemel in anno per ſe,uel per alios idoneos uiſitent:qui etiam debent,ſi hoc expedire uidebitur exigere iuramentum ab illis de uicinia ad reuelandos hæreticos,& occulta conuẽticula celebrantes:quos reuelatos & lapſos canonice punient, & renitentes iurare ut hæretici condemnentur.

Adijcimus inſuper , vt quilibet archiepiſcopus vel epiſcopus per ſe, aut per archidiaconũ ſuum,vel idoneas pſonas honeſtas,bis aut ſaltẽ ſemel in ãno ꝓpriam parochiam, in qua fama fuerit hęreticos habitare,circumeat , & ibi tres vel plures boni teſtimonij viros,vel etiam,ſi expedire videbitur,totam viciniam iurare compellat,quod ſi quis ibidem hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi conuerſatione fidelium,vita & moribus diſſidentes, eos epiſcopo ſtudeat indicare.Ipſe autem epiſcopus ad præſentiam ſuam conuocet accuſatos,qui niſi ſe ab obiecto reatu purgauerint,vel ſi poſt purgationem exhibitam in priſtinam fuerint relapſi perfidiã, canonice puniantur. Si qui vero ex eis iuramenti religionem obſtinatiõe dãnabili reſpuẽtes,iurare forte noluerint,ex hoc ipſo tanquam hæretici reputentur.

XXXV. queſt. VI. ca. Epiſcopus in ſynodo

XLI.diſt. Quiſquis XXIII. queſt. VIII ca. prætерea. II queſt. VII. ca. Quapropter

De conſecra. diſt.II Ergo. Berẽgarius

Volu-

Epiſcopus negligens in hereſi perſequenda, à dignitate epiſcopali eſt remouendus, & alius idoneus eſt ſurrogandus.

Volumus igitur & mãdamus, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus, vt ad hęc efficaciter exequenda, epiſcopi per diœceſes ſuas diligenter inuigilent, ſi canonicam effugere velint vltionem. Si qs enim epiſcopus ſuper expurgãdo de ſua diœceſi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit vel remiſſus, cum id certis indicijs apparuerit, & ab epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alter idoneus ſubſtituatur, qui velit & poſſit hęreticam confundere prauitatem.

Baptizatos a latinis, Græci rebaptizare nõ debent. Caput IIII.

Extra lib. 3. tit. 42 de baptiſmo & eius effectu cap. 6

LIcet Græcos in diebus noſtris ad obedientiam ſedis apoſtolicæ reuertẽtes, ſouere ac honorare velimus, mores ac ritus eorum, in quantum cum domino poſſumus, ſuſtinendo, in his tamen illis deferre nec volumus nec debemus, q̃ periculum generant animarum, & eccleſiaſticæ derogant honeſtati. Poſtquam enim Græcorum eccleſia cum quibuſdã complicibus & fautoribus ſuis, ab obedientia ſedis apoſtolicæ ſe ſubtraxit, intantum Gręci cœperunt abominari latinos, quod inter alia, quæ in derogationẽ eorum impie cõmittebant, ſi qñ ſacerdotes latini ſup eorum celebraſſent altaria, nõ prius ipſi ſacrificare volebant in illis, quam ea tanquã per hoc inquinata lauiſſent. Baptizatos etiã à latinis, & ipſi Gręci rebaptizare auſu temerario p̃ſumebãt, & adhuc (ſicut accepimus) qdã agere hoc nõ verent.

Rebaptizatores

Volẽtes ergo tantũ ab eccleſia Dei ſcãdalũ amouere, ſacro ſuadẽte concilio, diſtriſte p̃cipimus, vt talia de cætero nõ p̃ſumãt, cõformantes ſe tanq̃ obediẽtiæ filij ſacroſanctæ Romanæ eccleſię matri ſuæ, vt ſit vnum ouile & vnus paſtor.

Ioan. 10

Si qs aũt qd tale p̃ſumpſerit, excõmunicationis mucrone p̃cuſſus, ab oĩ officio & beneficio eccleſiaſtico deponatur.

Ordines quatuor patriarchalium ſedium: itẽ tria priuilegia earũ: Primum, quia dãt pallium: Secundum, quia ante ſe crucem deferri faciunt preterq̃ in caſibus hic exceptis: Tertiũ, quia ad ipſas appellatur. Cap. V.

Extra lib. 5. tit. 33. de priuilegijs & exceſſibus pręla. cap. 23

ANtiqua patriarchaliũ ſedium priuilegia renouãtes, ſancta vniuerſali ſynodo approbante ſancimus, vt poſt Romanã eccleſiã, quæ diſponente domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatũ, vtpote mater vniuerſorũ Chriſtifidelium & magiſtra, Cõſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineant, ſeruata cuilibet propria dignitate, ita quod poſtquam eorum antiſtites à Romano pontifice receperunt palliũ, quod eſt plenitudinis officij pontificalis Inſigne, pręſtito ſibi fidelitatis & obedientiæ iuramẽto, licenter & ipſi ſuis ſuffraganeis palliũ largiantur, recipientes pro ſe profeſſionẽ canonicam, & pro Romana eccleſia ſpõſionem obedientiæ ab eiſdem.

Ordo dignitatis ſedium

Pallium patriarcharum à Roma. Eccleſia

Dominicæ vero crucis vexillum ante ſe faciãt vbiq; deferri, niſi in vrbe Romana, & vbicunque ſumus põtifex pręſens extiterit, vel eius legatus vtens inſignijs apoſtolicæ dignitatis.

XXI. diſt. denique

In omnibus autem prouincijs eorundem iuriſdictioni ſubiectis, ad eos, cũ neceſſe fuerit, prouocetur, ſaluis apellationibus ad ſedẽ apoſtolicam interpoſitis, qbus eſt ab oĩbus humiliter deferẽdũ.

Metropolitani ad correctionem exceſſuum, & reformationem morum, ſingulis annis facere debent prouinciale concilium, in quo ſtatuere debent perſonas idoneas per ſingulas diœceſes, quæ ſolicite inueſtigent, & in ſequenti concilio referãt corrigenda: & epiſcopi debent facere ſynodos epiſcopales ſingulis annis, & publicare agitata in prouinciali concilio: & hec negligentes ab executione officij ſuſpendantur.

Caput VI.

Extra li. 5. tit. 1. de accuſat. cap. 25

SIcut olim à ſanctis patribus noſcitur inſtitutũ, Metropolitani ſingulis annis cũ ſuis ſuffraganeis prouincialia nõ omittãt concilia celebrare, In quibus de corrigẽdis exceſſibus & moribus reformãdis, p̃ſertim in clero, diligentẽ habeãt cũ dei timore tractatũ, canonicas regulas, & maxime q̃ ſtatutæ ſunt in hoc gñali cõcilio, relegẽtes, vt eas faciãt obſeruari, debitã pœnã trãſgreſſorib. infligẽdo.

XVIII. diſt. Quanquidem

Concilium prouinciale ſingulis annis celebrandum. Duo inueſtigatores per ſingulas diœceſes

Vt autẽ id valeat efficacius adimpleri, per ſingulas diœceſes ſtatuant idoneas perſonas, prouidas videlicet & honeſtas, quæ per totum annum ſimpliciter, & de plano, abſque vlla iuriſdictione ſolicite inueſtigent, quæ correctione vel

XXXV. quæſt. VI. ca Epiſcopus in ſynodo

reformatione ſint digna, & ea fideliter ꝑferant ad metropolitanun & ſuffraganeos, & alios in concilio ſubſequenti, vt ſuper his & alijs, prout vtilitati & honeſtati congruerit, prouida deliberatione procedãt, & quæ ſtatuerint, faciant obſeruari, publicanturi ea in epiſcopalibus ſynodis, annuatim per ſingulas diœceſis celebrandis.

Quiſquis autem hoc ſalutare ſtatutũ neglexerit adimplere, à ſuis beneficijs & executione officij ſuſpendatur, donec ꝑ ſuperioris arbitrium *eius relexetur.

forte, eius ſuſpenſio.

Prælati ſubitos corrigunt & reformant appellatione remota, uel conſuetudine non obſtante: ſi tamen capitulum conſuenit corrigere exceßus canonicorum, ſi infra terminum ab epiſcopo præfigendum non facit, ipſe epiſcopus hoc faciet. Cap. VII.

Extra lib. I. tit. 31 De officio iudicis ord. cap. 13

IRrefragabili cõſtitutiõe ſancimus, vt eccleſiarũ prælati ad corrigendũ ſubditorum exceſſum, maxime clericorum, & reformandũ, mores, prudenter & diligenter intendant, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur. Vt aũt correctionis & reformationis officium libere valeant exercere, decernimus, vt executionem ipſorum nulla cõſuetudo vel appellatio valeat impedire, niſi formam exceſſerint in talibus obſeruandam.

Ezech. 3

Exceſſ⁹ canonicorũ Eccleſię cathedralis
XI. quæſt. I. ca. De perſona.

Exceſſus tamen canonicorum eccleſiæ cathedralis, qui conſuerunt corrigi ꝑ capitulum, ꝑ ipſum in illis eccleſijs (quæ talem hactenus conſuetudinem habuerunt) ad commonitionem vel iuſſionem epiſcopi corrigantur infra terminum cõpetentem ab epiſcopo præfigendũ. Alioqn extũc epiſcopus deũ habens p̃ oculis, om̃i cõtradictiõe ceſſante, ipſos, ꝑut animarum cura exegerit, per cẽſuram eccleſiaſticam corrigere non poſtponat. Sed & alios eorum exceſſus corrigere non omittat, provt animarũ cauſa requirit, debito tñ ordine in omnibns obſeruato.

Si canonici ſine manifeſta & rationabili cauſa, maxime in contemptũ epiſcopi, ceſſant a diuinis, epiſcopus ceſſationem non ſeruabit & metropolitanus uice Papæ cognoſcet.

Cæterum ſi canonici abſque manifeſta & rationabili cauſa, maxime in contẽptũ epiſcopi, ceſſauerint à diuinis, epiſcopus nihilominus ſi voluerit, celebret in eccleſia cathedrali, & metropolitanus ad querelam ipſius tanquam ſuper hoc delegatus à nobis, taliter eos per cenſuram eccleſiaſticam, cognita veritate, caſtiget, quod pœnæ metu talia de cętero non p̃ſumant.

Prælatus in impoſitione pœnæ cauere debet à quæſtu pecuniæ, & ab omni alio grauamine.

LXXXII. diſtinc. Plurimos

Prouideant itaque diligenter eccleſiarum prælati, vt hoc ſalutare ſtatutum ad quæſtum pecuniæ vel grauamẽ aliud nõ conuertant, ſed illud ſtudioſe ac fideliter exequãtur, ſi canonicã velint effugere vltionem, qm̃ ſuper his apoſtolica ſedes, autore domino, attentiſſime vigilabit.

Extra lib. 5. tit. 30 De pœnis, ca. Licet tux to

Superior contra ſubditum, maxime prælatũ, de his tantum inquiret, ſuper quibus præceßit infamia. Et tunc uocabit eum, & tradet illi capitula & nomina, & teſtium dicta publicabit: & ipſius legitimas exceptiones admittet, & probato graui crimine, eum ab adminiſtratione remouebit. In regularibus uero prælatis ad unguẽ ſeruandus eſt hic ordo. Cap. XVIII.

Extra lib. 5. tit. 1 De accuſationibus cap. Qualiter

QValiter & quomodo debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum ſubditorum exceſſus, ex autoritatibus veteris & noui teſtamenti colligitur euidenter, ex quibus poſtea ꝑceſſerũt canonicæ ſanctiones, ſicut olim aperte diſtinximus, & nunc ſacri approbatione concilij confirmamus. Legitur enim in Euangelio, quod villicus ille qui diffamatus erat apud dominum ſuũ, quaſi diſſipaſſet bona ipſius, audiuit ab illo: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ. Iam enim non poteris amplius villicare. Et in Geneſi dominus ait: Deſcendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere cõpleuerint

Luc. 16

Gen. 18

Delatio ꝑ famam & clamorẽ.
XXXV. quæſt. VI. cap Si duo
XL. quæſt. III. cap. In cunctis

Ex quibus autoritatibus manifeſte ꝓbatur, quod nõ ſolum cum ſubditus, verum etiam cum prælatus excedit, ſi ꝑ clamorem & famam ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem à maleuolis & maledicis, ſed à prouidis & honeſtis, non ſemel tantum, ſed ſępe (quod clamor innuit & diffamatio manifeſtat) debet coram eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari: vt ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, non tanquam ſit autor & iudex, ſed quaſi deferẽte fama vel denunciante clamore, officij ſui debitum exequatur. Licet autem hoc ſit obſeruandũ in ſubditis

ditis,diligẽtius tñ obſeruãdum eſt in prę
latis, q quaſi ſignũ ſunt poſiti ad ſagittã.

Thren.3

Et quia non poſſunt omnibus com-
placere,cum ex officio ſuo teneantur nõ
ſolum arguere,ſed etiam increpare,quin
etiam interdum ſuſpendere,nonnunquã
vero ligare, frequẽter odium multorum
incurrunt,& inſidias patiũtur.Ideo ſan-
cti patres prouide ſtatuerũt,vt accuſatio
prçlatorum non facile admitatur,ne con
cuſſis columnis corruat ædificium, niſi
diligens adhibeatur cautela,per quã non
ſolum falſæ,ſed etiam malignæ crimina-
tioni ianua præcludatur. Verum ita vo-
luerunt prouidere prælatis,ne criminarẽ
tur iniuſte,vt tamẽ cauerent ne delinque
rent inſolenter,contra morbum vtrunq;
inuenientes congruam medicinam, vi-
delicet, vt criminalis accuſatio, quę ad di
minutionẽ capitis(id eſt, degradationẽ)
intenditur, niſi legitima præcedat inſcri
ptio,nullatenus admittatur.Sed cum ſu-
per exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infa-
matus,ita vt iam clamor aſcendat, qui di
utius ſine ſcandalo diſſimulari non poſ-
ſit,vel ſine periculo tolerari,abſque dubi
tationis ſcrupulo,ad inquirendum & pu
niendum eius exceſſus,non ex odij fomi
te,ſed charitatis procedatur affectu,qua-
tenus ſi fuerit grauis exceſſus, & ſi non
degradetur ab ordine,ab adminiſtratio-
ne tamen amoueatur omnino, quod eſt
ſecundum euangelicam ſententiam à vil
licatione villicum amoueri,q non poteſt
villicatiõis ſuæ dignã reddere rationem.

Contra ꝑlatos nõ è leuiter credendum XII.quęſt. II.ca. Gloria epiſcopi

Extra lib. 5.tit.1 de accuſationibus.cap. Super

Luc.16

Debet igitur eſſe pręſens is,cõtra quẽ
facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contu-
matiam abſentauerit,& exponenda ſunt
ei illa capitula,de quibus fuerit inquiren
dum,vt facultatem habeat defendendi ſe
ipſum.Et non ſolum dicta,ſed etiam no
mina ipſa teſtiũ ſunt ei,vt quid & à quo
ſit dictum appareat,publicanda,necnon
exceptiones & replicatiões legitimæ ad
mittendæ,ne per ſuppreſſionem nomi-
nũ,infamandi, per exceptionum vero ex
cluſionem,deponẽdi falſum audacia præ
beatur.

pręſentia accuſati

Ad corrigẽdos itaq; ſubditorũ exceſ-
ſus tanto diligentius debet ꝑlatus aſſur-
gere,quanto dãnabilius eorũ offenſas de
ſereret incorrectas,cõtra q̃s, vt de noto
rijs exceſſibus taceat, & ſi tribus modis
poſſit ꝑcedi,ꝑ accuſationẽ videlicet, de-
nunciationem & inquiſitionem eorũ, vt
tamen in omnibus diligens adhibeatur
cautela, ne forte per leue compendium
ad graue diſpendium veniatur,ſicut accu
ſationẽ legitima præcedere debet inſcri-
ptio, ſic & denunciationem charitatiua
monitio,& inquiſitionẽ clamoſa inſinua
tio pręuenire,illo ſemper adhibito mo-
deramine,vt iuxta formam iudicij, ſentẽ
tiæ quoque forma dictetur.

Triplex ꝓcedendi modus

Extra lib. 5.tit.3 de ſimonia, cap. Licet heli

Hunc tamen ordinem contra regula-
res perſonas non credimus vſquequaq;
ſeruandum,quæ cum cauſa requirit,faci
lius & liberius à ſuis poſſunt adminiſtra-
tionibus amoueri.

*Cum in ciuitate uel diœceſi ſunt populi diuer
ſarum linguarum,epiſcopus debet prouidere e-
is per uiros idoneos, qui ſecundum uarietatem
linguarum officia eis celebrent, & ſacramenta
miniſtrent. Et ſi urgens eſt neceſſitas,conſtitu-
at ſibi Vicarium pontificem illius linguæ.non ta
men propter hoc eadem diœceſis debet habere
duos epiſcopos*

QVoniã in pleriſq; partibus intra
eandem ciuitatem atq; diœceſim
permixi ſunt populi diuerſarum lingua
rum,habentes ſub vna fide varios ritus
& mores,diſtricte pręcipimus, vt ponti-
fices huiuſmodi ciuitatũ ſiue diœceſum,
prouideant viros idoneos, qui ſecundũ
diuerſitates rituum & linguarum diuina
officia illis celebrent, & eccleſiaſtica ſacra
menta miniſtrent, inſtruendo eos verbo
pariter & exemplo.

Extra lib. 1.tit.31 de officio iu. ord.cap. 14

VII. quęſt. 1.can. Nõ autem

Diuerſę linguę in eadẽ ciuitate aut diœceſi

Prohibemus autẽ omnino, ne vna ea-
demq; ciuitas ſiue diœceſis, diuerſos põ-
tifices habeat, tanquam vnum corpus di
uerſa capita,quaſi mõſtrũ. Sed ſi propter
prædictas cauſas vrgens neceſſitas poſtu
lauerit,pontifex loci catholicum præſu-
lem nationibus illis conformem,proui-
da deliberatione cõſtituat ſibi vicariũ in
prædictis,qui ei per omnia ſit obediens
& ſubiectus. Vnde ſi quis aliter ſe in-
geſſerit,excommunicationis ſe nouerit
mucrone percuſſum.Et ſi nec ſic reſipue-
rit,ab omni eccleſiaſtico miniſterio depo
natur,adhibito, ſi neceſſe fuerit, brachio
ſeculari ad tantam inſolentiam compe-
ſcendam.

Ne in vna ciuitate ſint duo epiſcopi ſi deſta. homini non ſunt liberi VII.queſt. 1cap. non autem

XVII. qu. III.cap. Si quis ſuadente XVII diſt. nec licuit

Epiſco-

Epiſcopi,qui per ſe non poſſunt,tenentur aſſumere idoneos ,qui ſuppleant ſuo loco,qui ad prædicationes, uiſitationes,& confeſſionum auditiones,& ut poſſint Epiſcopi reperire tales, præcipit in Eccleſiis cathedralibus,& collegiatis tales inſtitui

Cap. X.

Extra ibidé,& capitulo ſequẽti
Pabulum animę per verbũ Dei
Deut.8
Matt.4

INter cætera,quæ ad ſalutem ſpectant populi Chriſtiani,pabulũ verbi Dei, permaxime ſibi noſcitur eſſe neceſſariũ, quia ſicut corpus materiali,ſic anima ſpirituali cibo nutritur,eo quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Vnde quum ſæpe cõtingat,quod Epiſcopi propter occupationes multiplices, vel inualitudines corporales , aut hoſtiles incurſus,ſeu occaſiones alias, (ne dicamus defectum ſcientiæ,quod in eis eſt reprobandum omnino,nec de cętero tolerandum) per ſeipſos non ſufficiunt miniſtrare populo verbũ Dei, maxime per amplas diœceſes & diffuſas,generali cõſtitutiõe ſancimus,vt Epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant,potentes in opere & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum , quum per ſeidem nequiuerint,ſolicite viſitantes, eas verbo ædificent & exemplo, quibus ipſi quum indiguerint,cõgrue neceſſaria miniſtrent , ne pro neceſſariorum defectu compellantur deſiſtere ab incepto.

Cooperatores in verbo Dei

Vnde pręcipimus,tã in cathedralibus, quàm in alijs conuentualibus Eccleſijs viros idoneos ordinari , quos Epiſcopi poſſint coadiutores & cooperatores habere,non ſolum in prædicatiõis officio, verum etiam in audiendis confeſſionibus & pœnitentijs iniugendis, ac cæteris quæ ad ſalutem pertinent animarum.

Si quis autẽ hoc neglexerit adimplere,diſtricte ſubiaceat vltioni.

In qualibet cathedrali Eccleſia, uel alia in facultatibus ſufficienti,debet a prælato uel capitulo unus magiſter eligi, cui redditus unius præbendæ debent aſſignari . In Metropolitana uero Eccleſia etiam eligi debet Theologus:& ſi ad grammaticum,& Theologũ non ſufficit,prouideat ipſa Theologo ex redditibus ſuæ eccleſiæ,& grammatico faciat prouideri in aliqua eccleſiarum ſuæ ciuitatis uel diœceſis.

Cap. XI.

Extra lib. 5.tit.5 de magiſtris cap.Quia Eccleſia
Officium ſcholaſ[illegible] in cathedralib' & collegiatis Eccleſiis

QVia nonnullis propter inopiam & legendi ſtudium,& opportunitas proficiendi ſubtrahitur,in Lateranẽſi concilio pia fuit conſtitutione prouiſum, vt per vnamquanque cathedralem Eccleſiã magiſtro, qui clericos eiuſdem Eccleſiæ alioſq; ſcholares pauperes gratis inſtrueret,aliquod competens beneficium præberetur,quo & docentis releuaretur neceſſitas,& via pateret diſcẽtibus ad doctrinam.

VIII. diſt. Quę contra

Verum,quoniam in multis Eccleſijs id minime obſeruatur , nos prædictum roborantes ſtatutum,adijcimus, vt non ſolũ in qualibet cathedrali Eccleſia, ſed etiam in alijs, quarum ſufficere poterũt facultates, conſtituatur magiſter idoneus à prælato cum capitulo, ſeu maiori ac ſaniori parte capituli eligendus, qui clericos Eccleſiarum ipſarum & aliarũ, gratis in grãmaticæ facultate ac alijs inſtruat iuxta poſſe.

Theolo[illegible] in Metropol[illegible] Eccleſia

Sane Metropolitana Eccleſia Theologum nihilo minus habeat , qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat, & in his pręſertim informet,quę ad curam animarum ſpectare noſcuntur. Aſſignetur autem cuilibet magiſtrorum à capitulo vnius præbendæ prouentus: & pro Theologo à Metropolitano tantũdem: non quod propter hoc efficiatur canonicus,ſed tam diu redditus ipſius percipiat, quandiu perſtiterit in docendo. Quod ſi forte de duobus magiſtris Metropolitana Eccleſia grauetur , Theologo iuxta modum prædictum ipſa prouideat,grãmatico vero in alia Eccleſia ſuæ ciuitatis ſiue diœceſis,quæ ſufficere valeat,faciat prouideri.

Prima ſtatuit de concilijs regularium prouincialibus celebrandis ſingulis triennijs.Secundo, moderat numerum euectionum,& perſonarum uenientium.Tertio,diſponit de inſtructoribus,& præſidentibus capituli.Quarto,de tempore quo duret capitulum,& quid ibi fiet. Quinto quod obſeruetur, quod ibi fiet.Sexto,de capitulo ſequenti.Septimo,de cõi uita.Octauo, de uiſitatoribus eligendis, & ipſorum officio. Nono extendit ad canonicos regulares.Decimo, prouidet

nidet ſuper diſcordia uiſitatorum. Vndecimo hortatur diœceſanos ad monaſteriorum reformationem. Duodecimo præcipit proteruor & ſimiles compeſci ab offenſis monaſteriorum.

Caput XII.

Extra lib. 3. tit. 35. de ſtatu Monachor. cap. 7. IX. quæſt. III. Ca: ſaluo.

IN ſingulis regnis ſiue puincijs fiat de triennio in trienniũ, ſaluo iure diœceſanorum pontificum, commune capitulum abbatum atque priorum, abbates proprios non habentium, qui non conſuerunt tale capitulum celebrare, ad quod vniuerſi conueniant, præpeditionẽ canonicam non habẽtes, apud vnum de monaſterijs ad hoc aptu: hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plus quã ſex euectiones & octo perſonas adducat.

Aduocent autem in huiuſmodi nouitatis primordijs duos Ciſtertienſis ordinis abbates vicinos ad præſtandum ſibi cõſilium & auxilium opportunum, cum ſint in huiuſmodi capitulis celebrandis ex longa conſuetudine plenius informati. Qui abſque contradictione duos ſibi de ipſis aſſocient quos viderint expedire. Ac ipſi quatuor præſint capitulo vniuerſo, ita quod ex hoc nullus ſibi eorum autoritatem prælationis aſſumat. Vnde, cũ expedierit, prouida poſſint deliberatione mutari.

Quatuor præſidẽtes capituli

Huiuſmodi vero capitulum aliquot cetis diebus continue iuxta morem Ciſtertienſis ordinis celebret, in q̃ diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis & obſeruantia regulari.

Et quod ſtatutum fuerit illis quatuor approbãtibus, ab oĩbus inuiolabiliter obſeruet, omni excuſatiõe & cõtradictione ac appellatione remotis: prouiſo nihilominus vbi ſequenti termino debeat capitulũ celebrari, & q conuenerint, vitã ducant communem, & faciant proportionabiliter ſimul omnes communes expenſas, ita quod ſi non omnes potuerint in eiſdem, ſaltẽ plures ſimul in diuerſis domibus commorentur.

Viſitatores

Ordinentur etiam in eodem capitulo religioſę ac circumſpectę pſonæ, quæ ſingulas abbatias eiuſdem regni ſiue prouinciæ non ſolum monachorum, ſed etiam monialium ſecundum formam ſibi præfixã, vice noſtra ſtudeant viſitarẽ, corrigẽtes & reformãtes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere, ita quod ſi rectorẽ loci cognouerint ab adminiſtratione penitus amouendum, denuncient epiſcopo proprio, vt illũ amouere procuret, quod ſi non fecerit, ipſi viſitatores hoc referãt ad apoſtolicæ ſedis examen. Hoc ipſum regulares canonicos ſecundum ordinem ſuum volumus & præcipimus obſeruare.

Si vero in hac nouitate quicquam difficultatis emerſerit, quod per prædictas perſonas nequeat expediri, ad apoſtolicæ ſedis iudicium abſque ſcandalo referatur, cæteris irreſragabiliter obſeruatis, quæ concordi fuerint delibcratione prouiſa.

Monaſteria ſub ordinario loci

Porro diœceſani epiſcopi monaſteria ſibi ſubiecta ita ſtudeant reformare, vt cũ ad ea prædicti viſitatores acceſſerint, plus in illis inueniant quod commẽdatione, quam quod correctione ſit dignum, attẽtiſſime pręcauẽtes, ne per eos dicta monaſteria indebitis oneribus aggrauẽtur. Quia ſic volumus ſuperiorum iura obſeruari, vt inferiorum nolimus iniurias ſuſtinere.

Cõtra oppreſſores monaſteriorum

Ad hoc diſtricte præcipimus tam diœceſanis epiſcopis, quam perſonis quę pręerunt capitulis celebrãdis, vt per cenſurã eccleſiaſticam, appellatione remota, compeſcant aduocatos, patronos, vicedominos, rectores & conſules, magnates & milites, ſeu quoſlibet alios, ne monaſteria pſumant offendere in perſonis aut rebus. Et ſi forſitan offenderint, eos ad ſatisfactionem compellere non omittant, vt liberius & quietius omnipotenti Deo valeant famulari.

Nouam religionem non licet conſtituere ſine autoritate Romani pontificir, nec in diuerſir monaſterijs poteſt quir eſſe abbas uel monachus.

Caput XIII.

Extra lib. 3. tit. 36 de religioſis domibus. cap. 9 XXII. diſt. ca. Quia ergo

NE nimia religionũ diuerſitas grauem in eccleſia Dei confuſionem inducat, firmiter prohibemus, ne qs de cętero nouam religionẽ inueniat. Sed quicunq; voluerit ad religionẽ conuerti, vnã de approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit religioſam domum fundare de nouo, regulam & inſtitutionem accipiat de religionibus approbatis. Illud etiam prohibemus, ne quis in diuerſis monaſterijs locum monachi habere pręſumat,

nec vnus abbas pluribus monaſterijs prę ſidere.

Clerici debent continere & caſte uiuere: contra facientes punit, & ſeuerius puniuntur illi, qui poßunt legitimo matrimonio uti.

Caput XIIII.

Extra lib. 3. tit. 1. de vita & honeſtate clericorum cap. 13. Eph. 5. XXXI. q. 1. vii. ca. flagitia XXIII. q. 4. ca. Eſt iniuſta. Pœna

VT clericorum mores & actus in melius reformentur, cōtinēter & caſte viuere ſtudeāt vniuerſi, p̄ſertim in ſacris ordinibus cōſtituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, maxime illo, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, quatenus in conſpectu Dei omnipotentis, puro corde ac mundo corpore valeant miniſtrare.

Ne vero facilitas veniæ incētiuū tribuat delinquendi, ſtatuimus, vt qui deprehenſi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur ſecundum canonicas ſanctiones, q̄s efficacius & diſtrictius p̄cipimus obſeruari, vt q̄s diuinus timor à malo nō reuocat, tēporalis ſaltem pœna à peccato prohibeat.

LXII. diſt. ca. Docendus eſt populus. Suſpenſi Extra lib. 3. tit. 27 de clerico excommunicato. ca. Clerici autem. Prælati. XXXI. diſt. ca. Aliter. regionis. Clerici vxorati

Si q̄s igitur hac de cauſa ſuſpenſus, diuina celebrare p̄ſumpſerit, nō ſolū eccleſiaſticis beneficijs ſpolietur, verū etiā p hac duplici culpa, perpetuo deponatur.

Prælati vero, qui tales præſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſuſtinere, maxime obtentu pecuniæ vel alterius commodi temporalis, pari ſubiaceant vltioni.

Qui aūt ſecundū religionis ſuæ morē nō abdicarunt copulā coniugalem, ſi lapſi fuerint, grauius puniantur, cum legitimo matrimonio poſſint vti.

Clericus crapuloſus uel ebrioſus monitus non deſiſtens, ab officio uel beneficio ſuſpenditur.

Caput XV.

Extra lib. 3. tit. de vita & honeſtate cleri. can. 14 IIII. diſt. ca. Denique Abuſus compotādi ad æquales hauſtus.

A Crapula & ebrietate oēs clerici diligenter abſtineant, vnde vinum ſibi temperent, & ſe vino, nec ad bibendū quiſpiam incitetur, cū ebrietas & mentis inducat exiliū, & libidinis prouocet incentiuum.

Vnde illum abuſum decernimus penitus abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores, & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcūdiores exhaurit. Si quis autem ſuper his culpabilem ſe exhibuerit, niſi à ſuperiore commonitus ſatisfecerit, à beneficio vel officio ſuſpendatur. Venationem & aucupationem vniuerſis clericis interdicimus: Vnde nec canes nec aues ad aucupandum habere præſumant.

A negocijs, perſonis, locis, ludis, ueſtibus inhoneſtis, & ornatu minus honeſto præcipit clericos abſtinere, & habitu honeſto uti, cuius uanitatem in pluribus exprimit & deteſtatur.

Caput XVI.

Extra ibidem. c. ſequens Extrema clerici conuentio. De conſecra diſt. ca. Nu... 44. diſt. ca. cler... XXV. diſt. ca. E... ſcop... presb...

CLerici officia vel comercia ſecularia non exerceant, maxime inhoneſta. Mimis, ioculatoribus & hiſtrionibus non intendant, & tabernas prorſus euitent, niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti. Ad aleas vel taxillos non ludant, nec huiuſmodi ludis interſint. Coronam & tonſuram habeant congruentem, & ſe in officijs diuinis eccleſiaſticis & alijs bonis exerceant ſtudijs diligēter. Clauſa deſuper deferant indumenta, nimia breuitate vel longitudine non notanda. Pannis rubris aut viridibus, nec non manicis aut ſotularibus conſuticijs ſeu roſtratis, frenis, ſellis, pectoralibus, & calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfluitatem gerentibus non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra eccleſiam non gerāt, ſed nec alibi, qui ſunt in ſacerdotio & perſonalibus conſtituti, niſi iuſta cauſa timoris exegerit habitum trāsformari. Fibulas om̄ino non ferant, neque corrigias auri vel argēti ornatum habētes, ſed nec annulos, niſi quibus cōpetit ex officio dignitatis. Pontifices aūt in publico & in eccleſia ſuper indumentis lineis omnes vtantur, niſi monachi fuerint, quos oportet deferre habitum monachalem, pallijs diffibulatis non vtantur in publico, ſed vel poſt collum, vel ante pedes hincinde connexis.

XXX. q. 5. ca. ...ne... pectus

Præcipit prælatis & clericis in uirtute obedientiæ, ut nocturnum officium, & diurnum ſtudioſe celebrent, & deuote.

Caput XVII.

Extra l... 3. tit. 4... celeb... Miſſ... cap. 9

DOlentes referimus, quod non ſolum quidam minores clerici, verū etiam aliqui eccleſiarum prelati, circa comeſſationes ſuperfluas & fabulationes illicitas, vt de alijs taceamus, fere medietatem noctis expendunt, & ſomno reſiduū relinquentes, vix ad diurnum concentū

Cra... tores,

au-

auium excitantur, transcurrendo vndiq; continua ſyncopa matutinum.

De conſecrat. diſt. 4. ca. Rerulerunt

Sunt & alij, qui miſſarum celebrant ſolennia vix quater in anno, & quod deterius eſt, intereſſe contemnunt, & ſi quādo dum hæc celebrantur, interſunt, chori ſilentium fugientes, intendunt exterius collocutionibus laicorum, dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad diuina.

Confabulatores in templo

Extra lib. 3. tit. 38. de iure patronatus. ca. Relatum

Hæc igitur & ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus, diſtricte præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinū officium diurnum pariter & nocturnū, quantum eis Deus dederit, ſtudioſe celebrent pariter & deuote.

Clericus nec dictare, nec proferre ſententiam ſanguinis debet, nec quicquam aliud exercere, per quod ad vindictam ſanguinis tendatur, vel purgationi vulgari opem præſtare non debet. Caput XVIII.

Extra lib. 3. tit. 50. Ne clerici vel monachi. &c. cap. 10

SEntentiā ſanguinis nullus clericus dictet aut proferat, ſed nec ſanguinis vindictam exerceat, aut vbi exercetur interſit. Si quis autem huiuſmodi occaſione ſtatuti, eccleſijs vel perſonis eccleſiaſticis aliquod præſumpſerit inferre diſpēdium, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcatur, nec quiſquam clericus literas ſcribat aut dictet pro vindicta ſanguinis deſtinandas, vnde in curijs principum hæc ſolicitudo non clericis, ſed laicis committatur.

Ruptarijs [illegible] clericus

Nullus quoque clericus rottarijs aut baliſtarijs aut huiuſmodi viris ſanguinū præponatur, nec vllam chirurgiæ artem ſubdiaconus vel ſacerdos exerceat, quæ ad vſtionem vel inciſionem inducit.

Nec quiſquam purgationi aquæ feruentis vel frigidæ, ſeu ferri candentis ritum cuiuslibet benedictionis aut conſecrationis impendat, saluis nihilominus prohibitiōibus de monomachijs ſiue duellis antea promulgatis.

Suppellectilia in eccleſijs poni non debent, niſi neceſſitas vrgeat. Eccleſiæ debent ſua vaſa & veſtimenta munde tenere. Cap XIX

Extra lib. 3. tit. 44 de cuſtodia euchariſtiæ cap. 1.
Mundan' ornatus

RELinqui nolumus incorrectum, quod quidam clerici ſic exponunt eccleſias ſupellectilibus proprijs & etiā alienis, vt potius domus laicæ, quam Dei baſilicæ videātur, non conſiderantes q̄d dominus non ſinebat vt vas trāsferretur per templum. Mar. 11

Vt vaſa & veſtimenta ſacri miniſterij ſint munda.
De conſecra. diſt. 1 ca veſtimenta.
12. quæſt. 11. ca. præceptum
Pſal. 68

Sunt & alij qui non ſolum eccleſias dimittunt incultas, verumetiam vaſa miniſterij & veſtimēta miniſtrorum ac pallas altaris, necnon & ipſa corporalia tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus ſint horrori.

Quia vero zelus nos comedit domus Dei, firmiter prohibemus, ne huiuſmodi ſupellectilia in eccleſijs admittantur, niſi propter hoſtiles incurſus aut incendia repentina, ſeu alias neceſſitates vrgētes, ad eas oporteat habere refugium. Sic tamē, vt neceſſitate ceſſante, res in loca priſtina reportentur. Præcipimus quoque, vt oratoria, vaſa, corporalia, & veſtimenta prædicta, munda & nitida conſeruentur. Nimis enim videtur abſurdum, in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in prophanis.

reliquere

Euchariſtia & Chriſma debent fideliter ſub clauibus cuſtodiri: & contra facientes ſunt puniendi. Cap. XX.

Extra lib. 3. tit. 41. de celebra. miſſa. ca. Sane
Extra lib. 3. tit. 41. cap. 1

STatuimus vt in cunctis eccleſijs, chriſma & euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis conſeruentur, ne poſſit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda.

Si vero is ad quem ſpectat cuſtodia, ea incaute reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur. Et ſi per eius incuriam aliquid nefandum inde contigerit, grauiori ſubiaceat vltioni.

Quilibet doli capax tenetur ſaltē ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti, vel de eius licentia, alteri, & Euchariſtiæ ſacramentum ad minus in paſcha recipere. Et ſacerdos reuelās confeſſionē, deponendus eſt, & in monaſterio ad agendā perpetuam pœnitentiam detrudendus.

Extra lib. 5. tit. 23. de delictis puerorū. ca. pueris gradualis.
De conſe. diſt. 11. ca. Et ſi non frequentius
proprijs.
Extra lib. 5. tit. 38 de pœniten. & remiſſi. ca. 12
Confiteri proprio ſacerdoti, de pœnitē. diſt. 6 ca. Placuit

Caput XXI.

OMnis vtriuſque ſexus fidelis, poſt quā ad annos diſcretiōis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata cōfiteatur fideliter ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiā ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reuerēter ad minus in paſcha euchariſtię ſacramentū, niſi forte de cōſilio proprij ſacerdotis, ob aliquē rationabilē cauſam ad tēpus ab eius perceptione duxerit abſtinēdū, alioquin & viuēs ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſe-

Rr ij pul-

pultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in eccleſijs publicetur, ne quiſq̄ ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat.

Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiā prius poſtulet & obtineat à ꝓprio ſacerdote, cum aliter ille ipſum non poſſit ſoluere vel ligare.

Diſcretio ſacerdotis Luc. 10

Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus, vt more periti medici ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus fauciati, diligēter inquirens & peccatoris circumſtantias & peccati, quibus prudenter intelligat quale illi cōſilium debeat exhibere, & cuiuſmodi remedium adhibere, diuerſis experimentis vtendo ad ſanandum ægrotum.

Pœna reuelātis peccata cōfeſſa

Caueat autem omnino, ne verbo vel ſigno vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem, ſed ſi prudentiori cōſilio indiguerit, illud abſq; vlla expreſſione perſonæ caute requirat, quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, non ſolum ſacerdotali officio deponendum decernimus, verumetiam ad agēdam perpetuā pœnitentiā in arctum monaſteriū detrudendum.

Medici uocati ad infirmos, debent ante omnia inducere infirmum ad confeßionem, nec quicquā perſuadere pro ſalute corporis, tendens in animarum periculum.

Caput XXII.

Extra ibi. cap. 13 quē 21. Ioan. 5 Vt medici ante omnia curent aduocari medicos aīmarū

CVm infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente dn̄o lāguido quē ſanauerat: Vade, & āplius noli peccare, ne deterius aliqd tibi cōtingat, decreto p̄ſenti ſtatuimus & diſtricte p̄cipimus medicis corporū, vt cum eos ad infirmos vocari cōtigerit, ipſos ante oīa moneāt & inducāt, quod medicos aduocent animarum, vt poſtquam infirmis fuerit de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, cum cauſa ceſſante ceſſet effectus.

Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, quod quidam in ægritudinis lecto iacētes, cum eis à medicis ſuadetur, vt de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, vnde facilius mortis periculum incurrunt.

Pœna ſic negligētes huius ſtatuti

Si quis autem medicorum huius noſtræ conſtitutionis, poſtquam per prælatos locorum fuerit publicata, trāſgreſſor extiterit, tamdiu ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerit competenter.

xxii. quę. 2. ca. pręcipimus

Cæterum cum anima ſit multo precioſior corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur.

Si illi, ad quos ſpectat electio, negligunt eligere prælatum cathedralis uel regularis eccleſiæ infra tres menſes, proximus ſuperior eccleſiā ordinabit, quod ſi infra tres menſes non fecerit, canonice puniētur.

Caput XXIII.

Extra lib. 1. tit. 6. de electione & electi poteſt. cap. 41

NE pro defectu paſtoris gregē dominicū lupus rapax inuadat, aut in facultatibus ſuis eccleſia viduata graue diſpendium patiatur, volentes in hoc etiam occurrere periculis animarum & eccleſiarum indemnitatibus prouidere, ſtatuimus, vt vltra tres mēſes cathedralis vel regularis eccleſia prælato non vacet, infra quos iuſto impedimento ceſſante, ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate careant ea vice, ac ipſa eligendi poteſtas ad eū, q proximo præeſſe dinoſcitur, deuoluatur.

Extra lib. 3. tit. 8 de cōceſſione prębendę ca. Nulla eccle.

Ad alium deuoluta electio

Is vero ad quem deuoluata fuerit poteſtas, dominum habens præ oculis, non differat vltra tres menſes cum capituli ſui conſilio & aliorum virorum prudentiū, viduatam eccleſiam de perſona idonea ipſius quidē eccleſiæ vel alterius, ſi digna non reperiatur in illa, canonice ordinare, ſi canonicam voluerit effugere vltionem.

Per aliquam de tribus formis hic contentis, ſcz, Scrutinii, Compromißi, & inſpirationis procedi debet ad electionem in eccleſijs cathedralibus: aliter electio celebrata non ualet: & contra facientes priuandi ſunt ea uice poteſtate eligendi.

Caput XXIIII.

Extra ibi. ca 42 ... ctio per ſcrutiniu.

QVia propter electionum formas diuerſas, quas qdam inuenire conantur, & multa impedimēta ꝓueniunt & magna pericula imminent eccleſijs viduatis, ſtatuimus, vt cum electio fuerit celebranda, præſentibus oībus qui debēt & volūt & poſſunt cōmode intereſſe, aſſuman-

mantur tres de collegio fide digni, qui ſecreto & ſingulatim vota cunctorum diligenter exquirant. Et in ſcriptis redacta, mox publicent in communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto, vt is collatione adhibita eligatur, in quem omnes vel maior vel ſanior pars capituli conſentit.

Electio e compromiſſum

Vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus viris idoneis cõmittatur, qui vice omnium eccleſiæ viduatæ prouideant de paſtore, aliter electio facta non valeat, niſi forte communiter eſſet ab omnibus quaſi p inſpirationem diuinam abſque vitio celebrata. Qui vero contra prædictas formas eligere attentauerint, eligẽdi ea vice poteſtate priuentur.

Interdicit procuratorem in electionis negocio conſtitui, niſi occurrant hic contenta.

Illud autem penitus interdicimus, ne quis in electionis negocio procuratorẽ conſtituat, niſi ſit abſens in eo loco de q̃ debeat aduocari, iuſtoque impedimento detentus venire non poſſit, ſuper quo, ſi fuerit opus, fidem faciat iuramento, & tũc ſi voluerit, vni committat de ipſo collegio vicem ſuam.

Præcipit electiones ſolenniter publicari, & clandeſtinas reprobari.

Electiones quoque clandeſtinas reprobamus, ſtatuentes vt quam cito electio fuerit celebrata, ſolenniter publicetur.

Conſentiens electioni de ſe factæ per abuſum poteſtatis ſecularis, efficitur ineligibilis ad dignitatem, & electio eſt nulla. Eligentes aũt à beneficijs per triennium ſuſpendũtur, & tunc ſunt priuati poteſtate eligendi.

Extra ibi dẽ ca. 41 viii quę ſt, ii. ca. di lectiſſimi filij

QVisquis electioni de ſe factæ, per ſecularis poteſtatis abuſum, conſentire præſumpſerit contra canonicam libertatem, & electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, nec abſque diſpenſatione poſſit ad aliquam eligi dignitatem. Qui vero electionem huiuſmodi, quam ipſo iure irritam eſſe cenſemus, præſumpſerint celebrare, ab officijs & beneficijs penitus per triennium ſuſpendãtur, eligẽdi tunc poteſtate priuati. Cap. XXV.

Extra lib. i. tit. 6. de electione & electi poteſtate ca. Cũ in cunctis

Si prælatus per negligentiam confirmauit indignum electum ad regimẽ animarum, perdit poteſtatem confirmandi primum ſucceſſorem, & à perceptione proprij beneficij ſuſpẽditur, & pro motus deijcitur. Si uero per malitiam hoc fecit, grauius punitur. Electi uero immediate ſubiecti Papæ per ſe, aut perſonas inſtructas debẽt adire Papam, & petere confirmationem: & ſi ſunt electi in concordia, & ualde remoti, uidelicet ultra Italiam conſtituti, interim adminiſtrant: ita tamen, quod nihil alienent. benedicuntur autem & conſecrantur, pront conſueuerunt.

Caput XXVI.

NIhil eſt quod eccleſiæ Dei magis officiat, quam quod indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo neceſſariã adhibere medelam, irrefragabili conſtitutiõe ſancimus, quatenus cum quiſquã fuerit ad regimẽ animarum * aſſumptus, is ad quem pertinet ipſius confirmatio diligẽter examinet & electiõis proceſſum & perſonam electi, vt cum omnia rite cõcurrerint, munus ei confirmationis impẽdat, quia ſi ſecus fuerit incaute pręſumptum, nõ ſolum deijciendus eſt indigne promotus, verum etiam indigne promouens puniendus.

Supra eo dẽ. cap. 15 Extra ibi dẽ. ca. 44

* electus

lxxi. diſti. ca. Tanta

Pœna confirmantis indigne electum.

Ipſum quoque decernimus hac animaduerſione puniri, vt cum de ipſius conſtiterit negligentia, maxime, ſi hominem inſufficientis ſciẽtiæ, vel inhoneſtæ vitæ, aut ætatis illegitimæ approbauerit, non ſolum confirmandi primum ſucceſſorẽ illius careat poteſtate, verum etiam ne aliquo caſu pœnam effugiat, à perceptione proprij beneficij ſuſpendatur, quouſque ſi ęquum fuerit, indulgentiam valeat pmereri, ſi ṽo cõuictus fuerit in hoc p malitiã ex ceſſiſſe, grauiori ſubiaceat vltioni.

Supra eodẽ. cap. 15 Extra lib. i. tit. 6. de electione & electi poteſtate ca. Congregato

Extra lib. i. tit. 6. de electione & electi poteſtate ca. Cũ in cunctis

Epiſcopi q̃q; tales ad ſacros ordines & eccleſiaſticas dignitates pmouere pcurent, q cõmiſſum ſibi officiũ digne valeant adimplere, ſi & ipſi canonicam cupiunt effugere vltionem.

Extra lib. i. tit. 6. de electione & electi poteſtate ca. Cũ in cunctis

Cõfirmatio quę ad Rom. põtificẽ ſpectat

Cæterum, qui ad Romanum pertinẽt immediate pontificẽ, ad percipiendã ſui confirmationẽ officij, eius ſe conſpectui, ſi commodo poteſt fieri, perſonaliter repręſentẽt, vel perſonas tranſmittant idoneas, per quas diligens inquiſitio ſuper electionis proceſſu & electis poſſit haberi, vt ſic demum per ipſius circumſpectionem conſilij, ſui plenitudinem aſſequantur officij, cũ eis nihil obſtiterit de canonicis inſtitutis, ita quod interim valde remoti, videlicet vltra Italiam conſtituti, ſi electi fuerint in concordia, diſpenſatiue

ꝓpter neceſſitates & vtilitatrs eccleſiarũ, in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrent. Sic tñ, vt de rebus eccleſiaſticis nil penitus alienent. Munus vero conſecrationis ſru benedictionis recipiãt, ſicut hactenus recipere conſueuerunt.

Munus idoneus in ſacerdotem promouerri, uel ad regimen animarum aſſumi non debet.

Caput XXVII.

Extra lib. 1. tit. 14 de ętate & q̃litate ord. cap. 14. xii. diſt. 1 ca. pręcipimus. xxi. diſt. c. Quãdo. lxxxi. diſt. ca. Tantis daniel ſãnctius Lucæ. 6

CVm ſit ars artium regimen animarum, diſtricte ꝑcipimus, vt epiſcopi ꝓmouẽdos in ſacerdotes diligenter inſtruant & informẽt, vel ꝑ ſeipſos, vel ꝑ alios viros idoneos, ſup diuinis officijs & eccleſiaſticis ſacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare, quoniam ſi ignaros & rudes de cętero ordinare pręſumpſerint, (q̃d quidẽ facile poterit deꝓhẽdi) & ordinatores & ordinatos graui decreuimus ſubiacere vltioni.* Satius eſt enĩ, maxime in ordinatiõe ſacerdotũ, paucos bonos q̃ multos malos habere miniſtros, qa ſi cæcus cęcũ duxerit, ambo in foueã dilabũt.

Qui petijt redendi licentiam, ex quo illam obtinuit, cedere compellitur.

Caput XXVIII.

De pœniten. diſti. 1. ca. Diſcordium Extra lib. 1. tit. 9 de rénunciati. cap. 12

QVidam licentiam cedendi cum inſtantia poſtulantes, ea obtẽta cedere prærmittunt. Sed cũ in poſtulatiõe ceſſionis huiuſmodi, aut eccleſiarũ cõmoda q̃bus præſunt, aut ſalutẽ videantur propriam attendiſſe, quorum neutrum ſuaſionibus aliquorum quærentium quæ ſua ſunt, etiã leuitate q̃libet volumus impediri, ad cedendũ eos decernimus compellendos.

Habent perſonatum, uel beneficium curatum, ſi ſecundo tale receperit, uacat primum. Quod ſi retinere contenderit, etiam ſecundo priuabitur: & is, ad quem ſpectat beneficij curati collatio, licite confert ſtatim cum inſtitutus aliud recepit: & ſi infra ſex menſes non conferat, deuoluitur ad alium collatio, & alter punitur. Cum ſublimibus uero & literatis perſonis circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium, ſolus Papa diſpenſat.

Caput XXIX.

Extra lib. 3. tit. 4. de clericis non reſidẽti. ca. Quia nonnulli Extra lib. 3. cap. 8. de conceſſio præbẽdæ ca. Nulla eccleſia.

DE multa prouidentia fuit in Lateranenſi concilio prohibitum, vt nullus diuerſas dignitates eccleſiaſticas, & plures eccleſias parochiales reciperet contra ſacrorum canonũ inſtituta, Alioquin & recipiens ſic receptum amitteret, & largiendi poteſtate conferens priuaretur. Quia vero propter ꝓſumptiones & cupiditates quorundam, nullus hactenus fructus aut rarus de prædicto ſtatuto ꝓuenit, nos euidentius & expreſſius occurrere cupiẽtes, pręſenti decreto ſtatuimus, vt quicunque receperit aliquod beneficium habens curam animarum annexam, ſi prius tale beneficium habebat, eo ſit iure ipſo priuatus, & ſi forte illud retinere contenderit, alio etiam ſpolietur.

Is quoque ad quem prioris ſpectat donatio, illud poſt receptionem alterius, libere conferat cui merito viderit conferẽdum, & ſi vltra tres menſes conferre diſtulerit, non ſolum ad alios ſecundum ſtatutum Lateranenſis concilij eius collatio deuoluatur, verum etiam tantum de ſuis cogatur prouentibus in vtilitatem eccleſiæ, cuius illud eſt beneficium, aſſignare, quantum à tempore vacationis ipſius cõſtiterit eſſe perceptum. Hoc idem in perſonatibus decernimus obſeruandum, addentes vt in eadem eccleſia nullus plures dignitates aut perſonatus habere præſumat, etiam ſi curam non haberent animarum.

Pœna patroni ſi alteri cõferre neglig as

Extra lib. 3. tit. 8. de conceſſio. perbendæ ca. Nulla eccleſi.

Circa ſublimes tamen & literatas perſonas, quæ maioribus ſunt beneficijs honorandæ, cum ratio poſtulauerit, per ſedem apoſtolicam poterit diſpenſari.

xli. diſt. ca. non cogantur

Concilium prouinciale a beneficiorum collatione ſuſpẽdit eos, qui poſt ſecundam correptionem indignis beneficia conferunt: prouidet etiam quis interim beneficia conferat, & illam ſuſpenſionem relaxat ſolus Papa, uel ſolus patriarcha.

Caput XXX.

Extra lib. c. ſeq.

GRaue nimis eſt & abſurdum, quod quidam prælati eccleſiarum cum poſſint viros idoneos ad eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non verẽtur indignos, quibus nec morum honeſtas, nec literarum ſcientia ſuffragatur, carnalitatis ſequentes affectum, non iudicium rationis. Vnde quanta eccleſijs damna ꝓueniant, nemo ſanę mentis ignorat.

Volentes igitur huic morbo mederi, ꝓcipimus vt ꝓtermiſſis indignis aſſumãt idoneos, qui Deo & eccleſijs velint & valeant gratum impendere famulatum, fiatque de hoc in prouinciali concilio diligens inquiſitio annuatim, ita quod

qui

correptionem.

qui poſt primam & ſecundã correctionẽ fuerit repertus culpabilis, à conferendis beneficijs per ipſum concilium ſuſpẽdatur: inſtituto in eodem concilio perſona prouida & honeſta, quę ſuppleat ſuſpenſi defectum in benefiſicijs conferẽdis. Et hoc ipſum circa capitula quæ in his deliquerint, obſeruetur. Metropolitani ꝓ delictum, ſuperioris iudicio relinquatur ex parte concilij nũciandum. Vt aũt hæc ſalubris prouiſio pleniorem cõſequatur effectum, huiuſmodi ſuſpenſionis ſentẽtia, ꝑter Rom. pontificis autoritatem aut proprij patriarchæ, minime relaxetur, vt in hoc quoque quatuor patriarchales ſedes ſpecialiter honorentur.

Si illegitimus, maxime filius ſpurius, inſtituatur in eccleſia, in qua inſtitutus eſt pater, inſtitutio non ualet: & inſtituens à ſuis beneficiis ſuſpendatur. Cap. XXXI.

Extra lib. 1. tit. 17. de filijs preſbyterorũ. cap. 16

AD abolendam peſſimã, quę in pleriſq; inoleuit eccleſijs, corruptelã, Firmiter inhibemus, ne canonicorũ filij, maxime ſpurij, canonici fiant in ſecularibus eccleſiis, in qbus inſtituti ſunt patres eoꝝ. Et ſi fuerit cõtra præſumptum, decernimus non valere. Qui vero (vt dictum eſt) canonicare prę ſumpſerint, à ſuis beneficijs ſuſpendantur.

Rector eccleſiæ, non obſtante conſuetudine Epiſcopi uel patroni, debet de redditibus eccleſiæ ſufficientem habere portionem.

Cap. XXXII.

Extra lib. 3. tit. 5. de prebẽ. & dignit. cap. 30

EXtirpandæ conſuetudinis vitiũ in quibuſdam partibus inoleuit, q̊d ſcilicet patroni eccleſiarum parochialiũ, & aliæ quædam perſonę prouentus ipſarum ſibi penitus vendicantes, presbyteris earundẽ ſeruitijs deputatis relinquũt adeo exiguam portionem, ut ex ea congrue nequeant ſuſtẽtari. Nam vt pro certo didicimus, in quibuſdam regionibus parochiales presbyteri pro ſua ſuſtentatione non obtinent, niſi quártam quartæ, id eſt, ſextamdecimam decimarum. Vnde fit, vt in his regiõibus pene nullus inueniatur ſacerdos parochialis, q vel modicam habeat peritiam literarum.

Deut. 25
1. Cor. 9

Cum igitur os bouis alligari non debeat triturantis, ſed qui altari ſeruit, viuere debeat de altari, ſtatuimus, vt conſuetudine qualibet epiſcopi vel patroni, ſeu cuiuſcunq; alterius non obſtãte, portio ipſis presbyteris ſufficiens aſſignetur.

Priuatus eſt parrochiali eccleſia rector in ea non reſidens, niſi ſit annexa dignitati uel præbendæ: quo caſu debet ibi habere perpetuum uicarium.

Vicarius in eccleſia parochiali

Qui vero parochialem habet eccleſiã, non per vicarium, ſed per ſeipſum illi deſeruiat in ordine quem ipſius eccleſiæ cura requirit, niſi forte prębendæ vel dignitati parochialis eccleſia ſit annexa: in q̊ caſu concedimus, vt is qui talẽ habet prębendã vel dignitatem, cum oporteat eũ in maiori eccleſia deſeruire, in ipſa parochiali eccleſia idoneum & perpetuũ ſtudeat habere vicarium canonice inſtitutum, qui (vt prædictum eſt) congruẽtem habeat de ipſius eccleſiæ prouẽtibus portionem, alioquin illa ſe ſciat huius decreti autoritate priuatum, libere alij conferenda, qui velit & poſſit, quod prædictũ eſt, adimplere.

Supra eodem. cap. XXIX

Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de prouẽtibus eccleſiæ, quæ curã proprij ſacerdotis debet habere, penſionem alij quaſi ꝑ beneficio conferre præſumat.

Prælati tunc ſunt procurandi, cum perſonaliter uiſitant, & debent tunc ſeruare cõcilium Lateranenſe, & prædicationi, & reformationi uacare. Legati & nuncij apoſtolici pro his diebus tantum, pro quibus moram trahunt procurari debent: & contra hanc conſtitutionem exactum reſtituetur duplicatum.

Cap. XXXIII.

Extra lib. 3. tit. 39 de cenſibus cap. 23

PRocurationes quæ viſitationis ratione debentur epiſcopis, archidiaconis, vel quibuſlibet alijs, etiam apoſtolicæ ſedis legatis aut nuncijs, abſq; manifeſta & neceſſaria cauſa nullatenus exigantur, niſi quando perſonaliter officiũ viſitationis impendunt, & tunc euectionum & perſonarum mediocritatem obſeruent, in Lateranenſi concilio definitam.

Supra ca. 25
Extra lib. 3. tit. 39 de cenſibus ca. Cum apoſtolus. Legati aut nuncij ſedis apoſtolicæ

Hoc adhibito moderamine circa legatos & nuncios apoſtolicæ ſedis, vt cum oportuerit eos ad aliquem locum moram facere neceſſariam, ne locus ille propter illos nimiũ aggrauetur, procurationes recipiant moderatas ab alijs eccleſijs

vel perſonis, quæ nondum fuerant de ſuis procurationibus aggrauatæ, ita q̃d numerus procurationum, numernm dierum, quibus huiuſmodi morã fecerint, nõ excedat, & cũ aliqua nõ ſuffecerit p ſe ipſam, duæ vel plures cõiunganf in vnã.

Officium viſitaco num viii. q. iii. ſt. i. ca. ſunt in eccleſia tẽtauerit

Porro viſitationis officiũ exercentes, nõ q̃rãt quæ ſua ſunt, ſed q̃ Ieſu Chriſti, Prædicationi & exhortationi, correctiõi & reformationi vacando, vt frnctũ referant qui non perit. Qui aũt contra venire ✝ præſumpſerit, & quod accepit, reddat, & eccleſiæ quam taliter aggrauauit, tantundem impendat.

Prælati plus debito à ſubditis extorquentes prætextu procurationis, uel alterius ſeruitii impenſi legato, uel alteri: illud reſtituent, & tantundem pauperibus erogabunt.

Cap. XXXIIII.

Extra lib. iii. 49. de immunitate eccleſię. cap. 8

QVia prælati pleriq; vt procurationẽ aut ſeruitiũ aliq̃d impendãt legato vel alij, plus extorquent à ſubditis, quam ſoluant, & in eorum damnis lucra ſectantes, quærunt prædam potius, quã ſubſidium in ſubiectis, Id de cætero fieri prohibemus.

Quod ſi quis forte præſumpſerit, & ſic extortam reſtituat, & tantundem cogatur pauperibus elargiri.

Superior autem, cui ſuper hoc fuerit querela depoſita, ſi negligẽs fuerit in huiuſmodi executiõe ſtatuti, canonicæ ſubiaceat vltioni.

Appellans ante ſententiam tenetur exprimere cauſam rationabilẽ, coram ipſo iudice, à quo nec admittetur exceptio, quod primum miſerat nũcium ad ſedem apoſtolicam, uel quod literas impetrauerat, quæ nondum ſunt iudici præſentatæ.

Cap. XXXV.

Extra lib. 2 tit 28 de appellationibus. cap. 59

VT debitus honor deſeratur iudicibus, & litigatoribus conſulatur ſuper laboribus & expẽſis, ſtatuimus, vt ſi quis corã idoneo iudice cõuenerit aduerſarium, ille ante ſententiã ad ſuperiorem iudicem abſq; rationabili cauſa non prouocet, ſed corã illo ſuam iuſtitiã proſequatur, non obſtante ſi dicat, quod ad ſuperiorem iudicem nuncium deſtinauerit, aut etiam literas impetrauerit ab eodem, prius q̃ de legato fuerint aſſignatæ. Cum antem ex rationabili cauſa putauerit appellandum, coram eodem iudice cauſa probabili appellationis expoſita, tali videlicet, q̃ ſi forte probata, deberet legitima reputari, ſuperior de appellatione cognoſcat, & ſi minus eum ratiõabiliter appellaſſe conſtiterit, illum ad inferiorẽ remittat, & in expenſis alteri parti condemnet. Alioquin ipſe procedet, ſaluis cõſtitutionibus de maioribus cauſis ad ſedem apoſtolicam ✝ perferendis.

referẽdis

Si iudex, à quo eſt appellatum à grauamine, illud reuocat, poteſt in principali cauſa procedere

Cap. XXXVI.

Extra lib. i. tit. de Reſcriptis ca. Quia non nulli

CVm ceſſante cauſa ceſſet effectus, ſtatuimus, vt ſiue iudex ordinarius, ſiue delegatus, aliquid comminando vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigãtium grauaretur, & ſano vſus conſilio, ab huiuſmodi comminationis vel interlocutionis effectu deſtiterit, libere in cauſę cognitione procedat, non obſtãte ſi à tali comminatione vel interlocutiõe fuerit appellatũ, dummodo non ſit ex alia legitima cauſa ſuſpectus, ne proceſſus negocij friuolis occaſionibus retardetur.

Per literas apoſtolicas de hac conſtitutione mentionem non facientes, non poteſt quis trahi ultra duas dietas extra ſuam diœceſim, niſi de conſenſu partium literæ fuerint impetratæ.

Cap. XXXVII.

Extra lib. i. tit. de reſcriptis ca. 28

NOnnulli gratia ſedis apoſtolicæ abutẽtes, literas eius ad remotos iudices impetrare nitunf, vt reus fatigatus laboribus & expẽſis, liti cedere vel importunitatẽ actoris redimere compellaf. Cum aũt per iudiciũ iniurijs aditus patere nõ debeat, q̃s iuris obſeruãtia interdicit, ſtatuimus ne q̃s vltra duas diętas extra ſuam diœceſim p literas apoſtolicas ad iudiciũ trahi poſſit, niſi de aſſenſu partium fuerint impetratę, vel expreſſam de hac conſtitutione fecerint mentionem.

Non ualent literæ ad lites impetratæ, ſine ſpeciali mandato domini, niſi impetrentur per coniunctam perſonam.

C. de tranſactionibus l. 16. Cauſas vel

Sunt & alij q ſe ad nouũ genus mercimonij cõuertentes, vt vel ſopitas poſſint ſuſcitare q̃relas, aut nouas immittere q̃ſtiones, fingũt cauſas ſup q̃bus à ſede apoſtolica literas impetrãt abſq; dñorum mandato, q̃s vel reo, ne propter eas laborũ, vel expenſa⁊ diſpendio moleſtef, aut actori, vt p ipſas aduerſarium indebita vexatione fatiget, venales exponunt.

Cum

De pœnitent. diſt. 1 ca. pœnę

Cũ aũt lites reſtringendæ ſint potius ꝙ laxandæ, hac generali cõſtitutione ſancimus, vt ſi quis ſup aliqua quęſtione, de cætero, ſine mandato ſpeciali dñi literas apoſtolicas impetrare præſumpſerit, & literæ illæ non valeant, & ipſe tanꝗ falſarius puniatur, niſi forte de illis perſonis extiterit, à quibus non debet exigi de iure mandatum.

Iudex debet habere notarium uel duos uiros idoneos, qui ſcribãt acta iudicii, alias ſi quid difficultatis emerſerit per ſuperiorem punietur, nec credetur ei ſuper proceſſu, niſi in quantum per acta uel alias per legitima documenta conſtabit. Cap. XXXVIII.

Extra lib. 2. tit. 19. de probationibus cap. 11

QVoniã cõtra falſam aſſertionẽ iniqui iudicis innocẽs litigator quñque nõ poteſt verã negatiõem probare, cũ negãtis factũ per rerũ naturã nulla ſit directa probatio, ne falſitas veritati ꝑiudicet, aut iniquitas ꝑualeat æquitati:

Vt notarius aut duo alii acta perſcribãt in iudicio

iii. queſt. iii. ca. Induciæ. Spacium.

Statuimus, vt tã in ordinario iudicio quã extraordinario, iudex ſemp adhibeat aut publicã (ſi poteſt habere) perſonã, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuerſa iudicij acta conſcribant, videlicet, citationes, dilationes, recuſationes, & exceptiones, petitiones, & reſpõſiones, interrogationes, confeſſiones, teſtiũ depoſitiões, inſtrumentorũ productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, concluſiones, &c̃. quæ occurrunt cõpetenti ordine conſcribenda, deſignãdo loca, tempora & perſonas, & omnia ſic cõſcripta partibus tribuantur, ita ꝙd originalia penes ſcriptores remaneant, *vbi ſi ſuper proceſſu iudicis fuerit ſuborta contentio, per hoc poſſit veritas declarari. Hoc adhibito moderamine, quatenus ſic honeſtis & diſcretis deferatur iudicibus, quod per improuidos & iniquos innocentũ iuſtitia nõ lædatur. Iudex aũt qui conſtitutionẽ iſtã neglexerit obſeruare, ſi propter eius negligentiã aliquid difficultatis emerſerit, per ſuperiorem iudicem animaduerſione debita caſtigetur, nec pro ipſius præſumatur proceſſu, niſi quatenus in cauſa legitimis conſtiterit documentis.

vt

C. de teſtibus l. Si quando

Recipiens ſcienter rem inuaſam à ſpoliatore, tenetur eam ſpoliato reſtituere, licet nõ probet dominium.

Cap. XXXIX.

Extra lib. 2. tit. 13 de reſtitutione ſpoliat. cap. 18

SAepe contingit quod ſpoliatus iniuſte, per ſpoliatorem in alium re tranſlata, dum aduerſus poſſeſſorẽ non ſubuenitur per reſtitutiõis bñficium ſpoliato, cõmodo poſſeſſionis amiſſo, propter difficultatem probationis, ius proprietatis amittit effectum.

Vnde non obſtante ciuilis iuris rigore, ſancimus, vt ſi quis de cætero ſcienter rem talẽ ꝛceperit, cũ ſpoliatori quaſi ſuccedat in vitium, eo ꝙd nõ multum interſit, præſertim quo ad periculum animæ, detinere iniuſte, ac inuadere alienum, cõtra poſſeſſorem huiuſmodi ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur.

xvi. queſt. 1. ca. de cimæ.

Actor non admiſſus in poſſeſſionem ſibi decretam per iudicẽ cauſa rei ſeruandæ, uel ab ea expulſus per lapſum anni, uerus efficitur poſſeſſor.

Cap. XL.

Extra lib. 2. tit. 14 de dolo & cõtumacia cap. 9

COntingit interdũ, quod cũ actori ob contumaciã partis aduerſæ adiudicatur cauſa rei ſeruãdæ poſſeſſio, ꝓpter rei potententiã ſiue dolum actor infra annũ rẽ cuſtodiendã nãciſci nõ põt, vel nactam amittit, & ſic cũ ſecundũ aſſertionem multorum, verus nõ efficeretur poſt lapſum anni poſſeſſor, reportet cõmodum de malitia ſua reus. Ne igitur cõtumax melioris quam obediens conditionis exiſtat, de canonica æquitate ſancimus, vt in caſu præmiſſo actor verus conſtituatur elapſo anno poſſeſſor.

De rebus ſpiritualibus in laicum compromitti non poteſt. Cap. XLI.

Extra lib. 1. tit. 43 de arbitris cap. 8

COntingit autori interdum, quod cum. Et infra.

Ad hæc gñaliter prohibemus, ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet vt laicus in talibus arbitretur.

Nec in foro canonico, nec ciuili ualet præſcriptio cum mala fide. Cap. XLII.

Extra lib. 2. tit. 26 de præſcriptio. ca. 20 Rom. 14

QVoniam omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ſynodali iudicio definimus, vt nulla valeat abſque bona fide præſcriptio, tam canonica quàm ciuilis, quum ſit generaliter omni conſtitutioni atq; conſuetudini derogandum, quæ abſq; mortali non poteſt obſeruari peccato. Vnde oportet, vt qui præſcribit in nulla temporis parte rei habeat conſcientiam alienæ.

De

De ſeculari iuſtitia. Cap. XLIII

SIcut volumus vt iura clericorum nõ
vſurpent laici, ita velle debemus, ne
clerici iura ſibi vẽdicent laicoꝝ. Quocir-
ca vniuerſis clericis interdicimus, ne qs
prætextu eccleſiaſticæ libertatis ſuã de cę
tero iuriſdictionem extendat in p̄iudici
um iuſtitię ſecularis, ſed cõtentus exiſtat
conſtitutionibus ſcriptis, & conſuetudi
Matth. 22 nibus hactenus approbatis, vt q̃ ſunt Cę
ſaris, reddãtur Cæſari, & quæ ſunt Dei,
Deo recta diſtributione reddãtur.

Clerici non habentes temporalia a laicis, nõ tenentur eis præſtare iuramenta fidelitatis.

Extra lib. 2. tit. 24 de iureiurãdo cap. 30 Cap. XLIIII.

NImis de iure diuino quidam laici
vſurpare conãtur, cũ viros eccleſi
aſticos nihil temporale detinẽtes, ab eis
ad p̄ſtandum ſibi fidelitatis iuramẽta cõ
11 queſti. 1 ca. multi pellunt. Quia vero ſecundum Apoſtolũ,
Rom. 14 ſeruus ſuo dño ſtat aut cadit, ſacri autori
tate concilij prohibemus, ne tales clerici
perſonis ſecularibus pręſtare cogantur
huiuſmodi iuramentum.

Alienatio rei eccleſiaſticæ facta ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu non tenet, licet approbetur per conſtitutionẽ laicorum.

Cap. XLV.

Extra lib. 3. tit. 13 de rebus eccleſiæ nõ aliena. CVm laicis, q̃uis religioſis, diſponẽ
di de rebus eccleſiaſticis nulla ſit at
tributa poteſtas, q̃s ſubſequẽdi manet ne
ceſſitas, nõ autoritas imperãdi, dolemus
cap. 12 xcvi. diſt. ca. Bene q dem, ſic in quibuſdam ex illis refrigeſcere cha
ritatẽ, q̃d immunitatẽ eccleſiaſticæ liber-
tatis, quã nedũ ſancti patres, ſed etiã prin
cipes ſeculares multis priuilegijs munie
runt, nõ formidant ſuis cõſtitutionibus
vel potius cõfictionibus impugnare, nõ
ſolũ de feudoꝝ alienatione, ac aliaꝝ poſ
ſeſſionum eccleſiaſticaꝝ & vſurpatione
iuriſdictionum, ſed etiã de mortuarijs,
necnon & alijs, quæ ſpirituali iuri viden
tur annexa, illicite præſumendo.

Volentes igitur ſuper his eccleſiaꝝ in
demnitatibus conſulere, ac tantis graua
minibus prouidere, cõſtitutiones huiuſ
modi & vẽdicationes feudoꝝ ſeu alioꝝ
bonoꝝ eccleſiaſticoꝝ, ſine legitimo ec-
cleſiaſticaꝝ perſonaꝝ aſſenſu p̄ſumptas,
occaſione conſtitutionis laicę poteſtatis
xii. queſt. 11. ca. Sine exceptione (cũ non conſtitutio, ſed deſtitutio vel de
ſtructio dici poſſit, necnon vſurpatio iu
riſdictionũ) ſacri approbatione concilij
decernimus non tenere, p̄ſumptoribus
per cenſurã eccleſiaſticã * compeſcendis. compeſcendis

Patroni, aduocati, uel uicedomini uendicantes ſibi in eccleſijs plus q̃ iura permittant, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcuntur: & ſi occidunt prælatum uel clericum eccleſiæ per ſe, uel per alios, perdunt quod habent ab eccleſia, & eorum poſteri uſq; ad quartam generationem non admittuntur ad clerum, nec in religionibus præficiuntur. Cap. XLVI.

INqbuſdam prouincijs eccleſiaꝝ pa- Extra lib. 5. tit. 7. de pœnis ca. 12
troni, ſeu vicedñi, & aduocati, ſe in tã
tam inſolentiã erexerunt, q̃d non ſolum
cũ vacantibus debet eccleſijs de paſtori-
bus idoneis prouideri, difficultates inge
runt & malitias, veꝝ etiam de poſſeſſioni
bus & alijs bonis eccleſiaſticis pro ſua vo
luntate ordinare præſumunt, & (quod
horrendum eſt dicere) in necem prælato
rum prorumpere non formidant.

Cum igitur q̃d ad defenſionis ſubſi- xvi. queſt. vii. ca. filijs vel
dium eſt inuentũ, ad depreſſionis diſpen
diũ non debeat retorqueri, prohibemus
expreſſe, ne patroni vel aduocati, ſeu vice
dñi ſuper præmiſſis de cætero plus vſur-
pent, q̃ reperitur in iure permiſſum, & ſi xvi. queſti. .c. Quic q
contra præſumpſerint, diſtrictiſſime per
ſeueritatem canonicam compeſcantur.

Sacri nihilominus concilij approbati Pœna in violatores clericorũ eccleſiæ
one ſtatuimus, q̃tenus ſi patroni, vel ad-
uocati, aut feudatarij, ſeu vicedñi, ſeu alij
bñficiati, alicuius eccleſiæ rectorem, vel
clericum alium ipſius eccleſiæ per ſe vel
per alios occidere vel mutilare auſu ne-
fando præſumpſerint, patroni ius patro
natus, aduocati aduocatiam, feudatarius
feudum, vicedñi vicedominatum, bene-
ficiati beneficium, prorſus omittant.

Et ne minus vindictæ quam exceſſus xvii. queſt. 4. ca. Si quis deinceps
memoria prorogetur, non ſolum de pr̃ę
miſſis nil perueniat ad hæredes, ſed etiã
vſq; ad quartam generationem poſteri-
tates talium in clericorum collegiũ nul-
latenus admittantur, nec in regularibus
domibus alicuius prælationis aſſequan
tur honorem, niſi cum eis fuerit miſeri-
corditer diſpenſatum.

Clerici non debent neceſſitatibus, ſeu utilitatibus ciuitatum, ſeu aliorum locorum, etiam ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubuenire: niſi prius Romanus pontifex conſulatur.

Sen-

Sententiæ, & conſtitutiones editæ à laicis collectantibus eccleſiam, ſunt ipſo iure irritæ: nec ullo tempore conualeſcunt. Rectores excommunicati ob grauamina præmiſſa, remanent excommunicati, etiam poſt depoſitum officium, nihilominus excommunicati ſunt ſucceſſores, niſi ſatisfecerint infra menſem Cap. XLVI

Extra lib. 3. tit. 49 de immunitate eccleſiæ, cap. 6

Extra lib. 3. tit. 49 de immunitate eccleſiæ ca. Non minus

ADuerſus conſules ac rectores ciuitatum, & alios qui Eccleſias & viros eccleſiaſticos, tallijs ſeu collectis & exactionibus alijs aggrauare nitũtur, volens immunitati eccleſiaſticę Lateraneñ. concilium prouidere, p̃ſumptionem huiuſmodi ſub anathematis diſtrictione ꝓhibuit, tranſgreſſores & fautores eoꝝ excõmunicationi p̃cepit ſubiacere, donec ſatisfactionẽ impendãt cõpetentem. Verũ ſi qñ forſan epiſcopus ſimul cũ clericis tantã neceſſitatẽ vel vtilitatẽ proſpexerint, vt abſq; vlla coactione, ad releuãdas vtilitates vel neceſſitates communes, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias duxerint conferenda, prædicti laici humiliter & deuote recipiant cum actionibus gratiarum.

Voluntaria contributio

Propter imprudentiam tamen quorũdam, Romanum prius conſulant pontificem, cuius intereſt communibus vtilitatibus prouidere.

Conſtitutiones inualidæ

Quoniam vero nec ſic quorundã malitia contra dei eccleſiam conquieuit, adijcimus, vt conſtitutiones & ſententiæ quæ ab excommunicatis huiuſmodi vel de ipſorum mandato fuerint promulgatę, inanes & irritæ habeantur, nullo vnquam tempore valituræ.

Extra lib. 1. tit. 36 de ſindico ca. Cõſultiſumus

Cæterum, quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, nullus vano decipiatur errore, vt infra tempus regiminis ſuſtineat anathema, quaſi poſt illud non ſit ad ſatisfactionẽ debitam compellendus. Nã & ip̃m qui ſatisfacere recuſauerit, & ſucceſſorem ipſius, ſi non ſatisfecerit infra menſem, manere decernimus eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfecerit competenter, cũ ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

Cenſura etiam in ſucceſſorẽ niſi ſatiſfecerit

Prælatus excommunicare non debet ſubditum, niſi competenti monitione præmiſſa, & ex cauſa manifeſta & rationabili, & contra facientem imponitur poena, hic expreſſa. Item punitur ſubitus qui falſo conqueritur ſe excommunicatum iniuſte, & ſubijcit quid iuris, ſi prælatus dicens ſe erraſſe, uult excommunicatum abſoluere, & aduerſarius appellat, ne abſoluatur.

Cap. XLVIII.

Extra lib. 5. tit. 39 de ſententia excõmunica. cap. 48

SAcro approbãte cõcilio ꝓhibemus, ne qs in aliquẽ excõmunicatiõis ſententiã, niſi cõpetenti cõmonitione p̃miſſa, & p̃ſentibus idoneis ꝑſonis, ꝑ quas ſi neceſſe fuerit, poſſit ꝓbari monitio, promulgare p̃ſumat. Qui ſi cõtra p̃ſumpſerit, etiã ſi iuſta fuerit excõicationis ſententia, ingreſſum eccleſiæ ꝑ mẽſem vnũ ſibi nouerit interdictũ, alia nihilominus pœna mulctandus, ſi viſum fuerit expedire.

Extra lib. 5. tit. 39 de ſẽtẽtia excõmuni. ca. Cõtingit. u lxxxi. diſt. ca. Si q ſunt.

Caueat etiã diligẽter, ne ad excõicationẽ cuiuſq̃ abſq; manifeſta & rationabili cauſa procedat, ad quã ſi forte taliter proceſſerit, & req̃ſitus humiliter ꝓceſſum huiuſmodi nõ curauerit abſq; grauamine reuocare, grauatus apud ſupiorem deponat de iniuſta excõicatione q̃relam, q̃d ſi abſq; periculo morę poteſt, ad excõicatorem, illũ cũ ſuo mandato remittat, infra cõpetentẽ terminũ abſoluendũ, alioqn ipſe ꝑ ſe, vel ꝑ alium, prout viderit expedire, ſufficienti cautione recepta, munus ei abſolutionis impendat.

Ne ſine cauſa fiat excõmunicatio

11. queſt. 3 ca. nemo

Poena in excommunicatorẽ iniuſtum

Cunq; aduerſus excõicatorem de iniuſta excõicatione conſtiterit, excõicator condemnet excõicato ad intereſſe. Alias nihilo minus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit, ſupioris arbitrio puniendus, cũ nõ leuis ſit culpa, tãtã infligere pœnã inſonti, niſi forſan errauerit ex cauſa probabili, maxime ſi laudabilis opiniõis exiſtat.

xxiiii. q̃ſt. 3. ca. Corripiantur

Verũ ſi cõtra excõicationis ſententiam nihil rõnabile fuerit à conquerente ꝓbatũ, & idẽ ſup iniuſta conq̃ſtionis moleſtia ꝑ pœnã ad intereſſe, vel alias ſecundũ ſuperioris arbitriũ cõdemnetur, niſi forſan & ipſum ꝓbabilis error excuſet, & ſup eo, pro q̃ iuſta fuerit excommunicatione ligatus, ꝑ cautionem receptã ſatisfacere compellatur, vel in priſtinã reducatur ſentẽtiam, vſq; ad ſatisfactionẽ condignam inuiolabiliter obſeruandã.

Si vero iudex ſuũ recognoſcens errorem, paratus ſit talẽ reuocare ſentẽtiam, & is pro quo lata fuerat, ne abſq; ſatisfactione reuocet illam, appellet, appellationi non deferat in hac parte, niſi talis ſit error, de quo merito * poſſit dubitari, & tunc ſufficienti cautione recepta, quod corã eo, ad quem extitit appellatũ,

* debeat

vel

vel delegato ab ipſo, iuri parebit, excommunicatum abſoluat, ſicque pœnę præſcriptæ minime ſubiacebit. Cauens omnino, ne voluntate peruerſa in alterius ꝓiudicum mentiatur errorem, ſi diſtrictionis canonicę vult effugere vltionē.

Volens iudicem recuſare, debet coram eodem ſuſpicionis cauſam probabilem proponere: & eam coram arbitris communiter eligendis probare: qua non probata, ſua iuriſdictione iudex utitur in principali: illa uero probata, remittit negocium ad ſuperiorem, uel cauſam committit de recuſatoris conſenſu.

Cap. XLIX

Supra eodem cap. XLVIII. Extra lib. 2. tit. 28 de appellatio. cap. 61.

Cum ſpeciali ſit prohibitione prouiſum, ne quis in aliquē excommunicationis ſententiam, niſi cōpetenti cōmonitione pręmiſſa, proulgare præſumat, volentes etiam prouideri, ne forte cōmonitus, ſruſtratorię recuſationis vel appellationis obtentu monētis declinare poſſit examē, ſtatuimus, q̄d ſi allegauerit ſe iudicē habere ſuſpectū, coram eodē cauſam iuſtę ſuſpicionis aſſignet. Et ipſe cum aduerſario, vel ſi forte aduerſarium nō habeat, cū iudice arbitros communiter eligat, aut ſi forte communiter cōuenire non poſſunt, eligant abſq; malitia ipſe vnum, & ille aliū, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcāt, & ſi nequerint in vnā concordare ſentētiam, aduocent tertiū, vt quod duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat firmitatis. Sciant q̄q; ſe ad id fideliter exequēdum, ex iniuncto à nobis in virtute obedietię ſub atteſtatione diuini iudicij diſtricto ꝑcepto teneri. Cauſa vero ſuſpicioīs legitima corā ipſis infra competentē terminum nō probata, ſua iuriſdictione iudex vtatur. At ipſa ꝓbata legitime, de recuſatoris aſſenſu pſonę idoneę committat negociū recuſatus, vel ad ſuperiorem tranſmittat, vt in eo ipſe procedat ſecūdum q̄d fuerit ꝓcedēdū.

In notorijs non admittitur appellatio. In dubijs cauſa probabilis coram iudice eſt exprimēda, quæ debeat legitima reputari, quam ſi non proſequitur, iudex à quo in cauſa procedat. Idem ſi proſequitur, & non probat. Hæc autem conſtitutio non extenditur ad regulares.

Q̄ñ nō eſt appellatio ni deferendum.

Porro commonito ad appellationis obſtaculum cōuolante, ſi eius exceſſus euidētia rei, vel ipſius cōfeſſione, aut alio modo legitime fuerit manifeſtatus, cum appellationis remedium non ſit ad defēſionem iniquitatis, ſed in pręſidiū innocentiæ inſtitutum, non eſt prouocationi huiuſmodi deferendum.

Exceſſu quoq; dubio exiſtente, ne friuolę appellationis diffugio appellans iudicis proceſſum impediat, coram eodem probabilem cauſam appellationis exponat, talem videlicet, quę ſi foret probata, deberet legitima reputari, & tunc ſi habuerit aduerſarium, infra terminū ſecundum locorum diſtantiā & temporis qualitatem & naturā negocij ab eodem iudice moderādum, appellationis cauſā proſequatur, quā ſi proſeq nō curauerit, ex tunc ipſe iudex, non obſtante appellatione procedat.

Nullo autem aduerſario comparente tunc ex ſuo iudex procedat officio, appellatiōis cauſa coram ſuperiore probata, ſuperior ſuę iuriſdictionis officiū exequatur. Sed ſi appellans in eius probatione defecerit, ad eum, a quo ipſum malitioſe appellaſſe conſtiterit, remittatur.

Cęterum has duas conſtitutiones pręmiſſas nolumus ad regulares extēdi, qui ſuas habent obſeruantias ſpeciales. Supra cap. 4. Ext. 2. lib. 28. de appel. Reſcriptibus.

De poena excommunicantis iniuſte.

Cap. L.

Sub interminatione diuini iudicij penitus interdicimus, vt cauſa cupiditatis nullus audeat excōmunicationis vinculo aliquē innodare, vel abſoluere inno datum, in illis maxime regionibus, in q̄bus ex conſuetudine cum excōmunicatus abſoluitur, pecuniaria pœna mulctatur. Statuētes, vt cum excōmunicationis ſententiam iniuſtam fuiſſe conſtiterit, excommunicator ad reſtituendam pecuniam ſic extortam, per cenſuram eccleſiaſticam compellatur, & niſi probabili fuerit errore deceptus, tantūdem iniuriam paſſo perſoluat, & ſi forte ſoluendo non fuerit, animaduerſione alia caſtigetur.

In ſecundo & tertio affinitatis genere tollitur prohibitio, quæ olim erat in matrimonio contrahendo. Similiter tollitur prohibitio de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs, quæ olim non poterat contrahere cum cognatione prioris uiri. Et prohibitio coniugij ultra quartum conſanguinitatis & affinitatis gradum non extenditur.

Cap. LI.

Non

Extra. lib. 4. tit. 14. de conſanguinitate & affinitate cap. 8. Mutatio legum ex cauſa. De pœnitẽtia, diſt. 1. ca. Nouit Deus. Abolitio affinitatũ ſecundi & tertij generis.

NOn debet reprehẽſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quandoq; varientur humana, præſertim cum vrgens neceſſitas vel euidens vtilitas id expoſcit, qm̄ ipſe Deus ex his quę in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo.

Cum igitur prohibitiones de coniugio in ſecundo & tertio affinitatis genere minime contrahendo, & de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum, vt ceſſante prohibitione ceſſet effectus, conſtitutiones ſuper hoc editas, ſacri approbatione concilij reuocantes, præſenti conſtitutione decernimus, vt ſic contrahentes de cætero libere copulentur.

XXV. quæſt. X. ca. Frater nitatis.

Prohibitio quoq; copulę coniugalis, quartum conſanguinitatis & affinitatis gradum de cætero non excedat, qm̄ in vlterioribus gradibus iã nõ poteſt abſque graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. Quaternarius eñ numerus bene congruit ꝓhibitioni cõiugij corporalis, de q̃ dicit Apoſtolus, q̃d vir non habet poteſtatẽ ſui corporis, ſed mulier, neq; mulier habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir, q̃a q̃tuor ſunt humores in corpore, quod cõſtat ex quatuor elementis.

Amotio impedimẽti quinti ... & ... primi gradum.

... or. 7.

Cum ergo iam vſq; ad quartum gradũ ꝓhibitio coniugalis copulę ſit reſtricta, eam ita eſſe volumus perpetuã, non obſtantibus conſtitutionibus ſuper hoc dudum editis, vel ab alijs vel à nobis, vt ſi q contra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum, cum diuturnitas temporum non minuat peccatum, ſed augeat, tãtoq; grauiora ſint crimina, quanto diutius infelicem detinent animam alligatam.

... ibi ... q̃rto gradu.

Extra lib. 4. tit. 4. de ... ueru. ... tan ... ſine.

Cum matrimonia ſunt contrahenda, debent per presbyteros in eccleſia edicta proponi, aſſignato termino, infra quẽ qui uoluerit impedire impedimẽtũ opponat. Et ſi probabilis coniectura fuerit de impedimento, interdicatur matrimonium, donec de hoc cognoſcatur.

Extra lib. 4. tit. 3. de clandeſti. deſponſat. ... P. 3.

CVm inhibitio copulę cõiugalis ſit in tribus vltimis gradibus reuocata, eam in alijs volumus diſtricte obſeruari. Vñ ꝑdeceſſorũ noſtrorũ inhærẽdo veſtigijs, clãdeſtina coniugia penitus inhibemus, ꝓhibẽtes etiã, ne qs ſacerdos talibus intereſſe ꝓ̄ſumat. Quare ſpecialẽ q̃rũdam locorũ cõſuetudinẽ ad alia generaliter ꝓrogãda ſtatuimus, vt cũ matrimonia fuerint cõtrahẽda, in eccleſijs ꝑ presbyteros publice ꝓponãtur, cõpetenti termino ꝓ̄finito, vt infra illũ q voluerit & valuerit, legitimũ impedimẽtũ opponat. Et ipſi ꝓ̄sbyteri nihilominus inueſtigẽt, vtrũ aliq̃d impedimentũ obſiſtat. Cũ aũt ꝓbabilis apparuerit cõiectura cõtra copulã cõtrahendã, cõtractus interdicatur expreſſe, donec qd fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documentis.

Supra eodẽ. cap. 13.

Proclamatio contra librum in eccleſia

Si in gradu prohibito matrimonium clandeſtine, uel cõtra interdictum contractum fuerit, etiam per ignorantes de impedimento, nati ex illo matrimonio ſunt illegitimi, idem eſt, ſi ambo parentes ſciunt impedimentum matrimonij: licet in conſpectu eccleſiæ contrahant.

Si q vero hmõi clandeſtina vel interdicta coniugia inire ꝓ̄ſumpſerint in gradu ꝓhibito etiã ignorãter, ſoboles de tali cõiunctione ſuſcepta, ꝓrſus illegitima cenſeatur, de parentũ ignorãtia nullũ habitura ſubſidiũ, cũ taliter cõtrahẽdo nõ expertes ſcientiæ, vel ſaltẽ affectatores ignorãtiæ videãtur. Pari mõ illegitima ꝓles cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimũ, pręter omne interdictum etiam in conſpectu eccleſiæ contrahere præſumpſerint.

Sacerdos qui contempſerit prohibere matrimonia interdicta, & quilibet clericus etiã regularis qui interfuit, per trienniũ à beneficio ſuſpendũtur. Et ſi culpa exegerit, etiã grauius puniuntur, ipſi etiam contrahentes contra hoc capitulum etiam alias licite puniendi ſunt. Et idem in calumnioſe denunciantibus.

Pœna preſbyteri copulantis

Sane ſi parochialis ſacerdos tales coniunctiones ꝓhibere contempſerit, aut q libet etiã regularis q eis ꝓ̄ſumpſerit intereſſe, per trienniũ ab officio ſuſpendatur, grauius puniendus ſi culpæ qualitas poſtulauerit. Sed & ijs qui taliter copulari ꝓ̄ſumpſerint, etiã in gradu conceſſo cõdigna pœnitẽtia iniungat. Si qs autẽ ad impediendam legitimam copulam malitioſe impedimentum obiecerit, eccleſiaſticam non effugiet vltionem.

Pœnitẽtia contrahẽtibus ſic iniungenda

Ss Po-

Ponit conſilia duodecim, ſine quibus ad probandam conſanguinitatem in cauſa matrimoni ali non ualet teſtimonium de auditu.

Caput LIII.

Extra lib. 2. tit. 20 de teſtibus & atteſtatio nc. ca. 47 xxxv. queſt. vi. ca. de parentela. ff. de gradibus, Nō facile Teſtis de auditu

LIcet ex quadam neceſſitate ꝑter cōmunē formā alias fuerit inſtitutū, vt in conſanguinitatis & affinitatis gradibus cōputandis valeret teſtimoniū de auditu, cū ꝑpter breuē hominum vitā teſtes de viſu deponere nō valerēt vſq; ad gradū ſeptimū cōputando, qa tn̄ pluribus exemplis & certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima cōiugia ꝑueniſſe, ſtatuimus, ne ſuper hoc recipiantur teſtes de cætero de auditu, cū iā quartū gradū ꝑhibitio non excedat, niſi pſonæ graues extiterint, quibus fides merito ſit adhibenda, & ante motam litem teſtificata didicerint ab antiquioribus quidē ſuis, non vtiq; ab vno, cum non ſufficeret ille ſi viueret, ſed duobus ad minus, nec ab infamibus & ſuſpectis, ſed à fide dignis, & oī exceptione maioribus, cū ſatis videretur abſurdum illos admitti, quorum repellerētur autores. Nec tamen ſi vnus à pluribus, vel infamis ab hominibus bonæ famæ acceperint quod teſtentur, tanquam plures & idonei teſtes debent admitti, cum ſecundum ſolitum ordinem iudiciorum, non ſufficiat vnius teſtis aſſertio, etiam ſi præſidali dignitate ꝑfulgeat & actus legitimi ſint infamibus interdicti.

1. queſt. 1. ca. Ciro,

Iuramentum teſtiū

Teſtes autem huiuſmodi proprio iuramento firmantes, quod ad ferendum in cauſa ipſa teſtimonium odio vel timore vel amore vel cōmodo non ꝑcedant, pſonas expreſſis nominibus vel demonſtratione ſiue circumlocutione ſufficienti deſignent, & ab vtroq; latere clara cōputatione gradus ſingulos diſtinguant, & in ſuo nihilominus iuramento concludant, ſe accepiſſe à ſuis maioribus q̄d deponunt, & credere ita eſſe. Sed nec tales ſufficiant, niſi iurati deponāt ſe vidiſſe pſonas ſaltem in vno prædictorū graduū cōſtitutas, pro conſanguineis ſe habere. Tolerabilius eſt em̄ aliq̄s contra ſtatuta hoīm copulatos dimittere, q̄ cōiunctos legitime, cōtra ſtatuta dn̄i ſeparare.

Domini prædiorum cogi poſſunt, ut prædia dēt colenda talibus, à quibus ſine contradictione eccleſia poſſit decimas cōſequi. Cap. LIIII.

Extra lib. 3. tit. c. de decimis, primit. & oblatio. cap. 32

IN [illegible] qbus regionibus q̄dā pmixtæ ſunt [illegible]ētes, q̄ ſcd'm ſuos ritus decimas de mor[illegible]ó ſoluunt, quamuis cenſeant nomine Chriſtiano. His nonnulli domini prædiorum ea tribuunt excolenda, vt decimis defraudātes eccleſias, maiores inde redditus aſſequantur.

Volentes igitur ſuper his eccleſiarum indemnitatibus prouidere, ſtatuimus, vt ipſi domini talibus pſonis, & taliter ſua prædia excolenda cōmittant, quod abſque contradictione decimas eccleſijs cū integritate pſoluantur, & ad id, ſi neceſſe fuerit, per cēſurā eccleſiaſticā cōpellātur.

Illæ quippe decimę neceſſario ſunt ſoluendæ, quæ debentur ex lege diuina, vel loci conſuetudine approbata.

Prius ſoluendæ ſunt decimæ: quam cenſus ſeu tributa, & ſi prius illa ſoluuntur, poſtea decimari debent.

Caput LV.

Extra ibi. c. ſeq. 1. Cor. 3

CVm non ſit in homine quod ſemē ſerenti reſpondeat, qm̄ iuxta vbū Apoſtoli, neq; q plantat, eſt aliqd, neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, ipſum q̄dem de mortificato ſemine plurimum fructum afferente, nimis auare in decimis quidam defraudare nituntur, cenſus & tributa, quæ interdum indecimata prætereuntur, de * frugibus & primitijs educentes.

fruct[illegible] pri[illegible] dedu[illegible] ratio d[illegible] mas[illegible] Extra 3. ti[illegible] decim[illegible] ca. paſt[illegible] lis.

Cum autem in ſignum vniuerſalis dominij, quaſi quodam titulo ſpeciali, ſibi dominus decimas reſeruauerit, nos & eccleſiarum diſpendijs & animarum periculis obuiare volētes, ſtatuimus, vt in ꝑrogatiua dominij generalis, exactionē tributorum & cenſuum præcedat ſolutio decimarum, vel ſaltem hi ad quos cē ſus vel tributa indecimata peruenerint, quoniam res cum onere ſuo tranſit, ea ꝑ cenſuram eccleſiaſticam decimare cogātur eccleſijs quibus de iure debentur.

Ciſtercienſes, templarij, & hoſpitalarij, de fructibus poſſeſſionum quas acquiſierunt poſt cōcilium generale, de quo hic decimas ſoluere tenentur, ſi de illis poſſeſſionibus prius ſoluebantur decimæ.

Caput LVI.

Extra c. [illegible] con[illegible] Stat[illegible] C[illegible]

NVper abbates Ciſtertienſis ordinis in generali * capitulo congregati, ad cōmonitionem noſtrā ꝑuide ſtatuerūt, ne de cętero fratres ipſius ordinis emāt poſſeſſiones, de quibus decimæ deben-

bentur eccleſijs, niſi forte pro monaſterijs nouiter fundandis. Et ſi tales poſſeſſiones eis fuerint pia fidelium deuotione collatæ, aut emptæ ꝑ monaſterijs de nouo fundandis, cõmittantur excolendæ alijs, quibus eccleſijs decimæ perſoluantur, ne occaſione priuilegiorum ſuorum eccleſiæ vlterius prægrauentur.

Decernimus ergo, vt de alienis terris & amodo acquirendis, etiam ſi eas proprijs manibus aut ſumptibus deinceps excoluerint, decimas perſoluant eccleſijs, quibus ratione prędiorum antea ſoluebantur, niſi cum ipſis eccleſijs aliter duxerint componendum. Confirmatio & extẽſio ſtatuti Nos ergo ſtatutum huiuſmodi gratum & ratum habẽtes, hoc ipſum ad alios regulares, qui gaudent ſimilibus priuilegijs, extendi volumus, & mandamus, vt eccleſiarum ꝓlati, proniores & efficaciores exiſtãt ad exhibendũ eis de ſuis malefactoribus iuſtitiæ complementũ, eorumq; priuilegia diligẽtius & pfectius ſtudeant obſeruare.

Si eccleſia rem ſuam locando vel in feudũ concedendo apponit pactum, in præiudicium iuris parochialis alterius eccleſiæ: non tenet. Et quicquid hac occaſione perceperit, reddere cogitur illi eccleſiæ. Caput LVII.

Extra lib. 1. tit. 35. De pactis. cap. 7

PLeriq; (ſicut accepimus) regulares & clerici ſeculares, interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præiudicium parochialium eccleſiarum, pactum adijciunt, vt conductores & feudatarij decimas eis ſoluãt, & apud eoſdem eligant ſepulturam.

Cum autem id de auaritię radice procedat, pactum huiuſmodi penitus reprobamus, ſtatuentes vt quicquid fuerit occaſione huiuſmodi pacti perceptum, eccleſiæ parochiali reddatur. ff. de pactis inter debitores

Priuilegium Religioſis conceſſum, ut poſſint ſepelire confratres ſuos tempore interdicti: intelligitur de illis confratribus, qui licet maneãt in ſeculo, obtulerunt tamen ſe ordini, mutato habitu ſeculari, Vel de illis qui bona ſua eis dederunt uſufructu retento. Priuilegium Religioſis conceſſum, quo eis uenientibus ad locum interdictum, ſemel in anno aperiantur eccleſiæ, ut celebrentur in eis diuina, intelligitur quod una tantum eccleſia ſola in loco aperiatur.

Caput LVIII.

Extra lib. 5. tit. 33. de priuilegijs cap. 24

VT priuilegia quæ quibuſdam religioſis perſonis Romana cõceſſit eccleſia, permaneant inconuulſa, quædã in eis duximus declaranda, ne minus ſane intellecta, pertrahant ad abuſum, propter quem merito poſſint reuocari, quia priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Sane qbuſdam regularibus ſedes Apoſtolica indulſit, Priuilegiũ de ſepultura apud religioſos vt his qui eorum fraternitatem aſſumpſerint, ſi forſan eccleſiæ, ad quos ptinent, à diuinis fuerint officijs interdictę, ipſosque mori contingat, ſepultura eccleſiaſtica non negetur, niſi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti, ſuosque confratres, quos eccleſiarum ꝓlati apud eccleſias ſuas nõ permiſerint ſepeliri, niſi excommunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipſi ad eccleſias ſuas deferant tumulandos. Cõfratres xxx4. quę ſt. v. ca. Quod Deo patri Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in ſeculo, eorum ordini ſunt oblati mutato habitu ſeculari, vel q eis inter viuos ſua bona dederunt, retento ſibi, quam diu in ſeculo vixerint, vſufructu, q tamen ſepeliantur apud ipſorum regularium vel aliorum non interdictas eccleſias, in qbus elegerint ſepulturam, ne, ſi de quibuſlibet ipſorum fraternitatem aſſumentibus fuerit intellectum, ꝓ duobus aut tribus denarijs annuatim ſibi collatis, interdictũ diſſoluatur pariter & vileſcat eccleſiaſtica diſciplina. Certam tamen & ipſi remiſſionem obtineant ab apoſtolica ſibi ſede conceſſam.

Illud etiam pro huiuſmodi regularibus eſt indultum, Aliud priuilegium ſtationariorum. ſi qui fratrum ſuorũ, q ab eis miſſi fuerint ad recipiẽdas fraternitates ſiue collectas in quãlibet ciuitatem, caſtellum vel vicũ aduenerint, ſi forte locus ille à diuinis ſit officijs interdictus, in eorum iucundo aduentu ſemel in anno aperiantur eccleſiæ, vt excluſis excõmunicatis, diuina ibi officia celebrẽtur. Sic intelligi volumus q̃d in eadẽ ciuitate aut caſtro vel villa, Interpretatio eius vna tantũ eccleſia eiuſdẽ ordinis fratrib. vt dictũ eſt, ſemel aperiat in anno. Quia licet pluraliter dictũ ſit, q̃d in eorũ iucũdo aduẽtu aperiãtur eccleſię, nõ tñ ad eccleſias eiuſdẽ loci diuiſim, ſed ꝓdictorum locorum coniũctim, ſano referendum eſt intellectu, ne ſi hoc modo ſingulas eiuſdẽ loci eccleſias viſitarent, nimiũ vilipendi contingeret ſententiam interdicti. Qui vero contra de-

clarati͠oes p̃ſcriptas qcquam ſibi p̃ſumpſerint vſurpare, graui ſubiaceãt vltioni.

Tempore generalis interdicti, Epiſcopi non prohibiti, qui non fuerunt culpabiles interdicti, clam celebrare poſſunt. Et hodie iſtud non eſt priuilegium Epiſcoporum, ſed ius commune.

Caput LIX.

Extra ibi. c. ſeq. Extra li. 5. tit. xl. de verborũ ſignifica. ca. Dum in partibus

QVod nõnullis eſt religioſis indultum, in fauorem pontificalis officij ad epiſcopos extendẽtes, cõcedimus, vt cũ commune terræ fuerit interdictũ, excommunicatis & interdictis excluſis, poſſint qñq; ianuis clauſis, ſupp̃ſſa voce, nõ pulſatis cãpanis, celebrare officia diuina, niſi hoc ipſum eis expreſſe fuerit interdictum.

Verũ hoc illis cõcedimus, q causam aliquam nõ p̃ſtiterint interdicto, nec qcq̃ doli vel fraudis ingeſſerint, tale compendiũ ad iniquũ diſpẽdium pertrahentes.

Si ſine licentia prælati & maioris partis capituli religioſus fideiuſſerit, uel mutuum acceperit, non tenetur eccleſia: & ipſe recipiens puniatur, niſi mutuum ſit uerſum in utilitatem eccleſiæ.

Caput LX.

Extra lib. 3. tit. 22 de fideiuſſoribus, cap. 4 xi. quæſt. 1 ca. Te quidem

QVod qbuſdam religioſis à ſede apoſtolica eſt p̃hibitũ, volumus & mandamus ad vniuerſos extendi, ne qs videlicet religioſus abſq; abbatis & maioris partis ſui capituli licẽtia, p aliq̃ fidejubeat vel ab alio pecuniã mutuo accipiat vltra ſummã cõmuni p̃uidentia cõſtitutã. Aliogn nõ teneatur cõuẽtus p his aliquatenus reſpõdere, niſi ſorte in vtilitatem domus ipſius manifeſte conſtiterit redundaſſe, & q contra ſtatutũ iſtud venire præſumpſerit, grauiori diſciplinæ ſubdatur.

x. quæſt. ii. ca. Ea eni Hoc ius correctũ eſt

Cognoſcere de cauſa matrimoniali, item pœnitentias publicas, & indulgentias concedere, ſpectat ad dignitatem Epiſcopalem, unde inferior prælatus de his ſe intromittere non debet, niſi ei competat de iure ſpeciali.

Cap. LXI.

Extra lib. 5 tit. 31. de Exceſſ. p̃lat. cap. 12 Quędã ſũt epiſcoporum, quæ abbatibus ſunt illicita lxviii. diſt. ca. Quãuis

ACcedentibus ad nos de diuerſis mũdi partibus epiſcoporũ querelis, intelleximus graues & grãdes quorũdam abbatum exceſſus, qui ſuis finibus non contenti, manus ad ea quæ ſunt epiſcopalis dignitatis extendunt, de cauſis matrimonialibus cognoſcendo, iniungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentiarum literas, & ſimilia prẹſumendo, vnde contingit interdum quod vileſcat epiſcopalis autoritas apud multos.

L. diſt. ca. In capite

Volentes igitur in his & epiſcoporũ dignitati, & abbatũ p̃uidere ſaluti, p̃ſenti decreto firmiter p̃hibemus, ne qs abbatũ ad talia ſe prẹſumat extendere, ſi proprium voluerit periculũ euitare, niſi forte quiſquam eorum ſpeciali conceſſione vel alia legitima cauſa ſuper huiuſmodi valeat ſe tueri.

Non debent religioſi eccleſias uel decimas à laicis ſine diœceſanorum conſenſu recipere, excommunicatos uel intedictos ad diuina admittere, in eccleſijs quoque, quæ ad eos non pleno iure pertinẽt, inſtituere uel deſtituere, ſed præſentabunt diœceſanis ad eas uiros idoneos.

Caput LXII.

Extra lib. 3. tit. 5. de prębendis & dignit. cap. 31 xvi. quæſt. 1. ca. Quicunque

IN Lateranenſi concilio noſcitur fuiſſe prohibitum, ne quilibet regulares eccleſias ſeu decimas ſine conſenſu epiſcoporum de manu præſumant recipere laicali, nec excommunicatos vel nominatim interdictos admittãt aliquatenus ad diuina.

Nos autem id fortius inhibentes, trãſgreſſores condigna curabimus animaduerſione puniri, ſtatuẽtes nihilominus, quatenus in eccleſijs quæ ad ipſos pleno iure non pertinent, iuxta eiuſdẽ ſtatuta concilij, epiſcopis inſtituendos presbyteros reprẹſentent, vt illis de plebis cura reſpondeãt, ipſis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Inſtitutos vero remouere non audeant epiſcopis inconſultis.

xxxiii. diſt. ca. Lxvi. viii quæſt. 1. ca. Licet ergo

Sane adijcimus, vt illos reprẹſentare procurent, quos vel conuerſatio reddit notos, vel cõmẽdat probabile teſtimonium prælatorum.

Sanctorum reliquiæ uendi non poſſunt, uel paſſim oſtẽdi non debent, ne circa illas populus decipi poſſit.

Caput LXIII.

Extra lib. 3. tit. 45. de reliquijs & vene. ſctõrum, ca. 1. C. de ſacroſanctis eccleſiis L. 3. nemo martyres Extra lib. 3. tit. de Rel. ca. Audiuimus

CVm ex eo q̃d qdam ſanctorũ rẹliqs exponũt venales, & eas paſſim oſtendãt, Chriſtianę religiõi fit detractũ ſępius, ne detrahatur in poſterum, p̃ſenti decreto ſtatuimus, vt antiq̃ reliqę amodo extra capſam nõ oſtendant, nec exponant venales. Inuẽtas aũt de nouo nemo publice venerari p̃ſumat, niſi prius autoritate Romani põtificis fuerint app̃batę.

Prælati

Prælati vero de cætero non permittãt illos, qui ad eorum eccleſias cauſa venerationis accedũt, vanis figmentis aut falſis decipi documentis, ſicut & in pleriſq; locis occaſione quæſtus fieri conſueuit.

Eleemoſynarum quæſtores ſine apoſtolicis, ſiue diœceſanorum literis admitti non debent, nec tunc proponant ultra id quod in ipſis literis continetur. Et debent eſſe modeſti, & à locis & expẽſis incongruis abſtinere. In dedicatione baſilicæ ultra annum, & in anniuerſario dedicationis, & in literis indulgentiarum conceſſis ab alio quã à Papa ultra quatuordecim dies remiſſio excedere non debet.

Caput LXIIII.

Extra lib. 5. tit. 38 de pœnitẽtia & remiſſ. ca. 14 Quæſtores indulgẽtiarũ xlii. diſti. ca. Quieſcamus.

CVm ex eo. Et infra. Eleemoſynarum quoque quæſtores, quorũ quidam ſe alios mentiendo, abuſiones nonnullas in ſua prædicatione proponunt, admitti, niſi apoſtolicas vel diœceſani epiſcopi literas veras exhibeant, prohibemus. Et tunc præter id quod in ipſis continebitur literis, nihil populo proponere permittantur.

Formam vero quã communiter talibus apoſtolica ſedes indulget, duximus exprimendam, vt ſecundum eam diœceſani epiſcopi ſuas literas moderentur. Ea ſiquidem talis eſt.

FORMA LITERARVM PRAEDICATORVM.

2. Corin. 5

QVoniã (vt ait Apoſtolus) omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſiue bonum, ſiue malum fuerit, oportet nos diẽ meſſionis extremæ miſericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, q̃d reddẽte dño, cũ multiplicato fructu colligere debeamus in cœlis, firmam ſpem fiduciamq; rectã tenentes, q̃m qui parce ſeminat, parce & metet, & q ſeminat in benedictionibus, de benedictiõibus & metet vitã æternã. Cũ igit ad ſuſtentationẽ fratrũ & egenorũ ad tale cõfluentiũ hoſpitale, ppriæ non ſuppetãt facultates, vniuerſitatẽ veſtrã monemus & exhortamur in dño, atque in remiſſionẽ vobis iniũgimus peccatorũ, q̃tenus de bonis à Deo vobis collatis, pias eleemoſynas & grata eis charitatis ſubſidia erogetis, vt p ſubuentionẽ veſtrã ipſorũ inopiæ conſulatur, & vos p hęc & per alia bona, quæ & dño inſpirãte feceritis, ad æterna poſſitis gaudia peruenire.

2. Corin. 9

Qui autem ad quærendas eleemoſynas deſtinantur, modeſti ſint & diſcreti, nec in tabernis aut locis alijs incongruis hoſpitentur, nec inutiles faciãt aut ſumptuoſas expenſas, cauentes omnino, ne falſæ religionis habitum geſtent. Quæſtores modeſti & diſcreti

Ad hæc, quia per indiſcretas & ſuperfluas indulgentias, quas quidam eccleſiarum prælati facere non verẽtur, & claues eccleſiæ contemnuntur & pœnitentialis ſatisfactio eneruatur, decernimus, vt cum dedicatur baſilica, non extendatur indulgẽtia vltra annum, ſiue ab vno ſolo, ſiue a pluribus epiſcopis dedicetur, ac deinde in anniuerſario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitẽtijs indulta remiſſo non excedat, hunc quoque dierum numerum indulgentiarum literis præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet caſibus aliquoties conceduntur, cum Romanus pontifex, qui plenitudinẽ obtinet poteſtatis, hoc in talibus moderamẽ conſueuerit obſeruare. Moderamẽ indulgentiarũ Supra eodẽ. cap. 58

Simoniacum eſt aliquid exigere pro conſecratione Epiſcoporum, & benedictionibus Abbatum, & ordinationibus clericorum: nec excuſat conſuetudo. Cap. LXV.

Extra lib. 5. tit. 3. de ſimonia cap. 39

SIcut pro certo didicimus, in pleriſq; locis & à plurimis perſonis q̃ſi colũbas in templo vendẽtibus, fiunt exactiones turpes & prauæ p conſecrationibus epiſcoporum, benedictionibus abbatũ, & ordinibus clericorum, eſtque taxatum quantum ſit iſti vel illi, quantumue alteri vel alij perſoluendum, & ad cumulum damnationis maioris, quidã turpitudinem & prauitatem huiuſmodi nituntur defendere per conſuetudinem longo tempore obſeruatam.

Tantum igitur abolere volentes abuſum, conſuetudinem huiuſmodi (quæ magis dicenda eſt corruptela) penitus reprobamus, firmiter ſtatuẽtes, vt p his ſiue cõferendis, ſiue collatis, nemo aliqd quocũq; ptextu exigere ac extorq̃re præſumat. Alioqn & qui receperit, & q dederit huiuſmodi pcium oĩno dãnatum, cũ Giezi & Simone cõdemnetur. lxiii. diſti. ca. Quia ſancta 4. Reg. 5 Act. 8

Religioſi precio recepti, una cum recepientibus de monaſterio expelluntur, & in arctioribus monaſterijs ad agendam pœnitentiam detruduntur. Sed recepti ante iſtud concilium, ponebantur ſic recepti in alijs locis eiuſdem ordinis, niſi multitudo ſit in cauſa: ita tamen, quod renuncient primæ receptioni, & de nouo recipiantur.

Caput LXVI.

Extra ibi. c. ſequ. Simonia in receptione monialium

QVoniam ſimoniaca labes adeo pleraſq; moniales infecit, vt vix aliquas ſine ꝑcio recipiãt in ſorores, paupertatis ꝑtextu volentes huiuſmodi vitium palliarę, ne id de cætero fiat penitus prohibemus, ſtatuentes, vt quæcunq; de cætero talẽ prauitatẽ cõmiſerit, tã recipiẽs quã recepta, ſiue ſit ſubdita, ſiue ꝑlata, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio expellaſ, in locũ arctioris regulæ ad agendũ ꝑpetuam pœnitẽtiã retrudẽda.

1. queſt. 1. ca. Reperiuntur

De his aũt quæ ante hoc ſynodale ſtatum taliter ſunt receptæ, ita duximus ꝑuidendũ, vt remotę de monaſterijs *q̃ ꝑperam ſunt ingreſſæ in alijs locis eiuſdẽ ordinis collocentur.

forte per pecuniam

Quod ſi propter nimiam multitudinem alibi forte nequerint commode collocari, ne forte damnabiliter in ſeculo euagentur, recipiantur in eodem monaſterio diſpenſatiue de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus aſſignatis. Hoc etiam circa monachos & alios regulares decernimus obſeruandum.

Verum ne per ſimplicitatem vel ignorantiam ſe valeant excuſare, pręcipimus, vt diœceſani epiſcopi ſingulis annis hoc faciant per ſuas diœceſes publicari.

Epiſcopi nil exigere debent, ut permittant in eccleſijs ſibi ſubiectis clericos inſtitui, monachos profiteri, uel mortuos ſepeliri: alioquin exacta reſtituentur duplicata.

Caput LXVII.

Extra ibi. c. ſequ. Simonia epiſcoporum

AUdiuimus de qbuſdã epĩs, q̃d decedẽtib. eccleſiarũ rectorib. ipſas inter dicto ſubijciũt, nec patiunẽ aliq̃s in eiſdẽ inſtitui, donec ipſis certa ſumma pecuniæ ꝑſoluatur, ꝑterea cũ miles aut clericus domũ religioſis ingreditur, vel apud religioſos eligit ſepulturam, etiam ſi nihil loco religioſo reliquerit, difficultates ingerũt & malitias, donec aliqd muneris manus contingat eorum.

1. queſt. 1. ca. Emendari 1. Theſ. 5

Cum igitur nõ ſolum à malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali ſit (ſecundũ Apoſtolũ) abſtinendum, exactiones huiuſmodi penitus inhibemus, quod ſi quis tranſgreſſor extiterit, exacta duplicata reſtituat, in vtilitates locorũ, in q̃rũ fuerint ſoluta diſpẽdiũ, fideliter cõuertẽda.

Sacramenta ſunt libere conferenda: cogit tamen ordinarius laicos obſeruare laudabiles cõſuetudines.

Caput LXVIII.

Extra ibi. c. ſequ.

AD apoſtolicã audientiam frequẽti relatiõe peruenit, q̃d qdam clerici ꝑ exequijs mortuorũ & benedictionibus nubentiũ & ſimilibus pecuniam exigunt & extorquent, & ſi forte cupiditati eorum non fuerit ſatisfactum, impedimẽta fictitia fraudulenter opponunt. Econtra vero qdam laici laudabilẽ conſuetudinẽ erga ſanctã eccleſiam pia deuotione fideliũ introductam, ex fermento hæreticę prauitatis nituntur infringere ſub ꝑtextu canonicæ pietatis.

Pulchrũ temperamentum

Quapꝑter & prauas exactiones ſuper his fieri ꝓhibemus, & pias conſuetudines ꝑcipimus obſeruari, ſtatuentes vt libere conferãtur eccleſiaſtica ſacramenta, ſed ꝑ epiſcopũ loci, veritate cognita, compeſcantur, qui malitioſe nituntur laudabilem conſuetudinem immutare.

Etiam Iudæi compellendi ſunt ad reſtituendas uſuras extortas à chriſtianis, & ad ſoluendas decimas uel obligatiões de eorum poſſeſſionibus.

Caput LXIX.

Extra lib. 5. tit. 19. de vſuris. cap. 18

QVanto amplius Chriſtiana religio ab exactione compeſcitur vſurarum, tãto grauius ſuper his Iudæorum ꝑfidia inſoleſcit, ita q̃d breui tẽpore Chriſtianorũ exhauriũt facultates.

Quãdo coguntur Iudæi ſatisfacere de vſuris

Volentes igiẽ in hac parte proſpicere Chriſtianis, ne à Iudęis immaniter aggrauentur, ſynodali decreto ſtatuimus, vt ſi de cætero quocunq; ꝑtextu, Iudæi à Chriſtianis graues & immoderatas vſuras extorſerint, Chriſtianorũ eis participium ſubtrahatur, donec de immoderato grauamine ſatisfecerint competẽter. Vñ Chriſtiani q̊q;, ſi opus fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur ab eorum cõmercijs abſtinere.

Extra lib. 5. tit. xix de vſuris ca. Poſt miſerabilem

Principibus autẽ iniungimus, vt ꝓpter hoc non ſint Chriſtianis infeſti, ſed potius à tanto grauamine Iudæos ſtudeant cohibere.

Ac eadem pœna Iudæos decernimus compel-

compellēdos ad ſatisfaciendum eccleſijs p decimis & oblationibus debitis, quas à Chriſtianis de domibus & poſſeſſionibus alijs percipere conſueuerant, anteq̃ ad Iudæos quocunq; titulo deueniſſent, vt ſic eccleſiæ conſeruentur indemnes.

Iudæi & Saraceni vtriuſq; ſexus debent in terris Chriſtianorum uti habitu, per quē à Chriſtianis diſcernantur, & in die paßionis domini non debent in publicum progredi, nec in contumeliam creatoris proſilire.

Cap. LXX.

Extra lib. 5. tit. 6. de Iudęis & Saracenis cap. 15

Vt ſit habitus diſtinctio

IN nōnullis prouincijs à Chriſtianis Iudæos ſeu Saracenos habitus diſtinguit diuerſitas, ſed in quibuſdam ſic quędam inoleuit confuſio, vt nulla differentia diſcernantur. Vnde contingit interdum, quod per errorem Chriſtiani Iudęorum ſeu Saracenorum, & Iudæi ſeu Saraceni Chriſtianorum mulieribus commiſcentur. Ne igitur tam damnatę commixtionis exceſſus per velamentum erroris huiuſmodi, excuſationis vlterius poſſint habere diffugiū, ſtatuimus, vt tales vtriuſq; ſexus in omni Chriſtianorũ prouincia, & oĩ tempore, qualitate habitus publice ab alijs populis diſtinguātur, quum etiam per Moyſen hoc ipſum legatur eis iniunctum.

Leuit. 19 Deut. 22

Ne Iudęi in bona ſexta feria procedant in publicũ

In diebus autem lamentationis & dominicæ paſſionis, in publicum minime prodeant, eo quod nō nonnulli ex ipſis talibus diebus (ſicut accepimus) & ornatius non erubeſcunt incedere, ac Chriſtianis, qui ſacratiſſimæ paſſionis memoriam exhibentes, lamentationum ſigna prętendunt, illudere non formidant.

Extra lib. 5. tit. 6. de Iudæis & Sara. ca. Et ſi iudęos. Cōtumeliæ in chriſtum Eſaiæ. 53

Illud autem diſtrictiſſime inhibemus, ne in contumeliam redemptoris proſilire aliquatenus præſumant. Et quoniam illius diſſimulare non debemus opprobrium, qui probra noſtra deleuit, præcipimus præſumptores huiuſmodi p principes ſeculares condignæ animaduerſionis adiectione compeſci, ne crucifixum pro nobis, præſumant aliquatenus blaſphemare.

Præponens Iudæum uel paganum publicis officijs per concilium prouinciale corripitur, & præpoſito denegatur Chriſtianorum commercium, donec depoſuerit officium, et in uſus Chriſtianorum pauperum reſtituet inde quæſita ſecundum epiſcopi prouidentiam.

Cap. LXXI.

Extra. lib. ca. ſequ. 54. diſt. c. Nulla

CVm ſit nimis abſurdum, vt Chriſti blaſphemus in Chriſtianos vim poteſtatis exerceat, quod ſuper hoc Toletanum concilium prouide ſtatuit, nos propter trāſgreſſorum audaciam, in hoc generali concilio innouamus, prohibentes ne Iudæi officijs publicis præferātur, quoniam ſub tali prætextu Chriſtianis plurimum ſunt infeſti.

Supra eo. cap. 25

Si quis autē officium eis tale commiſerit, per prouinciale cōcilium (quod ſingulis præcipimus annis celebrari) monitione præmiſſa, diſtrictione qua conuenit compeſcatur.

Officiali vero huiuſmodi, tā diu Chriſtianorum cōmunio in commercijs & alijs denegetur, donec in vſus pauperum Chriſtianorum ſecundum prouidentiā diœceſani epiſcopi conuertatur, qcquid fuerit adeptus à Chriſtianis occaſione officij ſic ſuſcepti, & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter aſſumpſit. Hoc idem extendimus ad paganos.

Baptizati alterius ſectæ uel fidei ritus dimittere compelluntur. Cap. LXXII.

Extra lib. 5. tit. 9. de apoſtatis cap. 4

QVidam (ſicut accepimus) qui ad ſacri vndam baptiſmatis volūtarij acceſſerunt, veterem hominem omnino non exuunt, vt nouum perfectius induant, cum prioris ritus ręliquias retinētes, Chriſtianæ religionis decorem tali commixtione confundant.

Eccli. 3 Deut. 22

xvi. quęſt. vii. ca. In noua

xlv. diſt. ca. De Iudæis

xii. quęſt. 1. ca. Scimus

2. pet. 2

Cum autem ſcriptum ſit: Maledictus homo qui terrā duabus vijs ingreditur, & indui veſtis non debat lino lanaq; cōtexta, ſtatuimus, vt tales per prælatos eccleſiarum ab obſeruantia veteris ritus omnimodo compeſcantur, vt quos Chriſtianæ religioni libere voluntatis arbitrium obtulit, ſalutiferæ coactionis neceſſitas in eius obſeruatione cōſeruet, cum minus malum exiſtat, viam domini non agnoſcere, quam poſt agnitam retroire.

D· INNOCENTII

PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMI nis III. Expeditionis pro recuperanda terra ſancta, Ordinatio.

Extra lib. 5. tit. 6. de. Iudęis & ſarracenis.

AD LIberandā terrā ſanctā de manibus impiorū, ardenti deſiderio aſpirātes, de prudentum virorum conſilio, qui plene nouerant circunſtantias temporum & locorum, ſacro approbante concilio diffinimus, vt ita cruce ſignati ſe p̄parent, quod in calendas Iunij ſequētis poſt proximū, omnes qui diſpoſuerunt tranſire per mare, cōueniant in regnum Siciliæ, alij, ſicut oportuerit & decuerit, apud Brunduſium, & alij apud Meſſanam, & partes vtrobique vicinas: vbi & nos perſonaliter, domino annuente, diſpoſuimus tūc adeſſe, quatenus noſtro cōſilio & auxilio exercitus Chriſtianus ſalubriter ordinetur, cum benedictione diuina & Apoſtolica profecturus. Ad eundem quoque terminum ſe ſtudeant præparare, qui propoſuerunt per terram proficiſci. Significaturi hoc interim nobis, vt eis ad conſilium & auxilium, legatum idoneum de noſtro latere concedamus.

Vbi claſſis conuenire debet

Vbi terreſtris exercitus

Qualis exercitus prædicare debent

Sacerdotes autem & alij clerici qui fuerint in exercitu Chriſtiano, tam ſubditi, quàm prælati, orationi & exhortationi diligenter inſiſtant, docentes eos verbo pariter & exemplo, vt timorē & amorem ſemper habeant diuinum ante oculos, ne quid dicant aut faciant, quod diuinam maieſtatem offendat. Et ſi aliquādo lapſi fuerint in peccatum, per veram pœnitentiam mox reſurgant, gerentes humilitatem cordis & corporis, & tam in victu, quàm in veſtitu mediocritatem ſeruantes, diſſenſiones & æmulationes omnino vitando, rancore ac liuore à ſe penitus relegatis, vt ſic ſpiritualibus & materialibus armis muniti, aduerſus hoſtes fidei ſecurius prælientur, non de ſua præſumentes potentia, ſed de diuina virtute ſperantes.

Priuilegia clericorū in ea expeditione

Ipſis autem clericis indulgemus, vt beneficia ſua integra percipiant per triennium, ac ſi eſſent in Eccleſijs reſidentes, & ſi neceſſe fuerit, ea per idem tempus pignori valeant obligare.

Cruciad.

Ne igitur hoc ſanctum propoſitum impediri vel retardari contingat, vniuerſis eccleſiarum prælatis diſtricte præcipimus, vt ſinguli per loca ſua illos q ſignū crucis diſpoſuerunt reſumere, ac tam ipſos, quàm alios cruce ſignatos, & quos adhuc ſignare cōtigerit, ad reddendum vota ſua domino diligenter moueant & inducant, & ſi neceſſe fuerit per excommunicationis in perſonas, & interdicti ſententias in terras eorum, omni tergiuerſatione ceſſante, compellant, illis duntaxat exceptis, quibus tale impedimentū occurrerit, propter quod, ſecundum ſedis apoſtolicæ prouidentiam, votum eorum commutari debeat merito vel differri.

Vt conferatur ſubſidium in triēnium

Ad hęc, ne quid in negocio Ieſu Chriſti de contingentibus omittatur, volumus & mandamus, vt patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates & alij, qui curam obtinent animarum, ſtudioſe proponant ſibi commiſſis verbū crucis, obſecrantes per patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, vnum ſolum verum æternum Deū, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & Barones, alioſque Magnates, necnon communiones ciuitatum, villarum, oppidorum, vt qui perſonaliter non acceſſerint in ſubſidium terræ ſanctæ, competentem conferant numerum bellatorum cum expenſis ad triennium neceſſarijs, ſecundum proprias fa-

as facultates, in remiſſionem pctõrum ſuorum, prout in generalibus literis eſt expreſſum, & ad maiorem cautelam etiam inferius exprimemus.

Renuenti bus cõmi nandum ẽ extremũ ẽ iudicium

Huius remiſſionis volumus eſſe participes non ſolum eos, qui naues proprias exhibẽt, ſed etiam illos, qui propter hoc opus naues ſtuduerint fabricare. Renuentibus autem, ſi qui forte tam ingrati fuerint domino Deo noſtro, ex parte apoſtolica firmiter proteſtentur, vt ſe ſciant ſuper hoc nobis in nouiſſimo diſtricti examinis die coram tremendo iudice reſponſuros: prius tamen conſiderantes, qua conſcientia, quaue ſecuritate cõfiteri poterũt coram vnigenito Dei filio Ieſu Chriſto, cui oĩa pater dedit in manus, ſi ei pro pctõribus crucifixo ſeruire renuerint in hoc negocio, quaſi proprie ſibi proprio, cuius munere viuunt, cuius beneficio ſuſtentãtur, quin etiã eius ſanguine ſunt redempti.

Matt. 23

Ne vero in humeros hominum onera grauia & importabilia imponere videamur, q̃ digito noſtro mouere nolimus, ſimiles illis qui dicunt vtiq;, ſed non faciunt, ecce nos de his quæ vltra neceſſarias & moderatas expẽſas potuimus reſeruare, triginta milia librarum in hoc opus concedimus & donamus, præter nauigium, quod cruce ſignatis de vrbe atq; vicinis partibus conferimus, aſſignaturi nihilominus ad hoc ipſum tria milia marcarum argẽti, quæ apud nos de quorundam fidelium eleemoſynis remãſerunt, alijs in neceſſitates & vtilitates prædictæ terræ, per manus felicis memoriæ abbatis Hieroſolymitani, patriarchæ ac magiſtrorum templi & hoſpitalis fideliter diſtributis.

xxx milia librarũ cõ fert papa

Viceſima clericis p triennium imponenda

Cupientes autem alios eccleſiarũ prælatos, necnõ clericos vniuerſos, & in merito & in præmio habere participes & cõſortes, ex communi concilij approbatione ſtatuimus, vt omnes omnino clerici, tam ſubditi quam prȩlati, viceſimam partem eccleſiaſticorum prouẽtuum vſque ad triennium conferant in ſubſidiũ terræ ſanctæ, per manus eorum, qui ad hoc Apoſtolica fuerint prouidentia ordinati. Quibuſdã dũtaxat religioſis exceptis, ab hac p̃taxatione merito eximẽdis: illis ſimiliter, q aſſumpto vel aſſumendo crucis ſignaculo, ſunt pſonaliter pfecturi.

Decima cardinaliũ

Nos aũt & fratres noſtri ſanctȩ Rom. eccleſiȩ cardinales, plenarie decimã pſoluemus, ſciãtq; ſe oẽs ad hoc fideliter obſeruãdũ p excõicationis ſententiã obligatos, ita q̃d illi, q ſup hoc fraudẽ ſciẽter cõmiſerint, ſententiã excõicatiõis incurrãt.

Priuilegiũ cruce ſignatorum

Sane qa iuſto iudicio cœleſtis imperatoris obſequijs inhȩrentes, ſpeciali decet prærogatiua gaudere, cum tempus proficiſcendi annum excedat in modico, cruce ſignati, vel à collectis vel tallijs alijsq; grauaminibus ſint immunes, quaꝝ perſonas & bona poſt crucem aſſumptã ſub B. Petri & noſtra ptectione ſuſcepimus, vt ſub archiepiſcopoꝝ, epiſcoporum, ac omnium prælatorum eccleſiæ defenſione conſiſtant, proprijs nihilominus protectoribus ad hoc ſpecialiter deputãdis, ita vt donec de ipſorum obitu vel reditu certiſſime cognoſcatur, integra maneant & quieta, & ſi quiſquã cõtra p̃ſumpſerit, per cenſuram eccleſiaſticam cõpeſcatur.

Relaxatio vſurarum

Si qui vero pficiſcentium illuc, ad prȩſtandas vſuras iuramento tenentur aſtricti, creditores eorum, vt remittãt eis præſtitum iuramentum, & ab vſurarum exactione deſiſtant, eadem p̃cipimus diſtrictione compelli. Quod ſi quiſquam creditorum eos ad ſolutionem coegerit vſurarum, eum ad reſtitutiõem earum ſimili cogi animaduerſione mandamus.

Iudæos vero ad remittendas vſuras per ſecularem compelli præcipimus poteſtatem, & donec illas remiſerint, ab vniuerſis Chriſtifidelibus per excommunicationis ſententiam eis omnino communio denegetur. His aũt qui Iudæis debita ſoluere neq̃unt in p̃ſenti, ſic principes ſeculares vtili dilatiõe puideãt, q̃d poſt iter arreptũ, vſqueq̊ de ipſoꝝ obitu vel reditu certiſſime cognoſcat, vſuraꝝ incõmoda nõ incurrãt, cõpulſis Iudæis pũetus pignoꝝ, q̃s interim ipſi pceperint, in ſortẽ expẽſis deductis neceſſarijs, cõputare, cũ hmõi beneficiũ, non multũ videat habere diſpẽdij, q̃d ſolutionẽ ſic prorogat, q̃d debitũ nõ abſorbet. Porro, eccleſiaꝝ p̃lati, q in exhibẽda iuſtitia cruce ſignatis, & eoꝝ familijs negligentes extiterint, ſciant ſe grauiter puniendos.

Ceterũ quia curſarij & piratæ nimium impediunt ſubſidium terræ ſanctæ,

capien-

Cõtra fautores piratarum.

capiendo & expoliando tranſeuntes ad illam, & redeuntes ab ipſa, nos ſpeciales adiutores & fautores eorum excommunicatiõis vinculo innodamus, ſub interminatione anathematis inhibentes, ne quis cum eis ſcie̅ter communicet aliquo venditionis vel emptionis contractu, & iniungentes rectoribus ciuitatum & locorum ſuorum, vt eos ab hac iniquitate reuocent & compeſcant, alioquin quia nolle perturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, in perſonas & terras eorum per eccleſiarũ prælatos ſeueritatem eccleſiaſticam volumus & præcipimus exerceri.

Cenſura eccleſiæ in eos qui arma afferũt hoſtibus

Excommunicamus p̃terea & anathematizamus illos falſos & impios Chriſtianos, qui contra ipſum Chriſtum, & populum Chriſtianũ, Sarracenis arma, ferrum & ligamina deferunt galearum, eos etiã qui galeas eis ve̅dunt vel naues, quiq; in piraticis Saracenorum nauibus curam gubernationis exerce̅t, vel in machinis, aut quibuſlibet alijs aliquod eis impendunt conſilium vel auxilium in diſpendium terrę ſanctę, ipſarum rerum ſuarum priuatione mulctari, & capientium ſeruos fore cenſemus. Præcipientes, vt per om̃es vrbes maritimas diebus dominicis & feſtiuis huiuſmodi ſententia innouetur, & talibus gremium non aperiatur Eccleſiæ, niſi totum quod ex ſubſtantia tam damnata perceperint & tantundem de ſua in ſubſidiũ prædictæ terræ tranſmiſerint, vt ęquo iudicio in quo deliquerint, puniantur. Quod ſi forte ſoluendo non fuerint, alias ſic reatus talium caſtigetur, quod in pœna ipſarum alijs interdicatur audacia ſimilia præſumendi.

Ne naues mittantur p quadriennium ad Saracenos

Prohibemus inſuper om̃ibus Chriſtianis, & ſub anathemate interdicimus, ne in terras Saracenorum, qui partes Orientales inhabitant, vſq; ad quadriennium tranſmittant aut tranſeant naues ſuas, vt per hoc volentibus transfretare in ſubſidium terræ ſanctæ maior nauigij copia pręparetur, & Saracenis prędictis ſubtrahatur auxiliũ, quod eis conſueuit ex hoc non modicum prouenire.

Cõtra torneamenta

Licet autem torneame̅ta ſint in diuerſis concilijs ſub certa pœna generaliter interdicta, quia tamen hoc tempore crucis negocium per ea plurimum impeditur, nos illa ſub pœna excõmunicatiõis firmiter prohibemus vſq; ad triennium exerceri.

Generalis pax inter Chriſtianos ad q̃driennium

Quia vero ad hoc negocium exeque̅dum, eſt permaxime neceſſariũ, vt principes & populi Chriſtiani ad inuicem pacem obſerue̅t, ſancta vniuerſali ſynodo ſuadente ſtatuimus, vt ſaltem per quadrienniũ in toto orbe Chriſtiano ſeruetur pax generaliter, ita quod per eccleſiarum prælatos diſcordantes reducãtur ad plenã pacem aut firmã treugã inuiolabiliter obſeruandã, & q acquieſcere forte contempſerint, per excõmunicatione̅ in perſonas, & interdictum in terras arctiſſime cõpellantur, niſi tãta fuerit iniuriarũ malitia, quod ipſi tali nõ debeant pace gaudere. Quod ſi forte ce̅ſuram eccleſiaſticã vilipenderint, poterũt nõ immerito formidare, ne per autoritatem eccleſię circa eos tãquam perturbatores negocij crucifixi, ſecularis potentia inducatur.

P[illegible]

Nos igit͛ oipotent̃is dei miſericordia, & B. apoſtolorũ Petri & Pauli autoritate confiſi, ex illa quã nobis (licet indigne) Deus ligandi atq; ſoluendi cõtulit poteſtatem, oĩbus qui labore̅ proprijs perſonis ſubierint & expenſis, plenã ſuorũ peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti & cõfeſſi, veniam indulgemus, & in retributione iuſtorum, ſalutis æterne pollicemur augmentũ, eis aũt q nõ in perſonis proprijs illuc acceſſerint, ſed in ſuis duntaxat expenſis iuxta facultatem & qualitatem ſuã viros idoneos deſtinarint, & illis ſimiliter, qui licet in alienis expe̅ſis, in pprijs tamen perſonis acceſſerit, plenã ſuorũ cõcedimus veniã peccatorũ. Huius quoq; remiſſionis volumus & cõcedimus eſſe participes, iuxta q̃litate̅ ſubſidij & deuotiõis affectũ, oẽs qui ad ſubuentione̅ ipſius terræ de bonis ſuis cõgrue miniſtrabũt, aut cõſiliũ & auxiliũ impe̅derint opportunũ. Om̃ibus etiã pie proficiſcentibus in hoc opere, in communi vniuerſalis ſynodus omnium beneficiorum ſuorum ſuffragium impartitur, vt eis digne proficiat ad ſalutem. Amen.

CHRISTIANO CANDIDOQVE LECTORI S.

POSTEAQVAM ANImaduertimus candide Lector, Typographum in eam incumbere curã, vt grauiſſimi, ſanctiſſimi atq; eruditiſſimi Pontificis Romani Innocentij huius nominis tertij lucubrationes omnes excuderet, noſtramq; in conquirendis, ad vetuſta exemplaria caſtigãdis, in debitumq; ordinem redigendis eius viri ſcriptis operam expeteret, nullum pene laborem ſubterfugimus, vt quicquid obtineri poſſet operum eius vndecunq; contraheremus. Itaq; cũ in Pontificij iuris volumine, q̃d Decretales vocant, cõplura, eaq; potiora, tanquam medullam ex eius Decretalibus epiſtolis decerpta, atq; inſerta videremus, ingẽs nos inceſſit cupido Sancti Pontificis Epiſtolas omnes integras prælo committendi: ſed quia nullibi eas obtinere licuit, ne quid Lector amice noſtrę induſtrię vel diligentiæ deſiderare poſſes, ingenti ſtudio, multoq; ſudore quæcunque in memorato volumine deſcripta deprehendimus, colligere atq; in ordinem redigere conati ſumus. Quod vt auderemus, mouit nos multiplex vtilitas, quam ex horum lectione ad te rediturã ſperamus. Sicut enim Pontifex iſte nedum rara vitæ ſanctimonia, ſed etiam inſigni eruditione præditus fuit: ita quicquid ab eo confectum eſt, eiuſmodi eſt, vt dignum ſit ab omnibus legi. Eſto ſint nonnulli, qui haſce conſtitutiones (ita enim appellare eidem placuit in ea Decretali Epiſtola, quæ ſuum exordium auſpicatur hoc modo, Paſtoralis officij, & cætera.) Epiſtolarum eius tantum fragmenta quædam eſſe cauſentur: ſed reuera, vbi ſtudioſius eas perlegerint, comperient plane dignas, quæ vel aureis ſcribantur literis. Quid enim ſanctus & venerandus ille Romanæ, imo Catholicæ Eccleſiæ generalis Antiſtes ſcriberet, niſi quod D. Petri ſucceſſorem deceret? vbiq; ſcripta eius pectus apoſtolicum ſpirant, & vt ſummum Eccleſiaſticæ dignitatis gradum, primamq; ſedem occupauit, ita velut de induſtria cauiſſe videtur, ne quid ederet in publicum, niſi q̃d illi & dignitati, & ſedi congrueret. Dolendum quidẽ eſt hactenus neminẽ extitiſſe, qui cunctis eius excudẽdis operibus nauaret operam, maxime cũ multis

etiam

etiam præclaris ſcriptoribus nihilo ſit inferior, ne dicam excellẽtior: ſed quia non facile omnia haberi poſſunt, huic negligentię venia danda eſt. Nos vero, vt iam diximus, ne quid ex eius, quæ quidẽ extãt, lucubrationibus omitteremus, quicquid in Decretalibus habere potuimus, in quinq; libros cõgeſſimus, atq; eius operibus apprimendũ curauimus, nihil in hoc ſpectantes aliud, niſi communem omnium vtilitatem. Quiſquis hęc legerit, ſi Catholicus ſit, gaudebit tantum habuiſſe paſtorem Eccleſiam Romanam, cuius ſedes in D. Petro apoſtolo ita confirmata eſt, vt nunquam ſit defectura, quantumcunq; hæreticorum fraudibus ac tẽpeſtatibus quatiatur: ſin vero ſub pfidiæ prauarumq; opinionum & dogmatum ſignis militet, maximeq; noſtris hæreticis Lutheranis addictus ſit, qui Romanum Pontificem cane peius & angue odiunt, ſentiet in illius principalis ſedis, vt eam D. Cyprianus appellat, Pontificibus non ſemper auaritiam, non ambitionem, non deſidiam, non faſtum, ſed vt plurimum vere paſtoralem ſolicitudinem, curam, zelum, & feruorem reſediſſe. Si porro vſpiam Chriſtiane lector in hiſce conſtitutionibus voluendis in locũ obſcurum, quem tuo ingenio facile penetrare non poſſis, incideris, id tibi quoq; commodi in hac æditione præſtitimus, vt cuiq; conſtitutioni ſuum librum, titulum & caput, quæ in Pontificij Iuris reperimus volumine (quod Decretalium librum D. Gregorio Pontifici magno eius nominis nono appellare placuit) aſſignauimus: quatenus ad eruditiſſimorum multorum virorum, qui iura Pontificia commentati ſunt, poſſis tua dubia commentaria ac gloſſas conferre, eaq; tibi facere ex eorum commentarijs lucidiora. Sed & vbi locus aptus ſeſe obtulit, loca pene innumera ad Iura imperialia ac Ciuilia concordauimus, eorumq; loca diligenter aſſignauimus. Si deniq; velimus omnis noſtræ, quam hic nauauimus, operæ ac laboris rationem reddere, nimis tædioſum ac prolixum foret. Bene vale Chriſtiane Lector, noſtriſq;, hoc eſt, Carthuſianorum in alma Agrippina Colonia, quorum labore & induſtria hæcce D. Innocentij opera in lucem eduntur, ſicut pene alia innumera, laboribus faueto, eoſq; apud dominum, cuius intuitu omnia fieri bona decet, iuuato.

D. IN-

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMInis tertij, Conſtitutionum Decretalium in Eccleſia Catholica, Liber primus: agens potiſſimum de fide Catholica, de Conſtitutionibus, de Reſcriptis, de iudicibus eorumq; officijs, &c.

DE CONSTITVTIONIBVS in Eccleſia Catholica

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERuorum Dei, Archiepiſcopo Senonenſi, & Epiſcopo Trecenſi.

Abſq; cauſa rationabili non poſſe per maiorem partem alicuius capituli tolli conſuetudinem, priuatam nutriendo utilitatem. Conſtitutio I.

Extra lib. 1. tit. 2. de Conſtitut. cap Cum omnes

CVm omnes. Et infra. Ad audientiam noſtram peruenit, q̃d Trecẽſes Canonici nouum ſecerunt in Trecenſi Eccleſia cõſtitutum, vt eis tam in præſentia, q̃ in abſentia redditus ſuos ex integro percepturis, qui in eadẽ Eccleſia poſt illam conſtitutionem fuerũt, vel de cętero fuerint inſtituti, redditus in abſentia non percipiant, ſed tunc ſolũ cum fuerint reſidentes: cum ſecundum Trecenſis Eccleſiæ conſuetudinem omnes in hoc conſueuerunt eſſe pares.

Statuerunt etiam, vt cum ſingulis præbẽdis annexæ ſint vineæ, ipſis ſuas dum vixerint poſſidentibus, vineæ decedentium ad ſucceſſores non trãſeant, ſed prouentus earum inter ſingulas diuidãtur.

ff. tit. Qđ quiſq; iuris le. 1. 1. diſt. ca. 1

Cum igitur, quod quiſq; iuris in alterum ſtatuit ipſe debeat vti eo, & Sapientis dicat autoritas: Patere legem, quam tu ipſe tuleris, Mandamus quatenus antiquos Canonicos iunioribus, & iuniores in perceptione fructuum, tam præbẽdarum, quàm vinearum coæquetis: anti quis ſecundum priorem cõſuetudinem, vſq; ad tempus prædictæ conſtitutionis ſeruatam, vel ſecundum rationabilem inſtitutionem in poſterum obſeruandam.

IDEM TRIDENTINO Epiſcopo.

Laicorum conſtitutioni Eccleſiam eiuſq; bona non aſtringat.

Conſtit. II.

QVę in Eccleſiarum. Et infra. Sane peruenit ad audiẽtiam noſtrã, quod ciues Teruiſini conſtituerunt, vt ſi quis ſe ad inopiam vergere probabiliter allegauerit, alienandi feudum, quod ab Eccleſia vel alijs tenet, liberam habeat facultatem. Et infra. Extra lib. 1. tit. 1. de Conſtitur. cap. Quæ in Eccle.

Volentes igitur Eccleſiarum indemnitati conſulere, conſtitutionem huiuſmodi, & venditiones feudorum eccleſiaſticorum factas ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu vires decernimus non habere,

IDEM INNOCENTIVS Papa tertius.

Dignitas ſublata de Eccleſia per ſtatutum capituli, confirmatum per Papam, ulterius non cenſetur uacare, niſi per contrarium actum ſtatutum fuerit reuocatum.

Conſtit. III.

Extra lib. 1. tit. 2. de Conſtitut. cap. Cum acceſſ.

CVm acceſſiſſent ad apoſtolicam ſedem Archidiaconus Tullenſis, & G. Tullenſis capituli procurator, Archidiaconus propoſuit memoratus, quod cum olim quidam Tullenſes Canonici noſtris auribus intimaſſent, quòd primiceratus in Tullenſi Eccleſia tanto tempore vacauiſſet, quod ad manus noſtras illius perſonatus eſſet donatio deuoluta. Et infra.

Fuit inſuper ex parte capituli allegatum, quod de communi aſſenſu Canonicorum Tullenſium fuerit conſtitutum, ne primiceriatus dignitas eſſet vlterius in Eccleſia memorata, inter Canonicos ipſos primiceriatus prouentibus & poſſeſſionibus diſtributis. Et infra:

Propter quod euidẽter apparet, quod primiceriatus ipſe tanto tempore nõ vacauerit, ſicut nobis fuerat falſa inſinuatione ſuggeſtum. Et infra.

Quocirca mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit Tullenſes Canonicos, ne vlterius in Tullenſi Eccleſia primiceriatus eſſet officium, communiter ſtatuiſſe, ac ſtatutum ipſum autoritate ſedis apoſtolicæ fuiſſe poſtmodum (ſicut dicitur) cõfirmatum, vos illud faciatis in ſuo robore permanere, niſi poſtea dicti Canonici cõtrauenerint, aliquem videlicet in primicerium eligendo.

IDEM CLVGIENSI Epiſcopo.

Non obſtante certo Canonicorum numero, etiam per Papam confirmato, prouidendum eſſe de receptis ultra numerum de ſuperexcreſcentibus fructibus: maxime ſi uoluntarie per Canonicos fuerint recepti.

Conſtit. IIII.

Extra lib. 1. tit. 2. de Conſtitut. cap. Cum M. Ferrar.

CVm M. Ferrarienſis, pro ſe, ac quatuor ſociis ſuis propoſuit, quod Ferrarienſes Canonici, vt eo amplius ſuos redditus augmentarent, quo prouentus Eccleſię, qui diuidi conſueuerant inter plures, in vſus cederent pauciorum, quatuordecim præbendas tantum (præter id quod communiter menſæ deputarunt) in eadem Eccleſia cõtra antiquam conſuetudinem ſtatuerũt. Poſtmodum vero contra conſtitutionem ipſam voluntarie venientes, dictos quinq; in Canonicos receperunt, nullis præbendis aſſignatis eiſdem. Et licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati, non dum tamen eis voluerunt ex ſuperexcreſcentibus redditibus prouidere.

Verum ex aduerſo fuit propoſitum, quod quatuordecim præbendarum numero in Ferrarienſi Eccleſia inſtituto, & apoſtolicæ protectionis præſidio roborato, quum vna in eadem Eccleſia præbenda vacaſſet, ad quorundam inſtantiam duos ad eam, & poſtmodum ad preces Epiſcopi dictum M. & quendam alium ſine præiudicio dictę conſtitutionis in Canonicos receperunt, ita quod Canonici nihil de Canonia perciperent, donec primi duo eſſent præbendas integre aſſecuti. Cumq; per Canonicorum induſtriam fuerit procuratum, vt ex poſſeſſionibus, quas Eccleſia longo tempore poſſedit, plures eis redditus ſoluerentur, ſuperexcreſcentes communi menſæ (quæ minus ſufficiens fuerat) deputauerunt, quos dicti quinque poſtmodum ſibi petierunt contra capituli conſtitutionem in beneficium aſſignari. Et infra.

Mandamus quatenus quum in cõſtitutione prædicta, & confirmatione ſedis Apoſtolicæ vel fuerit, vel eſſe debuerit (ſicut conſueuit) expreſſum, niſi in tantum excreſcerent Eccleſię facultates, quod pluribus poſſent ſufficere competenter, & ĩdem Canonici in derogationem ſuæ cõſtitutionis, ad vacaturas præbendas quatuor receperunt vltra numerum conſtitutum: antiquis Canonicis præbendas cum integritate percipientibus conſuetas, ſuperexcreſcentes redditus facias prædictis Canonicis aſſignari, ita, quod ſi ex eis pares potuerint cum aliis ſortiri præbendas, quod ſuperfuerit in communes Canonicorum vſus (ſicut prius ſtatuerant) ſiue aliter prout melius videbitur, conuertatur. Reuocatis in

tiȷ in irritum, quęcunq; ab alterutra par-
tium in præiudicium alterius poſt mo-
tam quæſtionem coram Epiſcopo Ferra
rienſi circa præbendas vel poſſeſſiones
fuerint innouata.

IDEM ABBATI, ET CON- uentui Sancti Syluestri.

Statutum generale laicorum ad Eccleſias
uel eccleſiaſticas perſonas, uel earum bona, in
earum præiudicium non extendi: nec ſpeciale e-
tiamſi earum commodum & fauorē concernat.

Conſtit. V.

Extra lib. 1. tit. 2. de Conſtitu. cap. Eccleſia ſanctæ.

ECcleſia ſanctæ Mariæ. Et infra.
Nos attendētes, quod laicis eti-
am religioſis ſuper Eccleſiis & perſonis
eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas,
quos obſequendi manet neceſſitas, non
autoritas imperādi. A quibus ſi quid mo
tu proprio ſtatutum fuerit, quod Eccleſi
arum etiam reſpiciat commodum & fa-
uorem, nullius firmitatis exiſtit, niſi ab
Eccleſia fuerit approbatum. Vnde ſtatu-
xcvi. diſt. ca. Bene quidem
tum Baſilij, de non alienādis prædiis ru-
ſticis, vel vrbanis miniſteriis & ornamen
tis Eccleſiarum, illud reprobatū fuit po-
tiſſima ratione, quod autoritate non fu-
it Romani Pontificis roboratum.
Quod à Senatore factum fuerat in
1. quęſt. 2. ca. Nos in quenquā
præiudicium monaſterii non conuenti,
nec confeſſi, vel conuicti in irritum reuo
cantes, eaſdem poſſeſſiones reſtituendas
ſibi ſententialiter definimus.

IDEM VNIVERSIS DO- ctoribus Parrhiſiis commo- rantibus.

Pœna ſimpliciter appoſita propter contu-
maciam in dubio, intelligitur temporalis, & non
perpetua.

Conſtit. VI.

Extra lib. 1. tit. 2. de Conſtitut. cap. Ex literis

EX literis veſtræ deuotionis accepi
mus, quod à vobis fide præſtita fu
erit conſtitutum, vt ſi quis magiſtrorum
ordinationi vniuerſitatis ipſorum duce-
ret reſiſtendum, & primo, ſecundo, ter-
tiove commonitus, infra triduum vni-
24 quęſt. 3. ca. de illicita
uerſitati parere contemneret Magiſtro-
rum, ex tunc beneficio ſocietatis eorum
in Magiſtralibus priuaretur, & ob hoc
Magiſter G. fuit eorum communione
priuatus.

Quia tamen conſtitutum non fuit, vt
in perpetuum huiuſmodi priuatio per-
duraret, quum tam iuris canonici, quam
noſtri moris exiſtat, vt is, qui propter cō
tumaciam communione priuatur, cum
ſatisfactionem congruam exhibuerit,
reſtitutionem obtinat, Mandamus qua-
tenus ſupradictum Magiſtrum ſtatutis
veſtris nunc humiliter parere curantem,
ad communionis veſtræ conſortium in
Magiſtralibus admittatis.

Infra lib. 5 Conſtitu. per quas literas

DE RESCRIPTIS ſedis Apoſtolicæ.

D. INNOCENTIVS PA pa III. Elienſi Epiſcopo.

In quæſtione reuocationis reſcriptorum re
curritur ad arbitros, ſi iudices in cognitione ſi-
bi non deferant, nec inuicem concordant, &c.

Conſtit. VII.

Extra lib. 1. tit. 3. de reſcriptis cap. Paſtoralis officii

PAſtoralis officii.
Et infra.
Præterea quæſi
uiſti quando de re
uocatone literarū
ambigitur, vtrum
iudices priores an
poſteriores cogno
ſcere debeant, & vtrum per ſecundas ſint
primæ literæ reuocatæ?

Ad quod tibi reſpondemus, quod ni-
ſi poſteriores prioribus, vel econuerſo
duxerint deferendum, ſimul vtrique co-
gnoſcant, & ſi forte nequiuerint ſimul
in vnam ſententiam concordare (quam-
uis plures ſint ex vna parte, quàm ex alte
ra) per arbitros cōmuniter electos à par
tibus huiuſmodi cōcertatio ſopiatur.

Per generalem clauſulam poſitam in reſcri
pto, delegatus ante expreſſionem perſonarum
uel rerum iuriſdictionem habet in habitu, & non
in actu. Et ſpeciales literæ derogant literis ge-
neralibus ſuper non ſpecificatis in eis, quanquā
de illis nullam faciant mentionem.

Quoniam autem ſub huiuſmodi for
ma videlicet, cauſam, quā talis aduerſus
talem & quoſdam alios, ſuper hoc & qui
buſdam aliis ſe habere proponit, tibi du
ximus committendam, à nobis multoti
es literæ impetrantur, & ſolicite quæſiui
ſti, an Iudex ex delegatione huiuſmodi

ante perſonarum, vel rerum expreſſionem ſuper perſonis, vel rebus exprimendis habeat poteſtatem, adijciens, Vtrum ſi antequam perſonæ, vel res expeeſſæ fuerint nominatim, ſuper non expeeſſis in commiſſione priori, ſed generaliter cōprehenſis ſpeciales literæ, quæ de priori commiſſione nullam faciāt mentionem, ad alios Iudices à ſede Apoſtolica emanauerint, eundem vigorem debeant obtinere.

Nos igitur ad hæc duo tibi reſpondemus, quod quum generali per ſpecialē, peoculdubio derogetur, iuriſdictio per generales literas attributa, per ſpeciales, quantū ad ea, quæ ſpecialiter exprimuntur, penitus eneruatur: licet de prioribus non faciant mētionem. Vnde ſuperflua relinquitur prima quæſtio, & ſi merito dici poſſit, quod donec iuriſdictio reuocetur, eam ſuper rerum vel perſonarum articulis exprimendis obtinet delegatus, ſed antequam exprimantur perſonæ vel res, delegatus nequit iuriſdictionem huiuſmodi exercece.

IDEM SENONENSI ARchiepiſcopo.

Per generalem clauſulam, quidam alij, & res aliæ, multitudo effrenata non includitur, nec perſonæ, nec res maiores expreßis: ſed pares, uel maiores.

Conſtit. VIII.

Extra lib. 1. tit. 3. de reſcriptis ca. Sedes apoſtolica

SEdes apoſtolica conſueuit exhibere ſe petentibus liberalem, ſed quidam eius gratia nequiter abutuntur. Et inſra.

Nos igitur volentes eorum malitijs obuiare, decernimus, vt quum in commiſſionibus noſtris minores, & viliores perſonæ ſolummodo deſignantur, maiores & digniores ſub generali clauſula non intelligantur includi.

Sed nec libeat occaſione generalitatis huiuſmodi multitudinē effrenatam in iudicium euocare.

Nec ſuper maioribus & grauioribus negocijs audiantur, qui de minoribus & leuioribus tantum faciunt mentionem.

Si vero quis aliquas perſonas expreſſerit, nō vt velit cū eis in iudicio experiri, ſed vt ad parcs tranſire valeat, vel minores (quod fraus & dolus ei patrocinari non debent) tanquam mēdax precator, careat penitus impetratis.

IDEM R. CANTORI, ET Priori de monte Leproſorum.

Qui contra unum ſuper eodem ad diuerſos iudices diuerſa reſcripta impetrat, & eis utitur, perdit commodum utriuſque.

Conſtit. IX.

Extra lib. 1. tit. 3. de reſcriptis cap. Ex tenore.

EX tenore literarum, quas nobis deſtinatis, intelleximus, R. ſacerdotem de Collouilla ad alios iudices ſuper quæſtione, quæ inter ipſum & Abbatem de Becco vertitur, literas Apoſtolicas impetraſſe, qui cum partem citaſſent aduerſam, dictus presbyter coram eis noluit litigare. Et infra.

Cumq; vos in cauſæ cognitione procedere velletis, Abbas coram vobis propoſuit, quod non tenebatur per directas ad vos literas peesbytero reſpondere, cū per alias ab alijs iudicibus fuiſſet citatus, quæ autoritate illarum non fuerāt reuocatę.

Nos igitur intelligētes fraudem preſbyteri memorati, duas commiſſiones ſuper eodem negocio impetrātis, quarum altera non faciebat mentionem de reliqua (quia fraus & dolus alicui patrocinari nō debēt) decceninius, vt ipſe commodo careat vtriuſq;.

IDEM MEDIOLANENSI Archiepiſcopo.

Non ualet reſcriptum ad beneficium impetratum, de beneficio impetrantis non faciens mentionem.

Conſtit. X.

Extra lib. 1. tit. 3. de reſcriptis cap. Cum adeo

CVm adeo ſcripta ſedis Apoſtolicę moderemur. Et inſra.

Scripſiſti nobis, quod cum P. clericus in Eccleſia Modecenſi ſufficientem ſibi ſit præbēdam adeptus, mirabaris, quod peo eeceptione ipſius in Eccleſia de Grōzola Præpoſito & fratribus eiuſdem Eccleſiæ literas miſerimus, Cum ſi literarę noſtrarum ſeriem attendiſſes, nihil inueniſſes in eis, quod debuiſſet tuum animum offendiſſe.

Cum enim in literis, nec de præbēda ipſius mētio haberet, nec Modecēſis Canonicus, imo nec clericus diceret in eis, & in literis ipſis hęc eſſet adiecta cōditio, ſi di-

ſi dignus exiſteret ad eccleſiaſticum beneficiũ obtinendũ intelligere potuiſſes, qualiter literæ ipſæ fuerant impetratæ.

IDEM ELECTO DECAno & N. Canonico Cameracenſi.

Ordinem reſcripti interpretationem recipere à iure communi.

Conſtit. XI.

Extra lib. I. tit. 3. de reſcriptis ca. cauſam quæ

CAuſam, quæ inter Præmonſtraten ſem, & Pramonenſem Eccleſias ſuper poſſeſſionibus de anapia vertitur. Et infra.

Quia in literis animduertimus ſuiſſe inſertum, quod ſi alterutra partium citata legitime, præſentiam veſtram adire, vel iudicio veſtro parere contemneret, vos præſentis partis probationes recipere, & quantum de iure poteritis in cauſæ cognitiõe ac deciſione procedere minime tardaretis.

Nos volentes, vt clauſula illa, quantum de iure poteritis, quæ antequam de probationum receptione mentio fieret, fuerat inſerenda, clauſulam illam de receptione probationum præcedat: mandamus, quatenus ipſam intelligentes ibidem, in cauſa iuxta tenorem literaꝶ procedere non tardetis: prouiſuri, vt ſi literarum autoritate priorum in eodem negocio legitime eſt proceſſum, firmum & ſtabile perſeueret, alioquin, ſi occaſione clauſulæ memoratæ aliquid conſtiterit in alterius partis præiudicium attentatum, id viribus decernimus cariturum: mandantes, vt in deciſione ipſius negocij (ſicut præmiſſum eſt) tam ſuper principali, quàm ſuper incidentibus quæſtionibus appellatiõe remota, canonice procedatis.

Extra lib. I. tit. 2. de conſtitu. cap. Canonum ſtatuta

IDEM ARCHIEPISCOPO Senonenſi.

Non valere executorium reſcriptum impetratum, ſi ſtatutus numerus canonicorum iureiurando firmatus, ſubticetur & frangitur, licet non frangatur numerus præbendarum.

Conſtit. XII.

Extra lib. I. tit. 3. de reſcriptis c. Conſtitutus

COnſtitutus apud ſedem apoſtolicam, P. clericus ꝓpoſuit, quod cũ Cæleſtinus prædeceſſor noſter de canonicis & capitulo Bituricẽſi dederit in mãdatis, vt ipſum reciperent in canonicum, & in fratrem, & præbendam ei conferrent, ſi qua tunc in eorum vacaret Eccleſia, vel proximo vacaturam, & ipſi cum mandatum eius admittere nõ curaſſent; eis præcipiendo mandauit, vt quod mandauerat adimpleret, ſibi ſuper hoc executoribus deputatis. Et infra.

Verum pars aduerſa reſpondit, quod cũ in Bituricenſi Eccleſia rectus eſſet numerus canonicorum inſtitutus, firmatus iureiurando, & per Romanum Pontificem confirmatus, & de hoc memoratus P. non feciſſet in ſuis literis mentionem, intelligendum erat circumueniſſe prædeceſſorem noſtrum, & dictas literas veritate tacita impetraſſe. Et infra.

Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi legitime conſtiterit vobis numerum canonicorum, qui nunc eſt in eadẽ Eccleſia, per Decanum & Capitulum eiuſdem Eccleſiæ iuramento firmatum, antequam prædictus clericus literas executorias impetraſſet, quicquid factũ eſt occaſione literarum ipſarum irritum decernatis: alioquin ei faciatis in eadem Eccleſia præbendam (ſi qua vacat) ſublato cuiuſlibet appellationis obſtaculo.

IDEM CANONICO A. Pictauienſi.

Literas executorias data opera fraudulenter & mendaciter conſequutas nil valere, Sed cum obtentus per ſimplicitatem uel ignorantiam, tacita ueritate uel falſitate expreſſa, ſaltem etiam in forma communi, delegatus ſecundum formam iuris in cauſa procedere debet.

Conſtit. XIII.

SVper literis, quę ab aliquibus ex malitia, & à nonnullis ex ignorantia, tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate impetrãtur à nobis, diuerſos intelleximus diuerſa ſentire. Aliŋ aſſerentibus eos debere prorſus carere omni commodo literarum, quum mendax precator carere debeat penitus impetratis. Aliŋ vero dicentibus, quod & ſi forma carere debeant in literis noſtris expreſſa, nihilominus iuxta rigorem iuris ſit à delegato iudice in negocio procedendum. — Extra lib. I. tit. 3. de reſcriptis cap. Super literis

Nos igitur inter eos,qui per fraudem vel malitiam,& illos, qui per ſimplicitatem,vel ignorantiam literas à nobis impetrant,huiuſmodi credimus diſcretionem adhibēdam: vt hi qui priori modo falſitatem exprimunt,vel ſupprimunt veritatem,in ſuæ peruerſitatis pœnam nullum ex illis literis commodum cōſequātur:ita videlicet, quod delegatus (poſtq̃ ſibi ſuper hoc facta fuerit fides) nullatenus de cauſa cognoſcat. Inter alios autē, qui poſteriori modo literas impetrāt,duximus diſtinguendum,quæ falſitas ſuggeſta fuerit,vel,quę veritas ſit ſuppreſſa. Nam ſi talis expreſſa ſit falſitas,vel veritas occultata, quæ quāuis fuiſſet tacita, vel expreſſa,nos nihilominus (ſaltem in forma communi) literas dediſſemus:delegatus non-ſequens formā in literis ipſis appoſitam,ſecundū ordinē iuris in cauſa procedat. Si vero per huiuſmodi falſitatis expreſſionem, vel ſuppreſſionē etiam veritatis literæ fuerint impetratæ, qua tacita vel expreſſa,nos nullas prorſus literas dediſſemus, à delegato nō eſt aliquatenus procedēdum,niſi forſan eatenus,vt partibus ad ſuam præſentiā cōuocatis,de precum qualitate cognoſcat, vt ſic in vtroq; caſu eadem ratio,quæ delegantem moueret, moueat etiam delegatum,& vbi delegans ſuas literas denegaret, delegatus etiam ſuæ cognitionis officium nullatenus interponat.

IDEM ABBATI, ET CONuentui Præmonſtratenſi.

In cauſa monaſterij conuenitur Abbas per reſcriptum,in quo nulla ſit mentio de conuentu: nec propter hoc appellari poteſt, niſi Abbatis & conuentus eſſent bona diſtincta omnino.

Conſtit. XIIII.

Extra lib. 1.tit.3. de reſcriptis cap. Edocere.

EDoceri poſtulaſtis à nobis: Vtrum per literas aduerſus Abbates nulla mentione habita de ſuis cōuentibus impetratas,teneātur Abbates ipſi ſuper cauſis,quæ ad conuentus pertinent,& eoſdem,de ipſis querulantibus reſpondere, Ac licet inhibita ſit appellatio,per appellationis obiectum poſſint,ne reſpondeant,ſe tueri?

Super quo duximus reſpondendum, quod(niſi alia cauſa rationabilis ſuffragetur)per appellationem ſe tueri non poſſunt,quo minus debeant autoritate literarum huiuſmodi legitime reſpondere:

Cum ex officio ſuo teneātur congretionum ſuarum negocia procurare: Niſi forte Abbatis & conuentus negocia eſſent omnino diſcreta.

IDEM ARCHIEPISCOPO, & Magiſtro V. Canonico Moguntinenſi.

Proceſſus factus per literas ſubreptitias irritatur: ſed factus contra formam reſcripti irritus nunciatur.

Conſtit. XV.

Extra lib. 1.tit. de reſcriptis cap. Cum dilecta

CVm dilecta in Chriſto filia R.Hildeſinēſis eccleſię,ac procurator G. monialis ſuper electionibus in eadem eccleſia celebratis litigauerint aliquandiu coram nobis. Et infra.

Deprehendimus literas ad Abbatem de Remech.& ſuos coniudices impetratas,per ſurreptionem obtētas,cum in eis illius articuli,videlicet,de ſubtractorum reſignatione fuerit præter conſcientiam noſtram cognitio demādata, qui in prioribus literis ad Scholaſticum Hildeſinenſem,& coniudices ſuos obtentis inſertus fuerat,de quibus in ſecundis literis mentio non fiebat,& ideo,quod ipſarum literarum occaſione dinoſcitur attētatum,duximus irritandum.

Dictum inſuper Scholaſticum,& con iudices ſuos inuenimus minus pronide proceſſiſſe. Cū enim in literis noſtris eiſdem principaliter mandaretur,vt ad prędictam Eccleſiam perſonaliter accedentes,perſonæ idoneæ committerent adminiſtrationem Abbatiæ, cui ad opus eius fieret hincinde reſignatio ſubtractorū, ipſi formam mādati Apoſtolici tranſponentes,illo capitulo prætermiſſo,de alijs articulis inordinate plurimum cognouerant. Propter quod proceſſum ipſorum contra noſtri formam reſcripti,ac iuris ordinem attentatum irritum decernimus & inanem. 3. quæſt. 1 ca. Quia partium

Ideoq; mādamus, quatenus G. & quibuſdam alijs ſororibus Eccleſiæ (ſicut iuſtum fuerit) reſtitutis, & forma mandati noſtri exacta diligētia obſeruata, in nego

negocio ipſo ratione præuia procedatis.

IDEM ARCHIEPISCOpo & magiſtro V. canonico. Moguntinenſi.

Reſcriptum ſecundum ualere, licet de primo non faciat mentionem, quo uti noluit impetrās intra annum.

Conſtitutio XVI.

Extra lib. 1. tit. 3. de reſcriptis cap. Plerūque

PLerumq; cōtingit, q̄d aliq noſtris literis impetratis, illis vti multo tē pore poſtponentes, tunc demū eas exhibent, cum aliarum autoritate abeis, contra quos primitus literas impetrarant, cœperint conueniri, dicentes, poſteriores literas non valere, vtpote non facientes de prioribus mentionem.

Supra eode lib. cōſtitu. 8

Cum igitur non ſit malitijs hominū indulgendum, ſtatuimus, vt ſi quis noſtras literas impetrās, intra annum poſt quam copiam iudicum habuerit, ex malitia vel negligentia poſtpoſuerit vti eis, autoritate poſteriorum literarum valeat conueniri, licet in ipſis nulla de prioribus mentio habeatur.

IDEM ROTHOMAGENſi Archiepiſcopo.

Si à delegato aliquid mādatur ordinario, debet humiliter exequi, dummodo nouerit ſibi cōtrarium non mandari per alium delegatū, per cuius mandatum reuocentur primæ literæ, & hoc caſu ſecundum exequetur.

Si autem dubitauerit de reuocatione, & cognouerit contentionem eſſe inter utrumq; delegatum, nullatenus exequetur ſecundum mandatum, uſque dum nouerit de contentionis fine inter eos.

Conſtitutio XVII.

CVm contingat. Et infra. Præterea cum quidam ſuper aliquo litigantes ad diuerſos iudices literas impetrāt, quorum quidam obtenti à parte altera tibi mandant, vt partem aduerſam denūcies excommunicationis ſententiæ ſubiacere: alij iudicibus poſtmodum tibi iniungentibus, vt eandem denuncies abſolutam: Quęris, An vtriſq;, an neutris, vel alterutris ſaltem obedire debeas in hac parte.

Super quo tuæ prudentiæ reſpondentes, credimus diſtingnendū, An cū primum mandatum recepiſſe dinoſceris, tibi forſan innotuerit inter illos & alios ſuper iuriſdictione diſcordiā ſuſcitatā, an ſuper hoc nihil omnino ſciuiſti. Et quidem, ſi ſuper contentione huiuſmodi nil tibi penitus innoteſcat, cum primum mandatum recipere te contingit, illud debes humiliter executioni mādare. Sed ſi poſtea cōtrarium tibi ab alijs demandatur, tunc literarum ad vtroſq; à ſede apoſtolica obtentarum copia poſtulata, quas tibi autoritate præſentium diſtricte pręcipimus exhiberi, ſi ex ipſarum tenore deprehenderis euidenter, ita quod non ſit aliquatenus hęſitandum, quod literę, quę ad illos, à quibus ſecundum mādatum receperis, impetratę noſcuntur, expreſſe reuocent literas aliorū: tu illud intrepidus exequaris, quod tibi ſecundo loco mandatur. Si vero ex literarum inſpectione manifeſte tibi cōſtet, quod literæ obtētæ ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias minime reuocantur, ſecūdum mandatū nullatenus exequaris. Quod ſi ſup hoc merito fuerit dubitandum, ad exequendū ſecundum mandatum te procedere non oportet, donec iuxta cuiuſdam noſtræ conſtitutionis tenorem, inter eos huiuſ modi concertatio ſopiatur. Et idipſum facere debes, ſi primo mandato recepto, & nondum excutioni mandato, tibi forſan innotuerit, quod inter ſe ſuper iuriſdictione demandata cœperint diſceptare.

Supra eode lib. cōſti. 7. Paſtoralis

Cæterum in his omnibus purā & prouidam te conuenit intentionem habere, ne vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas, vbi dubitandum non eſt, vel etiam ad exequēdū te aſſeras eſſe certum, vbi certus eſſe nō debes. Licet autē ex his certa tibi det doctrina qualiter in his te debeas habere, nulla tn̄ tibi attribuitur poteſtas, vt inter delegatos aut partes de iuriſdictione debeas iudicare.

IDEM MAGISTRO G. ET P. de Firmiſca.

Quando in reſcripto plura narrantur diuerſos effectus operantia, non ſufficit impetranti alterum ſolum probare ad utrumq; effectum conſequendum.

Extra lib. 1. tit. 3. de reſcriptis cap. Olim ex.

OLim ex literis S. Nicaſij Remēſis, Sarginēſis & vallis regiæ Abbatum fuit noſtris auribus intimatum, q̄d cū ad eos ſemel & iterū à nobis literę pro ceſſiſſent, ſuper eo quod P. clericus S. Remigij parochiam de Salice, quam R. de Cliuo per interpoſitam perſonā ſibi collatam fuiſſe propoſuit, detinebat: ipſi partes ſemel, ſecundo & tertio citauerūt, & dictum P. (quia citatus pluries apparere noluit per ſe, vel per reſponſalem aliquem coram eis) excommunicationis vinculo innodantes, fecerunt fructus ipſius parochiæ ſequeſtrari. Cumq; idem P. poſtmodum accedens ad eos, ſe iuri p miſerit pariturū, ac obtinuerit ſe abſolui: ipſi abſolutionis literas concedētes, diem ei aſſignauerunt & locum, quibus coram eis, quod promiſerat adimpleret. Qui diem & locū ex literis illis radens, in locum raſuræ reſcripſit, quod ipſi ei ſequeſtratos fructus aſſignari mandabant, quod coram duobus eorum tandē (tertio ſui abſentiam excuſante per literas) eſt confeſſus.

Nos igitur, cum tantæ temeritatis exceſſus falſitatis ſcrupulo non careret, vobis dedimus in mandatis, vt ſi eſſet ita, ipſi præſumptori ſuper dicta parochia perpetuum ſilentium imponentes, præfato R. de Cliuo aſſignaretis eandem cū fructibus ſequeſtratis.

Verum ſicut vos per veſtras nobis literas intimaſtis, cum dictus R. raſurā p̄fatam coram vobis per teſtes idoneos p bauiſſet, & ob hoc poſtulaſſet ſibi dictā eccleſiam aſſignari, vos vtrū clauſula iſta (ſi eſſet ita) de omnibus ſuperioribus, an de articulo tantū raſurę deberet intelligi dubitaſtis. Nos igitur reſpōdemus, quod clauſula illa ad omnia debet ſuperiora referri, ad hoc vt ipſi R. eccleſia p̄fata conferatur. Quia licet vitium falſitatis ad imponendum ei perpetuum ſilentiū ſuper eccleſia ipſa ſufficiat, qui falſitatem huiuſmodi perpetrauit, non tamen propter hoc eadem eccleſia eſt aduerſario aſſignanda, niſi ſuper alijs facta fuerit plena fides.

IDEM EPISCOPO Imolenſi.

Reſcriptum non penitus ualere ad recuperādā denuo ſemel ablatā beneficiū impetratū, ſi ab lationis uel amotionis ab officio uel etiam excomunicationis cauſa non intimetur.

Conſtitutio XIX.

DIlectus filius Abbas S. Stephani Bononienſis per ſuas nobis literas intimauit, quod cū ipſe cui viſitationis officium in ciuitate ac diœceſi Bononienſi commiſimus, B. & A. preſbyteros ab eccleſijs ſuis propter eorum graues & manifeſtos exceſſus duxerit amouendos: ijſdem ſuper reſtitutione ſua noſtras ad te in cōmuni forma literas impetrarunt, de amotionis ſuæ cauſa & excōmunicationis, qua tenentur aſtricti, nullam facientes penitus mentionem.

Extra lib. 1. tit. 3. de reſcriptis cap. Dilectus filius

Nos igit fraternitati tuę mandamus, quatenus ſi eſt ita, literas ipſas tanquam per veri ſuppreſſionem obtentas viribus carere decernas.

IDEM EPISCOPO VErcellenſi.

Non tenetur epiſcopus habenti perpetuam uicariam, uel ſufficiens patrimonium, unde cōmode ſuſtētetur, prouidere, uel etiam obtinere aliud beneficium, etiamſi obtinuerit ſuper hoc reſcriptum: quod etiam omni modo uiribus caret, ſi qua gaudet, ſi perpetuam uicariam non intimauerit.

Conſtitutio XX.

POſtulaſti per ſedem apoſtolicā edoceri, vtrum alicuius eccleſiæ perpetuo vicario de prouentibus vicarię bonisq; paternis habenti, vnde valeat commode ſuſtentari, tenearis per illam formam communem, cum ſecundum Apoſtolum, in eccleſiaſtico beneficio prouidere.

Extra lib. 1. tit. 3. de reſcriptis cap. Poſtulaſti.

Infra lib. 3. Cōſtitu. Cum ſecūdum

Ad quod ſic duximus reſpondendū, quod cum per formam prædictam neceſſitatibus pauperum clericorum, qui nullum ſunt eccleſiaſticum beneficium aſſequuti, ſedes apoſtolica duxerit ſuccurrēdum, perpetuus vicarius (niſi de vicaria fecerit mētionem) commodum reportare non debet de huiuſmodi literis, vtpote veritate tacita impetratis.

Non enim carere beneficio debet dici, cui competenter de perpetuæ vicariæ prouentibus eſt prouiſum. Et pro habente beneficij ſufficientis ſubſidium, ex

certa

certa ſcientia ſuper obtinendo alio bene ficio de leui nõ ſcribimus, qn faciamus de primo in noſtris literis mentionem.

DE CONSVETVDI nibus Eccleſiæ Apoſtolicę.

D. INNOCENTIus papa III. Archiepiſcopo & Capitulo Lugdunenſi.

Ex conſuetudine poteſt introduci actus ſi ue ſolennitas, per quam ſine apprehenſione rea li transfertur poſſeſſio rei abſentis.

Conſtitutio XXI.

Extra lib. ...tit.1.de ... t.ca. Ex literis.

EX literis, Et infra. Si vero aliquis poſſeſſiones clauſtris, vel alijs religioſis locis, in bona valitudine vel vltima voluntatę pro ſuorum vult remedio peccatorum cõferre, hanc conferendi formam eſſe proponis, quod in huiuſmodi donationibus modicum terræ conſueuit in manu accipere, vel in extremitate pallij, quod manu Pręlati eccleſiæ ſuſtinetur, aut ſuper altare ponendũ ſub teſtimonio videntiũ & audientiũ ſub dicta forma, q̃ ſcotatio vulgariter appellatur. Et infra. Quare diſcretioni viſtræ mandamus, quatenus donationes eorum, quæ ſub obtentu conſuetudinis clauſtris, eccleſijs, vel quibuslibet locis religioſis pie cõferuntur, vel etiam ſunt collata, faciatis irreuocabiliter obſeruari, cum huiuſmodi ſignum, quod ſcotatio dicitur, non tam factæ donationis, quam traditæ poſſeſſionis ſit euidens argumentum.

IDEM EPISCOPO Pictauienſi.

Conſuetudo canonicis obuians inſtitutis non valet ut ſcilicet in cauſis eccleſiaſticis dictum populi vel requiſitorum pro ſententia teneatur.

Conſtitutio XXII.

Extra lib. 1.tit.4.de Conſuet. cap. Ad audientiã

AD audiẽtiam noſtrã noueris peruenisse, q̃d in tua diœceſi, etiã in cauſis eccleſiaſticis conſuetudo minus rationabilis habeatur, quod quum aliqua cauſa tractatur ibidem, & allegationibus & querelis vtriuſque partis auditis, à p̃ſentibus literatis, & illiteratis, ſapiẽtibus & inſipientibus quid iuris ſit quæritur, & quod illi dictauerint, vel aliquis eorũ (præſentium cõſilio requiſito) p ſententia teneatur.

Extra lib. 1.tit.23.de officio archidia. cap. Cum ſatis 2.quæ.1. ca. In primis.

Nos igitur attendentes, quod conſuetudo, q̃ canonicis obuiat inſtitutis nullius debet eſſe momenti, cum ſententia à nõ ſuo iudice lata nullam obtineat firmitatẽ, vt in cauſis eccleſiaſticis ſubiectorũ tuorũ, poſtq̃ tibi de meritis eorum conſtiterit, ſententiam proferre valeas, ſicut ordo poſtulat rationis, autoritate tibi pręſentium (præmiſſa conſuetudine non obſtante) concedimus facultatem.

IDEM REVERENDISS. domino N. Legato ſuo apud Conſtantinopolim conſtituto.

Conferre temere ſacramenta ſolis pontificibus reſeruata nullatenus poteſt ſimplex ſacerdos, dempto periculo inſtante vel neceſſitate magna urgente, quæ legem non habet.

Conſtitutio XXIII.

Extra lib. 1.tit.4. de Conſuet. ca. Quanto de.

QVanto de benignitate. Et infra. Peruenit ad audientiã noſtrã quod quidã ſimplices ſacerdotes apud Conſtantinopolim ea ſacramenta præſumũt fidelibus exhibere, quæ ab apoſtolorum tempore fuerunt ſolis pontificibus reſeruata, vt eſt ſacramentum confirmationis, quod chriſmãdo renatos ſoli debẽt Epiſcopi per manus impoſitionẽ cõferre, ad excuſandas excuſationes in pctis, ſolã conſuetudinem prætẽdentes. Quapropter diſcretioni tuæ mãdamus, quatenus oĩbus præsbyteris diſtricte p̃hibeas, ne talia de cætero ſua temeritate p̃ſumant, q̃ licet nõ ſint à fidelibus cõtẽnenda, tutius tamẽ eſt ea ſine periculo ex neceſſitate (q̃ legẽ nõ habet) omittere, q̃ vt ab his, quibus ea conferre non licet,

De cau. diſt. 5. ca. Manum.

Pſal. 140. 16. quæſt. ca. Peruenit

ex temeritate (quæ lege damnatur) non ſine graui periculo inaniter cõferantur, cum vmbra quædam oſtendatur in opere, veritas autem ſubeat in effectu.

IDEM DECANO ET Capitulo Cenomanenſi.

Non ualet conſuetudo per quam interdicti ſententia uiciatur.

Conſtitutio XXIIII.

Extra lib. 1. tit. 4 de Conſuet. ca. Cum inter

CVm inter vos ex vna parte, & canonicos. S. Petri de curia ex altera, ſuper eo quod dicti canonici generale interdictũ, ab Epiſcopo veſtro vel à vobis in ciuitate Cenomañ. poſitũ non ſeruabãt, quæſtio vertebatur. Et infra.

Procurator vero ipſorum propoſuit, quod ipſa eccleſia S. Petri à prima fundatione libera extitit & exempta, & de conſuetudine etiam in generali interdicto licitum erat eis pulſatis campanis alta voce (interdictis & excommunicatis excluſis) diuina officia celebrare.

Nos igitur cognito, quod ex tali cõſuetudine, ſi qua foret, diſrũperetur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ, ipſam de cõſenſu fratrum noſtrorum duximus irritandam.

IDEM EPISCOPO ELIenſi.

In attribuendis alicui officijs nouæ dignitatis cõformare ſe debet conſuetudini uicinarum ciuitatum in ſuſcipiendis honoribus, quæ ſi diuerſa in locis diuerſis fuerit, ſeruabitur magis rationabilis & alij non præiudicans.

Conſtitutio XXV.

Extra lib. 1. tit. 4. de Conſuet. cap. Cum olim

CVm olim Lõdonienſis epiſcopus noſtris auribus intimaſſet, q̃d in ſua eccleſia propoſuerat ſtatuere p̃centorem, nos eius precibus inclinati, ei licentiam conceſſimus præcentorem huiuſmodi ordinandi, dummodo in conferẽdis ſibi redditibus nulli inſerretur prȩiudicium. Statuentes vt præcentor taliter inſtitutus in ſeſſionibus, pceſſionibus, & alijs, illam haberet in Londonienſi eccleſia dignitatem, quam alij habent p̃centores in alijs eccleſijs Anglicanis. Et infra.

xii. quæſt. 11. ca. Bonus, &c.

Quocirca mandamus, quatenus ſi ſeſecundum diuerſas conſuetudines loçorum, diuerſas noueris habere præcentores in Anglicanis Eccleſijs dignitates, iam dictum prȩcentorem illam facies habere in Londonienſi eccleſia dignitatẽ, eaq; manere contentum, quàm (rationabilibus & approbatis conſuetudinibus eccleſiæ ſaluis) ſine præiudicio alieno poterit obtinere.

IDEM CONVENTVI Corbienſis monaſterij.

Nullatenus poteſt quis dignitatem alicuius officij temere dimittere abſq; ſcitu & licẽtia ſuorum ſuperiorum, nec, licet electus, adminiſtrare aliam dignitatem non habita confirmatione à ſuperiori, etiamſi ſit illius terræ conſuetudo talis.

Conſtitutio XXVI.

Extra lib. 1. tit. 4. de Conſuet. cap. Cum venerabil.

CVm venerabilis frater noſter Epiſcopus Hoſtienſis, & Legatus S. Crucis presbyter Cardinalis in partibus Alemanię legationis officio fungerẽtur, inuenerũt abbatem de monaſterio Hermionenſi quod ad Romanam eccleſiã noſcitur ptinere, nullo mediante ad monaſterium Corbiẽſe, q̃d eſt etiã Romanæ eccleſiæ ſpeciale, propria temeritate migraſſe, licentia illud deſerendi, vel cõfirmatione à nobis vel ab ipſis, qui vices noſtras in illis partibus nunc gerebant, nec habita, nec petita. Et infra.

Poſtmodum autem nuncij eius ad defenſionem ipſius generalem illius terræ conſuetudinem allegarunt. Cum igitur hęc nõ tam conſuetudo, quam corruptela merito ſit cenſenda, quæ profecto ſacris canonibus eſt inimica, ipſam mãdamus de cætero non ſeruari.

IDEM DECANO SAles Herbienenſi Archidiacono, & Magiſtro. P. Penetellino canonico Piſano.

De conſuetudine poteſt induci, quod una Eccleſia de gremio alterius, teneatur ſibi prælatum eligere.

Conſtitutio XXVII.

Extra lib. 1. tit. 4. de Conſuet. ca. Cũ dilectus filius

QVum dilectus filius Gu. Andrecenſis eccleſiæ monachus, qui pro clerico eiuſdem eccleſię ſe gerebat, & Gu, procurator monaſterij Karoſe-

roſenenſis ſuper iure eligēdi abbatem in Andrenenſi monaſterio, & eiuſdem ele ctione in noſtra præſentia ad inuicem litigarēt, Idem Gu. electionem ſuam à fratribus Andreñ. eccleſię concorditer cele bratam, autoritate Apoſtolica petijt cō- firmari. Aſſerens tam de iure communi, quam priuilegio ſpeciali, eis ab Alexandro Papa conceſſo, & à nobis poſtmodū confirmato, liberam eligendi autoritatē ad eoſdem fratres tātumodo pertinere. Et infra.

11.quæſt.1. ca. Abbatem

Dictus vero procurator propoſuit ex aduerſo, quod cum olim ad petitionem patronorum eccleſiæ à Morienenſi Epiſcopo fuerit conſtitutum, quod ſi præfatus locus diuino munere adeo pullularet, vt Prior, aut Abbas conſtitueretur ibidem, electio eius penes fratres eiuſdē loci, & capitulum Karoſenēſe penderet, & obtentu huiuſmodi ſtatuti ſic fuerit longe retroactis temporibus obſeruatū, vt monaſterio Andreñ. vacante, Andrenenſes fratres in Karonēſi. Capitulo, aliquem de gremio monaſterij Karoſeneñ. ſibi eligerent in Abbatem. Electio prędicti Gu. tam contra ſtatuti tenorem, quā etiam contra conſuetudinem approbatā (quæ optima eſt legū interpres) minus canonice attentata, merito caſſari debebat. Et infra.

Quia ergo nobis cōſtitit electionem ipſam à ſuſpenſis, & de ſuſpēſo etiā celebratā, eā iuſtitia exigēte caſſauimus. Cæterū cum ſupradictum ſtatutum ita ſane poſſet intelligi, quod p illud nec iuri cōmuni, nec priuilegio derogetur, vt videlicet ad ſæpe dictos fratres electio ſpectet Abbatis, & ad Karoſeneñ. capitulū confirmatio, Mādamus, quatenus ſi ex parte Karoſeneñ. cœnobij talis fuerit cōſuetudo probata, quæ iure cōmuni præiudicet, in hac parte vos ſecundum illā decernatis electionem Andreñ. Abbatis de cætero faciēdam. Alioquin Andreñ. monachis ius eligendi Abbatem adiudicare curetis, & ſic de cætero liberā habeant facultatē vel de gremio eccleſiæ ſuæ, vel etiā aliunde per electionem canonicam eligendi perſonam idoneam in abbatem, præſentandam Karoſeñ. Capitulo, vt ab eo (ſi fuerit canonica) confirmetur.

DE POSTVLATIONE Prælatorum in eccleſia catholica obſeruanda.

INNOCENTIVS papa III. Decano & Cap. Senonēſi.

Impoſtulabilis eſt, qui uiolat interdictum.

Conſtitutio XXVIII.

AD hæc in beato Petro. Et infra. Cum que de facili non poſſetis in vnū locum & propoſitū conuenire, ſed ad nos fuiſſet ab aliquibus appellatū, tādē conuenientes in vnum, Altiſiodorenſem Epiſcopum in Archiepiſcopum poſtulaſtis. Poſtulationem veſtram per magiſtrum. R. præcentorem veſtrum, & per abbatem S. Petri exponentes, & petentes, vt faciendæ tranſlationi pium pręberemus aſſenſum.

Extra lib. 1 tit.5.de Poſtulat. cap.Ad hæc

Verum, quoniam antequam idē magiſter ad ſedem apoſtolicam acceſſiſſet, nobis quaſi pro certo conſtabat, quod idem epiſcopus interdicti ſententiā nō ſeruaſſet, quod etiam idem magiſter nō negauit in fratrum noſtrorũ præſentia requiſitus à nobis, in ipſius Epiſcopi excuſationem allegās, quod ſententiam latam nullatenus ſeruare tenebatur, quæ ad eius notitiam nec per literas noſtras, nec per Cardinalem tunc apoſtolicæ ſedis legatum, qui eandem ſentētiam promulgarat, nec per deputati ad hoc executoris mandatum, vel literas perueniſſet. Et infra.

Quod nec ſufficit, imo nec proficit ad excuſationē pdicti Epiſcopi, cū Cardinalis idē ſententiā interdicti præſentibus multis ſolēniter ac publice pmulgauit, & eadem interdicti ſententia in regno Francorū iam à multis publice cœperit obſeruari, nec ſit neceſſarium, cum conſtitutio ſolenniter editur, aut publice promulgatur, ipſius noticiam ſingulorum auribus per ſpeciale mādatū, vel literas inculcare, ſed id ſolū ſufficit, vt

vt ad eius obſeruãtiam teneatur, qui nõ uerit eam ſolenniter editam, aut publice promulgatam. Cum & contra quoſdam, qui Sardicenſe concilium non ſeruabant, tanquam illud non habuerint, aut perceperint, canonica tradat autoritas, quod eis non facile facultas credẽdi tribuitur, cum idem penes illos in ſuis regionibus actum fuerit, & receptum. Nec valet, quod in Altiſiodorenſi diœceſi dictus rex terram propriam dicitur non habere, cum nos terram totam regis ipſius ſubijci mandauerimus interdicto, & Cardinalis noſtrum interpretatus mandatum, in terram illam ſententiam ꝓmulgauerit, quæ regi tunc temporis adhærebat. Et infra.

xvi. diſt. ca. Quod dicuis

Sed inde liquido conſtat ſæpe dictũ Epiſcopum ſufficienter excuſari nõ poſſe, quod ſuam metropolitanam eccleſiã generalis interdicti ſententiam & recepiſſe nouerat, & ſeruare.

xii. diſt. ca. De his

Nos igitur, qui ſecundum Apoſtolũ prompti ſumus inobedientiã omnẽ vlciſci, eiuſdem Epiſcopi Altiſiodorẽſis inobedientiã attendentes, ne nil obedientia prodeſſe videretur humilibus, ſi contemptus contumacibus non obeſſet, cũ iuxta canonicas ſanctiones quædã ſint culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam, poſtulationẽ huiuſmodi nõ ꝑpter poſtulantem eccleſiam, ſed propter poſtulatam perſonam repulimus vt indignam.

xxiii. quæſt. vi. ca. Capi ii. quæſt. v ca. Quanto xxviii. diſt. ca. Quaſi culpæ

Licet autem ex eo, quod hominem q veſtro nõ conueniebat propoſito poſtulaſtis, cum vos interdicti ſententiam ſeruaretis, & ipſe eam contemneret obſeruare, permiſſa vobis facile abuſi fueritis poteſtate, ac ideo vos ea non immerito priuare poſſemus: de ſolita tamen benignitate concedimus, vt vobis per poſtulationem, ſeu electionem canonicam de perſona congrua conſulatis.

IDEM HOSTIENSI Epiſcopo, & apoſtolicę ſedis Legato.

Qui poſtulatione caſſatam uitio perſonæ innouat, eſt eligendi & poſtulandi poteſtate priuatus.

Conſtitutio XXIX

GRatum gerimus: Et infra. Accepimus ex literis tuis, q̃d Canonicis Senon. quorum poſtulatio noſtra fuit autoritate caſſata, licet caſſationis literas ſuppreſſiſſent in fraudem, vt canonice ad electionem procederent mandauiſti. Et infra.

Extra lib. i. tit. v. de Poſtula. cap. Gratum gerimus

Cumq; plures eorum poſtulatiõem caſſatam à nobis innouare denuo niterẽtur, quidam vero Epiſcopum Cameracẽſem in Archiepiſcopũ poſtulauerunt: tu intelligens eos, qui caſſationem noſtrã quodammodo reuocare volebant, eligẽdi priuilegium amiſiſſe, quia conceſſa ſibi ex apoſtolicæ ſedis benignitate abuterentur temere poteſtate, ac ideo ad alios, licet pauciores numero, quantum tamen ad hoc pertinet conſilio ſaniores eligendi vel poſtulandi deuolutam eſſe licentiam, prædictum Cameracenſem ad eorum inſtantiam in paſtorem autoritate fretus apoſtolica prouidiſti.

Nos igitur à ſolicitudine Cameracenſis eccleſiæ ipſum reddidimus abſolutũ, quod à te de mandato noſtro factũ eſt autoritate apoſtolica confirmãtes.

IDEM CLERICIS RAuennenſis Eccleſiæ.

Poſtulatio per quam priuata uel minor utilitas communi uel maiori præfertur, uel quæ fit à minori, quam à tertia parte collegij, admitti non debet.

Conſtitutio XXX.

BOnæ memoriæ Gu. Archiepiſcopo veſtro viam vniuerſæ carnis ingreſſo, quidã veſtrã ſanctæ Praxedis p̃ſbyterum Cardinalem, quidã vero Imolenſem Epiſcopum poſtulauerunt.

Extra lib. i. tit. v. de Poſtula. ca. Bonæ memoriæ

Nos igitur auditis, quę de facto, & de iure fuerant allegata, plenius etiam pro vtralibet partium curauimus allegare. Conſiderauimus vero, quod eiuſdem Cardinalis præſentia vtilior ſit non ſolum Romanæ, ſed etiam eccleſiæ generali, tam apud apoſtolicam ſedem, quã apud eccleſiam Rauẽnenſem. Vnde non immerito præferentes ſpeciali vtilitati communem & minori maiorem, prædictum Cardinalem poſtulationi veſtræ non duximus concedendum. Attẽdentes autem ex altera parte, quod prædictus

dictus epiſcopus à minori, quam tertia parte poſtulatus fuerit, & quod apoſtolica ſedes poſtulationes huiuſmodi non conſueuerit in tanta diuiſione ac contradictione recipere, cum etiam quando aliquis ab alijs vnanimiter poſtulatur, ad admittendam poſtulationem eorum, nõ tam ex iuſtitia, quam gratia moueatur, poſtulationem ipſius non duximus admittendam.

Mandantes, quatenus cum his, qui vocem in electione habere noſcuntur, p electionem, poſtulationem, ſeu nominationem canonicam in perſonam idoneã conuenire curetis.

IDEM PRAEPOSITO & Capitulo Stringenenſi.

Archiepiſcopus in Archiepiſcopum poſtulatur. Et ex quo poſtulatio præſentata eſt Papæ, non poſſunt poſtulantes ab ea recedere, ſed debet ſuperioris iudicium expectari.

Conſtitutio XXXI.

Extra lib. I. tit. 5. de Poſtula. cap. Bonæ memoriæ

BOnæ memoriæ Gu. Archiepiſcopo veſtro viam vniuerſæ carnis ingreſſo, cum in Colocenenſem Archiepiſcopum poſtulandum à nobis contuliſſetis vnanimiter vota veſtra, ſuffraganei Strigonienſis eccleſię, Quinque Eccleſienſis Epiſcopus videlicet, & quidam alij poſtulationi veſtræ ſe opponere curauerunt, aſſerentes, quod eis contemptis, qui ius eligendi habebant vobiſcum, poſtulatio eadem fuerat attentata, licet veſtri nuncij proponerent ex aduerſo, q̃d ſuper pręficiendo vobis põtifice de gratia multoties ſuffraganeorum fuerat requiſitus aſſenſus, ſed ipſi vobis conſiliũ denegauerunt.

Nuncijs igitur in noſtra præſentia cõſtitutis, & proponentibus aduerſarijs q̃dam alia contra proceſſum poſtulatiõis veſtræ, quia nobis de propoſitis non cõſtabat, ita duximus prouidendum, vt ſi Suffraganeis perſiſtẽtibus in cõtradictione ſua, vos poſtulationi veſtrę velletis inſtare, per procuratores idoneos ad ſedem apoſtolicam veniretis. Si autem illi à contradictione ſua ceſſarent, & vos inſtaretis propoſito veſtro, ad præſentiã noſtram mitteretis pſonas idoneas, quę ſuper his, q̃ opportuna forẽt nos redderẽt certiores. Quod ſi contradicentibus Epiſcopis memoratis vos cõtingeret de iure vero diffidere, aliam perſonam idoneam prouideretis vobis canonice in paſtorem.

Cæterum quidam veſtrum a poſtulatione veſtra, quam nobis præſentaueratis, communiter temere recedentes, alijs perſiſtentibus in eadẽ, prædictum Quinque Epiſcopum Eccleſień. in Archiepiſcopum poſtulauerunt. Et infra.

Nos igitur poſtulationem ipſam, quã inuenimus in multa diſcordia, non ſolũ ſuffraganeorum, verumetiam canonicorum Strigoń. eccleſię, ac contra formam mandati noſtri temere celebratam, non duximus admittendam, ſed vobis dedimus in mandatis, vt ad prouidendũ vobis paſtorem idoneum per electionem canonicam, vel poſtulationem concordem (requiſito ſuffraganeorum aſſenſu, ſi eſſet de antiqua & approbata conſuetudine requirendus) procedere curaretis. Alioquin noſipſi prouideremus eccleſiæ viduatę. Verum antequam ad vos literæ noſtrę perueniſſent, innitẽtes mãdato priori, Suffraganeos, pręter Quinque Eccleſień. ad concordiam reuocaſtis. Et infra. Poſt hęc mãdato noſtro recepto, hi, qui in Coloceń. conuenerant, ab eius poſtulatione recedere noluerũt, ſed innouauerunt eandem, reuerſis ad eos quibuſdam canonicis, qui in partẽ alteram declinarant. Et infra.

Cæteri vero qui Quinque Eccleſień. Epiſcopum poſtularant conuenientes in vnum, cæteros canonicos ad capitulũ conuocarunt ad poſtulationem concordem, vel electionem canonicã, iuxta mãdatum apoſtolicum procedere cupientes, ſed illis nolentibus conuenire, intelligentes penes ſe tãtum remanſiſſe facultatem liberam eligendi, quia reliqui ius ſuum proſequi negligebant, prędictum Quinq; Eccleſień. denuo poſtulauerũt. Et infra.

Nec obſtabat eorum diſcordia, qui alium poſtularunt, cum prius in poſtulatione Archiepiſcopi ſupradicti conueniſſetis pariter vniuerſi, & conſenſum veſtrum annotatum literis, & ſubſcriptiõibus proprijs roboratum petijſſetis à nobis per communes nuncios confirmari, noſq; veſtram recepiſſemus poſtulationem dijudicandam, ſi Suffraganei

forſitan in contradictione perſiſterent, vel (ſi conſentirent, aut etiam cederent) approbandam. Si enim poſtquam poſtulatio ſubſcriptionibus poſtulantium roboratur, & præſentatur Romano pontifici approbãda, poſſent ab ea recedere poſtulantes, nobis frequenter illuderẽt, & iudicium noſtrum ex eorum pendere arbitrio videretur. Et infra.

Intelleximus itaq; quod & ſi eſſet neutra poſtulatio approbanda, iuxta tenorẽ tamen poſterioris reſcripti ad nos de cætero Strigonẽſ. eccleſiæ prouiſio pertineret: Quia vero non plenã de perſonis illius regni notitiã habebamus, ideoq; non poteramus ſalua conſcientia eidem eccleſiæ in alia perſona, q̃ de regno Vngariæ originẽ duceret, congrue prouidere: nec vellemus ei præficere alienũ, quãuis honeſtius videretur, ſi Suffraganeus ad Metropolitanum ſuũ accederet, quã Archiepiſcopus ad Metropolim trãsferretur, partẽ tñ elegimus potiorẽ. Et eundẽ Archiepiſcopum in quẽ oẽs, q̃rũ cõſenſus in electione, vel poſtulatione paſtoris requiritur, licet diuerſis temporibus conuenerant, à vinculo q̃ tenebat Coloceñ. eccleſię abſoluẽtes, ad Metropolim Stringoneñ. transferimus, & ei licentiã tribuimus trãſeundi, palliũ ei ad nomẽ & vſum eiuſdẽ eccleſiæ tranſmiſſuri.

71. diſt. ca. Hortamur.

IDEM CAPITVLO Strigonenſi.

Poſtulatio contra quam agitur de contempto poteſt ſine præiudicio alicuius reijci, poteſt tamen de ſpeciali gratia admitti.

Conſtitutio XXXI.

Extra lib. 1. tit. 5. de Poſtulat. cap. Poſtulationem quam

POſtulationẽ, quam celebraſtis, & infra. Licet ergo p poſtulationẽ huiuſmodi, nullũ ius ſit alicui acquiſitum, ideoq; ſine præiudicio alicuius, poſtulationem potuiſſemus repellere memoratam: vt tamen vobis de ſpeciali gratia cõſulamus, ita duximus prouidendum, q̃d per procuratores idoneos, ſufficienter inſtructos ad omnia, noſtro vos conſpectui præſentetis: quatenus (vtraque parte præſente) quod iuſtum fuerit decernamus.

9. diſt. ca. multis

DE PRAELATORUM in Eccleſia catholica Electione, eorundemq; poteſtate.

INNOCENTIVS PApa III. de Cella Sancti Petri, & Mitinenſibus Abbatibus.

Qui electioni de ſe factæ renunciat appellare nequit ad impediendam electionem alterius. Et electio quæ eſt à ſuſpenſis celebrata, non tenet.

Conſtitutio XXXIII.

CVm inter. R. ſeniorem, & R. iuniorem ſup abbatia Straphuſeñ. quæſtio verteretur, bonæ memoriæ Celeſtinus p̃deceſſor noſter p̃dictũ R. ſeniorem ſentẽtiã cum inſtantia poſtulantem, ad componendum cõegit inuitũ, & ſic abbatiæ renuncians, de manu eius cuſtodiam & Prioratum recepit, ab eo dum viueret poſſidendos. Cui ordinationi licet conſentiret inuitus, domum tamen reuerſus (aduerſarijs compoſitionem ipſam nolentibus obſeruare) non potuit quæ conceſſa ſunt obtinere. Et infra.

Extra lib. 1. tit. 6. de electione. ca. cum inter. 15. quæſt. 2. ca. merito

Nos attendentes, quod ex conſenſu compoſitionis receptæ ius (ſi quod ſibi competierat) R. ſenior amiſiſſet, ac p hoc ne monachi ad electionem procederent de iure minime appellare potuiſſet, cum niſi quorum intereſt audiri non ſoleant appellantes, appellationẽ illã dicimus legittimã nõ fuiſſe, vnde per eã non potuis electio impediri.

Sane quamuis præpoſitus, & Capitulum Conſtantienſe de interdicto, quod Cardinalis poſuerat, in ſuis literis inſeruerint, quia tamẽ per id quod R. iuniori diœceſanus Epiſcopus munus benedictionis impendit, ei videtur quod præmiſimus obuiare. Vnde vel ſcriptura facto, vel factum ſcripturæ præiudicat, nec probatum fuit (licet obiectum) quod ab interdictis electio fuerit celebrata, ipſam non potuimus irritare. Et infra.

Ideoq; cauſam ipſam duximus vobis com-

cõmittendam, vt ſi conſtiterit, quod electio fuerit facta à ſuſpenſis, ea omnino caſſata ipſi monaſterio (poſt ſatisfactionem codignam ſuſpenſionis, & interdicti ſentẽtia relexata) de perſona idonea conſulatur.

IDEM CAPITVLO PENNENSI.

Si electus non habet ſufficientem ſcientiam, vel ante confirmationem adminiſtrat, eius electio caſſari debet

Conſtitutio XXXIIII.

Extra lib. 1. tit. 6 de Electione cap. Qualiter

QValiter poſt obitum. Et infra. Verum, quoniam electus à vobis ante confirmationem admiſtrationi Epiſcopatus ſe irreuerenter immiſcuit, recipiendo tam à clericis, quam à laicis iuramenta, non attendens quod ſecundum Apoſtolum: Nemo debet ſibi honorem aſſumere, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, præcipuę, quia nec donum ſcientiæ Pontifici conueniens fuerat aſſequutus.

Hebre. 5

C. de leg. Lab du biũ

Poſtquam nobis præſentaſtis eundẽ, ſufficienti examinatione pmiſſa, electionem de ipſo factam duximus irritandã, quicquid ex ea, & ob eam factum eſt denunciantes penitus non tenere.

IDEM CAPITVLO Capuano.

Si uocantur ad electionem non uocandi, ualet electio facta, eis non expectatis.

Conſtituio XXXV.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione cap. Cum inter

CVm inter vniuerſas metropolitanas. Et infra.

Intelleximus autem per I. & F. canonicos veſtros, per literas quas ad ſedẽ Apoſtolicam detulerũt, quod ad Decanũ, & alios canonicos veſtros Panormi manentes, (cum de earum parte fuiſſet vobis per literas intimatum, vt ſic tractaretis ſuper electione ſubſtituendi paſtorem, quod nullum deberitis in eorũ abſentia nominare) quendã ſocium veſtrũ cũ literis deſtinaſtis, XII. dierum terminum aſſignantes, infra quem poſt receptionẽ literarũ veſterarũ iter arriperent redeundi. Quãuis eccleſiaſtica conſuetudo non exigat, vt ad electiõem paſtoris canonici tã remoti vocent, & illi pcipue, q lõge anteq̃ vos metropolitani veſtri obitũ pſentialiter cognouerunt, quorũ aliqui poſt eius deceſſum ad Capuanam eccleſiam ſunt reuerſi.

Quia vero mora largior eſt in electionibus valde ſuſpecta, imo ſæpe damnoſa, mandamus, quatenus inuocata ſpiritus ſancti gratia perſonam idoneam per electionem canonicam concorditer aſſumatis ad regimen Capuanæ eccleſiæ, cõſequenter ad audientiam noſtram nuncios idoneos transmiſſuri, per quos à nobis vice regia poſtuletis aſſenſum, & apoſtolicæ confirmationis gratiam requiratis.

24. queſt. 4. ca. Diſplicet

IDEM ARCHIEPISCOpo & Capitulo Capuano.

Non debet inſpici, an poſt appellationem, ſed an contra electio fuerit celebrata. Et penes uocantes, quibus competit uocandi poteſtas, remanet ius eligendi, ſi uocati uenire contemnunt. Et ad officium confirmationis ſpectat examinare electum, etiam nemine opponente. Et niſi electus doceatur legitimæ ætatis & literaturæ, habetur pro non legitime electo.

Conſtitutio XXXVI.

CVm nobis olim de obitu. Et infra. Cum autem conſtaret interpoſitam fuiſſe apellationem ne fieret electio niſi canonica, videri poterat, q̃d poſt eam medio tempore nihl debuit innouari. Vnde talis electio iudicanda erat Irrita & inanis, vtpote poſt apellationem canonice interpoſitam attentata.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione cap. Cum nobis

Sed cõtra, Cũ appellatũ fuiſſet nõ vt nulla electio fieret, ſed vt fieret canonica, ſi factũ electionis canonice fuerit ſuſcriptũ, non vtiq; contra formam appellationis huiuſmodi, ſed magis ſecundũ eam videbatur eſſe proceſſum. Et ideo licet poſt apellationem, non tamen cõtra eandem fuit electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda. Et infra.

15 queſt. ca. Quæ ad perpe-

Item cum poſt appallatiõem emiſſam Archidiaconus cũ ſuis fautoribus chorum exiſſet, & vos illos vt intereſſent electioni faciendæ vobiſcum curaſſetis ſollicite reuocare (quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt) alienos ſe feciſſe videntur, propter quod electioni à vobis iuxta formam mandati apoſtolici concorditer celebratę, de iure nõ poſſe contradicere videbantur. Et infra.

His igitur & alijs allegatis, quanquã contra perſonam illius, quem elegiſtis, nihil dictum fuerit vel obiectum, quia tamen (iuxta verbum Apoſtoli dicẽtis, Nemini cito manũ imponas) debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa perſonam inquirenda fuerant duximus ex officio noſtro (ſicut decuit) procedẽdũ. Et infra.

33. diſt. ca. Quod è ci to. Et 28. diſt. par. 1.

83. diſt. ca. Qua ipſis

Illius quoque literaturæ, licet non eminentis, tamen cõuenientis electus exiſtit, vt pro defectu ſcientiæ (ſicut plenius intelleximus ab his, qui eum melius cognouerunt) ab electione nõ deberet excludi. De legitima tamen ætate ſcire plene non potuimus veritatem, quia cũ à multis cuius ætatis exiſteret curauerimus indagare, à nemine vnquam audiuimus quod annum ætatis xx. attigiſſet. Et infra.

Nos eccleſiæ pariter & perſonæ prouidere volentes, & tam rationes, quam canones obſeruare, quia propoſitum veſtrum prouidum intelleximus, & ideo propter vrgentem neceſſitatem, & euidentẽ vtilitatem eccleſiæ Capuanæ (quã in hac parte potius approbamus) volumus ipſum firmiter perdurare, præfatum ſubditum noſtrum vobis in procuratorem concedimus, liberam ei adminiſtrationẽ (tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus) committentes.

IDEM ARCHIEPISCOpo Cantuarienſi.

Illegitimus poteſt poſtulari, non autẽ eligi, & electores, niſi probauerint illum ignoranter elegiſſe, incidunt in pœnas Lateranenſis concilij.

Conſtitutio XXXVII.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione cap. Innotuit.

INnotuit nobis, quod Vigorieñ eccleſia deſtituta paſtore, Prior & conuentus eiuſdem magiſtrum M. Archidiaconum Eboracenſem in Epiſcopum elegerunt, cuius confirmationem vſq; in aduentum ipſius (qui abſens eligebatur, & inſcius) diſtuliſti. Qui tandem ſponta nea tibi & ſecreta confeſſione monſtrauit, quod conſcientia eius aliquantiſper ex natalibus eſſet læſa. Et infra.

Cuius electionem Capitulum petijt per ſedem Apoſtolicam confirmari, preſentato nobis electionis decreto ſuſcriptionibus eligẽtium roborato. Quidã autem Suffraganeorum tuorum aſſerue runt eum fuiſſe filium cuiuſdam militis, & ab eo ex quadam ingenua & non cõiugata ſuſceptum. Idem quoq; Magiſter adiecit, quod nũquam pater eius habuerat vxorem, ſed matris eius virginitatis florem præripuit quaſi furtim. Et infra.

Quamuis autem canon Lateranenſis concilij ab Alexandro prædeceſſore noſtro editus, non legitimæ genitos adeo perſequatur, quod electionem taliũ innuit nullam eſſe, nobis tamen per eũ non fuit adempta diſpenſandi facultas: cum ea non fuerit prohibentis intẽtio, qui ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte præiudiciũ generare, pari poſt eum (imo eadem) poteſtate functuris, cum non habeat imperium par in parẽ. Et infra.

Extra lib. 1. tit. de elect. & de ei potest te. cap. Cũ in cũctis.

Multa enim in hoc caſu diſpenſationem inducere videbantur, literarũ ſcientia, morum honeſtas, vitę virtus, & fama perſonæ multipliciter à quibuſdam, etiam ex fratribus noſtris (qui eum in ſcholis cognouerant) approbatæ. Faciebant et am hæc ad id non modicum, concors Capituli Vigorienſis electio, petitio populi, aſſenſus principis, votum tuũ, Suffraganeorum ſuffragia, & humilis deuotio confitẽtis, qui ſponte ac humiliter maluit ſuum confiteri reatum, quam læſa conſcientia thronum conſcendere Paſtoralem.

50. diſt. ca. Iuſtum or.

Habito ergo ſuper hoc diligenti tractatu, intelligentes Vigorien. Capitulũ eundem magiſtrum non humiliter poſtulaſſe, ſed improuide potius elegiſſe (cum ad obtinendum diſpenſationis beneficium procedendum fuiſſet non per electionem inhibitam, ſed per poſtulationem permiſſam) electionem ipſam, ꝓ dicti canonicis autoritate caſſatam, denunciamus irritã & inanẽ: parcentes nõ modicũ Vigorieñ. capitulo, q̃d eis nec pœnã infligimus expreſſam in canone ſupradicto, nec probare cogimus ignorãtiã, quam allegant. Et quamuis poſt caſſationem huiuſmodi nobis fuerit ſupplicatum, vt dignaremur ſecũ eo miſericordi

corditer diſpenſare:ſupplicationẽ huiuſmodi,quæ nomine Capituli non fiebat (cum non ad poſtulandam diſpenſationem,ſed ad petendam confirmationem ipſius fuerint nũcij deſtinati)ad præſens non duximus admittendam, decernentes irritum & inane,quicquid ſuper ordinatione ipſius Epiſcopatus, ante ſuſceptionem literarum noſtrarum fuerat attentatum. Quod ſi Vigorien. Capitulũ eundem magiſtrum (propter prærogatiuam meritorum ipſius)duxerit poſtulandum,poſtulationem apud ſedem Apoſtolicam præſentare procuret.

IDEM ARCHIEPISCOPO Genuenſi,& Placentino & Bobienſi Epiſcopis.

Non poſſunt electores in præiudicium electi compromittere, ſed ſi conſenſerit electiõi ſuæ, uel cõſentire uelit,eſt confirmandus,ſi aliud canonicum illi non obſiſtat,licet non ſit de gremio illius eccleſiæ,quantumcũq; ob cauſam à maiori parte fuerit appellatum.

Conſtit. XXXVIII

Extra lib. 1,tit. 6. de Electione cap. Cũ inter

CVm inter Canonicos Saonenſes ſup electione põtificis quęſtio verteretur,ad ſedem apoſtolicam S. ſubdiaconus Saonẽ & I. procurator Capituli acceſſerunt.Et infra.Propoſuit autem procurator prædictus,quod ſinguli requiſiti communi aſſenſu in Haſten.Præpoſitum(excepto pędicto ſubdiacono) cõuenerunt,quo in ſua duritia permanente,aliorum cõſenſus redactus fuit in ſcriptum publicum conſequẽtur.Cæterum pro parte altera fuit propoſitum ex aduerſo,q̃d cũ ſeptẽ eſſent canonici Saonẽ. in Capitulũ ſe receperunt de futura electione Pontificis tractaturi, ſed Archidiacono,Archiepiſcopo,&Prępoſito dictum Haſten. Præpoſitum nominantibus,fuit à præfato S.obuiatũ,aſſerẽte ipſum morbo epileptico laborare,pro q̃ alia vice tanquam inhabilis fuerat recuſatus,Nec ad aliam eccleſiam debere fieri tranſitum, donec reperiretur idoneus in eccleſia Saonen.Et infra.

41.diſt. ca. In ſynodo.

Poſt hæc Archipresbyter pro parte alterà de rato (vt dicebat) literis præmunitus,Ipſe vero S.pro parte ſua in Mediolan.Archiepiſcopum compromittere curauerunt, qui Magiſtrum.G.Modicen.Canonicum eis dedit in Epiſcopũ,& cõfirmauit.Et infra.Diſcretioñi vẽ. mandamus,quatenus cum conſtet electionem de Prępoſito memorato à maiori,& ſaniori parte Capituli celebratã fuiſſe,publicatam etiam,& ſubſcriptam: ſi dictus Præpoſitus eidem electioni conſenſerit,vt per mutuum conſenſum eligentium,& electi,quaſi cõiugale vinculum ſpiritualiter ſit contractum, niſi ſufficienter ſit oſtẽſum eũdẽ morbo epileptico laborare(ſuper quo dicitur contra ipſum appellatum)vos non obſtante appellationis obiectu, ſi qua ex alijs cauſis ſuperius memoratis proponitur interpoſita (cum eas friuolas reputemus) electionem confirmetis ipſius,nõ obſtante quod poſt talem electionem à præfato Archiepiſcopo proponitur eſſe factum,etiamſi à partibus in eum fuerit compromiſſum,cum electores à tali electione ſic reſilire nequiuerint. Quod ſi electores illius compromiſerint in Archiepiſcopum memoratum, etiamſi dictus Præpoſitus nondum electioni de ſe factæ conſenſerit,eo tamen conſentire volente (dummodo à morbo ſit immunis obiecto)vos electionem ipſius nihilominus confirmetis.

IDEM PRAENESTINO Epiſcopo,Sedis apoſtolicæ Legato.

Electus à maiori & ſaniori parte capituli, ſi eſt,& erat idoneus tempore electionis,confirmabitur: ſi autem erat indignus in ordinibus, ſcientia uel ætate, & fuit ſcienter electus,electus à minori parte, ſi eſt dignus, confirmabitur.

Conſtit. XXXIX.

DVdum ad audientiam noſtram quæſtio ne perlata,quod vacante Præpoſitura Colocenſis eccleſiæ, in duo ſe vota eligentium diuiſiſſet, cauſam iudicibus duximus committendam. Et infra.

Extra lib. 1.tit.6. de Electione ca.Dudũ

Ipſi vero partes ad ſuam præſentiam conuocarunt, receperunt teſtes,examinauerunt eligentium conſcientias, au-

8.quęſt.6. ca. Si qui ſunt

dierunt allegationes vtrinq;. Et quoniam Præpoſitus S. Georgij eorum ſentētiç ſe aſſeruit nolle ſtare, proceſſum ad ſe dē Apoſtolicam deſtinarunt. Et infra. Cumq; nunciī Præpoſiti ſanctoꝝ Apoſtoloꝝ ſtatuto termino ad pſentiam noſtram acceſſiſſent, Prçpoſitus S. Georgij nec venit, nec p ſe miſit idoneū reſpōſalē. Et infra.

Geſtis igiť iudicū diligēter inſpectis, inuenimus, q̄d p Prçpoſito ſanctoꝝ Apoſtoloꝝ autoritas, p Præpoſito ꝟo S. Georgij numerus eligētiū faciebat, Cū primus à XIIII. tū pſonis, tū Canonicis, q alios dignitate, & ętate, & tēpore pcedebant, Secundus vero à xxiiij. fuiſſet electus. Et infra.

23. diſt. ca. In nomine domini.

Cū aūt allegationes p eodē Præpoſito S. Georgij corā iudicibus ipſis ppoſitę, nobis nō fuerint pſentatę, ppter quod nō potuimus ſcire p nos qd obiecerint, vel qd reſpōderint ad obiecta, ſicq; cauſa remiſſa nō fuit ſufficiēter inſtructa, ad diffinitiuā ſententiā nō duximus pceden dū, ſed deciſionē cauſæ ipſius iudicibus cōmiſimus ſub hac forma: vt ſi vel notoriū eſſet, vel p ea, q̄ iā dicta erāt, conſtaret q̄d Prçpoſitus S. Georgij electiōis tēpore pateret, vel in ordinib, vel in ſciētia, vel in ętate defectū, q eū iuxta canonū ſanctiones impediret ad hmōi officiū pmouēri, ei (nō obſtāte ipſius abſentia corporali) ſilētiū imponētes, Prçpoſito ſanctoꝝ Apoſtoloꝝ Præpoſiturā adiudicarēt eādē. Alioqn (cū in eū nō ſolū plures, ſed duæ pene partes cōuenerint, & impedimētis ceſſantibus appareat, q̄d eū bono zelo elegerint) Præpoſiti ſanctoꝝ Apoſtolorum electiōe caſſata, electionem cōfirmarent ipſius, & ei facerent tanquam Præpoſito reſpōderi.

Extra lib. 1. tit. 6. de electione & electi poteſtate. cap. Signi ficaſti

IDEM S. CANONICIS Moguntinenſibus.

Recipientes poſtulatū ad Eccleſiā tanquam inſtitutum uel adminiſtratorem ante admiſſionem poſtulationis a ſuperiore factam, priuati ſunt poteſtate eligendi, & ad alios, licet paucio res, deuoluitur poteſtas eligendi: & ſi omnes priuati ſunt, deuoluitur ad papam in Eccleſijs cathedralibus.

Conſtit. XL.

BOnę memorię Moguntin. Archiepiſcopo via vniuerſæ carnis ingreſſo, & qbuſdā petentibus Vuormatień. Epiſcopū, qbuſdā vero Archiepiſcopum veſtrū, tunc Prçpoſitū S. Petri Moguntiń. ſibi eligētibus in paſtorem, Prçneſtino Epiſcopo à ſede Apoſtolica legato dedimus in mandatis, vt ſi eundem Epiſcopum, quo ad temporalia, vel ſpiritualia recepiſſe cōſtaret eccleſiam Moguntinenſem, vel miniſtraſſe in temporalibus aut ſpiritualibus in eadem: poſtulationem de ipſo factam nunciaret irritā. Et infra.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione cap. Bonæ memoriæ

7. quæſt. 1 ca. Epiſcopus, & ca. Si qs Epiſcopus.

Deinde inquireret de ipſius electione Archiepiſcopi veritatē, & ſi ei de vi, quā ipſe & ſui metuebant, conſtaret, (eo nō obſtāte quod poſt appellationē ad nos interpoſitam fuerat in eius electione pceſſum: cū alij, qui appellationi ad nos interpoſitę, ne ſine ipſo ac ſocijs eius haberent in electione proceſſum, non duxerint deferendum, vti cōtra ipſum hac exceptione non poſſent. Quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. Vnde nec ab eis poſſe obijci videbatur, quod idem eſſet à paucioribus ſecundum eorum aſſertionem electus, quum ipſi appellationem ad nos legitime interpoſitam contemnentes, & præter licentiam noſtram recipiētes Epiſcopū memoratū, reddiderint ſe indignos, electionem Archiepiſcopi confirmaret. Et infra.

Licet autem eſſent notoria, quæ contra dictum Vuormati. Epiſcopum & eius fautores fuerant obiecta: prædictus tamen legatus ad maiorem cautelā multos teſtes recepit ex ipſius Archiepiſcopi parte productos. Vnde ipſe iuxta mādati noſtri tenorem procedens, poſtulationem factam de Vuormati. caſſauit, & electionem Archiepiſcopi memorati (quāuis à pauciſſimis celebratam) curauit autoritate Apoſtolica confirmare, ipſumque ordinauit in presbyterum, & tandē in Archiepiſcopum conſecrauit. Et infra.

Contra vero legati proceſſum hoc facere videbatur, quod non citatis Vuormati. Epiſcopo, & eius fautoribus pceſſiſſet. Porro exceſſus notorius, examina-

2. quæſt. 1. De manifeſta.

examinatione non indiget, & pro his ꝗ à iudice ſunt acta, præſumitur quod omnia rite fuerint celebrata, quãuis & ꝙ citati non fuerint, non poſſet de facili cõprobari. Quia negantis factum per rerum naturam nulla eſt directa probatio. Cum & ſi quilibet de ſe poſſet aſſerere, quod ad eum citatio minime perueniſſet, ſinguli tamen veſtrum eſſent in ſuo teſtimonio ſingulares. Ad ipſum quoq; Legatũ (ſi voluiſſent) ſecure potuiſſent procuratorem idoneum deſtinare, ſicut nuncium deſtinarant. Et infra.

3. quæſt. 4. ca. Hoc etiam placuit.

6. quæſt. 1. ca. Accuſas.

Nos igitur, & ſi propter autoritatem iudiciariam præſumamus pro his, quæ acta ſunt à Legato, illi tamen plus inniti mur rationi, quod aduerſarij Archiepiſcopi ex tribus cauſis prædictis ſe vſque adeo reddiderunt indignos, quod contra eum non debebãt audiri. Vnde quod de ipſo factum fuerat, non poterat impediri p eos: quin etiã ſi electores eiuſdem partis pariter deliquiſſent, vt ſe reddidiſſent indignos, ad nos deuoluta fuiſſet hac vice ordinatio Eccleſiæ Moguntiñ. Quare dictum Archiepiſcopum ſine iuris iniuria potuiſſemus eidem Eccleſiæ præficere in paſtorem. Super his vero habito diligenti tractatu, ceſſationem poſtulationis factæ de Vuormatieñ. Epiſcopo ratam habuimus, electionem memorati Archiepiſcopi confirmantes.

IDEM CLERICIS S. Agathæ.

Sufficit electo ad obtinendum, docere eligentem fuiſſe in quaſi poſſeſſione tempore electionis: licet non probet, quod proprietas iuris eligendi ad illum pertineret.

Conſtit. XLI.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione cap. Querelam.

QVærelam quàm G. tituli S. Vitalis presbyter Cardinalis per œconomum eccleſię veſtræ, cuius idem Cardinalis eſt gubernator, cõtra P. presbyterum Eccleſiæ S. Saluatoris ſuper Eccleſia ipſa propoſuit, Celeſtinus papa prædeceſſor noſter nobis in minori officio conſtitutis audiendam commiſit.

Petebat igitur œconomus præfatum P. ab Eccleſia S. Saluatoris (quam in præiudicium veſtræ Eccleſiæ, ac iniuriam Cardinalis prædicti occupare præſumpſerat) remoueri, cum ipſa Eccleſia pertineat ad S. Agathæ Eccleſiam pleno iure: petens penſionem XVI. deñ. Papieñ. debitam Eccleſiæ S. Agathæ, pro eadem Eccleſia de Thermis ſibi reſti tui, de nouo ſubtractam.

Prædictus vero P. reſpõdebat, quod ipſe nullam iniuriam irrogauerat Cardinali, nec in præiudicium Eccleſiæ veſtræ receperat dictam Eccleſiã, cum hæc ad illam nullo iure pertineat, nec aliquã ſibi reddere penſionem debebat, ſed ipſe per electionem populi, ad quem de antiqua conſuetudine pertinet electio, à cardinali S. Suſannæ (cui eadem Eccleſia tanquam capella ſuo titulo in ſpiritualibus eſt ſubiecta) canonice fuerat inſtitutus. Et infra.

Nos igitur rationibus vtriuſq; partis auditis, dictum P. ab impetitione œconomi veſtri, ſuper electione, ac inſtitutione de ſe facta in Eccleſia S. Saluatoris abſoluimus, & ſuper his præfato œconomo ſilentium duximus imponendũ, cum nobis conſtiterit, quod populus in quaſi poſſeſſionem præſentandi Clericum exiſtebat, quando ipſum presbyterum ad illam elegit, & Eccleſia eadem ſpectat ad tit. S. Suſannæ in ſpiritualibus pleno iure, ſalua quæſtione ſuper iure patronatus inter Eccleſiam veſtram & populum ſæpedictæ Eccleſiæ S. Saluatoris.

Quia vero fuit liquide comprobatũ, quod penſio XVI. denariorum Papieñ. monetæ, fuerit clericis Eccleſiæ veſtræ pro Eccleſia S. Saluatoris de Thermis annuatim per multa tempora perſoluta, ſed de nouo ſubtracta, vos in eundem ſtatum percipiendi huiuſmodi, de Eccleſia S. Saluatoris de Thremis Eccleſiam veſtram decernimus reducendam, & ad ſolutionem penſionis ſubtractæ condemnamus presbyterum antedictum, ſalua quæſtione proprietas inter Eccleſias memoratas.

IDEM ARCHIDIACONO & capitulo Vintonenſi.

Eligentes ſcienter indignum, priuati ſunt poteſtate eligendi in electione. quæ primo occurrit facienda.

Conſtit. XLII.

Extra lib. 1. tit. 6 de Electione cap. Cum vinton.

CVm Vintonẽſis eccleſia paſtore vacaret, Archidiaconus cũ ſuis fautoribus Salubrienſem Decanum, prior verò & complices eius præcẽtorem Linconenſem in Epiſcopum elegerunt. Et infra.

Licet igitur omnes in communi de electione facienda tractauerint, quia tamen nequiuerunt eſſe concordes, infecto negocio ad nos habuerè recurſum. Et hi quidem, qui præcẽtorem elegerãt, aſſerebant, ꝙ illi, qui Decanũ elegerant, eligendi erant poteſtate priuati: pro illa maxime cauſſa, quod hominem illegitime natum ſcienter eligere præſumpſerunt. Vnde ſecundum Lateranenſe concilium, & eligendi hac vice perdiderant poteſtatem, & per triennium eccleſiaſticis beneficijs carere debebãt. Illi vero taliter reſpondebant, quod licet is, quem elegerant, fuiſſet minus legitime natus, per gratiam tamen Apo. ſe. legitimari promeruit, & hoc aſſerebant ſe legitime probaturos.

Cap. 24.

Extra lib. 1. tit. 6. de electione & electi poteſtate. cap. Quia propter.

Nos igitur attẽdentes, quod iſti poſt primam electionem admiſerant illos ad ſecundam celebrandam, & quod decretum concilij memorati decreuit huiuſmodi præſumptores vna vice duntaxat eligendi poteſtate priuatos, quoniam electio, quam coram nobis celebrare volebant, non iam ſecunda, ſed tertia concurrebat, ad eligendum illos cenſuimus admittendos.

IDEM ABBATI CISTERtienſi R. & P. monachis Montis frigidi.

Eligens ſcienter indignum in Epiſcopum, eſt ob hoc ſuſpenſus à beneficiis eccleſiæ per triennium, nec poteſt interim ad dignitatem illus eligi uel aſſumi.

Conſtit. XLIII.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione ca. per inquiſitionem.

PEr inquiſitionem, quàm de mandato noſtro feciſtis ſuper ſtatu Epiſcopatus, & Epiſcopi Tholoſani, perſpicaciter intelleximus, ꝗd Maſcaron Cancellarius iuratus aſſeruit ſe ſciuiſſe pro certo R. olim Tholoſanum Epiſcopum, & amicos ipſius ante ſuam electionem habuiſſe colloquium cum quibuſdam canonicis nominatim expreſſis, eoſque ſolicitaſſe precibus vt ipſum eligerent in Epiſcopum: ſeq; vidiſſe pariter, & audiuiſſe, quando prædictus Epiſcopus recognouit in quorundam Canonicorũ præſentia, ſe canonicis illis, qui aduerſati fuerãt ſuæ primæ electioni, iuraſſe, credens pro certo, quod iuramẽtum illud illicitum fuit, & præſtitum vt idem R. eligeret ex pacto, & quod ipſemet poſt electiõem ipſius caſſatam, domum Epiſcopalem eius nomine detinebat, recipiens quoſdam redditus, & prouentus, ꝗs de ipſius conſcientia & conſenſu, in eiuſdem negocijs expendebãt.

40. diſ. ca. miſeri ſacerdotes.

8. queſt. 6. ca. ſimus qui iuratus.

46. diſ. c. Sicut nos ſue.

Cum igitur talem ſcienter in Epiſcopum eligendo (ſicut ipſe ſuo iuramento firmauit) eccleſiaſticis beneficijs reddiderit ſe indignum, graue gerimus, & moleſtum, quod Tholoſano Præpoſito in Epiſcopum Conuennarum electo, idem Maſcaron in præpoſitum dicitur ſubſtitutus.

Quocirca mandamus, quatenus eundẽ ab officio præpoſituræ penitus amouentes, faciatis virum idoneum ad officium illud aſſumi.

IDEM PRIORI SANCTI Frigidiani G. & G. canonicis Lucanenſibus.

Si non profeſſus eligitur ad regimen eccleſiæ regularis, caſſatur electio, conſuetudine in contrarium non obſtante.

Conſtit. XLIIII.

Extra lib. 1. tit. 6 de electi. cap. Cum cauſam.

CVm cauſam, quę inter Bonũ presbyterum, & Brunum canonicum S. Petri Lucanẽſ. vertitur, ſuper eo, ꝗd dictus presbyter Bonus, à maiori parte canonicorum eiuſdem Eccleſiæ, prædicto Bruno, & quodam alio contradicentibus, in priorẽ (ſicut dicitur) eſt electus, olim vobis duximus committendam. Et infra.

Quamuis autem multi priores continue

nuc vnus poſt alium in ipſa Eccleſia per multa, & lõga tempora fuerint non profeſſi, quia tamen pręfatus presbyter Bonus non eſt profeſſus obſeruantiam regularem, dubitatis, & merito, nobis procedere inconſultis.

Deut. 22.

Quia igitur non debemus attendere ſolummodo quid factum ſit, ſed potius quid ſit faciendum, conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, quod cum ſecundum legem diuinam, non ſit in boue arandum & aſino, nec quiſquam debeat veſtem induere de lano linoq; contextam, irritetis electionem prædictam, & cõpellatis pręfatum presbyterũ alioſque clericos non profeſſos, vt vel beati Auguſtini regulam in eadem Eccleſia conſtitutam profiteantur, & ſeruent, aut ipſam Eccleſiam omnino dimittant.

18. quæſt. 2. can. Abbatẽ monaſt. 2. & ca. ſequẽ. Quã ſit neceſſariũ.

IDEM I. TITVLI SANCTI Stephani in Celio monte presbytero Cardinali apoſtolicæ ſedis legato.

Nominatio uel appellatio eius, cuius non intereſt, electionem non impedit. Sed ſi uocandus contemnitur, eo proſequente contemptum, caſſatur electio etiam confirmata: & poteſt proſequi, niſi conſenſerit electioni.

Conſtit. XLV.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione Quod ſic.

QVod ſicut ex literis tuis. Et infra. Verum, cum ex prima electione, quæ facta de tribus, dicenda videtur potius nominatio, nihil iuris acquiſitum fuerit nominatis, licite procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, præſertim, in Eccleſia Armachana, cum iuxta conſtitutiones canonicas, ſi fieri poteſt, in cathedrali Eccleſia electio debeat celebrari. Nec appellatio interpoſita electionem illam potuit impedire, cum in ea nihil attentatum fuerit in præiudiciũ Regiæ dignitatis, quia non ſimplex nominatio, ſed ſolennis electio debet principi præſentari, vt poſtulationi pręſtet aſſenſum, & ſi ſecus aliquãdo per vſurpationem aliqui faciant abuſiue. Si autẽ Miridinẽ. Epiſcopus, & Abbas Mellifontis, qui intereſſe debuerant, non contempti fuerunt, ſed ad electionem vocati (ſi tamen ſine periculo potuerint conuocari) ſiue nequiuerint, ſiue noluerint ad electionem celebrandam accedere, ipſorum abſentia nõ potuit electionem impedire. Et infra.

24. diſt. ca. In nomine domini.

Quod ſi eos vocatos non fuiſſe conſtiterit, ſed contemptos, infirmanda erit electio penitus taliter celebrata, niſi poſtea propter bonum pacis curauerint cõſentire.

4. quæſt. 5. can. Quiſquis. 72. diſ. ca. propoſuiſti.

Epiſcopus dum celebratur miſſa conſecrationis ſuæ, vel Archiepiſcopus ante receptum pallium ordines cõferre non debet.

Super eo autem, quod in die conſecrationis ſuę antequam miſſarum ſolennia finirẽtur, acoluthum ordinauit, pro tali exceſſu eum corripias, & caſtiges: cũ ſolus Rom. Pon. (qui ante hymnum angelicum conſecratur, & poſtmodum ipſe miſſarum ſolennia incipit, & perficit cõſecratus) in die conſecrationis ſuæ valeat ordines celebrare. Cæteri vero, qui inter Epiſtolam, & Euangelium conſecrantur, quia conſecrati concelebrant principaliter celebrãti, ne diuidatur myſterium vnitatis, non debent tunc ordines celebrare. Præterea cum non liceat Archiepiſcopo ſine pallio cõuocare concilium, conficere chriſma, dedicare baſilicas, ordinare clericos, & Epiſcopos cõſecrare, multum profecto præſumit, qui antequam impetret pallium, clericos ordinare feſtinat: cum id non tãquam ſimplex Epiſcopus, ſed tanquam Archiepiſcopus facere videatur.

23. diſ. ca. Quorundam.

25. quæſt. 4. ca. Si cõcleſia.

Quod autem tabulam argenteam dicitur vendidiſſe (dummodo Eccleſiam Armachanam reddat indemnem) æquanimiter poteris præterire, cum id de Cleri & populi proceſſit voluntate.

IDEM EPISCOPO TOletano & Sagonenſi, & Abbati de Ardeſi.

Electio per minorem partem capituli facta non tenet, nec per ſubſequentem conſenſum ratificari poteſt.

Conſtit. XLVI.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione cap. auditis.

AVDITIS & intellectis meritis cauſæ de duabus electionibus

celebr:

celebratis in eccleſia Baiocenſi, vnam de Gu. Archidiacono, & alteram de R. ſubdiacono, inuenimus vtramq; contra formam canonicam attentatam. Cum enim inquiſitis voluntatibus ſingulorũ Decanus cum paucioribus in ipſum R. & cantor cum pluribus in dictum Gu. Archidiaconum conueniſſent, ſolo cantore poſtmodum quendam alium, videlicet Magiſtrũ R. de Algedrijs nominante, ad noſtram fuit audientiam appellatũ, ne Decanus, qui primam in electione vocem habebat, ad electionẽ procederet, ſine conſenſu totius capituli, vel maioris, & ſanioris partis ipſius. Ipſe vero Decanus non habito conſenſu maioris partis capituli, ſed longe minoris, ſubito in electionem prorupit: appellans, ne quis contra ipſam aliquid attentaret, quãuis aſſeueret, quod electioni factę plures alij conſenſerunt: cum tamen ex poſtfacto nequiuerit conualeſcere, ꝙ ab initio nõ valebat, quoniam electio, quæ fuerat irrita ipſo iure, per ſubſequentem conſenſum (maxime appellatione pendente) nõ poterat eſſe rata. Eis ergo ad proprię recedentibus, cantor & alij, qui remanſerant in capitulo, poſt illam electionẽ nõdum caſſatam, & appellationẽ ad nos interpoſitam, à nominatione dicti Archidiaconi recedentes de nouo pręfatũ ſubdiaconum eligere pręſumpſerunt.

Nos igitur electionem vtramq; duximus irritandam.

IDEM GRANDISSILVAE ET Belleparticę Abbatibus.

Poteſtas data compromiſſarijs ad eligẽdum prelatum, re non integra reuocari non poteſt: & deſijt eſſe res integra, poſtquam compromiſſarij cœperunt habere tractatum.

Conſtit. XLVII.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione cap. In cauſis

IN cauſis, & infra. Cum capitulum Tholoſanæ eccleſiæ ad tractandum de electione Epiſcopi cõueniſſent, duos elegerunt, vt quinq; de eodẽ capitulo eligerent electores, qui præſtito iuramento de ſubſtituendi Pontificis electione tractarent: Et à ſingulis de capitulo ſtatutum eſt, & cõceſſum, vt ille, quem illi concorditer, vel tres ex illis eligerent, ab eis (ſi perſona eſſet idonea) pro Epiſcopo ſine cõtradictione aliqua haberetur. Et infra.

Poſtmodum vero, cum à prædictis duobus quinq; electores electi fuiſſent, & ad tractandum de electione receſſiſſent in partem, & non poſſent omnes in vnam pariter cõcordare perſonam, tres ex eis conuenerunt in Epiſcopum Conuennarum, & deinde electionem quàm de poſtulando Epiſcopo fecerant, capitulo publicarunt, ac reliqui duo ſubſequenter tertia die cum paucis de capitulo, reliquis abſentibus elegerunt Archidiaconum Argenenſem. Et infra.

Nuncij vero prædicti Archidiaconi econtrario reſponderunt, quod cũ pręlicti quinq; electores ſeorſum de electione tractantes inter ſe diſſiderent, ita ꝙ cõtentioſę voces eorum à fratribus, qui remanſerant in capitulo, auditę fuiſſent, capitulum ipſos, propter huiuſmodi cõtentiones, ſuſpectos habentes, ad eos duos de canonicis deſtinarunt, per quos inhibuerunt eis ex parte noſtra, ne vlterius in facto procederent, & ita poteſtatem eligendi, quàm eis commiſerant, reuocarunt: Mandantes eis, ut redirent ad capitulum & pariter cum alijs fratribus de electione tractarent. Et huiuſmodi reuocationi duo ex ipſis electoribus adhibentes conſenſum, reliquis tribus non contradicentibus, ad ipſum capitulum ſunt reuerſi, ſed alij tres vſq; ad fores capituli ſubſecuti, ab eis poſtmodum diſceſſerunt. Capitulum vero cũ tota die illa ipſorum præſentiam expectaſſet, ſubſequenti die campanam pulſari fecerãt, ſicut moris eſt ad capitulum congregandum, & prædictis tribus cum paucis cõplicibus ſuis ſeſe contumaciter abſentãtibus, prior cum maiori, & ſaniori parte capituli elegit in Epiſcopum Archidiaconum ſupradictum. Et infra.

Extra 1. tit. de [illegible] cuſtodis cap. 1. & 1. diſti. ca. Ius militare.

Quia vero poſtulatio de Epiſcopo Conuennarũ quæ præceſſerat facta erat per eos, in quos totum capitulum eligendi tranſtulerat poteſtatem, propter quod vnanimiter de conſenſu totius capituli intelligitur eſſe facta, quàm (cum res non eſſet integra, quia in tractatu iã præceſſerant electores) capitulum minime

me potuit reuocare, electiõem ipſius Archidiaconi decernimus irritãdam. Quocirca mandamus, quatenus ſi perſonam ipſius Epiſcopi vtilem & neceſſariam inueneritis ad regimen Eccleſiæ Tholoſanæ, & idoneam tam ſcientia literarum, quàm ſuæ conuerſationis exemplo, ad hæreticorum perfidiam de Tholoſana diœceſi extirpandam, quæ ibi per negligentiam præſulum miſerabiliter, & damnabiliter hactenus pullulauit, tranſeundi ad Eccleſiam Tholoſanam propter vrgentem neceſſitatem, & eorundem vtilitatem ei licentiam tribuatis.

IDEM ARCHIEPIſcopo Florentino.

De conſuetudine poteſt canonicorum electio ad ſolum capitulum pertinere, irrequiſito Epiſcopo.

Conſtitutio XLVIII.

Extra lib. I. tit. 6. de Electione cap. Cum eccleſia

CVm Eccleſia Vulterana debito canonicorum obſequio longo fuiſſet tepore deſtituta, Vulteranus Epiſcopus volẽs miniſtrorũ defectũ in eadẽ Eccleſia reſtaurare, canonicos quoſdã elegit, & inſtituit in eadem: quos canonici recipere noluerunt, aſſerentes, quod talis electio fuerat in eorum præiudicium attentata. Et infra.

Mandamus igitur, quatenus ſuper primo articulo petitionis Epiſcopi, in quo poſtulauit à te, vt canonicos ab iniuria, quàm ei ſuper electione canonicorũ Vulteranæ Eccleſiæ inferunt prohiberes, ab impetitione ipſius dictos canonicos abſoluere non poſtponas, quia non videtur iniuriã facere, qui vtitur iure ſuo: cum per teſtes longe melius ſit probatũ, quod Canonici ſupradicti hoc iure vſi fuerint ante quam Epiſcopus memoratus. In ſecũdo quoq; articulo, quo idem petebat Epiſcopus, vt dicti canonici Epiſcopum ipſum iure electionis vti libere paterẽtur, abſoluere ſtudeas canonicos ſæpedictos, maxime ſi ſit notorium, quod in Thuſcia generalis conſuetudo ſeruetur, vt in cathedralibus Eccleſijs ſolum Capitulum irrequiſito Epiſcopo eligendi canonicos habeat facultatem.

[illegible] q.

IDEM ABBATI S. VICTOris, & Decano Parrhiſienſi, & magiſtro R. Decortanenſi, canonico Morinenſi.

Compromittentes tenẽtur recipere electum à compromiſſarijs, ſi ſit dignus, niſi contra formam compromiſſi cum appareat electum.

Conſtitutio XLIX.

CVm dilectus filius Archidiaconus Morinenſ. nobis intimaſſet. Et infra. Eccleſia Morinenſis Epiſcopi ſolatio deſtituta, canonici eiuſdem de Paſtoris ſubſtitutione tractantes, in tres canonicos Morinen: poteſtatem eligendi Epiſcopum vnanimiter contulerũt: promittentes vt illum reciperent in paſtorem, quem de gremio ipſius Eccleſiæ ducerẽt eligendum. Qui examinatis voluntatibus ſingulorũ, Archiaconum eiuſdem Eccleſiæ elegerunt in Epiſcopum. Metropolitanus quoq; tam electionem, & electi perſonam examinans, quàm etiã ſuper ipſius ætate (de cuius defectu fuerat ab aliquibus dubitatum) inquirens ſolicite veritatem, per ſententiam declarando electum ipſum minime ſuſtinere defectum in ętate, electionem factam de ipſo ſolenniter confirmauit. Et infra. Extra lib. I. tit. 6. de electione ca. cum dilectus filius.

Verum B. qui contra electum venerat memoratum, propoſuit ex aduerſo, quod cum ſupradictis tribus ſub hac forma fuerat eligendi conceſſa poteſtas, vt capitulum eum recipere teneretur, quem illi tres ab omnibus, vel maiori & ſaniori parte de gremio ipſius Eccleſiæ nominatum eligerent in paſtorem: electores ipſi terminos poteſtatis ſibi traditæ non ſeruantes, prædictum Archidiaconum eligere præſumpſerunt, quẽ pauci de capitulo nominarãt. Vnde canonici Morinenſ. poſtmodũ admirantes qualiter Archidiaconus electus fuerat memoratus, cũ plures eſſent in Eccleſia eadem digniores, cœperunt fere oẽs publice pfiteri, q nullatenus Archidiaconum nominarant, & reputãtes ſe in hac parte deluſos, quod ſuper hoc factum fuerat noſtro curauerũt apoſtolatui referare. 8. queſt. 1. c. illud. 63. diſt. ca. metropolitane.

Nos vero attendentes, quia res pernicioſa eſſet exemplo, ſi per ſurreptionis aſtutiam quis aſcenderet ad apicem dignitatis: ita duximus prouidendum, vt

vt præſtito à contradictoribus iuramen to, quod ipſi malitioſe contra præfatum electum non moueant quæſtionem hu iuſmodi, prædicti tres electores aſtringantur dicere vinculo iuramenti veritatem, quot ex canonicis examinationis tempore in præfatum Archidiaconum conuenerunt. Et ſi tres ſimul, aut duo ſal tem ex ipſis iurati, dixerint maiorem canonicorũ partem in ipſum Archidiaconum conueniſſe, vos contradictoribus ſilentium imponatis, cum contra hoc eorum eſſet probatio inſufficiens, eo quod ſinguli in ſuis teſtimonijs eſſent ſingulares. Si vero per eorum depoſitiones cõ ſtiterit ſæpedictum Archidiaconum extitiſſe à paucioribus nominatum, tunc ſi fuerit ſufficienter oſtenſum, quod illũ de gremio Eccleſiæ ſecundum formam ſibi traditam debebant eligere, in quem omnes, vel maior, & ſanior pars capituli conueniret, vos electionem ipſius Archidiaconi omnino caſſetis. Alioquin quod de ipſo factum eſt ratum habẽtes, contradictores ab eius impetitione per cenſuram eccleſiaſticam cõpeſcatis: præfatum B. præbenda Morineñ. Eccleſiæ ſpoliantes, qui ſe ad hanc pœnam (ſi for ſan in probatione deficeret) obligauit. Non obſtãte, quod ſuper ætatis defectu obiectum eſt contra illum, cum idem canonicus huic obiectioni non multum inſtiterit, & ſuper hoc à Metropolitano fuerit iudicatum, cuius ſententia in rem tranſijt iudicatam: Cum infra decendium non fuerit prouocatione legitima ſuſpenſa.

IDEM EPISCOPO Baiocenſi.

Si ex ſeptem compromiſſarijs tres eligunt quartum, & ille conſentit, ſi eſt idoneus, confirmabitur electio.

Conſtit. L.

Extra lib. 1. tit. 6. de electione. ca. cum in iure.

CVm in iure peritus exiſtas. Et infra.

Primus tuæ conſultationis articulus continebat, quod cuiuſdam Decano Eccleſiæ defuncto, eiuſdem loco capitulũ ſub hac forma in VII. ex ipſis canonicis compromiſit, vt illum quem ex ſe, vel ali is de gremio ipſius Eccleſiæ omnes pariter, vel maior eorum pars nominarent, eundẽ capitulum reciperet in Decanum. Vnde cum vnus ex illis VII. à tribus ipſorum, & alius, qui non erat de numero eorũ à tribus alijs in Decanum fuerint nominati, requiſiſti vter eorum aſſumi debeat in Decanum. — 1. quæſt. 1. ca. In ſcri pturis

Super quo taliter reſpõdemus, quod is, qui de numero VII. à tribus eorum di noſcitur nominatus, iuxta compromiſſi tenorem debet in Decanum aſſumi: dummodo electioni de ſe factæ conſentiat, & aliquod canonicum non obſiſtat. — ff. tit. Quod cuiuſque vniuerſi. L. Plane

IDEM DVCI CAringiæ.

Electio Imperatoris ſpectat ad principes Germanos, tres prelatos, quatuor Laicos: & electio facta per eorum maiorem partem, cæteris non contemptis, tenet: & ad Papam pertinet electũ examinare, approbare & inũgere, & cõſecrare, & coronare, ſi eſt dignus: uel reijcere ſi eſt indignus, ut quia ſacrilegus [illegible], tyrãnus, fatuus & hereticus, paganus periurus, uel Eccleſiæ perſequutor. Et electoribus nolentibus eligere, Papa ſupplet. Et data paritate uocum eligentium, nec accedente maiori concordia, Papa poteſt gratificari cui uult.

Conſtit. LI.

VEnerabilem & infra. Inter cætera quidam Principes hac obiectione præcipue ſunt vſi, dicentes, quod Apoſtolicæ ſedis Legatus, aut electoris geſſit aut cognitoris perſonã. Si electoris, in meſſem alienam miſerat falcem ſuam, & electioni ſe ingerens, Principum derogauerat dignitati. Si cognitoris, ab ſente altera partium videtur perperam proceſſiſſe, cum citata non fuerit: & ideo non debuit contumax iudicari. Ex infra.

Extra l. tit. 6. Electione cap. Venerabilem

6. quæſt. 3. ca. Scriptum eſt in lege

3. quæſt. 9. per omnes canones fere

Verum illis principibus ius & poteſtatem eligendi Regem in Imperatorem poſtmodũ promouendũ recognoſcimus, vt debemus, ad quos de iure ac antiqua cõſuetudine noſcitur pertinere: præſertim cum ad eos ius, & poteſtas huiuſmodi, ab Apoſtolica ſede peruenerit, quæ Romanum Imperium in perſonam magnific

63.diſt.ca. Adrianus. ſici Caroli à Græcis tranſtulit in Germa
nos. Sed & principes recognoſcere de-
bent, & vtique recognoſcunt, ſicut ijdē
noſtra recognouere præſentia, qđ ius
& autoritas examinandi perſonam ele-
ctam in Regem, & promouendā ad Im-
perium ad nos ſpectat, qui eum inungi
mus, conſecramus, & coronamus. Eſt e-
nim regulariter, & generaliter obſerua-
tum, vt ad eum examinatio perſonæ p-
tineat, ad quē impoſitio manus ſpectat.
23.diſt. ca.Quid eſt Nunquid enim ſi Principes non ſolum
in diſcordia, ſed etiam in concordia ſa-
crilegum quencumqꝫ, aut excommuni-
15. quæſt. 6. ca. Minor. catum, in Regem Tyrannum, vel fatuū,
hæreticum eligerent aut paganum, nos
inungere, conſecrare, ac coronare homi
nem huiuſmodi deberemus? Abſit om-
nino.

Obiectioni ergo principum reſpon-
dentes, aſſerimus quod Legatus no-
ſter approbando Regem, & repro-
bando ducem, nec electoris geſſit per-
ſonam, vtpote qui nec fecit aliquem eli-
gi, nec elegit, nec cognitoris, cum neu-
trius electionem quo ad factum eligen-
tium confirmandam duxerit, aut etiam
infirmandam. Exercuit autem denūcia-
toris officium, quia perſonam ducis eiuſ
dem indignam, & perſonam Regis de-
nunciauit idoneam, quo ad imperium
obtinendum, non tam propter ſtudia e-
ligentiū, quā propter merita electorum:
quamuis plures ex illis, qui eligendi Re-
gem in imperatorem promouēdum de
iure, ac de conſuetudine obtinent po-
teſtatem, conſenſiſſe perhibeantur in i-
pſum Regē. Et ex eo quod fautores du-
cis abſentibus alijs & contēptis, ipſum
eligere præſumpſerunt, pateat eos perpe
ram proceſſiſſe, cum electioni plus con-
temptus vnius, quam contradictio mul
torum obſiſtat. Et infra.

Nos vtique non ducem, ſed reliquū
reputamus, & nominamus Regem iuſti
tia exigente. & infra. Quod autem cum
in electione vota Principum diuidūtur,
11.quæſt.3 ca. Quatuor. poſt admonitionem & expectationem
alteri partium fauere poſſimus, maxime
poſtquam à nobis vnctio, cōſecratio, &
coronatio poſtulātur, iure patet pariter
& exemplo. Nunquid enim ſi principes
admoniti, & expectati, vel non potue-
runt, vel noluerunt in vnum propoſitū
conuenire, ſedes Apoſtolica aduocato,
& defenſore carebit, eorumqꝫ culpa ipſi
redundabit in pœnam? Sciunt autem
Principes, quod cum Lotharius, & Cor
radus in diſcordia fuiſſent electi, Roma-
nus Pontifex Lotharium coronauit, &
Imperium obtinuit coronatus, eodem
Corrado tunc demum ad eius gratiam
redeunte.

Eos igitur duximus commonēdos,
vt à præfato duce iuſto quidem à nobis
iudicio reprobato recedant, & præfato
Regi nō abnuant adhærere, niſi demum
tunc contra perſonam vel factum legiti
mum, quid ab eis obiectum fuerit, & o-
ſtenſum. Et infra.

Sunt enim notoria impedimenta du
cis, ſcilicet, excōmunicatio publica, per
iurium manifeſtum, & perſequutio di-
uulgata, quàm progenitores eius, & ipſe
præſumpſerunt in apoſtolicam ſedem, & 6.quæſt. 1.ca. Sunt plurimi. ¶ Verū hæc.
alias Eccleſias exercere. Fuit quoqꝫ à præ
deceſſore noſtro excōmunicationis vin
culo innodatus, quod poſtmodum reco
gnouit, dum per nuncium ſuum abſolu 5.diſt. ca. Ad eius vero cōc.
tionis beneficium poſtulauit. Vnde pa-
tet, quod ipſe fuit excommunicatus ele-
ctus. Et infra.

Idem etiam cōtra proprium iuramen Extra lib. 2.tit.8. de appellat. ca. Cōſtitutis.
tum, ſuper quo nec conſiliū à ſede Apo-
ſtolica reqſiuit, ambitionis vitio regnū
ſibi vſurpare præſumpſit, cum ſuper illo
iuramento prius Romana Eccleſia con-
ſuli debuiſſet. Nec valet ad plenam excu-
ſationem ipſius, ſi iuramentum illud di- C. de pactis L. Pactum.
catum illicitum, cum nihilominus ſuper
eo nos prius conſulere debuiſſet, quàm
contra ipſum propria temeritate venire:
præſertim illo exemplo, quod quum
Gabaonitæ à filijs Iſrael per fraudem ſur Ioſu.9. 22.quæſt. 4.ca. Innocens.
ripuerint iuramenta, & ipſi tamen co-
gnita fraude contra illud venire temere
noluerunt. Vtrum vero dictum iura-
mentum ſit licitum, vel illicitum, & ideo
ſeruandum, an non ſeruandum extite-
rit, nemo ſane mentis ignorat ad no-
ſtrum iudicium pertinere. Et infra.

Inſuper ſi prædictus Dux Imperium
obtineret, libertas Principum in ele-
ctione periret, & Imperium obtinendi

de cætero cæteris fiduciam tolleretur. Nam ſi prout olim frater dicti ducis patri eorum, ſic dux ipſe fratri ſuo ſuccederet, videretur Imperium non ex electione, ſed ex ſucceſſione deberi. Et in præiudicium Principum redūdaret, ſi non niſi de domo ducis prædicti videretur aliquis ad Imperium aſſumēdus. Et infra.

25. quæſt. 2. ca. lia nos. 8. quæſt. 1. ca. moyſes

Nobilitatem ergo tuam monentes per Apoſtolica ſcripta, Mandamus quatenus à præfato duce recedas omnino, non obſtāte iuramento, ſi quod ei ratione regni feciſti: cum (eo quātum ad obtinendum Imperium reprobato) iuramentum huiuſmodi non debeat obſeruari.

15. quæſt. 6. ca. Alius item

IDEM CAPITVLO N.

Abſentes ad electionem de prouincia conuocandos: electio maioris & ſanioris partis ut ſit confirmanda.

Conſtit. LII.

Extra lib. 1. tit. 6. de electione cap. Corā dilecto filio

CORam dilecto filio Tituli S. Prudentianæ presbytero Cardinale. Et infra.

Si vero vtriuſq; partis fuerit caſſata electio, vos (fratribus omnibus, qui fuerint in prouincia conuocatis) quæ maiori, & ſaniori parti eorū ſuper prædictis videritis complacere, per cēſuram eccleſiaſticam faciatis firmiter obſeruari.

IDEM PARMENENSI Epiſcopo & eius conuidicibus.

Caſſatur electio partis maioris facta, contempta minori parte, etiam ſi eſt unus ſolus, non tamen ius eligendi deuoluitur.

Conſtit. LIII.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione cap. Bonæ memoriæ

BOnæ memoriæ S. Cremonenſe Epiſcopo in extremis agente, cum de conualeſcentia deſperaretur ipſius, Cremonenſe Capitulum H. Canonicū ſuum Regij diſciplinis ſcholaſticis inſiſtentem, ad certum terminum in vigilia Pentecoſtes ꝑ futuri electione Pontificis citari fecerunt. Et infra.

Conſtituto autem dicto H. pro ſua electione, & dilecto filio noſtro I. pro electione Archipresbyteri coram nobis, electionem ab ipſo H. poſt electionē Archipresbyteri non caſſatam, licet de viro multæ literaturæ, honeſtæ vitæ, & claræ famæ, non tamen ſine multa temeritate præſumptam, cum de priori noſtrum deberet expectare iudiciū, antequam procederet ad ſecundā, duximus irritādam, in pœnam interdicentes eidem contradictionis vocem, in primo cōſenſu capitulo permanente.

Electionem autem Archipresbyteri (quamuis laudabile teſtimonium perhibeatur de ipſo) iuſtitia exigente caſſauimus, tum quia corpori dicti Epiſcopi nondum tradito ſepulturæ habuerūt de ipſa electione tractatum contra canonicas ſanctiones, tum quia inuentus eſt H. fuiſſe contemptus, licet vnus ſolus extiterit. Cum plus in talibus conſueuerit contemptus vnius obeſſe, quam multorum contradictio in præſenti. Nec prædicta debet dici citatio valuiſſe, quia cū Epiſcopi mortem præuenerunt, temeraria nimis extitit, ideo non potuit arcere citatum.

79. diſt. ca. Nulli' pōtifice

IDEM.

Non monachum non poſſe in regularē prælatum eligi.

Conſtitutio LIIII.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione cap. Cum ad noſtrā

CVm ad noſtram notitiam peruenisſet, quod H. qui ſe pro Abbate Lexouieñ. gerebat, non fuit ante monachus, quam electus:

Extra lib. 1. tit. 6. de electione. & electi poteſta. ca. Cū in magiſtrū 8. quæſt. 1. ca. Sic in eccleſia Infra, eo de, cōſtitu. proxima

Nos attendentes quod contra regulares traditiones illud fuerat attentatum, cum nullam ſpem, vel promiſſionem habēs vt Abbas fiat debeat monachari, electionem de ipſo factam curauimus reitare.

IDEM MAGISTRO Ca. presbytero Cardinali, ſedis apoſtolicæ Legato.

In abbatem eligi non poteſt, niſi inſtructus in regula monachali.

Extra lib. 1. tit. 6. de Electione cap. officij tui.

OFficij tui. Et infra. Sane nobis tuis literis intimaſtis, ꝗd cum mo naſterium quoddam poſitum in medio na-

nationis peruerſæ, Paſtore careret: monachi de electione abbatis tractantes, cū non poſſent ſui ordinis idoneam inuenire perſonam, in quendam virum nobilem oculos direxerūt, per quem poterāt melius defenſari, & patrem adierunt ipſius humiliter poſtulātes, quod filium ſuum induceret, vt habitum ſuſciperet monachalem, nullam patri de ipſius promotione fiduciam tribuentes : & pater ad hoc induxit filium prouidum & diſcretum , qui effectus monachus fuit in abbatem electus, cuius electio extitit per rectorem Meſañ. Apoſtolicæ ſedis Legatum, qui omnibus prædictis interfuit, cōfirmata. Cum autem idem ſit paratus purgare ſe, quod nulla fuit ad hoc ambitione inductus, poſtulas edoceri, vtrū dictus Legatus electionem confirmare, vel diſpenſare potuit, vel quod factum eſt ſtare poſſit, & vtrum electione caſſata iterum valeat eligi in abbatem.

31.queſt.1 ca.Si quis

Nos autem conſultationi tuę reſpondemus, quod cum ex his quę in cōtinenti ſubſecuta ſunt oſtendatur, quod t lis taliter non poſſit eligi in Abbatem, Maxime pro eo, quod antequam eſſet diſcipulus voluit eſſe magiſter, electionem illam irritam eſſe decreuimus & inanem. Verum poſtquam fuerit in regula competenter inſtructus (ſi vrgens neceſſitas & euidens vtilitas ipſius monaſterij poſtulauerit) purgatione recepta poterit in Abbatem aſſumi, ne monaſteriū opprimatur incurſibus malignorum.

IDEM.

Electio alias canonica confirmatur, licet quidam eligentium eſſent minori excommunicatione legati.

Conſtitutio LVI.

Extra lib. 1.tit.6. de Electione cap. Illa q̄tidiana. Infra lib. 2. Conſti. A nobis

Illa quotidiana inſtantia. Et infra. Quia pro certo didicimus electionem canonicam extitiſſe, ipſam autoritate Apoſtolica duximus cōfirmandā, ſupplentes de plenitudine poteſtatis, ſi quis in ea ex eo fuiſſet defectus, quod quidā interfuerunt electioni eiuſdem qui ex ſola participatione in ſimplicis excommunicationis laqueum inciderunt.

IDEM MAGISTRO Maximo, apoſtolicæ ſedis notario.

Si poſtulatio cum electione conuenit, & numerus poſtulantium eſt duplo maior & poſtulatus eſt idoneus, poſtulatio admittitur, reiecta electione. Si uero indignus, & hoc maior pars poſtulantium ignorauerit, poſtulatio & electio reprobantur. Si uero ſciebant, & electus eſt idoneus, confirmatur electio, & idem, ſi numerus poſtulantium non eſt duplo maior.

Conſtitutio LVII.

Scriptum eſt in Apocalypſi Ioannis, quod in medio & in circuitu ſedis erant quatuor animalia. & infra. Sane ad hanc Eccleſiam, ſcilicet Conſtantinopolitanam, duo animalia ſunt vocata, vtinam plena oculis, & alas habentia ſenas, videlicet Eradieñ. Archiepiſcopus, & Plebanus S. Pauli de venetijs, ſicut per ꝓcuratores tam poſtulātium Archiepiſcopum quam eligentium plebanum fuit ꝓpoſitum coram nobis. Et infra. Extra lib. 1.tit.6. de Electione cap. ſcriptum eſt. Apoc.4

Verum quia de his quæ per aſſertionem partium in iudicium deducta fuerant, nobis non potuit fieri plena fides, quamuis ſuper his, quæ de numero dicta ſunt poſtulantium, per quoddam inſtrumentum pubicum, necnon confeſſionem procuratoris aduerſæ partis in iudicio factam, ſed poſtea reuocatā, pars altera aſſereret ſuam intentionē eſſe fundatam, cauſam diſcretioni tuæ duximus committendam.

Per Apoſtolica ſcripta mādantes, q̄tenus ſuper his & alijs inqras diligētiſſime veritatē, de meritis electi & poſtulati apud Venetias, vbi nati fuerunt, & diutius conuerſati. De ſtudijs autem eligentium & poſtulantium, & omnibus generaliter quæ cauſam poſſunt inſtruere, apud Conſtantinopolim, vbi huiuſmodi poſtulatio, & electio celebratæ fuerūt. Et ſi partes cōſenſerint ꝓcedas hoc modo: vt ſi conſtiterit de mutuo conueniſſe cōſenſu, q̄d ad electionem Patriarchę VII. admitterent Prępoſiti, ſiue ꝑ ſeipſos ſiue ꝑ alios, & duo alij ex parte vniuerſitatis ꝓ cæteris conuentualium eccleſiarum p̄latis, totq; tunc temporis conuentualet eccleſias habuiſſe p̄latos, q̄d cū VII. p̄poſitis, & IX. Canonicis, q̄s q̄dē canonicos cōſtat in poſtulatione p̄fati Archiepiſcopi cōueniſſe, duplo maiorē facerēt 63.diſt.ca. Illud.

Xx ij nume-

numerum, quam, xvi. electores plebani, tu vice noſtra poſtulationem admittas: niſi probatum fuerit poſtulato aliquid obuiare de canonicis inſtitutis, quod promotionē ipſius debeat impedire, ac (pplebani electione caſſata) ipſum Archiepiſcopum abſoluas à vinculo, quo Eradienſi eccleſiæ tenetur, concedendo ipſum Cōſtantinopolitanæ eccleſiæ in Paſtorem.

Quod ſi ad faciendum duplo maiorē numerum ſimul omnes prædicti minime ſufficerent, ſiue dignus ſiue indignus fuerit poſtulatus: tu (poſtulatione repulſa) electionem Plebani autoritate noſtra confirmes, dummodo nihil obſiſtat eidem quod ipſum tanto Præſulatu reddat indignum.

Si vero numerus poſtulantium inuētus fuerit duplo maior, quemadmodum prædictum eſt, & perſona poſtulata reperta fuerit indigna: Tu tam poſtulationem, quam electionem non differas reprobare. Niſi forſan omnes aut maior pars poſtulantium præſumptione damnabili poſtulauerint ſcienter indignum, vt hac vice merito debeat eligēdi ſeu poſtulandi poteſtate priuari. Et hoc quoq; caſu electionem confirmes, ſi eam de perſona idonea conſtiterat celebratam.

DE TRANSLATIONE Epiſcoporum.

INNOCENTIVS PAPA III. Patriarchæ Antiocheno.

Patriarcha qui confirmatum in archiepiſcopum transfert ad ſedem Epiſcopalem, ab epiſcoporum confirmatione ſuſpenditur.

Conſtit. LVIII.

Extra lib. 1. tit. 7. de Trāſlatione epiſcopi. cap. Cum ex illo. 21. diſt. ca. præceptis 21. diſt. ca. Innouo. Et ca. Quāuis.

CVm ex illo generali priuilegio, quod beato Petro & per eum eccleſię Rom. Dominus noſter indulſit, canonica poſtmodum manauerint inſtituta, continentia maiores eccleſiæ cauſas ad Apoſtolicam ſedem pferendas, ac p hoc tranſlationes Epiſcoporum ac ſe diū mutationes ad ſummū Apoſtolicæ ſedis antiſtitem de iure ptineāt, nec ſup his quicquam pter eius aſſenſum debeat immutari: miramur quod L. Apanienſem electum in Tripolitanam eccleſiam tranſtuliſti, & nouo quodam mutatiōis genere paruificaſti maiorem, & magnū quodāmodo minoraſti epiſcopare Archiepiſcopū, imo potius dearchiepiſcopare præſumens.

1. quæſt. 1. ca. Quāuis 7. quæſt. 1. ca. Tpore's quale.

Licenter enim dictus L. nondum fuiſſet in Archiepiſcopum conſecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiſcopalia (quantum ei licuit) miniſtrarat, ſicut nobis ipſius relatione innotuit, qui ſe Valineñ. Epiſcopum aſſeruit confirmaſſe.

Ne igitur perpetrandi ſimilia cæteris audacia tribuatur, te ab epiſcoporum cōfirmatione duximus ſuſpendendum.

8. quæſt. 7. ca. Quapropter

IDEM DECANO ET Capitulo Andegauenſi.

Electos in Epiſcopos & confirmatos transferre poteſt ſolus Papa.

Conſtit. LIX.

INter corporalia & ſpiritualia eam cognouimus differentiam, quod corporalia facilius deſtruuntur, quam conſtruantur. Spiritualia vero facilius conſtruuntur, quam deſtruantur. Vnde iuxta canonicas ſanctiones Epiſcopus ſolus honorem dare poteſt, ſolus auferre non poteſt. Epiſcopi quoq; à Metropolitanis ſuis munus conſecrationis accipiunt, q tamen non poſſunt niſi per Romanum Pontificem condemnari. Cum ergo fortius ſit ſpirituale vinculum, quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotēs Deus ſpirituale coniugium, quod eſt inter Epiſcopum & eccleſiam, ſuo tantum iudicio reſeruauerit diſſoluendum: qui diſſolutionem etiam carnalis coniugij (quod eſt inter virum & fœminam) ſuo tantum iudicio reſeruauit, præcipiens, vt quos Deus coniunxit homo non ſeparet. Non enim humana, ſed potius diuina poteſtate coniugium ſpirituale diſſoluitur, cum per tranſlationem, diſpoſitionem, aut ceſſionem autoritate Romani Pōtificis (quem cōſtat eſſe vicariū Ieſu Chriſti) Epiſcopus ab eccleſia remouet. Et ideo tria hæc q̄ pmiſimus, nō tam

Extra lib. 1. tit. 7. de Trāſlatione epiſcopi. cap. Inter corporalia. 35. quæſt. 7. ca. Vnū. Infra eodē, cōſtitu. proxima.

2. quæſt. 6 ca. Quis.

Mat. 19. 35. quæſt. 2. ca. An quod in

tam constitutione canonica, quã institutione diuina soli sunt Ro.Pon.reseruata.

Sicut aũt Episcopus cõsecratus, sine licẽtia Ro.Põt.nõ debet suã derelinquere ecclesiam, sic & electus confirmatus, cum non debeat in dubium reuocari, qn post electionem, & confirmationem canonicam inter personas eligentium & electi coniugium sit spirituale contractum. Cui profecto Episcopalis dignitas nihil addit, cum quis Episcopali præditus dignitate, nullius tamen Ecclesiæ possit esse Episcopus, quemadmodum de illo contingit, qui oneri Pontificali renunciat, non honori. Vnde quum non sit maius Vinculum Episcopi ad ecclesiam, quam electi, maxime cum fuerit confirmatus, imo idem penitus & non aliud, idem iuris obtinet in vtroque. Sicut ergo Episcoporum trãslatio, depositio, & cessio, sic & electorum post cõfirmationem (spiritualis coniugij ratione) soli est Roma. Pontifici reseruata. Licet vsque ad tempora ista quod cautum fuerat de Episcopis, expressum non fuerat de electis, propter expressam tamen similitudinem vel idẽtitatem potius nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti, cum de similibus idem iudicium sit habendum.

12. quæst. 1 ca. sic eni

Sed neque istud quod in canone legitur de electo, vt si vltra sex menses per suam negligentiam retinuerit ecclesiam viduatam, nec ibi, nec alibi donum consecrationis accipiat, imo Metropolitani sui cedat iudicio: aliter intelligentibus poterat suffragari, cum non intelligatur ecclesia viduata, quasi sponsum non habeat, sed quia sponsus eius nondum sit consecratus, adhuc quo ad quædam quasi viri maneat solatio destituta. Sicut iuxta communem modum loquendi, illa dicitur ecclesia viduata, quæ licet Episcopum inutilem, tamen perhibetur habere. Nec quod de cessione subsequitur, & statutum fuit ad pœnam, trahi debet ad gratiam: vt sicut Metropolitani iudicio electus deijcitur, ita etiam ad aliam ecclesiam possit transferri, præsertim cum nec sine auto. Ro.Pontifi. fiat cessio, vel deiectio memorata: q vt hęc possent ex illo canone Metropolitano indulsit. Vnde si circa translationem idem fieri voluisset. q̊d de cessione dixerat, de translatione poterat expressisse. Et quod non est sanctorum patrum decreto sancitũ, superstitiosis non est adinuentionibus præsumendum: præsertim cum nonnũquam intelligatur prohibitũ, quod non inuenitur concessum.

ff. tit. de exceptio. rei iudi. L. Euidenter

2. quæst. 6 ca. Consuluisti

Sane quoniam Turoneñ, Archiepiscopus electum Abriceñ. per metrpolitanum suum cõfirmatum in ecclesiam vestram (præter autori. sed Ap.) transferre præsumpsit, & in Episcopum consecrare, quem Rothomageñ. Archiepiscopus citra mandatũ nostrũ absoluit, & ei licẽtiã tribuit transeũdi, p̃dictos archiepiscopos à cõsecratione & cõfirmatiõe Põtificũ, Episcopũ vero ab excutione pontificalis officij Bituriceñ. Archiepiscopus iuxta mandati nostri tenorem suspendit. Et quamuis ijdem Archiepiscopi tãquã maiores plus excesserint in præmissis, p̃fatus vero Episcopus minus, vtpote illorum tanquam maiorem errorem sequutus: Nos tamen intellecta eorum confessione spontanea, & supplicatione deuota, veniam errori dedimus. Quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccauerunt. Et qm̃ p̃fatus ep̃us, q minus peccauerat, seuerius fuerat castigatus, reatum suum recognoscens humiliter & deuote ac misericordiam postulans, & iudicium non reqrens, nos intuentes quod licet sibi munus cõsecrationis impẽsum, nec prioris ecclesiæ ipsum Pontificem fecerit, nec secundæ, cum ad primam non fuerit consecratus, & ad secundam (priori vinculo perdurante) non potuerit canonice consecrari, adhuc cõiugaliter alteri alligatus, ei tam à vinculo prioris ecclesiæ, quam à pœna suspensionis penitus absoluto de benignitate sedis Apostolicæ duximus concedendum, vt priori consensu hactenus perdurante, Andegauensem ecclesiam studeat gubrenare.

40. dist. ca. Homo Christianus

Infra eodẽ lib. Cõstitu. Cũ super

IDEM EPISCOPO
& Petro, scolastico
Moguntino.

Episcopus qui propria autoritate de sua ecclesia se transfert ad aliam, carebit utraque.

Conſtit. LX.

QVanto perſonā Hildeſenenſis Epiſcopi. Et infra. Ipſe vero relicta Hildeſenenſi eccleſia ad Herbipolenſem eccleſiam autoritate propria ſe tranſtulit: Non attendens quod veritas in euangelio proteſtatur: Quos Deus coniunxit, homo nō ſeparet. Et poteſtatem trāsferēdi Pontifices ita ſibi retinuit Dominus & magiſter, quod ſoli Petro vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis ſpeciali priuilegio tribuit & conceſſit: Sicut teſtatur antiquitas, cui decreta patrum ſanxerunt reuerentiam exhibendam, & euidenter aſſerunt ſacrorum canonum ſanctiones. Non enim homo ſed deus ſeparat, quos Ro. Pon. (qui non puri hominis, ſed veri Dei vicem gerit in terris) eccleſiarum neceſſitate, vel vtilitate penſata, non humana ſed potius diuina autoritate diſſoluit. Et infra.

Matt. 19. 33. quæſt. 2. ca. Quos deus

25. quæſt. 1. ca. Contra ſtatuta

C. de ſūma Trini. L. 1

Ne autem facti peruerſitas tranſeat ꝓ ſumptoribus in exemplum (quod quidem ſi verum eſt, non poteſt non eſſe notorium) ſibi præcipimus, vt adminiſtrationem Herbipolēſis eccleſiæ penitus derelinquat. Et infra.

23. quæſt. 4. ca. Eſt iniuſta

Cæterum quoniam Herbipolenſis eccleſiæ canonici vota ſua in ipſum prorſus illicite contulerunt, volētes (ſicut dignum eſt) vt in eo puniantur, in quo peccauerunt, eligendi eos hac vice ſuſpendimus poteſtate. Et infra.

Supra eodē, conſti. proxima

Quia vero Hildeſeñ. eccleſiam cui fuerat alligatus, vnde (ſecundum Apoſtolum) ſolutionem quærere non debebat, nimis improbe dereliquit, ne ad ipſam redeat vlterius diſtrictius prohibemus, cum ſecūdum traditiones canonicas, q ad maiorem plebem ſe trāſtulerit, cathedra repelli debeat aliena, & carere ꝓpria, vt nec illis præſideat quos per ſuperbiam ſpreuit, nec illis quos per auaritiam concupiuit.

1. Cor. 7

7. quæſt. 1. ca. Si quis Epiſcopus

IDEM EPISCOPO BAMbergenſi & Scholaſtico Mogunt.

Solus Papa transfert Epiſcopos, & indulgentia per eum ſuper tali translatione conceſſa ad literam ſeruanda eſt.

Conſtit. LXII.

Extra lib. 1. tit. 7. de Trāſlatione epiſcopi. cap. Licet in tantū

LIcet in tantum. Et infra. Sicut legitimi matrimonij vinculum, q̄d eſt inter virum & vxorem, homo diſſoluere nequit, domino dicente in euangelio, Quos deus coniunxit homo non ſeparet, ſic & ſpirituale fœdus coniugij, q̄d eſt inter Epiſcopum & eccleſiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in conſecratione intelligitur conſummatū, ſine illius autoritate ſolui non poteſt, qui ſucceſſor eſt Petri, & vicarius Ieſu Chriſti.

Matt. 19

Hoc autem C. non attendens quondā Hildeſenenſis epiſcopus, ad Herbipolenſem eccleſiam propria temeritate trāſiuit. Et infra.

Nec illa prædeceſſoris noſtri indulgētia præſumptionem excuſat ipſius, ſed ambitionem accuſat, cum in ea ſit expreſſum, quod ſi ad maiorem vocaretur forſitan dignitatem, eam ſibi liceret aſſumere, dum tamen nihil ei de ſtatutis canonicis obuiaret. Vnde licet forſitan aliquibus videatur, vt indulgentiæ occaſione ipſius ad dignitatem poſſit tranſire maiorem, ad parem tamen ipſi tranſire non licuit, cum in maiori dignitate propter maiorem vtilitatem facilius ſoleat diſpenſari. Præterea cum poſtulatio ſicut & electio examinari ſoleat diligēter, & tenor illius indulgentiæ, nō ſolum videatur poſtulationis examinationem, ſed perſonę etiam reſeruare, ſubiungens dummodo nihil de canonicis obuiet inſtitutis, antequam per eum poſtulatio examinata fuiſſet, cui fuerat faciēda, nulla ratione debuerat tranſiſſe.

DE AVTORITAte & vſu Pallij in Eccleſia orthodoxa.

INNOCENTIVS PAPA III. C. presbytero Cardinali Apoſtolicæ ſedis Legato.

Per pallium confertur plenitudo pōtificalis officij & nomē Archiepiſcopale. Conſt. LXII.

Extra 1. tit. 8. de autorit. & vſu pallij, cap. Niſi ſpecialis

NIſi ſpecialis dilectio illa. Et infra. Sane ſi poſtulatio Troianenſis Epiſcopi ad Panormitanā eccleſiā fuiſſet per nos etiam approbata, nō tamē deberet ſe Archiepiſcopū appellare, priuſq̄, à nobis palliū ſuſcepiſſet, in quo

quo Pontificalis officij plenitudo cum Archiepiſcopalis nominis appellatione confertur.

Tu ergo quod factum eſt ſic ſtudeas palliare, vt id in confuſionem tuam, & ſedis Apoſtolicæ opprobriũ nõ redundet.

Quoniam ſi oporteat vt nos, vel tu ex hoc negocio cõfundamur, eligemus potius te cõfundi, quã lædamus ſedis Apoſtolicę dignitatem.

IDEM.

Romanus Pontifex ſemper & vbiq; vtitur pallio, alij in Eccleſijs ſuis & certis diebus tantum.

Conſtitutio LXIII.

Extra lib. 1. tit. 8. de auto. & vſu pallij. cap. Ad honorem

AD honorem Dei. Et infra. Sane ſolus Romanus Pontifex in Miſſarum ſolẽnijs pallio ſemper vtitur, & vbiq; quoniam aſſumptus eſt in plenitudinem eccleſiaſticæ poteſtatis, quæ per pallium ſignificatur.

Alij autem eo, nec ſemper, nec vbiq; ſed in Eccleſia ſua, in qua iuriſdictiõem eccleſiaſticam acceperunt, certis debent vti diebus.

c. queſt. 6. c. Qui ſe.

Quoniam vocati ſunt in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.

IDEM COMPOSTELLAno Archiepiſcopo.

Archiepiſcopus extra ſuam prouinciam pallio uti non poteſt, etiam ſi hoc habeat conſuetudo.

Conſtit. LXIIII.

Extra lib. 1. tit. 8. de auto. & vſu pallij. cap. ex tuarum.

EX tuarum tenore literarum accepimus, quod cum fuerit in conceſſione pallij tibi dictum, vt ipſo infra Eccleſiam tuã vtereris, & tibi pro Eccleſiæ tuæ negocijs frequenter extra tuam prouinciam commoranti, verecundum ſit abſq; pallio miniſtrare (cum conſuetudo ſit in Hiſpania generalis, quod Archiepiſcopi extra ſuas prouincias pallio indifferenter vtãtur) vt extra tuam prouinciam vti pallio valeas indulgeri tibi à ſede Apoſtolica poſtulaſti.

Licet autem talis conſuetudo dicẽda ſit potius corruptela: nos tamen de ſpeciali gratia indulgemus tibi, vt ſi neceſſitate aliqua præpeditus ad Eccleſiã tibi ſubiectam accedere forte nequiueris pro cõſecrãdis ſuffraganeis tuis, vel clericis ordinandis, & ad Eccleſiam alienam propter hoc te cõtigerit declinare (dummodo is ad quem Eccleſia pertinet id permittat) vtẽdi pallio in iam dictis caſibus liberam habeas facultatem.

IDEM.

In qualibet Eccleſia ſuæ prouinciæ permiſſis diebus, Archiepiſcopus miſſam celebrans uti pallio poteſt.

Conſtit. LXV.

Ibid. cap. Cum ſis

CVm ſis. Et infra. Vbicunq; fueris in Miſſarum celebrationibus conſtitutus, diebus ſolennibus vſum pallij, per quod plenitudo Põtificij deſignatur poteris liberius exercere.

DE RENVNCIATIOne in Eccleſia orthodoxa.

INNOCENTIVS PAPA III. Nidroſinenſi Archiepiſcopo.

Renunciatio beneficij facta in manibus laici non tenet, renuncians tamen eſt beneficio ſpoliandus.

Conſtit. LXVI.

Extra lib. 1. tit. 9. de renũciatione. cap. Quod in

QVod in dubijs. Et infra. Hi prætereа qui beneficium eccleſiaſticum ſibi collatum ſponte in manum laicam reſignãtes illud denuo à laico ſuſceperunt, eodem ſunt beneficio ſpoliãdi: licet reſignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem.

IDEM ARCHIEPISCOPO Eboracenſi.

Papa concedit licentiam cedendi Epiſcopo, qui ſine mortis periculo in Eccleſia ſua morari non poteſt.

Conſtit. LXVII.

Ibid. cap. Ad ſupplicationem.

AD ſupplicationem Raguſiẽſis Archiepiſcopi, cum à cura, qua tenebatur Eccleſię Raguſiẽſi duximus abſoluendũ, co ꝙd non poterat ibi ſecure morari, & ſi acceſſum haberet ad illã mortis ſibi periculũ imminebat. Et infra. Ne ergo idẽ in vituperiũ miniſterij noſtri defectũ in rebus tẽporalib. patiat, mãdamus, quatenus bñficium (ꝙd de liberalitate regia accõceſſione tua, in epãtu Carleoli,

74. diſt. ca. Quoſdam

93. diſt. ca. Diacona

 &ec-

& Eccleſia de Malebrō eſt illi collatum) ad ſuſtentationem conſerues ipſius.

7. quęſt. 1., ca. Quam uis triſte

Cui conceſſimus, vt in ipſo Epiſcopatu abſque vſu Pallij officium Epiſcopale valeat exercere, tibi tanquam Metropolitano reuerentiam & obediētiam impenſurus.

IDEM EPISCOPO Arelatenſe.

Ponit ſex cauſas ex quibus Epiſcopi poſſunt petere, & Papa cōſueuit concedere cedendi licētiam, quæ his uerſibus comprehendi poſſunt.

Debilis, ignarus, male conſcius, irregularis,
Quem male plebs odit, dās ſcandala, cedere poſſit.

Conſtit. LXIX.

Ibidē. cap Niſi cum

NIſi cum pridem. Et infra. Si in huiuſmodi ceſſione frugem tibi melioris vitæ promittis, ſcire te debes non eſſe ſanctificato in vtero ſanctiorem, & ideo non oportet te prædicationis iam ſuſceptæ deſerere miniſterium, cum ille cuius fieri baiulus recuſabat, tandem prædicandum recepetit verbū Dei. Quod ſi forſan humilitatis cauſa de culmine quæris Pontificali deſcendere, eo ipſo humilitatis videris erigere male verticem, quod te nimis in reſignādi propoſito exhibes pertinacem, quia tunc in te veram humilitatem cuſtodies, cū & per eam locum ſublimem fugies, & per obedientiam non dimittes.

Mar. 1 Luc. 5

Intueri te itaque volumus, quod hæc ſunt illa per quæ cedendi Epiſcopus licentiam poteſt poſtulare: Conſciētia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, graue ſcandalum, irregularitaſque perſonæ. Sed in his omnibus eſt obſeruanda cautela. Propter conſcientiam enim criminis, cedendi poteſt licentia poſtulari, & forſitan non cuiuſlibet, ſed duntaxat illius, propter quod ipſius officij executio poſt peractam pœnitentiam impeditur. cū ſi omnes quos arguit conſcientia cuiuſlibet culpæ cederent, pauci vel nulli in illo miniſterio remanerent. Et infra.

81. diſt. ca. Apoſtol.

Alia vero cauſa eſt, debilitas corporis, quæ vel ex infirmitate, vel ex ſenectute procedit: nec tamē omnis, ſed illa ſolummodo, per quam impotens redditur ad exequēdum officium paſtorale. Nam ſi pro qualibet corporali debilitate ſuſceptæ ſeruitutis officium poſſet deſeri, fruſtra fateretur ſe Apoſtolus in ſuis infirmitatibus gloriari: cum interdum non plus hortetur ſenilis debilitas aliquem cedere, quàm moralis maturitas, quę in ſenibus eſſe ſolet) ipſum in ſuo officio ſuadet permanere. Pro talibus enim de ſe dicit Apoſtolus: Cum infirmor, tunc fortior ſum. Quia nonnunquam corporis infirmitas fortitudinem cordis augmentat.

2. Cor 12

Ibidem.

Extra lib. 1. tit. 9. de renūc. cap. lite ras.

Pro defectu quoque ſcientiæ pleruſq; poteſt quis petere ceſſionem. Quia cum ipſa circa ſpiritualium adminiſtrationē ſit potiſſimum neceſſaria, & circa curam temporalium opportuna, prȩſul qui cōmiſſam ſibi debet Eccleſiam regere in vtriſque, ſalubriter ei renunciat, ſi ſcientiam (in qua ipſam regat) ignorat: Tu enī (inquit dominus) ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi. Quanquam etſi deſiderāda ſit eminens ſcientia in Paſtore, in eo tamen ſit competens toleranda. Quia ſecundum Apoſtolum, ſcientia inflat, charitas autem ædificat. Et ideo imperfectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis.

Oſe

1. Cor

Propter malitiam autem plebis cogitur interdum prælatus ab ipſius regimine declinare, quando plebs adeo duræ ceruicis exiſtit, vt proficere nequeat apud ipſam, ſed propter eius duritiā, quo magis ſatagit, eo magis iuſto iudicio deficere permittatur, dicente domino per Prophetam: Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quia domus exaſperans eſt. Et Apoſtoli leguntur dixiſſe Iudæis: Ecce conuertimur ad gentes, quia verbo Dei indignos vos feciſtis. Non tamen pro qualibet culpa debet Paſtor gregem deſerere, ne mercenario comparetur, qui videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: ſed de ſuperioris licentia, tunc demum poteſt non tam timide fugere, quàm prouide declinare, quum

Eze

Act. 13

Ioan.

11. quęſt. ca. Tres perſonas.

quum oues cõuertuntur in lupos, & qui
debuerant humiliter obedire, iam irre-
uocabiliter contradicunt. Quum & ſi ta
11. quæſt. 4. ca. Ne admiſſo Prou. 9 les ſint pro crimine grauiter puniendi,
ſunt tamen pro tempore vtiliter toleran
di: quia ſanguinẽ elicit, qui nimis emun-
git.

4. diſt. ca. denique Pro graui quoq; ſcandalo euitando,
(quum aliter ſedari non poteſt) licet Epi
ſcopo petere ceſſionem, ne plus tempora
lem honorem, quàm æternam videatur
affectare ſalutem: memor illius quod di
1. Cor. 8 cit Apoſtolus: Si eſca ſcandalizauerit fra
trem meum, nõ manducabo carnem in
æternum. Sed inter ſcandalum & ſcanda
lum eſt ſubtiliter diſtinguendum, ſicut
dominus ipſe diſtinxit: cui quum dixiſ-
Matt. 15 ſent apoſtoli: Scis, quia Phariſæi audito
hoc verbo ſcandalizantur? Reſpondit: Si
nite illos, cæci ſunt, & duces cæcorũ. Ali
Matt. 18 bi vero dixit: Qui ſcandalizauerit vnum
de puſillis iſtis qui in me credunt, expe-
dit ei, vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in col
lo eius, & demergatur in profundũ ma-
ris. Perſonæ vero irregularitas (vt ſi for-
te ſit bigamus, vel viduæ maritus) eſt cau
ſa propter quam petere poteſt licentiam
aliquis reſignandi, atteſtante Apoſtolo,
1. Tim. 3 qui dicit: Oportet Epiſcopum eſſe vnius
vxoris virum. Non tamen propter quãli
bet irregularitatem perſonę debet ei qui
regulariter miniſtrauit, cedendi licentia
indulgeri, vtpote ſi de legitimo matrimo
nio non ſit natus: quia licet irregularita
tem huiuſmodi non potuerit ſubticere,
ſi tamen & culpa latet & cauſa, cum eo
qui laudabiliter ſuum impleuit officium
(iniuncta ſibi pœnitentia competẽti) po
teſt non minus vtiliter, quàm miſericor-
diter diſpenſari. Ego ſum (inquit Deus)
Exod. 20 zelotes, vindicans peccata patrum in fi-
lios, & vſq; in tertiam & quartam gene-
rationem, in his qui oderunt me, id eſt,
in illis qui contra me paternum odium
imitantur. Vnde patet quod illis qui pa-
terna vitia non ſequuntur, propriæ poſ-
ſunt in talibus ſuffragari virtutes, illo di
ſcretionis adhibito moderamine, vt in-
ter nothos & manzeres, naturales, & ſpu
rios diſtinguatur. Et infra.

Verum ſi propter alias cauſas ceſſio-
nem affectes, non eſt in hoc tibi poſtu-
lanti fauendum, quum huiuſmodi po-
ſtulatio videatur non eſſe diſcreta, quo-
niam (vt id tanquam notiſſimum omitta
mus, quod ocioſitas & voluptas, arma
ſunt hoſtis antiqui, ad miſeras animas ca
ptiuãdas) propter laboris anguſtias aut
perſequutionis incurſus non debes deſe
rere ſponſam tuã, cui deſigendo manum
apud extraneum te fide media copulaſti:
ſciens, quod beati ſunt iſti, qui perſequu Matt. 5
tionem patiũtur propter iuſtitiam, quo-
niam quum probati fuerint, accipiẽt co- Iacob. 1
ronam vitæ, quàm repromiſit Deus dili
gentibus ſe. Sed dices: Spiritus vbi vult Ioan. 3
ſpirat, & neſcis vnde veniat, aut quo va-
dat, & ideo non eſt, qui poſſit vias illius
ſpiritus perſcrutari. Qui vero ſpiritu Dei
aguntur, non ſunt ſub lege: quoniam v-
bi ſpiritus Dei, ibi libertas. Quare ſi ce-
dendi tibi licentia data ab homine non
fuerit, nihilominus tamen cedes: quia
data eſt tibi libertas cedendi à Deo. Cer-
te deſipis, ſi ſic ſapis. Nam quomodo ſpi
ritu Dei agitur, qui contra ſpiritum Dei
agit? Si enim vera ſunt quæ præmiſimus,
(imo quia indubitanter ſunt vera) pro-
culdubio contra ſpiritum Dei agit, qui
aliquid contra veritatem attentat, quo-
niam ipſe eſt ſpiritus veritatis. Porro, ſi Ioan. 16
dicas, quod forſan alia eſt cauſa latens,
propter quam cedendi voluntas tibi cœ
litus inſpiratur: & nos ſiquidem reſpon
demus: Tu quomodo ſcis quod talis in-
ſpiratio ſit cœleſtis? Nonne recolis, quid
ille glorioſus Pontifex dixit, quum ce-
piſſet viribus corporis repente deſtitui:
Domine, ſi adhuc populo tuo ſum ne-
ceſſarius, non recuſo laborem? Fiat vo-
luntas tua: illius exemplum ſequutus,
qui dixit: Cupio diſſolui & eſſe cũ Chri Phil. 1
ſto. Manere autem in carne, neceſſarium
eſt propter vos. Et infra.

Quippe ſi quantocunq; virtutum flo
re refulgeas, & in te non habeas charita
tem, nihil te comprobaris habere. Nulla
ſiquidem maior poterit eſſe charitas, q̃
vt animam ſuam ponat quis pro amicis Ioan. 15
ſuis. Quum autem propter hanc te de-
ceat animam tuam pro ſubditis tuis
ponere, nulla occaſione (dummodo
proficere illis poſſis, & ſi non omnibus,
tamen multis) ab eorum regimine te cõ- 7. quæſt. 1. Fere per
uerit excuſare: quoniã ſi laboris cauſam totum.
prætẽn-

1.Cor.15 prætendis, exemplum te Apoſtoli ſub-
leuabit, qui ſuadet tibi laborẽ huiuſmo-
di non reſugere, dum ſe aſſerit pro com-
14. quæſt. muni ſalute plus cæteris laboraſſe: quia
4.ca.Quis licet nõ ſemper ſequatur laborẽ effectus,
notum nihilominus tamen ipſe labor eſt meri-
torius apud Deum, iuxta quod legitur:
Sap.10 Reddet Deus mercedem laborũ ſancto-
rum ſuorum. Et infra.

Nec putes quod ideo Martha malam
Lucæ.10 partem elegerit, quæ circa plurima ſata-
gebat, quia Maria optimam partem ele-
git, quæ non auferetur ab ea: quoniam
De pœnitẽ licet illa ſit magis ſecura, iſta tamen eſt
tia. diſt.7 magis fructifera. Et licet illa ſit magis ſu
ca.vlti- auis, hæc tamen magis vtilis, quum in
mo. fœcunditate ſobolis lippitudo Liæ, Ra-
Gen.29 chaelis pulchritudini ſit prælata: quam-
uis ſimul in vnum & contemplatiuus eſ-
ſe valeas & actiuus, legiſlatoris exem-
Exo.24 plo, qui nunc aſcendebat in montem, vt
ibi gloriam domini cum maiori cerne-
ret libertate: nunc vero deſcendebat in
caſtra, vt cum vtilitate maiori neceſſita-
tibus populi prouideret. Quapropter ſa
cilius indulgetur, vt aſcendat mona-
chus ad præſulatum, quàm præſul ad mo
nachatum deſcendat. Et infra.

Monemus itaque vt laborem paſto-
ralis regiminis non recuſes, ne fortaſſis
ad pedes ſuos cum Maria ſperneret te ac
cipere, qui ſibi apud te diuertenti ſpre-
uiſſes cum Martha ſolicita miniſtrare.
Et infra. Quia vero in poſtulando ce-
dendi licentiam inſtitiſti, tibi te duximus
relinquendum, vt diſtinctis cauſis pro-
pter quas cedere oporteat, ſi propter ali-
quam cauſam vtilem & honeſtam in hu
iuſmodi propoſito perſeueres, de licen-
tia noſtra cedas: alioquin cedendi licen-
tiam autoritate apoſtolica tibi ſcias eſſe
penitus interdictam: quoniam ſi pennas
habeas quibus ſatagas in ſolitudinem
aduolare, ita tamen ſtrictę ſunt nexibus
præceptorum, vt liberum non habeas
(abſque noſtra permiſſione) volatum.

IDEM EPISCOPO FAuentino, in Archiepiſcopum Rauennatenſem electo.

Epiſcopus qui propter crimen renuncians epiſcopatui, & ad religionem tranſiuit, ad epiſcopatum reaſſumi non poteſt, ſecus ſi renunciauerit propter perſequutionem, infirmitatem, defectũ ſcientiæ, ſimoniam, ipſo ignorante commiſſam, vel aliam ſimilem cauſam.

Conſtit. LXX.

POſt tranſlationem tuam ad Eccle- Ibidẽ cap. Poſt tranſlatio.
ſiam Rauennatenſem, cum Præpo-
ſitus & Canonici Fauentinenſes in I. eo
rum Canonicum liberam eligendi autó
ritatem vnanimiter contuliſſent, ipſe I.
ſancti Fridiani Lucanenſem Canonicũ
olim Epiſcopum Sartanenſem, in Fauẽ-
tinẽſem Epiſcopum poſtulãdum elegit.
Porro à ſancti Fridiani priore ſuper hoc
requiſito, & obtento conſenſu, Prępoſi
tus & alij poſtulationem eandem appro
bari à nobis humiliter petierunt.

Verum poſtolationi huiuſmodi vide
batur concilij Conſtantinopolitani Ca 7.quæſt. 1. ca. Hoc nequaquam
pitulum obuiare, in quo ſtatutum eſt, vt
quicunque de Pontificali dignitate ad
monachorum vitam & pœnitentiæ lo-
cum deſcẽderit, nequaquam vlterius ad
pontificatum reſurgat. Vnde contra di-
ctum concilium (quum ſit vnum ex qua 15. diſt. ca. Sicut ſancta.
tuor principalibus, quæ ſicut quatuor
Euangelia Eccleſia Catholica venera-
tur) nullatenus videbatur eorum poſtu-
latio admittenda. Cęterum ſpeciales qui
dam caſus inueniuntur, in quibus (præ
dicto concilio non obſtante) is qui vi-
tam monachalem elegit, rurſum licite
poteſt ad epiſcopatum aſſumi. Si enim
quiſquam perſequutionis rabie ſæuien-
te, vel præpediente inualitudine corpo-
ris, quum proficere nequeat in regimine
paſtorali, de ſuperioris autoritate ad mo
naſticam vitam deſcendat: perſequutio-
nis vel ægritudinis impedimento ceſ-
ſante, ad Epiſcopalem poterit reſurge-
re dignitatem. Item, ſi quis propter li-
teraturæ defectum (ne tanquam cæcus Lucæ.6
cæco ducatum præbeat) locum regi-
minis autoritate Apoſtolica deſerendo
ad ocium ſe contulerit monachale, ac
per exercitium lectionis ſcientiæ re-
perit margaritam, proculdubio pote-
rit denuo vocatus à domino cathedram
reaſ-

reaſcendere paſtoralem. Rurſus, ſi quis cupiditate parentum (eo tamen penitus ignorante) fuerit epiſcopatum adeptus, & hoc comperto epiſcopatum de licētia ſuperioris dimittens, obſeruantiam elegerit regularem, etſi ad epiſcopatum eūdem redire poſtmodum nequeat, iuxta
1. queſt. 1. ca. Præſtitum canonicas ſanctiones, ad alium tamen poterit licite reaſſumi. Quanquam autem in his & conſimilibus caſibus is qui epiſcopatu dimiſſo monaſticam vitam elegit, reſurgere valeat ad officium paſtorale, nihil tamen in his contra præſcriptum intelligitur concilium attentari, quod in eo loquitur caſu, quum propter aliquod crimē epiſcopatum qs deſerēs, ad vitam monaſticam pœnitentiæ cauſa deſcēdit. Vnde quidam in eo caſu loqui dixerūt capitulum ſupradictum, quum quis pro crimine, de quo conuictus fuerat vel confeſſus, ab epiſcopali dignitate depoſitus in monaſterio extitit ad pœnitentiam agendam incluſus: vel cum aliquis propter graue crimen, pro quo epi-
1. queſt. 1. ca. Si quis eque ſcopatum retinēs pœnitentiā digne agere non valebat, cedendi obtenta licentia vitam monachalem elegit. Alijs aſſerentibus ſic intelligendum eſſe capitulum antedictum, vt per ſe reſurgere nequeat, id eſt, repetere quaſi debitum, quod tali
1. queſt. 1. ca. Quam periculoſum modo dimiſit: quanquam eligi poſſit, præſertim ſi locum tantum & non ordinem reſignauit.

Quum ergo nobis conſtare nequiuerit ob quam cauſam prædictus I. epiſcopatui olim ceſſerit, mādamus quatenus, ſi tibi conſtiterit, quod propter aliquam ex præmiſſis cauſis, ſeu conſimilibus idē I. epiſcopatui ceſſerit memorato, tu autoritate noſtra (dūmodo neceſſitas vel vtilitas id expoſcat) licentiā ei tribuas aſcendendi ad regimen Eccleſiæ Fauentinenſis, maxime ſi veritate ſubnititur, quod dictus I. loco tantummodo ceſſerit memorato, & non ordini, vel etiam dignitati. Tunc enim eſſet vehementiſſime præſumendum, quod non propter crimen aliquod ab ipſo cōmiſſum, ſed cauſa pœnitētiæ ad vitam migrauerit regularem: præſertim cum apoſtolica ſedes poſt ceſſionem multo minus quàm antea permiſiſſet eidem tali crimine irretito in pontificali ordine miniſtrare: alioquin (quum durum nimis extiterit contra tam ſolenne cōcilium huiuſmodi poſtulationem admittere) Præpoſito & Canonicis memoratis iniungas, vt aliam perſonam ſibi idoneam eligant in paſtorem.

DE SVPPLENDA negligentia Prælatorum in Eccleſia catholica.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Supplet ſuperior inferioris negligentiam in beneficijs conferēdis, ſi tempus Lateranenſis concilij lapſum ſit, & collatio per inferiorē poſtea facta non valet.

Conſtit. LXXI. Extra lib. 1. tit. x. de ſupplen. negligentia prælatorum, cap. Licet.

Licet magiſter H. & R. procurator R. de ſancto Cadimū do ſuper Archidiaconatu Richemundiæ diutius litigauerint corā nobis. Et infra. De pœnitētia. diſt. 3. ca. Sane

Ne igitur ius noſtrum negligere videamur, qui alios in ſua iuſtitia confouemus, mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit Archidiaconatum Richemundiæ vacaſſe per annū (tempore ſemeſtri quo vel ad Archiepiſcopum vel ad Capitulū donatio pertinebat, non à vacatione, ſed à notitia computato) cum pro eo quod Eboracēſis Archiepiſcopus aliū in ſuperiorem non habet, extunc fuerat ad nos donatio deuoluta, vtriq; ſuper eo ſilentium imponatis.

IDEM MAGISTRO P. DE Caſtro nouo, & R. Monacho Fontisfrigidi, Apoſtolicæ ſedis Legatis.

Si is ad quem ſpectat beneficii collatio, lapſo tempore Lateranēs. concilij conferat, non valet collatio, niſi de miſericordia toleretur.

Conſtit. LXXII.

Literas veſtræ diſcretiōis accepimus, quod cum in quibuſdam Eccleſijs legationi veſtræ ſubiectis quædā bñficia Ibidē cap. Literas veſtræ

&

& dignitates tãto tempore vacauiſſent, quod tam prælati, quàm capitula ſecundum tenorem Lateraneñ. concilij eſſent iure inſtituendi priuati: poſtquàm aduentus veſter innotuit, in beneficijs illis perſonas minus idoneas inſtituere præſumpſerunt. Et infra.

Diſcretioni ergo veſtræ mandamus, quatenus, ſi beneficia & dignitates noueritis perſonis idoneis aſſignatas, eas de patientia permittatis ab ipſis pacifice poſſideri, alioquin perſonas amouentes prorſus ab ipſis, eas de perſonis idoneis autoritate noſtra ſuffulti non differatis quantotius ordinare.

IDEM EPISCOPO Samorenſi.

Is ad quem primo loco ſpectabat collatio beneficij, lapſo tempore Lateranen. concilij conferre non poterit.

Conſtitutio LXXIII.

Ibidẽ cap. Dilecto filio.

DIlecto filio P. tituli Sancti Marcellini presbytero cardinali S. & R. procuratoribus P. & G. apud ſedem apoſtolicam conſtitutis, auditore conceſſo. Et infra.

Quia nobis conſtitit à Salamantino decano & eius ſequacibus, poſt elapſum ſex menſium ſpacium, infra quod Epiſcopus & capitulum (prout communiter ſpectabat ad eos) procedere ad electionem cantoris neglexerant, electionem ſupradicti P. minus canonice celebratã, eandem decernimus irritam & inanem, & appellationem à Decano & ſuis fautoribus interpoſitam factum Archiepiſcopi (ad quem iam erat eligendi autoritas deuoluta) nequiuiſſe aliquatenus impedire. & infra.

Mandamus quatenus niſi dicto G. aliquod canonicum obuiet, electionem de ipſo factam ſublato apoſtolico obſtaculo confirmetis.

DE TEMPORIBVS ordinationum, & qualitate ordinandorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Abbati & conuentui Cariloci.

Si monachus unius ordinis in ſecundo ordine ad quem tranſiuit incipit ſacerdotium, ad primum ordinem rediens, in eo libere miniſtrabit.

Conſtit. LXXIIII.

Extra li. 1. tit. 11. de temporibus ordinationum.

EX parte veſtra noſtro fuit apoſtolatui reſeratũ, quod quidã monachus veſter ſe ad nigros monachos tranſferẽs, & habitum eorum aſſumens, ad ſacerdotij ordinem in ipſo habitu eſt promotus. Vnde quia dubitaſtis, vtrum in aſſumpto taliter ordine miniſtrare debeat.

Mandamus, quatenus (niſi canonicum aliud obuiet) ipſum monachum officium ſacerdotis libere exequi permittatis.

IDEM C. PRESBYTERO Cardinali, apoſtolicæ ſedis Legato.

Si Græcus Epiſcopo Latino ſubiectus, ordinatur ſine Latini licentia, à Græco interdicitur ſibi executio, ſi uero de licentia, tunc toleratur.

Conſtit. LXXV.

Ibidẽ ca. Q̃ tranſlationem.

QVod tranſlationem pontificis. Et infra. Conſultationi tuæ taliter reſpõdemus, quod cum clericus Græcus Epiſcopo Latino ſubiectus à Græco pontifice ordinatur (niſi de mandato vel licentia ſui Epiſcopi fiat) interdicenda eſt ei ordinis executio ſic ſuſcepti, tanquam ab alieno pontifice ſine mandato vel licentia ſui Epiſcopi ordinato.

Si vero de mandato vel licentia ſui pŕſulis à Græco pontifice ſecundum morẽ Græcorum fuerit ordinatus, licet culpandus ſit Epiſcopus Latinus, q clericos ſuos à Græco facit antiſtite ordinari, quandiu tamen talis mos ab Eccleſia toleraſ, impediri non debet ab executione ordinum taliter ſuſceptorum. 19. queſt. ca. Lugdunen.

IDEM MVTINENSI Epiſcopo.

Ordinatus à Papa ſine licentia papæ, ad ſuperiores ordines non promouetur.

Conſtit. LXXVI.

Cum

[..]emca, Cum in

CVm in diſtribuẽdis, Et infra. Meminimus à nobis fuiſſe ſupPliciter poſtulatũ & clementer indultũ, vt quia p̃ſatus A. eccleſiæ Romanæ ſubdiaconus erat, mandaremus ipſum per Bonoñ. epiſcopum promoueri.

IDEM MVTINENSI Epiſcopo, & H. Romanæ Eccleſiæ ſubdiacono.

Duo ſacri ordines non poßunt conferri eidem uno die uel duobus, continuato ieiunio.

Conſtit. LXXVII.

Ibid. ca. Literas ve ſtras

LIteras veſtras recepimus ſup inordinata ordinatione Imoleñ. electi, quem Bonoñ. epiſcopus præcedenti ſabbato in diaconum, & ſequenti die dominico (continuato ieiunio) in presbyterũ ordinauit.

In quo quantum vterque deliquerit, euidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim vtrumque ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione, vnum ordinem vno die, & alium altero (ieiunio continuato) conferri: cum propter continuationem ieiunij fictione c nonica, ſiue mane dominicę trahatur ad ſabbatum, ſiue veſpera ſabbati ád diem dominicam referatur, profecto mane cum veſpera, ſeu veſpera cum mane ad eũdem diem pertinere dicet. Nam ſi quantum ad hunc neceſſitatis articulum pertinet, mane ad vnum diem, & veſpera referatur ad alium, cur eſſet continuatio ieiunij neceſſaria, cum & ſabbato ante cœnam & dominica ante prandiũ intelligantur eſſe ieiuni:

Præfatum itaque Bonoñ. epiſcopum (vt puniatur in quo deliquit) à collatione ordinum, diaconij. ſ. & presbyterij, alterum vero ab excutione officij ſacerdotalis tam diu volumus manere ſuſpẽſos, donec de illis aliter diſponamus.

DE SCRVTINIO in ordinationibus faciendo.

INNOCENTIVS PAPA III

Epiſcopus interrogatus in ſcrutinio epiſcopi ordinandi, poteſt reſpondere illum dignum, ſi non nouit illum indignum.

Conſtit. LXXVIII.

EX parte tua fuit propoſitum. Et infra. Fraternitati tuę taliter reſpondemus, quod cum aliquẽ in diaconũ vel presbyterum promouemus, prior diaconorum, qui nobis aſſiſtit, dicit: Poſtulat ſancta mater eccleſia hunc diaconũ vel ſubdiaconum ad onus presbyteratus vel diaconatus aſſumi. Et nobis interrogantibus, ſi eum cognouerit eſſe dignum, idem reſpondet, quod (quãtum humana fragilitas noſſe ſinit) & ſcit & teſtificat illum ad huiuſmodi onus officij eſſe dignum. Vnde in tali reſponſiõe aliquem peccare non credimus, dummodo contra conſcientiam non loquatur, quia nõ ſimpliciter illum aſſerit eſſe dignum, ſed inquantum humana fragilitas noſſe ſinit: cum illum quem indignum eſſe non nouit, dignum debeat æſtimare. Huiuſmodi ergo reſponſione ſecure vti poteris, niſi forte de indignitate tibi conſtiterit conſecrandi. Si autem illum indignum eſſe cognoſcis, Metropolitano (priuſquam ad huiuſmodi ſcrutinium veniatur) ſecrete ſtudeas nunciare vel intimare, quamuis nos interrogationem huiuſmodi non in conſecratione pontificis, ſed in ordinatione diaconi vel presbyteri faciamus.

Extra lib. 1. tit. 13. de Scrutinio faciendo. cap. Ex parte tua

15. quęſt. 5. ca. Hoc videtur

DE AETATE ET qualitate, & ordine præficiendorum.

INNOCENTIVS PAPA III.

Subdiaconus in Epiſcopum eligi poteſt.

Conſtit. LXXIX.

AMultis multoties, an ſubdiaconus in epiſcopum eligi valeat, hæſitatur. Siquidem Vrbanus Papa primus decreuit, vt nullus in epiſcopum, niſi in ſacris ordinibus religioſe viuens inuentus fuerit, eligatur. Sacros

Extra lib. 1. tit. 14. de ætate & qualitate. cap. A multis 60. diſt. ca. Nullꝰ

(inquit) ordines, diaconatum dicimus & presbyteratum. Hos ſiquidem ſolos primitiua eccleſia legitur habuiſſe. Subdiaconos vero (quia etiam ipſi miniſtrãt altaribus) opportunitate exigẽte concedimus in epiſcopos eligi, ſi tamen præclarę ſcientiæ ac religionis exiſtãt. Quod ipſum non ſine Ro. Põtificis vel Metropolitani licentia fieri permittimus. In q̃bus v̾bis innuitur, q̃d Vrbanus ad ſtatũ primitiuę eccleſię ſe referens, in quo ſubdiaconatus ordo ſacer minime dicebat̃, inſtituit, vt de ſubdiacono (niſi vtilitatis cauſa, & tunc etiam de permiſſione Metropolitani vel Ro. Pontificis) non poſſet electio celebrari.

61. diſt. ca. Erubeſcãt

Verum cum hodie ſubdiaconatus inter ſacros ordines computetur, ſicut Vrbanus Papa ſecundus ſub his verbis expreſſit: Erubeſcant impij, & intelligant iudicio ſpiritus ſancti eos, qui in ſacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu ſunt poſiti, ſi caſte non vixerint, excludendos ab omni eorundem

Ibidẽ. ca. ſequenti.

graduum dignitate. Et iterum: Nemo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo, aut probatæ caſtitatis exiſtat, & qui vſq; ad ſubdiaconatum vnicã & virginem habuit vxorem. Et ad ſimilitudinem diaconi & presbyteri ſubdiaconus debet continentiam obſeruare, ſicut

Ibidẽ, ca. Siquis eorum.

& in ſexta ſynodo conſtitutum eſt, vt ſi quis eorum, qui ad clerum accedunt, nuptiali iure mulieri voluerit copulari, hoc ante ſubdiaconatus ordinem faciat. Et

31. diſt. ca. Ante triẽnium.

beatus Gregorius ſtatuiſſe legit̃, vt nullum facere ſubdiaconum præſumant epiſcopi, niſi qui ſe caſte victurum promiſerit.

Nos volentes ſuper hoc articulo diſceptationis materiam amputare, ſtatuimus, vt ſubdiaconus in epiſcopum valeat libere eligi, ſicut diaconus vel ſacerdos.

IDEM TITVLI SANctæ Crucis Cardinali.

Irregularis, & in minoribus, poteſt diſpenſatiue in abbatem inſtitui.

Ibidẽ. ca. Tua in domino.

Conſtit. LXXX.

TVam in domino diligentiam commendantes, quam ſuper monaſterio ſancti Quirici reformando dinoſceris adhibere,

Mandamus, quatenus, ſi non potes eidem monaſterio de pſona idonea melius prouidere, tu monachum illum, quẽ literis tuis de honeſtate ac induſtria commendaſti, per quem ſtatus eiuſdem loci creditur reformandus (nullum prorſus habens reſpectum ad petitionem illicitã, quam quidam laici faciebant, ſed ex tuæ dũtaxat prouiſionis officio) inſtituas in abbatem, ita videlicet, quod ad ſacros ordines non aſcendat, cum inſtante neceſſitatis articulo poſſit in abbatem aſſumi etiam in minoribus ordinibus conſtitutus. Et laici memorati non ſint conſanguinitate vel affinitate coniuncti monacho memorato, vt ex ipſorum petitione debeat contra eum aliqua ſiniſtra ſuſpicio ſuboriri.

IDEM ROTHOMAgenſi Archiepiſcopo.

Abbas ſi eſt presbyter & benedictus, conferre poteſt ordinem clericalem.

Conſtit. LXXXI.

CVm contingat interdum, quod laici ad monaſteria conuolantes à ſuis abbatibus tonſurentur, requiſiſti, an clericatus ordo in tonſura huiuſmodi conferatur. Ibidẽ. ca. Cum contingat interdum

Super quo ibi reſpondetur, quod cũ in vii. ſynodo ſit ſtatutum, vt lectores p manus impoſitionem licentia ſit vnicuique abbati in proprio monaſterio ſolũmodo faciendi, dummodo ipſis ab epiſcopo (ſecundũ morem præficiẽdorum abbatum) manus impoſitio facta noſcatur, & conſtet eum exiſtere ſacerdotem, per primã tonſurã iuxta formã eccleſiæ datam à talibus clericalis ordo cõfertur. 69. diſt. ca. Quõ videmus.

INNOCENTIVS PAPA III.

Si canonicus regularis factus monachus, iuſta de cauſa ad canoniam reuerſus, ibi poſtea præficiatur, licite tenere poterit prelaturam.

Conſtit. LXXXII.

INtelleximus q̃d cum in monaſterio tuo fueris laudabiliter conuerſatus, ad monaſterium ſancti Innocentij talis Ibidẽ. ca. Intelleximus quod

ordi-

ordinis acceſſiſti: vbi cum aliquãdiu in ipſo ordine permãſiſſes, demum ad cor reuerſus, de Metropolitani & aliorum conſilio ad primam domum redire curaſti: in qua tandem ſub regularis obſeruãtiæ diſciplina taliter Deo & hominibus placuiſti, quod per tuorum exigentiam meritorum fratres tui pce ferunt te vnanimiter in abbatem.

Ne igitur occaſione morę quam in p̃ſcripto monaſterio contraxiſti (quaſi cõſcientia tua te remordeat) in ſuſceptæ adminiſtrationis cura tepeſcas, attendens quod cautum eſt in canone, ne quis canonicus regularis (niſi forte publice lapſus ſit, q̃d abſit) efficiatur monachus: & ſi factus fuerit, ad canonicatus ordinẽ reuertatur vltimus in choro manendo cucullam ad memoriam delaturus. 19. queſt. 3. ca. Mãdamus

Diſcretioni tuæ mãdamus, quatenus circa curam tibi commiſſam ſolicitudinem exercere ſtudeas indeſeſſam, & taliter ſequẽtia bona continuare prioribus, quod dignum à Deo poſſis meritum expectare.

IDEM.

Ordinatus ad ſacros ordines ſine titulo, ab ordinatore iuſte petit beneficium.

Conſtit. LXXXIII

Ibidẽ, ca. Accipim' te.

ACcepimus, te noſtris auribus intimante, quod quidam clerici, qui ad ſacros ordines ſine titulo ſunt pmoti, te ad eccleſiam Bracareñ. ſuper beneficijs obtinendis infeſtant. Et infra.

Licet igitur in ordinationibus clericorum illam tui ac prædeceſſores tui diligẽtiam debueritis adhibere, vt minus idonei non ordinarentur à vobis, ac ideo poſt promotionem eorum exceptionẽ non poteris pr̨tendere contra illos, niſi forte poſtq̃ pmoti fuerint, reddiderint ſe indignos: ex ſuperabuudanti tamen (quando ſcribere pro talibus nos oportet) facimus in literis noſtris apponi, vt ſi ordinatus p q̃ ſcribimus, idoneus habeatur, & eccleſiaſtico beneficio non indignus, ei ab ordinatore vel ſucceſſore ipſius cõpetens beneficiũ tribuat, cũ & ſi tecũ de iure agere vellemus, te poſſemus merito ad puiſionem eorũ cõpellere, q̃s à te vel prædeceſſoribus tuis ordinatos fuiſſe cõſtaret, eo præſertim, quod ad obtinendum eccleſiaſticum beneficium eos debes idoneos reputare, quos ad ordines ſuſcepiſti. Vnde grauiter ſuſtinere non debes, ſed nobis potius deuote inclinare teneris, ſi illos examinari per alios facimus, quos ſine examinatione nõ credimus ordinatos, antequam ad puiſionem eorum te compellere velimus. 1. queſt. 3. ca. dilectiſſimus.

Mandamus igitur, quatenus eis, pro quibus te contigerit recipere noſtra mãdata in forma communi, in maiori eccleſia vel alijs diœceſib. Bracareñ. prouidere non tardes. Exceptiões autem, ſi quas contra tales propoſueris, præcipimus audiendas.

DE VNCTIONE ſacra in eccleſia catholica.

INNOCENTIVS PAPA III. Patriarchæ Cõſtantinopolitano.

Eccleſia Græcorũ in ordinationibus & conſecrationibus ſeruare debet unctiones, quas ſeruat eccleſia Romana. Epiſcopus autem cum conſecratur, inungitur chriſmate in capite & manibus, quod ſi fuerit prætermiſſum, per tres epiſcopos eſt ſupplendum.

Conſtit. LXXXIIII.

QVum veniſſet ad apoſtolicam ſedẽ Bracareñ. Epiſcopus, qui in conſecratione ſua ſanctã non acceperat vnctionem, quoniã apud vos non conſueuerũt põtifices, cũ cõſecrantur, inungi: nos, q̃d illi defuerat, mandauimus in ipſo ſuppleri, facientes caput eius & manus per Alban. epiſcopum (aſſiſtentibus ei duobus epiſcopis ſecundũ morẽ eccleſiaſticum) ſacro chriſmate deliniri. Et infra. Extra lib. 1. tit. 15. de ſacra vnctione. ca. Cum veniſſet ad. 65. diſt. ca. Porro.

Scire te volumus duas eſſe ſpecies vnctiõis: Exteriorem, quæ materialis eſt & viſibilis, & interiorem, quæ ſpiritualis eſt & inuiſibilis. Exteriore viſibiliter inungit corpus: interiori inuiſibiliter in- Vnctionis ſpẽs duæ.

ungitur cor. De prima Iacobus Apoſto-
lus ait: Infirmatur quis in vobis, inducat
presbyteros eccleſię, & orent ſuper eum,
vngentes cum oleo in nomine domini,
& oratio fidei ſaluabit infirmum. De ſe-
cunda Ioãnes apoſt. ait: Vos vnctionem
quam accepiſtis ab eo maneat in vobis.
Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat
vos: ſed ſicut vnctio vos docet de omni-
bus, ita faciatis. Vnctio viſibilis & exteri
or ſignum eſt interioris & inuiſibilis vn
De conſe. dist. 4. ca. 1. ctionis. Vnctio vero inuiſibilis & interi
or non ſolum eſt ſignum, ſed etiam ſacra
mentum: quia ſi digne ſumitur, vel agit,
Vnctio exterior ex quibus cõficit vel auget abſq; dubio q̃d deſignat. Ad
exhibendum autem exteriorem & viſi-
bilem vnctionem, benedicitur oleum,
quod dicitur catechumenorum vel infir
morum, & conficitur chriſma quod ex
oleo fit & balſamo myſtica ratione. Per
Oleo q̃d myſtice deſignet oleum enim nitor conſcientiæ deſigna-
tur, iuxta quod legitur: Prudentes virgi
Matt. 25 nes acceperunt oleum in vaſis ſuis cum
Balſamus quid myſtice lampadibus. Per balſamum odor famæ
exprimitur, propter quod dicitur: Sicut
Eccle. 24 balſamum aromatizans odorem dedi.
Hoc ergo chriſmate vngi debet Epiſco-
pus, nõ tam in corpore, quam in corde,
vt & interius nitorem conſcientiæ, quã-
tum ad Deum, & exterius habeat odorẽ
famæ quo ad proximum. De nitore con
11. queſt. 3 ca. Nolo ſcientiæ dicit Apoſtolus: Gloria noſtra
& 11 queſt. 3. ca. Non hæc eſt, teſtimonium conſciẽtiæ noſtræ.
ſunt. audiendi. Nam omnis gloria filiæ regis ab intus.
De odore famæ idẽ Apoſtolus ait: Chri-
2. Cor. 2 Pſal. 44 ſti bonus odor ſumus in omni loco, &
1. Tim. 3 alijs ſumus odor vitæ in vitã, alijs odor
23. queſt. 4 ca. Nabuchodonoſor mortis in mortẽ. Debet enĩ epiſcopus bo
nũ habere teſtimoniũ, & ab his q́ ſunt in
tus, & ab his q́ ſunt foris, vt cortina corti
8. queſt. 1. ca. Licet ergo nã trahat & qui audit dicat, Veni. Hoc vn
gẽto caput & manus Epiſcopi cõſecran
28. queſt. 1 ca. Iã nũc tur. Per caput enim mens intelligitur, iu
Caput myſticum q̃d ta illud: Vnge caput tuum, & faciem tuã
Mat. 6 laua. Per manus opera intelliguntur, iu-
Man⁹ q̃dš xta illud: Manus meæ diſtillauerũt myr
Cant. 5 rham. Manus igitur vngitur oleo pieta-
tis, vt Epiſcopus operetur bonũ ad om-
Gal. 6 nes: maxime autem ad domeſticos fidei.
Caput autem vngitur balſamo charita-
Mat. 22 tis, vt Epiſcopus diligat Deum ex toto
Luc. 10 corde, & ex tota anima, & ex tota men-
te ſua, & proximum ſuum ſicut ſeipſum.

Caput inungitur propter autoritatẽ &
dignitatem, & manus propter miniſteri
um & officium. Caput enim vngitur, vt Caput cur vngatur Epiſcopo
oſtẽdatur illius repſentare perſonam, de
quo dicitur per Prophetam: Sicut vnguẽ Pſal. 132
tum in capite, &c̃. Caput enim viri Chri 1. Cor. 11
ſtus, caput Chriſti Deus, qui de ſe dicit, 33. queſt. 5. ca. Cum caput
Spiritus domini ſuper me, eo quod vn- Eſa. 61
xit me, euãgelizare pauperibus miſit me. Luc. 4
Manus Epiſcopi inunguntur, vt oſten- Man⁹ cur vngantur
datur accipere poteſtatem benedicendi
& conſecrandi. Vnde cum eas conſecra
tor inungit, Conſecrare (inquit) & ſan-
ctificare digneris domine manus iſtas p
iſtam vnctionem, & per benedictionem
noſtram: vt quæcunque conſecrauerint,
conſecrentur, & quæcunque benedixe-
rint, benedicantur in nomine domini.

Vnde in veteri teſtamẽto non ſolum Vnctionũ pont... regũque differẽ...
vngebatur ſacerdos, ſed etiam rex &
Propheta, ſicut in libro Regũ dominus
præcepit Helie: Vade & reuertere in do- 3. Reg. 19
mum tuam per deſertum in Damaſcum.
Cunque perueneris illuc, vnges Azahel
in regẽ ſuper Syriã, & Iehu filiũ Nauſi vn
ges in regẽ ſuper Iſrael: Heliſæum aũt fi-
liũ Saphat, qui eſt de Abel, vnges pphe-
tam pro te. Sed vbi Ieſus Nazarenus (quẽ 2. queſt ... ca. Illu...
vnxit Deus ſpiritu ſancto, ſicut habetur Act. 10
in Actibus Apoſtolorum) vnctus eſt o-
leo pietatis præ conſortibus ſuis, qui, ſe Eph. 1
cundum Apoſtolum, eſt caput eccleſiæ, Col. 1
q̃d eſt corpus ipſius: principis vnctio à
capite ad Brachium eſt translata, vt prin
ceps ex tunc non vngatur in capite, ſed
in brachio ſiue humero vel in armo, in
quibus principatus cõgrue deſignatur,
iuxta illud quod legitur: Factus eſt prin Eſa. 9
cipatus ſuper humerum eius &c̃. Ad q̃d 1. Re...
etiã ſignificandũ Samuel fecit poni ar-
mũ ante Saul, cui dederat locũ in capite
ante eos, qui fuerant inuitati. In capite ve
ro pontificis ſacramentalis eſt delinitio
conſeruata, quia perſonam capitis in põ
tificali officio repræſentat. Refert autem
inter pontificis & principis vnctionem, Vnct...
quia caput pontificis chriſmate conſe-
cratur, brachium vero principis oleo de-
linitur, vt oſtendatur quanta ſit differen
tia inter autoritatem pontificis & princi
pis poteſtatem.

Quia vero Chriſtus fecit nos in ſan-
guine ſuo Deo noſtro regnũ & ſacerdo
tes

Apoc. 1 · 1. Petri. 2 — tes (propter quod Apoſtolus Petrus ait: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium) idcirco in nouo teſtamento non ſolum reges & ſacerdotes vnguntur, ſed etiam omnes chriſtiani bis ante baptiſmum, ſcilicet oleo benedicto, primum in pectore, deinde inter ſcapulas, & bis poſt baptiſmum. ſ. chriſmate ſancto, primum in vertice, demum in fronte. In pectore nanque baptizandus inungitur, vt per ſancti ſpiritus donum abijciat errorem & ignorantiam, & ſuſcipiat fidem rectam, quia iuſtus ex fide viuit. Inter ſcapulas, vt per ſpiritus ſancti gratiam excutiat negligentiam & torporem, & bonam operationē exerceat, quia fides ſine operibus mortua eſt, vt per fidei ſacramentum ſit munditia cogitationum in pectore, & per operis exercitium ſit fortitudo laborū. In ſcapulis, quatenus fides per dilectionem ſecundum Apoſtolum operetur. In vertice vero baptizatus inungitur, vt ſit paratus omni petēti de fide reddere rationem, quia per caput intelligitur mens, iuxta quod legitur: Oculi ſapientis in capite eius: cuius ſuperior pars eſt ratio, & inferior eſt ſenſualitas. Vnde bene per verticem, quę eſt ſuperior pars capitis, intelligitur ratio, quæ eſt ſuperior pars mētis. In fronte vngitur baptizatus, vt libere confiteatur quod credit, Quia corde creditur ad iuſtitiam, ore vero fit cōfeſſio ad ſalutē: memor eius quod dominus ait, Qui me confeſſus fuerit coram hominibus &c. Ante baptiſmum ergo vngitur oleo benedicto, & poſt baptiſmum chriſmate ſancto, quia chriſma ſoli competit Chriſtiano. Chriſtus enim à chriſmate dicit, vel potius à Chriſto dicitur chriſma, nō ſecundum nominis formam, ſed ſecundum fidei rationē. A Chriſto vero Chriſtiani dicuntur, tanquam vncti deriuentur ab vncto: vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomē oleum eſt effuſum.

Margin: De conſe. diſt. 5. ca. de his — De conſe. diſt. 4. ca. Deinde à ſacerdote — Abac. 1 — Heb. 10 — Iacob. 2 — Gal. 5 — 1. Petri. 3 — Eccle. 2 — Rom. 10 — Lucæ. 9 — [Chr]iſtus dica[tur] — [C]ant. 1

Per frōtis chriſmationem manus impoſitio deſignatur, quæ alio nomine dicitur confirmatio: quia per eam ſpiritus ſanctus ad augmentum datur & robur. Vnde cum cæteras vnctiones ſimplex ſacerdos vel presbyter valeat exhibere, hanc non niſi ſummus ſacerdos. i. Epiſcopus debet cōferre: quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorum vicarij ſunt Epiſcopi, quod per manus impoſitionē ſpiritum ſanctum dabant, quemadmodum actuum apoſtolorum lectio manifeſtat: Cum audiſſent (inquit) Apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quia recipiſſet Samaria verbum dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritum ſanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat: ſed baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebāt ſpiritum ſanctum. Cuius aduentus per vnctionis miniſterium deſignatur, quia columba, in qua ſpiritus ſanctus ſup Chriſtum in baptiſmo deſcendit: ad veſperū in Cataclyſmo reuertens ramum retulit virentis oliuæ, cuius vtique ſacramentum Dauid Propheta prænoſcens, exhilarandam faciem in oleo prædicauit.

Margin: [Con]firma[tio]nis vn[c]tio qd in[si]nuet. — [D]e conſe. [dis]t. 4. ca. [Pr]esbyte[ri] — [...] diſt. ca. [P]eruenit. — 1. quęſt. 7. ca. Accuſatio — 68. diſt. ca. Quorū vices. — Act. 8 — Mat. 3 — Luc. 3 — Gen. 8 — Pſal. 103

Vngitur præterea, ſecundum eccleſiaſticum morem, cum conſecratur altare, cum dedicatur templum, cum benedicitur calix, non ſolum ex mandato legis diuinæ, verum etiam exemplo beati Syluestri, qui cum conſecrabat altare, illud chriſmate pungebat. Præcepit enim dominus Moyſi, vt faceret oleum vnctionis, de quo vngeret teſtimonij tabernaculum & arcam teſtamenti menſamque cum vaſis. Verum vnctionis ſacramentum aliud quidem efficit & figurat tam in nouo quam in veteri teſtamento. Vnde non iudaizat eccleſia, cum vnctionis celebrat ſacramentum, ſicut antiqui mētiuntur, qui neque ſcripturas neque Dei nouere virtutem.

Margin: Vnctio altaris qd myſtice — Exo. 30

Monemus igitur vt illum in ordinandis presbyteris & conſecrandis Epiſcopis morem ſerues & facias obſeruari, quem apoſtolica ſedes obſeruat. Et infra.

Licet Romanus Pontifex non vtatur baculo paſtorali, tum propter hiſtoriam, tum propter myſticam rationem, tu tamen ad ſimilitudinem aliorum pontificum poteris eo vti.

Margin: De conſe. diſt. 1 ca. Nullus Epiſcopus

ungitur cor. De prima Iacobus Apoſtolus ait: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſię, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum. De ſecunda Ioãnes apoſt. ait: Vos vnctionem quam accepiſtis ab eo maneat in vobis. Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio vos docet de omnibus, ita ſaciatis. Vnctio viſibilis & exterior ſignum eſt interioris & inuiſibilis vnctionis. Vnctio vero inuiſibilis & interior non ſolum eſt ſignum, ſed etiam ſacramentum: quia ſi digne ſumitur, vel agit, vel auget abſq; dubio q̃d deſignat. Ad exhibendum autem exteriorem & viſibilem vnctionem, benedicitur oleum, quod dicitur catechumenorum vel infirmorum, & conficitur chriſma quod ex oleo fit & balſamo myſtica ratione. Per oleum enim nitor conſcientiæ deſignatur, iuxta quod legitur: Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Per balſamum odor famæ exprimitur, propter quod dicitur: Sicut balſamum aromatizans odorem dedi. Hoc ergo chriſmate vngi debet Epiſcopus, nõ tam in corpore, quam in corde, vt & interius nitorem conſcientiæ, quãtum ad Deum, & exterius habeat odorẽ famæ quo ad proximum. De nitore conſcientiæ dicit Apoſtolus: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſciẽtiæ noſtræ. Nam omnis gloria filiæ regis ab intus. De odore famæ idẽ Apoſtolus ait: Chriſti bonus odor ſumus in omni loco, & alijs ſumus odor vitæ in vitã, alijs odor mortis in mortẽ. Debet eñ epiſcopus bonũ habere teſtimoniũ, & ab his q ſunt intus, & ab his q ſunt foris, vt cortina cortinã trahat & qui audit dicat, Veni. Hoc vngẽto caput & manus Epiſcopi cõſecrantur. Per caput enim mens intelligitur, iuxta illud: Vnge caput tuum, & faciem tuã laua. Per manus opera intelliguntur, iuxta illud: Manus meæ diſtillauerũt myrrham. Manus igitur vngitur oleo pietatis, vt Epiſcopus operetur bonũ ad omnes: maxime autem ad domeſticos fidei. Caput autem vngitur balſamo charitatis, vt Epiſcopus diligat Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente ſua, & proximum ſuum ſicut ſeipſum.

De conſe. diſt. 4. ca. 1.
Vnctio exterior ex quibus cõficit
Oleo q̃d myſtice deſignet
Matt. 25
Balſamus quid myſtice
Eccle. 24
13. quęſt. 1 ca. Nolo & 11 quęſt. 3. ca. Non ſunt. audiendi.
2. Cor. 1
Pſal. 44
2. Cor. 2
1. Tim. 3
23. quęſt. 4 ca. Nabuchodonoſor
8. quęſt. 1. ca. Licet ergo
98. quęſt. 1 ca. Iã nũc
Capur myſticum q̃d
Mat. 6
Man⁹ q̃d
Cant. 5
Gal. 6
Mat. 22
Luc. 10

Caput inungitur propter autoritatẽ & dignitatem, & manus propter miniſterium & officium. Caput enim vngitur, vt oſtẽdatur illius rep̃ſentare perſonam, de quo dicitur per Prophetam: Sicut vnguẽtum in capite, &c̃. Caput enim viri Chriſtus, caput Chriſti Deus, qui de ſe dicit, Spiritus domini ſuper me, eo quod vnxit me, euãgelizare pauperibus miſit me. Manus Epiſcopi inunguntur, vt oſtendatur accipere poteſtatem benedicendi & conſecrandi. Vnde cum eas conſecrator inungit, Conſecrare (inquit) & ſanctificare digneris domine manus iſtas p̃ iſtam vnctionem, & per benedictionem noſtram: vt quæcunque conſecrauerint, conſecrentur, & quæcunque benedixerint, benedicantur in nomine domini.

Caput cur vngatur Epiſcopo
Pſal. 132
1. Cor. 11
33. quęſt. 5. ca. Cum caput
Eſa. 61
Luc. 4
Man⁹ cur vngantur

Vnde in veteri teſtamẽto non ſolum vngebatur ſacerdos, ſed etiam rex & Propheta, ſicut in libro Regũ dominus præcepit Helię: Vade & reuertere in domum tuam per deſertum in Damaſcum. Cunque perueneris illuc, vnges Azahel in regẽ ſuper Syriã, & Iehu filiũ Nauſi vnges in regẽ ſuper Iſrael: Heliſæum aũt filiũ Saphat, qui eſt de Abel, vnges p̃phetam pro te. Sed vbi Ieſus Nazarenus (quẽ vnxit Deus ſpiritu ſancto, ſicut habetur in Actibus Apoſtolorum) vnctus eſt oleo pietatis præ conſortibus ſuis, qui, ſecundum Apoſtolum, eſt caput eccleſiæ, q̃d eſt corpus ipſius: principis vnctio à capite ad Brachium eſt translata, vt princeps ex tunc non vngatur in capite, ſed in brachio ſiue humero vel in armo, in quibus principatus cõgrue deſignatur, iuxta illud quod legitur: Factus eſt principatus ſuper humerum eius &c̃. Ad q̃d etiã ſignificandũ Samuel fecit poni armũ ante Saul, cui dederat locũ in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite vero pontificis ſacramentalis eſt delinitio conſeruata, quia perſonam capitis in põtificali officio repræſentat. Refert autem inter pontificis & principis vnctionem, quia caput pontificis chriſmate conſecratur, brachium vero principis oleo delinitur, vt oſtendatur quanta ſit differentia inter autoritatem pontificis & principis poteſtatem.

Vnctionũ pontificũ, regũque differẽtię.
3. Reg. 19
2. quęſt. 7. ca. His q.
Act. 10
Eph. 1
Col. 1
Eſa. 9
1. Reg. 9
Vnctionis q̃ fit põtifici & principi differẽtia q. 96. diſt. ca. Duo ſunt.
Vnctionũ Chriſtianorũ ratio & differẽtiæ quæ.

Quia vero Chriſtus fecit nos in ſanguine ſuo Deo noſtro regnũ & ſacerdotes

tes

poc.1 tes (propter quod Apoſtolus Petrus ait:
Petri.1 Vos eſtis genus electum, regale ſacerdo
tium) idcirco in nouo teſtamento non
ſolum reges & ſacerdotes vnguntur, ſed
etiam omnes chriſtiani bis ante baptiſ-
mum, ſcilicet oleo benedicto, primum
in pectore, deinde inter ſcapulas, & bis
poſt baptiſmum. ſ. chriſmate ſancto, pri
De conſe. diſt.5.ca. de his mum in vertice, demum in fronte. In pe-
ctore nanque baptizandus inungitur,
De conſe. diſt.4.ca. Deinde à ſacerdote vt per ſancti ſpiritus donum abijciat er-
rorem & ignorantiam, & ſuſcipiat fidem
Abac.1 rectam, quia iuſtus ex fide viuit. Inter ſca
Rom.1 pulas, vt per ſpiritus ſancti gratiam ex-
Iacob.2 cutiat negligentiam & torporem, &
bonam operationẽ exerceat, quia fides
ſine operibus mortua eſt, vt per fidei ſa
cramentum ſit munditia cogitationum
in pectore, & per operis exercitium ſit
Gal.1 fortitudo laborũ. In ſcapulis, quatenus
fides per dilectionem ſecundum Apo-
ſtolum operetur. In vertice vero bapti-
1 Petri.3 zatus inungitur, vt ſit paratus omni pe-
tẽti de fide reddere rationem, quia per ca
Eccle.2 put intelligitur mens, iuxta quod legi-
tur: Oculi ſapientis in capite eius: cuius
ſuperior pars eſt ratio, & inferior eſt ſen
ſualitas. Vnde bene per verticem, quę eſt
ſuperior pars capitis, intelligitur ratio,
quæ eſt ſuperior pars mẽtis. In fronte vn
gitur baptizatus, vt libere confiteatur
Rom.10 quod credit, Quia corde creditur ad
iuſtitiam, ore vero fit cõfeſſio ad ſalutẽ:
Luc.9 memor eius quod dominus ait, Qui me
confeſſus fuerit coram hominibus &c.
Ante baptiſmum ergo vngitur oleo be-
nedicto, & poſt baptiſmum chriſmate
ſancto, quia chriſma ſoli competit Chri
[illegible]tus ſtiano. Chriſtus enim à chriſmate dicit,
[illegible]ica vel potius à Chriſto dicitur chriſma, nõ
ſecundum nominis formam, ſed ſecun-
dum fidei rationẽ. A Chriſto vero Chri
ſtiani dicuntur, tanquam vncti deriuen
Cant.1 tur ab vncto: vt omnes concurrant in
odorem illius vnguenti, cuius nomẽ ole
um eſt effuſum.

[illegible]firma Per frõtis chriſmationem manus im
[illegible] vn poſitio deſignatur, quæ alio nomine di-
[illegible] qd in citur confirmatio: quia per eam ſpiritus
[illegible] conſe. ſanctus ad augmentum datur & robur.
[illegible].4.ca. Vnde cum cæteras vnctiones ſimplex
[illegible]yte- ſacerdos vel presbyter valeat exhibere,
[illegible]ſt.ca. [illegible]uenit. hanc non niſi ſummus ſacerdos, i. Epi-

ſcopus debet cõferre: quia de ſolis Apo- 1.quæſt.7. ca. Accuſatio
ſtolis legitur, quorum vicarij ſunt Epi- 63.diſt. ca. Quorũ vices.
ſcopi, quod per manus impoſitionẽ ſpiri
tum ſanctum dabant, quemadmodum
actuum apoſtolorum lectio manifeſtat: Act.8
Cum audiſſent (inquit) Apoſtoli qui e-
rant Hieroſolymis, quia recipiſſet Sama
ria verbum dei, miſerunt ad eos Petrum
& Ioannem. Qui cum veniſſent, oraue-
runt pro ipſis, vt acciperent ſpiritum ſan
ctum. Nondum enim in quenquam illo
rum venerat: ſed baptizati tantum erant
in nomine domini Ieſu. Tunc impone-
bant manus ſuper illos, & accipiebãt ſpi
ritum ſanctum. Cuius aduentus per vn- Mat.3
ctionis miniſterium deſignatur, quia co Luc.3
lumba, in qua ſpiritus ſanctus ſup Chri
ſtum in baptiſmo deſcendit: ad veſperũ Gen.8
in Cataclyſmo reuertens ramum retu-
lit virentis oliuæ, cuius vtique ſacramen
tum Dauid Propheta prænoſcens, ex- Pſal.108
hilarandam faciem in oleo prædica-
uit.

Vngitur præterea, ſecundum eccleſia Vnctio altaris qd myſtice
ſticum morem, cum conſecratur altare,
cum dedicatur templum, cum benedici-
tur calix, non ſolum ex mandato legis
diuinæ, verum etiam exemplo beati Syl-
ueſtri, qui cum conſecrabat altare, illud
chriſmate pungebat. Præcepit enim do- Exo.30
minus Moyſi, vt faceret oleum vnctio-
nis, de quo vngeret teſtimonij taberna-
culum & arcam teſtamenti menſamque
cum vaſis. Verum vnctionis ſacramen-
tum aliud quidem efficit & figurat tam
in nouo quam in veteri teſtamento. Vn-
de non iudaizat eccleſia, cum vnctionis
celebrat ſacramentum, ſicut antiqui mẽ-
tiuntur, qui neque ſcripturas neque Dei
nouere virtutem.

Monemus igitur vt illum in or-
dinandis presbyteris & conſecrandis
Epiſcopis morem ſerues & facias ob-
ſeruari, quem apoſtolica ſedes obſeruat.
Et infra.

Licet Romanus Pontifex non v-
tatur baculo paſtorali, tum propter hi-
ſtoriam, tum propter myſticam ra-
tionem, tu tamen ad ſimilitudi De conſe. diſt. 1 ca. Nullus Epiſcopus
nem aliorum pontificum
poteris eo vti.

DE SACRAMENTIS non iterandis.

INNOCENTIVS PAPA III. Epiſcopo *Helienſi.

Nouionē ſi.

In ordinato in ſubdiaconum ſine manuum impoſitione, & confirmato non chriſmatis, ſed olei unctione, non fiet iteratio, ſed ſupplebitur prætermiſſum.

Conſtit. LXXXV.

Extra lib. 1 tit. 16. de Sacramentis non itera. cap. Paſtoralis.

PAſtoralis. Et infra Prętereà conſulere voluiſti, an p̄mitti debeat miniſtrare, qui ſine impoſitione manuū fuerit ad ordinē ſubdiaconatus aſſumptus.

Et ſi confirmationis ſacramentum in eo debeat iterari, qui per errorē fuit non chriſmate, ſed oleo delinitus.

Ad q̄d breuiter duximus reſpondendū, quod in talibus nō eſt aliquid iterandum, ſed caute ſupplendum, quod incaute fuerat prætermiſſum.

De conſe. diſt. 4. ca. Oſtendit. Supra cō ſtit. proxima

DE FILIIS PRESbyterorum ordinādis vel non ordinandis.

INNOCENTIVS PAPA III.

Illegitimus in eccleſia paterna præbendari non debet.

Conſtit. LXXXVI.

Extra lib. 1. tit. 17 de filiis presbyterorū cap. Cum decorem

CVm decorem domus Dei. Et infra. Filijs canonicorum p̄bendas in eiſdē eccleſijs cōferri non ſinatis, q̄rum ſunt canonici patres eorum.

Cum indecorum ſit, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri miniſtret, in quo vnigenitus Dei filius æterno patri pro ſalute humani generis victimatur.

DE SERVIS NON ordinandis, & de eorum manumiſſione.

INNOCENTIVS PAPA III Varmenſi Epiſcopo.

Manumiſſus ab eccleſia ut fiat clericus, & ipſi eccleſiæ perpetuo ſeruiat in diuinis, ad aliam eccleſiam ſe transferre non poteſt: ſecus ſi pure fuerit manumiſſus.

Conſtit. LXXXVII.

Extra lib. 1. tit. 18 de ſeruis nō ordinādis cap. Eo libentius.

EO libentius. Et infra. Adiecíſti aliā quæſtionem, an illorum filij qui eccleſiæ ſeruili conditione tenentur, traditi à parētibus militię clericali cū ſuorum cōniuētia dominorum, vt in eadem eccleſia debeant deſeruire, aſſequentes propterea libertatem, poſt tempus ea relicta poſſint ad aliam ſe transferre?

54. diſt. ca. 1. 2. & 3

1. quęſt. 1. ca. Quam pio

In quo credimus diſtinguendum, vtrum eo tenore fuerint manumiſſi & oblati ordini clericali, quod manumittenti eccleſiæ dum vixerint deberent impendere famulatum in obſequijs diuinorū, & tunc transferendi ſe ad aliam eſt eis licentia deneganda: Vel manumiſſi extiterint abſolute, ſicque libertatem habeāt tranſeundi.

INNOCENTIVS PAPA III.

Ius quod eſt de ſeruo facto diacono etiam de ſubdiacono debet intelligi.

Conſtit. LXXXVIII.

Ibid. cap. Miramur non modicum.

MIramur nō modicum, cum certū ſit in cōſtitutionibus antiquorū, quando ſerui in gradus eccleſiaſticos ordinati debeant in ſeruitutem vel non debeant reuocari. Et infra.

54. diſt. ca. Ex antiquis. & ca. Frequens. & ca. Quis autem. 32. diſt. ca. Anteriorum. 32. diſt. ca. Erubeſcāt

De ſubdiaconali ordine, quia de eo nō ſit mētio in patrū ſtatutis exp̄ſſe, videtur nobis, q̄d & is cū diaconali gradu priuilegio gaudet eodē. Nā licet ſacer ordo non reputaretur in eccleſia primitiua, tñ à conſtitutione Gregorij atque Vrbani

ni ſecūdum moderna tempora ſacer gradus eſſe minime dubitatur.

DE CORPORE VItiatis ordinandis vel non ordinandis.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Sacerdos qui ex iuſta cauſa fecit ſibi uirilia abſcindi, poteſt ut prius ſacerdotale officium exercere.

Conſtit. LXXXIX.

Extra lib. 1. tit. 20. De corpore vitiatis ordi. vel non.

EX parte M. presbyteri ſuit propoſitum, quod cum ſibi ſentiret lepræ periculum imminere, de conſilio medici virilia fecit ſibi abſcindi, vt poſſet à tam graui infirmitatis vitio liberari. Et infra.

55. diſt. ca. Si quis à medicis.

Quoniam igitur canones ſanctorum patrum hunc à ſacri altaris adminiſtratione non prohibent, mandamus quatenus, ſi eſt ita & memoratus M. eſt alias idoneus, vt ſui miniſterij officium exequatur, liberam ei tribuas facultatem.

IDEM MILICENENSI Epiſcopo.

Mutilatus manu ſi promotus fuerit in Abbatem ab Abbatia deponitur.

Conſtit. XC.

Ibid. cap. Expoſuiſti

EXpoſuiſti nobis quod prædeceſſor tuus H. in Abbatem promouit, neſciens quod ipſe eſſet manu altera mutilatus. Et infra.

Nos igitur fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod quum pro tam enormi defectu ad ſacros non poſſit ordines promoueri, & in promotione ſua id tacuerit fraudulenter, ab Abbatiæ officio eſt non immerito amouendus.

DE BIGAMIS NON ordinandis.

INNOCENTIVS PAPA III. Ratiſponenſi Epiſcopo.

Qui mortua uxore promotus ad ordines ſacros, cum ſecunda de facto contraxit, & cognouit, bigamiæ pœnam incurrit, licet non ſit bigamus.

Conſtit. XCI.

Extra lib. 1. tit. 21. de bigamis non ord. cap. nuper a nobis

NVper à nobis. Et infra. Tertius articulus videbatꝰ habere nō modicum quęſtionis, quoniam quum in matrimonijs contrahendis, non iuris effectus, ſed animi deſtinatio attēdatur, vnde illum comitatur infamia, qui duas ſimul vxores habet, q̄d partim ad factū conuenit retorqueri, ſicut in Canone legitur de presbytero, qui nō legalibus nuptijs detinetꝰ, eadē cenſura tales videntur inter bigamos reputādi. Licet obuiet ex aduerſo, quod opinioni veritas ſit præferenda, & quod iuxta præmiſſa, qui nullā vxorem habuit foret bigamus reputandus: q̄d contingeret, ſi quis de facto contraheret cum diuerſis, quibus de iure nō poſſet matrimonialiter copulari.

28. ca. Presbyterum.

Nos autem in hac quæſtióne tibi reſpondemus, quod cum huiuſcemodi clericis, qui, quantum in ipſis fuit, ſecundas mulieres ſibi matrimonialiter coniunxerunt, tanquam non bigamis nō liceat diſpenſari, licet in veritate bigami non exiſtant, nō ꝓpter ſacramenti defectū, ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto.

IDEM METENSI EPIſcopo.

Qui contraxit cum uirgine, licet prius ab alio deſponſata, bigamus non cenſetur.

Conſtit. CXII.

Ibid. cap. Debitum paſtoralis

DEbitū paſtoralis officij. Et infra. Fraternitati tuæ duximus reſpondendum, quod cum duo ſint in cōiugio, videlicet conſenſus animorum & commixtio corporum, quorum alterū ſignificat charitatem, quę conſiſtit in ſpiritu inter Deum & iuſtam animā, ad q̄d pertinet illud q̄d dicit Apoſtolus: Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt cum eo: reliquum vero deſignat conformitatē, quę conſiſtit in carne inter Chriſtum & Eccleſiam, ad q̄d pertinet illud q̄d Euang. teſtatꝰ: Verbū caro factū eſt, & habitauit in nobis: Profecto coniugium illud q̄d non eſt commixtione corporum cōſum-

1. Cor. 6

Ioan. 1

 matum,

matum,nō pertinet ad illud coniugium deſignandum,quod inter Chriſtum & Eccleſiam per incarnationis myſterium eſt contractum, iuxta quod Paulus exponēs illud,quod dixerat protoplaſtus: Hoc nunc os exoſſibus meis,& caro de carne mea:& propter hoc relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna: ſtatim ſubiungit:Hoc autem dico magnum ſacramentum in Chriſto & Eccleſia.Cum ergo propter ſacramenti defectum inhibitum ſit,ne bigamus aut maritus viduæ præſumat ad ſacros ordines promoueri,quoniam nec illa eſt vnica vnici, nec iſte vnus vnius, profecto vbi deficit inter huiuſmodi coniuges commixtio corporum, non deeſt huiuſmodi ſignaculum ſacramenti.

Gen. 2. Eph. 5. 35. quęſt. 9. ca. ſta teruatis

Vnde is qui mulierem ab alio viro ductam ſed minime cognitam duxit vxorem(quia nec illa nec ipſe carnem ſuam diuiſit in plures)propter hoc impediri non debet,quin poſſit ad ſacerdotium promoueri.

34. diſt. ca. Valentini ano

IDEM LVGDVNENSI ARchiepiſcopo,Apoſtolicæ ſedis Legato.

Qui plures habuit concubinas, ex eo bigamus non eſt.

Conſtit. XCIII.

Ibid. cap. Quia circa minima

QVia circa minima. Et infra. Sane poſtulaſti per ſedem Apoſtolicam edoceri,ſi presbyteri plures concubinas habentes,bigami cenſeantur.

Ad quod duximus reſpondendum, quod quum irregularitatem non incurrerint bigamiæ,cum eis tanquam ſimplici fornicatione notatis,quo ad executionem ſacerdotalis officij poteris diſpenſare.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Subdiaconus qui cum uidua contraxit & eam cognouit,bigamiæ pœnam incurrit, licet bigamus non ſit.

Conſtit. XCIIII.

Ibid. cap. A nobis fuit. & infra

A Nobis fuit.Et infra. Ille autem qui in ſubdiaconatus ordine conſtitutus,de facto tantū(quia de iure non potuit)duxit viduam in vxorem,profecto bigamus nō exiſtit,ſed nec viduę poteſt in veritate dici maritus, cū inter ipſm & illam non fuerit vinculū maritale cōtractum:cum eo tamen contra doctrinā Apoſtoli tanquam cum marito viduę diſpenſare non licet,nō propter ſacramēti defectum,ſed affectum intentionis cum opere ſubſecuto.

1. Tim. 4.
34. diſt. ca. Valentii.

DE CLERICIS PEregrinis.

INNOCENTIVS PAPA tertius,Conſtantinopolitano Patriarchæ.

Clericus peregrinus qui iurat ſe ordinatum, niſi aliter probet,in illo ordine nō ſuſcipietur, nec ad ſuperiores promouebitur.

Conſtit. XCV

Extra lib. 1. tit. 22 de clericis peregrinis cap. Inter quatuor.

INter quatuor. Et infra. Vtrū clericos ad te ſine ſuorum ordinatorū literis venientes et offerentes iuramētum, quod ſint in quouis eccleſiaſticorum ordinum conſtituti,debes ad ſuperiores ordines promouere.

71. diſt. ca. Primarus

In quibus taliter tibi reſpondetur,q̄d (niſi de ipſorum ordinatione Canonica per idonea tibi conſtiterit argumenta) eos nec in illis ſuſcipere,nec ad maiores debes ordines promouere,præſertim antequam conuerſatio eorum fuerit approbata.

7. quęſt. 1. ca. Epiſcopi vel pſbyters. De conſe. diſt. 2. ca. nō prohibeas

IDEM HIEROSOLYMItano Patriarchæ.

Peregrinus,de cuius ordinatione non conſtat, non permittitur celebrare in loco publico, ſed in occulto.

Conſtit. XCVI.

Ibid. cap. Tuæ fraternitatis

TVæ fraternitatis. Et infra. Vtrum clericos, qui ad partes Hieroſolymitanas ſine commēdaticijs literis veniunt,permittere debeas celebrare diuina. Et infra.

71. diſt. ca. penultimo.

Reſpondemus,quod niſi legitime tibi conſtiterit,ſiue per literas, ſiue per teſtes de illorum ordinatiōe canonica qui penitus ſunt ignoti, non debes ipſos permittere in tuis plebibus celebrare,ſed ſi forſitan eorum aliqui ſecreto ex deuotione celebrare voluerint poteris ſuſtinere.

Supra eodē conſt. 1

DE

DE OFFICIO ARchidiaconi.

INNOCENTIVS PAPA III.

Dicit primo, quid ſit officium Archidiaconi & in quo per illud releuetur Epiſcopus. Et ſecundo dicit Decanos rurales per Epiſcopum & Archidiaconum eligendos & amouendos, ſi illorum uices communiter gerant.

Conſtit. XCVII.

Extra lib. 1. tit. 23 de officio Archidia. ca. Ad hæc nos

AD hæc nos dicimus. Et infra. Sane conſuluit nos tuæ fraternitatis deuotio, quid ad officium Archidiaconi debeat pertinere, & in quibus per ipſum cura epiſcopalis ſolicitudinis debeat releuari: & nos prout poſſumus reſpondemus, Archidiaconus (ſecundũ ſtatuta beati Iſidori) imperat ſubdiaconibus & Leuitis. Parochiarum ſolicitudo & earũ ordinatio ad ipſum pertinet, & audire debet iurgia ſingulorum: Archiepiſcopi, qui à pluribus Decani nũcupantur, eius iuriſdictioni ſe nouerint ſubiacere. Secundum vero Romani ordinis conſtitutionem maior poſt Epiſcopum & ipſius Epiſcopi vicarius reperitur, omnem ſolicitudinem & curam tam in clericis, quàm in Eccleſijs eorum, pro ut melius ſecundum Deum poterit, impendendo, cum ſuper his ſit redditurus rationem in diſtricti examinis iudicio. Item in Epiſtola beati Clementis Papæ prędeceſſoris noſtri oculus Epiſcopi Archidiaconus appellatur, vt loco Epiſcopi per Epiſcopatum proſpiciẽs, quæ corrigenda viderit, corrigat & emendet, niſi adeo fuerint ardua negocia, quod abſq; maioris ſui præſentia nequeant terminari. In quadam vero noſtra conſtitutione iam alia vice nos meminimus expreſſiſſe, quod inſtitutio corporalis tam ſuper beneficijs, quàm etiam dignitatibus ad ipſum debeat pertinere, examinatio etiam clericorum, ſi fuerint ad ſacros ordines promouendi: & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus obſeruandum, vt qui beneficijs eccleſiaſticis præficiendi fuerint, à ſuo prius examinẽtur Archidiacono, & p ipſum poſtmodum Epiſcopo præſententur.

[margin: ... diſt. ca. Perlectus. — ... tra lib. ... ca. ... rchidi... conus. — ... diſt. ca. ... iacon. — ... tra cõſt. ... t noſtrũ]

Subſequẽter poſtea quæſiuiſti, vtrum Decani rurales, qui pro tempore ſtatuũtur, ad mandatum tuum ſolum, vel Archidiaconi, vel etiam vtriuſq; inſtitui debeant vel deſtitui, ſi fuerint amouẽdi. Ad hoc breuiter reſpondemus, quod cũ ab omnibus quod omnes tangit approbari debeat, & commune eorum Decanus officium exerceat, communiter eſt eligẽdus vel etiam amouendus.

[margin: C. auc. p̄ſtam. L. vltima. &c ff. de aqua.]

IDEM INNOCENTIVS Papa tertius.

Archidiaconus non dat literas commendatitias ad ordines.

Conſtit. XCVIII.

Ibid. cap. Significaſti

SIgnificaſti. Et infra. Interdicas Archidiacono tuo, ne ſine ſcientia tua & autoritate literas ſuas promouendis concedat.

Et etiam diſtricte prohibeas, ne ad ordines audeant conuolare.

Qui ſi cõtra prohibitionem tuam venire præſumpſerint, executionem eis ordinum ſuſceptorum taliter interdicas.

IDEM INNOCENTIVS Papa tertius Archiepiſcopo Mediolanenſi

Archidiaconus examinat & præſentat ordinandos, & ponit prælatos in ſede.

Conſtit. XCIX.

Ibid. cap. Vt noſtrũ

VT noſtrum. Et inſra. Non ſuit ſufficienter probatum, quod Cãcellarius ex officio ſuo exerceat ſpiritualia memorata, cum ea potius de iure communi ad Archidiaconi ſpectẽt officium, repræſentare videlicet ordinandos Epiſcopo, & illos examinare, ponere Abbates & Abbatiſſas in ſede.

Supra eodẽ, cõſti. Ad hæc

DE OFFICIO Vicarij.

INNOCENTIVS PAPA III. Abbati ſancti Eugenij, & Plebano ſancti Petri.

Vicarius Papæ in urbe iuriſdictionem habet, non extra urbem.

Conſtit. C.

SED

Ibid. cap. Sua nobis

SVA nobis. Et infra. Nos igitur vicarij literas æſtimantes per ſurreptionem obtentas, Quoniam iuriſdictio vicarij, quem Romanus Pontifex in vrbe reliquit, non extēditur extra illam, niſi ei ſpecialiter ſit conceſſum: pręſertim cum ipſe moratur in ſua prouincia ſpeciali, videlicet inter Capuanā prouinciam, & Piſanam, Mandamus, quatenus quicquid occaſione literarum illarū actum eſt, in irritum reuocetis.

DE OFFICIO ET POteſtate iudicis Delegati.

INNOCENTIVS PAPA III.

Rhegino Archiepiſcopo, & Epiſcopo Cephadulenſi.

Si cauſa ſimpliciter delegatur tribus, duo ſine ſubdelegatione tertij procedere nō poſſunt. Quod ſi fecerint, ab eis poterit appellari. Idem ſi ſunt dati cum clauſula, quod ſi non omnes, non enim ualet proceſſus duorum, tertio inconſulto.

Conſtit. CI.

Extra lib. 1, tit. 29. De officio & poteſtat. iudicis delegati. ca. Cum cauſa quæ.

CVM cauſa quæ vertitur inter Mōtis regalis & Roſanenſem Archiepiſcopos ſuper quibuſdam decimis, Panormitano, & Capuano Archiepiſcopis, & tibi fratri Rheginenſi commiſſa fuiſſet à nobis ſine debito terminanda, prædictus Archiepiſcopus Montis regalis (ſicut accepimus) ad primam Panormitani & Capuani Archiepiſcoporum citationem acceſſit: in quorum præſentia excipiendo propoſuit, quod pro duabus cauſis eorum non deberet ſtare iudicio: tum quia ipſa cauſa tribus fuerat iudicibus delegata, & idē ab illis duobus tantum (te fratre Rheginenſe inconſulto, nec vices tuas ſuper hoc committente) ad iudicium ſuerat euocatus: tum quia ante ipſorum citationem & notitiam literarum pro eadem cauſa nuncium ſuum ad Apoſtolicam ſedem tranſmiſerat, in quo Decretalem Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri ſibi affirmabat apertius ſuffragari. At ijdem Archiepiſcopi exceptiones ipſius nolentes admittere, contra eum, vt reſponderet interlocutoriam ſententiam, protulerunt. Propter quod ad Apoſtolicam ſedem appellauit. Et infra.

Extra lib. 2. tit. 28 de appella. cap. Meminimus

Fraternitati veſtræ mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit prædictos Archiepiſcopos exceptiones prædictas nullatenus admiſiſſe (non obſtante eo quod per ipſum factum eſt) decimas ipſas, quibus prædictus Montis regalis Archiepiſcopus ſe poſtquam nuncius ſuus propter hoc ad ſedem Apoſtolicam acceſſerat aſſerit ſpoliatum, præcipue cum eaſdem tam ſibi, quàm Eccleſiæ ſuæ à ſede Apoſtolica aſſerit confirmatas, ſiue per laicalem potentiam, ſiue per eoſdem iudices factum ſit, cum fructibus inde perceptis reſtitui faciatis, audientes poſtmodum quātum de iure poteritis quicquid fuerit quæſtionis.

IDEM CONVENTVI DE Conchis.

Si duo ſunt delegati cum clauſula, quod ſi ambo & cætera. uno recuſato, alter ſolus procedere poteſt: nec tenet proceſſus, ſi cum recuſato procedat.

Conſtit. CII.

Ibidem. cap. Cum ſuper abbatia.

CVm ſuper Abbatia monaſterij veſtri inter vos & S. quondam Abbatem veſtrum fuiſſet quæſtio agitata, demum ſuper ea ad Lexouieñ. Epiſcopum & Abbatem de Becco noſtræ fuerant literæ deſtinatę. Et infra.

Quamuis ſolus Abbas antequam appellaretur ab eo iuxta formam literarum noſtrarum procedere potuiſſet, quia tamē pro eo, quod cum ipſo Epiſcopo interloquutus eſt, appellationem prius ab eodem Epiſcopo interpoſitam nō tenuiſſet de iure ſine ipſo, cū poſſet & nollet negocio intereſſe, per conſequentiā conſeſſus eſt ſe non poſſe mandatum Apoſtolicum adimplere, nec ſuæ intentionis extitit, vt ſine coniudice ſuo aliquid diffiniret, & cum eo qui iam iudex eſſe deſierat aliquid ſuper prædicto negocio ri- te

ti. queſt. 4 ca. Aeſtimant.

te diſponere non valebat, voluntate ac poteſtate ſibi mutuo aduerſantibus, cũ noluerit quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequerit, quod à duobus factum fuerat, effectum non potuit de iure obtinere.

IDEM ARCHIEPSCOPO Toletano.

Si iuriſdictio delegati expirat in termino peremptorio, quem partibus aſsignauit, poſt congruam horam peremptorij, iudex non expectabit contumacem. Si non expirat, poteſt expectare in diem alteram, & iterum citare ſi vult.

Conſtitutio CIII.

[Ibid. cap. Conſuluit] COnſuluit nos tua fraternitas, vtrũ cum ad recipiendos teſtes, depoſitiones publicandas eorum, vel ſententiam proferendã peremptorie citatas partes, & earum altera ſe abſentat contumaciter die data, an circa vltimam partẽ ſaltem diei ſit in negocio procedendum, vel in diem expectandum potius ſubſequentem: & ſi expectaueris, vtrum contumax iterum ſit citandus, quum non fuerit die partibus aſſignata proceſſum?

Nos autem credimus diſtinguẽdum, vtrum iuriſdictio duret poſt terminum peremptorium, an expiret in illo. Si duret in diem alteram, æquitate ſuadente, poteris expectare: nec erit pars cõtumax peremptorio elapſo citãda, niſi gratiam fecerit ei benignitas iudicantis. Si autem expiret, niſi partes quum id nouerint ſe tibi præſentauerint ea hora, qua cõgrue poſſis procedere ad exequendum id, propter quod eis legitime terminum peremptorium aſſignaſti, ex tunc exequi poteris quod intendis, ne fruſtra iudicialis inſtantia euaneſcat.

[Ioan. 3. 11. quæſt. 3. ca. Perniicioſam.] Ne vero iudicium eccleſiaſticum exerceatur in tenebris, quia iuxta teſtimonium veritatis, qui male agit, odit lucem. Licet enim ſecundum conſuetudinem & conſtitutiones legitimas more Romano dies à medietate noctis incipiat, & in medio noctis deſinat ſubſequentis (vnde quod in dimidiatis noctibus agitur, perinde ſanxit habendum legalis autoritas, ac ſi qualibet parte lucis agatur) [ff. de feriis L. more Romano.] nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua poſſis ante noctis tenebras perficere, q̃d incumbit.

[ff. de iud. L. Nonnũquam. 2. quæſt. 6. ca. Appellatore] Porro, diſcretus iudex in aſſignatione peremptorij nõ debet iuriſdictionem ſuam (niſi neceſſitas exigat) adeo coartare.

IDEM ABBATI DE BORbellis, & Priori ſancti Sepulchri.

Ex noua cauſa remouetur delegatus, etiam poſt litem conteſtatam, & alius ſubrogatur.

Conſtit. CIIII.

[Ibid. cap. Inſinuãte R.] INſinuante R. rectore ſancti Saldati ad audientiam noſtram peruenit, quod quum cauſam, quæ ſuper iure parochiali inter ipſum & T. vertebatur Vigorienſi Epiſcopo, & coniudicibus ſuis à nobis obtinuerit delegari, poſtmodum (licet fuerit in eadem quæſtione proceſſum) tractu tẽporis ante diffinitiuæ ſententię calculum idem Epiſcopus dictum R. in familiarem admiſit: ſine quo alij coniudices (ſecundum quod in noſtris literis mandabatur) in cauſa procedere non valebant, & alter ipſorum coniudicum officialis eſt Epiſcopi ſupradicti: propter quod aduerſæ parti poterat ſuſpectus haberi. Vnde quum tam Epiſcopus, quàm officialis prædictus (vtpote quos idem R. in iudices poſtularat, & ipſe familiaris eorum poſtmodum eſt effectus) ab aduerſa parte poſſent merito recuſari, deciſionem ipſius cauſæ veſtræ petijt diſcretioni committi.

Quocirca mandamus, quatenus ſi eſt ita (niſi poſtquam familiaris eius eſt effectus litigare conſenſerit coram illo) in cauſa ſecundum priorum continentiam literarum (ratione præuia) procedatis, alioquin partes ad priorum iudicum reuertantur examen.

IDEM PRIORI SANCTI Fridiani Lucanenſis.

Delegatus Papæ ſententiã ſuam exequi poteſt, uſq; ad integrum annum.

Conſtit. CV.

[Ibidẽ. cap. Quærenti quid per.] QVærenti, quid per cenſuram eccleſiaſticam debeat intelligi, cum huiuſmodi clauſulam in noſtris literis apponimus. Et infra. [Infra lib. 5 tit. de verborũ ſig. conſt. quærenti.] Si vero delegatus à nobis excommunicet illum, qui rei iudicatæ parere cõtemnit, licet aliquibus videatur quod ſuo ſit functus officio, vt vlteri-

vlterius non habeat ex delegata ſibi iuriſdictione proceſſum: alij autem dicunt quod iuriſdictio eius duret, donec ſententię pareatur, vt interim abſoluere poſſit parere volentem.

Nos tamen per æquitatis ſemitam incedentes, præſentium autoritate ſtatuimus, vt delegatus à nobis, non ſolum vſque ad quadrimeſtre tempus (quod ad ſoluendum debitum à lege reo conceditur) ſed vſq; ad integrum annum, iuriſdictionem ſibi commiſſam, ad exequendū ſententiam valeat exercere, ſicut obſeruatur in illo, qui ante litis conteſtationem contumax inuenitur.

C. de reuſu. rei iud. L. 2, & 3.

IDEM ARCHIEPISCOPO Cantuarienſi.

Delegatus Papæ poteſt principium, medium & finē cauſæ coniunctim & diuiſim ſubdelegare.

Conſtit. CVI.

Ibidē. cap Sup quæſtionum

infra cōſt. Licet is cui

SVper quæſtionum articulis, de quibus nos conſulere voluiſti, tibi reſpondemus, quod per conſtitutionem noſtram conſultationi Alexandri Papæ nullatenus derogatur, ſed illa per iſtam exponitur: imo in iſta verius, quæ in illa fuerant prętermiſſa, ſupplentur. Ipſe nanque reſpondit, quod ſi ſuper cauſa, quæ alicui ex apoſtolica delegatione committitur, à perſonis eccleſiaſticis, vna vel pluribus, quibus delegatus (vt parcat laboribus partium & expenſis) cauſæ cognitionem ipſius & teſtium examinationes, ſentētia ſibi reſeruata, committit, appellatio fuerit interpoſita, huiuſmodi appellationis intuitu cauſam indiffinitam relinquere non tenetur. Nos autem ſtatuimus, quod licet is cui cauſa committitur remota appellatione non poſſit eam alijs ſine prouocationis obſtaculo delegare: ſi tamen delegatus à nobis, vel iudex quicunq; non tam cognitorem, quā executorem ad aliquem certum articulum quempiam deputauerit, ab eo (niſi modū excedat) nō liceat appellari, dummodo de partium deputetur vel recipiatur aſſenſu.

Quod ſi delegatus à nobis vel litis exordium, vel cauſę finem, necdum totum negocium ei duxerit committēdum, ab ipſo tanquam a iudice licite prouocetur: quum & lis ante iudicem debeat conteſtari, & cauſa per iudicem diffiniri.

Intentionis igitur noſtrę fuit (ſicut ex tenore conſtitutionis præmiſſe poteſt liquide deprehendi) quod (vt iudicialis autoritas liberius valeat exerceri) delegatus à nobis licite poſſit & principium & finem & medium cauſæ ſibi commiſſæ non ſolum coniunctim, ſed etiam diuiſim alij delegare: non obſtante quod dicitur, quod iudex debet cognoſcere per ſeipſum in principio, in medio & in fine: cum antequam ferat ſententiam, vniuerſa quę acta ſunt in iudicio inueſtigare debeat diligenter.

A ſubdelegato cum iuriſdictione appellari poteſt: ſecus ſi ſine iuriſdictione, niſi modum excedat. Tunc enim poteſt recuſari, niſi datus ſit de partium conſenſu.

Verum cum totam cauſam committit alicui, vel principium aut finē ipſius, ab eo tāquam à iudice poteſt licite prouocari. Quum autem alicui medium tantum committit, ab ipſo tanquam ab auditore prouocari non poteſt, niſi mandati fines excedat, vel merito ſit ſuſpectus. Vnde, ne valeat recuſari, prouide ſtatuimus, vt de partium detur vel recipiatur aſſenſu.

A ſubdelegato non in totum appellatur ad ſubdelegantem, non autem ad primum delegantem: ſecus ſi in totum.

Porro, cum delegatus à nobis iuriſdictionem ſuam in alium transfert totam, ſi fuerit appellandum, non ad eum, ſed ad nos appellari debebit. Quum autem ſibi aliquid de iuriſdictione reſeruat, ſi cauſa ſit ei, appellatione remota, cōmiſſa, non ad nos, ſed ad eum poterit de iure appellari. Vnde ſi forſan appellaretur ab eo, cui media cauſæ committit, ſiue cognitor vel executor dicatur, vel (quod melius eſt) auditor, pro eo quod vel mandati fines excedat, vel merito ſit ſuſpectus, nihilominus tamē delegatus à nobis iuxta conſultationem præmiſſam, cauſam poterit diffinire, vt parcatur laboribus partium & expenſis.

Auditor datus ſine partium conſenſu recuſari poteſt, ut ſuſpectus: non tamen ſine cauſa.

Quem

Quem vero delegatus à nobis depu-
tauerit auditorem, neutra partium pote
rit recuſare, niſi coram eo iuſtam recuſa
tionis cauſam oſtendat.

*Si unus ex duobus delegatis principis cum
clauſula, appellatione remota, ſubdelegat alteri
acceptanti, non poteſt acceptans ſubdelegare,
nec appellatione remota procedere, quod tamē
ante acceptatiōem poterat, & ſi ab ipſo fuerit
appellandum, appellabitur ad Papam, etiam ſi
fuerit ſubdelegatus non in totum.*

Si vero duo ſint à principe delegati,
& vnus cōmittit vices ſuas alteri: ille nec
poteſt, nec debet appellatione remota ꝓ
cedere, nec cauſam alij delegare, quãuis
in commiſſione facta duobus continea
tur expreſſum, vt appellatione remota al
ter poſſit procedere ſine reliquo, ſi non
poſſunt ambo pariter intereſſe.

Quia quod poteſt ex ſola iurisdictio
ne ſibi à principe delegata, non poteſt cũ
iurisdictione ſibi à condelegato com-
miſſa.

Vnde ſi ab eo fuerit appellatum, licet
aliquibus viſum fuerit, quod ad conde-
legatum valeat appellari, nobis tamen vi
detur, quod ad primum duntaxat appelã
dum eſt delegantem, propter rationem
ſuperius aſſignatam.

*Si delegatus Papæ ſubdelegat non in totum,
pars à ſubdelegato non poterit appellare, ex
eo quod datus ſit ſine ſuo conſenſu: poteſt ta-
men recuſari in oſtendendo cauſam iuſtam co-
ram delegato, & tunc delegatus diffiniet: à
quo etiam, ſi noluit recuſationem admittere, ap-
pellatur ad Papam.*

Eius ergo appellatio, de quo tua fra-
ternitas nobis ſcripſit, ſi noſtræ conſtitu
tionis occaſione ad noſtram audientiam
appellauit, pro eo quod delegatus à no-
bis, reſeruata ſibi diffinitiua ſententia,
audientiam cauſę commiſit quibuſdam,
qui de partium aſſenſu nec dati ſunt nec
recepti (niſi contra eos iuſtam recuſatio
nis cauſam oſtenderit, vel paratus fuerit
oſtendere coram iudice delegato) non
debuit impedire, quo minus procederẽt
auditores. Qui etiam ſi tanquam ſuſpe-
cti fuiſſent merito recuſati, delegatus ta
men à nobis nihilominus potuiſſet ſub
lato appellationis diffugio cauſam iudi-
cialiter expedire.

Quod ſi iuſtã recuſationis cauſam no
luit admittere delegatus, ſed corã ſuſpe-
ctis eum litigare cogebat, à tali grauami
ne licite potuit ad noſtram audientiam
appellare: quodq; poſt appellationem hu
iuſmodi eſt appellare præſumptum, iudi
cari debet irritum & inane.

IDEM EPISCOPO Helienſi.

*Delegatus Papæ, niſi malitioſe ſe exoneret,
ſubdelegatum compellit ad ſuſcipiendam ſubde
legationem, in coactione tamē deferet ſuæ digni
tati, & perſonæ.*

Conſtit. CVII.

PAſtoralis officij. Et inſra. Ibid. cap. Paſtoralis officij
Conſultationi tuæ duximus re
ſpondēdum, quod cum delegata à prin-
cipe iuriſdictio dandi iudicem ſit à lege
conceſſa (dummodo ipſe exonerare ſei
pſum malitioſe non quęrat) poteſt com C. de iudic. L. à iudice.
pellere renitentem, eo quod iurisdictio
illa nullius videretur momēti, ſi coertio
nem aliquam non haberet.

Delegatus tamen debet ſolicite pro-
uidere, vt ſi perſonis ſuperioribus (exigẽ
te neceſſitate) negocium duxerit delegã
dum, in coactionibus inſerēdis dignita-
ti deſerat & perſonæ.

*Delegatus Papæ ſicut poteſt committere to
tam cauſam, ita poteſt citationē & punire con-
temnentem acceptare.*

Item cum totum negocium alij poſſit
committere delegatus, ſicut ſuperius eſt 9. quęſt. 3. ca. Cum ſimus
expreſſum, citationis officium poteſt cui
libet (diſcretione pręuia) demandare, ac 1. quęſt. 5. ca. præſentium.
punire merito contemptorem.

*Si Papa ſcienter commiſit appellationem in- Extra lib. 1. tit. 29 de poteſtate iudic. dele. cap. Sane.
terpoſitam à ſuo delegato dato cum clauſula, ap
pellatione remota, iurisdictio primi delegati eſt
interim ſuſpenſa quo ad executionem.*

Præterea poſtulaſti, ſi cum à ſenten-
tia lata autoritate literarũ noſtrarũ in q-
bus appellatio eſt inhibita, fuerit appella
tũ, & literæ poſt appellationẽ ad iudices
alios emanauerint, an ad mandatũ poſte
riorũ iudicũ executio ſententiæ à priori
bus delegata debeat retardari, vt priores
iudices ipſam neq; ꝑ ſe neq; ꝑ alios exe-
quantur.

Nos autem inquiſitioni tuæ taliter re
ſpōdemus, quod cum appellationis cau

Zz ſam

ſam ex certa ſcientia iudicibus alijs com mittimus cognoſcēdam, appellationem videmur recipere, ac iurisdictionem priorum iudicū reuocare, vt interim executio ſcientiæ ſuſpendatur, donec appellationis merita plenius ſint diſcuſſa.

Ordinarius ad mandatum delegati exequitur ſententiam, etiam ſi ſciat eam iniuſtam.

Quia vero ſępe contingit quod executio ſententiæ ordinario demādatur, quę ſi uiſti an, ſi ipſam iniuſtam eſſe cognouerit, debeat eam executioni mandare, an ſit ei potius ſubſiſtendum.

Attendentes itaq; quod non cognitio, ſed executio tantum demandatur, ci dem reſpondemus, quod cum ordinarius teneatur obſequi delegato, & ſi ſciat ſentētiam illam iniuſtam, exequi nihilo minus tenetur eandem, niſi apud eum efficere poſſit, vt ab hoc onere ipſum abſoluat.

Delegatus qui impenditur die ſtatuta procedere partem hoc procurantem punict, & quantum ad diem illam cauſam committet appellatio ne remota in odium procurantis, niſi partes negocium progent.

Cum aūt ſæpe cōtingat ad diem, quā iudex delegatus a nobis partibus aſſigna uit, earum altera procurante, vt negociū prorogetur, iudicem ipſum à rege vel archiepiſcopo euocari.

12. diſt. ca. Epiſcop° Nos peruerſorum volentes malignitatibus obuiare, decernimus, vt ſi delega to conſtiterit hoc fuiſſe alicuius partis

C. de ſpor tulis. L. 2. malitia procuratum, ipſam puniat animaduerſione condigna, & (ne aliquod lucrū ex huiuſmodi fraude reportet) pſonę neutri parti ſuſpectę, quantū ad diē illum, committat ipſum negocium audiendum, quę in ipſo appellatione remota procedat, niſi forte partes conſenſerint negocium prorogari.

IDEM ABBATI SANCTI Hilarij, & magiſtro G. Canonico Tarniſinenſi.

Subdelegatus à delegato Papæ iuriſdictionē habente, poteſt coercere impedientem.

Conſtit. CVIII.

Ibid. cap. Ex literis EX literis patriarchę Grandeñ. Et infra.

Mandamus, quatenus, niſi vobis con ſtiterit, quod literæ quę ſecundo loco ad Archipresbyterum Paduanum impetra tæ dicuntur, de prioribus literis ad primiceriū Gradeñ. & plebanum ſanctę Sophiæ obtentis expreſſam fecerint mentionem, vt per ſecundas primæ apparerēt reuocatæ, cum primos iudices autoritate literarum noſtrarum iurisdictiōem non ſit dubium habuiſſe, quā potuerunt poſt modum patriarchæ, quo ad executionem ſententiæ, demandare: ex qua coertionem etiam idem patriarcha receperat, cum huiusmodi demandata iurisdictio deluſoria videretur, ſi ſubdelegatus huiuſmodi coertionem aliquam non haberet, interdicti ſententiam ab eodem patriarcha in Caſtellañ. Archidiaconū promulgatam, pro eo quod eiuſdem patriarchę executionem impediēs, eius literas quibus mandatum prædictorum iudicum nunciabat, legi in publicum nō permiſit, tandiu faciatis inuiolabiliter obſeruari, donec eidem patriarchæ de iniurijs irrogatis ſufficiēter fuerit ſatisfactū.

Si vero conſtiterit primas literas per ſecundas legitime reuocatas, cum appareat primos iudices iurisdictionem nullam penitus habuiſſe, & ita conſtet per conſequentiam patriarcham ipſum non recepiſſe iurisdictionem vel coertionem aliquam ab eiſdem, prædictam interdicti ſententiam denuncietis irritam & inanem.

IDEM EPISCOPO PICTAuienſi.

Iurisdictio delegati re integra morte mandantis expirat.

Conſtit. CIX.

LIcet vndique. Et infra. Ibid. cap. Licet vndique

Cum igitur duxeris requirendum, ſi cauſam tribus iudicibus delegamus, apponi in literis noſtris illam clauſulam facientes: quod ſi non omnes his exequēdis poteritis intereſſe, duo veſtrū nihilominus eā exequātur, & vnus poſtq̄ commiſerit cuidam ex alijs vices ſuas, de medio ſit ſublatus, tertius vt ſuſpectus merito recuſet, an collega ſuperſtes ſuo nomine ac defuncti poſſit negocium diffinire. Extra lib. 1. tit. 10 de offi. & po teſtate iudi delega ti, cap. Prudētiā Ibid. cap. Cauſam

Inquiſitioni tuę taliter reſpondemus: quod ſi iurisdictione à ſuo ſibi collega delegata eo viuente vti non cœperit, qa mandatum huiuſmodi re integra morte mandatoris expirauit, non habet ſolus

officium

officium iudicandi . Si vero ante mortẽ illius iuriſdictione vti cœperit taliter;de mandata,vices ſuas &illius poterit adimplere.

IDEM EPISCOPO Baiocenſi.

Non creditur quis delegatus niſi delegationem probet.

Conſtit. CX.

Ibid.cap. Cum in iure peritus ſupra eodẽ tit. de reſcriptis conſti. Cũ contingat

CVm in iure peritus. Et infra.Præterea quęſiuiſti cum tibi ab aliquo ſub hac forma mandatur,autoritate qua fungor iniungo, vt talem denuncies excommunicationis ſententiæ ſubiacere, ac tibi ſuper mandato apoſtolico hæſitãti ab aliquo nõ ſit facta fides , an mandatum huiuſmodi exequi tenearis?

Super quo tibi huiuſmodi damus reſponſum,quod niſi de mandato ſedis apoſtolicæ certus extiteris,exequi nõ cogeris quod mandatur.

IDEM PARRHISIENSI & Trecenſi Epiſcopis,& Abbati S.Genoueſæ.

Per procuratorem non habentem mandatũ de re ad rem iuriſdictio prorogari non poteſt.

Conſtit. CXI.

Ibid.cap. Cum olim Abbas

CVm olim Abbas & cõuentus Virgiliacenſis ſua nobis conqueſtione monſtraſſent,quod comes Altiſiodorenſis quoddam ſtagnum molendinũ & domum in terra eorum conſtruere nitebatur,in ipſorum præiudicium & grauamen Epiſcopo & theſaurario Niuernẽ.commiſimus cauſam ipſam.

Per quorum literas accepimus,quod lite ſuper petitionibus eccleſiæ conteſtata,receptis vtrinq; teſtibus & atteſtationibus publicatis,cum ſuper dictis teſtiũ inter partes fuiſſet poſtmodũ diſputatũ:

Tandẽ pars comitis propoſuit,q̃d de dãnis in nemoribus & rebus alijs datis, ſup quibus teſtes deponere videbant,cognoſcere nõ debebãt,cũ in reſcripto noſtro nulla de dãnis mẽtio haberet.Et inf.

Supra,de reſcriptis. Cum dilecta.

Iudices autem interlocuti ſunt, quod ſuper damnis dat s à comite ad eos cognitio pertinebait.

Quo audito comes ad appellationis beneficium conuolauit.

Vnde ipſum iudices euocatũ & nec per ſe,nec per reſponſalẽ idoneũ comparentẽ excommunicationis vinculo aſtrinxerunt.Et infra.

Quia vero ſuper damnis datis antequam lis fuerit conteſtata,nequaquam ad dictos iudices cognitio ptinebat, cũ in reſcripto nulla de eis mentio haberetur,nec ad ipſos potuerit iuriſdictio prorogari,cũ procurator ad illa ſolũmodo intelligatur conſtitutus,quę in commiſſionis literis inueniũtur expreſſa,&poſt quam comes publicatis atteſtationibus intellexit ſup his fuiſſe depoſitum,protinus cõtradixit:nos eoſdem iudices pronunciauimus minus iuſte interlocutos fuiſſe,ac ſępe dictum comitẽ,qui ob hoc ad appellationis beneficium cõuolauit, excommunicationis ſententia non fuiſſe ligatum.

IDEM SENONENSI Archiepiſcopo.

Qui acta cauſæ relationis iudicum delegatorum ſigilla uiolando aperuit,non auditur poſtmodum contra illa.

Conſtit. CXII.

Ibid.cap. Cũ olim Magiſter

CVm olim magiſter S.& B.archidiaconatũ & præpoſituram ad inuicẽ commutaſſent.Et infra.

Verum dictus B.delegatis noſtris nõ deferens,imo verius deleganti ſigilla violauit illorum,& ſcripta quæ nobis fuerant pſentãda non erubuit aperire. Qui poſtmodum in noſtra præſentia conſtitutus aduerſario præſente in excuſationem ſuam propoſuit, quod iudices perperam proceſſerãt contra ipſum,cũ acta in ſcriptis minus fideliter redegiſſent:vnde timens ne literas portaret Vriæ,illorum ſcripta aperuit, & quod ſuſpicatus fuerat adinuenit.

Sane ſi q̃d expediret melius notauiſſet,vel nõ recepiſſet ſcripta ſuſpecta , vel recepta nobis fideliter præſentaſſet, & oſtendiſſet cauſam ſuſpicionis propoſitæ coram nobis:præterea cum non cõquereretur de iudice,quẽ ei proprio motu conceſſimus,ſed de illo potius,quem ipſe duxerat eligendum, & iudices ſuas nobis per eũ literas deſtinaſſendet, ipſo pariter conquerentes ,verbis ipſius fidẽ non duximus adhibendam.

Sed vt in hoc ſaltem puniretur in quo

 pecca

peccauerat,contra acta iudicij quæ temere violarat ipſum (ſicut nec debuimus) noluimus exaudire, ne uideretur dolus ſuus ei patrocinium attuliſſe.

IDEM ABBATI ET Capellano S.Mariæ Bononienſi.

Delegatus non tenetur admittere collegam ſibi adiunctum per literas ſurreptitias,nec ipſius ſubdelegatum.

Conſtit. CXIII.

Ibid. cap. Corā dilecto filio

COrā dilecto filio M.diacono Cardinali,quem tibi & H.nūcio & clerico ſanctæ Agathæ aduerſario tuo,qui cum inſtrumentis eiuſdem eccleſiæ,ſed abſq; literis de ratihabitione ad apoſtolicā ſedē acceſſerat,ſed de rato cauerat ſub fideiuſſoria cautione, conceſſimus auditorem, proponere curauiſti, quod cum quidā in parochia ſanctæ M.in honorē beatæ Agathæ eccleſiam conſtruxiſſet, Alexander Papa prædeceſſor noſter cauſam ſuper hoc Abbati ſancti Stephani & Priori ſancti Victoris commiſit terminandam, qui pro eccleſia ſanctæ M. diffinitiuam ſententiam protulerunt. Verum Capellanus ſanctę Agathę ſententiæ parere contempſit. Cumq; ſup eadē cauſa corā Ferrarieñ epiſcopo per annū diſceptatum fuiſſet, pars eccleſiæ ſanctæ Agathę horum veritate ſuppreſſa magiſtrum L.Bononienſem canonicum obtinuit eidem Epiſcopo in cauſæ deciſione adiungi:q cū cauſæ intereſſe non poſſet,prædictus Epiſcopus,cui per ſequentes literas mandabatur,vt ſi ambo intereſſe non poſſent mādatis apoſtolicis exequendis,ea ipſe nihilominus adimpleret,ſententiam prædictam confirmauit.

Nuncius vero eccleſię ſanctæ Agathę inter alia propoſuit, quod cum dictus magiſter L.vices ſuas alij delegaſſet,Epiſcopus admittere noluit ſubdelegatum, ſed poſt appellationem ad nos interpoſitam ſolus in cauſæ cognitione proceſſit.

Et infra.

Sed ecōtra fuit reſpōſum,q̄d Ferrarieñ. Epiſcopus ſolus ꝓcedere potuit, cū in vltimæ cōmiſſionis literis fuiſſet inſertū, q̄d ſi ambo intereſſe nō poſſent, ꝓdictus Epiſcopus nihilominus exeq ꝓcuraret: q̄d nō intelligiť,vt ſi p ſe vel p alios intereſſe nō poſſent,qa id raro vel nunq̄ cōtingeret,ſed ſi non poſſent perſonaliter intereſſe.

Idem igitur Cardinalis latam ab eodem Ferrarieñ.Epiſcopo ſententiam cōfirmauit, & aduerſę parti ſuper hoc perpetuum ſilentium duxit imponendum.

Nos ergo quod ab eo factum eſt auto ritate apoſtolica confirmamus.

IDEM PRAEPOSITO ſancti Dominici,ſubdiacono noſtro.

Locus ad quem reus ſecure accedere non poteſt,& canonicus in cauſa concanonic. delegatus,recuſari poterunt.

Conſtit. CXIIII.

CVm R. canonicus Ianuenſis cauſam, quæ inter ipſum ex vna parte,ac. P.ciuem Ianuenſem vertitur, tibi obtinuerit delegari, & idem ciuis ꝓpter multas & graues inimicitias ciuitatis ſuę in tua nequeat præſentia comparere: — Ibid. cap. Cum R. canonicus

Mādamus, quatenus ſupradicto R. huiuſmodi optionem relinquas,vt(exceptis canonicis Ianueñ. quos,cum ſint eius ſocij, merito habet pars aduerſa ſuſpectos)in ciuitate vel diœceſi Ianuenſi, in qua ſunt multi viri prouidi, iudicem eligat, coram quo quæſtio terminetur, cui autoritate noſtra diſtrictè præcipias, vt eandem cauſam iuxta reſcripti à te obtenti tenorem,appellatione remota, fine debito terminare procuret.

IDEM ROTHOMAGENſi Archiepiſcopo.

Si mandatur iudici delegato, ut illum abſoluat,qui dicit ſe iniuſte excommunicatum, ante probationem illum abſoluere debet.Si autem dicat excommunicationem nullam, probationem nullitatis ante pronunciationem admittet.

Conſtit. CXV.

CVm cōtingat interdum,quod laici.Et infra.Inſup requiſiti ſumus, cum quis conqueritur in ſe à ſuo Epiſcopo poſt appellationem ad nos legitime interpoſitam,vel alias iniuſte excommunicationis ſententiā ꝓmulgatā,& nos iudicibus damus in mandatis, vt ſi eſt ita, iuxta formam eccleſiæ abſolutiōis beneficiū illi impendāt, vel eandē ſentētiā denunciēt eſſe nullā, ac epiſcopus paratus ſit probare,ſe in illum,antequam vocem appellationis emitteret , vel alias iuſte hu — Ibid. cap. Cum contingat

huiuſmodi ſentẽtiam protuliſſe, an probationibus non admiſſis liceat iudicibus excommunicatum abſoluere, vel denunciare ſententiam eſſe nullam?

Ad quod taliter reſpondemus, quod cum quis cõqueritur ſe poſt appellationem ad nos legitime interpoſitam excõmunicatione fuiſſe innodatum, ſemper vtriuſque partis probationes ſunt admittendæ, antequam ad decernendum ſuper hoc aliquid procedatur, per quas denique apparebit, an abſolutione indigeat conquerens, vel denunciandus ſit potius non ligatus.

In eo vero caſu, cũ excommunicatũ qs ſe aſſerit iniuſte, vix vel nunquam eſt eius (anteq̃ abſolutus fuerit) ꝓbatio admittenda, niſi tunc tantũ cũ aſſerit in excommunicationis ſententiã intolerabilem errorẽ fuiſſe patẽtur expreſſum: ad quod ꝓbandum admittif, antequam abſolutionis gratiam conſequatur.

11. queſt. 1. ca. Quidamus

Verum ſi proponat ſe ſimpliciter excommunicatum iniuſte, ac epiſcopus ad probandum, quod iuſte ipſum excommunicauit, ſuas poſtulet probationes admitti, non eſt ante abſolutionem ipſius aliquatenus audiẽdus: cum & ſi pro certo conſtaret rationabiliter in illum excõmunicationis ſentẽtiam promulgatam, nihilominus eſſet ei abſolutio impendẽda humiliter poſtulãti, & ideo in hoc caſu illum credimus iuxta formã eccleſiæ protinus abſoluendũ, vt ſic demũ ꝓbationibus vtriuſq; partis admiſſis, vtrũ iuſte vel iniuſte ligatus fuerit decernat.

DE OFFICIO LEgati.

INNOCENTIVS PAPA III presbytero Cardinali tituli ſancti Laurentij in Lucina, Legato apoſtolico.

Legatus etiam de latere ex generali legatione non poteſt transferre Epiſcopos, uel unam eccleſiam cathedralem alteri ſubijcere, & alteri concedere ius primatiæ, uel duos Epiſcopatus unire, uel unum diuidere: excommunicator tamen propter manuum iniectionem in clericos abſoluere poteſt.

Conſtit. CXVI.

Niſi ſpiritualis illa dilectio, quam ad perſonam tuã habuimus & habemus, iuſtum motũ animi noſtri tẽperaret, pœna docẽte cognoſceres, quantum exceſſeris, qui ſpretis canonicis ſanctionibus & conſuetudine generali, motu proprio præſumpſiſti Troianum Epiſpopum de Troiana eccleſia ad Panormitanam de facto transferre.

Extra lib. 1. tit. 30. de officio legati. cap. Niſi ſpiritualis

79. diſt. ca. vlt. Et 7. queſt. Mutationes.

IDEM EIDEM, CVI ſupra.

Summatum fuit ſupra in cap. præcedenti.

Conſtit. CXVII.

QVod translationem. Et infra. Licet in regno Siciliæ generalis ſit tibi commiſſa legatio, ad ea tamẽ ſine ſpeciali mandato noſtro non debuiſti manus extendere, quæ in ſignum priuilegij ſingularis ſunt tantum ſummo pontifici reſeruata, & ſi quædam ex his, quæ de ſpeciali conceſſione ſępe fuere legatis indulta, vt illorum videlicet abſolutio, qui propter ſacrilegas manuũ iniectiones in clericos incidunt in canonem promulgatæ ſententię, videantur ex ipſo legationis officio iam licere legatis: An exiſtimas quia vices noſtras tanquam legato tibi commiſimus exequendas, quod Panormitanam eccleſiam poſſes ſubijcere Meſſanę, vt illam + præficeres iſti, cõceſſo ſibi priuilegio primatiæ? An putas ex eadem cauſa tibi licere duos epiſcopatus vnire, vel vnum diuidere, ſine licentia ſpeciali?

Ibid. cap. Qđ tranſlationem

24. queſt. 1. ca. Quoties.

præferres

IDEM EPISCOPO BOnonienſi, & M. Capellano, ſubdiacono noſtro.

Ex quo legatus retulit cauſam Papæ, illius deſinit eſſe iudex.

Conſtit. CXVIII.

LIcet Trañ. canonici ab initio diſſenſiſſent, tandem vnanimiter conſenſerunt, G. fratrem Caſſinenſem abbatẽ in archiepiſcopum eligẽtes: cuius electionem Portuenſis Epiſcopus tunc legatus examinari præcepit. Et infra.

Ibid. cap. Licet.

Nuncius pręfati abbatis nobis literas ꝓſentauit, graui contra iam dictum lega

tum querimoniam continentes, quod poſtquam electionem examinauerat, & eam ad noſtræ deliberationis examẽ trãſtulerat, nunciȷs iam directis electionem eandem malitioſe nimis examinare præſumpſit. Et infra.

De concilio fratrum noſtrorum exa minationem ſecundã, tanquam à non ſuo iudice factam, poſtquam negocium ad noſtrum fuerat translatum examen, cenſuimus irritam & inanem. *21. queſt. 1 ca. pænultimo*

IDEM SANCTI P. ET S. Leonis, Abbatibus, & R. archidiacono Tullenſi.

Legatus de latere confert beneficium uacãs, licet illud ſpectet ad præſentationem alicuius clerici.

Conſtit. CXIX.

Ibid. cap. Dilectus. Dilectus filius R. Methenſis canonicus intimauit, quod cũ Præneſtinus Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis Legatus eccleſiam ſancti Trudonis contuliſſet eidem: Meteñ. Archidiaconus, ad quem illius eccleſiæ præſentatio pertinebat, aſſerens quod eodem inconſulto conferri non potuit à legato, canonicum ipſum ſuper eadem eccleſia moleſtare præſumit.

Cum igitur plus iuris habeat in conceſſione prælatus, quam in præſentatione patronus, nec præiudicetur prælato, ſi quando per Apoſtolicę ſedis legatum, eo inconſulto, eccleſia concedatur, mandamus, quatenus dictum archidiaconũ, vt ab eius ſuper hoc moleſtatiõe deſiſtat appellatione remota cogatis.

IDEM N. ILLVSTRISſimo Regi Francorum.

Legatus in pluribus locis, poteſt in quolibet dictorum locorum iuriſdictionem ſuam exercere, ita quod facta unius loci poteſt in alio explicare.

Conſtit. CXX.

Ibid. cap. Nouit ille Nouit ille q nihil ignorat. Et infra. Ex parte tua querimoniã accepimus, q̃d cũ tibi legatus eſſet certa ratione ſuſpectus, extra fines regni Francorũ in terram tuam interdicti ſentẽtiam promulgauit. Et infra.

Tuæ magnificentiæ reſpõdemus, q̃d & ſi fines regni Francorũ exierat, nõdũ tamen fuerat terminos ſuæ legationis egreſſus, cum non ſolum in regno Francorũ, ſed in Vienneñ. Lugdunenſi & Biſuntineñ prouinciȷs iunctam ſibi à nobis legationis ſolicitudinem ſuſcepiſſet.

DE OFFICIO IVdicis ordinarij.

INNOCENTIVS PAPA III. Auſitano Archiepiſcopo.

Ordinarius ſupplet negligentiam abbatis, non reuocantis monachum uagabundum.

Conſtit. CXXI.

Qvanto deuotio religioſorum. Et infra. Ad audiẽtiã noſtram noueritis p̃ueniſſe, quod monachi, canonici & & aliȷ regulares tuę prouinciæ, cum deberẽt potius in clauſtro iuxta regularia conſtituta diuinis obſequiȷs vigilare, de obedientiȷs & redditibus, quorum curã geſſerunt, pecunia congregata clauſtrũ abhorrentes, per curias principum & potentum diſcurrere non verentur. *Extra lib. 1. tit. 31 de officio iudic. ord. cap. Quanto deuotio. 16. queſt. 1 ca. 31 cupis. Ibid. ca. placuit*

Mãdamus igitur, quatenus quoſcũq; tales inueneris, niſi ad commonitionem tuã reſipuerint, vt propriũ in manibus prælatorum ſuorum ſine difficultate reſignent, conuertendum in vtilitatem domus ſecundum abbatis conſilium, & regularem vitam obſeruent, ſi prælati eorum poſt tuam commonitionem id exequi negligenter omiſerint, per ſuſpenſionem officij & beneficij appellatione remota compellas. *74. diſt. ca. Cõſilium.*

IDEM ROTHOMAGENſi Archiepiſcopo & eius ſuffraganeis.

Ab uno Epiſcopo excommunicatus, ab aliȷs eſt uitandus. Et archiepiſcopus per querelam aditus non abſoluet, niſi primo remittat.

Conſtit. CXXII.

Ad reprimendam malitiam peruerſorum pœnæ certæ ſunt in canonibus conſtitutę, quas ſicut latas à vobis interdũ in ſubditis vultis inuiolabiliter obſeruari, ita latas & ab aliȷs debetis inuiolabiliter obſeruare. *Ibid. cap. Ad reprimendam 4. diſt. ca. Ita&ę ſunt. 2. queſt. 1. ca. Qui ſe ſcit*

Ideo,

11.queſt.3 ca.Curæ

Ideoq; mandamus, quatenus ſententias, quas Lexouienſis epiſcopus duxerit in ſubditos ſuos canonice promulgandas, & vos ipſi ſeruetis, & a veſtris ſubditis faciatis inuiolabiliter obſeruari. Tu vero frater Archiepiſcope (cum excommunicationis ſentẽtia per appellationis non ſuſpendatur obiectũ) ſi quis excommunicatus ab ipſa, de iniuſta tibi fuerit excõmunicatione conqueſtus, ad ipſum (ei quaſi coepiſcopo deferens) abſoluendum ſecundum formam Eccleſiæ remittas. Qui ſi noluerit ipſum abſoluere, tu (recepta cautione iuratoria) abſolutionis munus ei poteris exhibere: ita tamẽ, quod niſi legitime tibi cõſtiterit eũ contra iuſtitiam excõmunicatum fuiſſe, ex debito ſibi iuramenti præcipias, vt ſuper eo, de quo fuerit excommunicatione innodatus, eidem epiſcopo ſatiſfaciat competenter. Quod ſi facere contempſerit, eum in excommunicationis ſententiã, appellatiõe remota, reducere nõ omittas.

IDEM TVRONENSI
Archiepiſcopo.

De cauſis ſubditorum archiepiſcoporum & Epiſcoporum ſuorũ patriarcha non cognoſcit, niſi per appellationem legitimam, aut uigore cõſuetudinis ſeu priuilegij. Conſtit. CXXIII.

Ibid. cap. Duo ſimul 9.queſt.3. ca.Cõqueſtus.& 12. queſt.1 ca. 1.& vltimo.

DVo ſimul. Et infra. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod cum ſit in canonibus diffinitum, primates vel patriarchas nihil iuris præ cæteris habere, niſi quantum ſacri canones concedunt, vel priſca illis conſuetudo contulit ab antiquo: ita vt ſecundum Nicenas regulas ſua priuilegia ſeruentur

99.diſt.ca. Nus antiquus. & ca.ſequẽti 25.queſt.2 ca.1.2.& 3 9.queſt.3. ca. Cõqueſtus 16.queſt.1 ca.fraternas.

Eccleſijs, præterquam ſi Apoſtolica ſedes aliquam eccleſiam vel rectorem ipſius q̃libet ſpeciali priuilegio decreuerit honorare: quamdiu clerici tui coram te voluerint ſtare iuri, compelli non debẽt iudicium patriarchæ ſubire, niſi cauſa p appellationem ad eius audientiam perferatur, aut ei aliquid ſuper hoc à ſede apoſtolica ſit indultum.

IDEM TVRONENSI
archiepiſcopo.

Archiepiſcopus impeditus poteſt conſecrationem ſui ſuffraganei alteri committere, & conſecr&dus tenetur ab illo commiſſario munus conſecrationis recipere.

Conſtit. CXXIIII.

Ibid. cap. Q͛d ſede.

QVod ſedẽ apoſtolicam. Et infra. Nos ſiquidem cõſuluiſti, vtrũ ſi aliqua infirmitate, vel alia iuſta cauſa detentus, aliquem ſuffraganeorum tuorum conſecrare non poſſes, alicui coepiſcoporum tuorum vices tuas committere licitum tibi eſſet. Et infra.

Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod in tali articulo conſtituto, & tuas vices (vt dictum eſt) tibi committere licet, & conſecrandus munus debet ab eo conſecrationis accipere, cui eas duxeris committendas, dũmodo catholicus habeatur, & impedimẽtum ei ex ſubtractiõe gratiæ apoſtolicæ ſedis nõ obſiſtat.

IDEM EPISCOPO
Elienſi.

Archiepiſcopus cauſam ad ſe per appellationem delatam, ſubditis ſuffraganei committere poteſt: non tamen ad ipſam ſuſcipiendam compellere poteſt.

Conſtit. CXXV.

Ibid. cap. Paſtoralis

PAſtoralis officij. Et infra. Ex parte tua fuit inſuper quæſitum, vtrũ ſi aliqua cauſa fuerit ad archiepiſcopum p appellationem delata, poſſit eandem iure ordinariæ poteſtatis ſuffraganei ſui ſubdito delegare, vel animaduertere in eundem, ſi cauſam renuerit ſuſcipere delegatam. Ad quod reſpõdemus, quod archiepiſcopus ipſum ad ſuſcipiendam delegationem huiuſmodi compellere nequiuit inuitum, cũ in eũ (exceptis quibuſdam articulis) nullam habeat poteſtatem, licet Epiſcopus ſuus eidem ſit metropolitana lege ſubiectus.

Mortuo delegato Papæ, qui excommunicauit reum uel actorem in poſſeſſionem induxit, ſi eius ſucceſſor in delegatione ſuccedit, abſoluere & reſtituere poſſeſſionem poterit: alias ſolus Papa reſtituet & abſoluet, præterquam in mortis articulo: ne tamen currat annalis præſcriptio, reus coram ordinario uel publicis perſonis de ſtando iuri cautionem præſtabit.

Præterea poſtulaſti, an alicui ordinario liceat ſine ſpeciali mandato apoſtolicæ ſedis delegato, qui reum propter cõtumaciam manifeſtam excommunicationis vinculo innodauit, vel petitorem cauſa rei ſeruãdæ in poſſeſſionẽ petitorũ induxit, rebus humanis exceptis, eidem

volenti iuri parere abſolutionis beneficium impartiri & poſſeſſionem reſtituere infra annum, ſufficiẽti recepta primitus cautione.

Extra lib. 1. tit. 29. de offic. & poteſtate, iud. dele. cap. Sane C. ſi aduer. rem iud. L. Aduerſus

Ad quod dicimus, quod cum delegatus, quantum ad illud, ſit maior ordinario, ſine mandato ſummi Põtificis excõmunicatus ab huiuſmodi delegato, non poteſt per alium (præterquam in mortis articulo) abſolutionis gratiam obtinere, niſi forſan delegatus talis extiterit, cui alius ſuccedat in onere & honore. Nec ꝑ alium, quàm per ſummum põtificem recuperare poterit poſſeſſionem amiſſam. Veruntamen ne alius poſt annum verus efficiatur poſſeſſor, coram ordinario, vel ſi eius copiam habere nequiuerit, coram publicis & honeſtis perſonis (vt quaſi præſcriptionem interrumpat annalem) offerre ac præſtare, quod iuri parebit, poterit cautionem, vt ſic poſt annum recuperare poſſeſſionem per ſedem Apoſtolicam mereatur.

IDEM ARCHIEPISCOPO Senonenſi.

Papa per reſcriptum, quo mandat ordinario, ut ſubditos ſuos corrigat, non facit ex hoc ipſum delegatũ: adeo ab eo poterit appellari ad proximum ſuperiorem, ac ſi Papa nullum mandatum feciſſet.

Conſtit. CXXVI.

Ibid. cap. Licet in cor.

Licet in corrigẽdis exceſſibus iuxta Canonicas ſanctiones, appellationis ſit diffugium interclusum, & ideo pariſieñ. Epiſcopus à nobis receperit in mãdatis, vt tam circa viros religioſos, quã etiam clericos ſeculares ſuæ iuriſdictioni ſubiectos, qui multa & grauia crimina committere proponũtur, inquirat & corrigat appellatione remota, quæ viderit corrigẽda, ſtatuẽs ad reformationem eorum, quod regulare fuerit & honeſtum.

Quia tamen intẽtionis noſtræ nec fuit nec eſſe debuit iuriſdictioni tuę ꝑ mandatũ huiuſmodi derogare, præſentium autoritate duximus declarandum, quod ſi in inquiſitiõibus ab eodem epiſcopo, non tanquam à delegato, ſed tanquam ordinario, faciendis aliquis caſus emerſerit, in quo licitum ſit ad ſedem Metropolitanam appellare, prædicti occaſione mandati autoritati tuæ, quo minus ad te tanquam ad Metropolitanum appellari valeat, nolumus aliquatenus derogare.

DE MAIORITATE & Obedientia.

INNOCENTIVS PAPA III. Capitulo Herbipolenſi.

Non obediens canonicis inſtitutis incurrit inobedientiæ notam, id eſt, infamiam.

Conſtit. CXXVII.

Illud dominus in beato Petro. Et infra. Cum ſpiritualia ſint temporalibus digniora, & obedientia melior ſit quam victima, & auſcultare magis, quam adipem arietũ offerre: non debuerat Hildeſenenſis Epiſcopus pro temporali commodo inobedientiæ notam incurrere, & apoſtolicis iuſſionibus contraire.

Extra lib. 1. tit. 33. de obedientia cap. illud dominus

1. Reg. 15 Eccle. 4 81. diſt. ca. Si qui ſũt

1. quęſt. 1. ca. non eſt putanda

IDEM ILLVSTRISSIMO Imperatori Conſtantinopolitano.

Imperium non præeſt ſacerdotio, ſed ſubeſt, & ei obedire tenetur. Vel ſic: Epiſcopus non debet ſubeſſe principibus, ſed præeſſe.

Conſtit. CXXVIII.

Solitæ benignitatis affectu. Et infra. Mirata eſt imperialis ſublimitas, quod te niſi fuimus in noſtris literis increpare. Huic autem tuę admirationi, nõ cauſam ſed occaſionem prębuit, quod legiſti beatum Petrum apoſtolorum principem ſic ſcripſiſſe: Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue regi tanquam pręcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis, ad vindictam maleſactorum, laudem vero bonorum.

1. Petri. 2 11. quęſt. 1. ca. Quam magnum

Verum ſi perſonam loquentis & eorum ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentius attendiſſes ſcribentis, non expreſſiſſes taliter intellectum. Scribebat enim apoſtolus ſubditis ſuis, & eos ad humilitatis meritum prouocabat. Nam ſi per hoc quod dixit, ſubditi eſtote, ſacerdotibus voluit imponere iugum ſubiectionis, & eis prælationis autoritatem afferre, quibus eos ſubiectos eſſe monebat, ſequeretur ex hoc etiam, quod ſeruus quilibet in ſacerdotes

96. diſt. ca. Deinde opponiſ.

impe

perium accepiſſet, cum dicatur, omni hu manæ creaturæ. Quod autem ſequitur, Regi tanquam præcellenti, nõ negamus, quin præcellat imperator in temporalibus illos duntaxat, qui ab eo ſuſcipiunt
10. diſt. ca. Suſcipiens temporalia: ſed pontifex in ſpiritualibus antecellit, quæ tanto ſunt temporalibus
11. quæſt. 1. ca. præcipimus. digniora, quanto anima præfertur corpori: licet non ſimpliciter dictum fuerit, Subditi eſtote, ſed additum fuit: propter Deum, nec pure ſit ſubſcriptum, regi præcellenti, ſed interpoſitum, forſitan nõ ſine cauſa, tanquam. Quod autem ſequitur: ad vindictam malefactorũ, laudem vero bonorum, intelligendum non eſt, quod rex vel imperator ſuper bonos & malos gladij acceperit poteſtatem, ſed in eos ſolummodo, qui vtentes gladio eius ſunt iuriſdictioni commiſſi.

Potuiſſes autem prærogatiuam ſacerdotij ex eo potius intelligere, quod dictũ eſt, Non à quolibet, ſed à Deo, non regi, ſed ſacerdoti, non de regia ſtirpe, ſed de ſacerdotali proſapia deſcendenti, de ſacerdotibus videlicet, qui erant in Ana-
Hiere. 1 thot: Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.

Gen. 1 Præterea noſſe debueras, q̃d fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cœli: luminare maius, vt præeſſet diei, &
96. diſt. ca duo. luminare minus, vt præeſſet nocti: vtrunque magnum, ſed alterum maius. Ad firmamentum igitur cœli, hoc eſt, vniuerſalis Eccleſiæ, fecit Deus duo magna luminaria, id eſt, duas inſtituit dignitates, quę ſunt pontificalis autoritas, & regalis poteſtas. Sed illa quæ præeſt diebus, id eſt, ſpiritualibus, maior eſt: quæ vero carnalibus, minor: vt quanta eſt inter ſolem et lunam, tanta inter pontifices & reges differentia cognoſcatur.

Hæc autem ſi prudenter attẽderet imperatoria celſitudo, non faceret aut permitteret Conſtantinopolitanum patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum Eccleſiæ, iuxta ſcabellum pedum ſuorũ in ſiniſtra parte ſedere, cum alij reges & principes Archiepiſcopis & Epiſcopis ſuis (ſicut debent) reuerenter
63. diſt. ca. valentinianus aſſurgant, & eis iuxta ſe venerabilem ſedem aſſignẽt.

Nos autem, & ſi non increpando ſcripſerimus, potuiſſemus tamen rationabiliter increpare.

Nobis autẽ in beato Petro ſunt oues Ioan. 21
Chriſti commiſſæ, dicente domino: Paſce oues meas, non diſtinguẽs inter has oues & alias: vt alienum à ſuo demõſtraret ouili, qui Petrũ & ſucceſſores ipſius magiſtros non recognoſceret & paſtores: vt illud tanquam notiſſimum omittamus, quod dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad ſucceſſores ipſius:
24. quæſt. 1 ca. Quod ſi dormierit
Quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit Matt. 16
ligatum & in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, &c. nihil excipiens, qui dixit: Quodcunque. Et infra.

Vtrum autem imperatoriam excellentiam ad bonũ & vtile per literas noſtras 96. diſt. ca. Si Romanorum
duxerimus inuitandam, vtrum tibi iuſta ſuggerimus, & honeſta, tua ſolicitudo diſcernat, quum non niſi ad vtilitatem Eccleſiæ, & terræ Hieroſolymitanæ ſubſidium, nos te meminerimus inuitaſſe.

IDEM EPISCOPO FLORENTINO.

Ordinatus per Papam, nõ per hoc eximitur à iuriſdictione ſui Epiſcopi.

Conſtit. CXXIX.

PEr tuas nobis literas. Et infra. Poſtulaſti per ſedis Apoſtolicæ Ibid. cap. poſtulaſti. tit. de aliis. ſcrip. L. 1
oraculum edoceri, vtrum quis per ordinem ſubdiaconatus à Romano Pontifice ſuſceptum, à debita tibi reuerentia ſubtrahatur.

Ad quod breuiter reſpõdemus, quod etſi decens ſit, vt illis, quantum cõuenit, à te inter alios tibi ſubditos deferatur, quos benignitas Apoſtolica collatione ipſius ordinis honorauit, per eam tamẽ ab obedientia, quam alias tibi debent, minime abſoluuntur.

IDEM PATRIARCHAE Conſtantinopolitano.

Quando de obedientia uel ſubiectione agitur, nihil attẽtari debet in præiudicium rei, uel poſſeſſoris non citati.

Conſtitutio CXXX.

INter quatuor. Et infra. Petitionem Ibid. cap. Inter quatuor.
contra Eccleſias, quas tibi ſubijci poſtulabas, quæ priuſquam Conſtantinopolis ciuitas caperetur, Conſtantinopolitano patriarchæ minime reſpondebãt, duplici ratione non duximus admittendam

dam. Iuris nanq; ratio poſtulat, vt in eorum præiudicium, quibus eædem Eccleſiæ ſunt ſubiectæ, nihil ordinemus de ipſis, cum nec citati ſint, nec conuicti, nec per contumaciam ſe abſentent.

96. quiſt. 6 ca. placuit

Super obedientia vero, quam vt tibi impẽdi faceremus ab Archiepiſcopo & Epiſcopis regni Cypri ſimiliter poſtulaſti, fere idem duximus reſpondendum: cum & ipſi ante tuam promotionem fuerint exempti, quando videlicet Conſtantinopolitana Eccleſia erat inobediens & rebellis: & in eorum abſentia contra ſtatum eorum non debuerimus aliquid immutare.

Extra lib. 1. tit. 6 de Electione & electi poteſtate. ca. Quia diligentia

Iuſtitiam tamen non negabimus tibi, cum eam duxeris poſtulandam

IDEM ARCHIEPISCOPO Cantuarienſi.

Abbates & ſacerdotes, qui ſunt diœceſani Epiſcopi, ad cuius ſynodum uenire, & illi obedire compelli poſſunt per cenſuram eccleſiaſticam.

Conſtit. CXXXI.

Ibid. cap. Quod ſup

QVod ſuper his. Et infra. Abbates & ſacerdotes diœceſana tibi lege ſubditos, qui ad tuam ſynodum venire contemnunt (dummodo in ipſa ſynodo nõ ducas aliquid ſtatuendum, q̃d Canonicis obuiet inſtitutis) per cenſuram Eccleſiaſticam ad ſynodum illam venire compellas, & debitam tibi obedientiam & reuerentiam exhibere.

ff. tit. Si quis ius di cen. nõ ob tem. L. 1

IDEM SANCTI STEPHAni & ſancti Proculi Abbatibus Bononienſibus.

Canonici regulares inobedientes priori ſuo, per ipſum excommunicari poſſunt: & ſi fuerint incorrigibiles, de fratrum conſortio expelli debent.

Conſtitutio CXXXII.

Ibid. cap. Cum in eccleſijs

CVm in Eccleſijs ſancti Victoris, & ſancti I. de Monte. Et infra. Nos igitur ad reformationem earundem Eccleſiarum diligenti ſolicitudine intendentes, vniuerſis Canonicis dedimus in mãdatis, vt priori ſuo in his, quæ ad Deum pertinent, obedirent.

Cumq; omnes (quatuor duntaxat exceptis) ſe obedire velle cõcorditer reſpõdiſſent, prædicti quatuor ſe contra Priorem in ſuperbiam erigentes, licet de obedientia ſuo Priori præſtanda præſtitiſſent iuramentum corporaliter, tamen exhibiti iuramenti immemores, ſuo Priori per omnia reſtiterunt: & cum pro contumacia ſua nequiuiſſent ad debitam obedientiam reuocari, dictus Prior in eos excommunicationis ſentẽtiam promulgauit.

Quum igitur præfati canonici ad Apoſtolicã ſedem acceſſiſſent, per ſcripturas autenticas ex multorum teſtimonio prælatorum effecti de ipſorum cõtumacia certiores, recepto ſecundum formam eccleſiæ ab eiſdem corporaliter iuramento, ipſis fecimus abſolutiõis beneficium impendi, præcipientes eis ſub debito iuramenti, vt ad ſuum clauſtrum, de quo exierant, redeuntes, Priori ſuo ſecundũ Deum deuote ac humiliter obedirent. Ideoq; mandamus, quatenus præfatos canonicos, vt ad Prioris ſui obedientiam reuertantur, per cenſuram eccleſiaſticam compellatis, & ne de ſua poſſint cõtumacia vel malitia gloriari, cogatis eos (ſi videritis expedire) vt iuramentum q̃d de parendo mãdatis Prioris pro abſolutionis beneficio impetrando ſuperbe negauerant, humiliter præſtare procurent: alioquin eos de fratrum conſortio penitus excludatis.

DE POSTVLANDO in Eccleſia Catholica.

INNOCENTIVS PAPA tertius Archiepiſcopo Compoſtellano.

Canonici regulares poſtulare non poſſunt, ſicut monachi, niſi pro utilitate Eccleſiæ uel ſui monaſterij & præcepto Abbatis.

Conſtit. CXXXIII.

EX parte tua nobis fuit propoſitum, quod quidam canonici regulares nõ ſolum in eccleſiaſticis, verum etiam in Forenſibus cauſis præſumunt aduocati officium exercere. Cumque obijcitur eis, quod non debent eſſe Forenſis vel eccleſiaſtici negocij ſuſceptores vel executores, niſi forte id monaſte-

Extra lib. 1. tit. 37. de Poſtulando cap. Ex parte tua

16. queſt. 1 ca. monachi. Et ibi de ca. De præſenti

naſterij expoſcat vtilitas, Abbate nihilominus imperante, ad ſuam proponunt inſolentiam excuſandam, quod capitulum illud, per quod prædicta prohiberi videntur, de monachis, non de Canonicis regularibus loquitur manifeſte.

Vnde conſultationi tuæ taliter reſpõdemus, quod idem iudicium de Canonicis regularibus, quod & de monachis, quantum ad ſupradicta, credimus obſeruandum, licet de monachis in Canone ſpecialiter ſit expreſſum.

DE PROCVRATOribus.

INNOCENTIVS PAPA tertius, Cabillonenſi & Cathalanenſi Epiſcopis.

Reſcriptum ſuper conſecutiuis iudicij impetratum à Procuratore reuocato, & de hoc certificato, non ualet, nec proceſſus uel ſententia lata per ipſum, ſi reuocatio peruenit ad aduerſarium.

Conſtit. CXXXIIII.

Extra lib. 1 tit. 38. de procuratorib. ca. In noſtra.

IN noſtra præſentia Tullenſis Epiſcopus eſt cõqueſtus, quod quum ad cauſam, quæ inter Epiſcopum & Decanum Tullenſes ſuper dilapidatione, excommunicatione & periurio, ac quibuſdã alijs criminibus vertebatur, T. & G. presbyteros procuratores inſtituens, ipſos ad ſedem apoſtolicam duxerit deſtinãdos, cum de ipſorum fide poſtmodum titubaſſet, mandatum quod eis dederat infra modicum temporis ſpacium reuocauit: ſed ipſi licet mandati literas reuocatorias recepiſſent, nihilominus in negocio proceſſerunt, & pro procuratoribus ſe gerentes, cum aduerſario ingreſſi iudicium, cum eo ad Pariſiẽſem Archidiaconum & collegas ſuos in eiuſdem præiudicium noſtras literas impetrarunt.

Cumq; prædictus epiſcopus ad probandũ, quod falſi procuratores fuerant, ab ipſis iudicibus inducias poſtulaſſet, ipſi exceptionem oppoſitam inutilem & ſuperuacuam reputantes, ad probationem ipſius dilationem concedere noluerunt: propter quod ad appellationis beneficium cõuolauit. Sed idem nihilominus lite non conteſtata, & iuris ordine prętermiſſo, teſtes contra eũ recipere pręſumpſerunt, ipſum à Tullenſi Eccleſia per ſententiam remouendo.

Extra lib. 1. tit. 9. de renunciatione cap. In præſentia

Nos vero, licet vix fidem adhibere potuerimus, quod dicti iudices, vtpote viri literati, prouidi & honeſti taliter proceſſiſſent, maxime cũ in ſua ralatione, quam ad noſtram præſentiam tranſmiſere, de huiuſmodi exceptione nullam fecerint mentionem: quia tamen epiſcopus per viros religioſos, prouidos & honeſtos, de quibus non eſt veriſimile, quod ſuę ſalutis obliti, ac iuramenti religione contempta, falſum teſtimonium tulerint, nobis fecit ſuper his, quæ ſunt ꝑpoſita, plenam fidem: attendentes etiam quod falſi procuratoris exceptio non ſolũ ante ſententiam, verum etiam poſtea poteſt obijci, vtpote qua probata iudicium nullum & nullius momenti controuerſiæ reputantur, proceſſum ſupra dictorum iudicum ſententialiter duximus irritãdum.

1. quęſt. 7. ca. Sancimus

IDEM BRIXIENSI EPIſcopo.

Si agitur de adulterio coram iudice ſeculari, ad pœnam legalem, non interuenit procurator: ſecus ſi coram eccleſiaſtico ad ſeparationem thori.

Conſtitutio CXXXV.

Ibid. cap. Tuæ fraternitatis

TVæ fraternitatis. Et infra. Conſultationi tuæ taliter reſpõdemus, quod ſi vir accuſat vxorẽ de crimine adulterij coram iudice ſeculari, ad pœnam legitimam infligendam, quia tunc inſcriptionis vinculum debet arripere, ſeq; ad pœnam talionis aſtringere, non per procuratorem, ſed per ſeipſum præſentẽ oportet præſentialiter accuſare.

C. de adult. L. Caſtitati.

Si vero vir accuſare velit vxorem de adulterio coram eccleſiaſtico iudice, vt ab eius cohabitatione diſcedat, quia tũc & ſi forſan oporteat eũ inſcribere, vt deſignet in ſcriptis nomẽ, locũ & tẽpus, & omnia quę cõꝓhenduntur in lege ciuili, ad talionẽ tamen non debet ſe aliquatenus obligare, ne forte cum in ꝓbatione defecerit, intentionis ſuæ cõſequatur effe-

32. queſt. 2 ca. Admonere. De pœnitẽtia diſt. 1. ca. Quã ob rem ff. de accuſ. & inſcrip. L. 3.

effectum, ſuſtineri poteſt, ſi neceſſitas id poſtulauerit, vt per procuratorem accuſet: quoniam huiuſmodi accuſatio, & ſi de crimine fiat, non eſt tamen criminalis, ſed quaſi mixta inter ciuilem & criminalem, quanquam in præſentia principalium perſonarum ſecurius procedatur.

IDEM ARCHIEPISCOPO, Decano & Præcentori Lugdunenſibus.

Qui de mandato domini cauſam procurauit, ab eo repetit expenſas propter hoc factas.

Conſtit. CXXXVI.

Ibid. cap. Cum pro cauſa.

CVM pro cauſa quæ inter G. & F. Gabionenſis Eccleſię Archidiacono nos vertebatur. Et infra.

Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus expenſas Archidiacono reſtitui faciatis, ſi legitime probare potuerit, ſe de mandato Capituli ſuſcepiſſe prędicta negocia promouenda, & propter hoc ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſe.

12. queſt. 4. ca. Quicunque

IDEM SCHOLARIBVS Parrhiſienſibus.

Vniuerſitas etiam ſcholarium poteſt ad agendum & defendendum procuratorem conſtituere.

Conſtitutio CXXXVII.

Ibid. cap. Quia in cauſis.

QVia in cauſis, quæ contra vos et pro vobis mouentur, veſtra vniuerſitas ad agendum & reſpondendum commode intereſſe non poteſt, poſtulaſtis à nobis, vt procuratorem inſtituere ſuper hoc vobis de noſtra permiſſione liceret.

ff. tit. de procuratoribus. L. 1

Licet igitur de iure communi hoc facere valeatis, inſtituendi tamen procuratorem ſuper his autoritate præſentiū vobis concedimus facultatem.

DE HIS QVAE VI metuſve cauſa fiunt.

INNOCENTIVS PAPA tertius, Decano & Subdiacono Linconienſi.

Qui per metum, qui cadere potuit in conſtātem uirum, beneficio ſuo renunciare iurauit & renunciauit, illud repetere poterit.

Conſtit. CXXXVIII.

Extra lib. 1. tit. 40 de his quę vi metuſue cauſa fiūt. cap. Ad audientiā noſtram

AD audientiam noſtram, magiſtro G. de Cheuellis ſignificante, peruenit, quod quum Eccleſiam de Cheuellis Canonice fuiſſet adeptus, & aliquandiu pacifice poſſediſſet, grauiſſimo tandem metu regis, quod eam reſignaret iurare coactus, eam in eorū, ad q̄s pertinebat, manibus reſignauit. Quia vero quæ vi metuſve cauſa fiunt, carere debent robore firmitatis,

6. queſt. 3. ca. Denique

Mandamus, quatenus ſi eundem ad reſignationem cōſtiterit vobis per talem metum fuiſſe coactum, qui potuerit & debuerit cadere in virum conſtantē, non obſtante iuramento prædicto, quo non ad repetendum, ſed ad reſignandum ſolummodo tenebatur, præfatam Eccleſiam ei reſtitui faciatis.

IDEM *VIDRONENSI Archiepiſcopo.

Nidroſienſi.

Excommunicatus non eſt qui abſolute coactus excommunicato communicat: ſecus ſi coactio fuit conditionalis.

Conſtit. CXXXIX.

SAcris eſt canonibus. Et infra. Diſtinguimus autem, vtrum is qui cōmunicat excommunicatis inuitus ſit per coactionem aſtrictus, aut per metum inductus.

Ibid. cap. Sacris

L. diſt. ca. presbyteros

In primo caſu talem nō credimus excommunicatione teneri, quum magis pati, quàm agere videatur.

In ſecundo, licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorſus excludit, cum pro nullo metu debeat qs mortale peccatum incurrere, excommunicationis labe credimus inquinari.

2. queſt. 1. ca. In primis

11. queſt. 3. cano. Quid prædeceſſor.

IDEM MARSILIENSI ET Agathenenſi Epiſcopis.

22. queſt. 5 ca. Ita ne

Metum paſſo non ſubuenitur, ſi non fuit talis, qui cadere potuit in conſtātem uirum.

Conſtitutio CXL.

Ibid. cap. Cum dilectus

CVM dilectus filius. Et infra.

Quia conſtitit nobis de voto emiſſo, & de præſtito iuramento à Canonicis

nicis inſularum, quod regulam Ciſterti enſem obſeruarent, vel translationem ipſius eccleſiæ ad ordinem illorum nulla tenus impedirent: cum vtrumq; ſeruatũ non vergat in diſpẽdium ſalutis æternę, nolentes viam periurijs aperire.

15. quæſt. 4. ca. Si aliquis. C de indi. viduit. l. 1. Non obſtante violentia, quæ proponebatur illata, cum neq; metum mortis, neque cruciatum corporis contineret, & ideo non debuerat cadere in conſtantes. Nec obſtante dolo, pro quo ſe proponebant fuiſſe ſeductos, cum talis dolus non tã ad circumuentionẽ prædictorum Ciſtertienſium, quam ad ſatuitatẽ eorum debeat retorqueri.

Super reſtitutione petita ſilentium eis duximus ſentẽtialiter imponendum.

DE IN INTEgrum reſtituti one.

INNOCENTIVS PAPA III ſancti Georgij, & ſancti Sergij Abbatibus.

Reſtituitur eccleſis læſa propter negligentiam procuratoris, qui iura eccleſiæ non produxit.

Conſtit. CXLI.

Ibid. cap. Cũ veniſſent. CVm veniſſent ad apoſtolicam ſedẽ, electus & monachi Rothonenſes, pro ſe ac pro monaſterio ſuo, ac magiſter A. pro Epiſcopo Venetenſi, eis ſancti Greorgij diaconum Cardinalem dedimus auditorem.

Coram quo idem magiſter pro Epiſcopi parte propoſuit, quod cum monaſterium Rothonenſe eſſet ſitum in diœceſi Venetenſi, & eccleſiæ Venetenſi ſubiectum, prædictus Epiſcopus poſſeſſiõe ſubiectionis vſus eſt hactenus incõcuſſe, ſed cum occaſione cuiuſdam electionis, quæ ibidem facta fuerat, partes de cõmuni aſſenſu ad Nanthenenſem Epiſcopum, & eius collegas commiſſionis literas impetraſſent, duo eorum ad monaſterium acceſſerunt: quorum aduentum in truſus præſentiens, renunciauit huiusmodi electioni, & ſe à monaſterio abſentauit. Sed iudices autoritate apoſtolica monachis iniunxerunt, vt ſyndicum vel procuratorem eligerent, qui in cauſis monaſterij & conſulte ageret, & vtiliter reſpõderet: diſtrictius inhibentes eiſdem, ne aliquem eligerent in Abbatem, donec plenius agnoſceret de iure, quod Epiſcopus ſe habere in Abbatis electione dicebat. Monachi vero, & ſi procuratorem ad mãdatum iudicum elegiſſent, Abbatem tamen contra inhibitionem eorum eligere præſumpſerunt: cuius electionem Epiſcopus petijt infirmari, & ſe ad poſſeſſionem reſtitui, qua eum monachi ſpoliarant. Deinde iudices diffinitiuam ſententiam protulerunt, electionẽ caſſantes eandem, quam ſententiam dictus magiſter petijt confirmari.

Ad hoc fuit reſponſum, quod licet ꝑ procuratorem ex parte monachorum fuiſſet propoſitum, quod monaſterium ad Romanam eccleſiam nullo medio pertineret, dicti tamen iudices contra eos ꝓcedere nimis animoſe cœperunt.

Nos igiĩ inſpectis priuilegijs ꝓdeceſſorũ noſtroꝝ Leonis, Gregorij & Clemẽtis, quæ monaſterium illud ad ius & ꝓprietatem indicant ſedis apoſtolicæ pertinere, intelligentes quod monaſterij ꝓcurator, & ſi eadem priuilegia coram ꝓdictis iudicibus exhibere omiſerit negligenter, ius tamen non tam ſuum, quam noſtrum fuerit proteſtatus, videlicet q̃d monaſterium ipſum ad Romanam eccleſiam nullo medio ptineret, ne ipſius negligentia in damnum tam noſtrum, quã monaſterij redundaret, ad audientiam reſtituimus monachos Rothonenſes. Et infra. Electionem autẽ à monachis (ſicut dicitur) concorditer factam, pendente controuerſia, ex qua pendet, nec confirmandam duximus, nec etiam infirmandam.

IDEM ELIENSI & Florenſi Epiſcopis.

AAa Ec-

Eccleſia læſa in probatione neceſſaria omiſſa, poteſt petere reſtitutionem in integrum, non obſtante termino iuris probationis excluſo. Et reſtitutionem petere poteſt, non ſolum contra priuatum, ſed etiam contra eccleſiam.

Conſtit. CXLII.

Ibid. cap. Auditis.

AVditis & intellectis cauſæ meritis in quæſtione, quæ vertitur inter Vigorienſem Epiſcopum & Abbatẽ de Eueſcam ſuper eccleſiis in valle de Eueſcã, quas Epiſcopus aſſeruit ad ſe diœceſana lege ſpectare: Abbas autem eas ab eius iurisdictiõe prorſus eſſe exemptas, cognouimus euidenter eccleſias illas p priuilegia illa Romani pontificis non eſſe ab Epiſcopali iurisdictiõe ſubtractas, niſi forte vallis de Eueſcam ſit ille locus, qui fuit à duobus regibus Roe videlicet & Offa, libertati donatus, & quem bonę memoriæ Celeſtinus Papa libertati donauit, ſicut in ipſius priuilegijs continetur. Verum tanto tempore probantur p teſtes abbatibus de Eueſcam pleno iure poſſeſſę, vt videatur in eis ius Epiſcopale legitime præſcripſiſſe, niſi forte per tãtum temporis ſpacium Vigorienſis eccleſia interim vacauiſſet, vt tempore vacationis ſubducto præſcriptio minime ſit completa.

Extra lib. 2. tit. 26. de præſcri ption. ca. primo.

Licet autem vtrinq; ſit in cauſa concluſum, quia tamen vtraq; pars neceſſariam (vt aſſerit) probationem omiſit, nos attendentes, quod vtraque eccleſia fungatur iure minoris, æquitate penſata, vtranq; reſtituimus contra reliquam, ad probandam rationem omiſſam, ne alterutra pars propter huiuſmodi negligentiam graui iactura lædatur.

IDEM PRIORI S. MARIĘ ad carceres, & L. canonico ſanctę Mariæ de Mandria.

Reſtitutio ex iuſta cauſa etiam maiori eſt concedenda, dummodo iuſta cauſa petendi probetur. Si autem non probatur plene uel ſemplene, conceditur reſtitutio in cauſa fauorabili.

Conſtit. CXLIII.

Ibidẽ ca. Ex literis

EX literis Abbatis de Caluen. didicimus, quod cũ Ramiſanæ & Grimol. archipresbyteri inter I. virum & L. mulierem ex delegatione noſtra ſententiam diuortij protuliſſent, & appellatione interpoſita cognitionem ſententiæ ipſi abbati & archipresbytero Paduano duxerimus committendam: quia pars mulieris ad peremptorium terminum non acceſſerat, abbas ipſe, cui alter coniudex commiſerat vices ſuas, allegationibus diligenter inſpectis, latam à iudicibus prædictis confirmauit ſententiam, ſed poſt octo dies, pater puellæ accedẽs ad ipſum, intellecto quod ſententiam p tuliſſet, firmauit proprio iuramento, q̃d quidam ad eum & filiam eius accedens, fraudulenter ſub ipſius abbatis nomine falſas eis literas præſentauit, quibus mãdabatur eidem, vt quia iudex ad diem, quam aſſignauerat, venire non poterat, poſt octo dies à termino conſtituto, ipſius ſe conſpectui præſentaret: & poſtmodum appellauit ad ſedem apoſtolicam & etiam ſupplicauit.

Extra lib. 1. tit. 29 de officio & poteſtate iudi. delega. ca. Cũ matrimonij.

Licet autem de fraude taliter perpetrata per huiuſmodi iuramentum, non conſtet ad plenum, in fauorem tamẽ matrimonij, de benignitate canonica, contra fraudem propoſitam ſupplicationẽ mulieris admiſimus, & ad audientiam reſtituimus eam, pro matrimonio poſtulãtem. Ideoq; mãdamus, quatenus de cauſa prioris appellationis ordine iudiciario cognoſcentes, confirmetis vel infirmetis, ſicut iuſtum fuerit, ſententiam à primis iudicibus promulgatam.

IDEM EPISCOPO ET Capitulo Oſcenenſi.

Etiam contra ſententiam Papæ reſtituitur eccleſia. Et cauſa reſtitutionis in integrum debet præſentibus partibus tractari.

Conſtit. CXLIIII.

Ibid. cap. Tum ex literis.

TVm ex literis Celeſtini Papæ prædeceſſores noſtri, tum ex his quæ ipſius temporibus geſta fuerunt, grauẽ Hilerdẽſis eccleſiæ intelleximus quæſtionem, p ſententiam Eugenij Papæ ſuper eccleſijs quibuſdam prolatam, ſe læſam enormiter & olim, & nunc etiam cõquerentis. Vnde cum idem Celeſtinus tempore Anaſtaſij Papæ proximi ſucceſſoris eiuſdem Eugenij, in minori adhuc officio cõſtitutus, in partibus Hiſpaniæ legationis officio fungeretur, & ex delegatione ipſius cognoſcere cœpit de controuerſia memorata: cui etiam

Alex

Alexander ſucceſſor ipſius Anaſtaſij of
ficio legationis denuo in partibus eiſdē
fungenti cauſam commiſit eandem : idē
quoq; Cœleſtinus ad apicē ſummi ponti
ficis promotus, G. ſancti angeli diacono
cardinali, tunc apoſtolicæ ſedis legato,
dictam controuerſiā ſub eo tenore com
miſit, vt inſpectis Hilerdēſis eccleſiæ pri
uilegijs, auditis etiam partiū rationibus,
memorata ſententia non obſtante, diffi
nitiuā ꝓferret ſententiam, eamque face-
ret obſeruari. Verū quoniam per ipſum
legatum, aut per alios, quibus ſub eodē
tenore cauſa eadem commiſſa extitit (li-
cet producti teſtes ex parte Hilerdenſis
Epiſcopi recepti fuerant) mandatum a-
poſtolicum non extitit adimpletum, ma
giſter A. canonicus Hilerdenſis poſtula
uit per officium noſtrū dictam ſententi-
am in melius reformari, & contra eā reſti
tui eccleſiam Hilerdenſem.

Nos igiť cū fratribus noſtris & alijs
deliberauimus diligenter, nonnullis aſ-
ſerentibus, quod cum prædictus Cele-
ſtinus ꝑdeceſſor noſter contra iam dictā
ſententiam viſus fuerit Hilerdenſi eccle
ſiæ reſtitutionis beneficiū indulſiſſe, cū
ea non obſtante duxerit negocium com
mittendum, & nos ſupplicationem eiuſ
dem eccleſiæ admittere debebamus, ꝓſer
tim, quia ſententia Romanæ ſedis non
35. quęſt. 9. ca. veniā. Et, Sententiam. negatur poſſe in melius commutari, cū
aut ſurreptum aliquid fuerit, aut ipſa ꝑ
conſideratione ætatum & temporū, ſeu
grauiū neceſſitatū, diſpenſatiue quicquā
ff. tit. de mino. 25. ann. L. Minor autē magiſtratus. ordinare decreuit. Et ſecundum iura ci-
uilia principes etiam contra res bis iudi
catas in auditorio ſuo examinari reſtitu
tionem in integrum permiſerunt. Pro-
ſpeximus quoq; ex data ſententiæ in re-
geſto dicti Eugenij Papę repertæ, quod
primo menſe ſui pontificatus fuerit pro
mulgata, quando non plene de meritis
ipſius cauſæ videbatur inſtructus, illa ni
tēs præcipue ratione q̄d priuilegium Vr
bani ſecundi ex parte veſtra ꝓductū ſub
iectū fuerat falſitati, cuius tenorē nos in
regeſto ipſius inuenimus incorruptū. Tā
dem deliberatio noſtra in hoc reſedit, vt
an data ſit reſtitutio, an danda contra ꝓ-
miſſam ſententiā, partibus p̄ſentibus de
cernatur: quarū aſſertione merita cauſa-
rum panduntur.

Quocirca mandamus, quatenus vſq; C. ſi per vim &c̄. L. vltim.
ad feſtum beati Lucæ, vel in proprijs ꝑ-
ſonis, vel per idoneum reſponſalem no-
ſtro vos conſpectui p̄ſentetis, quod di-
cta ſententia retractari non debeat, ſi po
teritis, oſtenſuri: vel ſi forte exigente iu-
ſtitia fuerit retractanda, vel per vos vel ꝑ
reſponſalem idoneum appareatis ſuffi-
cienter inſtructi, vt in principali nego-
cio canonice procedatur, pro certo ſcitu
ri, quod cum propter multam locorum
diſtantiam nō poſſit ad vos ſine magnis
laboribus & expenſis ſæpius haberi re-
curſus, ſi ad præmiſſum terminum, quē
vobis peremptoriū aſſignamus, iniūcta
vobis contempſeritis adimplere, nos ni
hilominus in ipſo negocio, quantum de
iure poterimus, procedemus.

IDEM INNOCENTIus Papa III.

*Petitio reſtitutionis in integrum contra ſen
tentiam ſuſpendit regulariter executionem
ſententiæ in euentu iſtius cauſæ reſtitutionis,
fallit ſi contra petentem reſtitutionem eſt præ-
ſumptio malitiæ, quod cauſa d ſferendi executio
nem hoc petat: quo caſu executio ſit præſtita
cautione de reſtituendo, ſi petens reſtitutionem
obtinebit in cauſa.*

Conſtit. CXLV.

SVſcitata ſuper diuerſis articulis in- Ibid. cap. Suſcitata.
ter Burgenſem Epiſcopum & Oui-
enſe monaſterium quæſtione. Et infra.

Nos intellectis, quæ vtraque pars ꝑ-
poſuit coram nobis ſuper quatuor arti-
culis prænotatis, monaſterium Ouienſe
iuſtitia condemnauimus exigente.

Sententia vero lata procurator mona
ſterij ad probandam præſcriptionem fa
ctam tam ſuper quatuor articulis prę no
tatis, quam etiam ſuper quibuſdam de- Extra lib. 1. tit. 36. de tranſactionibus, ca. Statuim⁹
cimis per tranſactionem acquiſitis, reſti
tutionem in integrum nomine mona-
ſterij poſtulauit, quam eidem duximus
indulgendam.

Ne vero per excogitatā malitiam (ſi-
cut ex præſumptionibus pluribus vide- 2. quęſt. 6. ca. Sicut
batur) effectum ſententiæ in damnum
Epiſcopi contingeret impediri, neue mo
naſterium per executionem ſententiæ
propter diuerſas ſuſpiciones incurreret
detrimentum, nos æquitate penſata, iu-

16.queſt.6 ca. Si Epiſcopum. C.de iudi. L. Placuit te duximus prouidendum, vt ante omnia ſupradicta ſentẽtia executioni mãdetur. Voluntus nihilominus & mandamus, vt ab Epiſcopo ipſo recipiatis idoneam cautionem: quod ſi monaſterium in cauſa ipſa præualuerit, vniuerſa quæ medio tempore ſententiæ ipſius occaſione perceperit, monaſterio reſtituat memorato.

DE ARBITRIS.

INNOCENTIVS PAPA III.
Cancellario & magiſtro Lothario canonico Parrhiſieñ.

In mulierem ſingularem tanquam in arbitratricem compromitti non poteſt: ſecus ſi mulier habet alias iuriſdictionem de iure communi uel conſuetudine. Nam etiam ſuper rebus temporalibus eccleſiæ poteſt in eam ualide compromitti.

Conſtit. CXLVI.

Extra lib. 1.tit.43.de arbitris. cap. Dilecti filij Dilecti filij abbas & conuentus de Scarduna Ciſtercieñſis ordinis, ſua nobis querela monſtrarunt, q̃d cũ inter eos ex vna parte, ac hoſpitalarios ex altera, ſuper vſuario cuiuſdã nemoris quæſtio verteretur, in reginam Francorum fuit compromiſſum vtrinq;: quæ cauſæ meritis intellectis arbitrium duxit per diffinitiuam ſentẽtiam promulgandũ.

Quamuis autem, ſecũdum regulam iuris ciuilis, fœminæ à publicis officijs ſint remotæ, & alibi dicatur, quod licet 33.queſt.5 ca. Mulierem. ſummę opiniõis exiſtãt, ſi arbitrium in ſe ſuſceperint, vel ſi patronæ inter libertos ſuos interpoſuerint audientiam, ab omni ſunt iudiciali examine ſeparãdæ, vt ex earum prolatione nulla pœna aduerſus earum contemptores, nullaque pacti exceptio habeatur: quia tamen iuxta conſuetudinem approbatam, quæ pro lege ſeruatur, in partibus Gallicanis fœminæ præcellentes in ſubditos ſuos ordinariam iuriſdictionem habere noſcũtur, mandamus, quatenus hoſpitalarios, vt arbitrium ipſum, præſertim cum Epiſcoporum fuerit præſentia & conſilio roboratum, ſicut prouide latum eſt, & ab vtraq; parte ſponte receptum, obſeruent per pœnam in compromiſſo ſtatutam, appellatione poſtpoſita, compellatis. 25.queſt.2. ca. Si Eccleſiæ

IDEM, ABBATI ET
Conuentui de Pigrauia.

Eccleſia exempta non poteſt in præiudiciũ exemptionis compromittere.

Conſtitutio. CXLVII.

Cum tempore Celeſtini Papæ prædeceſſoris noſtri. Et infra. Super Ibid. cap. Cum tempore. controuerſijs, quæ inter te & Meſburgenſem Epiſcopum & quoſdã tuos monachos vertebantur, te promiſiſti arbitrium Magdeburgenſis archiepiſcopi ſeruaturum. Et infra.

Quia legitime conſtitit, q̃d fide hinc inde data compromiſſum eſt in archiepiſcopum memoratum, nos arbitrium ab Extra lib. 1.tit.43 de Arbitris. cap. Ex parte ipſo prolatũ decernimus obſeruãdum, illis duntaxat capitulis exceptis, quę cõtra libertatem ipſius monaſterij, & duarum capellarum eiuſdẽ in arbitrio ſunt expreſſa.

Cum etſi ſponte volueris, de iure tamen nequiueris ſine licentia Romani pontificis renunciare priuilegijs, vel indulgentijs libertatis, quę monaſterium illud indicãt ad ius & proprietatem Romanæ eccleſiæ pertinere.

IDEM EPISCOPO S.
Andreæ, & Abbati de Bechot.

Arbiter non habet poteſtatem iudicandi ultra comprehenſa in compromiſſo: ideo coram eo non fit reconuentio.

Conſtit. CXLVIII.

Cum dilectus filius. Et infra. Vtrum coram arbitris reconuentio Ibid. cap. Cum dilectus filius ni ſit locus, poſtulaſti per ſedem apoſtolicam explicari.

Nos igitur reſpondemus, quod licet in iudicio conuenientem reconuenire valeat is qui coram iudice conuenitur, coram arbitris tamen reconuenire non poteſt

poteſt, cum arbitri iudicare non valeant, niſi de his tantum, ſuper quibus in eos extitit compromiſſum.

IDEM RECTORI HOſpitalis ſancti Bartholomæi Lucanenſis.

Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum conſilio, tenetur illorum conſilium in tractatu electionis requirere, ſed ſequi nō aſtringitur.

Conſtitutio CXLIX.

Ibid. cap. Cū olim.

QVum olim ſuper eligendo in hoſpitali veſtro rectore & fratribus inter vos & Priorem ſancti Bartholomæi Lucanenſem coram iudicibus delegatis quæſtio verteretur, & vtraque pars in eos compromittens, ipſorum arbitrium ſe promiſerit ſeruaturam, ſuper prolato ab ipſis arbitrio vtrinque dubitatio eſt exorta, quam petiſtis per ſedem Apoſtolicam declarari. Nos igitur publico inſtrumēto arbitrium continente diligenter inſpecto, cognouimus, quod ſecundum formam arbitrij Prior ſancti Bartholomæi Lucanenſis tenetur habere conſilium cum familia hoſpitalis eiuſdem, & tractare cum ea de inueniendo rectore. Propter quod dicimus, quod niſi Prior ſuper inueniendo rectore tractauerit cum familia hoſpitalis, & ipſius conſilium requiſierit, non habet poteſtatem eligendi rectorē: & ſi alio modo eum elegerit, eius electio haberi debet irrita & inanis. Verum habito cum familia ſuper hoc conſilio & tractatu, Prior libere poteſt rectorem eligere duntaxat idoneum, ſiue concordet, ſiue diſcordet familia cum ipſo ſuper inuentione rectoris.

63. diſt. ca. Obeūtib°

IDEM PISANO ARchiepiſcopo.

Autoritate iudicis cauſæ etiam delegati poteſt de cauſa ſpirituali in clericum & laicum compromitti. Et ſi arbitrium eſt a partibus receptum, debet executioni mandari: licet per generalem procuratorem factum fuerit compromiſſum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, & pœna fuit appoſita, agitur ad pœnam, alias ad intereſſe.

Conſtit. CL.

PEr tuas literas intimaſti, quod cum ſuper executione arbitrij, quod inter hoſpitalarios ſancti Ioannis, & plebanum de Piſcia ſuper hoſpitali ſancti Allutij latum erat, à nobis literas accepiſſes. Et infra.

Plebanus propoſuit, quod ad cauſam tractandam procuratori dedit generale mandatum: non tamen ei mandauit, vt ſine ſpeciali mandato compromittere poſſet, vel tranſigere ſuper eo. Et præterea procurator iam dictus de aſſenſu Canonicorum ſuorum non fuerat inſtitutus: & ideo dicebat, arbitrium non valere: præſertim quū procurator fines mādati exceſſerit, & arbitriū fuerit per vnū clericum & duos laicos promulgatum, licet ipſi de aſſenſu Genuenſis Archiepiſcopi, cui cauſa commiſſa fuerat, arbitrium protuliſſent.

Super quo fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod ſi ex parte plebani arbitrium receptum fuerit indiſtincte, ratum haberi debet, ac per hoc iuxta tenorem mandati Apoſtolici executioni mādari. Si vero receptum non fuerit, refert vtrum fuerit vel non de obſeruando ipſum pœna ſtatuta. Et quidem ſi pœna appoſita fuit, agi poteſt ad pœnam: at ſi nulla ſtatuta fuerit, ſed ſimpliciter fuit, quod ſtaretur ſentētiæ, compromiſſum, procurator ad intereſſe poterit conueniri: quia iuramento ſuo ſeipſum perſonaliter, non Eccleſiam potcrit obligare. Quod autem à duobus laicis & vno clerico dicitur eſſe prolatum, nequaquam obuiare videtur, cum autoritate dicti Archiepiſcopi factum ſit, cui cauſa, de q̄ dicitur compromiſſum, fuerat delegata.

Libri Primi FINIS.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMInis tertij, Conſtitutionum Decretalium in Eccleſia Catholica Liber ſecundus, agens potiſſimum de iudicijs pertinentibusq; ad ea.

DE IVDICIIS IN ECCLESIA Catholica.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei dilectis nobis Abbatibus ſancti Georgij & ſancti Sergij.

Solus Papa cognoſcit de dubijs priuilrgiorum Apoſtolicæ ſedis, & non inferior.

Conſtit. I.

Extra lib. 2. tit. 1. de iudicijs. cap. Cum veniſſent.

CVM veniſſet ad Apoſtolicam ſedem electus & monachi Rothonenſes pro ſe ac p monaſterio ſuo, ac magiſter A. pro Epiſcopo Venetenſium, eis ſancti Georgij diaconũ cardinalem dedimus auditorem. Et infra.

Cum ſuper priuilegijs ſedis Apoſtolicæ cauſa vertatur, nolumus de ipſis per alios iudicari.

IDEM PRAELATIS PER Franciam conſtitutis

Iudex eccleſiaſticus poteſt per uiã denunciationis Euangelicæ ſeu iudicialis procederr contra quemlibet peccatorem, etiam laicum, maxime ratione periurij, uel pacis fractæ.

Conſtitutio II.

Ibid. cap. Nouit ille qui.

NOuit ille qui nihil ignorat. Et infra. Non putet aliquis, quod iuriſdictionem illuſtris Regis Francorum perturbare aut minuere intendamus, quum ipſe iuriſdictionem noſtram nec velit, nec debeat impedire. Sed quum dominus dicat in Euangelio: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi te non audierit, adhibe tecum vnum aut duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum: q̃d ſi non audierit eos, dic eccleſię: ſi autem nec Eccleſiam audierit, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus: Et rex Angliæ ſit paratus ſufficienter oſtendere, quod rex Frãcorum peccat in ipſum, & ipſe circa eum in correctione proceſſit, ſecundum regulam Euangelicam: & tandem quia nullo modo profecit, dixit Eccleſiæ: quomodo nos, qui ſumus ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ ſuperna diſpoſitione vocati, mandatum diuinum poſſumus non exaudire, vt non procedamus ſecũdum formam ipſius, niſi forſan ipſe coram nobis, vel legato noſtro, ſufficientem in contrarium rationem oſtendat? Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum ſpectat iudicium, niſi forte iure communi per ſpeciale priuilegium, vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit detractum: ſed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura, quam in quemlibet exercere & poſſumus & debemus.

Matt. 18

Deut. 17

2. Cor. 13

Hebr. 10

Non igitur iniurioſum ſibi debet regia dignitas reputare, ſi ſuper hoc Apoſtolico iudicio ſe committat, quum Valentinianus inclitus imperator ſuffraganeis Mediolanẽſ. Eccleſię dixiſſe legãt:

Ta-

Talem in pontificali ſede cõſtituere procuretis, cui & nos qui gubernamus imperium, ſyncere capita noſtra ſubmittamus, & eius monita, cũ tanquam homines deliquerimus, ſuſcipiamus neceſſario tanquam medicamẽta curantis. Nec ſic illud humillimum omittamus, quod Theodoſius ſtatuit Imperator, & Carolus innouauit, de cuius genere rex ipſe noſcitur deſcendiſſe: Quicunque videlicet litem habens, ſiue petitor fuerit, ſiue reus, ſiue in initio litis, vel decurſis tẽporum curriculis, ſiue cum negocium peroratur, ſiue cum iam cœperit promi ſententia, ſi iudicium elegerit ſacroſanctæ ſedis antiſtitis, ilico ſine aliqua dubitatione, etiam ſi pars alia refragetur, ad Epiſcoporum iudicium cum ſermone litigantium dirigatur. Cum enim non humanæ, ſed diuinæ potius innitamur conſtitutioni, quia poteſtas noſtra non eſt ex homine, ſed ex Deo, nullus qui ſit ſanę mentis ignorat, quin ad officium noſtrum ſpectet, de q̃cunq; mortali peccato quẽlibet corripere Chriſtianũ: & ſi correptionẽ cõtempſerit, p diſtrictionem eccleſiaſticam coercere. Sed forſan dicetur, quod aliter cũ regibus, & aliter cum alijs eſt agedum. Cæterum ſcriptũ nouimus
Deut. 1. 3 quęſt. 9. ca. vltimo
in lege diuina: Ita magnum iudicabis vt paruum: nec erit apud te perſonarum acceptio. Et infra.

Licet autem hoc modo procedere valeamus ſuper quolibet criminali peccato, vt peccatorem reuocemus à vitio ad virtutem, ab errore ad veritatem, præcipue cum contra pacem peccatur, quæ eſt vinculum charitatis: poſtremo cum inter reges ipſos reformata fuerint pacis fœdera, & vtrinque preſtito iuramento proprio firmata, quæ tamen vſque ad tẽpus prætaxatum ſeruata non fuerint, nũquid non poterimus de iuramenti religione cognoſcere, quod ad iudicium eccleſiæ non eſt dubium pertinere, vt rupta pacis fœdera reformentur?

Ne ergo tãtam diſcordiam videamur ſub diſſimulatione fouere, prędicto legato dedimus in præceptis, vt niſi rex ipſe vel ſolidam pacem cum prædicto rege reformet, vel ſaltem humiliter patiatur, vt idẽ Abbas & Archiepiſcopus Bituriceñ. de plano cognoſcant, vtrum iuſta ſit querimonia, quam contra eum proponit corã eccleſia rex Anglorum, vel eius exceptio ſit legitima, quam contra eũm per ſuas nobis literas duxit exprimendam, iuxta formam ſibi datam à nobis procedere non omittat.

IDEM EPISCOPO Elienſi.

Principalis perſona per ſe, non per aduocatum debet factum proponere in iudicio, niſi ſit indiſcreta.

Conſtitu. III.

PAſtoralis officij. Et infra. Ibid. cap. Paſtoralis officij.

Statuimus præterea vt principales perſonæ non per aduocatos, ſed per ſeipſas factum proponãt.

Niſi forte ſint adeo indiſcretæ, vt earum defectus de iudicis licentia per alios ſuppleatur.

IDEM NOBILI VIRO Petro de Riparia.

Si actio & intentio ſunt ineptæ uel ſola intentio, debet reus abſolui ab inſtantia iudicij: iterum tamen actor audietur, ſi apte egerit.

Conſtit. IIII.

EXaminata cauſa, quę vertitur inter te & milites Campaniæ. Et infra. Ibidẽ ca. Examinata cauſa.

Actionem quam ſuper iure patronatus eiuſdem eccleſiæ contra præfatos milites intentabas, incongruentem cognouimus & ineptam.

Quia cũ teſtes induxeris ad probandũ, quod quando præfatus. A. vicedñs eccleſiam eandem tanquam ſequeſtratam accepit, tu ius patronatus ipſius eccleſiæ poſſidebas, profecto nec rei vendicationem intentare, nec ipſius reſtitutionem poteras poſtulare.

Vnde intentionem tuam in hac parte pnunciamus nõ tenere, abſoluẽtes eoſdem milites ab eadem. Ita tamẽ, q̃d ſi cõgruentẽ & aptam intentare volueris actionẽ, tibi reſpõdere nihilominus teneant.

IDEM MAGISTRO & fratribus militiæ templi in Italia cõſtitutis.

Præceptores templi pro domibus ſuis agere & defendere poßunt, nec obſtat eis religio, uel quod ignota ſit eorum origo. Con. V.

CVm deputati. Et in. Accepimus q̃d quidã tã ſeculares, q̃ eccleſiaſtici iudices illos, q̃s habetis ĩ domibus veſtris pceptores, ĩ cauſis ad pſequẽda ſuã iuſtitiam Ibid. cap. Cum deputati.

non admittunt, tanquam licitum nõ ſit eis ſuper litigioſis negocijs curam gerere, qui pacificis decreuerũt inhęrere ſtudijs, illud allegantes in repulſionem eorum, quod eorum ipſis generatio non eſt nota, qui vndecunque venerint gratia diuina vocati, dum laudabiliter exequantur officium ſui ordinis, ex ſuperabundanti requiritur ſuę notio nationis.

Ne quis igitur in proſequutione cauſarum pceptores eoſdem ab agendo vel reſpondendo occaſione huiuſmodi repellat, autoritate pſentium inhibemus.

IDEM VERCELLENſi Epiſcopo, & abbati de Toleto.

Prælati debent laicis de clericis, appellatione fruſtratoria non obſtante, iuſtitiã facere: ad ſeculare tamen forum clerici à laicis trahi non debent, etiam data ipſorum prælatorum negligentia. Conſtit. VI.

Ibid. cap. Qualiter

QValiter & quando. Et infra. Præcipiatis ex parte noſtra p̃latis, vt laicis de clericis conquerẽtibus plenã faciãt iuſtitiam exhiberi, non obſtantibus appellationibus fruſtratorijs, quas in eorũ grauamine clerici frequenter opponunt.

Ne pro defectu iuſtitiæ clerici ptrahantur à laicis ad iudiciũ ſeculare, q̃d omnino fieri prohibemus.

INNOCENTIVS PAPA III

Iudex habens conſimilem cauſam à iudicio remouetur.

Conſtit. VII.

Ibid. cap. Cauſã quę

CAuſam quæ inter Abbatem & conuentum Vindonenſem, & archidiaconum Carnotenſem ſup quibuſdã procurationibus vertitur, vobis & archidiacono Pariſienſi meminimus cõmiſiſſe. Et infra.

Quia vero cum eundẽ archidiaconũ ſimilis pœnę cauſa contingat, nimis fauorabilis parti alteri videretur, nos te ſili decane loco ipſius archidiaconi ſubrogantes, mandamus quatenus non obſtãtibus prioribus literis in cauſa, ratione pręuia, procedatis.

DE FORO COMpetenti.

INNOCENTIVS PAPA III. Epiſcopo Vercellenſi

Laicus laicũ ſuper re ciuili coram iudice eccleſiaſtico conuenire non poteſt, niſi in defectum iudicis ſecularis, uel niſi conſuetudo id expoſcat. Conſtit. VIII.

Extra lib. 2. tit. 2. de foro cõpe. cap. Licet

LIcet ex ſuſcepto. Et infra. Mandamus, quatenus ſi quando à laicis Vercelleñ. literas ſuper rebus, pcipue, quę forum ſeculare cõtingunt, à ſede apoſtolica contigerit impetrare, ſublato appellationis obſtaculo decernas autoritate noſtra irritas & inanes, dummodo conſules & commune de ſe conquerentibus in iudicio ſeculari exhibeãt iuſtitiæ complementum.

Liceat tñ ipſis, qui ſub eiſdem cõſulibus taliter duxerint contẽdendum, ſi ſe in aliquo ſenſerint pgrauari, ad tuam, ſicut hactenus ſeruatũ eſt, vel ad noſtrã, ſi maluerint, audientiam appellare, hoc præſertim tẽpore, quo vacante imperio, ad iudicem ſecularẽ recurrere nequeũt, qui à ſuperioribus in ſua iuſtitia opprimuntur.

Si vero conſules iuſtitiæ tanq̃ merito ſuſpecti fuerint recuſati, coram arbitris communiter electis de cauſa ſuſpiciõis agatur, quæ ſi pbata fuerit eſſe iuſta, ad te vel ad nos pro iuſtitia recurratur, ſicut ſuperius eſt expreſſum.

IDEM ARCHIDIACOno & theſaurario Turonẽſi

Vidua laicum coram ecclesiaſtico iudice cõuenire non poteſt, niſi ſuper cauſa eccleſiaſtica, uel in defectum iudicir ſecularir.

Conſtit. IX

Ibid. cap. Ex tenore

EX tenore literarũ comitis Britãnię eſt noſtris auribus intimatum, q̃d cũ cauſam q̃ inter mulierẽ nobilẽ E. & I. de Meduano ſup hęreditate ſua noſcit agitari, vobis cõmiſimus terminãdam, ipſe comes eidẽ mulieri, cũ tã ipſa q̃ pdictus I. eſſent de foro ipſius, mãdauit vt cauſam deferrẽt ad ipſum, pmittẽs eidẽ q̃d ei faceret iuſtitiæ plenitudinem exhiberi.

Nos igitur attendentes, quod ſic ſumus viduis in iuſtitia debitores, q̃d alijs iniuſtitiã facere nõ debemus, mãdamus q̃tenus niſi ſit talis cauſa, q̃ ad eccleſiaſticum

ſticum iudicem pertinere cognoſcatur, ei ſuperſedere curetis, dummodo per iudicem ſecularem ſuã iuſtitiam poſſit obtinere: alioquin non obſtante ipſius contradictione, cauſam ipſam ratione præuia terminetis.

IDEM PISANO ARCHIepiſcopo.

Clericus non poteſt conſtituere ſibi iudicem laicum, etiam ſi proprium iuramentum, & aduerſarij conſenſus accedat.

Conſtit. X.

Ibidē ca. Si diligēti

SIdiligenti. Et infra. Aſſeruiſti te vſq; ad hæc tempora tenuiſſe, quod licitum ſit clerico renunciare, ſaltem in temporalibus cauſis, iuri ſuo, & ſibi laicum iudicem conſtituere, præſertim vbi aduerſarij voluntas accedit, ac tenere iuramentum ſuper hoc interpoſitum reſpondiſti.

11. queſt. 1. ca. Inolita et ibidē ca. Placuit vt quiſq.

Immemor conſtitutionis, qua cauetur pacto priuatorum iuri publico minime derogari. Quum ergo ius hoc in Mileuitanenſi & Carthaginenſi concilijs ſit ſpecialiter promulgatum, ne clerici clericos, relicto ſuo pontifice, ad iudicia publica pertrahant, alioquin cauſam perdant, & à communione habeantur extranei, & tam Epiſcopi, quàm diacones, ſeu quilibet clerici, in criminali, ſeu in ciuili negocio, ſi derelicto eccleſiaſtico iudicio, publicis iudicijs ſe purgare voluerint, etiam ſi pro eis ſit lata ſententia, locum ſuum amittant, & hoc in criminali actione. In ciuili vero perdant quod euicerint, ſi ſuum locum maluerint obtinere.

Manifeſte patet, quod non ſolum inuiti, ſed etiam voluntarij paciſci non poſſunt, vt ſecularia iudicia ſubeant, cum non ſit beneficium hoc perſonale, cui renunciari valeat, ſed potius toti collegio eccleſiaſtico ſit publice indultum, cui priuatorum pacto derogari non poteſt, nec iuramentum licite ſeruari potuit, quod contra Canonica ſtatuta illicitis pactionibus informatur.

IDEM BELVACENSI Epiſcopo.

Clerici ſuper exceſſibus coram ſuo Epiſcopo conueniri debent, non coram his quibus ſeruiunt, niſi conſuetudo vel priuilegium aliud inducat.

Conſtit. XI.

CVm contingat interdum. Et infra. Inſuper poſtulaſti, an cum aliqui clerici deputati ſeruitio capituli Beluacē ſis, aut aliorum clericorum tuæ diœceſis ſuper exceſſibus impetuntur, ſint cogendi coram te, vel potius coram illis, qbus ſeruiunt, querelantibus reſpondere, cum illi ſibi iuriſdictionem huiuſmodi vendicare contendant, licet illos excommunicare non valeant vel alias etiã coercere. Ibid. cap. Cum contingat

Super quo taliter reſpondemus, quod ad te, vtpote ordinarium, de talibus debent conquerentes habere recurſum: maxime, ſi ſuper his impetuntur, quæ in tua noſcuntur diœceſi commiſiſſe: niſi forte hi, quibus delinquentes ipſi deſeruiunt, ex indulgentia vel conſuetudine ſpeciali iuriſdictionem huiuſmodi valeant ſibi vendicare.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Epiſcopus delicti condemnat clericum de delicto, priuando beneficio alibi ſito, ſed executio realis ſit ab Epiſcopo beneficij.

Conſtitutio XII.

POſtulaſti per ſedem Apoſtolicam edoceri, vtrum ſacerdos habēs eccleſiã in vna diœceſi, & reſidēs in eadem, domicilium vero patrimonij ratione in alia, ibi delinquens ab eo, in cuius diœceſi habet patrimoniũ, pro delicto ibidem cõmiſſo debeat iudicari: præſertim in cauſis, quæ officij ſui ſeu beneficij priuationem expoſcunt. Ibid. cap. Poſtulaſti

Ad quod breuiter reſpondemus, q̃d per epiſcopum in cuius diœceſi deliquit, ſententia promulgari poterit in eundē. Sed ab eo, in cuius diœceſi beneficiũ obtinet, erit quoad illud executio facienda.

DE LIBELLI OBlatione.

INNOCENTIVS PAPA III. Magiſtro G. Archidiacono, & V. Normanno Canonicis Sueſſionenſibus.

Cum agitur reali, non ſufficit rem generaliter peti, ſed debet ita ſpecificari, ut euitetur obſcuritas, & æquiuocatio.

Conſtit. XIII.

Signifi-

Extra lib. 2. tit. 3. de libelli obla. cap. ſignificātib⁹

SIgnificantibus T. & R. fratribus, noſtro fuit apoſtolatui declaratum, q̊d quum inter ipſos ex vna parte, & V. ex altera ſuper quadam terra coram iudicibus delegatis tracti fuiſſent in cauſam, oblato eis libello: illi (quum plures terras haberent) vt terra illa, ſuper qua quęſtio vertebatur, oſtenderetur, eiſdem à iudicibus poſtularũt: quod quum ipſi facere denegarent, ad noſtram audientiam prouocarunt.

Quocirca mãdamus, quatenus, ſi eſt ita, reuocato in ſtatum debitum, ſi quid poſt appellationem huius noueritis attentatum.

DE LITIS CONTEſtatione.

INNOCENTIVS PAPA III. Abbati S. Proculi, & L. Canonico Bononienſi.

Si agatur de adulterio ad ſeparationem thori, & ante litis conteſtationem reus eſt contumax, poteſt excommunicari, ſed teſtes recipi nõ poſſunt, nec cauſa diffiniri.

Conſtit. XIIII.

Extra lib. 2. tit. 6. de litis conteſtat. cap. Ad hæc deus.

AD hæc Deus. Et infra. Quum cauſa quæ inter R. & B. vxorem eius vertitur, autoritate Apoſtolica vobis commiſſa fuiſſet, tandem procurator eiuſdem R. libello vxoris, quo virum ad ſeparationem thori, & vt dotem reciperet, de adulterio accuſabat, noluit reſpondere, donec aduocatus eius veniret inducias poſtulando, qui cum huiuſmodi inducias ſæpe petendo vobis illudere videretur, tãdem ad præſentiam veſtram accedens, dixit ſe reſpondere paratum: ſed die ſtatuto, quum crederetur reſponſurus, libello reſtitutiõem vxoris primo fieri poſtulauit, ne ſecus fieret appellando. Verum quia dicebat mulier ſe virum habere ſuſpectum, & idem procurator, nec de mulieris impunitate cauere, nec veſtro ſe curaſſet poſtmodum cõſpectui præſentare, vos teſtes mulieris recipere ſtuduiſtis.

Conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, quod licet ordo iudiciarius in aliis controuerſijs ſit ſeruandus, & in matrimonialibus cauſis non vſquequaque ſeruetur, quia tamen in præſenti negocio nõ eſt actum de fœdere matrimonij, ſed de crimine adulterij, per quod ad ſeparationem coniugij, nõ ad coniunctionem intenditur, quia lite non conteſtata, teſtes fuerunt recepti, & atteſtationes etiam publicatę, ſiue deferendum, ſiue non deferendũ appellationi fuiſſet, non eſt ad diffinitiuam ſententiam procedendum: potuit tamen præfatus R. propter ſuam contumaciam, vel etiam procuratoris, ſi ſciens non purgauerit eandem, excõmunicationis ſententia innodari.

IDEM PATRIARCHAE Hieroſolymitano, & Archiepiſcopo Caſſinenſi.

In cauſa reſtitutionis contra contumacem, lite non conteſtata, ſentẽtia proferri non poteſt.

Conſtit. XV.

Ibid. cap. Accedens.

ACcedens. Et infra. Cum in iudicum delegatorũ præſentia Archiepiſcopus Cyrenẽſis reſtitutionis beneficiũ poſtularet, plebanus ſancti Marci de Venetijs contra quem agebat nihil ad obiecta reſpondit, ſed ad noſtram audientiam appellauit, & licet ſæpe fuiſſet admonitus, vt iuri pareret, quia eius appellatio non tenebat, noluit tamẽ reſpõdere amplius, vel coram eis etiam comparere. Ipſi vero iudices, quum plebanus in ſua contumacia perduraret, teſtes receperunt ab aduerſa parte productos, & depoſitionibus redactis in ſcriptis, mandauerunt eidem, vt ad eos accederet, in perſonas, vel in dicta teſtium obiecturus, quod quum facere noluiſſet, in ipſum excommunicationis ſententiam protulerunt, poſſeſſionem iuris parochialis adiudicantes Archiepiſcopo memorato,

&

& cum reſtituentes in integrum diſtrictius vetuerunt, ne quis poſſeſſionem Cyren. Eccleſiæ reſtitutam præſumeret perturbare.

Quum igitur lis coram eiſdem iudicibus non fuerit conteſtata, & manifeſte pateret literas ipſas per veri ſuppreſſionẽ obtentas (quum manifeſtum eſſet duos prædictorum iudicum, Acconenſem videlicet & Beritenẽſem Epiſcopos eidem Archiepiſcopo, tanquam ſuffraganeos ſuos Metropolitano ſubeſſe) ac ex his plebanum legitime appellaſſe conſtaret, in quem, etiam ſi minus legitime appellaſſet, & iudices ipſi licet ꝓpter contumaciã excommunicatiõis forte potuerunt proferre ſententiam, non tamen debuerunt ſuper principali negocio diffinitiuam ſententiam, lite non conteſtata, proferre, prædictas caſſauimus ſententias, imo caſſas & inanes denunciauimus. Unde Cyren. Archiepiſcopo dedimus in mandatis, vt Eccleſiæ ſancti Marci inſtrumenta reſtituat, & etiã vniuerſa quæ huiuſmodi occaſione ſententię per ſe vel per alios occupauit.

IDEM EPISCOPO BRIxienſi.

Si lite non conteſtata reus eſt contumax, mittitur actor, ſi fieri poteſt, in poſſeſſionem, cauſa cuſtodiæ, alias reus excommunicabitur.

Conſtit. XVI.

Ibid. cap. tuę frater nitatis.

TUæ fraternitatis deuotio. Et infra. Conſultationi tuæ taliter duximus reſpondendũ, ꝙd ſi reus lite nõ conteſtata abſentauerit ſe contumaciter, taliſque cauſa ſit, quod actor poſſit in petitarum rerum poſſeſſionem induci, eſt in eandem, cauſa cuſtodiæ, inducendus.

Quod ſi talis cauſa fuerit, quod idem nequeat in poſſeſſionem intromitti, vt iuri pareat per cenſuram eccleſiaſticam contumax eſt compellendus.

IDEM DE DECIMA ET Eleemoſyna Abbatibus Aurelianenſis & Carnotenſis diœceſis.

Receptio teſtium facta contra non contumacem, lite non conteſtata, in cauſa matrimoniali eſt nulla.

Conſtit. XVII.

Ibid. cap. Accedens.

ACcedens ad ſedem Apoſtolicam nobilis vir Gu. vicecomes nobis expoſuit, quod quum Coriſopitenenſis Epiſcopus, comitem Britanni proxima linea conſanguinitatis attingat, & Archidiaconus eius ſit continuus commenſalis, qui eidem vicecomiti eſt aduerſarius principalis, vtpote qui vxorem ſuam & terram publice detinere præſumit, & magiſter P. de terra vxoris ſuæ oriundus, exiſtat nimis fauens eidem, & omnes ſub diſtrictu exiſtũt comitis memorati, nec niſi per diſtrictum ipſius ei patet acceſſus ad eos, & ipſi, quibus cauſa inter ipſum & vxorem ſuam commiſſa fuerat, nunquam ei voluerunt (niſi in terra inimicorum ſuorum) locum & terminum aſſignare, vbi ſine mortis periculo accedere non audebat: & licet literas non habuit de conductu, ſi tamen miſſæ ei fuiſſent, non debebat ſe credere ſuis capitalibus inimicis. Et infra.

Mandamus, quatenus (quum propinquiores ſitis terræ, nobilis tam dictæ quam ſuæ, & cauſa ipſa per vos commodius valeat terminari, quum ad vos ſecurus pateat acceſſus) vtrinque partibus conuocatis, ſi vobis conſtiterit, quod ante litem legitime conteſtatam, vel poſt appellationem ex præmiſſis cauſis interpoſitam, teſtes ſuper conſanguinitate contra matrimonium abſque culpa contumaciæ recepti fuiſſent, vel atteſtationes huiuſmodi decernatis irritas & inanes, compellentes dictam nobilem vt reuertatur ad virũ ſuũ, quẽ inconſulte dimiſit: ita quod poſtquam ipſe vir plenariam reſtitutionem habuerit, tam vxoris quàm terræ, cauſam ſuper matrimonio audiatis, eamque ſine Canonico terminetis.

INNOCENTIUS PAPA tertius.

Lite non conteſtata non recipiuntur teſtes regulariter ſuper principali, fallit in caſibus hic annotatis, ſcilicet cum timetur de morte vel abſentia diuturna teſtium, tunc enim ſeruata ſolẽnitate hic poſita poſſunt, etiam lite non conteſtata, teſtes examinari.

Conſtit. XVIII.

Quoni-

Ibid. cap. Quoniam

QVoniam ſrequenter in dubium reuocatur à multis, an lite non cõteſtata teſtes recipi valeãt, autoritate præſentium duximus declarandum, regulariter verum eſſe, quod lite non conteſtata, non eſt ad receptionem teſtium procedendum, niſi ſorte de morte teſtium timeatur, vel abſentia diuturna, in quibus caſibus cum ciuiliter eſt agendum (ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur) ſenes & valetudinarij, & alij teſtes, de quibus ex aliqua rationabili cauſa timetur, etiam lite non conteſtata ſunt proculdubio admittendi, ſeu pars conuenta ſit contumax, ſeu ſit abſens abſq; malitia, vt conueniri non poſſit.

5 queſt. 6. ca. Epiphanium. C. de proba. l. vlt.

Sed ſi actor non conuenerit aduerſarium infra annum ex quo conueniri poterit, vel ſaltem receptionem huiuſmodi teſtium nõ denunciauerit illi, atteſtationes ſic receptę non valeant, ne forte hoc procuret in fraudem, vt proceſſu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum teſtes, vel aliæ locum habere non poſſint.

Cum agitur de matrimonio carnali uel ſpirituali, poßunt contra contumacem, lite non conteſtata, teſtes recipi & ſententia diffinitiua ferri. Si uero reus eſt abſens, ſed non contumaciter, tunc in carnali non proceditur, ſed expectatur abſens: In ſpirituali uero ſi agatur de contracto, ſtabitur iuribus antiquis: ſi de contrahendo, expectatur abſens per ſex menſes.

Porro, ſpirituales cauſæ poſſunt occurrere, in quibus cauſaliter eſt aliud obſeruandum, vt verbi gratia, ſi ſuper alicuius electione, vel copula maritali quęſtio moueatur: tunc etenim, ne propter longam moram in ſpiritualibus & temporalibus patiatur eccleſia læſionem, vel viro ſiue mulieri fornicationis occaſio præbeatur, maxime cum propinquitatis gradus opponitur, lege diuina prohibitus, in huiuſmodi caſibus ſi contumax apparuerit is, in quem fuit actio dirigẽda, ſeu quia peremptoria citatione recepta venire contemnit, ſeu quia malitioſe ſeipſum occultat, ſeu quia impedit, ne poſſit ad eum citatio peruenire, teſtes, lite non conteſtata, ſunt merito admittendi: & nihilominus ſi de cauſa liqueat, ad diffinitiuam ſententiam procedendum.

Si vero aliter abſens fuerit, & agatur de ſpirituali coniugio inter Eccleſiam & prælatum iam contracto, electione maxime confirmata, illud in hoc articulo volumus obſeruari, quod ſuper exceptione talium perſonarum in ſacris eſt canonibus diffinitum.

Quod ſi forſan agaẗ de ſpirituali cõiugio contrahendo, is qui eſt in prælatum electus p̃ ſpacium ſex mẽſium expectetẗ: niſi penſatis negociorum circunſtãtijs, per ſuperioris prouidentiam magis vel minus fuerit expectandus. 7. queſt. 1. ca. Præſentium. Ibidem ca. Si quis

Si autem de carnali coniugio ſit agendum, alteruter tam diu coniugum expectetur, donec de ipſius obitu veriſimiliter præſumatur: quia quum ſine culpa ſit abſens, vt ſi captiuitate vel ægritudine, aut alio iuſto impedimento forſitan teneatur, aut etiam propria, ſed non malitioſa voluntate in remotis partibus moram faciat, vt de facili vel in breui citari non poſſit: ei quidem præiudicari non debet, quum habeat forſan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendam: eo nequaquam obſtante, quod de lapſu carnis poſſit opponi: quoniam in coniugio caſus multi occurrunt, in quibus coniuges ſine culpa, ſed nõ ſine cauſa continere coguntur.

Ad perpetuam rei memoriam, uel cum agitur per uiam inquiſitionis, poßunt teſtes ſine litis conteſtatione recipi, & etiam publicari.

Sunt & alij caſus ſimiliter ſpeciales, in quibus abſq; litis cõteſtatione legitime poſſunt teſtes produci, vt quãdo exceſſuum inquiſitiõ vel teſtium publicatio imminet facienda.

Si reus lite non conteſtata eſt contumax, & agitur reali, mittitur actor in poſſeſſionem rei petitæ, cauſa cuſtodiæ, quam tamen reus recuperat, ueniens infra annum, ſi offerat cautionem de ſtando iuri, & reſtituat expenſas. Poſt annum uero his non ſeruatis non auditur, niſi ſuper proprietate. Sed ſi conuenitur reali, qui nomine alieno poſſidet, nominabit dominum in iudicio, & ſtatuetur ſibi terminus, infra quem faciet dominum comparere. Qui ſi infra terminũ non uenerit, iudex illum citabit. Qno adhuc nõ uenien

aenientem, iudex actorem mittet in poſſeſſionem uerã. Si uero reus contumax conuenitur actione perſonali, mittetur actor in poßeſſionem bonorum ipſius rei modo debiti declarati, & primo mobilium: ſecundo immobilium, ſi mobilia non exiſtant: uel excommunicabitur reus.

In aliis vero caſibus prudenter eſt attendendum, vtrum cõtumax reali actione an perſonali cõueniatur. Si reali, mittendus eſt actor in rei petitæ poſſeſſionem, vt tædio affectus reus, veniat reſpõſurus. Qui ſi venerit infra annum iudicio ſiſti, præſtita cautione ac exhibita ſatisfactione congrua, expenſarum poſſeſſionem recuperet, quod ſi cautionem offerre neglexerit infra annum, actor poſt annum verus conſtituetur poſſeſſor, ſuper proprietate duntaxat aduerſæ parti defenſione legitima reſeruata. Quod ſi ſuper rebus immobilibus quiſque conueniat, qui eas poſſidet nomine alieno, debet ſtatim in iudicio dominũ nominare, certo dierum ſpacio à iudice finiendo, eoq; ad eius notitiam producendo, vt vel ipſe reniens, vel idoneum dirigens reſponſalem actoris intentionem excipiat. Si vero poſt tempus indultũ, quod diſpoſitum eſt, noluerit adimplere, tanq̃ lite, quæ ingeritur, ex eo die, quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt, ad interrumpendam præſcriptionem longi temporis cõteſtata, dñm poſſeſſionis iudex tribus edictis legitimis euocabit: & tunc ipſo in eadem voluntate manente, negocium ſummatim examinans, in poſſeſſionem ipſarum rerum actorem mittere non tardabit, omni allegatione abſenti ſuper principali quæſtione reſeruata. Si autem ſuper perſonali actione conueniatur, vel mittendus eſt actor in poſſeſſionem mobilium ipſius, vel immobiliũ, ſi forte mobilia non habeat, pro modo debiti declarati, vel in contumacem eſt eccleſiaſtica ſententia proferenda, ita videlicet, quod alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, iudex à principio ſit contentus, ad alteram nihilominus ꝓceſſurus, ſi hoc meruerit proteruitas cõtumacis, qui veniens infra annum vel poſt annum etiam audietur iuxta diſtinctionem in alio caſu ſuperius annotatam.

DE IVRAMENTO calumniæ.

INNOCENTIVS PAPA III. Epiſcopo Placentino.

Procurator uel ſyndicus uniuerſitatis eccleſiaſticæ uel ſecularis de calumnia iurare poteſt.

Conſtit. XIX

CVm cauſam, quæ inter Rauennateñ. Archiepiſcopũ & commune Fauentinũ ſup villa luci ac quibuſdam aliis vertitur, delegatis iudicibus duxerimus committendã, & iidem in negocio minime proceſſiſſent, nos partibus dedimus in mandatis, vt pro ipſa cauſa noſtro ſe conſpectui pręſentarẽt. Quorum procuratoribus cum inſtrumentis de rato in noſtra præſentia cõſtitutis, petitionem ipſius Archiepiſcopi per procuratorem eius fecimus exhiberi, ac ad eam partem alteram reſpondere, & interrogationibus, & reſponſionibus redactis in ſcriptis, & lite coram nobis pleniſſime cõteſtata, fecimus calumniæ iuramentum ab ipſis procuratoribus vtrinque præſtari. Extra lib. 2. tit. 8. de iuramẽto calũ. cap. Cum cauſam.

DE ORDINE COgnitionum.

INNOCENTIVS PAPA III. Narmarinenſi Epiſcopo.

Si reus contra actorem ſpoliatorem ſpoliationem opponit: aut excipiendo, & tunc prius auditur, & ea probata reſpondere non cogitur, ſed per hoc non reſtituitur: aut agendo, & tunc ſimul utraque quæſtio terminatur, & ea probata reſtituetur.

Conſtit. XX.

QVum dilectus filius Abbas de Ferẽtino de nobilibus viris, dominis de Artone depoſuerit quęſtionem, q̊d manu armata & cum exercitu ad caſtrũ monaſterii venientes in pręd is animali- Extra lib. 2. tit. 10. de ordine cogn. cap. Cum dilectus.

um & alijs damnificare dictum cœnobium præſumpſerunt, de quibus iuſtitiam ſibi fieri poſtulabat.

Et citra litis conteſtationem ſub forma exceptionis fuit ex aduerſo reſponſum, quod per ipſius dolum & violentiā caſtrum Sirati amiſerant, quod & progenitores eorum tenuerant, & ipſi poſſederant inquiete, ſibi petentes prius reſtitui, quam petitionibus ipſius reſponderent, præſertim cum teſtes haberent præſentes, per quos intentionem ſuam incontinenti probare volebant.

Verum ex parte abbatis fuit taliter replicatum, quod ab eo reſtitutio peti non poterat, quia non fuerat ſpoliator, pręſertim cum dictum caſtrum ad ius & proprietatem ſui monaſterij ptineret: quod etiā pars aduerſa nullatenus denegabat. Vnde vt verus dñs, ad quē ab alio res ſua poſſeſſa reuertitur, etiā poſt tempora lõgiora retētionis debebat cõmodum obtinere, & iudiciū reſtitutoriū cõtra ſpoliatorem tantum competere dinoſcitur.

Nos autem diſtinguendum eſſe credimus, vtrum ſpoliationis quęſtio ab eiſdē nobilibus fit obiecta, in modum actionis ad reſtitutionem petendam, an in forma exceptionis ad intentionem aduerſarij repellendam.

Cum ea in modum actionis propoſita, intelligant mutuę petitiones ſeſe tanquam diuerſæ minime contingentes, ac per hoc iuxta regulam iuris (qua dicitur: ff. de iudi. Qui prior Qui prior appellat, prior agat) quę prius eſſet propoſita, prius foret tractāda: quā quam in idem iudicium ambæ deductæ viciſſimque tractatæ, ſimul eſſent eadem ſententia terminandæ.

Sed quoniam quęſtio illa fuit ab eiſdē nobilibus tantum in modum exceptionis obiecta, interloquēdo pronunciauimus, vt ꝓbationes eorum ſuper ipſa exceptione primitus audirentur, & ea probata legitime, Abbati nõ cogerentur reſpõdere, ſuper petitionibus memoratis, donec reſtituerentur ab ipſo, cum ſpoliatori ſpoliatus ante reſtitutionem non cogatur vllatenus reſpondere.

Verum ſpoliatione in modum exceptionis tantum probata, non eſt per hoc reſtitutio facienda. Quemadmodum ſi in modum exceptionis aliquod crimen teſti obijcitur, vt à teſtimonio repellatur, & ſi crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, non ideo ſibi pœna infligitur ordinaria, ſed eius duntaxat teſtimonio non creditur, quod ea ratione cõtingit, quoniam in ipſum accuſatio non procedit. Teſtes etiam, quorum teſtimonium reprobatur, inter infames, quaſi ex falſo teſtimonio, non habentur.

DE CAVSA POSſeſſiõis & proprietatis.

INNOCENTIVS PAPA III Archiepiſcopo & canonicis Sutrinis.

Si ſpoliatus poſſeßorio & petitorio ſimul agens poſſeſſionem & ſpoliationem probat, ſed non dominium ſeu proprietatem, obtinet in poſſeſſorio, ſed ſuccumbet in petitorio.

Conſtit. XXI.

CVm eccleſia Sutrina paſtore vacaret; vos cõuenietes in vnum, & ſicut moris eſt, ſpiritus ſancti gratia inuocata paſtorem vnanimiter elegiſtis, petentes ipſius electionem à ſede apoſtolica confirmari. Extra li. 2. tit. 12 de cau. poſſeſ. & pro pri. cap. Cũ Eccleſia.

Verum clerici conuentualium eccleſiarum ciuitatis eiuſdem conſequenter ſuam depoſuere querelam, quod cũ Epiſcoporum electionibus ipſi ac ꝑdeceſſores eorum conſueuerint intereſſe, vos eis renitentibus & excluſis ad electionē procedere præſumpſiſtis: quam ob hoc non confirmari, ſed infirmari potius poſtulabant.

Partibus ergo apud ſedem apoſtolicā conſtitutis, in auditorū ꝓſentia teſtes vtrinq; ꝓducti fuerāt, & eorū depoſitionibus publicatis, pars canonicoꝝ per teſtes à ſe introductos intentionem ſuam, quod ad eos tantū ſpectaret electio, ſufficienter dicebant eſſe probata: parte nihilominus clericorum aſſerente, quod per dicta teſtium, quos produxerant, & ipſi aſſertionem ſuam, quod electioni pontificum intereſſe deberent, plenius ꝓbauiſ

bauiſſent,per quę conſtare dicebant eos electionibus trium epiſcoporum,qui ecclesiæ Sutrinæ vltimo & immediate præ fuerant,cum canonicis cathedralis eccleſiæ affuiſſe,& vocem habuiſſe cum alijs eligendi.

Nos igitur(quoniam deprehẽdimus teſtes veſtros in phibendis teſtimonijs varios extitiſſe,atq; aduerſus fidem atteſtationis ſuę coram auditoribus vacillaſſe, & quod negatiuam quodammodo aſtruere ſatagebant,probare volẽtes ius electionis ita ad vos ſpectare, quòd ad aduerſarios minime pertineret:per teſtes vero aduerſæ partis fuit ſatis ſufficienter oſtenſum, quod in trium Epiſcoporum electionibus,de quibus præmiſſum eſt, clerici præſentes affuerint, & vocem habuerint eligendi) præmiſſam electionẽ factam eis contradicentibus & excluſis decreuimus irritandam, clericos ſæpe dictos in eam quaſi poſſeſſionem ſuã, quã ante controuerſiam motam habuerant, reducentes.

Verum quoniam in quęſtione prædicta,quicquid iuris vtraq; pars in electione habebat, deductum in iudicium videbat,cum iure ciuili ſit cautũ, id venire in iudicium, non ſolum de quo actum eſt, vt veniret,ſed id non venire, de quo nominatim actum eſt ne veniret:& ſecundũ ſtatuta canonica electiões Epiſcoporum ad cathedraliũ eccleſiarum clericos regulariter pertinere noſcantur,niſi alibi ſecus obtineat de conſuetudine ſpeciali: nec ex eo quod clerici ante dicti ſe inter eligentes Sutrinos Epiſcopos probauerunt tertio extitiſſe,ius eligẽdi propter breuitatem temporis vſque ad præſcriptionem legitimam non producti ſibi acquirere potuerunt, & actore non pbante,qui conuenitur, & ſi nihil præſtiterit,obtinebit, ab eorum impetitione, ſuper electionibus faciendis, vos duximus abſoluendos,ſæpe dictis clericis eccleſiarum ſuper hoc perpetuum ſilentiũ imponentes.

ff. de iudic. Solemus.

ff. diſt. ca. 1.

IDEM CANONICIS de Bethleem.

Idem dicit quo ad intellectum quod decretalis ſupra proxima. Conſtit.XXII.

Ibid.cap. Cũ ſuper electione.

CVm ſup electiõe Bethleemitanẽſis eccleſiæ,ĩter.R.ſubdiaconũ noſtrũ & P.canonicũ ſepulchri dominici quęſtio verteretur , vtroque ſe pro electo gerente,cum præfatus ſubdiaconus à patriarcha Hieroſolymitano fuerit confirmatus. Et infra.Et quia probauerat ſe p ſecularem potentiam ſpoliatum, reſtituendum decreuimus iuſtitia mediante.

Verum quoniam tam poſſeſſorium, quam petitorium deductum fuerat in iudicium,& tam reſtitutiõis,quam electionis quęſtio plenius agitata, & conſtitit nobis electionem vtriuſq; minus canonicam extitiſſe,cum iudex de qua recognouerit, pronunciare debeat,vtramq; duximus ſententialiter irritandam.

IDEM EPISCOPO Nouionenſi.

Qui agit de proprietate ante concluſionem cauſæ,poſſeſſorio adipiſcendæ uel recuperandæ agere poteſt:poſt concluſionẽ uero & ante ſententiam hoc non poteſt,niſi iuſta cauſa ſubſit.

Conſtit,XXIII.

Ibid. cap. Paſtoralis.

PAſtoralis officij.Et in ſra.

Sane,ſicut intimaſti, contingit aliquando,vt cum is qui ſe aſſerit ſpoliatũ ſuum trahit ſpoliatorẽ in cauſam, inter ipſa iuris auſpicia requiſitus, quo malit experiri iudicio, litem ,pprietatis ingreditur,de illata ſibi violentia nullã faciẽs mẽtionem:cũ aũt fuerit in cauſa proceſſum, nouũ iudiciũ ſup poſſeſſorio nititur inchoare.Et infra.

Cõſultationi tuę taliter reſpõdemus, q̃d poſſeſſorio q̃dẽ iudicio,q̃d de recuperanda ſeu adipiſcenda poſſeſſione,pponi tur,anteq̃ renunciatũ ſit, aut concluſum in ,pprietatis iudicio primitus inſtituto, agi poteſt ab eo qui rem cœperit vendicare.

Cum legali ſit prouiſione ſtatutũ, eũ q fundum vendicauerit ab eo,cum quo interdicto vnde vi potuit experiri,pendẽte iudicio interdictũ nihilominus poſſe intentare.

Alijs poſſeſſorijs iudicijs ſuo robore duraturis,quæ vendicationem dominij ſui natura præcedunt.

Si vero renũciatũ fuerit vel cõcluſum, vt iam poſſit cauſa proprietatis diffini nitiuę ſentẽtię calculo terminari(ne lites litibus inculcẽtu r,&via poſſit fraudibus aperiri)cauſa non deciſa, poſſeſſorio nõ

erit vtendum: niſi iudex, qui de cauſa co
gnoſcit, hoc ipſum ex iuſta cauſa viderit
expedire: puta cum ex perſpicuis iudicijs
facile arguiť iniquitas inuaſoris, & ſpo-
liato caſu ſeu malitia probandi dominiū
ſubtraxerit facultatē.

His igiť & alijs cauſis inſpectis (quæ
continent ęquitatem, aut iuſte mouerint
animum iudicantis) poſtq̄ etiam con-
cluſum fuerit, poſſe agi poſſeſſorio iudi-
cio non negamus.

IDEM EPISCOPO ET officiali S. Andreæ.

Si petitorio & poſſeſſorio ſimul eſt actum, una ſententia terminatur & præmittitur poſ- ſeſſorium in terminando ſed in exequendo præ- ualet petitorium. Conſtit. XXII.

CVm dilectus. Et infra.
Ibid. cap. Cum dilectus. Ad quartum breuiter reſponde
mus, quod cum ſuper poſſeſſorio & peti
torio ſimul eſt actum, vtrinq; vna ſenten
tia debet terminari, ſed licet in pronūcia
tione ſit poſſeſſio præmittenda, in execu
tione tñ debet proprietas præualere.

IDEM EPISCOPO Veronenſi.

Adiudicatur illi beneficium, qui probauit col latorem ſuum fuiſſe in poſſeſſione conferēdi col lationis tempore. Per hoc tamē non prohibetur ſuccumbens agere de proprietate iuris confe- rendi cum ipſo collatore.

Conſtit. XXV.

CVm olim quæſtio, quæ inter archi
Ibid. cap. Cū olim. diaconū ex vna parte, & archipres
byterum & canonicos Vicentinæ eccle-
ſiæ ex altera. Et infra.

Quoniam p̱ atteſtationes nobis con
ſtitit euidenter, quod ab Epiſcopis Vicē
tinis archidiaconatus ipſe ſine reclama-
tione aliq̄ canonicoꝝ duobus archidia-
conis cōtinue, q̱ ante ipſum extiterant,
fuerat aſſignatus, & q̱a canonici p̄dicti
iudices recuſare minime debuerūt, cum
cauſa p̄dictis iudicibus fuiſſet delegata,
de vtriuſq; partis procuratorū aſſenſu p̄
dictū archidiaconatū eidē p̱ diffinitiuā
ſententiam adiudicare curauims, canoni
cis Vicētinis p̱petuū ſilētiū imponentes,
reſeruata tñ eis quæſtione ꝓprietatis ſup
collatione archidiaconatus ipſius, ſi for
te ſuper hoc contendere voluerint aduer
ſus Epiſcopum Vinceñ. cum res inter ali
os acta non debet eis præiudicium gene
rare.

DE RESTITVTIone ſpoliatorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Epiſcopo & Capitulo Tridonenſi.

Ei, qui non poſſidet, denegatur reſtitutio.

Conſtit. XXVI.

OLim cauſam, quæ Extra lib. 2, tit. 13. de reſtit. ſpoli. cap. Cū olim.
inter vos nomine
Tridonēſis eccle-
ſiæ & magiſtrum,
& fratres militiæ
tēpli in Lōbardia
ſup domo Caluē-
tię ꝟtebať, de Lōce
dio, & de Colūba abbatibus meminus
comiſiſſe. Et infra. Epiſcopus Tridonē-
ſis poſſeſſiōes quaſdam humilitatis ſub
ea cōditione cōceſſit, quod nomine Tri
donenſis Epiſcopi oratoriū ibidē & ho
ſpitale conſtituerent, & tres ſolidos ſen-
ſuales Tridonenſi epiſcopo annis ſingu
lis exhiberent, à quo etiam perſona quæ
loco p̄ficeretur eidē inueſtituram p̱cipe-
ret, & p̱ ſe & alijs fratribus ei & ſucceſſo
ribus eius obediētiā fecerūt manualē, E-
piſcopo ſibi loci dñium nihilominus re
tinēte. Dictus vero magiſter ad eandem
domū aſpirans, ipſos adeo circumuenit,
q̄d p̄ter cōſcientiā veſtrā ſe & ſua in eius
manibus tradiderit, ea tñ conditione ap
poſita, ſi vobis quod facerent, complace
ret, ſine quorū aſſenſu ſe nihil p̱oſſe face
cere aſſerebant. Et infra.

Intelligentes autē p̄dictam domum ei
dem magiſtro traditam ſub conditione
fuiſſe, & quod nullum iuri veſtro fuerat
præiudicium irrogatum, ex eo quod idē
magiſter iuſtitiæ veſtræ non inſcius, vo
bis ignorantibus poſſeſſionem accepit,
præſertim cum ſtatim ex quo id vobis
innotuit, vim vi duxeritis repellendam:
& quod idem ſua temeritate poſſeſſio-
nem præter conſcientiam veſtram (ad
quos poſſeſſionem ipſam nouerat perti-
nere, & quos quęſtionē ſibi moturos ſu
ſpicari debuerat) eſt ingreſſus, p̱curatorē
veſtrū & noīe veſtro ab īpetitione ipſius
magiſtri noīe domus militiæ tēpli, q̄ ad
facien

faciendam reſtitutionē quā petebat,red dimus abſolutā: decernentes vos magiſtro ſatisfactionem debitā exhibere,ſi de fendendo ius veſtrum, in offenſam ipſius,vel domus militiæ templi modū forſan exceſſiſtis.

IDEM ARCHIDIACONO Bituricenſi.

Si contra petentem reſtitutionem coniugis opponitur conſanguinitas in gradu prohibito, & offeruntur probationes paratæ, recepto ab opponente iuramento de malitia,negabitur reſtitutio quo ad thorum,& fiet quo ad reliqua. Si vero probationes promptæ non ſint, fiet plena reſtitutio,niſi ſit magna viri ſæuitia.

Conſtit. XXVII.

Ibid. cap. Literas. Literas tuas recepimus,quod cū quędam matrimonialis cauſa,Bituricēſi Archiepiſcopo in remotis agente,in p̄ſentia tua tractaret, N.mulier ſeparari à B.viro ſuo inſtantiſſime poſtulabat, cui ſe quarto gradu conſanguinitatis ,ppōnebat eſſe coniunctā. Et infra.

Vir autē ſibi vxorem poſtulabat reſti tui,quæ ſua temeritate ab eo diuertit. Et infra.Reſcripto petebas apoſtolico edoceri,vtrum quando aliqs conſanguinita tis gradus obijcit, in quo ſedes apoſtoli ca diſpenſare non poteſt, nec etiam con ſueuit,& probationes promptæ ſint & paratæ, indulgenda ſit reſtitutio, an negāda.Et infra. (31.queſt.5 ca.Si pau lus.)

Sane circa ſolutionem propoſitæ quęſtionis diuerſę ſunt ſententię diuerſorū, alijs aſſerentibus reſtitutionē faciēdam, alijs ſentientibus in cōtrarium, nonnul lis viā mediā eligētibus, ac dicentibus eā faciendā interdū,quandoq; penitus denegādam. Primi p decretalē epiſtolā Lucij Papæ iuuari vident,arguentis quoſdā iudices delegatos, q reſtitutionē viri, q ſine iudicio eccleſiæ vxorē dimiſerat, &ei poſtmodū conſanguinitatem oppo nebat,ſpoliatæ ac repenti coniugem denegabāt:&mandatis ſibi prius reſtitui ta liter ſpoliatā ,& poſtea de matrimoniali cauſa cognoſci.Horū aūt aſſertionem in ceſtus videtur periculū oppugnare , ſed ipſi timorem inceſtus inanem eſſe reſpō dent,cum etiam beneficio reſtitutionis obtento,qui conſanguinitatis habet no titiam,nec exigere debitum, nec contra conſcientiam ſoluere teneatur , quoniā ſi ſecus egerit ædificat ad gehennam, ſicut nec conſanguinitatis conſcius,ſuper cuius coniugio quęſtio nō mouetur. Secunda vero aſſertio, per oraculum Clementis Papæ fulcitur, à quo cum fuiſſet quęſitum,vtrum muliere quadam quen dam in virum petente , qui vt eam repelleret exceptionem conſanguinitatis obiecit,prius eſſet de impedimento conſan guinitatis agēdum, quam ſup matrimo nio ſentētia proferretur, ſic inquiſitioni factæ reſpondit, quod cum exceptione probata principalis quæſtio perimatur, (prius enim cognoſcendum eſt de ipſa, quam ad diffinitionis articulum procedatur)cum etiā in multis caſibus reſti tutio differatur ſecūdum canonicas ſanctiones. Opinioni autem vltimę videtur non incongrue adaptari , vt in gradibus conſanguinitatis diuina lege prohibitis, reſtitutioni aditus pręcludatur, ſed conſtitutione interdictis humana,reſtitutio locum habeat cum effectu: cū in illis diſ penſari non poſſit,& in iſtis valeat diſpē ſari,ſicut beatus Gregorius , & multi alij diſpenſarunt. Vnde non peccat,qui in hoc articulo ad mandatum eccleſiæ red dit debitum coniugale. (Leuit.18) (35.queſt.3 ca.Quędā lex.)

Nos autem ad præſens nullam de prę3dictis ſententijs reprobamus,nec cuiq̄ eorum aliquod præiudicium ex noſtra volumus reſponſione generari, quamuis præſcriptum Lucij Papæ mandatū ad poſſeſſorium,Clementis vero reſpon ſum ad petitorium referatur. Porro cum mulier quæ conſanguinitatis habeat no titiam,præſertim in gradibus quos diui na lex prohibuit, non poſſit huiuſmodi viro ſine mortali peccato carnaliter cōmiſceri: quoniam omne quod non eſt ex fide,peccatum eſt, & quicquid fit con tra conſcientiam, ædificat ad gehēnam: fruſtra in tali caſu adiudicaretur reſtitutio ſpoliato, cum illa contra Deum non debeat in hoc iudici obedire,ſed potius excommunicationem humiliter ſuſtine re,ſicq; difficultas occurreret q̄ſi ,pplexa: quia ,ppter ſententiā oporteret eā redde re debitū, & ,ppter conſcientiā reddere nō deberet. Vñ cōtingeret eos grauiter impediri,& vtriq; laqueus pararet,cū in ter ſe carnaliter cōiungi nō poſſent,nec (Rom.14 28 queſt.1 Ex his)

alter alteri matrimonialiter copulari.

Propterea melius videt, q̃d cũ opponitur cõſanguinitas, pſertim in gradibus diuina lege prohibitis, & probationes offerunt incontinẽti paratæ, in cæteris adiudicanda ſit reſtitutio, ſed ad maiorẽ cautelã iuramento recepto, quod talis obiecto malitioſe non fiat, ſola, quo ad commixtionẽ carnalẽ, maxime, ſi fama conſentit, eſt reſtitutio differẽda, donec auditis probationibus, & diſcuſſis, cauſa ſine diffugio terminetur, cum vtrique ſit melius taliter expediri, quam manere taliter impeditos.

Quod ſi non habeat probatiões incõtinenti paratas, ſed dilationes expectat longiores (quia pręſumitur contra eam, quæ ſine iudicio eccleſiæ ſua tantum temeritate receſſit à viro) ad reſtitutionem plenariam eccleſiaſtica debet cenſura cõpelli, quam tñ ipſa thori negando cõſortiũ debet humiliter tolerare, donec probationes offerat præparatas, & tunc abſolutione petita ſecundum formã eccleſiæ abſoluet, ſed anteq̃ ei fiat mandatũ, ſub debito iuramenti receptis probationibus procedatur quemadmodũ eſt pmiſſum.

Si vero tanta ſit viri ſæuitia, vt mulieri trepidanti non poſſit ſufficiens ſecuritas prouideri, non ſolum non debet illi reſtitui, ſed ab ipſo potius amoueri: aliogn ſufficienti, ſi fieri poteſt, ſecuritate prouiſa, profecto videt coniunx ante cauſæ cognitionem reſtituenda marito.

IDEM VVLTERANENSI Epiſcopo.

Petens reſtitutionem coniugis, habet probare coniugium legitimum ex conſenſu.

Conſtit. XXVIII.

Ex parte. M. mulieris fuit propoſitum, quod cũ eã infra pubertatis tẽpora conſtitutã patruus ſuus filio. H. Se- Ibid. cap. Ex parte.
nenſis ciuis nondũ ſeptẽ annorũ matrimonio voluerit copulare, ac eadẽ traducta fuerit in domum eiuſdem, ipſa ex quo ad nubiles annos peruenit ratum nolẽs habere quod à patruo ſuo circa hoc procuratum fuerat, à Senenſi Epiſcopo nubendi alij licentiam poſtulauit. Et infra.

Quia igitur non credimus ambigendum, quin ipſa mulier, quamuis minor, cauſam poſſit matrimonij p procuratorem tractare, ac pars alia (quę mulieris reſtitutionem ſibi prius fieri poſtulabat) reſtitui nequaquam debeat, vtpote nullo iuris ſeu poſſeſſionis commodo deſtituta, cum per ſolam traductionem (quam non præceſſerunt ſponſalia vel cõſenſus legitimus nec fuerit etiam ſubſecuta (nullum inter eos obligatorium vinculũ ſit contractum: mandamus, quatenus ſi eſt ita, nõ obſtantibus exceptionibus ſupra dictis, audias quæ hincinde partes duxerint proponenda, & quod canonicũ fuerit appellatione remota decernas.

INNOCENTIVS PAPA III.

Interdictum unde ui non competit contra illum qui nõ ſpoliauit, nec ſpoliari mandauit, nec ratam habuit ſpoliationem.

Conſtit. XXIX

Cvm ad ſedẽ apoſtolicã acceſſiſſent Cumanenſis Epiſcopi & fratrum hoſpitalis Hieroſolymitani procuratores. Et infra. Abbati de Accoñ. cõmuni (quæ ſuper eccleſia & hoſpitali de monte Citano inter eos vertebatur) taliter duximus committendam, vt audiret omnia, tã ad poſſeſſorium quã ad petitoriũ iudicium pertinentia, quæ vtraque pars duceret ponẽda, & cauſam ipſam ſine debito terminaret: coram q̃ procurator hoſpitalis prædicta cum poſſeſſionibus & pertinẽtijs ſuis, quæ tenebat Epiſcopus, ſibi reſtitui poſtulauit, aſſerens illa de iure ad hoſpitale Hieroſolymitani ſpectare, & q̃d ipſa diutius poſſediſſet. Ad quę reſpõdit pcurator Epiſcopi, ſe nec ſcire nec credere ſupradicta ab hoſpitali poſſeſſa, vel ad illud aliquatenus pertinere, q̃ Cumanenſis Epiſcopus, vtpote in ſua diœceſi conſtituta, rationabiliter detinebat. Cũ igit ad fundandã intentionẽ ſuã pars vtraq; teſtes pduceret, dictus abbas pcuratorem Epiſcopi condemnauit ad reſtitutionem omnium prædictorum. Et infra. Ibid. cap. Cum ad.

Nup aũt vtriuſq; partis pcuratoribus cõparentibus corã nobis, cauſam ipſam examinauimus diligenter, & quidem p teſtes videbatur eſſe probatum, quod Cumanenſis Epiſcopi nũcius cruces hoſpitalarijs abſtulit, inhibendo ipſis ne ad ſupradictã eccleſiã vel hoſpitale redirẽt, &

& quod Epiſcopus ſupradicta om̃ia poſſidebat. Vnde procurator hoſpitaliorũ petiſt dictam reſtitutionis ſententiam cõfirmari. Et infra.

Nos prioris acta iudicij recenſentes, quia nec per dicta teſtium, vel confeſſiones partium (quum nullæ penitus in iudicio factæ fuerint) vel etiam inſtrumenta, quæ nullatenus de ſpoliatione tractabant, nec per euidentiam facti nobis cõſtare potuerit, quod Cumanẽſis Epiſcopus hoſpitalarios ſpoliauerit vel mandauerit ſpoliari, vel ſpoliationem factã ſaltem ratam habuerit, pronunciauimus in quæſtione prædicta interdictum vnde vi locum nullatenus habuiſſe, reſtitutionis ſententiam, à prędicto Abbate prolatã (licet pars aduerſa proponeret, quod præſumendum eſſet pro ſentẽtia iudicis, qui motum animi ſui ex cauſis alijs potuit informare) iuſtitia exigẽte caſſantes.

INNOCENTIVS PAPA III.

Exceptio inopiæ, de qua conſtat, à clerico oppoſita, impedit executionem ſententiæ, etiam latæ in poſſeſſorio.

Conſtitutio XXX.

Ibid. cap. Olim vobis. OLim vobis dediſſe meminimus in mandatis, vt Ouetenẽſem Epiſcopum ad debitam partis reſtitutionem Zamorinenſis diœceſis, quam tenebat, quum inde perceptis fructibus reſtituere cogeretis. Et infra.

Verum quoniam inanis eſt actio, quã inopia debitoris excludit, mandamus, quatenus non prius epiſcopum ad reſtitutionem fructuum compellatis, quam ipſe fuerit taliter reſtitutus, vt reſtituere poſſit, quod percepit de prouentibus alienis.

INNOCENT. PAPA III.

Per excommunicationẽ aliquibus diebus obſeruatam, in obſeruantes non acquiritur iuris parochialis poſſeſſio.

Conſtit. XXXI.

Ibid. cap. Olĩ inter. OLim inter te, p Abbatia tua, & Parhiſienſem Epiſcopũ nomine Parhiſienſis Eccleſię ſuper poſſeſſione iuris parochialis in parochia de monte, quæſtione ſuborta. Et infra.

Nos attendentes, quod ex eo ſolo q̃d populus prædictæ parochiæ timore ſententiæ ſuę per aliquot dies abſtinuit à diuinis, nullã in eis iuris parochialis poſſeſſionem idẽ Epiſcopus fuerit aſſequutus, nec fuerit aliquo modo probatũ, quod eo tempore, quo ſententiam ipſe protulerit, poſſeſſionem in ipſis iuris parochialis haberet, vel prius etiam habuiſſet, reſtitutionem ei adiudicare de iure nequiuimus, quum ipſum non conſtiterit ſpoliatum.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

INNOCENTIVS PAPA III.

Qui fundata intentione actoris exceptionẽ peremptoriam obijcit, quam non probat incontinenti, ſed accipit inducias, ſi defecerit in probando, condemnatur incontinenti, diffinitiua nõ expectata, in expenſis, ac ſoluere cogitur: quod ſi non poteſt, punietur in corpus ſecundum arbitrium iudicis.

Conſtit. XXXII.

Extra lib. 2. tit. 14. de dolo & cõtuma. cap. Finem litibus.

FInem litibus cupientes imponi, ne partes vltra modũ grauentur laboribus & expenſis, p̃ſertim quum de beneficijs eccleſiaſticis litigatur, quę ſine diſpendio diu vacare non poſſunt:

Præſenti decreto ſtatuimus, vt poſtq̃ intentionem ſuam altera pars fundauerit, ſi reliqua forte exceptionem legitimã voluerit opponere, quã nolit aut nequeat incontinenti probare (quia frequenter ad impediendum vel differendum proceſſum, exceptiones huiuſmodi per excogitatam malitiam opponuntur) ad ſoluẽdas alteri parti moderatas expenſas, extunc in iudicio faciendas, cum exceptis inducijs, ſi forte in probatione defecerit, condemnetur. Et ſi ſoluendo nõ fuerit, alias, ſecundum arbitrium diſcreti iudicis, puniatur, vt hoc ſaltem timore perterritus, non facile quis in grauamen alterius falſas exceptiones opponat.

IDEM PRAENESTINO Epiſcopo, & Apoſtolicæ ſedis Legato.

Citatus ad totam cauſam, certo termino ad comparendum aſsignato, tenetur comparere in termino: & dato impedimento in termino, debet comparere quam citius poteſt poſt terminum, alias condemnabitur in expenſis à tempore citationis admiſſæ.

Conſtit. XXXII.

Ibid. cap. Cum dilecti filij. CVm dilecti filij nuncij Leodicen. electi pro eo ad ſedem Apoſtolicã acceſsiſſent, Archidiaconus & H. Canonicus Leodicenſis Eccleſiæ nomine ſuo & quorundam cõcanonicorum ſuorum, quorum literas exhibuere de rato, contra eundem electum quædam crimina proponebant, per quæ nitebantur eũ ab electione repellere vt indignum. Et infra.

Quamuis autem ex eo quod idem electus à grauamine aduerſæ partis appellauerit, & appellationem nõ fuerit per ſufficientes procuratores (quam poſsit illis proſequentibus) proſequutus, non leuis exorta eſt ſuſpicio contra eum: volentes tamen iuris ordinem obſeruare, ipſi mãdamus, quatenus vſq; ad dominicã, qua cantatur, Ego ſum paſtor bonus, per ſe vel per procuratorem ſufficiẽtem ad præſentiam noſtram accederet, ſuper prædictis omnibus reſpõſurus: alioquin cum aſsignaremus ei pro peremptorio terminum ſupradictum, ſciret quod quãtum de iure poſſemus procederemus extunc in negocio memorato.

Expectantibus igit aduerſarijs, ipſum diu vltra terminum duximus expectandum, ſed ipſe direxit ſimplicem ſolũmodo nuncium excuſationis literas afferentem. Scribebat enim q̃d nuncium, cui cũ à nobis recederet, iniũximus viua voce, vt citaret eundẽ ſero receperat: vnde non poterat tum ꝓpter termini breuitatem, tum propter viarũ diſcrimina noſtro ſe conſpectui præſentare.

Sed cõtra hoc faciebat, q̃d ſicut excuſatorem direxerat, ſic dirigere potuerat reſpõſalem, cum ei non fuiſſet iniunctũ, vt ad cauſam in propria perſona duntaxat veniret, ſed vel ipſe accederet, vel procuratorem idoneum deſtinaret. Præterea quum mandatur alicui, vt ad certum terminum ſe iudici repræſentet, duo ſub hac forma mandantur, vt ad iudicem veniat, & ad diem ſibi præfixam accedat. Vnde ſi venire non poſſit ad diẽ aſſignatum, tenetur nihilominus ſe iudici præſentare. Si enim mãdatur alicui, vt alij ad certum diem certam rem exoluat, non ideo erit à mandato ſolutus, ſi ſoluere nequiuerit die data, imo ad ſolutionem eꝗpſo etiam die ſolutioni præfixo tenetur.

Quapropter quia dictus electus nec venerat nec ſufficientem miſerat reſponſalem ad diem ſibi ſtatutum, vel etiã poſt diutius expectatus, neq; de vicino eius aduentu ſpes erat, vtpote qui per literas vtcunq; excuſauerit ſuam moram, & calores æſtiuos, & inſidias ſibi poſitas formidabat, eum reputauimus cõtumacem, & ad legitimas & moderatas expenſas, quas aduerſarij eius fecerant à tempore citationis emiſſæ, quam extunc expectare incœperant, ipſum curauimus condemnare.

IDEM ARMACHANO ET Caſalenenſi Archiepiſcopis.

Sententia in cauſa beneficiali non tranſit in rem iudicatam reſpectu ſuperioris, quo minus poſſit de iuribus partium inquirere, maxime quã do ſententia fuit lata contra abſentẽ, licet contumaciter & indefenſum.

Conſtitutio XXXIII.

CVM olim D. clericus Celeſtini papæ prędeceſſoris noſtri diuerſis ꝑlatorum Hyberniæ literis præſentatis ſe aſſereret in Epiſcopum fuiſſe Roſceñ. electũ, nulluſq; appareret, qui aliquid contra eum proponeret, dictus ꝑdeceſſor noſter, ei munus cõſecrationis fecit impendi. Poſtmodum F. & G. monachi ad eiuſdem prædeceſſoris noſtri accedentes ꝑſentiã, vterq; ſe aſſeruit à Canonicis Roſceñ. Eccleſiæ fuiſſe electum, & quod ꝑdictus D. per falſas literas fuerat conſecratus, propter quod idem prædeceſsor noſter cauſam vobis ſub ea forma commiſit, vt de forma, & proceſſu electionis memorati D. ſolicite quæreretis: & ſi Canonice electũ eum fuiſſe cõſtaret, ipſum faceretis pacifica poſſeſſione gaudere: alioqn inter ꝑdictos F. & G. audiretis cauſam, & Ibid. cap. Cũ olim.

ſam, & cuius electionem canonicam & magis rationabiliter ſactam inueniretis, alterius curaretis electioni præſerre. Et infra.

Cunq; à vobis dictus D. tertio citatus nollet ſe veſtro cõſpectui p̃ſentare, pcedentes in cauſa, tam ex teſtimonio cleri, & populi Roſceñ. Eccleſię, quàm aſſertione regis Coarcaiæ & prælatorum prouinciæ de prædicto F. electionem fuiſſe celebratam canonice didiciſtis, & eã curaſtis autoritate Apoſtolica confirmare, præſertim cum Capitulũ Roſceñ. Eccleſiæ dictum D. ſe non elegiſſe conſtanter aſſereret, nec de prædicti G. monachi electione aliquatenus cogitaſſe. Interim memoratus D. ad Apoſtolicam ſedem accedens, ſuper quibuſdam alĳs grauaminibus & iniurĳs contra dictum F. & quoſdã alios literas impetrauit: dictus F. poſtmodum ex parte veſtra nobis literas præſentauit: quæ, qualiter à vobis in cõmiſſione prædicta proceſſum fuerat, continebant. Et infra.

Volentes igitur adhuc miſericorditer agere cum abſente, vt eius malitia cõuincatur, dictum F. ad vos duximus remittẽdum, mandantes, quatenus non obſtante, quod eiuſdem F. fuit electio confirmata, ſæpedictum D. ſi in Hyberuia poterit inueniri, legitime citetis ad cauſam, & facultate ſibi defenſionis indulta, in cauſa ipſa canonice procedatis. Qui ſi innentus infra tres menſes veſtro ſe contẽpſerit conſpectui pręſentare, ad conſecrationẽ dicti F. om̃i occaſione poſthabita, p̱cedatis. Si autem in Hybernia inuentus nõ fuerit, indulto ſibi vnius anni ſpacio, ex quo ad nos, & ſi non verbo, facto tamẽ intelligitur prouocaſſe, arrepto itinere ad ſedem Apoſtolicam veniendi, dicto F. adminiſtrationem Roſceñ. Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus cõmittatis: quo elapſo, non eum differatis in epiſcopum conſecrare.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Si proceditur per uiam inquiſitionis contra abſentem contumaciter, etiam lite non conteſtata, teſtes recipi poſſunt, & ſententia diffinitiua ferri, etiam per uiam depoſitionis, ſi hoc meretur delictum.

Conſtit. XXXIIII.

Ibid. cap. Veritatis.

VEritatis eſt verbũ, organo dominicæ vocis emiſſum. Et infra.

Sicut Canonici Curienenſes, in noſtro auditorio retulerũt, H. Curieñ. Epiſcopus Eccleſiam ſuam non ſolũ dilapidando depreſſit, ſicut publica pręedicabat infamia, ſed homicidio, inceſtu, alĳsque criminibus polluit. Et infra.

Super his cõmiſimus primo cauſam Tridonenſi Epiſcopo, & Abbati montis S. Mariæ, & Præpoſito de Inſula: ſecũdo quoq; Brixenenſi Epiſcopo, & ipſis Abbati & Præpoſito. Et infra. Verum cum Epiſcopus ipſe priorum iudicum præſentiam adire per contumaciam contempſiſſet, autoritate noſtra fuit per ipſos iudices ab officio, beneficioq; ſuſpẽſus. Et infra. Tandem vero coram iudicibus canonica citatione vocatus, præſentiam ſuam difficulter exhibuit: ſed friuolam tũc excuſationem malitia concepta prætendens, experiri cum Canonicis in iure neglexit: qua de cauſa nos de conſilio fratrum noſtrorũ ſuſpendẽtes Epiſcopum ip̃m, vel potius ſuſpenſionẽ à iudicibus factã autoritate apoſto. cõfirmantes, tertio ſuper his Cumano Epiſcopo, & Abbati ſancti A. cauſam ad ſuperandam malitiam ipſius Epiſcopi commiſimus audiendã: qui partibus citatis, quum nec per ſe, nec per reſponſalem idoneum cõparuerit, in eundẽ propter inobedientiam excommunicationis ſententiã protulerũt, teſtes ex parte veſtra (quemadmodum in mandatis à nobis acceparant) admittẽtes, ſc; Abbates, Priores, Pręepoſitos, & alios religioſos viros, per quos quemlibet articulum criminum prædictorum conſtat fuiſſe probatum. Et infra.

Nos igit̃ videntes ordinẽ iudiciarium in hoc facto fuiſſe ſeruatum: cõſiderato p̃terea, q̃d poſt ſententias in ſe datas celebrare præſumpſerit, cũ multi prælati Eccleſiarum contra eundem Epiſcopũ ſcripſerint, nec vnus pro defendendo eo, vel aliquatenus excuſando, in nomine dñi cũ Apoſtolo oẽm inobedientiam vlciſci 2.Cor.10
volẽtes, licet abſentes corpore, p̃ſentes tñ ſpũ, iuxta verbũ eiuſdem Apoſt. tulimus 1.Cor.5
ſententiam p̱petuæ depoſitionis in ip̃m, & eum tã à pontificali q̃ ab omni officio ſacerdotali priuantes, ſine ſpe reſtitutionis

nis aliqua duximus condemnandum:ea
nihilominus in irritum reuocantes,quæ
cunq; poſt inhibitionem ſedis Apoſtoli
cæ ſeu factã ſuſpenſionẽ & excõicationẽ
de rebus Eccleſiæ alienare pręſumpſerit.

DE EO QVI MITTItur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.

INNOCENTIVS PAPA III.
Vrſacenſi & Senagolenſi Epiſcopis.

Si reus,contra quem facta eſt miſsio in poſſiſsionem,doceat ſe contumacem non fuiſſe,non condemnabitur ad expenſas.

Conſtit. XXXV

Extra lib. 2.tit 15.de eo qui mit ttur.cap. Cũ veniſſent.

QVum veniſſent ad
Apoſtolicam ſedẽ
Abbas S.Angeli,et
P.Gall.idem P.pro
poſuit,quod prædi
ctus Abbas eum ſu
per quadam poſſeſ
ſione coram Ioan-
ne Apoſtolicæ ſedis legato,traxit in cau
ſam. Et infra. Verũ legatus ipſe cauſam
commiſit iudicibus,ſecundum ius,&bo
nam terræ conſuetudinem terminandã:
qui quum ſecũdum ius tantũ vellet pro-
cedere,præfatus P.noſtram audientiam
appellauit:ſed iudices nihilominus par-
tem aduerſam in poſſeſſionem rerum pe
titarum inducendam cauſa cuſtodię de-
creuerunt:ita, quod ſi vſq; ad annũ & di
em pręſtaret ſiſtendi iudicio cautionem,
& parti alteri triginta libras reſtitueret,p
expenſis, reciperet poſſeſſionẽ eandem.
Cũq; G.ſedis apoſtolicę legatus infra an
num fuiſſet terram illam ingreſſus, ipſe
cautionem iuri obtulit coram eo,&poſ-
ſeſſionem ſibi reſtitui poſtulauit,paratus
expenſas reſtituere factas in lite,quæ ſex
librarum ſummam (ſicut aſſerit) non ex
cedunt,ſed Abbas triginta librarũ ſibi re
ſtitui petit quantitatem.Et infra.

Nos igitur ipſum P.cautione præſtita
In poſſeſſionem credimus reducendum,
hoc etiam decernentes, vt ſi conſuetudi-
nem, quam allegat, laudabilem eſſe con
ſtiterit (quia ex hoc ſequitur eum ratio-
nabiliter appellaſſe) ad reſtituendas expẽ
ſas nullatenus compellatur: aliogn (cũ
ex hoc appareat eum fruſtratorie prouo
caſſe) ad reſtitutionẽ cogatur expenſarũ
illarũ,quas Abbatem conſtiterit propter
hoc neceſſarias in lite feciſſe.

VT LITE PENDENte nil innouetur.

INNOCENTIVS PAPA III.
Abbati & Conuentui S.Syluestri.

Qui rem litigioſam alienauit,ita quod reha beri non poteſt,debet equiualentem ſubſtituere in locum illius,quam alienare non poterit.

Conſtit. XXXVI.

ECclesia ſanctę Ma
riæ in via lata, con
tra Ioannem de
Ateia, qui quaſdã
poſſeſſiones ipſius
dicebatur cõtra iu
ſtitiã detinere, mo
uit ſub L. iudice
quæſtionem.Et infra.

Extra lib. 2.tit.16. vt nil inno.lite pẽden. cap. Eccleſia.

Prohibemus ne poſſeſſiones,quæ ſuc
ceſſerũt in locum & ius illarũ, & quas ab
Ioanne de Ateia Eccleſia ſanctæ Mariæ
petierat,in monaſterium veſtrum ab eo-
dem Ioanne lite pendente tranſlatas, alie
nare interim pſumatis, vt ſi Eccleſia ſan-
ctæ Mariæ de vitio litigioſi contractus,
vel de proprietate voluerit experiri (niſi
obtinuerit in iudicio,in vanum laboret
monaſterio veſtro minime poſsidente)
ſit quod euincere valeat & habere.

INNOCENT. PAPA III.

Idem ſummarium eſt cum præcedente.

Eccleſia ſanctæ Marię.Et infra.
Poſſeſsionem qua fuerat (prętermiſſo iu
ris ordine) prædicta Eccleſia ſpoliata, ſi-
bi reſtitui poſtulabat.Et infra. Nos quic
quid ab alijs factum fuit,poſtq̃ prędeceſ
ſor noſter ad curiam ſuã idem negociũ
reuocauit, irritum decernimus & inane.
Et infra. Verum quoniam præfatã poſ-
ſeſsionem poſt reſtitutionem vobis fa-
ctam ab Ioanne de Ateia alij locationis
titulo aſsignaſtis,neq; reſtituere potera-
tis Eccleſiæ ſpoliatæ:loco ipſius tantun-
dem poſſeſsionum æquiualentiũ ad arbi
trium bonorum virorum ipſi Eccleſię fe
cimus aſsignari:quas cum alij fuerant pi
gnori obligatæ, per vos liberari feci-
mus à creditoribus, qui nobis inſtrumẽ
tum pignoris reſignauerunt

Ibid. cap. ſequenti.

DE

DE SEQVESTRAtione poſſeſſionum & fructuum.

INNOCENTIVS PAPA tertius, Archiepiſcopo Mediolanenſi.

Res in quam facta eſt miſsio non debet ſequeſtrari, etiam ſi miſſus inde fuerit violenter eiectus. uel notabiliꝰ ſic: Sequeſtrum factum loco miſſionis propter ſcandalum euitandum reuocari debet, oblata cautiõe & reſtitutis expẽſis.

Conſtit. XXXVII.

Extra lib. 2.tit.17.de ſequeſt. poſ.& fru ct.cap.Ad hoc.

AD hoc vnxit nos Deus. Et infra. Abbas de regula nobis expoſuit, quod quum M. prędeceſſor tuus ſup cauſa, quæ inter ipm & monaſteriũ ſuũ fuerat agitata, obtinuiſſet Veroneñ. Epõ literas deſtinari, & ipſe ſup iudicio poſſeſſorio partim ꝑ monaſterio, partim ꝑ Archiepõ ſententiã ꝑtuliſſet, ꝑcuratore ipſius monaſterij quæſtionem de proprietate poſtmodum intentare volente, Archiepiſcopus iuriſdictionẽ Epiſcopi oppoſuit expiraſſe: aſſerẽs cauſam poſſeſſionis tantũ, & nõ proprietatis fuiſſe cõmiſſam: & quia ſuper poſſeſſione ꝓnunciauerat ſemel, functus officio ſuo, ſuper quæſtione proprietatis deinceps cognoſcere non valebat. Et infra. Sed iudex actorem in poſſeſſionem (quæ fuerat per ipſum archiepiſcopo adiudicata) propter eiuſdem contumaciam mitti decreuit, à qua tamen Archiepiſcopus violenter monaſterium eiecit. Et infra. Celeſtinus Papa prædeceſſor noſter ſic ſuum interpretatus fuit reſcriptum, quod tam cauſa poſſeſſionis, quàm proprietatis ſuerat iudici delegata, cum abſolute & indiſtincte commiſſa fuerit, & eius continentia diuidi non deberet: prælibatam quoq; poſſeſſionem pro ſuo arbitrio ſequeſtrari præcepit, iniungens Reginenſi & Mutinenſi Epiſcopis, vt de cauſa poſſeſſionis & proprietatis plenius cognoſcentes, eam debito fine deciderent, & poſſeſſionem ei parti poſtmodũ reſignarent, quæ obtineret de proprietate triumphum. Et infra.

In eum ſtatum continentiam cauſę reducimus, in quo fuerat, cum prædictus prædeceſſor noſter cauſam proprietatis & poſſeſſionis Reginenſi & Mutinenſi cõmiſit, mandato ſequeſtrationis penitus reuocato. Et infra.

Ne autẽ monaſterio videamur in ſuo iure deeſſe, moderatas expenſas (ex quo Epiſcopus Veronẽſis ipſum in poſſeſſionem induci decreuit vſq; ad ſatisfactionis tempus oblatæ) propter hoc factas ſibi reſtituendas eſſe cenſemus, & à te ſufficientẽ præberi ſtandi in iudicio cautionem.

DE CONFESSIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Canonicis de Bethleem.

Si de crimine contingente cauſam principalem conſtat contra aliquem per eius confeſsionem, punitur pœna ordinaria, etiamſi directe cõtra eum non agatur.

Conſtit. XXXVIII.

Extra lib. 2.tit.18.de confeſſis. cap. Cum ſuper.

QVum ſuper electione Bethleemitanæ Eccleſiæ inter R.&P. quęſtio verteretur. Et infra. Quoniam V. canonicus Bethleemitanus fuit in iure confeſſus, quod pro præſtando alterius electioni conſenſu quingentorum Saracenorum obligationem receperat, & mediator extitit ſimoniacæ prauitatis: Nos quoniam vicium huiuſmodi perſequi volumus vt debemus, ipſum per diffinitiuam ſententiam duximus ab omni beneficio & officio eccleſiaſtico deponendum.

DE PROBATIOnibus.

INNOCENTIVS PAPA III. Archidiacono Parrhiſienſi.

Si per literas ordinarij probatur quis excommunicatus, à procuratione repellitur.

Conſtitutio XXXIX.

POST

Ibid. cap. Poſt ceſſionem.

POST ceſſionem. Et infra. Quum igitur ꝑ literas iudicis ordinarij, quibus ſtandū eſt, donec probetur contrarium, nobis cōſtiterit, q̊d V. erat excommunicatus, quum procurationis officium aſſumpſit: Ipſum tanquam procuratorem non duximus admittendum.

IDEM ABBATI ET CONtui Caſſenenſi.

Si rogatus reſtituere totam hæreditatem, eo ſine liberis decedente intret monaſterium, euaneſcit fidei commiſſum, & hæreditas applicatur monaſterio, nec ad inualidandum ingreſſum ſufficit probare minorem ætatem tempore ingreſſus, ſi ex aduerſo geminatus probetur ingreſſus. Conſtit. XL.

Ibid. cap. In præſentia.

IN præſentia G. ſancti Hadriani Diaconi Cardinalis G.&B. fratres veſtro ſyndico conſtituto corā ipſo fecere proponi, quod quum quondā A. frater ipſorum cōderet teſtamentum, M. filium ſuum ſibi hæredem inſtituit, & pręcepit, vt ſi abſque liberis decederet, ad eos bona deuoluerētur ipſius: vnde illa, quæ de bonis ipſius veſtrum monaſterium detinebat, ſibi reſtitui poſtulabant, & petebant vos ſuper hoc à ſua moleſtatione compeſci.

Verum ſyndicus ipſe propoſuit ex aduerſo, quod prædictus M. monaſterio veſtro obtulit ſe & ſua. Vnde vniuerſa quæ habuerat, erant ad monaſterium deuoluta, quare vniuerſa quę ipſi de bonis eius inuaſerant, reſtitui monaſterio veſtro petebat, & ſuper cæteris ſilentium illis imponi.

Ad hæc autem pars altera replicauit, quod dictus M. oblationis ſuæ tempore fuerat minor annis, & q̊d facti voti pœnitēs, quod feruore infirmitatis fecerat, poſt conualeſcētiam reuocauit. Et infra. Vnde quum ſine liberis diſceſſiſſet, ex teſtamento patris ad ipſos erat eius hęreditas deuoluta.

Verū ſyndicus reſpōdere curauit, q̊d licet dictus M. de monaſterio fuiſſet egreſſus, eidem ſe & ſua omnia poſtmodum obtulit humiliter & deuote, & quod nec contra oblationē ſuam veniret iuramento firmauit: quare quum conſtet, quod idem M. bis monaſterio veſtro contulit ſe & ſua, nec ex aduerſo probetur, quod vtriuſq; oblatiōis tempore fuerit minor annis, probationem veſtram huiuſmodi exceptionis probatio non elidit, quum & ſi primæ oblationi. tēpore minor annis fuerit, ſecundæ tamen potuit maior extitiſſe. Præterea quū v̊bū illud (minor annis) duobus potuerit modis intelligi, quum & qui minor eſt XIIII. annis, & qui XXV. dici ſoleat minor annis, intentioni veſtræ verbum dubium non nocebat, quum infra XXV. annos teneret donatio iuramēto firmata. Sed & ſi teneret quod factum fuerat à dicto A. quia tamē intelligendum non erat ſine hærede diſcedere, qui monaſterium ſibi hæredem inſtituit, hoc monaſterio non nocebat. Et infra.

Dilectus filius H. ſancti Euſtachij cardinalis attēdēs, q̊d ſyndicus veſter intētionem ſuam plene fundaſſet, & quod nihil ex aduerſo ſufficienter fuiſſet probatum, quum & ſi oſtēſum eſſet per teſtes, quod M. ſuæ oblationis tempore fuerit minor annis, vtrum tamen primæ vel ſecundę oblationis tempore minor fuerit, & quot annis minor, non fuiſſet expreſſum, de mandato noſtro ſentētiam protulit, & prædictis G. & B. ſilentium imponens ſuper his, quæ à monaſterio poſtulabant, eos ad reſtitutionem illorum, quæ de bonis prædicti M. propria temeritate inuaſerant, condemnauit.

Nos igitur ſententiam ipſam autoritate apoſtolica confirmamus.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Actor & reus ſi in interdicto retinendæ poſſeſſionis probant, obtinet is qui antiquiorē poſſeſſionem probat titulo maxime iuſtificatam, uel meliores probationes reſpectu poſſeſſionis adduxit. Conſtit. XLI.

Ibid. cap. Licet cauſam.

LIcet cauſam quæ vertitur in Eccleſiam Rauen̄. item & commune Fauētiæ, ſup iuriſdictiōe, honore, & deſtrictu in vil-

in villa ſancti P.&caſtro Arioli,quod de iure ad ſe ſpectare dicta eccleſia proponebat.Et infra.

Porro atteſtationibus publicatis ſyndicus Fauentinorum propoſuit ſe velle in perſonas teſtiũ ex parte altera productorum quędam obĳcere ac probare,œconomo eccleſiæ aſſerente id fieri non debere: ſuper quo interloquendo decreuimus ipſum nullatenus audiendum,cũ infra trium menſium ſpacium in noſtris literis comprehenſum teſtes huiuſmodi producere non curauerit, infra quem terminum pars vtraq; teſtes inducere potuit,tam in perſonas teſtium, quã ſuper negocio principali.

Poſt hoc idem obiecit in teſtes prædictos,quod corrupti falſa dixiſſent. Vnde quia talis exceptio non ſolũ ante, ſed etiam poſt ſententiam poteſt opponi,licet nonnulli crederent Fauentinorũ partem exceptionem huiuſmodi per excogitatam malitiam ad impediendum proceſſum negocĳ obieciſſe:quia tamen noluimus à iuris tramite declinare, magiſtris, G.&T.pręcepimus,vt teſtes,quos ſuper hac exceptione procurator Fauentinorũ duceret producẽdos, infra menſem recipere & examinare curarent, de ſingulis circũſtantĳs ſubtiliter inquirentes,ex tunc indulto altero menſe procuratori eccleſiæ ſupradictæ, infra quem ſi vellet ad reprobationem teſtium illorum produceret teſtes coram eis.Et infra.

Quanquam autem pars Fauentinorũ teſtes multos ꝑduxerit ſup negocio principali, vix tamen ex illis ſex remanſerũt concordes,cum alĳ ſibimet in ſerie teſtimonĳ ſui cõtradicãt,& quidam alĳ ſint in dicto ſui teſtimonĳ ſingulares. Ad reprobãdum vero quoſdam teſtium eccleſiæ Raueñ. & ſi ex parte Fauentinorum quidam ſint teſtes inducti, plures tamen illorum reprobantur, quia ſibi inuicem euidentiſſime contradicunt:quidam vero alĳ pauci numero,quamuis non reprobentur expreſſe, vſq; adeo tamen malæ famæ ſunt,& leuis opinionis, quod eorum dictis nulla vel modica eſt fides habenda. Iidem quoq; teſtes Fauẽtinorum generaliter repelluntur, quia nõ probãt illud ad quod probandum eorum ſyndicus ſe aſtrinxit, videlicet quod corrupti falſa dixiſſent, quoniam & ſi de corruptiõe videantur aliquid dicere, de falſitate nihil penitus dicunt.Et infra.

Ex præmiſſis igitur euidenter apparet,quod eccleſia per teſtes plures numero,quibus potius lux veritatis aſſiſtit, qui etiam aptiora negocia,& vero proximiora in ſuis teſtimonĳs expreſſerunt, ſufficienter oſtendit,quod A.lx.annis & citra cum omni iurisdictione,honore,atque diſtrictu loca ſupradicta poſſedit: ꝑ qđ patet,qđ ſi cõmune Fauẽtinorũ à quinquaginta annis & citra,ſicut videntur teſtes eorũ deponere, aliqua ſeruitia in locis perceperunt ſupradictis, illa procul dubio ſine iuſto titulo percipere inceperunt,cum duo in ſimul eãdem rẽ & eodem modo in ſolidum poſſidere nõ poſſint,maxime cũ eidem Fauentini iuſtũ poſſeſſionis titulũ non oſtendant, & ex priuilegĳs Imperatorum & Ro. Ponti. eccleſiæ Rauennateñ. conceſſis euidentiſſime colligatur poſſeſſionem ipſius eccleſiæ in prædictis locis iuſtam fuiſſe.

Cum ergo conſtet Fauentinenſes ab eo tempore,quo ſe poſſediſſe probare cõtendũt minus iuſte ac ſine titulo aliqua in prædictis locis temeritate ꝓpria occupaſſe & œconomus eiuſdẽ eccleſię petierit à vi turbatiua ſeu inqetatiua ſup præmiſſis commune Faueñ. prohiberi: nos recognoſcentes in hoc caſu non ſic locũ eſſe interdicto vti poſsidetis,vt dicere debeamus: vti poſſidetis, ita poſſideatis, cum probationes eccleſiæ longæ ſint potiores,& non ſit in interdicto ſuperior commune Faueñ.ſibi condemnamus ſuper iurisdictione & honore atque diſtrictu & alĳs ad hoc pertinentibus generaliter in locis prædictis,quo ad poſſeſſorium iudicium, quo tantummodo actum eſt,perpetuum ſilentium imponentes,& prohibentes eidem,vt neq; per ſe,neque per alios ſuper his præſumat Rauennat. eccleſiam,aut habitatores prædictorum locorum aliquatenus moleſtare.

INNOCENTIVS PAPA III.

Si qui nominent aliquem filium, & ita communiter reputatur,non creditur poſtmodum alteri eorum contrarium iuranti.

Conſtit. XLII.

CCc Per

Ibid. cap. Per tuas.

PEr tuas nobis literas intimaſti, q̃d cum T. Tibertinus ciuis quandã p ſeptennium habuerit concubinam, nec prolem ſuſceperit interim ex eadem, ac ipſa poſtmodum diuertens ab eo, ad ipſum nõ poſt multum tempus rediſſet, filium quem reuerſa in domum ipſius peperit ex eo ſe aſſeruit ſuſcepiſſe. Et infra.

Quia ſ'o mulier illa de dicto T. ſuſcepiſſe R. de quo agitur, primitus conſtanter aſſeruit, & idem T. præfatæ mulieris præcipuæ deuictus inſtantia, ipſum ſuũ filium publice recognouit, & filius eius communiter nominatus fuit & habitus ab ambobus, eiuſdem mulieris poſtmodum iuramento in contrario præſtito non eſt ſtandum, cum nimis indignum ſit iuxta legitimas ſanctiones, vt q̃d ſua quiſq; voce dilucide ꝓteſtatus eſt, in eũdem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare. Vnde apparet per conſequẽs, quod prędictus R. Sophiam neptem memorati T. cuius prima facie præſumitur conſobrinus, non poteſt habere aliquatenus in vxorem.

DE TESTIBVS & atteſtationibus.

INNOCENTIVS PAPA III. Conſulibus & populo Beneuentano.

Vnius iudicis uerbo non creditur & ſcriptura eius per teſtes reprobari poſſunt: fallit uero hoc in Papa.

Conſtit. XLIII.

Extra lib. 2. tit. 20. de teſt. & atteſt. cap. Cum à nobis. 4. quęſt. 3. ca. Si tantum. C. de arbi. Ne in arbitris.

CVm à nobis. Et infra. Et canonica & ciuilia iura ſequentes diſtrictius inhibemus, ne vnius iudicis quantæcunque fuerit autoritatis verbo credatur in cauſis, ſiue ſuper teſtamentis, ſiue quibuſlibet alijs contractibus quæſtio agitetur.

Nec ſcriptum eorum, niſi teſtium adminiculo fulciatur, eam obtineat firmitatem, quin ei poſſint & debeant duorũ vel trium teſtium bonorum teſtimonia ꝓualere: ſalua in omnibus ſedis apoſtolicæ autoritate.

IDEM TIRENENSI Epiſcopo.

Teſti ſuper dilatoria tantum exceptione inducto non creditur ſuper principali, nec cogitur deponere, ſecus ſi ſuper peremptoria inducitur. Tunc enim cogi poteſt ut iuret deponere ſuper toto.

Conſtit. XLIIII.

Ibid. cap. De teſtib.

DE teſtibus. Et infra. Conſultationi tuę taliter reſpondemus, quod ſi teſtes ſint inducti ad exceptionem dilatoriam ſolummodo probandam, cum ſuper ea tantum iurauerint dicere veritatem, ſuper principali nec debent audiri nec cogi teſtimonium perhibere, vtpote ſuper quo deponerent non iurati.

Si vero cum ad probandam exceptionem peremptoriam ab alterutra partiũ inducuntur, reliqua pars ſuper principali negocio etiam eos deponere forte petierit, & vt cogant ſuper toto negocio dicere veritatẽ, ſacramẽto eos poſtulauerit obligari, ad id ſunt ſine dubitatione cogendi, niſi forſan ſufficiens productio teſtium ſuper principali iam facta fuerit, vel renunciatũ teſtibus, vel depoſitiones teſtium fuerint publicatæ.

IDEM ELIENSI ET Ciſtrenenſi Epiſcopis, & Archidiacono de Norbaneñ.

Dicta teſtium non ſunt ad petitionem tertij publicanda. Et is qui produxit teſtes coram certis iudicibus, non poteſt ad eundem effectum coram alijs iudicibus illos producere, ſed illorũ atteſtationibus debet eſſe contentus.

Conſtit XLV.

Ibid. cap. Conſtitutus.

COnſtitutus in præſentia noſtra ꝓcurator magiſtri R. propoſuit, q̃d cum decanus, & Capitulum Eboracenſe ei tum autoritate Lateranenſis concilij, tum priuilegij proprij ratione archidiaconatum Richimundiæ canonice cõtuliſſent, magiſter H. q archidiaconus Richimũdiæ nominatur, ipſum eo poſt appellationem ad nos interpoſitam ſpoliauit. Cunq; prędictus R. ad iudices ſuper reſtitutione ſua commiſſionis literas impetraſſet, memoratus H. literas reuocatorias impetrauit. Et infra.

In-

Inter alia poſtulabat prædictus H. vt faceremus depoſitiones quorundam teſtium aperiri, ſed procurator prædictus aperiendas eas non eſſe dicebat, cum nõ in hac cauſa fuiſſent inducti, ſed in ea q̃ inter Eboracenſem archiepiſcopum, & eundem. R. vertebatur. Et infra.

Nos eas aperire nolumus, ſed cauſam veſtro examini duximus committendã, ita quod ſi vobis cõſtiterit pręfatum H. teſtes pro ſe coram Epiſcopo & decano & te fili archidiacone delegatis iudicibus produxiſſe, atteſtationibus apud eũ depoſitis ſit contentus, alioquin eo non obſtante, quod teſtes illi coram iudicibus ipſis & te fili archidiacone fuere pducti, pro . icto H. ſi pducti fuerint, ad teſtimonium admittantur.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Publicatis atteſtationibus non opponitur in perſonas teſtium. Tres caſus excipit, & ad ſecundum determinationem ſubdit.

Conſtit. XLVI.

Ibid. cap. Præſentium.

PRæſentium autoritate ſtatuimus, vt ſi quis poſt depoſitiones teſtium publicatas obijcere voluerit in perſonas eorum, ei tunc tandem id liceat, cum iuramento firmauerit quod ad hoc ex malitia non procedat.

Niſi forſitan ante publicationem id fuerit proteſtatus.

Vel oſtendere poterit, quod poſt publicatiõem didicerit quod obijcit in perſonas.

Cæterum cum quis perſonas teſtium ſe velle poſt publicationem depoſitionũ repellere fuerit proteſtatus, ſi quid pro ipſo dixerint non facile credatur.

IDEM LONDONIENSI & Elienſi Epiſcopis.

Si actoris & rei teſtes contraria deponunt, fidem ſibi non derogãt, ſed præualent digniores & ueri ſimiliora deponentes. Et ſi in cæteris eſt diſparitas, præfertur numerus.

Conſtit. XLVI.

Ibid. cap. In noſtra.

IN noſtra pſentia. Et infr. Cũ igił hinc plures, inde vo ſint teſtes numero pauciores producti, quos non ſolum diuerſa ſed aduerſa penitus in quibuſdam conſtat teſtimonia reddidiſſe: quia etiã ad multitudinem tantum reſpicere non oportet, ſed ad teſtiũ qualitatem & ad ipſorum depoſita, quibus potius lux veritatis aſſiſtit, ex quibus motũ animi ſui cõuenit iudicem informare:

Mandamus, quatenus ſi teſtes vtrinque producti eiuſdem honeſtatis & æſtimationis extiterint, cũ conſtet teſtes monachorum eſſe teſtibus archidiaconi numero pauciores, pro archidiacono ſentẽtiam proferatis.

Si vero teſtes ex parte monachorum producti tantæ præeminentiæ fuerint, q̃d eorũ autoritas aliorũ ſit merito multitudini præferenda, ab impetitiõe archidiaconi abſoluatis eoſdem.

IDEM PRIORI S. FRIdiani Lucanenſis, & magiſtro G. canonico Piſano.

Ad probanda impedimenta electi, etiam laici & fœminæ admittuntur. Teſtes ex auditu & fama ſufficienter non probant.

Conſtit. XLVIII.

Ibid. cap. Tam literis.

TAm literis veſtris, quã depoſitionibus teſtiũ intelleximus nihil contra Lucanum electum ſufficienter oſtenſum eſſe, niſi de auditu tantum & fama: cum ſuper alijs, ſi qua forte videantur eſſe probata, teſtes ſint vel ſoli vel tales, qui non potuerunt illa legitime cõprobare.

Quia vero ſuper matrimonio, quod idẽ clericus dicitur contraxiſſe cũ vidua, teſtes non fuere recepti, propter appellationis obſtaculum, ne laici vel fœminæ in tali reciperentur articulo contra ipſum, nos vt tãtę irregularitatis obiectio non remaneat indiſcuſſa, mãdamus quatenus teſtes, ſiue laicos, ſiue fœminas (dũtaxat idoneos) q ad hoc fuerũt pbandũ inducti, recipiatis legaliter, & examinetis prudenter, excommunicantes ſolenniter, ſi quis eos impedire pręſumpſerit, quo minus teſtimonium perhibeant veritati. Demum atteſtationibus publicatis, ſi forte conſtiterit irregularitatem huiuſmodi non eſſe probatam, indicatis ei dem electo purgationem canonicam de obiectis p ſeptem canonicos maioris eccleſiæ, vel priores eccleſiarũ ciuitatis Lucanenſis presbyteros ſiue diaconos

bonæ ſamæ, preſtandam, qua recepta p̃-
figatis ei terminum, quo conſecrandus
noſtro ſe conſpectui repręſentet. Si vero
vel irregularitatis impedimentum fuerit
probatum, vel infra terminum conſtitu
tum non præſtiterit purgationem indi-
ctam, vos eum à prælatione Lucañ Eccle
ſiæ amouentes, mandetis ex parte noſtra
capitulo, vt electionem de alio non diffe
rant canonice celebrare.

Archipresbyterum autem Lucanen-
ſem & G. ſacriſtam, qui contra prædictũ
electum literas nobis ſub nomine maio
ris partis capituli deſtinauerunt, cum cõ
ſtet per atteſtationes prædictas lõge ma
iorem partem capituli non fuiſſe con-
ſciam huiuſmodi literarum, ab officio
& beneficio denuncietis eſſe ſuſpenſos,
donec mereantur noſtram indulgentiã
obtinere.

IDEM DVLINENSI EPI
ſcopo, & decano & Priori ſan
ctiſſimæ Trinitatis
Eboracenſis.

In cauſa liberali contra contumacem, etiam lite non conteſtata, teſtes recipi poßunt.

Conſtit. XLIX.

Ibid cap. Cum oli.

CVm olim archidiaconus Menenẽ
ſis aduerſus Cantuariẽſem archie-
piſcopũ ſuper ſtatu Menẽſis eccleſię ppo
ſuerit quæſtionem. Et infra.

Mandamus q̃tenus niſi aduerſa pars
p̃dictũ archidiaconũ p exceptionẽ legiti
mã repellere valeat ab agẽdo, partibus, ſi
fieri poterit, vel pcuratoribus earũ ad lo
cũ ſecurũ & idoneum conuocatis, & lite
legitime conteſtata, teſtes quos archiepi
ſcopus in Anglia, & q̃s archidiaconus
duxerit pducendos in Vuallia recipere
procuretis. Verum ſi archiepiſcopus ci-
tatus legitime vel per ſe vel per alium ido
neum procuratorem noluerit compare-
re, aut litem etiam conteſtari, vos teſtes,
maxime ſenes, & valetudinarios, quos ar
chidiaconus duxerit producendos, ſub
lato appellationis obſtaculo, admittatis,
& depoſitiones eorum conſcriptas ad
ſedem curetis apoſtolicam deſtinare, ſta
tuẽtes partibus terminum peremptoriũ,
quo per ſe vel per alios reſponſales ido-
neos noſtro ſe conſpectui repræſentent,
ſententiam recepturæ.

IDEM PRIORI DE
Boluic. & I. rectori Eccle
ſiæ de Borellis.

Publicatis atteſtationibus admittitur aduerſarius ad probandum contrarium, ſi ante publicationem ſuper hac probatione contraria inſtrui non potuit.

Conſtit. L.

EX tenore accepimus vẽſtrarum lite
rarum, quod cum vobis cauſam
quę vertitur inter R. militem, & M. mu
lierem commiſerimus fine debito termi
nandam. Et infra. Ibid. cap. Ex teno. re.

Pars mulieris pposuit, quod dictus
miles prius corporale præſtitit iuramen
tum, quod ipſam duceret in vxorẽ, poſt
modũ carnaliter cognitam traduxit in
domum. Miles vero hoc inficiabat om-
nino, adijciẽs quod & ſi vera hęc eſſent,
eam tñ de iure habere non potuit, eo q̃d
aliam tunc viuentẽ prius duxerat in vxo
rem. Cum per teſtes militis videretur eſ-
ſe probatum, quod ipſe ante feſtum puri
ficationis B. virginis B. mulierem ſolen
niter accepit in vxorem: & teſtes M. mu
lieris dicerent, q̃d in ſeptimana paſcha-
li ſequente feſtum prædictum de ea du-
cenda pręſtiterit iuramentum, prędictus
miles ab eius impetitione cum inſtantia
magna abſolui poſtulabat. Verũ ex par-
te ſæpe dictæ mulieris extitit replica-
tum, quod eo tempore nec non & ante,
quo teſtes dicti militis dixerant eum cũ
alia matrimoniũ cõtraxiſſe, fuerat ſem-
per in Eboracenſi prouincia commora-
tus, cum teſtes ipſi dicerent hoc longe
extra dictã prouinciam actum eſſe, deter
minantes tempus & locum, quod per te
ſtes idoneos erat probare parata. Sed e-
contra fuit ex aduerſo reſponſum, quod
(cum atteſtationes iam eſſent hinc inde
ſolenniter publicatę) locus pductioni te
ſtium iam non erat.

Quia igitur dubitatis, vtrũ poſt pub-
licationem atteſtationum ſuper illo arti
culo deberent teſtes admitti: Nos inqui
ſitioni veſtræ autoritate præſentium re-
ſpondemus, teſtes mulieris ad pbandũ
illum articulum admittendos.

IDEM PRIORI SANCTI
Victoris.

Indulgenda eſt in cauſa quarta productio teſtium petita cum ſolennitate legali, cauſa le-
giti-

gitima non refragante: alias legitime appellatur.

Conſtit. LI.

Ibid. cap. Significauerunt.

Significauerunt nobis. Et infra. Cũ cauſa quæ vertitur inter Abbatẽ & monachos ſancti Dioniſij ex vna parte, ac Abbatiſſam & moniales de Forcellis ex altera, tam ſup ꝑprietate quã ſup poſſeſſione prioratus de Argentolio, iudicibus à nobis commiſſa fuiſſet, & moniales ſup cauſam ꝑprietatis prius litem ingreſſæ teſtes ꝑduxiſſent, in illa poſtmodũ poſſeſſionis iudiciũ ſuſpenſo petitorio intẽtarunt. Et infra. Vñ in cauſa poſſeſſionis quã moniales petebant ea ratione, q̃d illę qbus ipſę ſucceſſerãt, fuerint in de violenter eiectæ, teſtes fuerũt ab vtraque parte producti, & eo vſq; ꝓceſſum vt publicatio iam fieri deberet. Et infra.

Mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit Abbatẽ & monachos quartã ꝑductionem teſtiũ cũ iuris ſolennitate ſup poſſeſſorio petiuiſſe, & propter hoc infra decẽ dies poſt interlocutoriã ſententiã appellaſſe (niſi forte iudices quartam productionem negauerint) ꝑ eo q̃d voluerint effrenatam multitudinẽ teſtiũ refrenare, vos ad quartam ꝑductionem, adhibita legali ſolennitate. admittatis eoſdẽ ipſos, ſi in ꝓbatione defecerint, in expenſis legitimis condemnantes. Et niſi adeo iam in petitorio ſit promiſſum, vt plene poſſit de ꝑprietate liquere, vos cauſam poſſeſſionis, ad quã de iuris beneficio ab batiſſa & moniales habuere recurſum, primitus terminetis, in cauſa ꝑprietatis poſtmodum ꝓceſſuri, alioquin quæſtionem terminetis ſimul vtranque.

IDEM EPISCOPO Placentino.

Diligenter examinandi ſunt teſtes, & puniẽdi illi qui eos impediunt, & effrenata teſtium multitudo eſt per iudicem refrenanda.

Conſtit. LII.

Ibid. cap. Cum cauſam.

Cum cauſam quæ inter archipiſcopum Rauennatenſem ac cõmune Fauentinum. Et infra.

Quia vero vtriq; parti nimis exiſteret onerofum, vt teſtes producerent coram nobis, mandamus quatenus recipias teſtes, quos vtraque pars tam ſuper principali negocio, quam in perſonas teſtium duxerit producendos, ac eos diligenter examinare procures, & de ſingulis circũſtantijs prudẽter inquirens, de cauſis videlicet, perſonis, loco, tempore, viſu, auditu, ſcientia, credulitate, fama & certitudine cuncta plene conſcribas. Et infra.

Quod ſi forte Fauentini vel alij, eos, quos dictus archiepiſcopus ad perhibẽdum teſtimonium veritati duxerint producendos, ꝑſumpſerint impedire, tu ipſos à ꝑſumptione huiuſmodi ceſſare cõpellas.

Volentes igitur effrenatam multitudinem teſtiũ refrenari, volumus vt hinc inde quadragenarium numerum teſtiũ excedere nõ permittas, ita videlicet, vt ſi Fauenti. teſtium depoſitiones ratas habere voluerint, quæ à Ferrarienſi Epiſcopo & Abbate Pompon. receptę fuerint, teſtes ipſi computentur in numero prælibato, alioquin cũ atteſtationes ipſæ ſint clauſæ, ijdem teſtes ſi neceſſe fuerit iterato producantur.

IDEM ABBATIBVS de nouo fonte & Caſæ Dei.

Vbi uariatur modus agendi publicatis atteſtationibus, ſuper eodẽ capitulo alios teſtes producere licet.

Conſtit. LIII.

Ibid. cap. Veniens

Veniens ad apoſtolicam ſedem C. archidiaconus Claremõtenſis humiliter ſupplicauit, vt ſententiã ſup decanatu Claremõtenſis eccleſiæ ꝑ eo latã, quæ iã in parte fuerat executioni mãdata, faceremus in totum executioni mandari. Cũ aũt procuratores capituli Claremõtenſis in noſtra ꝑſentia propoſuerint, ſententiam illã contra iuſtitiã & poſt appellationem ad nos interpoſitam, promulgatam. Et infra. Et idem archidiaconus ipſos tanq̃ ꝓcuratores admittere noluerit, vel dictis eorũ aliquatenus reſpondere, P. ſubdiaconus noſter ſe ipſi oppoſuit ex aduerſo, aſſerẽs canonice ſe in decanatu Claremoñ. electum, propter quod dictus archidiaconus in ſua petitiõe nõ erat aliquatenus audiẽdus, q̃a decanatus ipſe non ad illum ſed ad ſe potius pertinebat. Et infra.

Cum igitur ſuper his aliquamdiu diſceptaſſent, interlocuti fuimus, vt dictus P. ſi poſſet, incontinenti ſuam intẽtionem fundaret. Qui cum ſuper hoc teſtes & inſtrumenta produxerit, interlo

quēdo pnunciauimus, q̄d ſua intercrat, vt ſe poſſit opponere archidiacono memorato. Lite igitur inter eos tam ſuper electione quam ſuper ſententia conteſtata, quæſitum fuit ab ipſo archidiacono vti um atteſtationes prius exhibitas in articulo ſupradicto, in hoc iudicio vellet admittere. Qui reſpōdit, quod vellet, dūmodo poſſet obijcere tam in perſonas teſtium, quam in dicta. Quo audito pars aduerſa reſpondit, quod atteſtationibus illis in hoc iudicio vti nolebat, cum non ſuper principali negocio, ſed ſuper articulo incidenti fuiſſent lite non conteſtata receptæ, vnde ſuper toto negocio aliosvolebat teſtes producere, vel eoſdem. Pars autem reſpondit aduerſa, quod cum teſtes illi tam ſuper ſententia quam ſuper electione dixiſſent, & eorum atteſtationes fuiſſent in iudicio publicatæ, non licebat eidem, poſtquam teſtificata didicerat, ſuper eiſdem articulis alios teſtes producere, pręſertim cum in hoc iudicio atteſtationibus illis vſus fuiſſet ſubdiaconus pręlibatus.

Nos igitur pronunciauimus exigente iuſtitia, quod teſtes eſſent recipiendi ſuper toto negocio, quos vtraque pars duceret producendos.

Quocirca mandamus, quatenus receptis teſtibus, & rationibus partim intellectis, cauſam ipſam, tam ſuper principali, quam ſuper incidēti, fine canonico terminetis. Quia vero, quæ in capitulo agūtur, nō facile poſſunt niſi per canonicos ipſos probari, volumus, vt ad cautelam abſoluatis eoſdē, vt vocati ad teſtimoniū libere valeant pro vtraque parte teſtari.

IDEM ARCHIEPISCOPO Biſuntino.

Religioſi ad teſtificandum non admittuntur abſque iuramento, niſi à partibus remittatur.

Conſtit. LIIII.

Ibid. cap. Tuis quęſtionibus.

TVis quęſtionibus. Et infra. Monachi vero de ſuis fratribus ac cōuerſis teſtes in cauſis proprijs pducere abſque iuramenti exhibitione non poſſunt, niſi forte à parte remittatur aduerſa.

IDEM ATTREBATENſi Epiſcopo, & Dedimenenſi & Vrſicāpenenſi Abbatibus.

Delegatus neceſſarius in teſtem remouetur à iudicando, & alius ſubrogatur.

Conſtit. LV.

Ibid. cap. Dilecto filio.

DIlecto filio Arieñ. p̄poſito nobis innotuit expon ēte, q̄d cū cauſam, quę inter ipm & comitiſſam Flādreñ. ſup donatiōe ſex prębendarū ſacerdotalium agitatur, vobis Ep̄e, & Abbas Dedimeñ. & Attrebateñ. decano duximus cōmittē dam: idē p̄poſitus citra litis cōteſtationē ppoſuit, q̄d teſtimoniū decani neceſſarium erat ſibi in cauſa p̄dicta, cum de iure ſuo nō niſi p ipſum & aliū vnicū tn̄ teſtē facere fidē poſſet. Vñ poſtulauit, vt in cauſa ipa pcederet eo excluſo, vel ſupſederet in negocio, quouſq; ſubſtitueremus alium loco eius, vos aūt petitionem eius admittere recuſaſtis, quimo poſt appellationem à præbendarum ipſarum donatione ſuſpendiſtis eundem.

Ne igitur ob teſtis defectum eius iuſtitia valeat deperire, te abbas Vrſicampi loco ipſius duximus ſurrogandū, mādantes, quatenus ſi eſt ita, ſuſpenſione p̄ poſiti relaxata, in cauſa iuxta prioris mādati tenorem ratione pręuia procedatis.

IDEM IVDICI SABInenſi.

Ne probationis copia pereat, citato aduerſario recipiuntur & publicantur teſtes, quos reus induxit.

Conſtit. LVI.

Ibid. cap. Significauit.

SIgnificauit nobis presbyter ſancti N. ſabinenſis diœceſis, quod fundatores eiuſdem eccleſiæ liberā eam eſſe volentes, fundationis tempore ſe in ea nihil iuris retinere dixerunt, vnde timens ne proceſſu temporis probationis copia valeat deperire, prouideri ſuper hoc idē presbyter poſtulauit.

Quocirca mādamus, quatenus teſtes idoneos, quos ipſe ſuper hoc duxerit, pducendos, examines diligenter, & eorū dicta in publica redigi facias monumēta, denunciando fundatoribus prædictis, vel eorum hæredibus, vt receptioni teſtium, ſi velint, interſint, & ſuper denūciatione ſic facta confici facias publicū inſtrumentum. monimenta.

IDEM EPISCOPO ET Archidiacono Beneuentanis.

Si materia antiqui capituli repetitur aliquo addito quod ſubijcitur neceſſitati probandi, poſſunt teſtes etiam antiqui publicatis atteſtationibus produci.

Con-

Conſtit. LVII.

Ibid. cap. Cum cauſam.

CVm cauſam quæ inter œconomũ monaſterij ſancti M. de monte. Et infra. Cum igitur Abbas & fratres eiuſdẽ loci probare intendant quanti p̃cij vẽditionis tempore poſſeſſiones p̃dictæ fuere, mandamus quatenus recipiatis teſtes, quos alterutra partiũ ſuper hoc duxerit producendos. Et infra. Si vero pars monaſterij ad hunc articulum teſtes produxerit eoſdem, quos ad alium probandum produxit, vos nihilominus eos recipere procuretis: quoniam aliud eſt probaſſe deceptionis exceſſum, & aliud probare quantitatem valoris.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Recipiuntur & publicantur teſtes, qui ſententiæ interfuerunt, ubi per ſcripturam de ſententia non apparet.

Conſtitutio LVIII.

Ibid. cap. Albericus

ALbericus miles nobis inſinuare curauit, q̊d cum olim inter ipſum & C. mulierem Rauennatenſem coram Capitulo Rauẽnatenſi matrimonij quæſtio verteretur, tandem lata fuit diuortij ſententia inter eos: poſtea vero dictus miles timens ſibi & filijs ſuis, quos de legitima vxore ſuſcepit, ex eo poſſe præiudicium generari, quod in ſcriptis redacta nõ fuit ſententia memorata, ſupplicauit, vt teſtes, qui ſententiæ interſuere prædictę, recipi faceremus.

Ideoq; mãdamus, quatenus teſtes curetis recipere antedictos, depoſitiones ipſorum in ſcripturam publicam redigi facientes.

IDEM BELVACENSI Epiſcopo.

Publicatis atteſtationibus poſſunt produci teſtes ſuper eodem articulo, uel directe contrario, qui prius fuerunt producti in iudicio ſummario, uel extra iudicium.

Conſtit. LIX.

Ibid. cap. Cũ in tua.

CVm in tua diœceſi. Et infra. Vtrũ autem ſi accuſatore idoneo cõparente per tres vel quatuor teſtes inter ſe coniunctos parentela probaretur, per depoſitiones eorundem poſteriorum teſtium derogetur fidei vndecim vel duodecim propinquorũ, q antiquiores tempore & præſtantiores meritis ante contractũ matrimoniũ in contrariũ iurauerãt, diſtinguendo perſonas & gradus, à quibus directe hi, de quorum copula agitur deſcenderunt, an primi poſterioribus p̃ferantur, non immerito quæri poſſet.

Quanquam autem ad aliud & ob aliud iurauerint, tam illi, q̃ iſti, tamẽ ſi in ſecundo iudicio priores perſonæ iuratę deponerent illa eadem quæ primo dixerũt, abſq; dubio eorum teſtimonia præualerent, nec eo poſſent prætextu repelli, q̊d partes teſtificata didicerant, cum talis exceptio locum non habeat in hoc caſu.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Excommunicari poſſunt, qui partem impediunt in producẽdis teſtibus. Et denunciandi ſunt teſtes, eos nõ teneri iuramento, de ueritate non dicenda. Et ſi conſanguinei impediũt teſtes actoris de ueritate non dicẽda, punitur reus, de cuius uoluntate hoc fieri præſumitur.

Conſtit. LX.

Ibid. cap. Conſtitutis in noſtra.

COnſtitutis in noſtra præſentia Archiepiſcopo, & M. canonico Surrẽti. dum ipſe illum de crimine Simonię deferret. Et infra. Cæterum q̄m à principio proteſtates eſt præfatus M. ipſius Archiepiſcopi conſanguineos multa impedimenta per ſuã potentiã præſtitiſſe, q̃ minus probationũ copiã in noſtra præſentia ſecum haberet, cũ quoſdam induxerint ad iurandũ, ne aduerſus Archiepiſcopũ aliquid dicerent, & alios minis & terroribus à teſtimonio perhibendo arcere nitãtur: nos ex officio noſtro ſup̱ hoc prouidere volentes, mandamus vt generalem feras excommunicationis ſententiam, in omnes qui impedimẽtum aliq̊d ipſi M. præſtare p̃ſumpſerint in teſtibus producendis.

Illos autem quos (vt dictũ eſt) iuraſſe conſtiterit, quod contra Archiepiſcopũ nihil dicerent, denuncies iuramento huiuſmodi non teneri.

Siquis autem de conſanguineis dicti Archiepiſcopi aliquem de teſtibus præſumpſerit impedire, quia veriſimile non videtur, vt eo inuito talia fierent, & ob hoc non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, eo quod ſi voluerit, potuerit prohibere, quum ſecundum legitimas ſanctiones iniquam oſtendant ſe cauſam fo-

uere, & experiri debeat iudicis autoritatem eluſam, qui defenſionis copiam ſubtrahit aduerſario, eundem archiepiſcopum ab officio pontificali ſuſpendas, & facias manere ſuſpenſum, donec illum ſecerit à tali præſumptione ceſſare.

IDEM MAGDEBVRGENſi Archiepiſcopo & Præpoſito Suburgenſi.

Qui teſtificata non didicit, nec renunciauit teſtibus producendis ſuper antiquis articulis ſeu capitulis, teſtes etiam alias productos producere poteſt.

Conſtit. LXI.

Ibid. cap. Cõſtitutis

CONſtitutis in noſtra præſentia procuratore A. ſororis nobilis viri Marchionis Miſnenſis, & nuncio illuſtris principis Bohemorum. Et infra.

Pragenſis epiſcopus ad petitionẽ eiuſdem principis, ipſa volente ad ipſum accedere, vt ſuas coram eo proponeret actiones, ſed à ſatellitibus eiuſdem prohibita, qui ei bis vel tertio prohibuerunt ingreſſum, poſt appellatiõem ad nos interpoſitam diuortij ſententiam promulgauit, à qua ipſa fecit ad noſtram pſentiam prouocari. Et infra.

Mandamus quatenus partibus ad locum idoneũ cõuocatis, recipiatis teſtes, quos vel nobilis ipſa pro ſe, vel princeps pro parte ſua, cum nondum teſtificata didicerint, ſuper proceſſu Pragenſis Epiſcopi vel poſteriorum iudicum duxerint producendos, & nobilis ipſa pro ſe vel teſtes quos induxit prius, vel alios, ſi voluerit, inducere non vetetur, cum non renũciauerit teſtibus producendis.

DE TESTIBVS cogendis.

INNOCENTIVS PAPA III. Priori S. Fridiani, & magiſtro P. canonico Piſano.

Cum de fama uel uitio falſitatis inquiritur, cogendi ſunt teſtes.

Conſtit. LXII.

SVper his. Et infra. Cæterũ volumus & mandamus, vt ſuper inquiſitionis articulis tam de fama electi, q̃ literis contra eum ſub nomine lõge maioris & ſanioris partis capituli deſtinatis, cogatis teſtes q nominati fuerint perhibere teſtimonium veritati. Extra lib. 2. tit. 21. de teſtib. cogend. cap. Super his

IDEM ARCHIDIACONO Mediolanenſi.

Teſtes qui ſe ſubtrahunt, etiam in criminali cogendi ſunt.

Conſtitutio LXIII.

CVm contra magiſtrum R. ſuper eo quod dicitur falſas de ſede Apoſtolica literas deportaſſe, ac p ſe vel pcuratorem fuiſſe vſum eiſdem, tibi direxerimus ſcripta noſtra, poſtulaſti per ſedis Apoſtolicæ oraculum edoceri, vtrum ſuper præfato vitio falſitatis teſtes compellere debeas nominatos. Ibid. cap. Cum contra.

Nos igitur reſpondemus, quod teſtes prædicti, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eccleſiaſticam debes appellatione remota compellere veritati teſtimonium perhibere.

DE FIDE INSTRVmentorum.

INNOCENTIVS PAPA tertius Archiepiſcopo Mediolanenſi.

Inſtrumentum publica manu non confectum, habens ſigillum cuius literæ non ſunt legibiles, uel ſcripturæ deletæ, uel enormem patitur fracturam, non probat.

Conſtit. LXIIII.

INter dilectos filios G. Abbatem ſancti Donati de Scozula, & B. procuratorem tuum ſuper ſubiectis articulis diu fuit in noſtro auditorio litigatũ. Extra lib. 2. tit. 22. de fide inſtrumentorũ cap. Inter dilectos.

Petebat

Petebat ſiquidem Abbas nomine monaſterij ſui à præfato procuratore tuo nomine Mediolanēſis Eccleſiæ reſtitui monaſterio memorato portum Scozulæ ſiue Sexti, cum honore, diſtrictu, & iuriſdictione loci prædicti, dicens ad monaſterium hæc omnia pertinere: hoc ipſum dicens de hominibus qui habitant in curte *Biniēſi & tenēt res monaſterij in Gralia: de quibus monaſterium obtinuerat in iudicio poſſeſſorio per ſententiā epiſcopi Veronenſis. Hęc omnia petebat cū omnibus fructibus perceptis inde, ſaluo in omnibus iure addendi vel diminuendi, ſatagens comprobare omnia, quæ præmiſſa ſunt, ad monaſteriū ſuum pertinere.

Beruneaſi

Primo per priuilegiū Luitardi comitis quondam epiſcopi Lucani, qui monaſterium ipſum fundauerat, & ei, quæ præmiſſa ſunt, donauerat vniuerſa. Secundo per inſtrumentū ſententiæ Aſperti quondam Mediolanenſis archiepiſcopi, quam ex delegatione Lodouici imperatoris tulit ſuper his pro monaſterio cōtra præfati Luitardi nepotem, qui ſuper his monaſterium moleſtabat. Tertio p priuilegia Romanorum imperatorum, & præſertim Henrici, qui præmiſſa omnia monaſterio confirmabat vel etiā con ferebat. Quarto p inſtrumētū locationū, quas fecerant diuerſis perſonis abbates monaſterij memorati. Teſtes quoq; pro duxerat, per quos nitebatur probare, ꝙ monaſterium à ſexaginta annis & citra, & à quinquaginta annis & ſupra poſſederat ſupradicta, & quod fama publica erat præfato monaſterio à iā dicto Luitardo fuiſſe donata.

Sed contra priuilegiū donationis à p curatore tuo multa fuerunt obiecta. Primo quia ibi maxime apparebat conſumptum (videlicet in annotatiōe indictiōis) vbi potuiſſet falſitas facilius deprehēdi. Secundo quia cū charta vetuſtiſſima videretur, recentior apparebat ſcriptura, tanq̄ non illo tempore fuiſſet facta. Tertio quia falſū ſigillū vitioſe videbatur appoſitū, eo quod à media parte ſigilli apparebat q̄dam imago, nō cum mitra in capite, ſed cum pileo, nec induta pontificalibus, ſed regalibus indumentis, tenens in manu non baculum paſtoralē, ſed ſceptrum regale: cuius facies non apparebat integra ſed dimidia, tanquam in illa medietate reſpiceret aliam mediam, quæ tamē tota vacua remanebat, ſed q̄dam imago videbatur ex ea fuiſſe deleta, quia cera in ea parte, nec in colore, nec in planicie, reliquæ parti ſimilis apparebat, vnde nō epiſcopi, ſed imperatoris videbatur fuiſſe ſigillum, quod in vna medietate Cęſaris imaginē exprimebat, & in altera medietate vel filij vel cōiugis præſumebatur imaginē habuiſſe. Nam in ipſo ſigillo nullæ aliæ literæ apparebant, niſi quæ nomen ꝓprium cum hac adiectione, dei gratia, deſignabant. Sed cum propriū nomen ipſius epiſcopi fuerit Luitardus, in nomine proprio quod exprimebat ſigillum, deletæ fuerāt duæ literæ, ſecunda quæ erat inter L. & T. & ſexta quæ fuerat inter R. & V. ita q̄d ſi ſecunda O. & ſexta I. fuiſſet, proculdubio non Luitardus, ſed Lotarius legeretur: quod etiam inde conuinci poterat, quod ſecundum diſpoſitionem aliarum literarum inter L. & T. non erat ſpaciū, niſi quod potuiſſet vnam literam continere, cum ſecundum integritatem huius nominis Luitardus inter L. & T. duę literæ ſint diuerſæ. Præterea inter R. & V. tam modicum erat ſpacium, quod nō hæc litera D. quæ maius occupat ſpaciū, ſed hæc litera I. quæ minus occupat, videretur formata fuiſſe. Rurſus cum cera ſigilli ab *anteriori parte vetuſtiſſima eſſet, cera quæ poſita erat ab exteriori parte, quaſi ad conſeruationem ſigilli recēs erat & mollis. Quod cum diligenter inueſtigatum fuiſſet, certo certius eſt compertum, quod ſub vetuſto ſigillo charta fuerat perforata, & per glutinum nouæ ceræ, quæ fuerat poſita exterius, qua ſi ad conſeruationem ſigilli vitioſe fuit ipſi chartæ ſubiunctum. Eadem falſitatis ſpecie, per vitioſam videlicet appoſitionem ſigilli, cætera fere priuilegia Romanorum imperatorum, præter priuilegia Henrici, vel falſa reperta ſunt vel falſata. Sed & ipſum Henrici priuilegiū ad fidem inſtruendam non videbatur ſufficere, quia nec erat publica manu confectum, nec ſigillū habebat autenticū, eo

interiori

quod

quod erat ex media parte fere conſumptũ, nec plus de proprio nomine, niſi vltima medietas, videlicet, icus, nec de cæteris literis niſi hæc adiectio, Dei gratia, apparebat: ita quod ex literis ipſis non magis poterat comprobari fuiſſe ſigillum Henrici, quàm Lodouici. Inſtrumẽtum quoq; ſententiæ multis modis inueniebatur ſuſpectum, tum quia quædam in ipſo apparebant lituræ, tum quia ſubſcriptio notarij videbat alterius manus fuiſſe, q̃ ſubſcriptio inſtrumẽti: quum tñ notarius in ſubſcriptiõe profiteretur inſtrumentũ ſe propria manu conſcripſiſſe. Litera quoq; recentior videbatur, q̃ charta, & aqua videbatur incauſtũ infectũ, vt antiquius appareret. In omnibus autem imperialibus priuilegijs, quę poſteriora fuerant, nulla eſt habita mẽtio de ſententia, quamuis in eorum aliquibus mentio facta fuerit Luitardi, qui dicebatur donationem feciſſe. Porro, ſi legitimũ eſſet inſtrumentum ſententiæ, per illam tamen ſentẽtiam nullum Mediolanenſi Archiepiſcopatui* præiudiciũ poterat generari: quum ipſa ſententia lata fuerit inter alios, & res inter alios acta, alij non p̃iudicet: nec atteſtationes quæ continebãtur in inſtrumento ſententię, per quos legitima donatio Luitardi eſſe videbatur probata, poterant eidem Archiepiſcopatui aliquod nocumentum irrogare, cum inter alias perſonas, & in alio iudicio receptæ fuiſſent. Cæterum memorati Henrici priuilegium, quod non ſolum confirmationis, ſed etiam donationis videbatur fuiſſe (vnde rerum dominium donatarum intelligi forte poterat monaſterio acquiſitũ) q̃uis ex forma petitionis, quæ in ipſo priuilegio declaratur, confirmatorium videretur fuiſſe, vt tamen intelligatur eo modo, quo magis poſſet valere, diſtinguendum videbatur, vt idem Henricus & alia donauerit & alia confirmauerit, quum eadẽ legitime nequiuiſſent confirmari pariter & donari. Confirmari tanq̃ prius habita & poſſeſſa, Donari, tanq̃ tunc tradita & conceſſa: ac per hoc illa nõ poterãt intelligi per priuilegium illud donata, ſed cõfirmata, quum iuxta legum ſanctiões, quod meum eſt, ex alia cauſa meum fieri non poſſit, niſi meũ eſſe deſierit. Et infra.

nocumentum.

Cum ergo priuilegium Henrici confirmatorium tantum extiterit, ſaltẽ quo ad illa, quæ deducta ſunt in iudicium, ſi principale non tenuit, nec acceſſorium, quod ex eo, vel ob id dinoſcitur eſſe ſecutum. Et infra.

Per inſtrumenta vero locationis, nec eſt vtiq; probata proprietas, nec ad plenum poſſeſſio, quum ad probationem rei proprię, ſiue ad defenſionem non ſufficiat facta locatio. Et infra.

Cum autem ſuper his diutius fuiſſet litigatum, quia legitime probata non fuerant, quæ petebantur, ad monaſteriũ pertinere, ab impetitione ipſius procuratorem tuum, nomine tuo & Mediolanẽ. Eccleſiæ ſententialiter duximus abſoluẽdum, quoniam quum obſcura ſunt iura partium, conſueuit contra eum qui petitor eſt iudicari.

IDEM CANTVARIENSI Archiepiſcopo.

Non ualẽt literæ ſuper abſolutione uoti per cruce ſignatos impetratæ, tacita ueritate, uel expreſſa falſitate.

Conſtit. LXV.

QVod ſuper his. Et infra. Quæſiuiſti quid agere debeas circa cruce ſignatos, qui dicentes ſe ab Apoſtolica ſede redire, ſuper abſolutione ſua ignota cardinalinm ſigilla reportant, cum eis ſuper impedimentis expoſitis non fuiſſet de leui credendum. *Ibid. cap. quod ſup.*

Ad quod tibi reſpondemus, q̃d quando talibus literas indulgemus, illis q perſonas & facultates eorum plenius nouerũt, hoc modo ſcribimus, vt ſuper impedimentis expoſitis inquiſita diligentius veritate, ſtatuant circa illos, quod animarum ſaluti & ſuccurſui terræ ſanctæ magis nouerint expedire, prouidentes attẽtius, ne quid in fraudẽ voti fallaciter confingatur. Vnde ſi tales p ſuppreſsionem veritatis, aut falſitatis expreſsionem literas non ſolum Cardinalium, ſed & noſtras, nec ſolum dubias, ſed & certas conſtiterit impetraſſe, carere volumus impetratis, & eis non obſtantibus, ad voti executionem compelli.

IDEM ELIENSI EPIſcopo.

Quan-

Quando de extrauaganti dubitatur, an Decretalis ſit autentica, aut eſt communi iuri conſona, & tunc iudicatur ſecundum illam, aut diſſona, & tunc Papa conſulitur.

Conſtit. LXVI.

Ibid. cap. Paſtoralis

PAſtoralis. Et infra. Autoritate præſentium duximus ſtatuendum, vt cum Decretalis aliqua, de qua iudex merito dubitet, allegatur, ſi eadem iuri communi ſit conſona, ſecundum eam non tam ipſius quã iuris communis autoritate procedere videatur. Verum ſi iuri communi ſit diſſona, ſecundum eam non iudicet, ſed ſuperiorem conſulat ſuper ea.

IDEM EPISCOPO S. ANdreæ, & Abbati de Broc.

Poſt publicatas atteſtationes uſq; ad concluſionem poſſunt inſtrumenta produci. Conſuetudo loci facit inſtrumentum autenticum.

Conſtit. LXVII.

Ibid. cap. Cum dilectus.

CVm dilectus. Et infra. Ad ſecundã quæſtionem duximus reſpondendum, quod vtraq; pars poteſt inſtrumẽtum etiam poſt publicationẽ atteſtationum vſq; ad diffinitiuæ ſententiæ calculum exhibere, antequam ſit in cauſa concluſum.

Super tertio vero articulo reſpondemus, quod ſi cõſuetudo illius patriæ obtinet approbata, vt inſtrumentis illius regis fides adhibeatur, vos ea ſecure poteritis admittere, præſertim quum ſupradictus rex tantæ fuerit honeſtatis, quod ipſius inſtrumenta maximæ ſint autoritatis in partibus Scoticanis.

IDEM PETRO CIVI Viterbienſi.

Falſitas inſtrumenti uel quod deeſt inſtrumẽto, probari poteſt per teſtes.

Conſtit. LXVIII.

Ibid. cap. Cum Ioannes.

CVm Ioannes eremita à te CXXX. libras Senēſ. ex cauſa mutui corã Donadeo & Io. iudicibus Viterbiēſib. peti[illegible]ſſet, & tu ex aduerſo ꝓponeres, quod quum idem in C. & LXXX. libris tibi ꝓ precio domus, quam eidem vendideras, teneretur, CXXX. libras ex illis non immerito debebat compẽſare. Tandem cũ inter vos ſuper hoc & aliꝗs quibuſdã articulis fuiſſet aliquandiu litigatum, iudices atteſtationibus publicatis te ſentẽtialiter condemnarunt, vt eidem prædictæ domus poſſeſsionem vacuam traderes, & à creditoribus liberatam. Et infra.

Cum igitur ab hac ſententia ad noſtrã audiẽtiam duxeris appellandum, & nos tam tibi, quàm prædicto I. T. ſubdiaconum & capellanum noſtrũ dedimus auditorem, ex parte tua propoſitum fuit, ſupradictæ domus venditionem nõ purã, ſed cõditionalem potius extitiſſe, ac nullatenus teneri ad traditionem ipſius, quatuor nihilominus teſtibus ad hoc probãdum inductis, quod & ſi nouũ eſſet capitulum, pendebat tamen ex veteri, qui iurati depoſuerunt ſe interfuiſſe cõtractui, inter te & prædictum I. ſuper eadem domo celebrato, pro qua CLXXX. librarũ precium tibi fuerat conſtitutum, tali videlicet adiecta conditione, vt tu domum ipſam inhabitares libere in vita tua: & poſt obitum tuũ M. & R. natis tuis eiuſdem Io. nepotibus remaneret: cuius conditionis intuitu domum ipſam eidem I. pro minori precio vendidiſti, cum à G. morãdi pro ipſa CC. libras potuiſſes habere: anni vero menſis & diei, quo venditio facta fuit, ꝗdem teſtes dixerunt ſe minime recordari. Dictus vero Io. venditionem non conditionalem, ſed puram extitiſſe propoſui[t], ad hoc probandum publicum exhibens inſtrumentum. Et infra.

Tabellionem quoq; qui cõfecerat inſtrumentũ & vnum ex teſtibus in inſtrumẽto ſubſcriptis ad id ꝓbandũ induxit. Et infra. Porro cũ dubitatio fuiſſet exorta, vtrius deberet ꝓbatio ꝑualere, ꝓ tua fuit parte propoſitũ, quia & ſi eandẽ vim obtineãt inſtrumentoꝝ fides, & depoſitiones teſtiũ in litibus exercendis, nõ tñ ꝗdlibet inſtrumentũ tanti debet eſſe momenti, vt trium vel plurium idoneorum teſtium depoſitionibus præferatur. Et infra.

Ad hoc autem idem Ioannes ex aduerſo reſpondet, quod cum intentionem ſuam per iam dictum inſtrumentũ fundauerit, ac tu in modũ exceptiõis venditionẽ ipſam nõ pure ſed cõditialiter celebratã eſſe proponas, nec p teſtes ad hoc à te inductos de certo fuerit tempore facta fides, & ideo non appareat quod ſupilla venditione deponant, quam cõſtat

per

per dictum inſtrumentum,determinato tempore fuiſſe contractā,huiuſmodi probatio videbatur inefficax ad intētionem contrariam elidendam. Verum reſpōſionem iſtam eſſe proponebas inualidam, quoniam cum vtraq; pars à nobis interrogata,fuiſſet in iure confeſſa, quod vnica tantum venditio ſuper domo contracta fuerit, & ex depoſitionibus teſtium venditionem liqueat conditionalem fuiſſe,ex vtriuſq; confeſſione colligitur eiuſdem domus venditionem conditionalem extitiſſe, non puram:non obſtante quod ipſa interrogatio facta fuerit, poſtquam a partibus in cauſa extitit concluſum,cum iudex (qui vſq; ad prolationem ſententiæ debet vniuerſa rimari) poſſit interrogare de facto quoties dubitationis aliquid occurrerit.Et infra. De concilio fratrum noſtrorum pronunciauimus venditionem prædictæ domus conditionaliter fuiſſe celebratam, & te ob hoc nullatenus obligatum ad traditionem ipſius , ſuper hoc memorato lo. ſilentium imponentes. Sententiam vero iudicum prædictorū, qui alias iuſte pronunciaſſe noſcuntur (cū huiuſmodi exceptio corā ipſis nec probata fuerit, nec obiecta) quo ad dictum capitulum infirmamus, eā quo ad alios articulos,autoritate apoſtolica confirmantes.

DE PRAESVMptionibus.

INNOCENTIVS PAPA tertius,epiſcopo Niuernenſi, & Archidiacono Bituricenſi.

Propter præſumptionem etiam uehementem non debet quis de graui crimine condemnari

Conſtit. LXIX.

Extra lib. 2.tit.23 de præſumptionibus. cap. Literas vrās.

Literas veſtras recepimus, continentes, quod quum cauſa quæ vertitur inter Altiſiodorēſem Epiſcopum, & quoſdā Burgēſes de Charitate, quos idem Epiſcopus de hæreſi impetebat, vobis & Abbati Collonenſi à ſede apoſtolica delegata fuiſſet, vtraq; pars vos duos ſub certa pœna ſibi arbitros ſtatuerunt, delegata nihilominus vobis poteſtate reſeruata: Gu. aūt lator præſentium vnus ex illis hæreſim ſuam fuerat publica voce cōfeſſus,& de fratre ſuo ſimiliter recognouerat,quod codē ſecum laborabat errore. Et infra.

Nos vero prædictum Gu. ſuſpectum de hæreſi vehemēter habuimus, tum quia quod antea dixerat, poſtea ſe dixiſſe negauit, tum quia mendacium prius dixit in fratrem, aſſerendo illum hæreticum, vel periurium poſtea commiſit in deum purgādo illum de hæreſi: quorum vtrūque illum reddit valde ſuſpectum:quanquam veriſimilius videbatur,quod eo tēpore, quo tanquā vere pœnitens ab hæreſi reuertebatur ad fidem,tam graue mēdacium non dixiſſet,præſertim in fratrē, quem tanquam chariſſimū non aſſeruiſſet hæreticum, niſi fuiſſet accenſus zelo fidei orthodoxæ, vnde præſumitur, q̄d cum poſtea purgauit illum de hæreſi,turpiter deierauit.

Quocirca mandamus, cum propter ſolam ſuſpicionem (quamuis vehementem) nolumus illum de tam graui crimine condemnari, talem ac tantam ſecuritatem recipiatis ab ipſo, præter iuratoriam cautionem, quod timore pœnæ corporalis debeat coerceri, diſcretam ei pœnitentiam iniungentes, ex qua valeat apparere, vtrum in tenebris ambulet, an in luce, vtrumue ſit vere pœnitens, an ficte conuerſus. Et ſi eum hoc modo vere catholicum cognoueritis, non ſinatis ipſū indebite moleſtari, alioquin ipſum tanquam hæreticum condemnetis.

IDEM EPISCOPO CEnadienſi, & Abbati Deciquorum.

Non præſumitur incontinens in ſenectute, qui in iuuentute continuit : maxime ſi eſt literatus

Conſtit. LXX.

CVm in iuuētute ſua Quinqueccleſienſis Epiſcopus adeo ſe maturū, honeſtum & prouidum exhibuerit, vt ab eccleſia Romana meruerit pallio decora Ibid. cap. Cum in iuuentute.

corari,non eſt de leui credendum , quod
poſtquam ad ſenilem peruenit ætatem,
turpiter abiecerit iugum domini fœto-
res libidinis amplexando, cum labes hu
iuſmodi, quæ nonnunquam in iuuentu
te contrahitur, in ſenectute frequentius
expietur . Quis præterea de facili crede-
ret,quod vir prędítus ſcientia literarum,
propriæ ſalutis oblitus,ad eam paſſionis
ſe ignominiam conuerteret ,vt cum pro
pria nepte abominabilem perpetraret in
ceſtũ, cum & ſecundũ ſententias ethni-
corum naturale ſœdus inter tales perſo
G.de Epiſcopis & clericis.E am qui. nas nihil permittat ſæui criminis ſuſpica
ri.Licet igitur rex Vngariæ eundẽ Epi-
ſcopum nobis per literas & nuncios de
tali crimine detuliſſet,poſtulans vt malũ
huiuſmodi pernicioſum exemplo de Vn
garica eccleſia tolleremus : quia tamẽ e-
ius ſuggeſtio non de charitatis radice p-
ce.ere videbat̃ , noluimus aures noſtras
quaſi malignis detractionibus inclinare.

Sed vt probaremus, ſi ſpiritus eſſet ex
Lauarienſi. Deo Aurienſi epiſcopo dedimus in mã
datis,vt prudenter & caute à coepiſcopis
indagaret,vtrum p̃fatum Epiſcopũ cre-
derent tali labe reſperſum:q nobis poſt-
modum reſcripſerunt,quod eum virum
honeſtæ conuerſationis eſſe credebãt,p
ſonam illius multipliciter cõmendantes.

IDEM ARCHIDIACONO & præpoſito Mediolanenſibus.

Is pro quo beneficiando ſcribitur cum clauſula,ſi idoneus fuerit, non tenetur probare ſe idoneum,cum idoneus præſumatur.

Conſtit. LXXI.

Ibid. cap. Dudum. DVdũ archidiacono Mediolanẽſi
dedimus in mandatis,vt C.ſcola-
larẽ à presbytero ſancti Victoris in cleri
cum eiuſdem recipi ſaceret eccleſiæ & in
fratrem . Et inſra.Sed presbyter memo-
ratus archidiaconi declinans examen,aſ
ſeruit,q̃d nequaq̃ ſufficiebant facultates
memoratę eccleſiæ duobus clericis, adĳ
ciens q̃d p̃dictus C.non erat idoneus ad
illius eccleſię beneficiũ obtinẽdũ.Et inſ.

Cauſam vobis duximus cõmittendã,
ita vt ex illa clauſula,ſcilicet ſi pſona fue-
rit idonea, q̃ noſtro reſcripto reperit̃ in
ſerta,eidẽ ſcolari pbandi ſe idoneũ nulla
neceſſitas ĩponat̃, cũ prima facie p̃ſumat̃
idoneus,niſi aliud in cõtrariũ oſtẽdatur.

DE IVREIVRANDO.

INNOCENTIVS PAPA III. H.& S.& M.ciuibus Venetis.

Si is cuius mandato ſtare iuraui aliquid mihi præcipit contra iuramentum per me prius licite factum,illud ſeruare non teneor.

Conſtit. LXII.

VEniẽs ad p̃ſentiam
noſtram A. nobis Extra lib. 2.tit.24 de iureiurando.cap. Veniens.
expoſuit , q̃d olim
cũ M . Maurienẽſi
alteratim conuitia
inſerendo certauit,
ppter q̃d cũ graues
inimicitias incur-
riſſet,quidam qui partis vtriuſq; amato
res extiterant,ſuggeſſerunt prædicto A.
vt in ſatisfactione iniuriarum veſtro iu-
raret obedire mandato. Cunq; idem nõ
crederet ſe tale quid commiſiſſe, propter
quod ei aliquid graue deberet imponi,
iuramentumq; illud ſub tali confidentia
præſtitiſſet, ipſi ſub iuramento debito p̃
cepiſtis,vt nunquam curiam ducis intra
ret, niſi cum omnes per edictũ ipſius ge-
neraliter ad curiam vocarẽtur . Et infra.
Verum quia idem A. qui dicti ducis eſt
conſiliarius , & in iure ſuo multis eccle-
ſĳs,quarum eſt aduocatus, ex promiſſo
tenetur adeſſe, nequaquam taliter iuraſ-
ſet,ſi mandatum illud ſibi contrariũ p̃ſci
uiſſet:noueritis nos patriarchæ Grãdeñ.
mandaſſe,vt ſi mãdatum priori iuramẽ-
to licite facto repugnet, ipſum autorita-
te noſtra denunciet non obſeruandum.

IDEM MAGISTRO Apollinari.

Qui iurauit Eccleſiam defendere,& requiſitus ſine iuſta cauſa recuſat,periurus eſt,nec eum defendit appellatio.

Conſtit. LXXIII.

BReui ſciſcitatus es quęſtione , vtrũ Ibid.cap. Breui.
ille q iura alicuius eccleſiæ ſeruare
ac p poſſe deſendere iuramento tenetur,
ſi neceſſitate imminente ſup hoc ſub iu-
ramenti debito requiſitus,duxerit appel
landum,periurĳ reatum incurrat.

Reſpondemus quod in hoc articulo
appellantem à periurio talis appellatio

non excuſat, imo niſi difficultas exiſtat,
propter quam requiſitus nō poſſit eccle
ſiæ ſubuenire, culpa periurij potius irre-
titur.

IDEM ILLVSTRI RE
gi Aragoniæ.

*Iurans ſcienter illicitum, non indiget abſo-
lutione, ſed tenetur illud non obſeruare. Si uero
iurauit ignoranter, debet illud obſeruare ſi ali
quo licito modo eſt obſeruabile. Si autem iura-
uit licitum quod putabat illicitum, debet obſer-
uare iuramentum, ſed de animo deprauato agat
pœnitentiam.* Conſtit. LXXIIII.

Ibid. cap. Quanto.

QVanto perſonam tuam. Et infra.
Quidam conſiliarij tui, imo po-
tius deceptores, tuum animum induxe-
runt, vt iurares irrequiſito aſſenſu popu
li vſque ad certum tempus patris tui con
ſeruare monetam, quæ tamen circa mor
tē ipſius fuerat legitimo pondere defrau
data. Cū autem adeo ſit diminuta & mi
noris* ponderis effecta, quod graue pro (valoris)
pter hoc ſcādalum in populo generatur:
tu quod egeras indiſcrete cupiens re-
reuocare, ac neceſſitati populi ſatisface-
re, ab obſeruatione iuramenti prædicti
poſtulaſti ſuppliciter à nobis abſolui.

Super quo diligens indagator potuiſ
ſet facile intueri, quod non erat tam ab-
ſolutio neceſſaria, quam interpretatio re
quirenda, quoniam cum iuramentum fe
ciſti, monetam aut falſam aut legitimā
eſſe credebas. Si falſam, iuramentum fuiſ
ſet illicitū & nullatenus obſeruandū, &
pro eo eſſet tibi pœnitentia iniungēda,
cū iuramentum nō vt eſſet iniqtatis vin-
culum fuerit inſtitutū. Si vero legitimā
eſſe credebas, iuramentū licitum fuit, &
vſquequaq; ſeruandū, & vt irreprehēſibi
liter obſeruetur conſulimus, & manda-
mus vt reprobata moneta, quæ fuerat à
legitimo pōdere defraudata, alia ſub no
mine patris tui moneta cudaſ, quā ad le-
gitimū pōdus reducas, ſecundū eū ſtatū,
quē tēpore patris tui habuit meliorē, ita
q̄d antiqua moneta, quæ ab illo ſtatu fal
ſata nō fuerat, cū ea pariter expendaſ: per
q̄d & diſpendiū vitari poterit, & ſeruari
iuramentum.

Veruntamen ſi monetā ipſam in p̄ſta
tione iuramēti credebas à legitimo pōde
re diminutā, & tua ſup hoc cōſcientia re
mordebat, tuū humiliter pc̄tm̄ cōfiteri,
& ſatisfactionem iniunctam tibi pro il
licito iuramento ſtudeas adimplere.

IDEM CONSVLIBVS
& populo Tudertino.

*Non ualet iuramentum præſtitum in præiu
dicium iuris ſuperioris.* Conſtit. LXXV.

VEnientes ad ſedem apoſtolicā cō (Ibid. cap. Venientes)
ſules veſtros ſup his, quæ ad nos
de vobis ſæpius deferuntur, & commo-
nere curauimus, & aliquantulum aſpere
cōuenire. Cū eīm & appellatiōibus inter
poſitis ad apoſtolicā ſedē teneamini hu
militer & deuote deferrre, cum & leges
etiam ſeculares poſt ſententiam benefici (2. quæſt. 6. ca. Anteriori &.
um appellationis non denegent aggra- ca. Nō ua.)
uatis: vos ſententias appellationis ſuſpen
ſas executioni mandaſtis.

Verum ijdem conſules nobis expone
re curauerunt, q̄d cū aliq veſtrum vocan
tur ad officium cōſulatus, firmāt ꝓprio
ſacramento, quod ſuper mutuis & plagi
arijs, ſecundum veſtræ ciuitatis conſue-
tudinē, iudicabunt: & intra viginti octo
dies, quæ iudicauerunt, exequentur. Vn-
de ſaluo hmōi iuramento, vos nō poſſe
deferre ſup his appellationibus dicebāt.

Quia vero non minus iudices ſecun-
dum leges, quam conſules veſtri ſecun-
dum conſuetudinem veſtræ ciuitatis iu
dicare iurarunt: & ideo ſicut iudices cō-
tra leges, ſic & conſules veſtri contra cō-
ſuetudinē poſſent ſubditos aggrauare:
mandamus quatenus appellationibus
ad nos interpoſitis deferatis, cum prædi
ctum iuramētum vos excuſare non poſ-
ſit. in quo debet intelligi ius ſuperioris
exceptum.

Cum ergo poſtquam S. lator præſen
tium ad ſedem apoſtolicam à ſententia
G. iudicis appellauit, ſententiam ipſam
duxeritis executioni mandandā, in poſ
ſeſſionem rerum, de quibus quæſtio ver
tebatur, appellantis aduerſariū inducen-
tes: volumus & mandamus, vt poſſeſſio-
nem ipſam reſtituatis eidē, alioquin no-
ueritis nos Epiſcopo Nucerino mandaſ
ſe, vt vos ad illud eccleſiaſtica cenſura cō
pellat.

IDEM ARCHIEPISCO
po Piſano.

*Iurās uſuras non repetere, poteſt, iuramento
non obſtante, ex noua cauſa repetere.*

Conſtit. LXXVI.

Ad

Ibid. cap. Ad noſtrã

AD noſtrã noueritis audientiã pueniſſe, q̃d cũ I. & G. Petro vſuras nõ modicas pſoluiſſent, iuramẽto firmauerũt, q̃d nec p ſe nec p aliũ pdictas vſuras repeterent, vel apud eccleſiaſticũ iudicẽ, ſeu etiã ſecularẽ ſup his deponerẽt q̃ſtionem. Cunq; creditor cõdiderit teſtamentũ, ſuis pcepit hæredibus, vt omnibus, q pbarẽt ſe dediſſe vſuras eidẽ, ipſas eis reſtituere pcurarẽt. Vñ cũ pdicti I. & G. vſuras repetere nõ attentẽt pter huiuſmodi iuramentũ, & hæredes pdicti P. eis negligant ſatisfacere de vſuris:

Mãdamus, quatenus ſub pœna excõmunicationis publice in eccleſia proponi facias, vel proponas, vt q ſup hoc nouerint veritatẽ, pcedant ad teſtimoniũ pferendum: & ſi p dicta teſtium, vel alia documenta tibi cõſtiterit de pmiſſis, hæredes illius, vt vſuras, quas à pdictis pater eorum accepit, reſtituãt vniuerſas, eccleſiaſtica cenſura compellas.

IDEM NEOPOLITAno Archiepiſcopo.

Iuramentum generale debet intelligi ſi fieri põt, ut non obuiet iuri, alias tanquã temerariũ non obligat contra iuris obſeruantiam.

Conſtit. LXXVII.

Ibid. cap. Ad noſtrã noueris,

AD noſtram noueris audientiam perueniſſe, q̃d à te quaſi p extorſionẽ tale ſuit pſtitum iuramentũ, q̃d in oĩ cauſa deberes ordinẽ iudiciarium obſeruare. Verũ q̃m ſecundũ traditiones canonicas, manifeſta accuſatione nõ indigẽt, nec in eis eſt ordo iudiciarius obſeruãdus, q debet in aliĵs obſeruari: nec tu, quando ſub pmiſſo tenore iuraſti, habebas in mẽte, vt pptere venires cõtra canonicas ſanctiones, alioqn nõ iuramentũ, ſed piurium potius exitiſſet: nec eſſet aliqua ratione ſeruandum.

2 queſt. 1. deus omnipotens, Ibid. cap. 20. queſt. 2 ca. Ne qs.

Nos iuramentum tuum benignius interpretari volentes, ita q̃d conſonet canonicis inſtitutis, fraternitati tuę autoritate pręſentiũ intimamus, q̃d in manifeſtis & notoriĵs ratione iuramẽti pręmiſſi nõ credimus te teneri ſeruare ſubtilitatẽ ordinis iudiciariĵ, quam in his non ſeruari per omnia ipſa iuris ratio poſtulat & requirit. Vnde videbitur ſubtiliter intuenti de ordine iudiciorum procedere, vt

Extra de verbo. ſignifi. cap. Cum olí.

in præmiſſis non per omnia ordo iudiciarius obſeruetur, quanquam & ſecundũ approbatũ intellectũ recte poſſit intelligi, quod iuraſti vt in omnibus cauſis ordinem iudiciarium obſeruares, in illis videlicet, in quibus eſt ordo iudiciarius obſeruandus. Sic ergo faciens, & iuramenti tenorem ſeruabis, & inſtituta canonica non omittes.

IDEM IVDICI CAROlitano.

Iuramentum alicui debitum, ſi alteri præſtetur, illicitum eſt, & eo non obſtante, cui debetur præſtandum eſt.

Conſtit. LXXVIII.

EA te credimus diſcretione vigere, vt intelligas per teipſum, quod onus nõ remittitur, ſed augetur, cum cuiquã improuiſe ſoluitur, quod aliĵ ex debito eſt pręſtandum. Ibid. cap. Ea te credimus

Sane cũ Archiepiſcopus Turritanus à te nomine noſtro iuramentum fidelitatis, ſicut à nobis mandatum acceperat, exegiſſet, illud exhibere in eius manibus diſtuliſti, aſſerens quod Piſano archiepiſcopo, ſaluo apoſtolicæ ſedis honore, huiuſmodi præſtiteras iuramentum.

Cum igitur nobis & eccleſiæ Romanæ fidelitatem facere tenearis, ſi preſtitũ iuramentum ei, q̃d à te nobis tanquam debitum eſt præſtandum, contrarium reputes, illud illicitum iudicabis, & illicito nõ obſtante, quod licite, imo ex debito petitur, exhibebis, vel ſi præſtitum pręſtãdo contrarium non exiſtit, illud ſine difficultate præſtabis.

IDEM ALTHARINO Epiſcopo.

Qui iurauit ſtare mandato alicuius, non tenetur parere, ſi præcipit illicita, ut quod filium exhæredet, aut uxorem abiuret.

Conſtit. LXXIX.

QVintauallis noſtris auribus intimauit, quod pro offenſa, quam filiæ ipſius aliĵs mulieribus irrogarant, q̃d earum mandato pareret, pręſtitit iuramẽtum: quæ tale illi ſub debito iuramenti dedere mandatum, quod ſi quando filiĵ aut vxor illius aliquod verbum vel factũ contumelioſum mulieribus illis obĵcerent, idem filias & filios exhæredaret, & à ſe propriam remoueret vxorem. Ibid. cap. Quintauallis.

Quocirca mandamus, quatenus, cum licitum fuerit iuramentum, ſed mandatum illicitum, prædictos vt reuocent mādatū illud iniungas, alioquin ad mandati obſeruationem illius deficies non teneri.

IDEM ARCHIEPISCOPO Tarraconenſi.

Ex cauſa leui & temeraria coniuges, etiam quo ad thorum, & mutuam cohabitationem, ſe ſeparare non poſſunt, etiam cum iuramenti interpoſitione.

Conſtit. LXXX.

Ibid. cap. Tua nos. TVa nos duxit fraternitas conſulendos, quid tibi ſuper hoc ſit faciendum, quod B. & A. vxor eius ad inuicē iurauerunt, ſe nunquam mutuo petituros: idem vero nunc repetit illam inſtanter, ea econtrario affirmante, quod prius ſe faceret Saracenam, quam rediret ad ipſum. Et infra.

Nos igitur fraternitati tuæ reſpondētes mandamus, quatenus vtrunque ad continentiam ſeruandam moneas, & inducas, quam ſi promittere voluerint & ſeruare, vtrunque dimittas ſine alio commorari: alioquin ſi vir noluerit continere, tu illam vt reuertatur ad ipſum, & tāquam vxor cum viro moretur, per excōmunicationis ſententiam appellatione remota compellas, cum & temerariū fuerit huiuſmodi iuramentum, & adulteriū vtrinque ſit commiſſum.

IDEM GENVENSI ARchiepiſcopo.

Is qui iurauit cum muliere contrahere, propter fornicationem ſuperuenientem uel deformitatem eam repellere poteſt, propter præcedētem uero non.

Conſtit. LXXXI.

Ibid. cap. Quemadmodum L. QVemadmodum ſi vir mulieri iuraſſet, qui contraxit cum illa, q̄d eam ſemper pro legitima vxore teneret: pro fornicatione quam mulier ante cōmiſiſſet, non poſſet eam dimittere: ſed ꝑ fornicatiōe quam poſtea perpetraret, eā dimittere poſſet, non obſtante huiuſmodi iuramēto: qm̄ in eo talis erat ſubintelligēda cōditio, ſi videlicet illa in lege cōiugij non peccaret.

Ita ſi quis iurauerit ſe ducturum aliquā in vxorē, nō poteſt ei fornicationem opponere ꝑcedentem, ſed ſubſequentē, vt illā nō ducat in coniugē: qa in illo iuramento talis debet conditio ſubintelligi, ſi videlicet illa cōtra regulam deſponſationis non venerit.

Alioquin ſi poſt huiuſmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eā ducere in vxorem, quod eſt prorſus abſurdum. Nam ſi poſt contractum coniugium vir propter fornicationē licite poteſt vxorem à ſua cohabitatione dimittere, longe fortius ante contractum coniugum ꝑpter eandem cauſam ſponſus licite poteſt ſponſam in ſuam cohabitationem non admittere: quia turpius eijcit, quam non admittitur hoſpes.

Non obſtante in alterutro caſu vinculo iuramenti, quod quidem propter ſubintelligēdam cōditionem eſt tale, vt is q iurauit ad vtrunq; ſine transgreſſione ſe poſſit habere.

Quod ſi poſt huiuſmodi iuramentū mulier nō ſolum fieret leproſa, ſed etiam paralytica, vel oculos, vel naſum amitteret, ſeu qcq̄ ei turpius eueniret, nunquid vir teneretur eam ducere in vxorem? profecto ductam non poſſet dimittere. Sed nunquid non ductam admittere teneretur? quamuis interdum contractum nō dirimat, quod impedit contrahendum.

Si uir iurauit non accuſare uxorem, temerarium eſt iuramentum, ſed ſi ſpecialiter de adulterio hoc iurauit, denunciare poterit, ſed non debet accuſare.

Illud autem iuramentum eſt procul dubio temerarium, ſi vir iuret vxori, q̄d eam ſuper nullo crimine accuſabit: quia ſi mulier fieret infidelis & nollet viro cohabitare abſq; contumelia creatoris, vel vt illum traheret ad infidelitatis errorē, tunc incunctanter deberet illam impetere apud iudicem ſuum, vt eam niſi penitus reſipiſceret omnino dimitteret ſecū- 32. queſt. 1 ca. 1.
dum canonicas ſanctiones. ff. ad L.

Quod ſi expreſſe iuraſſet, quod eā ſu- Iuliam
per adulterio non impeteret, eſſet ne ſer- de adultre.
uandum huiuſmodi iuramentum? cum L. 2. ¶. 6.
ſcriptura teſtetur, quod patronus eſt turpitudinis, qui celat crimen vxoris, & ſecundū regulā euāgelij, ſi primo & ſecūdo

cor-

correpta reſipiſcere nollet, dicendũ eſſet eccleſiæ, vt tanquam ethnica & publicana deinde vitaretur, ne per hoc libera ei præberetur peccandi facultates, propter impunitatem peccati.

Sed nunquid vir non poteſt dimittere vxori peccanti, non ſolum ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties, ſecundum euangelicam veritatem?

Tutius ergo in hoc caſu videtur, vt ꝓpter iuriſiurandi religionem vir accuſare deſiſtat vxorem ad diuortium celebrãdum, quanquam denunciare eam poſſet ad pœnitentiam peragendam.

IDEM ABBATI ET
Capitulo Caſtellionis.

Licite in cauſa neceſſaria etiam per religioſos iuratur.

Conſtit. LXXXII.

Ibid. cap. & ſi. Mat. 5

ET ſi Chriſtus præceperit ſecundũ euangelicam veritatem, ſit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non, vt affirmatio vel negatio ſicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: quia tamen hominum excreſcẽte malitia ſimplici aſſertioni vel negationi vix creditur, idcirco prudenter

Ibidem.

adiunxit: Quod amplius eſt, à malo eſt: à malo inquam, non tam culpæ, quam pœnæ, nec exhibentium, ſed exigentiũ iuramentũ. Nã incredulitas huiuſmodi magis eſt pœna quam culpa. Vnde non dixit, malum, ſed à malo.

Ibidem.

Licet enim iuramentum prohibuiſſe dñs videatur, nuſq̃ tñ per creatorem, ſed per creaturã iurare prohibuit, ne per huiuſmodi iuramentũ trãſferretur ad creaturam honorificentia creatoris. Quare

Ibidem.

cum in Euangelio præmiſiſſet, dico vobis, nolite iurare omnino, ſtatim ſubiunxit, neq; per cœlũ, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum pedũ ipſius eſt, neque per Hieroſolymam, q̃a ciuitas regis magni eſt, neque per caput tuum, quia non potes vnum capillum facere album aut nigrum. Et quamuis nõ ſit per creaturam iurandum, ſi tamen iuretur per creaturam, ſeruandum eſt quidem, dummodo ſit licitum quod iurat: quia teſte veritate, qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum.

Iacobus quoque non ſimpliciter prohibet iuramentum, ſed voluntatem iurãdi, cum ait: Ante omnia fratres mei nolite iurare: quoniam ad iuramentum non debet quenquã ſpontanea volũtas inducere, ſed neceſſitas trahere importuna. Et tunc poteſt ſine culpa iurare, dummodo illoſtres comites habeat iuramentũ, de quibus Propheta ait: Et iurabunt viuit dominus, in veritate, & iudicio, & iuſtitia. Quod autem Iacobus ſubdit, neq; per cœlum, neque per terram, neque per quodcunque aliud iuramentũ, iurare vetat per quamlibet creaturam, quodcunque ſit illud, alioquin non dixiſſet Apoſtolus, homines per maiorem ſuum iurant, & omnis controuerſiæ eorũ ad cõfirmationem finis eſt iuramentum. In q̊ patenter oſtendit, per quem ſit iurandũ, cum ait: Homines per maiorem ſuum iurant. i. per Deũ, & cur ſit iurandum, vt videlicet omnis controuerſiæ finis ſit iuramentum. Iacobi. 5 Hiere. 4 Heb. 6

Angelus quoque quem vidit in Apocalypſi Ioannes ſtãtem ſuper mare, & ſuper terram, leuauit manum ſuam ad cœlum, & iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum. Chriſtus etiam plus legitur dixiſſe in Euangelio, quam eſt, eſt, non, non, cum ſæpiſſime dixerit: Amen dico vobis. Quod ipſe ſecundum Lucam exponens, cum præmiſiſſet: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua, conſequenter adiunxit: In veritate dico vobis, quod multę viduę erãt in diebus Heliæ in Iſrael. Apoſtolus quoque iurabat, cũ diceret: Teſtis mihi eſt Deus. Et iterum: Quotidiæ morior per gloriam veſtram fratres: quia græca exemplaria manifeſtiſſimam iurationem eſſe oſtendunt. Si enim per ſe malum eſſet iurare, profecto dominus non iuraſſet, cum tamen in veteri teſtamento legatur, quia iurauit dominus, & non pœnitebit eũ. Et rurſus: Iurauit dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum. Imo & p̃cepit in veteri teſtamento: Redde deo iuramenta tua. Apoc. 10 Matt. 5 Lucæ. 4 4. Reg. 4 Rom. 1 Pſal. 109 Pſal. 131

Quædam vero prohibentur, quia per ſe mala ſunt, vt furtum, adulterium, & huiuſmodi: quę non ſunt aliquatenus facienda.

Quædã vero ꝓhibentur ex cauſa, nõ quia per ſe mala ſunt, ſed quia ſi fiant frequenter & multum, ex his mala ſe-

quũtur, vt vinum per ſe malum non eſt,
Eph.5 & tamen prohibet Apoſtolus dicẽs: No
lite inebriari vino, in quo eſt luxuria, q̊-
niam ex frequẽti & immoderata potatio
ne vini luxuria generatur. Sic & iuramẽ-
tum per ſe malum non eſt, cum ſit con-
firmatio veritatis: ſed tamen prohibetur
ex cauſa, quoniam ex frequenti & incau
ta iuratione periurium ſæpe contingit,
Eccli.23 ſicut in Eccleſiaſtico legitur, Vir multum
iurans replebit iniqtate, & non diſcedet à
domo eius plaga. Quẽadmodũ ergo Pau
lus indulſit propter neceſſitatem diſci-
1.Tim.5 pulo ſuo Timotheo, vt vtatur modicọ
vino propter ſtomachum, & frequentes
infirmitates, ſic profecto cum neceſſitas
exigit, p re vera, licita & honeſta poteſt
ſecure iurari, quia ceſſante cauſa, ceſſat
effectus.

Licet ergo debeatis eſſe viri perfecti,
vt quantum poteſtis iuramenti vincula
euitetis, volẽtes tamen idemnitati veſtri
monaſterij prouidere, ne propter defe-
ctum teſtium ſui iuris ſuſtineat læſionẽ,
præſenti vobis pagina indulgemus, qua
tenus vos & monaſterij veſtri conuerſi
poſitis in cauſis eiuſdem, deficientibus
alijs teſtibus, pro ipſo perhibere teſtimo
nium veritati.

IDEM EPISCOPO A-
melienſi.

*Iuramentum contra utilitatem eccleſiaſti-
cam præſtitum non tenet.* Conſt. LXXXIII.

SIcut noſtris eſt auribus intimatum,
Ibid. cap. Sicut noſtris. eccleſia Tudertina vacante, ipſius ca
nonici, & epiſcopus cum eis, dum eſſet in
minoribus ordinibus conſtitutus, iura-
menta quædam in damnum epiſcopalis
iuris fecerunt, priuſquam de pontificis
electione tractatatus aliquis haberetur.
Et infra.

Pro iuratione incauta, Epiſcopo im-
poni fecimus pœnitentiam congruentẽ.
Et infra.

Quia non iuramenta, ſed periuria po
tius ſunt dicenda, quæ contra vtilitatem
eccleſiaſticã attentãtur, mandamus, qua
tenus ab ipſis canonicis inqras ſup p̃miſ
ſis diligẽtius veritatẽ, & ſi ea inueneris eſ
ſe vera, q̊d in damnũ epiſcopalis iuris re
pereris taliter attẽtatum, in ſtatũ debitũ,
appellatione remota, reducas.

INNOCENTIVS PAPA III.

*Non auditur mulier contra alienationem rei
dotalis, cui ſponte conſenſit & non contraueni
re iurauit.*

Conſtitutio LXXXIIII.

CVm contingat interdum, quod cõ Ibid. cap. Cum contingat.
ſtante matrimonio, mulieres alie-
nationibus, ſuper rebus dotalibus & do
nationibus propter nuptias conſentiãt,
ne vlterius contra veniant proprio ſacra
mento firmando, ac ſoluto proceſſu tẽ
poris matrimonio contrauenire nitun-
tur, vtrum hoc eis liceat, à nobis tua fra-
ternitas requiſiuit.

Nos autem fraternitati tuæ taliter re-
ſpondemus, quod & ſi mulierum cõſen-
ſus in talibus non videatur obligatori-
us, ſecundum legitimas ſanctiones, ne ff. de fundo dotal.
tali tamen prætextu viam contingat per L. Iulianus. & C.
iurijs aperiri, mulieres ipſa ſeruare debẽt ad velle.
huiuſmodi iuramẽta, ſine vi & dolo ſpõ auten.
te præſtita, cum in alterius præiudicium Sue à me
non redundent, nec obſeruata vergant
in diſpendium ſalutis ęternę.

INNOCENTIVS PAPA III.

*Mouens bellũ iniuſtum compellitur reſtitue
re quæ per violentiam occupauit, & eos abſol-
uere, à quibus indebite iuramenta extorſit. Non
aſtringitur quis iuramento ad implendum quod
iurauit, ſi ab alia parte non impletur cuius re-
ſpectu præſtitum eſt iuramentum.*

Conſtit. LXXXV.

SIcut. Et infra. Si conſtiterit quod ꝑdi
ctus Hẽricus iiuſte bellũ mouerit cõ
tra Ioãnem: ipſum Hẽricũ ſtudeatis indu
cere, vt vniuerſa per huiuſmodi violenti
am occupata reſtituat conquerenti, & eũ
à pręſtito ſibi iuramento prorſus abſol-
uas. Quod ſi acquieſcere noluerit, ipſum
ad hoc, ſi præmiſſa veritate nituntur, co-
gatis per ſententiam excommunicatio-
nis, terram ipſius interdicti ſentẽtię ſup-
ponentes.

Iuramentum autem quod Ioannes ſe
aſſerit ꝑſtitiſſe, ſi de aſſenſu ſactum eſt
vtriuſque, cum nõ ligat qui præſtitit, dũ
ille cui præſtitum fuerit ſeruare negligi
quod promiſit.

DE EXCEPTIONI
bus.

INNOCENTIVS PAPA III.

Archidiacono Richimundiæ

Rco

Reo excipiente de excommunicatione contra actorem non obſtat replicatio communionis.

Conſtit. LXXXVI.

Extra lib. 2. tit. 25. de exceptionibus

A Nobis ex parte tua fuit quæſitum, vtrum is qui excõmunicato in locutione vel oratione ſciẽter communicat, excommunicatum ipſum à ſua poſſit accuſatione repellere, cum ille cõmunionẽ huiuſmodi replicet contra eũ.

Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ipſe ab accuſatione illius poterit remoueri, cum primus à cõmunione fidelium ſit excluſus: ſecundus vero tantum à ſacramentorum participatione ſit remotus.

IDEM AVDICENSI Epiſcopo.

Habens plura beneficia contra alium de pluralitate non excipit.

Conſtit. LXXXVII.

Ibid. cap. Cũ Eccleſiaſticæ.

CVm eccleſiaſticæ prouiſionis officium. Et infra. Mandamus, quatenus Ia. faciatis præbendæ illius, de qua per Celeſtinũ prædeceſſorem noſtrum, noſcitur inueſtitus, pacifica poſſeſſione gaudere, cum exceptionem illam, quod præfatus Ia. in alia eccleſia beneficiũ poſſidet, ei non poſſint opponere, quos cõſtat varia beneficia in diuerſis Eccleſijs obtinere.

IDEM EPISCOPO Elienſi.

Iudex ſtatuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, poſt quem excipientem non audiet, niſi in tribus caſibus hic exceptis.

Conſtit. LXXXVIII.

Ibid. cap. paſtoralis

PAſtoralis. Et infra. Quoniam per dilatorias exceptiões, malitioſe nõ nunquam cauſarum terminatio prorogatur, inquiſitioni tuæ reſpondendo decernimus, vt infra certum tempus à iudice aſſignandũ oẽs dilatoriæ proponantur.

Ita, quod ſi partes extũc voluerint aliquas opponere, quas non fuerint proteſtatæ, nullatenus audiantur, niſi forte aliqua de nouo ſibi cõpetens exorta fuerit, vel is qui voluerit eã opponere, fidem faciat iuramento ſe poſtmodum ad illius notitiam perueniſſe.

IDEM MONACHIS Farſenenſibus.

Excõicatus excipere, appellare & oẽm defenſionẽ facere poteſt, ſed reconuenire non poteſt.

Conſtit. LXXXIX.

Ibid. cap. Cum inter priorẽ

CVm inter Priorem & conuentum de Argentolio ex parte vna, & nobilem virũ S. de Malileone diœceſis Pictauieñ. ex altera, ſuper damnis & alijs corã vobis ex delegatiõe noſtra quæſtio verteretur, procuratore ipſius nobilis veſtrũ volente declinare iudicium, eo quod duos ex vobis habebat ſuſpectos, Procurator monaſterij allegauit parti eiuſdẽ nobilis, quum eſſet vinculo excommunicationis aſtrictus, exceptionis huiuſmodi beneficium interdictum. Et infra.

Inquiſitioni duximus veſtræ reſpondendum, quod prędicto nobili legitima defẽſio in iudicio reſeruatur, & maxime iudicis recuſatio, cũ periculoſum ſit corã ſuſpecto iudice litigare, ac ſuſpectis iudicibus ſedes Apoſtolica cauſam de certa conſciẽtia nõ cõmittat. Vnde in talibus non excõmunicati fauor attenditur, ſed æquitas iudicantis, quũ non debeat claudicare iudicium, ac ſatis videatur abſurdum, ſi actore impugnante, reo defenſionis copia denegetur: quia ſic condemnaretur multoties abſoluendus. Porro, cũ excommunicato, quando in cauſa abſolutionis exiſtit, non ſit iuſta deneganda ſententia, nec interdici debet eidẽ appellationis remediũ, ſi cõtra iuſtitiã cõdemnet: qua rõne in vno eodẽq; negocio ipſi alia legitima ſubtrahanẽ ſuffragia, nõ videmus. Cęteꝝ nõ ſic in recõuentiõe ſentimus, ne q̃d in defenſiõis remediũ ſuſtinet, ad impugnatiõis materiã extẽdatur.

IDEM MONACHIS Farſenenſibus.

Excipiens non uidetur fateri ea quæ in exceptione includuntur. Et exceptio falſi poteſt etiam poſt ſententiam opponi.

Conſtit. XC.

Ibid. cap. Cum venerabilis.

CVm venerabilis frater noſter I. Sabinẽſis Epiſcopus coram dilectis filijs noſtris R. tituli ſanctæ Anaſtaſiæ

presbytero,& P. ſanctę Luciæ Diacono
Cardinali,quos ſibi & R.procuratori ve
ſtro conceſſimus auditores, Eccleſiã ſan
cti Viti cum ſuis poſſeſſionibus & perti-
nentijs petiuiſſet, aſſerens eandem ad ſe
in ſpiritalibus & tẽporalibus pertinere.

Idem nondũ epiſcopi intentione fun
data, præpropere ſic reſpondit, quod &
ſi dicta Eccleſia dudum ſuerit eccleſię Sa
binẽſi.ſubiecta, eam tamen non poterat
Epiſcopus vendicare, quam ex permuta
tionis cauſa Farſenẽſe monaſterium ob-
tinebat, ad hoc probandum quoddam
exhibens inſtrumentum,in quo cõtine-
ri prima facie videbatur,quod Theodoſi
us Epiſcopus cum ſacerdotum ſuorũ aſ-
ſenſu prædictam eccleſiam ſancti Viti,p
quibuſdam Eccleſijs & rebus alijs in
cambium veſtro duxit monaſterio con-
cedendam.

Ad hæc epiſcopus propoſuit memo-
ratus,intentionem ſuam per huiuſmodi
reſpõſionem eſſe ſundatam.Cum enim
pars veſtra reſponderit ſe dictam eccleſi
am ex pmutatiõe ſacta per Sabinenſem
Epiſcopum obtinere,cõfiteri per conſe-
quẽs videbatur ſe credere quod dicta ec-
cleſia tempore permutationis pertinuit
ad Eccleſiam Sabinẽſi. cum permutatio
inter cõtractus bonæ fidei computetur,
nec cum alio, quam cum domino, vel
cum eo qui habebatur loco domini legi
time valeat celebrari. Et infra.

Porro memoratus Epiſcopus ad pro
bãdum,quod iam dicta Eccleſia ad ſe in
temporalibus pertinebat, quoſdã teſtes
induxit,per quos nitebatur oſtẽdere,q̊d
tam dictam Eccleſiam, quam molẽdina,
terras & alia bona eius Sabinẽſes Epiſco
pi diutius poſſederũt,de illis pro ſuę vo-
luntatis arbitrio diſponendo. Et infra.

Intelleximus ſupradictum epiſcopum
intentionem ſuam minime ſundaſſe per
teſtium depoſitiones,vel per procurato-
ris ſupradicti reſponſionem: quia exce-
ptionem obijciens,de intentione partis
aduerſæ non intelligitur fuiſſe cõfeſſus,
vel per inſtrumentum ex aduerſo exhibi
tum: cum in eo Theodoſius Epiſcopus,
à quo permutatio facta proponitur,non
dicatur Epiſcopus Sabiñ. quanquam in
tranſſcripto, quo procurator vtebatur,
appoſitum fuerit Sabiñ. per vitium falſi-
tatis. Licet autem nimis exceſſerit, qui
tranſſcriptum illius inſtrumẽti falſauit,
quia tamen delictum perſonæ in dam-
num Eccleſiæ redundare non debet,ac
non ſolum ante ſententiam,verumetiam
poſt obijci poteſt exceptio falſitatis,cum
falſorum inſtrumentorum ꝓtextu lata
ſententia,vſq; ad viginti annorum ſpaci
um valeat retractari, veritate comperta
nolumus,vt ꝑ id monaſterio veſtro præ
iudicium generetur.

Quia vero nobis conſtitit ſupradictã
Eccleſiam ſancti Viti conſtitutam eſſe in
diœceſi Sabinenſi, epiſcopale ius in omni
bus eidem Epiſcopo adiudicauimus in
eadem: iſtis duntaxat exceptis, quæ per
authentica ſcripta ei noſcuntur eſſe ſub-
tracta, quum per priuilegium ſiue per ꝓ-
ſcriptionem legitimã nullatenus proba-
retur exempta.

Verum,quia dictus Epiſcopus,q eam
dem Eccleſiam vendicabat, munitum ſe
præſcriptione legitima nõ oſtendit, quã
quam probauerit Epiſcopum Sabinen-
ſem bona eiuſdem Eccleſiæ aliquanto tẽ
pore poſſediſſe,vos ab impetitione Epi-
ſcopi,quo ad temporalia eiuſdem Eccle
ſię,ſententialiter duximus abſoluendos.

DE PRAESCRI-
ptionibus.

INNOCENTIVS PAPA
tertius Abbati de Cenedo.

*Procurationes quæ debentur legatis & nū-
cijs Apoſtolicæ ſedis,præſcribi non poſſunt.*

Conſtit. XCI.

ACcedentes ad præ
ſentiam noſtram,
Præpoſitus S.Na-
zarij,& A. canoni
cus ſancti Stepha-
ni,ſyndici & ꝓcu-
ratores primicerij,
& clerici Mediola
nẽſes,de ordinarijs maioris eccleſiæ gra
uiter ſunt conqueſti,quod cum ipſi lega
tos & nuncios Apoſtolicæ ſedis deuote
recipiant & procurent,dicti ordinarij ꝓ
curare ipſos renuunt, & procurantibus
ad expenſas ſubſidium impartiri. Et in-
fra.

Extra lib. 2. tit. 26. de præſcri ptionibus cap. Accedentes.

Volen-

Volentes autem, vt quod omnibus imminet, ab omnibus comprobetur, Mandamus quatenus niſi dicti ordinarij per ſpeciale priuilegium apoſtolicæ ſedis ꝓſtandis procurationibus oſtenderint ſe immunes (etiam ſi longiſſimo tempore procurationis obſequium non impederint, cum in talibus præſcriptio ſibi locũ nequeat vendicare) ipſos ad procurationis ſarcinam ordine debito ſubeũdam teneri decernas.

IDEM PRIORIBVS de Coſta, & de ſancto Donato.

Subditus non præſcribit obedientiam contra prælatum.

Conſtit. XCII.

Ibid. cap. Cum non liceat.

CVm non liceat à capite membra recedere, non ſufficimus admirari, quod ſicut referente Bracharenſi archiepiſcopo nobis eſt intimatum, licet eccleſiæ veſtræ in ipſius ſint diœceſi conſtitutæ, vos tamen obedire ſibi tanquam epiſcopo veſtro contumaciter recuſatis. Et infra.

Ideoq; mandamus, quatenus pręfato Archiepiſcopo, & Eccleſiæ Bracharenſi obedientiam & reuerentiam debitam, ſicut alij clerici ſuæ diœceſcos faciunt, impendatis, præſcriptione temporis nõ obſtante.

IDEM NOBILI VIRO Matafeloni.

In iuribus ad Romanam Eccleſiam ſpectantibus currit ſola centenaria præſcriptio.

Conſtit. XCIII.

Ibid. cap. Ad audiẽtiam.

AD audientiam noſtri apoſtolatus peruenit. Et infra. Proponebatur ex parte tua Alexandrum papam pręceſſorem noſtrum tibi in caſtro Palatioli cõceſſiſſe ſingulis annis quadraginta ſolidos denariorum Papiẽſium, quos Romana Eccleſia ibi conſueuit recipere annuatim, inſuper comeſtiones, banna, placita, foriſfacta, & omnia iura, quæ ibi Apoſtolica ſedes habebat.

Sed ea tibi ratione deberi caſtellanus eiuſdem caſtri conſtantiſſime aſſerebat.

Ad quod probandum inducebas prędicti papæ priuilegium, & librum Eccleſiæ Romanæ cenſualem: hoc etiam nitebaris probare per teſtes, qui dicebant ſe vidiſſe præſcriptum cenſum nuncijs Romani pontificis à quinquaginta annis, & infra ſuiſſe ſolutum.

Sed inter alia fuit ex aduerſo reſponſum, quod nec priuilegium, nec liber cẽſualis tibi aliquid commodi afferebant, quum priuilegio vſus non fueris ſpacio annorum triginta, & liber cenſualis ſuſpectus exiſteret: *quare non fuerat in camera noſtra receptus, ac ſcriniarius alio modo ſcripſiſſet dicta teſtium, quàm dixiſſent. quia

Nos igitur magis autoritatem priuilegij, quàm depoſitiones teſtium attendẽtes, cõſiderantes etiam librum cẽſualem, quem non ſuſpectũ habuimus, licet non in camera noſtra, ſed in Cardinalis ſancti Hadriani ſit inuentus, quia eum, quãdo camerarius fuerat, de camera beati Petri ſuſcepit, nec credentes ipſum ſcrinarium (quum iuratus ſit, officium ſuum fideliter exequi) aliud ſcripſiſſe, quàm à teſtibus diceretur: reſpicientes inſuper, q̃d eſt longe validius, ipſum negocium tangere principaliter Romanam Eccleſiam, contra quam non niſi centenaria pręſcriptio currit: in ſolutione prędicti cenſus, & aliorum petitorum condemnauimus partem aduerſam, iniungentes eidem, vt tibi, non tanquam tibi, ſed tanquam Romanę Eccleſię cuius autoritate debes ꝑcipere, cuius etiam propter prædicta beneficia vaſallus exiſtis) ſine difficultate perſoluat.

IDEM ABBATIBVS HILdeſenenſi & Grandenenſi.

De centenaria præſcriptione, quæ ſolum currit contra Romanã Eccleſiam, tempora ſchiſmatum deducantur.

Conſtitutio XCIIII.

CVm nobis. Et inſra Licet tam legali, q̃ canonica ſit diffinitione ſtatutum, vt contra Romanã Eccleſiã, quæ gaudet priuilegio ſpeciali, non niſi centũ annoꝝ præſcriptio ſibi locum valeat vendicare, tempora tamen intercidentiũ ſchiſmatum, quæ ſecũdum iuris ordinẽ curſum præſcriptionis impediunt, nolumus aliquatenus computari, ſed diligenti cõſideratione adhibita, de ipſa computatione deduci.

Ibid. cap. Cum nobis. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Vt inter diuina. Et in Auth. Vt Romana Eccleſia. 16. quæſt. 3. ca. nemo.

IDEM ELIENSI ET ROfenſi Epiſcopis.

Præla

Prælatus inferior poteſt præſcribere in certis Eccleſiis ſuæ diœceſis totũ ius epiſcopale: ſubducitur tamen de præſcriptione temporis, quo uacauit Eccleſia cathedralis.

Conſtit. XCV.

Ibid. cap. Auditis.

AVditis & intellectis meritis cauſæ, quæ vertitur inter Vigorienſem Epiſcopum, & Abbatem de Heueſcham, ſuper Eccleſiis in valle de Heueſcham, quas Epiſcopus aſſerit ad ſe diœceſana lege ſpectare: Abbas autem eas eſſe ab eius iuriſdictiõe prorſus exemptas. Et infra.

Verum tanto tempore probantur per teſtes ab Abbatibus de Heueſchã pleno iure poſſeſſæ, vt videantur in eis Epiſcopale ius legitimæ præſcripſiſſe. Et infra.

Quocirca mandamus, quatenus inſpectis priuilegiis The. & C ſ. regũ, quæ Abbas ſuper præmiſſa libertate ſe aſſerit habere: ſi per illa conſtiterit, quod vallis de Heueſcham ſit ille locus, quẽ Celeſtinus prædeceſſor noſter libertate donauit, ab ſoluatis Abbatem de impetitione epiſcopi ſuper eccleſiis memoratis, & adiudicãtes illas Abbati pleno iure ſubiectas, Epiſcopo ſup illis ſilentiũ imponatis. Quod ſi Abbas in hac probatione defecerit, audiatis probationes ſuper tempore, quo infra quadraginta annos ſedes epiſcopalis vacauit: & ſi per tantum temporis vacaſſe conſtiterit, vt illo ſubducto, non ſit quadragenaria cõpleta præſcriptio, vos in illis Eccleſiis epiſcopale ius adiudicetis Epiſcopo, & ſuper illo perpetuum ſilentium imponatis Abbati. Si autem exceptionem huiuſmodi Epiſcopus nõ pbauerit, quia tamen interruptionem probauit circa proceſſionem Pentecoſtalem in villa & eccleſia de Mortana, & receptionem ac procurationẽ Archidiaconi, necnon ſolutionem denariorum ſancti Petri in valle de Heueſcham, circa cognitionem quoq; cauſarum matrimonialiũ, & capellani ſuſpenſionem in prædicta villa de Mortana, & interdictum capellæ in præfata villa de Heueſcham, vos ſuper his ius epiſcopale adiudicetis eidem, ſi tamen circa ſuſpenſionem & interdictum huiuſmodi infra quadraginta annos interruptio facta eſt, in cæteris ei ſilentium imponẽtes, quæ Abbas præſcripſiſſe probatur.

IDEM PARRHISIENSI Epiſcopo.

Non poteſt ſubditus contra ſuperiorem niſi ſtationem aut procurationem, ratione uiſitationis debitam, in ſeipſo præſcribere: quamuis alius in perſonam alterius præſcribere poſſet utranque.

Conſtit. XCVI.

Ibid. cap. Cũ ex officii tui.

CVm ex officii ſui debito Senonenſem prouinciã viſitaret Archiepiſcopus Senonẽſis, per Parrhiſiẽſem diœceſim tranſitum faciens, ad Abbatis ſancti Maglotii prioris de Caſtres, & quorundam aliorum Eccleſias eiuſdem diœceſeos neceſſe habuit declinare, à quibus quum debitam ſibi procurationẽ poſtularet, ipſi eam inhumaniter negauerunt, ad ſuæ negationis defenſionem hoc ſolum allegantes, quod non meminerãt ſe procurationẽ huiuſmodi pdeceſſoribus eiuſdem Archiepiſcopi exoluiſſe, nec ab eis fuiſſe aliquando petitam. Et infra.

Nos igitur præmiſſam eorum allegationem penitus nullam reputantes, cum contra procurationem, quæ ratione viſitationis debetur, præſcribi nequiuerit, quemadmodum nec cõtra viſitationem ipſam poteſt aliq modo pſcribi: & ſi alius contra eum præſcribere poſſet vtrãq;.

Ideoq; mandamus, quatenus ſententiam, quam in huiuſmodi contemptores de antiqua metropolis conſuetudine tulit Archiepiſcopus memoratus, vſque ad ſatisfactionem condignam facias obſeruari: quia ſecundum Apoſtolum, qui ſpiritualia ſeminat, non eſt magnũ ſi metat carnalia, quum nemo cogatur ſuis ſtipendiis militare. 1. Cor. 9

Si quid enim aliud quam ſuperius fuerit allegatum, contra intentionem Archiepiſcopi obiicere & pbare voluerint, nos eis faciemus iuſtitiam exhiberi.

IDEM ARCHIEPISCOpo Piſano.

Qui alieno nomine poſsidet, non præſcribit: nec etiam in qui proprio, niſi habeat bonam ſidem & iuſtum titulum.

Conſtit. XCVII.

Ibid. cap. Cum iudicatus.

CVm iudicatus Calaritanus ad ius & proprietatem B. Petri pertineat, ſicut tota Sardinia nullo pertinet mediante, tibi non licuit pro te vel Eccleſia tua à Marchione Maſſe iudice Calarita-

no fidelitatis exigere iuramentum. Et infra.

Nos igitur, quæ nuncius tuus proponere voluit, plenius circũſpectis, non intelleximus te vel Eccleſiã tuã ſup hoc aliquo iure ſubnixam, quum autoritatẽ ſedis Apoſtolicæ non oſtendas, per quam à iudicibus Calaritanis tu & anteceſſores tui fidelitatis exigeretis iuramenta: nec præſcriptione aliqua muniaris, quum ſecundum confeſſionem tuam nec eccleſia Piſana, vel tu fueris in quaſi poſſeſſione iuris exigendi huiuſmodi iuramentum, quod pro ſede Apoſtolica ab ipſis iudicibus receptum fuiſſe fateris, per quod conſtat Eccleſiam Romanam ſemper in quaſi poſſeſſione fuiſſe, quum pro ea miniſterio tuo & anteceſſorum tuorum exactum fuerit, & præſtitum iuramentum, & is etiam poſſidere dicatur, cuius nomine poſſidetur. Si vero dicatur quod nomine tuo & anteceſſorum tuorum, & nõ nomine noſtro, & Romanæ Eccleſiæ fuerit iuramentum exactum, poſſit inferri, quod iuramentum præſtitum de conſeruando iure & honore ſedis Apoſtolicæ fuerit violatum: vnde licite retineri non poſſet, quod contra iuramentum huiuſmodi fuerit ſcienter obtentum: quia etiam ſecundum hoc, locum pręſcriptio ha-
14. quæſt. 2. ca. Si virgo. bere non poſſet, quum in præſcriptione rerum eccleſiaſticarum bona fides, & iuſtus titulus exigantur: & ſi etiam locum potuiſſet habere præſcriptio, non credimus centenariam præſcriptionem, quæ ſola currit aduerſus Romanam Eccleſiam, poſſe probari.

IDEM EPISCOPO LVcanenſi.

Abbas in capellis præſcribere poteſt iura Epiſcopalia, obtinet tamẽ in his ſolis quæ præſcripſit.

Ibid. cap. Cum oli. frater. Conſtit. XCVIII.

CVm olim frater Epiſcope cum abbate & monachis ſancti ſaluatoris de Ficheto ſuper plebe Falmazane, & adiacentibus capellis: ipſius in noſtra pſentia litigando inſtitutionem in eis & alia ad ius epiſcopale pertinentia vendicares, ad fundandam intentionem tu-
16. quæſt. 7 ca. Omnes baſilicæ. am ius cõmune principaliter allegabas: cuius autoritate dicebas vniuerſa ſpiritualia in prædictis locis, quę ſunt in dioceceſi tua cõſtituta, ad te, tãquam ad dioceſanum Epiſcopum pertinere: arbitrium præterea ſuper hoc promulgatum à Piſtorienſi Epiſcopo, archipresbytero ac primicerio Lucanis allegans.

Ad elidendam autem intẽtionem tuam Abbas Gregorij ſeptimi Papæ priuilegium exhibuit, quod prædictum arbitrium multo videbatur tempore præceſſiſſe, per quod tam monaſterium, quàm plebs & capellæ prædictæ videbantur libertati donatæ. Et infra.

Aliorum quoque Romanorum pontificum dictus Abbas priuilegijs vtebatur poſt arbitrium promulgatum obtentis, qui libertatis priuilegia ſibi concedere videbantur. Et infra.

Quia prędictus Abbas ſufficienter oſtendit monaſterium ſuum, ſuper inſtitutionibus, deſtitutionibus, & ordinationibus plebani & clericorum, baptiſmo & pœnitentia in leuioribus culpis, ſepultura, decimarum perceptione, ac diuinis officijs celebrandis, tam in plebe, quàm in capellis prædictis, in excommunicando, atq; interdicendo, & etiam abſoluendo legitima pręſcriptione munitum: Abbatem ipſum ab impetitione tua ſuper iam dictis articulis duximus abſoluendum, ſuper illis tibi perpetuum ſilentium imponendo: ſuper alijs omnibus, quæ ad Epiſcopale ius ſpectare noſcuntur, iuxta tenorem arbitrij eundem Abbatem quo ad plebem, & capellas prædictas ſententialiter condemnantes.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Qui præſcriptione completa priuilegium contrarium impetrat, & utitur illo, præſcriptioni renunciat. Si præſcriptio non erat completa, malam fidem habet: & ideo non præſcribit.

Conſtit. XCIX.

VEniens ad præſentiam noſtram Abbas ſancti Martini de Pannonia. Et infra. Ibid. cap. Veniẽs ad

Petijt à nobis poſtmodum idem Abbas, vt Veſprimẽſis epiſcopus nõ impediat vel faciat impediri, q̃ minus om̃es qui in Simagienſi parochia vel comitatu cõſiſtunt, de omnibus, quæ poſſident, decimas

mas ſibi ſoluant, ſicut in priuilegijs Paſchalis Papæ prædeceſſoris noſtri & ſancti Stephani regis continetur.

Præfatus vero Epiſcopus poſtulauit, vt decimas Simagienſis comitatus infra diœceſis terminos conſtitutas, quas detinet idem Abbas, ſibi reſtitui faceremus: niſi aliquo iure ſpeciali ſe ipſas poſſidere monſtraret. Et infra.

Chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines promouendi fuerint clerici Eccleſiarū ſeu capellarum ipſius monaſterij, quod eſt in Veſprimenſi diœceſi conſtitutum, à Veſprimenſi Epiſcopo poſtulabunt, ſi quidem catholicus fuerit, & gratiam ſedis Apoſtolicæ habuerit, & ea gratis ſine prauitate aliqua voluerit exhibere: alioquin ab alio, quē maluerint, præſule catholico ſuſcipiendi ea liberam habeant facultatē, ſicut in priuilegio dicti Paſchalis, & Alexandri Papę prædeceſſorū noſtrorum perſpeximus contineri.

Non obſtante priuilegio Clementis papæ, per quod priuilegium ſuorum prędeceſſorum non extitit derogatum, cum de illis nullam fecerit mentionem, præſertim quum & ipſe Clemens priuilegium illud conceſſerit ſaluis inſtitutionibus, non ſolum Romanæ Eccleſiæ, ſed ipſius etiam legatorum.

Nec obſtare poterat præſcriptio, quā idem Abbas in ſuum ſubſidium opponebat, quia ſi conſummata erat, quando ab Alexandro Papa priuilegiū impetrauit, iuri præſcriptionis renunciaſſe videtur, pręſertim quum coram nobis priuilegio illo ſit vſus, quod ſuæ intentioni (quantum ad hunc articulum) contradicit. Si vero nondum conſummata erat præſcriptio, ſed erat in pſcribēdo: poſt impetratum huiuſmodi priuilegium bonam fidem non habuit: & ideo ſecundum Canones non præſcripſit.

DE SENTENTIA ET re iudicata.

INNOCENTIVS PAPA tertius Archidiacono & Sacriſtæ Magalonenſibus.

Si Papa contra pronunciationem ſuam confert beneficium, hoc tacito ſurreptitia dicitur collatio, & non tenet.

Conſtit. C.

CVM olim Magalonēſis epiſcopus P. de Caſtro nouo ad vacantem archidiaconatū eiuſdē Eccleſiæ nominaſſet, I. præpoſito, vt nullus ibi, niſi prius duplici ſibi voce conceſſa, inſtitueretur, per appellationem interpoſitam inhibente, Eps dictū P. de Archidiaconatu p ſuum annulū inueſtiuit. Præpoſitus vero alium ad eundē archidiaconatum nominare pręſumpſit. Tandem Celeſtinus prædeceſſor noſter quod factum fuerat ab vtraq; parte caſſauit: pronuncians qd aliquibus ſcriberet, vt tam Epiſcopum q̄ perſonas ad ordinandū concorditer Archidiaconatum monerent: & eorum ſorte monitis non admiſſis, hoc ipſi exequi non differrent. Poſt hæc vero dictus prędeceſſor noſter G. qui nondum ad diaconatus erat promotus officium, pręter cōſcientiam procuratoris Epiſcopi apud ſedem Apoſtolicam tunc morantis, ipſum archidiaconatum contra pronunciationem ſuam contulit, ſicut credimus, circumuentus. Extra lib. 1. tit. 27. de ſententia & re iudicat. cap. Cū olim

Nos igitur inhærentes veſtigijs prædeceſſorum noſtrorum, dicentium ſententiam Romanæ ſedis, cum aliquid fuerit ſurreptum, poſſe in melius commutari, quod de prædicto G. factum eſt, non obſtante donatione, quam ab eodē Epiſcopo in eluſionem donationis Apoſtolicę nuper dicitur recepiſſe, in irritum reuocamus, & ei, licet abſenti, quum de ſurreptione liquido conſtet, ſuper dicto Archidiaconatu perpetuū ſilentium imponentes, præcipiendo mandamus, quatenus ſæpedictum Archidiaconatum plena omnium veſtrum, qui præſentes fuerint in Eccleſia, interueniente concordia ordinare curetis.

IDEM ABBATI ET CONuentui ſancti Zenonis Veronenſis.

Valet

valet ſententia contra ius litigatoris lata, ſi ab ea infra decem dies non fuerit appellatum.

Conſtit. CI.

Ibid. cap. Cũ inter.

CVm inter vos pro eccleſia veſtra, & archipresbyterum, & clericos ſancti Proculi ſuper ſubiectione eiuſdem eccleſiæ quæſtio verteretur: ex parte veſtra fuit propoſitum, quod dicta eccleſia monaſterio veſtro pleno iure debet eſſe ſubiecta, videlicet in inſtitutione deſtitutiõe, inueſtitura archipresbyteri & eiuſdẽ fidelitate, ipſius & fratrum obedientia, correctione, repræſentatione ad ordines, tõſoratione, ſuſceptatione chriſmatis, litaniis & aliis ſimilibus, per quæ plena ſubiectio declaratur, ad quod approbandum inſtrumentum publicum conceſſionis B. quondam Veronenſis Epiſcopi pars veſtra in medium producebat, quam conceſſionem ſucceſſor eius G. ratam habuit & etiam confirmauit. Super his quoque tam Romanorum pontificum, quã patriarcharum Aquilegienſium priuilegia, & confirmationes induxit, quorũ vnus de ſubiectione plenaria in priuilegio ſuo euidenter expreſſit, quod ſub teſtimonio R. quondam Veronenſis Epiſcopi, qui eiuſdem eccleſiæ archipresbyter extitit, factũ fuerat & completũ, & in eodẽ à priore ſancti Zenonis mãdauit ſua vice ſubſcribi. Adiecit etiam pars veſtra, quod inter B. q̃ndam Abbatem eiuſdẽ monaſterii, & ſancti Proculi archipresbyterum & fratres ipſius procedente tempore de fidelitate, & obedientia manuali, controuerſia fuit exorta: ad quæ duo illi ſe duntaxat teneri negabant, & ſuper his teſtes producti fuerunt: tandem præfatus G. Veronẽſis Epiſcopus quendam Cardinalem ſequens, à quo idem fuerat iudicatum, q̃d vel archipresbyter dimitteret eccleſiam, aut Abbati obedientiam repromitteret, ſententialiter diffiniuit: cuius ſententia cum nulla fuerit, appellatione ſuſpenſa, in rem tranſiit iudicatam. Et infra.

Quamuis forte dicto inſtrumẽto donationis non ſit plurimũ innitendũ, nec confirmationibus, nec priuilegiis, quæ de ipſo cauſam & originem acceperunt: attendentes tamen quod quantum ad litigantes ipſos, ius ex ſentẽtia factum fuit, poſtq̃ in rem tranſiit iudicatam, etiam ſi cõtra ius litigatoris lata fuiſſet, cũ cõtra ius conſtitutionis expreſſe lata non fuerit, veritate geſtorum ſermonibus p̃ualente, quæ præſumitur rite per omnia celebrata, diffinimus vt archipresbyter ſancti Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatẽ & obedientiam præſtet Abbati ſancti Zenonis.

IDEM CANONICIS Nouarienſibus.

Sufficit ad confirmationem ſententiæ nihil continentis iniquum, quod contra ipſam aliquid non probetur.

Conſtit. CII.

CAuſam quæ inter vos & A. clericũ ſuper præbenda Nouarienſis eccleſiæ vertebatur, Laudenſi Epiſcopo de conſenſu partium commiſimus terminandam, qui pro vobis contra dictũ A. diffinitiuam ſententiam promulgauit, à qua fuit ad noſtram audientiam appellatum. Et infra. Ibid. cap. Cauſam q̃ inter.

Licet ex parte ipſius A. fuiſſet propoſitum, quod contra formam mandati noſtri dictus Epiſcopus ſententiam promulgauit, ſicut per atteſtationes nitebatur probare, quia tamẽ iudicis animus non ſemper ad vnam probationis ſpeciem inclinatur, & ipſa ſententia nihil continebat iniquum, & eidem iudici de cõmuni partium aſſenſu fuerat cauſa commiſſa, qui vt ſententiam ferret poſt examinationem cauſæ ab vtraque parte fuerat requiſitus, ſententiam ipſam curauimus confirmare.

IDEM CONSTANTINO Epiſcopo.

Sententia per lapſum decẽ dierũ tranſit in rem iudicatã, ſi prius non fuerit appellatum, & quadrimeſtre tẽpus, quod datur condemnatis in perſonali ad ſoluendũ, poteſt ex cauſa per iudicem arctari.

Conſtit. CIII.

QVod ad conſultationẽ. Et infra. Quia poſtulaſti, vtrum appellationi ſit clerici deferendũ, q purgationẽ Ibid. cap. Quod ad cõſultationem.

EEe indictã

indictam ſibi per ſententiam,& ad ipſius receptionem terminum competentem, puta viginti dies vel amplius, ſine cōtradictione recipiens,& ad diem veniēs cōſequenter appellat, cauſam non exprimens appellandi, nec ſit locus niſi ſuſcipiendæ purgationi,& executioni ſententiæ,à cuius prolatiōe & purgatione iniuncta vltra decēdium dicitur effluxiſſe, taliter duximus reſpondendū, quod cū poſt decem dierum ſpacium ſententia in autoritatem rei tranſeat iudicatæ, qui ad procurationis ſubſidium infra id tempo ris non recurrit, appellandi ſibi aditum denegauit, cum per hoc videatur per interpretationē iuris latæ ſententiæ paruiſſe, præſertim vbi cauſa non redditur appellandi. Sed nec executiōem ipſius ſententiæ ideo conuenit retardari, licet ad hoc agendum quadrimeſtre tempus regulariter ſit ſtatutum: quia id arctari po teſt nonnunquam à ſedente in medio,& etiam prorogari:& qui ab initio ſponte recipit terminum breuiorem, imputari ſibi poteſt & debet, cum ex hoc videatur amplius beneficium contempſiſſe: vnde talis non audietur appellās, niſi forte ad uerſus eum modus executionis canonicus excedatur.

ff. de re iu dic. L. a Si

2. queſt. 6. ¶ Sunt ſ ium.

IDEM DECANO, CANcellario & C. canonico Lundonienſi.

Sententia poteſt probari per teſtes, licet non deponant de cauſis, quæ ſolent iudicem mouere ad ſententiandum.

Conſtit. CIIII.

Ibidem. Sicut nobis.

SIcut nobis intimaſtis, cum cauſa quę inter H. ſubdiaconum, & B. presbyterum ſuper quinque modijs frumenti vertebatur, ipſi ſubdiacono ſingulis annis exoluendis, vobis commiſſa fuiſſet, & reſtitutionem ſibi fieri poſtularet ſubdiaconus, ſupradictus aduerſarius ſe ad hoc non teneri reſpondit, cum alia vice ſuper hoc conuentus fuerit, & ſententia liter abſolutus, q̄d oſtendere voluit duo rum teſtimonio, ex quorum diſpoſitione conſtitit, quod magiſter A. autoritate epiſcopi Lundoniēſis ipſum abſoluit ab impetitione ſubdiaconi memorati. Verum, quia teſtimonium ipſorum quaſi nude prolatum fuerat, cū de cauſis, quæ iudicem mouere ſolent ad ſententiam proferendam, nihil dixerint, quid tenendum ſit ſedem duxiſtis apoſtolicam conſulendam.

Cum autem in plcriſque locis, in qui bus copia prudentum habetur, id moris exiſtat, quod omnia quæ iudicem mouent non exprimantur in ſententijs pro ferendis, vobis taliter reſpondemus, quod cum ex depoſitionibus teſtium p̄dictorum conſtiterit ſententiam à iudice ſuo prolatam, propter autoritatem iudiciariam præſumi debet omnia legitime proceſſiſſe.

IDEM EPISCOPO Aſtoricenſi,& abbati ſancti Iſidori Legionēſis.

Ab eadem ſententia poteſt appellare, ne dū reus victus, ſed etiam tertius, cuius intereſt,& poterit ſententia, quo ad reum, nil de ſuo iure docentem, confirmari: reſpectu uero tertij ratio nabiliter appellantis infirmari.

Conſtit. CV.

CVm ſuper controuerſia, quæ inter Aurienenſem Epiſcopum, & monaſterium Cellæ nouæ ſuper ſtatu ipſius vertebatur, pro Epiſcopo diuerſæ ſententiæ latæ fuiſſent, nuncius Onetenſis Epi ſcopi per eas Onetēſem eccleſiam læſam grauiter querebatur, ad quam proponebat monaſterium pertinere. Et infra. Ibid. cap. Cum ſup.

Cum ex parte monaſterij nihil ratio nabile fuerit propoſitum & oſtenſum, quare ſententia pro Epiſcopo promulgata debuerat irritari, eā quantū ad monaſterium duximus confirmandam. Et infra.

Mandamus, quatenus, ſi cōſtiterit ap pellationem pro eccleſia Onetenſi ratio nabiliter interpoſitam, & ad eam proſequendam nuncium eius infra tempus legitimum deſtinatum fuiſſe, executio ſen tentiæ differatur, ne circa poſſeſſionem Onetenſis eccleſia detrimentū incurrat, alioquin, ſicut ius poſtulat, executioni abſque Onetenſis eccleſiæ pręiudicio demandetur, cui, quæ præmiſſa ſunt, non præiudicent, quo minus ſuam valeat conſequi rationem, cum res inter alios acta non noceat regulariter alij, iuxta cō ſtitutiones canonicas & ciuiles.

Extra lib. 2. de fide in ſtru. cap. Inter dile &. C. lib. 7. L. 2. res inter alios. & ff. de re iudi cata. Sæpe

Inno-

INNOCENTIVS PAPA III.

Si citatus ad ſententiam ex legitima cauſa iudici ignorata non comparuit, tenet ſententia, eo abſente lata: ſed retractatur, eo probante legitimam abſentiæ cauſam. Si uero impedimentum probatur non plene, non retractatur ſententia, niſi prius doceat de ipſius iniquitate.

Conſtit. CVI.

Ibid. cap. Cum Bartholdus

CVm Bartholdus miles curiam ſuam P. militi pignori obligaſſet, eo demū P. ſublato de medio, A. nepos eius, qui ſucceſſit eidem, vacante eccleſia eiuſdem, aſſerens quod ius patronatus cum vniuerſitate trāſiſſet in eum, D. clericum eiuſdem loci archidiacono ad ſupradictam eccleſiam præſentauit: qui de cōſenſu Epiſcopi ipſum inſtituit in eadem, in poſſeſſionem eum induci faciens corporalē. Prædictus vero B. dn̄inus fundi T. ſacerdotem memorato Epiſcopo præſentauit, ſed ipſum Epiſcopus non admiſit. Cum autem dictus T. aduerſus memoratū D. ſuper prædicta eccleſia depoſuit quæſtionem, Remēſis Epiſcopus apoſtolicę ſedis legatus iudicibus negocium delegauit: ad quem cum atteſtationes vtrinque receptas per partes poſtmodum remiſiſſent, & præfato D. cum ſuis atteſtationibus accedente, dictus T. nec per ſe, nec per reſponſalem idoneum cōparere curaret, ipſe atteſtationibus inſpectis clerici memorati, ipſum ab impetitione ſępe dicti T. ſententialiter re. didit abſolutum, eidem T. imponens ſilentiū ſuper eccleſia memorata. Poſtmodū autem idem presbyter ad archiepiſcopi pręſentiam infra breue tempus accedens, iuſtam cauſam abſentię allegauit. Archiepiſcopus vero Argētino electo, & Altę ſyluæ, & Tydebernenſis Abbatibus dedit ſuis literis in mādatis, vt ſi iuſtam abſentiæ cauſam ille oſtenderet coram eis, prędictam ſententiam nullius decernerent eſſe valoris, & cauſam ſine debito terminarent: alioquin facerent ſententiam obſeruari. Verum dicto electo, & præfatis abbatibus committentibus alijs vices ſuas, ipſi ſubdelegati teſtes ſuper prædicto articulo receperunt, à quibus dictus clericus vocem ad nos appellationis emiſit. Et infra.

Licet autem iuſtam cauſam abſentiæ minus ſufficiēter presbyter probauiſſet, ne tamen præiudicaret opinio veritati, R. diaconum Cardinalem eis cōceſſimus auditorem: qui cum nobis omnia fideliter retuliſſet, ex tenore ſententiæ Archiepiſcopum inuenimus circumuentum: tū quia continebatur in illa, q̄d p̄ atteſtationes ipſius clerici fuerat ſufficiēter probatum, q̄d p̄fatus A. in poſſeſſione iuris patronatus extiterat, cum eundem ad p̄dictam eccleſiam præſentauit, cum tamē per atteſtationes illas nihil oſtenſum aliud fuerit, niſi quod pro quodam iure, q̄d de illa eccleſia conſueuit exhiberi patronis prædicti P. & A. annuatim decem ſolidos acceperunt: tum etiam quia in eadē ſententia dicitur, quod dictus T. in probatione defecit, cum per atteſtationes ſuas appareat ipſum ſuam intentionem ſufficienter probaſſe: tum etiā quia cauſam non recepit ſufficienter inſtructam, cum vnius tantum partis atteſtationes receperit, quæ parum faciebant ad cauſam, vnde ſententiam ipſam duximus irritandā, memorato T. adiudicantes eccleſiam ſupradictam, cum per atteſtationes nobis conſtiterit euidenter, ipſum à vero patrono fuiſſe ad ſæpe dictam eccleſiam præſentatum.

INNOCENTIVS PAPA III.

Papa in ſententijs, quas profert, ordinem iuris ſeruat.

Conſtit. CVII.

IN cauſis quæ ſummi pontificis iudicio deciduntur, & ordo iuris & vigor æquitatis eſt ſubtiliter obſeruandus: cū in ſimilibus caſibus cæteri teneantur ſimiliter iudicare: niſi forte cū aliquid cauſa neceſſitatis & vtilitatis inſpecta diſpēſatiue duxerit ſtatuendum. Ibid. cap. In cauſis.

IDEM CONVENTVI S. Leufredi.

Secunda ſententia in diuerſa inſtantia contra primam lata tenet mero iure, nec debet infringi etiam ſi ſit iniuſta, ex quo ab ea non fuerit appellatum, præſertim ſi prima ſententia ſecundis iudicibus non fuit oſtenſa.

Conſtit. CVIII. Ibid. cap. Inter monaſterium

INter monaſterium ſancti Anthonij Rothomagenſe & veſtrum, ſup mo-

do eligendi abbatem in monaſterio veſtro fuit quæſtio agitata. Et infra.

Cum conſtiterit nobis primam commiſſionem non fuiſſe per vltimam reuocatam, tum quia cauſæ ſuſpicionis in iure propoſitæ, friuolæ videbantur, quas etiam tanquã dilatorias ante litis ingreſſum opponere debuiſſent, quibus corã delegatis eiſdem de ſubeundo iudicium renunciaſſe videntur: tum etiam q̃niam de priuilegijs apoſtolicæ ſedis & proceſſu negocij coram primis iudicibus nihil in ſecundis literis dicebatur: quod ſi fuiſſet expreſſum, obtinere minime potuiſſent: Non obſtante ſentẽtia, quę pro monaſterio ſancti Anthonij dicebatur fuiſſe prolata, quæ tamen nobis oſtenſa nõ fuit: cum ſi à prædictis iudicibus fuiſſet oſtenſa, ea poſthabita, cõtrarium ſtatuiſſent: alioquin eam obijcientibus imputetur, cum ſub prætextu nouorum inſtrumentorum lites non debeant inſtaurari.

Factum priorum iudicum ratum & firmum habemus, & eorum ſententiam confirmantes electo à vobis nos ipſi munus benedictionis ſaluo iure diœceſani curauimus exhibere.

IDEM EPISCOPO, DEcano & Cancellario Parrhiſienſibus.

Teneri ſententia contra priuilegium oſtenſum uel non oſtenſum, ſi ab ea non fuerit appellatum, uel ſupplicatum.

Conſtit. CIX.

Ibid. cap. Suborta. SVborta inter Meldenſem Epiſcopũ, & monaſterium Reſbacenſe ſuper ipſius monaſterij ſubiectione materia quæſtionis, & procuratoribus partiũm litigantibus coram nobis, quia per confeſſionem partis aduerſæ conſtitit eundem Epiſcopum quaſi poſſeſſionem obedientiæ in eodem monaſterio habuiſſe, ipſum reſtituendum decernimus ad eandem.

Verum quia priuilegium Innocentij Papæ prædeceſſoris noſtri libertatem monaſterij plenariam exprimebat, decano Sueſſionenſi, & ſuis coniudicibus dedimus in mandatis, vt Epiſcopo in quaſi poſſeſſionem obedientię reſtituto, niſi contra priuilegium rationabile aliquid obijceret & probaret, ſuper ſubiectione monaſterij ſibi ſilentium imponere procurarent. Et infra.

Iudicibus autem cauſam inſtructam remittentibus, quia cognouimus efficaciores Epiſcopi rationes, ſubiectionem eidem adiudicauimus memorati monaſterij, vt ibidem habeat tanquam diœceſanus Epiſcopus poteſtatem, ita tamen, vt per hoc nullum apoſtolicæ ſedis præiudicium generetur, quo minus ſi voluerit ſuam iuſtitiam proſequatur. Nimirũ ſi præfati Innocentij priuilegium Alexãdro fuit in iudicio præſentatum, & ipſe tulit ſententiam cõtra illud, intelligitur reprobaſſe. Si vero non fuit coram eo exhibitum, prætextu priuilegij de nouo reperti, prædicta non debet ſententia retractari.

IDEM ABBATIBVS ſanctę Marię in Cathag & vallis ſecretæ.

Sententia a qua fuit appellatum, retractatur, ſi conſtet teſtes, ad quorum dicta tantum lata fuit, conſpiratores fuiſſe, & contradicente parte receptos.

Conſtit. CX.

CVm I. & A. canonici ſancti Dionyſij Remenſis ex parte quorundam canonicorum eiuſdem eccleſiæ noſtro apoſtolatui retulerint, quod abbas eorũ ſuper dilapidatione, periurio, ſimonia, & quibuſdam alijs erat multipliciter infamatus, nos Catalanenſi epiſcopo & eius collegis dedimus in mandatis, vt ad eccleſiam perſonaliter accedẽtes, tam in capite, quam in membris corrigerẽt corrigenda, & ſtatuerent quæ ſtatuenda viderent. Et infra. Ibid. cap. Cũ I. & A.

Iudices autem abbatis & canonicorum iuramenta recipientes, abbatem ab adminiſtratione ipſius eccleſiæ p ſententiam remouerunt, correctione membrorum dilata, quam tunc non poterant expedire. A qua ſententia cum procurator prędictus ad noſtram audientiam appellauerit, propoſuit dictam ſententiam reprobandam, tum quia iudices lite non conteſtata in ipſo negocio proceſſerunt, tum quia iuramenta conſpiratorum con-

cōtra ipſum recipientes, depoſitionibus coram partibus minime publicatis nec oſtenſis eiſdem, ad ſententiam procedere præſumpſerunt. Et infra.

Quia vero de conſpirationis articulo nobis non potuit fieri plena fides, mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit, q̃d illi cōſpiratores fuerint, quorũ conſtat à iudicibus iuramẽta recepta, quod abbas probare voluit coram eis, & eorum dicta iudices ſecuti tantummodo, cum per alios ea probata non eſſent, ſententiam ꝓtulerunt, vos irritantes proceſſum eorũ, in negocio iuxta formam prædictam cōprehenſam in prioribus literis procedatis. Si vero eos conſpiratores fuiſſe nequiuerit comprobare, vel licet de hoc conſtaret, appareat tamen illos nihil ſuper his depoſuiſſe, pro quibus idem abbas fuit amotus, vel etiam ſi aliqua ſuper his depoſuerint, ea tamen per aliorũ dicta fuerant ſufficienter oſtenſa, proceſſum ipſorum iudicũ cōfirmetis, quia licet aduerſus Abbatem non debuerint conſpiratores admitti, iuramenta tamẽ ipſorum de veritate dicẽda ſuper ſtatu ipſius domus recipi potuerũt, vt per ipſorum dicta ſuper aliis fides poſſit haberi, quę abbatem minime contingebant: præſertim cum tunc probatum non eſſet eos conſpiratores fuiſſe.

IDEM H. DE CASTRO Guarcino.

Damnatus pro nulla uel pro modica iniuria infamis non efficitur.

Conſtit. CXI.

Ibid. cap. Cũ te a B.

CVm te à B. iniuriarum actione cōuento, eo quod diceres equum tuum non eſſe minoris precij quam capillos ipſius, iudices qui ſuper hoc cognoſcebant te in decem ſolidos condemnaſſent, tu timens ne ipſorum ſententia te notaret infamia, beneficium reſtitutionis ad famam à ſede apoſtolica imploraſti.

Nos autem conſiderantes, quia nulla fuerit vel minima facta iniuria, volumus te per prædictam ſentẽtiam infamia nō notari.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Reuocata ſententia propter defectum iuriſdictionis, ut quia unus ex iudicibus publice excommunicatus erat, uel propter iuris ordinem non ſeruatum, iterum de principali quæritur.

Conſtit. CXII.

AD probandum quod procurator dominę. Et infra.

Ibid. cap. ad probãdum.

Vos autem interim agnoſcatis de cōfirmationis ſentẽtia, quæ lata eſt à iudicibus delegatis de electione cuſtodis, vt eam (ſicut de iure fuerit faciendum) cōfirmare vel infirmare curetis, ita vt ſi ꝓ eo quod vnus ex delegatis iudicibus, q̃ eandem ſententiam protulerunt, excommunicationis vinculo eſſet publice innodatus, quando ſententia lata fuit, ſicut ꝑ metropolitani literas perhibetur, aut ex alia iuſta cauſa eandem ſententiam conſtiterit infirmandum, ipſa caſſata, de ipſius electione cuſtodis iterum cognoſcatis.

DE APPELLATIOnibus.

INNOCENTIVS PAPA III. illuſtri regi Francorum.

Merus executor non recuſatur, nec ab eo appellatur, niſi modum excedat, maxime ſi eſt datus cum clauſula, appellatione remota.

Conſtit. CXIII.

Extra lib. 2. tit. 28. de appellat. ca. Nouit ille.

NOuit ille, qui nihil ignorat. Et infra.

Præterea interdicti ſentẽtiã Cardinalis nō edidit, ſed potius publicauit, nec fuit dictator ipſius, ſed verus executor. Vnde cum ſecũdum ius ab executoribus appellari non poſſit, niſi forſan modum excederent in exequẽdo, nos etiã in literis ſuper hoc directis ad ipſum, appellationis curauimus obſtaculum inhibere, appellationi ab eo interpoſitę non fuerat deferendum. De ſuſpicionis autem obiectu, licet eum merito tibi ſuſpectum non fuiſſe credamus, non tamen & ſi fuiſſet, propter appellationem interpoſitam ab eo deſiſtere de-

Supra eodẽ libro, cōſtitutione. 103. & C. quorũ app. nō recep L. Ab executione.

buiſſet, ad quod non proprio motu, ſed
noſtro potius præcepto proceſſit.

INNOCENTIVS PAPA III.

*Si appellatio recipitur à iudice uel approba
tur à parte, terminus ad eam proſequēdam pre
fixus obtinet uicem peremptorij, ut in abſentem
procedatur ac ſi peremptorie fuiſſet citatus,
nec talis terminus præueniri poterit ab aliqua
partium.*

Conſtit. CXIIII.

Ibid. cap. Sæpe contingit.

SAEpe contingit, quod cum ad no-
ſtram audientiam appellatur, ꝑpter
defectum partis alterius neque per ſe, ne
que per reſponſalem idoneum appella-
tionem interpoſitam proſequentis, vel
forſitan ex malitia reſponſalis, manda-
tum procuratorium occultātis, lites quæ
de facili poterant terminari, remaneant
indeciſæ, cum frequenter iuris quæſtio
moueatur, cuius apud nos probationes
neceſſariæ non exiſtunt, & interdum eti
am facti quæſtio de leui poſſet partibus
præſentibus comprobari. Vnde licet in
Lateranēſi concilio fuerit conſtitutum,
vt ſi in quocunque negocio aliquis ap-
pellauerit, & eo qui appellatus fuerat ve-
niente, qui appellauit venire neglexerit,
competentem illi recompenſationem fa
ciat expēſarum, vt hoc ſaltē timore deter
ritus, in grauamen alterius non facile qs
appellet: quia tamen propter hoc quæſti
ones prorogant, p̄ſenti decreto ſtatui-
mus, vt ſi huiuſmodi appellatio, vel à iu-
dice recepta, vel à parte fuerit approbata,
poſt terminū appellationi p̄fixum, edicti
peremptorij vires obtineat, ita videlicet,
vt extunc in abſentē perinde ꝓcedatur, ac
ſi pēptorie vocatus ad iudiciū extitiſſet.

Extra lib. 2. tit. 28. cap. Reprehenſibilis

Quod ſi forſitan interpoſita prouoca
tio malitioſe recepta vel approbata non
fuerit, cum conſtiterit legitime ꝓuocatū,
nihilominus eam vigorem volumus ob
tinere, ſaluis conſtitutionibus de prouo
cantibus poſt ſententiam promulgatis,
quibus appellationes ſuas proſequi non
curantibus, poſt terminum appellationi
proſequendæ præfixum, rata manet ſen
tentia, quæ fuerat appellatione ſuſpenſa.

Quicquid autem contra citationem
peremptoriam poſſet ab abſente propo-
ni, aduerſus huiuſmodi appellationem
valeat allegari. Si quis autem terminum
appellationis præueniens tacita veritate
literas impetrauit, & careat impetratis, &
pœnam contumaciæ non euadat.

Hoc autem in litibus ſiue iudicijs ex-
ercendis volumus obſeruari.

IDEM LEMOVICENSI & Cathurcenſi Epiſcopis.

*Appellatione deſerta per negligentiam appel
lantis, poteſt iudex ex officio procedere in caſi-
bus, in quibus eius officium exuberat.*

Conſtit. CXV.

Ibid. cap. Conſtitutus.

COnſtitutus in p̄ſentia noſtra Cla-
remōtenſis Archidiaconus nobis
expoſuit quod Claremontenſi decana-
tu vacante quidam canonci vota ſua in
Epiſcopum tranſtulerunt, & Epiſcopus
cum quibuſdam alijs expreſſe conſenti-
entibus in eundē, Archidiaconus ei cō-
tulit decanatum, vndecim canonicis pri
us appellantibus, ne quis aſſumeretur in
decanum præter aſſenſum omnium, cū
electioni eius viginti quinque tum ꝑ ſe
tum Epiſcopo medio conſentirent.

Cunq; ſancti Marcelli presbyter Car
dinalis, tūc apoſtolicæ ſedis legatus, per
terras illas tranſitum faceret, non vt ap-
pellationi ad nos interpoſitæ derogaret,
ſed vt inſtructam transmitteret ad nos
cauſam, ſancti * Illudij & ſancti Andreæ Egidij.
abbatibus examinationem ipſius delega
uit, & mandauit eiſdem, vt partem con-
tradicentem electioni decani citarent ad
ipſum, cōtradictionis ſuę cauſam in eius
præſentia oſtenſuram. Et infra.

Intellecto igitur per aſſertionem car-
dinalis, quod ſub ea forma fuerat appel
latum, ne ſine aſſenſu omnium procede-
retur in electione decani, & quod appel
lantes appellationem infra annum non
fuerāt proſecuti, nec erat, propter quod
eis eſſet biēnium indulgendum, cū ſicut
bis ſimplicem nuncium infra tempus le
gitimum ad ſedem apoſtolicam deſtina
rant, ſic potuiſſent ſaltem ſemel procu-
ratorem idoneum deſtinaſſe: ne tū pem-
ptorias exceptiones ex eorū parte ꝓpoſi
tas videamur ſub ſilentio præterire, man
damus, quatenus ſi vobis conſtiterit ar-
chidiaconum facto Epiſcopi, ex q̄ nitit,
ſponte

ſponte renunciaſſe, vel prædictum Epiſcopum proceſſiſſe ad electionem ipſius, prætermiſſis prædictis, ſine qbus ne procederet in illa tranſlatione voluntatum, ex qua nititur Archidiaconus, proponi tur eſſe actũ, ei ſuper decanatu ſilentium imponatis: alioquin nominationem ſeu electionem taliter factam de alio, & quicquid fuerit ſequutum ex ipſa, denuncietis irritum & inane.

IDEM CANCELLARIO Metenſi.

Contra electum uel confirmatum nullum aliud ius expectantem, non admittitur regulariter exceptio uel appellatio, maxime fruſtratoria, ad impediendum electionis uel confirmationis effectum, ſed poſſeſſione habita, poterit accuſari uel denunciari.

Conſtit. CXVI.

Ibid. cap. Conſtitutis.

CONſtitutis in præſentia noſtra N. Decano ſancti Saluatoris, & Cantore Metenſi. Et infra.

Metenſis intimauit Epiſcopus, quod ſancti Saluatoris præpoſitura vacãte die electioni pfixo per patrem & filium, et ſanctum ſpiritum, in virtute obedientię, ac ſub animæ periculo Canonicos adiurauit, vt ſecundum Deum, & iuxta conſcientiam ſuam vnum eligerẽt de duobus, in quos partes videbantur oculos extendiſſe, quem Eccleſiæ magis vtilem, & idoneũ reputarent. Decanus autem cũ duobus diaconibus & ſubdiaconibus tribus, dictum cantorem in pꝑpoſitũ nominauit: Cantor vero ipſe, qui presbyterali officio fungitur, & cuſtos cum ſcholaſtico, & magiſtro B. ſacerdotibus, leuitis duobus, & ſubdiaconis quinq;, te cõcorditer elegerunt, electionem tanquam à maiore & ſaniori parte capituli factam, cum de perſonæ tuæ honeſtate cõſtaret, prædictus Epiſcopus confirmauit, & cũ tibi vellet domum & inueſtituram porrigere (vt moris eſt) decanus ad ſedẽ apoſtolicam appellauit contra te, impotentiam duntaxat allegans, proponẽdo te in partibus illis quaſi penitus impotẽtem, in quibus præpoſitiuæ poſſeſſiones exiſtunt: addens quod alia tibi obijceret in præſentia noſtra, quæ tunc in præſentia iudicis ſuſpecti noluit explicare.

Nos ergo, quia conſtitit euidenter illam appellationis cauſam, quæ fuit expreſſa, rationabilem non fuiſſe, aliam autem tunc non expreſſit, & ſi dixerit idem Decanus, quod aliam vellet obijcere coram nobis, decreuimus tuæ confirmationis effectum non debere per ea quę ſunt propoſita impediri.

Si quid tamen contra te non in modum exceptionis ad impediendum electionis & confirmationis effectum, ſed in modum denunciationiſ vel accuſationis duxerit proponẽdum, poſtquam pacificam ipſius prępoſituræ poſſeſſionem fueris aſſequutus, proponendi licẽtiam non negamus.

IDEM VIGORIENSI Epiſcopo.

Appellari poteſt, ſi locus non tutus partibus aſſignatur, etiam ſi ſit ſcriptum, appellatione remota.

Conſtitutio CXVII.

Ibid. cap. Ex parte tua.

EX parte tua. Et infra. Præſenti pagina rẽſpondemus, quod quum ex cuſetur honeſte, qui ad præſentiam delegatorum iudicum non poteſt ſecure venire, citatus tu vel tui quoties ad illos iudices vos euocari contigerit, ad quorum præſentiam vobis periculoſum eſt ire, libere poteris appellare, etiam ſi in literis commiſſionis appellationis fuerit remedium interclusum, niſi iudices vobis aſſignent locum idoneum & ſecurum.

IDEM EPISCOPO, DECAno & Præcentori Herfordenſibus.

Licite appellat reus, ſi non auditur excipiẽs procuratorem actoris non habere ſufficiens mãdatum, uel ſe prius conuentum per alias literas, de quibus non ſit mentio in ſecundis.

Conſtit. CXVIII.

Ibid. cap. Significauit.

SIgnificauit nobis magiſter hoſpitalis Eboracenſis. Et infra.

Pręterea capitulum Eboracenſe auctoritate quarundam literarum, in quarum ſigillo continebatur ſigillũ capituli ad citationes tantum, cum aliud ſigillum capitulũ illud noſcatur habere, quendã cõſtituebat actorẽ: ſed licet idẽ magiſter allegauerit, q̃d occaſiõe literaꝝ illaꝝ actor

 non

non deberet admitti, & inſuper adiunxiſſet,quod autoritate literarum quarundam à nobis ad alios iudices obtẽtarum prius conuentus, non debuit per literas poſteriores,in quibus nulla fuerat mentio de prioribus,conueniri,iudices tamẽ exceptiones huiuſmodi admittere noluerunt,propter quod vocem ad nos appellationis emiſit.

Quocirca mandamus,quatenus ſi vobis conſtiterit ob dictas cauſas, vel earũ aliquam ad noſtram fuiſſe audiẽtiam appellatum,reuocato in irritum quicquid noueritis poſt appellatiõem huiuſmodi eſſe factum,partes ad noſtram audientiã conuocetis,& in cauſa procedatis.

IDEM MAGISTRO G. ARchidiacono,& venerabili Normanno Canonibus Sueſſionenſicis.

Licite appellat reus,ſi non auditur,petẽs declarari rem petitam in libello.

Conſtit. CXIX.

Ibid. cap. Significantius.

Significantibus T.& R.fratribus, noſtro fuit apoſtolatui declaratum, q̃d quum inter ipſos ex vna parte,& V.ex altera,ſuper quadam terra corã iudicibus delegatis quæſtio verteretur, ipſi quum plures terras haberent,vt terra illa ſuper qua quęſtio vertebatur oſtenderetur eiſdem,à iudicibus poſtularunt:quod cum ipſi facere denegarent, ad noſtram audientiam prouocauerunt.

Quocirca mandamus,quatenus,ſi eſt ita,reuocato in ſtatum debitum, ſi quid poſt appellationẽ noueris attentatũ,&c.

IDEM EBORACENSI EPIſcopo,& Abbatibus de Luca no & monte molli.

Iudex à quo nõ poteſt ſtatuere terminum ad finiendam appellationem:quod ſi fecerit, intelligitur ſtatuiſſe ad ſe præſentandum.

Conſtit. CXX.

Ibid. cap. Ex inſinuatione.

EX inſinuatione Prioris & Canonicorum ſanctæ Barbaræ nobis innotuit,quod cum inter ipſos ex vna parte,& V.camerarium de Tangar. ex altera,ſuper quodam monaſterio coram iudice ordinario quæſtio verteretur, & idem Camerarius ad noſtram audientiam appellauerit,appellationi terminum non præfigens, dictus iudex, qui cauſam illius fouere videbatur,pro eo quod quidam clericus commenſalis ſuus dicti Camerarij in eadem cauſa fuerat aduocatus, hunc terminum appellationi præfixit, vt ad feſtum Purificationis vtraque pars eſſet ab appellationis proſequutione reuerſa, licet non potuit nobis legem imponere,vt eam teneamur infra dictum terminum expedire, quum & ſecundum legitimas ſanctiones lis, quę in conſiſtorio principis ſperatur inferri, abſque damno moræ intacta permaneat,donec ipſam faciat introduci,& à proceribus dirimi, iuxta morem. Interim autem nuncius Camerarij præueniens nuncium eorundem, nec ipſo vſque ad terminum legitimum expectato impetrauit literas & receſſit.

Quia vero fraus & dolus alicui patrocinari non debent, mãdamus,quatenus, ſi eſt ita,partibus cõuocatis, audiatis cauſam,& ſi de his conſtiterit, literæ Camerarij non valebunt.

IDEM ROFENSI ET Bondenſi Epiſcopis.

Qui extra iudicium appellat ex uerſimilibus & probabilibus cauſis,ne in poſſeſſione moleſtetur,ſi poſtea ſpoliatur, reſtituitur ante omnia in ſtatum,in quo erat tempore appellationis emiſſæ.

Conſtit. CXXI.

Ibid. cap. Bonæ memoriæ.

BOnæ memoriæ O. de camera perſona Eccleſiæ de Fan. viam vniuerſæ carnis ingreſſo, Abbas ſancti Auguſtini Cantuarienſis eiuſdem Eccleſiæ, quam ad ſe aſſerit pertinere, primo per quoſdam monachos, ſecundo per ſeipſum poſſeſſionem ingreſſus,ad nos pluries vocem appellationis emiſit, ne quis eum ſuper poſſeſſione ipſius Eccleſiæ præſumeret moleſtare. Cunque aliquandiu prædictam Eccleſiam pacifice poſſediſſet, quidam laici Cantuarienſis diœceſis ipſum Abbatẽ & monachos de poſſeſſione ipſius Eccleſiæ per violentiã eiecerunt. Et infra.

Procurator verò archidiaconi ꝓpoſuit ex aduerſo, q̃d defuncta pſona Eccleſiæ, archidiacono tm̃ datur eius cuſtodia: imo

63.diſt.ca. Si in blebibus. Archidiaconi, qui fuerunt pro tempore, tam de iure communi, quàm de generali cõſuetudine, tam in illa Eccleſia, quam in cęteris eiuſdem diœceſis hoc iure ſem per vſi fuere. Præterea præfatus O. nomine Archidiaconi Eccleſiam poſſedit eandem, vtpote qui ei vnam procuratiõem, & quinq; ſolidos nomine eccleſię annis ſingulis exoluebat. Et infra.

Præmiſſis igitur diligenter inſpectis, prædictos Abbatem & monachos in eũ ſtatum, in quo tempore appellationis factæ ex veriſimilibus & probabilibus cauſis ad nos legitime interpoſitæ fuiſſe noſcũtur (proprietatis parti vtrilibet ſaluo iure) decernimus reducendos, ac fructus medij temporis perceptos cenſuimus pariter aſſignandos eiſdem.

IDEM SANCTI AVGVſtini & ſancti Gregorij Prioribus.

Itineris arreptio habet uim appellationis, ſi ſeruantur ea quæ ſeruari debẽt in appellatione.

Conſtitutio CXXII.

Ibid.cap. Dilecti filij. DIlecti filij Io. & H. Prioris, & monachorum Cantuarienſis Eccleſię nuncij retulerunt, quod cum pro cauſa, quę inter dictos Priorẽ & monachos & Cantuarienſem Archiepiſcopum ſuper capella de Lamede verteretur, ab ipſis ad ſedem Apoſtolicam mitterẽtur, idem Archiepiſcopus poſt iter arreptũ in eos excommunicationis ſententiam promulgauit.

Cum autem plus ſit ad ſedem Apoſtolicam ſacto prouocare q̃ verbo, & ipſis propter dictam cauſam ad Romanã Eccleſiam veniẽtibus, intelligitur ad ſedem Apoſtolicam prouocatum, mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictos Io. & H. denunciétis excommunicationis vinculo non teneri.

IDEM EPISCOPO Elienſi.

Per clauſulam, appellatione remota, inhibetur omnis appellatio, quæ à iure non indulgetur expreſſe.

Conſtit. CXXIII.

Ibid. cap. Paſtoralis PAſtoralis officij diligentia. Et Infra. Quęſiuiſti, vtrum quando inhibetur appellatio in reſcripto, fruſtratoria tantum inhibita videatur.

Nos igitur attendentes, quod per appellationem fruſtratoriam, etiam ſi non fuiſſet inhibita, negocium nõ debeat impediri, reſpõdemus, quod quęlibet prouocatio intelligitur remoueri, quę à iure non indulgetur expreſſe: ſed ſi appellans fuerit grauatus iniuſte, grauamen huiuſ modi per ſuperiorem poterit emendari.

Verum, quia multoties quis ad tempus per appellationem legitimam à iudicis ſui, quo ad aliquem certum articulum, eximitur poteſtate: conſuluiſti nos, vtrum ſi quis excõmunicationis ſententia innodatus, ante denũciationem ipſius ab ea tanquam minus rationabiliter promulgata in eo caſu, in quo ante ſententiam appellatoriam vires obtinuiſſet, curauerit prouocare, eo quod per appellationem interpoſitam excommunicantis videtur iuriſdictio dormitaſſe, ipſe denunciare poſſit eundem, & ad tempus eccleſiaſticis beneficijs clericum ſpoliare.

Nos itaq; reſpondemus, quod quum executionem excommunicatio ſecũ trahat, & excommunicatus per denunciationem amplius non ligetur, ipſum excommunicatum denũciare poteſt, vt ab alijs euitetur: & illi prouentus eccleſiaſtici merito ſubtrahuntur, cui Eccleſiæ cõmunio denegatur.

IDEM EPISCOPO Parrhiſienſi.

Si appellans ad ſuperiorem comparet corã iudice inferiori ſuper concernentibus ipſam appellationem, ipſi appellationi renunciare uidetur. Si autẽ proteſtetur, quod propter hoc non intendit renunciare appellationi, tanquam contraria allegans, non eſt audiendus, niſi notorium ſit actum illum eſſe iniuſtum, ſuper cuius emendatione adiuit inferiorem.

Conſtit. CXXIIII.

SOlicitudinem paſtoralis. Et infra. Sane quum ſicut recepimus duobus coram Epiſcopo litigantibus alter eorum ad ſedem Apoſtolicam appellaſſet, Epiſcopus appellantem reputans cõ tumacẽ, ipſum excõmunicationis vinculo innodauit: q corã metropolitano de Epiſcopo ſibi petijt iuſtitiam exhiberi, aſſerens quod poſt appellationem legitimeadnos interpoſitam ipſum excommuni Ibid.cap. Solicitudinem paſtoralis.

municauerat, & petẽs ſe ad eum ſtatum, in quo fuerat appellationis tempore, à metropolitano reduci, denunciari videlicet abſolutum, adijciens etiam quod appellationi non renunciabat obiectæ, ſed proſequi volebat eandem. Et infra.

Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſicut metropolitanus de appellatione ad nos interpoſita cognoſcere omnino nõ valet, ſic nec de his quæ poſt appellationem fuerant innouata, dũmodo de alijs cognoſci non poſſit, niſi de appellatiõe pariter cognoſcatur, vel de his q̃ appellationis cauſam contingere dinoſcũtur. In q̃ caſu ſi metropolitanus ad cognoſcendum partes ſuas interponere forte pręſumeret, Epiſcopus poſſet ad appellationis beneficium conuolare. Nam ad officium eius, qui de appellatione cogniturus eſt, pertinet prudenter corrigere quæ contra ipſam inuenerit attentata: ſi vero notorium exiſteret, quod mandatum Epiſcopi indiſcretum fuerat, vel iniuſtum, cui non tenebatur ſubditus obedire, ac per conſequentiam ei liq̃bat euidenter ſubditum legitime prouocaſſe, poteſt Archiepiſcopus autoritate metropolitani declarare ſubditum irrationabiliter extitiſſe anathematis mucrone percuſſum. Cum autem excommunicatus, qui appellauerat iuxta perſcriptam formam coram Archiepiſcopo, deponit contra Epiſcopum quęſtionem, metropolitanus ad cognoſcendum de cauſa poteſt interponere partes ſuas, cum ille appellationis proſecutioni renunciaſſe tacite videatur: ſed ſi verbo vel facto appellationem ſe velle proſequi proteſtet, non eſt tanquam aduerſa petens & ſibi contrarius audiendus.

IDEM EPISCOPO ET Cantori Trecenſibus

Per appellationem legitime interpoſitam principale cum acceßorijs ad iudicem appellationis defertur, & ſententiæ excommunicationis & interdicti poſt appellationem latæ non tenent.

Conſtit. CXXV.

Ibid. cap. Dilectis filijs

Dilectis filijs Decano Altiſiodorẽſi, ac magiſtro R. Altiſiodorenſis Epiſcopi procuratore in noſtra præſentia conſtitutis, idem magiſter propoſuit, quod cum dictus Epiſcopus presbyterũ domus dei, in qua diſpenſationẽ plenariam obtinere dinoſcitur, detineri faceret vinculis mãcipatum, pro eo quod bona quædam eiuſdem domus, quæ furtiue ſubtraxerat, reſtituere detrectabat, ꝓpter quod etiam ab eodem Epiſcopo excommunications fuerat vinculo innodatus, & ſupradictus decanus Epiſcopũ monuiſſet, vt ei reſtitueret vel ſaltem recrederet presbyterum memoratum, quẽ ad iuriſdictionem ſuam pertinere firmiter aſſerebat, Epiſcopus metuens ne decanus aliquid in ſuum præiudicium attentaret, ſe ac ſuos, ſtatum eccleſiæ, ac ciuitatis, ꝓtectioni metropolitani ſupponens, ad eius audientiam appellauit. Verum decanus poſt modicum tempus interdictũ huiuſmodi promulgauit, vt epiſcopo in ciuitate præſente à diuinis in Altiſiodorenſi eccleſia ceſſaretur. Poſtmodum vero, cum die appellationi præfixo comparuiſſent partes coram officiali curiæ Senonenſis, decanus allegans quod appellationi ab Epiſcopo interpoſitæ ideo nõ duxerat deferendum, quoniam presbyter ſupradictus adhuc in vinculis tenebatur, quando ad nos vocem appellationis emiſit. Officialis autem iudicauit irritũ interdictum à decano poſt appellationem Epiſcopi promulgatum. Et infra.

Quia vero idem Epiſcopus diuerſos modos expreſſit, ſecundum quos decano paratus fuerit ſuper captione presbyteri iuſtitiam exhibere, ad metropolitanam ſedem appellans, decanus non potuit poſt hoc ferre ſententiam interdicti, & ideo ſententiam ipſam ab eo poſt appellationem legitime promulgatam irritam decernimus & inanem: non obſtante quod decanus ad excuſationem ſuam quaſi variando propoſuit, quod priuſq̃ Epiſcopus appellaſſet, ſententiam tulerat, cuius effectũ ad tempus duxerat ſuſpendendum, cum interim appellatione interpoſita procedere non debuerit ad ſententiam exequendam, officialis proceſſum, qui poſt appellationẽ huiuſmodi ſententiam interdicti irritam & inanẽ decreuit, temerarium iudicans, cum appellatione ad nos interpoſita nil debuit

in

innouari. Præterea licet excommunicationis ſententia in Decanum per Epiſcopum promulgata, rite lata prima facie videretur, quum per dictum Officialem eſſet prohibitum, ne ſeruaretur in Eccleſia interdictum, & Decanus ne celebraretur in Eccleſia prohibendo, diuinum videretur officium pturbare: q̃a tamen per appellationem ad nos interpoſitam ex parte Decani, cui etiam officialis duxerat deferendum, apoſtolos concedendo, non ſolum principale negocium, ſed acceſſoria etiam ad noſtrum referebantur examen, eandem ſententiam poſt appellationem promulgatã decernimus viribus caruiſſe. Verum licet Archiepiſcopus poſt appellationem prędictam, de qua ſibi per officialis literas innotuerat, Decanum denunciauerit eui tandum: Senonenſes tamen canonicos, qui ſaniori ducti conſilio communicauerunt eidem, vt appellationi ad nos interpoſitę magis quàm denunciationi ab Epiſcopo factæ deferrent, inculpabiles iudicamus.

IDEM MEDIOLANENSI Archiepiſcopo.

Poſtquam Papa aliquam cauſam ad ſe reuocat, non ualet proceſſus poſtea per minorem iudicem factus, ſicut non ualeret, ſi fuiſſet ab eo legitime appellatum.

Conſtit. CXXVI.

Ibid. cap. Vt noſtrũ.

VT noſtrum prodeat de vultu Dei iudicium, Et infra. Iudicibus dedimus in mandatis, vt ſi poſt ſecundũ mandatum, per quod totius cognitionem negocij ad noſtrum iudicium reuocauimus, traditionem ſigilli dicto H. à te cognoſcerent eſſe factam, eam decernerent irritam & inanem, inhibentes illi, ne quomodolibet eo vti præſumeret, Cum plus ſit Romanum Pontificem ad ſe aliquod negocium reuocare, quam quenquam ad eum ſuper aliquo negocio prouocare.

IDEM ABBATI SANCTI Felicis, & G. Canonico Bononienſi.

Si terminum appellationi proſequendæ ſtatutum ab homine, altera pars præuenit, hoc tacito literas impetrando, literæ non ualent: ſed terminum iuris etiam appellatus præuenire poteſt, dummodo nimium non præcurrat: & ubi ex dilatione imminet periculum (etiam neutra parte proſequente) poteſt iudex ad quem ſupplere partes, compellendo ad proſequutionem.

Conſtit. CXXVII.

Ibid. cap. Oblatæ nobis.

OBlatæ nobis veſtræ literę continebant, quod quum quidam iudices, quibus cauſa, quæ inter Sambrienſem & Rinocorenſem plebes vertebatur, fuerat ab Apoſtolica ſede commiſſa, pro plebe Sambrienſi ſententiã protuliſſent, ac à procuratoribus plebis de Rinocor. ad nos fuerit ſine termino appellatum, nec delatum appellationi fuiſſet, nec ad proſequutionem ipſius terminus à iudicibus partibus aſſignatus: plebanus de Sambro. ſuper obſeruatione p̃dictę ſententiæ, ſicut rationabiliter lata erat, noſtras ad vos literas, & alia pars alias cum miſſionis literas à nobis ſuper infirmanda eadem poſtmodũ ad alios iudices impetrauit, nulla in poſterioribus literis de prioribus habita mentione. Vnde in dubitatione reuocato, an poſteriores iudices vel vos de illa debeatis cognoſcere, nos ſuper hoc conſulere voluiſtis. Et infra.

Licet igitur appellanti legitime à ſententia indulgeatur annus à lege, aut ex iuſta cauſa biennium ad appellationem interpoſitam proſequendã: quia tamen huiuſmodi terminus poteſt reſtringi, non ſolum à prouocante, verũ etiam à iudice, à cuius ſententia prouocatur (cum ideo ſit conſtitutum, nõ vt terminus ipſe præueniri non poſſit, ſed ne valeat prorogari) credimus diſtinguẽdum in quo caſu literæ impetrantur. Et quidem quando certus terminus ab appellante, vel à iudice appellationi præfigitur proſequendę, ſi eo tacito appellatus literas impetrauerit, huiuſmodi literæ tanquam tacita veritate ſurreptæ obtinere non debent aliquam firmitatem.

Supra eodem lib. cõſtit. cxi.

Si vero nõ ſit aliquis terminus à iudice vel ab appellante præfixus, pars appellata infra terminum conſtitutum à lege (dummodo nimium non pręcurrat, vt appellantem in commiſſione impetrandã ſupplantet) commiſſionis literas poterit impetrare, quarum autoritate in ap

pella-

pellationis cauſa legitime ꝓcedatur, ita quod ſi appellans voluerit in cauſa appellationis procedere, oportebit eum agere ſub iudice ſic obtento, niſi poſſit eum legitime recuſare. Quod ſi agere noluerit, appellatus poteſt nihilominus ꝓſequi cauſam ipſam, maxime ſi ſentiat ſibi ex dilatione imminere grauamen.

Superior quoq; iudex ſi viderit ex dilatione periculum imminere, poteſt & debet neutro proſequēte appellationem occurrere, vt periculum euitetur: puta ſi à ſententia lata ſuper confirmatione alicuius electi fuerit ꝓuocatū, & vtraq; pars velit etiam ad annum proſequutionem appellatiōis differre, poteſt vtiq;, imo debet ſuperior iudex, ad quem fuerat appellatum, terminum prouide moderari, ne gregi dominico diu deſit cura paſtoris.

Ex his igitur conſultationi veſtræ noueritis eſſe reſpōſum, quod per poſteriores nō derogatur prioribus legitime impetratis, per quas ad confirmandam ſententiam, vel infirmandam præuia poteſt ratione procedi.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Altera parte contumaciter abſente, poteſt iudex appellationis etiam principale negocium diffinire, ſi poſt litem conteſtatam fuerit appellatum.

Conſtit. CXXVIII.

Ibid. cap. Per tuas literas.

PEr tuas literas requiſiſti, vtrū ſi poſt latam ſententiam, vel ſaltē poſt depoſitiones teſtium publicatas fuerit apte appellatum, hi qui ſuper hæc delegantur à nobis, ſi altera partium eorum ſe noluerit conſpectibus præſentare, cauſam ſibi delegatam iudiciali poſſint calculo terminare.

Nos igitur cōſultationi tuę taliter reſpondemus, quod quum lis ſit ſuper eodem negocio coram primis iudicibus legitime conteſtata, poterunt iudices delegati (eo qui conuenitur ſe per contumaciam abſentante) cum eis de meritis cauſæ liquebit, commiſſum ſibi negocium diffinire.

DE CONFIRMATIONE VTILI VEL INVTILI.

INNOCENTIVS PAPA tertius Decano Padebornēſi.

Innouatio priuilegij nouum ius non tribuit, nec antiquum cōfirmat, ſed ſi quod competebat, conſeruat.

Conſtit. CXXIX.

Extra lib. 2. tit. 30. de confirmatione vtili vel inutili. cap. Cum dilecta in chriſto filia.

CVM dilecta in Chriſto filia Abbatiſſa & ſorores Eccleſię de Gardeuenenſi, ſua cuperent priuilegia innouari, propter viarū diſcrimina q̄tuor Epiſcopis & Abbatibus totidem, vt ea inſpicerēt diligenter, & tenorem ipſorum fideliter tranſſcribentes ſub ſigillis ſuis nobis remitterent duximus iniungendum. Et infra.

Nos autem tam legato, qui ſub ſigillo proprio ea noſtro fecit conſpectui præſentari, quàm inquiſitoribus ipſis fidem debitam adhibētes, licet non videremus, quare non deberent eadem priuilegia innouari: quia tamen C. maioris Eccleſiæ, & I. ſanctæ Crucis Canonici propoſuerunt Hildeſemenſem Eccleſiam in poſſeſſione ſubiectionis ipſius monaſterij per centum annos & amplius extitiſſe, priuilegia ipſa tunc non duximus innouanda.

Vnde iudicibus dedimus in mandatis, vt ad locum idoneum accedentes, citatis qui fuerint euocandi, inquirerēt ſuper his diligentius veritatem, à quibus pars Hildeſemenſis Eccleſiæ, ad apoſtolicam ſedem appellauit. Nuper autem iterato prædicta petijt Abbatiſſa, quatenus deberemus priuilegia ſuæ Eccleſiæ renouare. Ex aduerſo vero fuit poſtulatū, vt cauſam ipſam diſcretis viris committere dignaremur, qui teſtes reciperent, quos contra priuilegia monaſterij & ad probā dum præſcriptionem legitimam inducere proponebant.

Nos igitur attendentes, quod iure ſit ciuili ſtatutum, vt quando periculum teſtium formidatur, ne veritas occultetur, vt probandi copia fortuitis caſibus ſubtrahatur, etiam lite non conteſtata, teſtes valetudinarij, & alij, de quibus ex aliqua rationabili cauſa timetur, ad teſtimoniū admittantur: eiuſdem æquitatis ſimilitu

dine

dine prouocati, prędicta priuilegia, quaſi iam nimia vetuſtate conſumpta, quum fuerint non in pergameno, ſed in papyro conſcripta, duximus innouanda, nolentes quod ex innouatione huiuſmodi nouũ ius monaſterio acquiratur, ſed antiquum, ſi quod habet, per innouationẽ priuilegij conſeruetur.

Quia vero præfatum monaſteriũ ad ius & proprietatem apoſtolicæ ſedis per priuilegia prædeceſſorum noſtrorũ pertinere monſtratur, ne ius Eccleſiæ Romanę remaneat indefenſum, eandem Abbatiſſam procuratricem ipſius duximus ſtatuendam, vt cũ aduerſus Romanæ Eccleſiæ poſſeſſiones & iura non niſi centenaria currat pſcriptio, ipſa ſup hoc, & alijs, vice noſtra procuret, quæ coram te in iudicio fuerint procuranda.

Nolentes igitur, q̃d de ſtatu eiuſdem monaſterij diutius dubitetur, mãdamus, quatenus locum tutum & commodũ eligens, recipias teſtes, quos ad præſcriptionem probãdam Hildeſemenſis Eccleſia, vel ad interruptionem oſtendendam cœnobium duxerit producendos: & ſi legitimam pſcriptionẽ probauerit, vt intendit, niſi probata fuerit interruptio ex aduerſo, ſubiectionẽ ipſius monaſterij adiudices Epiſcopo memorato, cũ conſtet ipm in ſua diœceſi cõſtitutum, priuilegium, q̃d monaſterio innouari fecimus, corrumpẽdo: alioquin eidem ſuper hoc perpetuum imponens ſilentium, monaſteriũ pronuncies perpetua libertate gaudere, noſtro ſibi priuilegio reſignato.

IDEM EPISCOPO ET Præpoſito Vticenſibus.

Non ualet confirmatio quam religioſus impetrauit à Papa ſuper temporali adminiſtratione, ſeu prioratu, ſi tacuit ſe regularem, ſi uero expreſſit, reſcriptum præſumitur falſum, quia Papa non conſueuit concedere.

Conſtit. CXXX.

Ibid. cap. Ad noſtrã audientiã

AD noſtram audientiam Præpoſito Nemanenſis Eccleſiæ ſignificante peruenit, quod quidam Canonici Nemanenſis Eccleſię à nobis literas confirmationis ſuper adminiſtrationibus ſuis obtinere laborant, religionis ſuæ conditione ſuppreſſa.

Cum igitur regularibus perſonis nõ conſueuerit Apoſtolica ſedes aliqua perſonaliter confirmare, mandamus, quatenus confirmationes, quas ab ipſis canonicis, quum regulares exiſtant, noueritis taliter impetratas, denuncietis irritas & inanes.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Concordat cum capitulo ſupra proxime poſito. Conſtit. CXXXI.

POrrecta nobis ex parte tua petitio continebat, quod plures ex religioſis, qui prioratibus & alijs adminiſtrationibus pręſunt, à nobis ſuper ipſis quoad vixerint poſſidendis, confirmationis literas ſe aſſerunt impetraſſe. Et infra. Ibid. cap. Porrecta nobis ex parte

Cum igitur à cancellaria noſtra huiuſmodi literas emanaſſe nõ credamus, mandamus, quatenus illos, qui tales literas exhibuerint, in quibus prioratus vel adminiſtrationes tanq̃ religioſis confirmãtur, eoſdẽ punias tanquã falſitatis autores. Si vero in eis non ſit mẽtio religionis ipſorum, illas tanquam tacita veritate ſurreptas denuncies non valere.

IDEM NOBILI VIRO MATthæo de Riuarijs.

Sententia ſeu laudum contra formam iuris uel compromiſſi latum per arbitros, licet per Papã in forma communi fuit confirmatum, non tenet. Conſtit. CXXXII.

EXaminata cauſa, quę vertitur inter te, & milites Campanicos ſuper Eccleſia ſancti Angeli, perpendimus arbitrium, quod vicedominus Sabinenſis dicebatur ſuper eodem negocio promulgaſſe, contra formam iuris & compromiſſi fuiſſe dictatum. Vnde quum non obſtante confirmatione Celeſtini Papæ prædeceſſoris noſtri, qui confirmauerat illud, ſicut prouide latum fuerat & ab vtraq; parte receptum, decernimus ipſum irritum & inane. Ibid. cap. Examinata.

Libri ſecundi FINIS.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMInis tertij, Conſtitutionum Decretalium in Eccleſia Catholica Liber tertius, agens potiſſimum de Vita & honeſtate Clericorum, de rebus negocijsq́; ad eos pertinentibus, denique de Eccleſijs earundemque attinentijs.

DE VITA ET HONESTATE Clericorum.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei, dilecto nobis N. Apoſtolicæ ſedis Legato.

Eccleſiaſtici iudices & delegati gratis iudicare debent, nec exigere poſſunt decimam, uel aliam quotam litis, etiam ſi hoc habeat conſuetudo.

Conſtit. I.

Extra lib. 3. tit. 4. de vita & honeſta cleri corum. cap. Cum ab omni ſpecie. 1. Theſ. 5

CVM ab omni ſpecie mali præcipiat Apoſtolus abſtinere. Et infra. Sane ad audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit, quòd cum ex delegatione noſtra cauſas ſuſcipitis pertractandas, more ſecularium ſuper decima litis vel parte alia, pro diuerſa terrarum cõſuetudine, præter expenſas victualium cum litigantibus receptis pignoribus, pro ſalario conuenitis: non attendentes, quod ad hoc vobis & alijs clericis ſint eccleſiaſtici redditus deputati, vt ex ipſis honeſte viuere debeatis. Et infra. Ideoq́; mãdamus, quatenus ab huiuſmodi exactionibus de cętero abſtinẽtes, vigorem iudiciarium gratis ſtudeatis litigantibus impartiri: non obſtãte quod in fraudem à quibuſdã proponitur, quòd id exigatur nomine aſſeſſorum, cum nec iuſtum iudicium iudici vendere liceat, & venales ſententiæ ab ipſis etiam ſecularibus legibus reprobentur.

IDEM LIVONIENSI EPIſcopo & eis qui cum eo ſunt fratribus.

Ad euitandum ſcandalum, poſſunt religioſi diuerſi habitus miſſi ad prædicandũ de nouo conuerſis, ſe in unum ſuperiorem habitum & propoſitum conformare.

Conſtit. II.

DEus qui Eccleſiam ſuã noua ſemper prole fœcundat. Et infra. Ne igitur, ſi diſpar in vobis obſeruantia fuerit, & diſſimilis habitus apud eos, quibus vnum Euangelium prædicatis, ſcandalum ſuſcitetur, mandamus, quatenus eo non obſtante, quod inter vos monachi ſunt, & canonici regulares, vel alij etiam regularẽ vitam ſub alia diſtrictione profeſſi, om̃es pariter in vnum regulare propoſitum & honeſtum habitũ, quantum ad hoc ſpectat officium, conformetis. Ibid. cap. Deus qui.

IDEM INNOCENTIVS Papa tertius.

Ludi theatrales etiam prætextu conſuetudinis in Eccleſijs uel per clericos fieri non debent.

Conſtit. III.

CVm decorẽ domus Dei. Et infra. Interdũ ludi fiunt in Eccleſijs theatrales, & non ſolum ad ludibriorum ſpectacula introducuntur in eis monſtra laruarum, verum etiam in aliquibus ſeſtiuitatibus, diaconi, presbyteri, & ſubdiaconi in- Ibid. cap. Cum decorem.

ni ig-

ni inſaniæ ſuæ ludibria exercere præſumunt.Et infra.
Fraternitati veſtræ mãdamus, quatenus, ne per huiuſmodi turpitudinẽ Eccleſiæ inquinetur honeſtas,prelibatam ludibriorum conſuetudinem vel potius corruptelã curetis à veſtris Eccleſijs extirpare.

DE COHABITATIONE clericorum & mulierum.

INNOCENTIVS PAPA III.

Exonienſi Epiſcopo.

Si fornicatio clerici ita eſt publica, quod tranſit in notorium, nec accuſator nec teſtis neceſſarius eſt,ſed ſi eſt publica per ſolam famam, non ſufficiunt ad condemnationem ſola teſtimonia,id eſt,teſtium dicta non iuratorum, ſed ſi ex hoc oriretur ſcandalum,indicitur purgatio, in qua deficiens canonice punitur.

Conſtit. IIII.

Extra lib. 3. tit. 2. de cohabitatione clericorũ & mulierũ. cap. Tua nos duxit

TVa nos duxit fraternitas conſulendos, ſi de clericis publice concubinas habentibus, q quando à te cõueniuntur ſe eſſe cõcubinarios diffitẽtur,nec apparet cõtra eos legitimus accuſator,credendum ſit teſtimonio bonorũ virorum,inter quos viuere dinoſcuntur.

Nos igitur cõſultationi tuæ taliter reſpondeamus, quod ſi crimen eorum ita publicum eſt, vt merito debeat appellari notorium,in eo caſu nec teſtis,nec accuſator eſt neceſſarius:cum huiuſmodi crimẽ nulla poſſit tergiuerſatione celari. Si vero publicum eſt,non ex euidentia, ſed ex fama,in eo caſu ad condemnationem eorũ ſola teſtimonia non ſufficiunt, cum non ſit teſtimonijs,ſed teſtibus iudicandum.Sed ſi de clericis ipſis talis habeatur ſuſpicio,vt ex ea ſcandalum generetur in populo,licet contra ipſos non apparuerit accuſator,eis tamen eſt canonica purgatio indicenda:quam ſi præſtare noluerint,vel defecerint in præſtãda,eos canonica debebis animaduerſione punire.

IDEM EPISCOPO PISTOrienſi.

Mulieres quænam & quando permittantur clericis cohabitare.

Conſtit. V.

A Nobis tua fraternitas requiſiuit. Et infra. Cum clericis quoque non permittas mulierculas habitare,niſi forte de illis perſonis exiſtant,in quibus naturale fœdus nihil permittat ſæui criminis ſuſpicari.

DE CLERICIS CONiugatis.

INNOCENTIVS PAPA III.

Noruicenſi Epiſcopo.

Auferenda ſunt clerico beneficia, quæ habebat tempore contractus matrimonij:collata vero poſtmodum ſcienter per Epiſcopum,per eundem auferri non poſſunt,ſed per ſuperiorem.

Conſtit. VI.

DIuerſis fallacijs. Et infra. Accepimus aũt quod quidã clerici tuę diœceſis, q matrimoniũ cõtraxerunt,eccleſiaſtica bñficia detinere cõtendũt, in quorum conuerſatione cithara cum pſalterio male concordat. — Extra lib. 3. tit. 3. de clericis cõiugatis. cap. Diuerſis fallacijs. — 1. Cor. 7

Cum ergo vir cogitet quõ placere poſſit vxori,& ideo minus quę Dei ſunt valeat cogitare, cũ quaſi diuiſus in duo,plenam ſui nõ habeat poteſtatẽ, vt ei, à quo ſtipẽdium recipit,plenius ſamuletur, mãdamus,quatenus huiuſmodi clericos beneficijs eccleſiaſticis, quæ in tua diœceſi ſunt adepti,priues,appellatione remota: præſertim quum rerum eccleſiaſticarum ſubſtantia per tales ſoleat deperire. Niſi forte tu talibus ſcienter contuleris eccleſiaſtica beneficia, quibus eos non per te, ſed per ſuperiorẽ decernimus ſpoliãdos. — 28. diſt. ca. Siracuſanæ.

IDEM ARCHIEPISCOPO Archeronenſi.

Filius ſacerdotis Græci ex uxore genitus, licite inter Latinos promouetur,ſi ſcandalum non obſiſtat. Conſtit. VII.

CVm olim ad noſtrã audientiã perueniſſet,q̃d canonici Anglorieñ. cãtorẽ Tricariceñ. ſibi elegerint in paſtorem.Et infra.Licet tibi de forma electionis canonice ac idoneitate pſonæ in alijs conſtitiſſet,mouit te tñ, q̃d cũ pater eius Græcus fuerit,& iuxta ritũ Gręcorũ vxorem duxerit in minoribus ordinibus cõſtitutus,cantorem ipſum ex vxore legiti — Ibid. cap. Cum oli. — 31. diſt. ca. Si quis eorum.

ma in ſacerdotio ſuſcepiſſet.

31. diſt. ca. Nicæna. & ca. Qm̄ & ca. Aliſ

Nos igiť attendentes, q̄d oriētalis eccleſia votū cōtinentiæ nōn admiſit, qm̄ oriētales in minoribus ordinibus cōtrahunt, & in ſupioribus vtunť matimonio iā cōtracto, mandamus, q̄tenus, niſi p eo q̄d inter Latinos græci hmi cōuerſanť, regiōis cōſuetudo repugnet: ſi aliud canonicū nō obſiſtat, ad cōfirmationē & cōſecrationē eiuſdē ſine dubitatiōe pcedas.

32. diſt. ca. Placuit.

IDEM EPISCOPO PICTAUIENSI.

Clericus coniugatus non beneficiatus, non cogitur deferre tonſuram. Conſtit. VIII.

Ibid. cap. Ioannes.

IOānes nobis conq̄rendo mōſtrauit, q̄d tu eū, quāq̄ iā dudū vxorē legitimā duxerit, p eo q̄d prius in Acoluthū fuerat ordinatus, cōpellere niteris, vt tōſurā deferat clericalē: ex q̄ inter ipſum & vxorē ſuā poſſet ſcādalū generari, de cōſuetudine terræ tuæ clerici vxorati non cogantur inuiti portare tonſuram.

27. queſt. 4. ca. Si qs ſuadente.

Qm̄ igiť idē etiā tōſoratus, nō poteſt priuilegio clericali gaudere, Mādamus, q̄tenus ipſum ſup tōſoratione hmōi non moleſtes, dūmodo nullū pcipiat beneficiū eccleſiaſticū, cuius ratiōe teneať clericalē deferre tōſurā: qa cū eū oporteat ſecularibus negocijs immiſceri, tōſura ipſius ſecularia exercētis videreť pſecto in miniſterij noſtri vituperium redundare.

IDEM INNOCEN. PAPA III.

Vxorati non admittūtur ad eccleſiaſticas dignitates, & coguntur dimittere quas habent.

Conſtit. IX.

Ibid. cap. Cum decorem.

CVm decorē domus Dei. Et infra. Eos q ſunt publice vxorati, nō admittatis de cætero ad eccleſiaſticas dignitates, dimiſſis ab eis, quas nō poſſunt ſine prauo exēplo & graui ſcandalo retinere.

DE CLERICIS NON reſidentibus.

INNOCENTIVS PAPA III. Capitulo Raguſino.

Priuandus eſt prælatus uel clericus non reſidens, qui citatus non reuertitur in termino ſibi præfixo, niſi habeat iuſtum impedimentum.

Conſtit. X.

Extra lib. 3. tit. 4. de cleric. nō reſident. cap. Qualiter.

QValiter archiepiſcopus veſter temeritate, ppria receſſit ab eccleſia Raguſinēſi, nec iā vltra quadriēnium expectatus redierit, p literas etiā veſtras reuocatus. Et infra. Diſcretioni veſtræ mādamus, q̄tenus, niſi ſorſitan iam redierit, vos poſt menſem à receptione p̄ſentium perſonam vobis idoneam in archiepiſcopum eligatis.

IDEM PATRIARCHAE Conſtantinopolitano.

Argumentū idē, quod & capitis præcedentis.

Conſtit. XI.

Ibid. cap. Inter quatuor.

INter q̄tuor animalia. Et inf. De clericis q eccleſias vel p̄bēdas ſibi cōceſſas ſine iuſta & neceſſaria cauſa deſerūt, tuo p̄ſertim nō accedēte cōſenſu, hoc tibi duximus reſpōdendū, q̄d poſtq̄ cōgruo tēpore fuerint expectatę, niſi redierint ad illas, poſſunt eis iuſte priuari, dūmodo non ſint iuſto impedimento detenti.

21. queſt. 2. ca. Placuit.

IDEM ARCHIEPISCOPO Panormitano.

Si neſcitur ubi ſit clericus, tribus publicis edictis citabitur in eccleſia ſua: & ſi infra ſex mēſes non reuertitur, priuabitur eccleſia ſua.

Conſtit. XII.

Ibid. cap. Ex tuæ deuotionis.

EX tuę deuotiōis. Et inf. In eccleſijs, eorꝫ qui ſe fraudulenter abſentant, nec ad ipſos valet citatio puenire, trinæ citatiōis edictū facias publicari, & ſi nec ſic curauerint obedire, & vltra ſex menſes ſuas deſeruerint eccleſias, eis debent merito ſpoliari, cōtra eos etiā pcedatur, vt ipſos p ſuſpenſionis & excommunicatiōis ſententiā ad tuā obedientiā venire cōpellas. Quod ſi nec ſic eorū malitia poterit emolliri, eos B. tituli S. Suſannę presbyter Cardinalis apoſtolicę ſedis legatus à ſpiritualiū adminiſtratione remoueat, & quibus p̄ſunt eccleſijs de pſonis idoneis faciat puideri, ſed in eos degradationis ſententiam non pmulget, vt cū eis miſericorditer, ſi expediat, facilius agi poſſit.

IDEM EPISC. ALTISIOD.

Priuilegiatus & abſens in ſtudio, fructus præbendæ recipiat, exiſtens in uilla uel caſtello, ubi nullum eſt uel minus competens ſtudium, priuilegio non utitur.

Tuæ

Conſtit. XIII.

Ibid. cap. Tuæ fraternitatis

TVæ fraternitatis diſcretio poſtulauit. Et infra. Quæſiuiſti præterea, vt cũ interdũ canonici, quibus ſtudioꝝ gratia eſt indultũ, vt in abſentia ſua fructus ꝑcipiant p̄bendaꝝ ſuaꝝ, accepta licentia ſe ad villas transferũt vel caſtella, in qbus nullũ eſt vel minus competens ſtudiorũ exercitiũ, vtrũ p̄bendarũ ſuarũ fructus ſint talibus cõferẽdi. Ad ꝗd breuiter reſpõdemus, eis q huiuſmodi fraudẽ cõmittũt, cũ fraus & dolus nemini debeat patrociniũ impartiri, præſatam indulgentiam competere non debere.

DE PRAEBENDIS & dignitatibus.

INNOCENTITS PAPA III. Zamorenſi Epiſcopo.

Ordinato ad ſacros per epiſcopum ſine titulo nemine præſentante, ordinator uel ſucceſſor compellitur in neceſſarijs prouidere, donec titulum habuerit. Conſtit. XIIII.

Extra lib. 3. tit. 5. de præben. & dig. cap. Cum ſecũdum.

CVm ſecundum Apoſtolũ, q altari ſeruit, viuere debeat de altari, & q ad onus eligitur, repelli nõ debeat à mercede: patet à ſimili, vt

12 queſt. 1 ca. Ex his.

clerici viuere debeant de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio deputantꝰ vt ipſa nois ratio ꝑſuadet.

21 diſt. ca. cleros. & 56. queſt. 2 c. 31 cupis

Cũ enĩ à κλήϱος, ꝗd eſt ſors vel hæreditas, clerici appellentꝰ, qa in ſui ordinatiõe vel aſſumuntꝰ in hæreditatẽ dñi, vel aſſequũtꝰ hæreditatẽ in ipſo, vt vere poſſint pſallere cũ ꝓpheta dicẽte, Dñs pars hęreditatis meę: dignũ eſt vt eccleſiaſticis ſtipẽdijs ſuſtententꝰ, in q̃ & ꝑ quã diuinis obſeqis aſſcribuntꝰ.

Pſal. 15

70. diſt. ca. Neminem & c. 1. Sanctorum

Licet aũt p̄deceſſ. noſtri ordinatiões eorũ, q ſine certo titulo ꝓmouentꝰ, in iniuriã ordinãtiũ irritas eſſe voluerint & inanes: nos tñ benignius agere cupiẽtes, tãdiu ꝑ ordinatores vel ſucceſſores eorũ ꝓuideri volumus ordinatis, donec ꝑ eos eccleſiaſtica beneficia conſequantur.

Inde eſt, ꝗd cũ G. lator p̄ſentiũ à p̄deceſſore tuo fuerit ad ſubdiaconatũ nullo p̄ſentãte ꝓmotus, mandamus q̃tenus, ſi eũ hi, qbus examinationẽ ipſius duximus cõmittendã, te citato legitime, vt ꝑ teipſum vel idoneũ reſponſalẽ interſis & tam ſuꝑ idoneitate ꝑſonę, quam etiã ſuꝑ quantitate ac qualitate beneficij ꝓponere tibi liceat, qcqd duxeris rationabiliter ꝓponẽdũ, idoneũ eſſe reperint, tãdiu ei vitæ neceſſaria cõgrue ſubminiſtres, donec ꝑ te in Zamareñ. eccleſia vel alia fuerit cõpetẽs beneficium eccleſiaſticũ aſſecutus, ſciturus ꝓ certo, ꝗd ſi ꝑ examinationẽ eoꝝ fuerit reꝑtus idoneus, et tu ei iuxta mãdatũ noſtꝝ neglexeris ꝓuidere, cũ hoc nobis ꝑ literas eoꝝ innotuerit, ad id exequendum te per diſtrictionem eccleſiaſticam compellemus.

IDEM ARCHIEPISCOPO Senonenſi.

Qui hoc ignoranti ſcienter contulit præbendam, quam non potuit, illa euicta, aliam quam poteſt conferre tenetur. Conſtit. XV.

Ibid. cap. Inter cætera,

INter cætera. Et infra. Facta reſignatiõe à Guilhemo q̊ndã canonico Laudunenſi de p̄benda eiuſdẽ eccleſiæ, q̃ ꝑ cõmutationẽ p̄bendarũ H. tũc Siclunẽ. canonico, autoritate apoſtolica aſſignari debebat, magiſter P. ꝑ Lauduceñ. epiſcopum de præbenda fuit inueſtitus eadem. Super q̃ cũ inter magiſtrũ ipſum & dictũ H. controuerſia ſuborta fuiſſet, ꝑ Celeſtinum Papã prædeceſſorum noſtrum om̃ia retractata fuerunt. Et infra.

Supradicto epiſcopo dedimus in p̄ceptis, vt donec idẽ magiſter in eadẽ eccleſia fuerit p̄bendale beneficium aſſecutus, nulli alij p̄bendam aſſignare præſumat. Quod ſi forte præſumpſerit, id irritũ decernimus, & inane. Decet enĩ vt qa p̄bendam ei, quã de iure nõ potuit, aſſignauit, eã quã de iure poteſt aſſignet, ne p̄bendã ei fraudulenter viſus ſit aſſignaſſe.

IDEM EPISCOPO ET Cantori Tornacenſi.

Caſſatur electio illius, qui poſſidet plures dignitates, atq; præbendas: & idem ſi detineretur aliquo uicio hic ſcripto. Conſtit. XVI.

Ibid. cap. Cum iam

CVm iã dudũ. Et infra. Veꝝ qm̃ ab R. Siclunẽ. canonico, I. de Bythinia q̃dã obiecta fuere, multitudo videlicet tã dignitatũ quã etiã p̄bendarũ, ambitiõis & auaritiæ vitiũ: cui nõdũ finẽ iponẽs, cõtra diffinitiõis noſtrę tenorẽ & Lateraneñ. cõcilij ſtatuta ad obtinẽdã p̄poſiturã Siclunẽſem ſe ingerit & ingeſſit, & ꝗd die intruſionis ſuę añ cõfirmationẽ p̄ſumpſerit miniſtrare, ſicut & poſt confirma-

Extra lib. 3. tit. 5. de preben. & dignit. ca. Quia intantum

mationē caſſatā, mādamus, q̄tenus ſi iueneritis pdictū L. habere plures alias dignitates atq; pbēdas, aut aliqd aliud pmiſſorū, q̄d ad caſſationē eius ſufficiat, iueneritis eſſe verū, ei ſup iā dicta ppoſitura ſilētiū imponatis, ab impetitiōe ipſius Sicluneñ. eccleſiā abſoluētes: cū multa p patiētiā tolerant, q̄ ſi deducta fuerint in iudicium, exigente iuſtitia nō debēt tolerari.

IDEM ARCHIEPISCOPO & archidiacono Senonenſibus.

Recepto in canonicū, quā cito facultas ſe obtulerit debetur præbenda, & interim habebit quotidianas diſtributiones. Conſtit. XVII.

Ibid. cap. Dilectus filius.

Dilectus filius T. canonicus Lingoneñ. ppoſuit, q̄d cū de mādato Celeſtini Papę pdeceſſoris noſtri Lingonēſis epiſc. quandā pbēdā aſſignauit eidē in eccleſia Lingoneñ. qa capitulū ipſum ad eandē recipere cōtemnebat. Et infra.

Ad inſtantiam Remeñ. archiepiſcopi, tunc Epi Præneſtiñ. apoſt. ſedis legati & autoritate ipſius, talis inter eū & epm & canicos Lingoñ. cōpoſitio interceſſit, q̄d ipſo ab eis recepto in canonicū, & cōceſſo ſibi ſtallo ī choro, & participatiōe q̄libet diuinorū, idē fructus pbēdæ pcipere nō deberet, niſi loco pximo vacaturę. Et inf.

Cū ergo dictū T. in canonicū recipi canonicis nō obuiet inſtitutis, & vacaturā expectare pbendā, Lateraū. cōcilio nō ſit dubiū obuiare, nos facto eiuſdē legati illicito repbato, q̄d eſt licitū appbātes: qa videt indignū vt receptus in canonicū pbēdę bñficio defraudet: Mādamus, q̄tenus dictos Epm & canonicos, vt ei pbēdā cū ſe facultas obtulerit nō differāt aſſignare app. poſtp. cōpellatis, faciētes eidē portiōes q̄tidianas, q̄ ſiūt in eccleſia memorata, ſine diminutiōe q̄libet aſſignari.

IDEM EPISC. BRIXIENSI.

Nō tenet electio, cum ad unā præbendam duo ſimpliciter eliguntur. Conſtit. XVIII.

Ibid. cap. Tuæ fraternitatis. 1. queſti. ca. Si quis præbēdas Extra lib. 3 tit. 8. de conceſſ. pben. cap. Nulla.

TVę fraternitatis deuotio. Et in. Cū ſępe cōtigat, q̄d ad vnā pbēdā duo clerici pter īportunitatē petētiū eligāt,

Nos attendentes, q̄d ſi duo vnā pbendam tenerēt, illud eſſet cōtra concilium Turoneñ. quod præbendarum prohibet ſectionem, & ſi vnus illorum ipſam obtineret pbendā, ſub expectatiōe alius cōtra Lateraneñ. cōcilij. ſtatuta remaneret, inq̄ſitiōi tuę taliter reſpōdemus, q̄d talis electio de rigore iuris penitus eſt caſſāda.

IDEM INNOCENT. PAP. III.

Si duo electi ad aliquam dignitatē compromittant in iudicē, poterit iudex alterum confirmare & alteri pro bono pacis de prouentibus prouiſionem facere. Conſtit. XIX.

NIſi eſſent viri puidi & honeſti, tā q ordinē fecerūt, q̄ illi, circa q̄s ē facta ordinatio in eccleſ. veſtra ſup negocio prioratus, ordinationē illā valde ſuſpectā pter exempli pniciem haberemus. Quod ergo poſt cōcertationem diutinā ordinatū eſt circa vnum de electis, vt ipſe habeat prioratū, hoc ex iuriſdictiōe delegata ſecūdum iuſtitiā videt eſſe ſtatutū. Quod aūt ordinatū eſt circa reliquum, vt ipſe viginti liberas de redditibus capituli & xl. de puētibus prioratus pcipiat annuatim, hoc ſcdm puidentiam intelligit eſſe pceptū, ex arbitraria poteſtate, cū in delegatos fuerit compmiſſum, q autoritatē ſibi retinēdo cōmiſſam, ſe p bono pacis & vtilitatis hoc ordinaſſe fatentur.

Ibid. cap. Niſi eſſent

Quia igit hæc ordinatio ab oibus eſt recepta, poſſuntq; licite prior & capitulū de puētibus ſuis pter cauſas pdictas, non q̄dē ex pactione partiū, ſed ex iuſſione iudicū puiſionem huiuſmodi exhibere, nos eā hoc adhibito moderamine toleramus, vt ad pſtationē q̄draginta librarum nō dignitas prioratus, ſed pſona prioris maneat onerata, ne ſi forte circa puentus aliqua videat facta ſectio prioratus, ita q̄d ipſo priore defuncto ſucceſſor ipſius ad pſtationē xl. lib. minime teneat.

IDEM EPISCOPO VADAnenſi, & abbati Vatianenſi.

Canonici priuilegiati à Papa ſuper certo numero, ſi ſponte receperunt aliquem ſupra numerū, contra impetrantes à Papa exceptione numeri uti non poſſunt. Conſtit XX.

Ibid. cap. Pro illorū

PRo illorū puiſione. Et inf. Burdegaleñ archiepiſcopo mādamus, vt magiſtro P. in aliq̄ eccleſiarū ſuarū, vbi ei expedire cognoſceret, cōpetens faceret bñficiū aſſignari, cōtradictores eccleſiaſtica diſtrictione cōpeſcens: qui decano & capitulo Xantonenſi auto. noſtra mādauit, vt ipſum admitterēt in canonicū & in fratrē. Cūq; ijdē reluctarēt Canonici ac indulgentiā de quadrageſimo canonicorū numero ei opponerēt: qa archiepiſcopus cognouit illos in eluſionem mādati noſtri indulgentia conceſſa eis irrcuerenter

ter ab..., ꝑdictũ magiſtrũ de ꝓbenda &
can..ia Xantonenſis eccleſiæ inueſti-
...,cõtradictores vinculo excommuni-
cationis aſtringens. Et infra.

Quia vero q̃d ꝑ dictũ archiepiſcopũ de
memorato magiſtro autoritate noſtra ꝓ
uide factũ eſt, firmitatẽ volumus obtine
re, mãdamus, quatenus ſi vobis conſtite
rit ꝑdictos canonicos indulgentiã, quã
habent de certo canonicoꝝ numero, nõ
ſeruaſſe, & aliquẽ vltra cõſtitutũ numeꝝ
in canonicum autoritate ꝓpria recepiſſe,
cum nobis legẽ imponere non debeãt,
quã ipſi negligunt obſeruare, latam in i-
pſos excõmunicationis ſententiã à ꝑdi-
cto archiepõ tam diu denuncietis ſubla-
to apppellationis obſtaculo obſeruan-
dam, donec ſæpedictum magiſtrum reci
piant in canonicum, & ea quæ ad cano-
nicatum pertinent, cum ſtallo chori, &
loco capituli ei ſtudeant aſſignare.

IDEM BISVNTINENSI
Archiepiſcopo.

Non beneficiatus habens ſuff.ciens patrimo nium, ad ſacros ordines legitime promouetur.

Conſtit. XXI.

Ibid. cap. ... T Vis q̃ſtionibus rñdemus, q̃d cleri-
cos in minoribus ordinibus cõſti
tutos, de patrimonialibus bonis habẽtes
vñ poſſint congrue ſuſtẽtari, & ſi nondũ
fuerint bñficium eccleſiaſticũ aſſecuti, dũ
modo aliud canonicum non obſiſtat, ad
ſuperiores poteris ordines promouere.

IDEM ZAMOREN. EPISC.

Abſenti poteſt conferri beneficium alio me diante, nec refert utrum abſens inueſtiatur per perſonam mediam, uel perſona media inueſtiatur pro abſente.

Conſtit. XXII.

Ibid. cap. Accedens] A Ccedẽs ad apoſt. ſedem. Et infra.
Inq̃ſitioni tuę taliter rñdemus, ꝙ
clericus abſens ꝑ aliũ, vel alius magis ꝓ i-
pſo poterit de bñficio eccleſiaſt. inueſtiri.

IDEM EPISC. TRECENSI.

Si ad unum canonicatum & præbendam duo ſunt recepti ſimpliciter, receptio non tenet, etiam interueniente apoſtolica autoritate.

Conſtit. XXIII.

Ibid. cap. Dilecto filio. D Ilecto filio P. ſanctę Prudentianæ
ꝓsbytero cardinali, cellerario Tre
ceñ. & R. procuratori tuo auditore con-
ceſſo, idẽ cellerarius ꝓpoſuit corã eo, q̃d
cum in manibus Remeñ. archiepĩ tũc a-
poſt. ſedis legati intendentis ꝓuidere G.
nepoti ſuo in Treceñ. eccleſia ꝓbendam,
quã ibi obtinebat, liberaliter reſignauit,
dictus legatus ꝓfatum G. & eundẽ celle-
rarium in canonicos Treceñ. inſtituit, &
ambobus idẽ capitulum Treceñ. ſtallum
in choro & locum in capitulo, & idem ar
chiepiſcopus ſupradictæ præbendę fru-
ctus diuidẽdos cõmuniter aſſignarunt,
donec idem G. integrum eſſet prębenda
le ſtipendium aſſequutus. Et infra.

Quoꝝ receptionẽ ꝓcurator gñalis ꝓ-
deceſſoris tui in partibus Conſtãtinop.
tunc agentis poſtmodũ approbauit. Di-
ctus q̃q; cellerarius lectionẽ & Euãgeliũ
in hebdomada ſua legiſſe dinoſcit, & tã
decani q̃ epĩ electioni, & alioꝝ negocioꝝ
tractatibus, ſicut canonicus Treceñ. inter
fuit, & domũ q̃ndam ꝑ capitulũ memo-
ratũ obtinuit, q̃ nõ niſi canonico conſue
uerat aſſignari: tuq; cũ ad eandẽ acceſſiſ-
ſes eccleſiã conſecratus, eũ cũ canonicis
alijs ad oſculũ ſuſcepiſti, cũ tunc nõ niſi
canonici ad oſculũ admittant: & eidem
ſuꝑ ꝑdictis non mouiſti ꝑ bienniũ q̃ſtio
nẽ, ꝓpter q̃d petijt vt te ab ipſius ſuꝑ hoc
moleſtatione indebita cõpeſcere digna-
remur. Et inſ. Procurator tuus ꝓpoſuit
ex aduerſo, q̃d ad vnicum ius ſpirituale,
q̃d vacabat ibidem, inſimul duos canoni
cos inſtituere ꝑdicto legato non licuit.
Nã ſi duo vnicã ꝓbendã haberẽt, id eſſet
cõtra Turoneñ. concilium, q̃d ꝓbendaꝝ
inhibet ſectionẽ. Si vero duobus receptis
vni tñ ꝓbenda daret, ſub expectatione
alius cõtra Laterañ. conciliũ remaneret.
Pręterea licet in eccleſia, in q̃ non eſt cer
tus numerus ꝓbendaꝝ, nulla etiã vacãte,
in canonicũ qs poſſit aſſumi, cum intelli
gat ad q̃ddam ius eligi, q̃d ex electoꝝ aſ
ſenſu de nouo creat, & cũ electo in cano
nicũ naſcit, & deſinit cũ defuncto: in ec-
cleſia tñ, q̃ determinatũ habet numeꝝ ꝓ-
bendaꝝ, vno indiuiduo iure vacãte, duo
ſimul eligi nõ pñt ad illud, eo q̃d hmõi
ſpũale ius diuidi ſeu cõicari neq̃at inter
eos: quanq̃ interdum hi, ad q̃s ſpectat ele
ctio, de cõi aſſenſu augmẽtare valeãt nu
meꝝ ꝓbendaꝝ, q̃ddam ius ſpũale de no-
uo creãdo, niſi forte ſtatutũ aliq̃d obuia
ret, q̃d cẽt iuramẽto firmatũ, vel cui ſedis
apoſt. cõfirmatio acceſſiſſet, hmõi clauſu
la ꝓhibitiõis adiecta, vt ſi q̃dq̃ cõtra id fi
eret, nõ valeret: ꝓpter q̃d inſtitutionẽ ꝑfa
tã nullã fuiſſe dictus aſſeruit ꝓcurator, cũ
in Tre-

Extra lib. 3. tit. 5. de pręben. & dignit. ca. Maiorib.

Eodẽ lib. tit. 8. de conceſſ. ꝑben. cap. Nulla.

Treceñ. eccleſia certus ſit munerus prebēdarum, quem capitulum vel legatus augmentare minime intendebat, vel ius aliq̊d de nouo creare. Vñ dictū cellerariū ad reſtitutionē eoꝝ, q̄ ratiōe p̄dictæ inſtitutiōis tenebat, ſentētialiter duximus cōdemnandū, ei ſuꝑ præbēda ipſa, vel eius parte, ſilentiū imponētes, ita q̊d ꝑ hoc p̄dicto G. nullū p̄iudiciū gñetur, cū res inter alios acta regulariter aliȷs nō obſiſtat

IDEM INNOC. PAPA III.

De una præbenda uacante poſſunt fieri duæ, ſi eius ſuppetant facultates: alias diuidens integrare tenetur. Conſtit. XXIIII.

Ibid. cap. Vacante.

VAcāte quadam p̄benda in eccleſia tua, duas ex ea conſtituēs, ad illas de conſenſu capituli tui duos canonicos aſſumpſiſti: q̊rum altero viā vniuerſę carnis ingreſſo, p̄bendam, quā defunctus habuerat, quidā clericus noīe Hippolytus fuit autoritate ſedis apoſt. aſſecutus. Verū cū idem Hippolytus te ſuꝑ integritate p̄bēdæ ꝑ quaſdā noſtras literas inq̄etet, & alius idē ius aduerſus te ſe habere proponat, q̄d facere debeas req̄ſiſti. Super q̊ ſic duximus reſpondendū: q̊d cū Turoneñ. ſtatuta conciliȷ ſectionē inhibeant p̄bendaꝝ, teneris vtriq; de his q̄ vacare cōtigerit integrare p̄bendam, niſi rōnabili cauſa de vacante p̄benda ſupradicta duæ fuerint cōſtitutę, ac tot ſint vtriuſq; prouentus, quod per vtranq; ſit vtriq; prouiſum in beneficio competenti.

Extra lib. 3. tit. 5. de preben & dignit. ca. Maioribꝰ

IDEM VERCELLENSI Epiſcopo.

Si Papa mandat Capitulo, ut aliquē in canonicum recipiant, & præbendam, ſi qua uacat, conferant: ſi de mandato ſcientes alii conferunt, coguntur primum recipere, & de redditibus eccleſiæ loco beneficii prouidere, donec præbendam habeat. Conſtit. XXV.

Ibid. cap. Dilectus filius.

DIlectus filius G. clericus nobis expoſuit cōquerendo, q̊d cū ꝓ eo ad Nouarieñ. capitulū mandatū apoſtolicū miſiſſemus, vt eum in canonicū reciperēt & in fratrē, præbendam, ſi qua tunc vacabat, conferentes eidem. Et infra.

Fraternitati tuę mandamus, q̄tenus ſi tibi cōſtiterit, q̊d in Nouarieñ. eccleſia p̄benda vacaret, tēpore q̊ eiuſdem eccleſiæ canonici noſtras literas receperunt, cum eam aliȷ in cluſionē mādati noſtri duxerint conferendā, eūdem clericū, ſi nō habet ſufficiēs beneficiū eccleſiaſticū, in canonicū recipi facias, & ſibi de redditibus eccleſię ſingulis annis aſſignari ꝓuentus, donec ei ſit in bñficio p̄bendali ꝓuiſum.

DE EPISCOPO ægrotante.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo Arelatenſi.

Epiſcopo, qui propter morbum incurabilem paſtorale officium exercere non poteſt, dandus eſt coadiutor. Conſtit. XXVI.

Extra lib. 3. tit. 6. de clerico ægrotante. cap. Ex parte

EX parte tua fuit ꝓpoſitū, q̊d cū Auraſienſis ep̄us graui morbo & incurabili fere ꝑ quadriennium laborauit, ita q̊d paſtorale officium nō poteſt vllatenus exercere, princeps terræ illius ac ciues ciuitatis eiuſdē à te poſtulāt inceſſanter, vt ipſis, cum ſis metropolitanus eoꝝ, ſtudeas ꝓuidere. Verū cū ipſum ad ceſſionē cōpellere nō poſſis, nec debeas vllo mō, nec afflicto afflictio ſit addēda: imo potius ipſius miſeriæ miſerandū, eo q̊d idem vir bonns extitit, & eccleſiā ſibi ſalubriter cōmiſſam gubernauerit: nos volentes tā ep̄o, q̄ eccleſiæ prouidere, mādamus, quatenus illi coadiutorē aſſocies, virū prouidū & honeſtū, per quem tam epiſcopo, q̄ populo vtiliter conſulatur.

7. queſt. 1. ca. Cum ꝑ cuſſio. & 3. queſt. 9. ca. Indicas.

DE INSTITVtionibus.

INNOCENTIVS PAPA III. S. Marcelli & S. Suſannæ Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato.

Cum in eccleſiis oportet extraneos inſtitui, non debent inſtitui clerici certæ originis tātum, ſed undecunq; ſint, dum tamen ſint idonei. Conſtit. XXVII.

Extra lib. 3. tit. 7. de Inſtitutionibus cap. Ad decorem

AD decorē. Et infra. Sicut noſtris auribus eſt ſuggeſtum, Conſtātinopolitanus patriarcha aliarū nationum clericos ſpernens, Venetos tātum in Conſtantinopolitanis eccleſiȷs ſatagit collocare: non attendens, quod in omni gēte, qui

Acto. 10.

qui faciuſtitiam, acceptus eſt Deo, nec
ſanctuariũ Dei cõuenit iure hæreditario
12. queſt. 4 ¶ is ua. poſſidere. Quocirca mãdamus, quate-
nus moneatis eundẽ, vt viros literatos et
alias idoneos, vndecunq; originẽ duxe-
rint, in p̃dictis eccleſijs, & maxime in ma
iori inſtituere nõ poſtponat: alioqn indi
gnũ ſe reddet, vt vos aliaꝝ clericos natio
nũ ad eius obedientiã compellatis. Nec
diſſimulare poteſtis, quin hoc noſtris au
ribus intimetis, vt ex hoc ipſo, an verum
ſit, quod ſuper hoc Venetis dicitur pro
miſiſſe, conijcere valeamus.

IDEM EPISCOPO ELIEN
ſi, & Archidiacono Noruicenſi.

*Inſtitutiones & cuſtodiæ poſſunt de iure ſpe-
ciali ad non epiſcopum pertinere: & pendente li
te cum diœceſano defenditur in poſſeſſione.*

Conſtit. XXVIII.

Ibid. cap. Cũ veniſſent CVm veniſſent ad apoſtolicam ſedẽ
Archidiaconus Richimundiæ, &
procuratores Eboracenſis archiepiſco-
pi, ex parte archiepiſcopi fuit ꝓpoſitũ, q̊d
16. diſt. ca Sanctorũ canonum. inſtitutio pſonarum, & cuſtodia eccleſia
rũ vacantiũ ad eũ in diœceſi ſua ſpectat,
tã de iuriſdictione cõmuni, quam de con
1. queſt. 3. ca. Siquis dator ſuetudine generali: verum quidam præ-
deceſſores ipſius quibuſdam archidiaco
nis Richimundiæ tã inſtitutionẽ quam
cuſtodiã pſonaliter cõmiſerũt. Et infra.

Inter alia vero archidiaconus ipſe re-
ſpondit, quod archiepiſcopus tam inſti-
tutiones, quã cuſtodias nõ pſonaliter ar
chidiacono, qui tunc erat, ſed perpetuo
de conſenſu capituli archidiaconatui re
ali conceſſione donauit. Cũ autem archi
diaconatus ipſe in continua poſſione, tã
iſtarũ quam aliarum libertatum, multo-
rum archiepiſcoporum & archidiacono
rum temporibus extitiſſet, & archiepi-
ſcopus ſine cõditione q̃libet cõceſſiſſet
ipſum eidẽ, poſt conceſſionẽ aſſeruit, q̊d
ipſum conceſſerat, inſtitutionibus & cu
ſtodijs vacantium eccleſiarum exceptis.
Ipſe vero timens, ne ſi negaret expreſſe,
cum nondum eſſet archidiaconatus poſ
ſeſſionem adeptus, vel impediretur peni
tus factum eius, vel diutius differretur,
reſpõdit q̊d nõ ſolum de illo, ſed de om
nibus redditibus ſuis faceret, quod ſibi
placeret. Et infra.

Nos igitur interloquuti ſumus archi
diaconum eſſe in plena libertatum eiuſ-
dem archidiaconatus poſſeſſione tuen-
dũ, donec probatũ legitime fuerit ex ad
uerſo libertates ipſas archidiaconis ab
archiepiſcopis perſonaliter fuiſſe conceſ
ſas, cum in hoc caſu tam ante quam poſt
& in ipſa etiam conceſſione archiepiſco-
pus eas retinere potuerit licite tanq̃ ſuas,
vel donec legitime probatum fuerit eaſ-
dem libertates archidiaconũ abiuraſſe.
Sed in hoc caſu, ſi conceſſio illa fuerit rea
lis, archiepiſcopo nihil iuris vel vtilitatis
accederet: quia nos vel ad petitionem E-
boracenſis Eccleſiæ, vel per nos ipſos ſu
per hoc archidiaconatui conſulemus. Si
ergo alterutrum ipſorum fuerit legitime
approbatum, archidiacono ſuper liberta
tibus ipſis: ſi neutrum, archiepiſcopo ſi-
lentium imponatur.

IDEM EPISCOPO TRE-
cenſi, & Archidiacono Parrhi-
ſienſi.

*Is ad quem ſpectat collatio dignitatum, ſei-
pſum inſtituere non poteſt.*

Conſtit. XXIX

CVm ad noſtram. Et infra. Illud *Ibid. cap. Cũ ad noſtram.*
autem nolumus vos ignorare, q̊d
poſtq̃ M. fuit Abbas effectus, cuſtodiam
de iure nõ potuit obtinere, qa cum rõne
abbatię ad ipſum pertineat donatio tam
cuſtodiæ, q̃ aliaꝝ dignitatum, ac etiã prę
bendaꝝ in eccleſia Patranẽſi, cuſtodiam *24. queſt. ca. Didicimus*
ipſam recipere nõ potuit à ſeipſo, quum
inter dantẽ & accipientem debeat eſſe di
ſtinctio perſonalis: ſed nec ab alio, cum
ius conferendi alius non haberet.

IDEM PRAEPOSITO ET
Capitulo Cameracenſi.

*Si ſcribitur ei, ad quem ſpectat collatio, dato
executore ad prouidendum, per præſentationẽ
literarum collatori factam, efficitur præbenda,
ita quod collatio alteri facta non tenet.*

Conſtit. XXX.

PRopoſuit nobis T. presbyter, quod *Ibid. cap. Propoſuit*
quum Celeſtinus Papa prædeceſſor
noſter, pro receptione ipſius in fratrẽ &
aſſignatiõe p̃bendæ ad donationẽ veſtrã
ſpectantis, in eccleſia veſtra proximo va
catura, mandatum apoſtolicum vobis
deſtinaſſet, Decano Remenſi executore
conceſſo, decanus ipſe vos contumaces
inueniens, ipſum de præbenda primo va
catura in eccleſia veſtra, quæ ad donatio-
nem

nem capituli pertinet, autoritate apoſtolica inueſtiuit. Et infra. Sed cū præbenda quæ ad donationem veſtram ſpectabat in eccleſia Cameracenſi vacaſſet, cā alij aſſignaſtis. Et infra.

Idem autē prædeceſſor noſter, quod ab eodem decano factum fuerat ratum volens haberi, collationem factam prębendæ à vobis penitus irritauit, & cum de ipſa per annulum inueſtiuit. Licet autem intentionis noſtræ non ſit inueſtituras de vacaturis factas contra canonum inſtituta ratas habere, qui ſecundum plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare, attendentes tamen, quod idem presbyter non de vacatura, ſed de vacante per prędeceſſorē noſtrum fuerit inueſtitus, vtpote quæ poſt caſſationem conceſſionis à vobis factę intelligebatur vacare: Mandamus, quatenus amoto ab ea prębenda quolibet detentore, eam ipſi cum plenitudine honoris canonice aſſignetis.

Extra lib. 3. tit. 8. de conceſſ. p̄ben. cap. Qui in viuorum. Et ſupra conſt. 17. Dilectus

IDEM P. SANCTAE MA
rię in via lata diacono Cardinali, apoſtolicæ ſedis Legato.

Semeſtre ad eligendum ſeu conferendum à iure præfixum, non currit legitime impedito, nec incipit currere niſi à die notitiæ uacationis.

Conſtit. XXXI.

Ibid. cap. Quia diuerſitatē. De conſecrat. diſt. 4. ca. Sicut in ſacramentis

QVia diuerſitatē corporum diuerſitas ſępe ſeqtur animorū. Et infra. Conquerebaẗ inter cætera Eboraceñ. archiepiſcopus, q̄d cū ad eū in eccleſia Eboraceñ & alijs ſuis eccleſijs collatio p̄tineat p̄bendarū, tp̄e ſuſpenſiōis ipſius, & poſtmodū etiā qdam p̄ter eius autoritatem ſe intruſerunt in ipſas. Et infra.

Mādamus q̄tenus eos, q p̄bendas vel dignitates eccleſiæ Eboraceñ. vel aliarū ad donationē eius ſpectātes p̄ter autoritatē acceperūt ipſius, ad eas reſignandas, monitione p̄miſſa, p excōmunicationis ſententiā & ſubtractionē aliorū beneficiorū, nō obſtāte confirmatiōe à ſede apoſtolica obtēta ſub forma cōmuni, quę cōfirmauit beneficia & p̄bendas, ſicut iuſte & pacifice poſſident, appellatione remota cōpellas, niſi forte aliq ea vel ſpeciali mādato apoſtolicæ ſedis, vel autoritate Lateranēſis cōcilij ab Eboracenſi capitulo ſint adepti, ſic tñ, vt tp̄s ſuſpenſionis in ſex menſibus nullatenus cōputetur, cū illa Lateranenſis cōcilij cōſtitutio cōtra negligētes tantū fuerit p̄mulgata: & tūc ſi voluerit nō tñ valuerit archiepiſcopus ipſe in cōferendis p̄bendis vti propria poteſtate: à qua & ſi fuerit ſua culpa ſuſpēſus, non tñ ad ipſum capitulū ex illa culpa p̄bendarum erat donatio deuoluta, ſed ad illū tēpore ſuſpēſionis illius p̄bendarū donatio p̄tinebat, q p̄ter eius deſidiā & negligentiā poterat p̄bendas donare. Tēpus etiā q̄ ad ſedē apoſtolicā acceſſit, & apud illā p̄manſit vel receſſit ab illa, infra ſex menſes nullatenus cōputeẗ. Semeſtre aūt tēpus nō à tēpore vacatiōis p̄bendarū, ſed notitiæ ipſius potius volumus computari.

Extra lib. 3. tit. 8. de conceſſ. p̄ben. cap. Nulla.

IDEM BASILIENSI E-
piſcopo, & Abbati ſanctę Marię

Non ualēt literæ ad beneficium impetratæ, quæ de alterius colorata facti poſſeſſione non faciunt mentionem. Conſtit. XXXII.

Ibid. cap. Cum noſtris.

CVm noſtris fuerit olim auribus intimatū, q̄d p̄poſitura eccleſię Lauſanenſis tp̄e tāto vacaſſet, vt ſecundū ſtatuta Lateranenſis concilij ad nos eſſet eiuſdem donatio deuoluta, Epiſcopo & canonicis Lauſanēſibus mādauimus, vt p̄poſiturā ipſam theſaurario Lauſanenſi cōferrent, qbuſdā ſup hoc executoribus deputatis. Et infra.

Verū p̄fati epiſcopus & canonici literis receptis, p̄poſiturā p̄dictā nō vacare dixerūt: qa licet ille, q p̄poſitus fuerat, in epiſcopū fuiſſet aſſumptus, ad ipſam tñ p̄poſiturā poſt cōſecrationē ſuā denuo fuerat ab ipſis canonicis electus, & eam ſicut antea poſſidebat, q̄d dicti executores dicētes contrariū eſſe iuri, ipſam p̄poſiturā de iure vacētē autoritate apoſtolica p̄fato theſaurario aſſignarūt. Et infra.

Auditor igiẗ ſup hoc datus à nobis, de mādato noſtro decreuit, vt q̄d à memoratis executoribus factū fuerat, obtētu literarū noſtrarū, eo q̄d p falſi ſuggeſtionē, & veri ſupp̄ſſionē fuerāt impetratæ, cū p̄poſitura illa nō vacaret de facto, qa talis poſſeſſio plus habet facti quā iuris, haberetur irritum & inane.

Nos vero ſententiam eiuſdem ratam habentes, mādamus, quatenus, niſi prędictus epiſcopus ſufficienter oſtenderit, quod vel ex indulgentia ſedis apoſtolicæ ſpeciali, vel ex alia iuſta cauſa &

neceſſa

neceſſaria ſibi poſt cõſecrationẽ ſuã ꝑpo ſitura conceſſa fuerit memorata, ipſum ad reſignationem ipſius, ſi ſponte noluerit, compellatis. Deinde Lauſanenſe capitulum ad conferendam eam theſaurario ſupradicto diligẽtius inducere ꝑcuretis.

IDEM ARCHIDIACO no Richimundiæ.

Vbi cõſtat beneficium collatum per habentẽ poteſtatem, per exceptionem abiurationis & renũciationis non debet poſſeſſio retardari.

Conſtit. XXXIII.

Ibid. cap. Poſt electi onem.

POſt electionẽ & confirmationẽ epiſcopi Elieñ. vacãte archidiaconatu Richimundiæ, quẽ tenuerat Eboraceñ. Archiepiſcopus, eũ tibi ꝓpria liberalitate conceſſit, dans Eboracenſi capitulo in mandatis, vt te in archidiaconum recipere procurarent: cuius noluerunt mandato parere: quia ꝑdeceſſor noſter inter alia, quæ decano & Capitulo Eboracẽſi ſuo priuilegio noſcitur indulſiſſe, ordinationẽ canonicorũ ſeu pſonarũ liberã eſſe decreuit, vt videlicet idonea & honeſta pſona, cui archiepiſcopus vacantẽ in eccleſia Eboracẽſi ꝑbendam vel dignitatẽ duxerit cõferendã, ſcdm antiquã ipſius eccleſiæ conſuetudinem præſentaret decano & capitulo ſupradictis. Et infra.

Si qs cõtra conſuetudinẽ huiuſmodi in eccleſia ipſa eſſet p aliquẽ introductus, nec p pſona, nec p canonico haberetur. Quod ſi Archiepiſcopus infra terminũ Lateranẽſis concilij ſcdm formã pſcriptã pſonę idoneę nõ cõferret, liceret decano & capitulo autoritate apoſtol. iuxta eiuſdẽ cõcilij ſtatuta cõferre. Cũ igit in literis archiepiſcopi directis capitulo de decano mentio nullatenus habẽret, p cuius manũ debebas in capitulo inueſtiri, eius mandato extitit contradictum. Et infra.

Ipſius igit inſtitutione ꝑpter ꝑmiſſas rationes à capitulo rẽpbata, ipſi intelligẽtes archidiaconatus donationẽ ad eos tã autoritate Lateranẽſis cõcilij, q̃ indulti ſibi priuilegij deuolutã, R. de ſancto Cadmũdo illũ vnanimiter cõtulerũt, inueſtiẽtes eũdẽ de ipſo & ſolẽniter īſtallãtes. Proceſſu vero temporis ꝑfatus Archiepiſcopus poſt reſignationẽ & abiurationẽ à te factã, & receptã ab ipſo, eidẽ R. archidiaconatũ contulit ante dictũ, q archidiaconatũ ipſum tã ratione primæ q̃ ſecũdæ conceſſiõis ſibi aſſignatũ p ſedẽ apoſtolicam petijt confirmari. Et infra.

Qm̃ conſtitit nobis archidiaconatũ ꝑdictũ tibi p Eboracẽſem archiepiſcopũ primitus fuiſſe cõceſſum, & q̃d inſtitutio ne facta p ipſum ſcdm iuris ordinẽ minime rẽpbata, archidiaconatus nõ vacans nõ potuit nec debuit ī aliũ rite trãſferri: memorato R. q cõtra iuſtitię regulã in archidiaconatũ alterius ꝑuehi ſe cõſenſit, ſup eo duximus ſilentiũ imponẽdũ, Sententialiter decernẽtes, vt inſtitutio facta p archiepiſcopũ de te ſortiat effectũ. Exinde ſi ſup renunciatione vel aliq̃ ꝑmiſſorũ aliquis, qui velit & valeat, aduerſus te quicquam duxerit proponendũ, ordine poterit iudiciario experiri.

IDEM C. CAN. TRIDENTI.

Recepto in canonicum tenetur capitulum prouidere quam cito facultas ſe obtulerit.

Conſtit. XXXIIII.

Ibid. cap. Cum ſup.

CVm ſup q̃ſtione Trideñ ꝑbẽdę. Et infra. Cũ aũt cõſtet te in canonicũ Trideñ. eccleſię fuiſſe receptũ, licet receptionẽ tuã factã cõtra Lateranẽſe cõcilium, pars aduerſa ꝑponat, qa tñ pbatũ nõ extitit, nec ipſi canonici videbãt tibi hoc opponere poſſe de iure, q ſe fatent te cõtra ſtatuta ꝑfati cõcilij recepiſſe, ſentẽtialiter decernimus, vt tibi q̃ cito ſe facultas obtulerit, ꝑbendale beneficiũ in Tridẽt. eccleſia cõferatur, cũ ex q̃ receptus es in canonicum, non debeas carere ꝑbenda.

Extra lib. 3. tit. 5. de conceſſ. ꝑben. cap. Nulla.

IDEM EPISCOPO ET MAgiſtro P. canonico Hildeſemẽſibus.

Si habens præbendam in eadem eccleſia recipit dignitatem cum præbenda uel aliam præbendam, uacat prima: & quamuis a ſuperiore ſibi confirmetur, tamen ualet impetratio per alium facta de ipſa, etiam tacito de poſſeſſione alterius, quæ colorata non eſt. Conſtit. XXXV.

Ibid. cap. Literas veſtras.

LIteras veſtras accepimus, quod cũ p D. clerico vobis ſcripſerimus, vt eũ de ꝑbẽda vacãte ſancti Vniſcardi Bremẽſis, quam dicebat ad donationẽ noſtrã fuiſſe iuxta Lateranẽſis cõcilij ſtatuta deuolutam, curaretis autoritate apoſtolica inueſtire. Et infra. De facto fuit ꝓpoſitũ corã nobis, q̃d H. ꝑpoſitus q̃ndã ſimplex canonicus eiuſdem eccleſiæ, de ipſa in maiori eccleſia in canonicum eſt electus, & poſtmodum anni ſpacio euoluto in ipſa eccleſia ſancti Vniſcardi in prępoſitum

ſitum eſt aſſumptus,priorem præbendã nihilominus retinẽs, quam in ipſa eccleſia tunc habebat.

Sed præpoſitus allegabat econtra,q̃d erat ex conſuetudine generali, q̃d vnus in eadem eccleſia plures haberet prębendas. Et cum archiepiſcopus Bremenſis prępoſitum ipſum de præpoſitura in plena ſynodo inueſtiret,tam præpoſituram illam,quam præbendam ei de canonicorum confirmauit aſſenſu.Et infra. Vnde cum vobis dubium videretur, vtrum cũ aliquis de vna præbenda eligitur ad aliam, ſtatim prior vacare incipiat,an per ſententiam debeat abdicari eidem,an ꝑpter confirmationem huiuſmodi,quæ ſuperius eſt expreſſa,præbẽda illa dici debeat non vacarr,nos conſulere voluiſtis.

Cum igitur ſi ita eſt præbenda illa & ſi non de facto,de iure tamen vacare noſcatur, Mandamus quatenus dictum ꝑpoſitũ vt illam ſine difficultate reſignet, appellatione remota,cogatis:quam cum de facto vacauerit,clerico memorato cõferre curetis.

IDEM EPISCOPO ET Archipresbytero Papienſibus.

In eccleſijs non numeratis vacatio præbendarum ſeu canonicatuum poſſibilis non eſt, nec ſit ibi deuolutio ad ſuperiorem ex negligentia ſemeſtri in non prouidendo eccleſiæ de miniſtris. Conſtit. XXXVI.

Ibid. cap. Ex parte. EX parte Aſtẽſis eccleſiæ eſt noſtris auribus intimatũ, q̃d cũ quædã ꝑbendæ in ipſa per quatuor annos & amplius vacauiſſent, Aſtenſis Epiſcopus q̃ſdam ibidem inſtituit, credens ſibi hoc ex Lateranenſi concilio licere. Inſtituti autem ſcientes non eſſe firmam inſtitutionem huiuſmodi ad Mediolanenſem Archiepiſcopum recurrerunt, qui eoſdem in canonicos Aſtenſis eccleſię ordinauit & in corporalem poſſeſſionem prębendarum induxit,capitulo eiuſdem eccleſiæ prebente aſſenſum, tribus tantum exceptis,qui ſe inſtitutioni huiuſmodi opponere curauerunt.Et infra.

Tandem vtraque pars eſt cõcorditer confeſſa,quod in prædicta eccleſia non erant diſtinctæ prębendæ,nec canonicorum numerus erat certus.

Nos igitur intelleximus euidẽter, ſtatutum Lateranenſis concilij de beneficijs vltra ſex menſes vacantibus locum in hoc articulo nullatenus habuiſſe,& ſi forte Haſtenſis eccleſia canonicorum pateretur defectum,vnde inſtitutio per archiepiſcopum vel epiſcopum facta occaſione concilij memorati carrre debet robore firmitatis.

Quia vero totum capitulũ tribus exceptis prædictorum receptionem affectat,nec ab illis tribus aliquid rationabile contra ipſos obiectum eſt & oſtẽſum, Mandamus quatenus ſi Aſtenſis eccleſiæ ſuppetant facultates,ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam,prędictos clericos ꝑ canonicis faciatis haberi.

IDEM EPISCOPO ET Capitulo Laudunenſibus.

Habens poteſtatem conferendi, non poteſt de iure alteri tradere poteſtatem conferẽdi primum beneficium quod uacabit.

Conſtit. XXXVIIII.

CONſtitutus in præſentia noſtra H. eccleſiæ veſtræ Canonicus humiliter intimauit,quod tu frater epiſcope poteſtatem ei dediſti ſacerdotalem conferẽdi prebendã quæ primo in veſtra eccleſia eſſet vacatura. Et Remenſis archiepiſcopus tunc apoſtolicæ ſedis lrgatus, vobis filij capituli autoritate noſtra præcepit,vt cum præbenda ipſa vacaret,perſonam illam cui vellet eam H. conferre ſine interpoſitione alterius perſonæ reciperetis ad ipſam.Et infra. Ibid. cap. Cõſtitut.

Quocirca mandamus quatenus perſonam illam,cui memoratus H. ſacerdotalem præbendam quum contigerit eam vacare duxerit canonice conferendam,ſine cõtradictione qualibet admittatis: & tu interim frater epiſcope præbendã huiuſmodi contra formã conceſſionis tuæ conferre alicui non prẽſumas.Et infra.

Quia vero conceſſiones tales ſi ad cõſequentiam traherentur fieri poſſent in fraudẽ canonicę ſanctionis,ꝑ quã prohibenẽ eccleſiaſtica beneficia cõcedi ſiue ꝑmitti anteq̃ vacẽt, nolumus quod huiuſmodi occaſione mandati,quod gratiam continet perſonalem vel ſpecialẽ,fraudẽ adhiberi volentibus licentia cõcedatur.

IDEM INNOCENTIVS papa tertius.

Lateranenſe concilũ de beneficijs ultra ſex menſes

menſes uacātibus ad epiſcopatus non extēditur.

Conſtit. XXXVIII.

Ibid. cap. Dilectus filius

DIlectus filius magiſter Guilhelmus Canonicus veſter nobis ſuggeſſit, quod epiſcopo veſtro vniuerſę carnis viā ingreſſo, archiepiſcopus S. Seuerinæ aſſerēs, q̊d ꝑpter negligentiam veſtrā ad ip̄m erat eligendi autoritas deuoluta, in epiſcopum veſtrum elegit eundem.

Nos igitur attendentes quod canon Lateranenſis conciliȷ ab Alexandro Papa cōtra negligentes editus, ad archiepiſcopatū vel epiſcopatū nō ſolet extendi, ſed ad perſonatus alios, & minora eccleſiaſtica beneficia coartari, electionē huiuſmodi iuſtitia caſſauimus exigente.

IDEM PRIORI HOSTIENſi, & ſuperiori S. Fridiani.

Non ualet promiſsio beneficiȷ uacaturi.

Conſtit. XXXIX.

Ibid. cap. Ex tenore

EX tenore literaꝶ veſtrarum accepimus, q̊d quum cauſam quæ inter I. clericum ex vna parte, & abbatem & conuentum de Bello ex altera ſuper prouiſione vertebatur ipſius. Et infra.

Dictus clericus poſt litem conteſtatā chartā quādam monachoꝶ exhibuit cōtinentē, q̊d primā eccleſiā ad donationē ſuā ſpectantem aſſignarēt eidē. Et infra.

Supra eodem cap. Nulla. & Relatum

Nos igitur attendentes, quod promiſſio prædicta non tenet, vtpote contra ſtatuta Lateranenſis conciliȷ attētata, mādamus, quatenus memorato clerico ſuper hoc ſilentium imponentes, ab impetitione ipſius dictos abbatem & monachos abſoluatis.

INNOCENTIVS PAPA III.

obligatur prælatus, qui promittit prouidere cum poterit. Conſtit. XL.

Ibid. cap. Accedens

ACcedens ad apoſtolicā ſedē R. clericus, ſua nobis inſinuatione mōſtrauit, q̊d cum promiſeritis vos prouiſuros eidē in eccleſiaſtico bñficio cū poſſetis, ſicut ꝑ literas iudicis delegati inde cōfectas liquido apparebat. Et infra.

Nos aūt conſiderantes, q̊d aliud eſt ꝓlatū promittere bñficiȷ collationem, cum poterit, aliud cum vacabit, cum in multis caſibus ſe facultas offerre poſſet, in quibus collatio nō eſſet in expectatione vacaturi beneficiȷ differenda, mandamus, quatenus memorato R. cum poteritis eccleſiaſticum beneficium aſſignetis.

INNOCENTIVS PAPA III.

Si ad capitulum & prælatum, ut prælatum, poteſtas conferendi pertinet, de uno ad alterum lapſu temporis non tranſit: ſecus ſi prælatus interſit ut canonicus, quia tunc de capitulo tranſit ad prælatum, niſi dolum committat.

Conſtit. XLI.

Ibid. cap. Poſtulaſtis

POſtulaſtis per ſedem apoſt. edoceri, vt cum ad vos & archiepiſcopum veſtrum ſimul donatio p̄bendaꝶ eccleſiæ veſtræ pertineat, vtrum præbendæ vacātis donatio penes archiepiſcopū ipſum remaneat, ſi eam infra ſemeſtre tēpus neglexeritis ordinare.

Ad q̊d breuiter reſpōdemus, quod ſi vos & idem archiepiſcopus infra tēpus præſcriptum circa hoc negligentes extiteritis, ſicut nec ab illo ad vos, ita nec à vobis ad illum poteſtas deuoluitur conferendi: ſed ſecūdum ſtatuta Lateranenſis conciliȷ ad ſuperiorem tranſit donatio: niſi forte archiepiſcopus nō vt prælatus, ſed vt canonicus vobiſcum ius habeat conferendi. Et in hoc caſu cum doloſe impedierit, dolus ei ſuffragari nō debet.

NE SEDE VACANte aliquid innouetur.

INNOCENTIVS PAPA tertius Priori & Conuentui Glaſtonenſi.

Vacante ſede, ſtatus eiuſdem mutari non debet. Conſtit. XLII.

Extra lib. 3. tit. 9. ne ſed. vacante. cap. Nouit ille q ſcrutator.

NOuit ille qui ſcrutator eſt cordium, quod licet Celeſtinus p̄deceſſor noſter eccleſiā veſtrā erexerit cathedralem, ipſam Bathonienſi eccleſiæ vniendo, vt idem eſſet epiſcopus vtriuſq; qa tamen hæc vnio aſſerebatᷓ à vobis in graue præiudiciū Glaſtonenſis eccleſiæ redundare, cum per ipſam diſſolueretur religio, & fraudareť eleemoſyna, & hoſpitalitas tolleretur: nos ad releuandum eccleſiæ veſtræ ſtatum cœpimus intendere diligenter. Et infra.

Vos aūt poſt obitū Bathonienſis ep̄i humiliter poſtulaſtis, vt qa tempus aduenerat, q̄ ſine ſcādalo eccleſię veſtrę ruina poterat releuari, cū & Bathonienſis eccle

ſia idipſ̄m pariter poſtularet, rex q̄q; cū re
gni magnatibus, & q̄dam ep̄i cū multis
abbatibus depoſcerēt illud idē, vt vnione
penitus diſſoluta, monaſteriū veſtrū re-
duceremus in ſtatum antiquum, ſub ab-
batis regimine gubernandū. Attenden

12.quæſt.2. ca. Si qua de rebus.

tes igit̃ quod epiſcopali ſede vacante non
debet aliquid innouari, cū non ſit q̄ epi-
ſcopale ius tueat̃: maxime ne plus ſauiſ-
ſe pſonę, q̄ eccleſiæ videremur, ſi q̊d eo vi
uente cōceſſimus, poſt obitū eius ſubito
mutaremus: petitionē veſtrā nequiuius
exaudire, autoritate p̄dicta indulgentes,
vt cum Bathonienſis eccleſia de præſule
fuerit ordinata, ius veſtrum apud ſedem
apoſtolicam proſequendi facultatem li-
beram habeatis. Interim autem ſub cura
prioris idem monaſterium gubernetur.

DE HIS QVÆ FIVNT a p̄lato, ſine conſenſu capituli.

INNOCENTIVS PAPA III. Archipresbytero & Magiſtro ſcholarium Bituricenſibus.

Tenet donatio, quam de ſolius diœceſani conſenſu facit laicus eccleſiæ de decimis, quas ab alia eccleſia habet in feudum ab antiquo, id eſt, ante Lateranenſe concilium Conſtit. XLIII.

Extra lib. 1. ti. 10. de his quę fiun. a præla. cap. Cū ſedes apoſtolica.

CVm ſedes apoſtol. Et inſra.
Sanc ſicut accepimus, cum ex
vna parte capitulū S. Stepha-
ni, & altera monachi de pla-
tea, ſup decima quadā in veſtrū cōpromi
ſiſſent arbitriū, dicti monachi p̄ponebāt
donatonē ipſius decimę ſibi à q̄dam mi-
lite factam, & Bituricenſis archiepiſcopi

16. quæſt. 1 ca. Quoniam quicquid. Hieronymus

diœceſani eius accedente conſenſu cōfir
matam fuiſſe, ſeq; autoritate Hieronymi
munitos exiſtere, qui ſcribens ad Dama
ſum ait: Si aliq̄n fuerint à laicis male detē
ta, q̄ diuini iuris eſſe noſcunt̃, & in vſum
tranſierint monachoꝝ, epiſcopo loci p̄-
bente conſenſum, cōſtabunt eis oīa p̄pe-
tua firmitate ſubnixa. Econtrario pars
allegabat aduerſa, cōſenſum epiſcopi ſi-
ne cleri cōſenſu minus ſufficere, autorita

12. quæſt. 2 ca. Sine exceptione

te Leonis Papæ, dicētis: Ne q̄s ep̄s de re-
bus eccleſię quidq̄ donare, vel cōmutare,
vel vendere audeat, niſi forte aliquid ho
rū faciat, vt meliora proſpiciat, & cū toti
us cleri cōſenſu, atq; tractatu id eligat, q̄
non ſit dubium eccleſię profuturū. Quia
vero nos conſulere voluiſti, vtrum q̄n de
cima tenetur à laico, ſi cōferatur eccleſię,
ad confirmandā donationem cōſenſus
epiſcopi ſine cleri conſenſu ſufficiat. Ta
liter reſpondemus, quod monēdus eſt la
icus qui decimam detinet, vt eam eccleſię
reſtituat, ad quā ſpectat: qui ſi forte indu
ci nequiuerit, & eā cum diœceſani cōſen
ſu alteri eccleſiæ aſſignauerit, p̄ſertim re-
ligioſo conuentui, conſtabit ipſa dona-
tio perpetua firmitate ſubnixa. Autorita
tes eñ præmiſſæ, licet diuerſæ ſint, nō ta
mē aduerſæ: cum aliud ſit alienare q̊d ab
eccleſia poſſidetur, & aliud quod detine-
tur à laico, ad vſum eccleſiaſticum reuo-
care. In alienatione q̄q; iuxta Leonis Pa
pæ decretum conſenſus epiſcopi ſine cle
ricoꝝ conſenſu nō ſufficit. In reuocatio
ne autem, iuxta ſcripturam Hieronymi,
ſufficit cōſenſus epiſcopi: cum per vtrun
que vtilitati eccleſiæ conſulatur. Nam Extra lib. 5. tit. 33. de priuilegijs. cap. Cū & plātare.
& in Lateranenſi concilio eſt inhibitum,
ne quęlibet religioſa perſona eccleſias &
decimas de manibus laicorum ſine con-
ſenſu epiſcopoꝝ recipiat: per quod indi-
recte datur intelligi, q̊d ſufficit cōſenſus
epiſcopi, vt licitū ſit eccleſiæ decimas de
manibus recipere laicorum. Hoc autē de
illis decimis intelligimus, quæ laicis in
feudum perpetuo ſunt conceſſæ.

IDEM METENSI ARCHIdiacono.

Non poteſt epiſcopus ſine conſenſu capituli concedere eccleſias alijs eccleſijs, etiam ſi habeat ius patronatus in eccleſijs conceſſis.

Conſtit. XLIIII.

TVa nuper. Et inſra. Adiecisti eti Ibid. cap. Tua nup.
am, vtrum epiſcopo vel electo cum
ſolo archidiacono, præter aſſenſum ma
ioris eccleſiæ, cum ab ipſa eligatur epiſco
pus, & archidiaconus aſſumat̃ de ipſa, cœ
nobijs vel eccleſijs cōuentualibus, ad q̄s
ius p̄tinet patronatus, liceat conferre per
petuo vacātes eccleſias baptiſmales. Et in
ſra. Alterius etiam quæſtionis ſolu- 12. quæſt. 2 ca. Sine exceptione
tio ex epiſtola Leonis Papæ colligitur e-
uidenter, in qua legitur, ne quis epiſco-
pus de rebus eccleſiæ quidq̄ donare vel p̄
mutare, vel vendere audeat: niſi forte ali-
q̄d hoꝝ faciat vt meliora p̄ſpiciat: & toti
us cleri tractatu atq; conſenſu id eligat,
quod

quod non ſit dubium eccleſię profutuꝝ. Irrita em̃ epiſcopoꝝ donatio, venditio et cõmutatio rei eccleſiaſticę erit abſq; conniuentia & ſubſcriptione clericoꝝ. Per hoc em̃ noueris ſolutã ſecũdo loco ꝓpoſitam q̃ſtionem, cũ conceſſiones eccleſiarum ad perpetuas alienationes non ſit dubium pertinere.

IDEM EPISC. ELIENSI.

Epiſcopus parochiales eccleſias, uel obuẽtiones ipſarum, de conſenſu patroni, ſine conſenſu capituli ſui, monaſterio conferre non poteſt.

Conſtit. XLV.

Ibid. cap. Paſtoralis ij. quęſt. [illegible] ca. Eccleſias.

PAſtoralis officij diligẽtia. Et infra. Pręterea q̃ſiuiſti, cum autoritate Dionyſij fuerint parochiæ limitatę, quatenus ſingularum parochiaꝝ prouentus in vſus eccleſiæ cederẽt neceſſarios, & ſtipendia miniſtroꝝ, ſi ep̃o liceat ſine autoritate ſummi põtificis, vel ſaltẽ ſine ſui capituli volũtate, viris religioſis cõferre obuentiones alicuius parochialis eccleſiæ, ſuſtẽtatione vicarij reſeruata. Et cũ Lateranenſis concilij ſtatuta ꝓhibeant eccleſijs nouã imponi, vel augeri veterẽ pẽſionẽ, poſtulas edoceri, an ep̃s valeat religioſis, conſentiẽte patrono, totã eccleſiam, vel de nouo conferre aliquã portionem.

Extra lib. [illegible] de cenſibus. cap. Prohoemus.

Ad q̃d breuiter rñdemus, q̃d ſalua cõſtitutione canonica de cõcedenda pn̄s locis qnquageſima portione, neq; primũ, neq; ſecundũ potuit facere epiſcopus (niſi de licentia Romani pontificis) præter ſui capituli voluntatem.

[illegible] quęſt. 2 [illegible] Ponæ [illegible]

IDEM ARCHIEPISCOPO Senonenſi & eius Suffraganeis.

Ad concilia prouincialia uocari debent & admitti cathedralium eccleſiarum capitula.

Conſtit. XLVI.

Ibid. cap. Etſi.

ETſi mẽbra corporis. Et infra. Prouinciæ Senonenſis capitula cathedraliũ eccleſiaꝝ ad nos q̃rimoniã tranſmiſerunt, quod archiep̃s Senonenſis & eiuſ ſuffraganei ꝓcuratores eoꝝ nuper ad prouinciale conciliũ conuocatos ad tractatũ eoꝝ admittere noluerũt. Et inf. Viſum fuit nobis & fratribus noſtris, vt capitula ipſa ad hmõi cõcilia debeant inuitari, & eoꝝ nunq̃ ad tractatũ admitti: maxime ſuper illis, quæ ipſa capitula contingere dinoſcuntur.

[illegible] diſt. ca. per totum

DE HIS QVÆ FIunt a maiore parte capituli.

INNOCENTIVS PAPA III. Auguſtenſi Præpoſito.

Communis ordinatio eccleſiæ per contradictionem & appellationem cuius, cuius non intereſt, impediri non debet.

Conſtit. XLVII.

EX ore ſedentis. Et infra. Accedẽtibus ad pſentiã noſtrã T. ac B. Auguſteñ. canonico ꝓ q̃ſtione, quæ inter vos ſuper præpoſitura Auguſteñ. eccleſię vertebãtur, ex parte ipſius B. fuit propoſitum, q̃ pater eiuſdem à Celeſtino pdeceſſore noſtro, decano & capitulo Auguſtenſi literas obtinuit deſtinari, vt infra ſpaciũ vnius menſis eundẽ eligerent & aſſumerent in præpoſitum Auguſtẽſem, in ſignum inueſtiturę annulo aureo deſtinato, & q buſdam mãdati apoſtolici executoribus cõſtitutis. Capitulum memoratum cum audiſſet, quod E. puondam eoꝝ prępoſitus in epiſcopũ Brixieñ. electus & confirmatus fuiſſet: licet dictas literas recepiſſent, in contẽptum tñ eoꝝ, aſſignato primus termino, infra quem ipſi deberent ſup mandato apoſtolico reſpondere, H. tunc Auguſtenſem decanum in præpoſitum elegerunt. Et infra. Quia vero legitime conſtitit, quod prædictus B. de prępoſitura non fuit aliquatenus inueſtitus, & ſi mãdatum fuerit, vt de ea inueſtiretur: de qua etiam ſi inueſtitus fuiſſet, inueſtitura eius per prædeceſſorem noſtrum, certa fuit ratione caſſata: q̃ nec etiam ſi caſſata fuiſſet, ꝑ hoc quod dicto H. reuerentiam exhibuit, quę debetur prępoſito, iuri ſuo renunciaſſe videtur: nos attendentes ſibi de iure nõ potuiſſe cõpetere, vt per appellationem ob id interpoſitam cõmunem ordinationem eccleſiæ impediret: intelligentes etiam te à maiori parte, tam dignitate, q̃ numero eoꝝ, quos eligendi ius cõſtabat habere, electum fuiſſe canonice in prępoſitum, electionem tuam autoritate apoſtolica cõfirmamus, pręfato B. ſuper præpoſitura ſilentium imponentes.

Extra lib. 3. tit. 2. de his quę fiunt à ma. parte capituli. cap. Ex ore.

IDEM INNOC. PAPA III.

Prælatus cũ maiori parte capituli, contradicente minori, ſtatuere poteſt quod ad neceſſariã reparationem fabricæ quilibet canonicus conferre tenetur.

Conſtit. XLVIII.

GGg ij Expar

Ibid. cap. Ex parte

EX parte tua nobis fuit frater archiepiſcope intimatum, q̃d ad reſtaurandã fabricã Rothomagẽſis eccleſiæ tractatum cõmuniter habuiſtis, te poſtulante, vt quilibet canonicorũ tecũ pariter aliquam ſuorũ reddituũ portionẽ operi tã pio & neceſſario deputaret. Et infra.

Statuimus, vt ſi q vestrũ tuis, frater archiepiſcope, & maioris & ſanioris partis capituli ſtatutis ſup hoc duxerit reſiſtendũ, obtineat ſententia plurimorum.

VT ECCLESIASTIca beneficia ſine diminutione conferantur.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo Mediolanenſi.

Occulta collatio beneficij licet ſit ſuſpecta, bene ualet, dummodo alias legitime facta probetur.

Conſtit. XLIX.

Extra lib. 3. tit. 12. Vt eccleſia. bene. cap. Vt noſtrũ procedat.

VT noſtrũ prodeat de vultu dei iudicium. Et infra. Pręterea proponebas, quod cũ nullus debeat ſine accuſatione damnari, nec aliquid circa negocium illud ſit actum in forma iudicij, depoſitiones teſtium non poterant tibi præiudicium generare. Quia vero hæc allegatio perſonã noſtram tangere videbatur, dignum duximus cauſam cõmiſſæ inquiſitionis & ordinem plenius explicare, ne quis quomodolibet ſuſpicetur, q̃d nos in hoc negocio perperã pceſſerimus: pſertim cum ratio aſſignandi debeat eſſe poſteris profutura. Cum enĩ iuris ſit exploratı, q̃d actore nõ probante, is qui conuenit, etiam ſi nihil præſtiterit, debeat abſolui: videri poterat, quod nos tibi, qui conueniebaris à nobis, malitioſe vel indiſcrete onus probationis ſup tribus præmiſſis articulis impoſuimus, videlicet, vt oſtenderes, q̃d pdictam cãcellariã pſonę idoneę, modo canonico, & tẽpore cõpetenti donaſſes. Porro, cũ donatio fuiſſet occulta, & ideo ſuſpicione non careat, & elapſo iã anno nullus cancellarius om̃ino appareat, non immerito credebamus, q̃d ſecundum Lateranenſis cõcilij ſtatuta ad nos eſſet ipſius cancellarię donatio deuoluta:

Extra lib. 3. tit. 8 ca. Nulla.

& ideo potuiſſemus ipſam ſine culpa cõferre: quoniam etſi locum Dei teneamus in terris, non tamẽ de occultis potuimus diuinare. Quia ergo contra illud, q̃d prima facie iuſte pſumebatur p nobis, pſertim cũ reſponderis prima vice, q̃d cancellariã alicui non contuleras, facultatẽ tibi pro te probandi cõceſſimus, nõ fuit grauamẽ, ſed gratia, nec ex malitia, ſed ex benignitate pceſſit. Quod etiã de modo canonico fidẽ nobis fieri mandauimus, tu cauſam pſtitiſti mandato, q ſæpe nobis p literas tuas intimaſti, & tandẽ probaſti p teſtes, q̃d retentis tibi puentibus, officiũ conceſſeras memoratum: ex q̃ nõ immerito in talẽ conceſſionẽ fuimus ſuſpicati. Et ideo nos, q nõ tã ex plenitudine poteſtatis, q̃ ex officij debito, poſſumus & debemus de ſubditorũ exceſſibus ad correctionẽ ingrere veritatẽ, te maxime cauſã & occaſionẽ pſtante, inqſitionem cõmiſimus faciendã. Oĩbus ergo diligẽter auditis, te in tribus cõperimus fuiſſe culpabilem. Circa contrarietatẽ reſpõſi, qa nõ ſolũ nobis, ſed nec cuiq̃ debuiſſes ex certa ſciẽtia cõtraria rñdere. Circa carnalitatem animi, quia nõ ex affectu carnali, ſed diſcreto iudicio debuiſti eccleſiaſticũ bñficium & officiũ in pſona magis idonea diſpenſare. Et circa inhoneſtatẽ facti, qa non licuit ex pactione vel conuentione q̃cunq; ſub modo vel tenore pſcripto cõcedere nudum officiũ, & tibi retinere puentus: cum in Lateranenſi concilio phibitum ſit, ne quis conferendo eccleſiaſticum beneficium, partẽ prouentuum ſuis vſibus retinere pſumat: & alibi cautũ reperiatur in canone, quod eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione debent conferri.

Extra lib. 5. tit. 19. cap. Prohibemus.

1. quæſt. 3. ca. Si quis. Extra lib. 3. tit. 5. ca. Maioribus.

Vnde credimus diſtinguendũ, vtrũ qui dat ſpirituale beneficium, prouentus ipſius ante donationẽ percipiat. Nam ſi prouentus ante donationẽ non pcipiat ipſe, ſed alius, & ex donatione conſequatur, vt ipſe prouentus percipiat, non eſt dubium circa hæc intercedere ſimoniacã prauitatem. Si vero ante donationem pceperit ipſe prouentus, credimus diſtinguendum, vtrũ ante donationẽ conſtituat, vt ipſi prouentus retineantur ad tempus p cauſa iuſta & neceſſaria, aut cõueniat cũ eo, qui accepit beneficium, ſeu cũ mediatore q̃cunq;, vt officio illo cõceſſo retineat ipſe ſibi puentus. Primũ enĩ membrũ credimus eſſe licitũ: ſecundũ aũt dicimus non licere, ne viam aperiamus his, q prauitatem ſuam ſatagunt palliare.

D E

DE REBVS ECCLEſIÆ non alienandis.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo Montis regalis.

Poſſeſſiones quæ ſunt de menſa non poſſunt alienari, & eccleſiæ conſuetæ regi per regulares, ſecularibus clericis conferri non debent.

Conſtit. L.

Extra lib. 3.tit.13. de reb.eccle. non alien. cap. Poſſeſſiones.

POſſeſſiones ad mẽſam tuã vel capitulũ pertinentes nõ debes alienare, aut eccleſias, in qbus monachi miniſtrare conſueuerant, clericis vel laicis aſſignare.

IDEM EPISCOPO MAVrienſi & Præpoſito Vlconenſi.

Reſtituitur eccleſia contra alienationem, per quam enormiter fuit læſa. Conſtit. LI.

Ibid. cap. Ad noſt. ã

AD noſtram noueris audientiã perueniſſe, quod cum Tuſienſe monaſteriũ depreſſum eſſet onere maximo debitorum, abbas & conuentus eiuſdem villam quandam neceſſitate coacti B. laico conceſſerũt in feudum, tali conditione appoſita, quod idem LXXX. libras ꝑ ſolueret, pro quibus eadem extiterat obligata. Quod non diſtulit effectui mancipare. Et infra. Vnde humiliter ſupplicarunt, vt feudum prędictum faceremus ad vtilitatem monaſterij reuocari: ꝑſertim cum idem laicus primo anno de ipſius prouentibus vltra ſummam perceperit prætaxatam, & per multos poſtmodũ annos ſumpſerit eius fructus. Et infra.

Quocirca mãdamus, quatenus, ſi prædictum monaſterium propter hoc inueneritis enorme diſpendium incurriſſe, dictum laicum, vt (pecunia, quam pro exoneratione feudi, ſeu etiam pro vtilitate ipſius monaſterij expendiſſe noſcitur, ab eiſdem abbate & conuentu recepta, cum ſibi fructus percepti ſufficere debeant ꝓ labore) præfatum feudum eidem monaſterio dimittat liberum & quietum, appellatione poſtpoſita compellatis.

DE EMPTIONE ET venditione.

INNOCENTIVS PAPA III. Epiſcopo Pallonenſi.

Si in venditione apponitur pactum de recuperanda re poſt certum tempus modico conſtituto precio, præſumitur pignus & non venditio.

Conſtit. LII.

Extra lib. 3.tit.17. de empt. & vendit. ca. Ad noſtrã

AD noſtram noueris audientiã perueniſſe, quod cum R. laicus lator pręſentium, ab M. mutuum recipere voluiſſet, creditor ne per canonẽ contra vſurarios editum poſſet in poſterum conueniri, domos & oliuas recepit ab eodem titulo emptionis: quum reuera contractus vſurarius ageretur, quod patet ex eo, q̃d creditor debitori promiſit, quod quandocunq; à ſeptẽnio vſq; ad nonennium daret quadraginta vncias tarenorũ, quæ vix dimidiam iuſti precij contingebant, domos eius reſtitueret & oliuas.

Extra lib. 3.tit.19. cap. Quia in omnib.

Quia igitur fraus & dolus cuiq; patrocinari nõ debent, mandamus, quatenus, ſi res ita ſe habet, inſtrumento venditionis confecto in fraudẽ canonis promulgati contra vſurarios non obſtante, prædictum M. ad reſtituendas domos & oliuas ei, ad quem debent hæreditario iure deuolui, quum debitor ſit viam vniuerſæ carnis ingreſſus, per pœnã in Lateranẽſi concilio contra vſurarios promulgatam appellatione remota compellas.

IDEM EPISCOPO ET ARchidiacono Vrbeuetano.

Venditor deceptus vltra dimidiam iuſti precii agere poteſt, ut res ſibi reddenti precium acceptum reſtituatur, uel iuſtum preciũ ſuppleatur, & in hoc electio eſt emptoris.

Conſtit. LIII.

Ibid. cap. Cũ cauſa

CVm cauſa quæ inter œconomum monaſterij S. Martini de mõte ex parte vna, ac ciues Viterbien. ſuper caſamẽtis ex altera vertebatur, fuiſſet aliquãdiu ventilata, quum cõſtitiſſet nobis monaſterium in venditione vltra dimidiam iuſti precij fuiſſe deceptum, ſententiãdo decernimus, vt præfati ciues aut recepto ꝓcio poſſeſſiões reſtituerẽt memoratas, aut ſuppleret quantũ conſtaret legitime venditionis tempore iuſto ꝓcio defuiſſe.

DE LOCATO ET conducto.

INNOCENTIVS PAPA III.

Abbati & conuentui ſancti Petri de Pratellis Londenſis diœceſis.

Perſonæ eccleſiaſticæ locare poſſunt prouentus decimarum his, cum quibus conditio eccleſiæ ſit melior, ſtatuto diœceſani contrario non obſtante, & eadem ratione de alijs rebus eccleſiæ.

Conſtit. LIIII.

Extra lib. 3. tit. 18. de locato & conducto. cap. Veſtra nobis

VEſtra nobis relatio declarauit, ꝗd quum ad firmam fructus veſtraꝝ dare cõſueueritis decimaꝝ. Et infra.

Diœceſanoꝝ epiſcopoꝝ ſtatuto contrario non obſtante veſtraꝝ decimarum prouẽtus illis libere locare poteſtis, cum quibus eccleſiæ veſtræ conditionem poteritis facere meliorem: ita tamen ꝗd huiuſmodi locatio ad feudum vel alienationam non videatur extendi.

DE RERVM PERmutatione.

INNOCENTIVS PAPA III.

Archiepiſcopo Senonenſi.

Beneficia ſua perdunt, qui ea propria permutant autoritate.

Conſtit. LV.

Extra lib. 3. tit. 19. de rerũ permutatione. cap. Cũ olim.

CVm olim magiſter S. & B. archidiaconatum & præpoſituram ad inuicem commutaſſent. Et infra. Licet prædictus magiſter ab initio ſponte fuerit de permutatione confeſſus, idem tamen B. eam inficiabatur om̃ino, proponẽs quod ipſe præpoſituram ſine conditione qualibet reſignauit, & poſt reſignationem prædicti magiſtri archidiaconatum fuerat aſſecutus. Et infra.

Cum ergo nobis conſtaret, quod ipſe B. ſuum pręſtiterit permutationi conſenſum: prædictus autem magiſter ſuum publice fateretur errorem, & hunc præpoſitura & illum archidiaconatu curauimus ſpoliare, ſuper hoc diffinitiuam contra eos ſententiam proferentes.

IDEM ARCHIEPISCOPO, & P. ſancti Andreæ Colonienſibus.

Si permutatio beneficiorum completa eſt ex una parte, & per alteram ſtat, quo minus impleatur, reſtituitur pars ad ſuum beneficium, & ſecundum hoc continet ius.

Conſtit. LVI

CVm vniuerſorum. Et infra. Intelleximus G. canonico referente, ꝗd cum ipſe & L. clericus de permutatione præbendarum ſuarũ inter ſe tractare cœpiſſent, quam vtilitati vtriuſq; imminere credebãt: tandem idem L. præbenda eiuſdem G. cuidam cõſanguineo ſuo aſſignata, præbendam ſuam ei ſicut promiſerat noluit reſignare. Et infra. Cum igitur deceptis & nõ decipientibus iura ſubueniant, licet ipſi per ſe de iure non poſſent eccleſiaſtica beneficia permutare: vt tamen ſimplicitati venia tribuatur, mandamus, quatenus, ſi conſtiterit prætaxatum G. taliter fuiſſe deceptum, amoto à præbenda ſua cõſanguineo ipſius L. vel quolibet alio illicito detentore, eam reſtitui faciatis eidem.

Ibid. cap. Cũ vniuerſorum.

Supra lib. 1. tit. 5. ca. Super literis.

DE FEVDIS.

INNOCENTIVS PAPA III.

Marienſi Epiſcopo.

Si dominus a vaſallo recipit feudum in pignus, abſtinendo ab eius ſeruitio, non tenetur computare fructus in ſortem

Conſtit. LVII.

INſinuatione præſentiũ declaramus, ꝗd Gageria, quã de feudo eccleſię tuę ab M. dinoſceris recepiſſe, à te poteſt libere detineri, fructibus non computatis in ſortem: ita videlicet, vt quãdiu fructus illos ceperis in ſortem minime computandos, idem M. à ſeruitio, in quo tibi & eccleſiæ tuæ pro feudo ipſo tenetur, interim ſit immunis.

Extra lib. 3. tit. 20 de feudis. ca. Inſinuatione.

IDEM ARCHIEPISCOPO Mediolanenſi.

Ponit tres caſus, in quibus non obſtante iuramento de non infeudando, poteſt epiſcopus antiquum feudum ad eccleſiam reuerſum nouo vaſallo concedere.

Conſtit. LVIII.

EX parte tua noſtro eſt apoſtolat. reſeratũ, ꝗd ſępius dubitaſti, vtrũ cũ contin-

Ibid. cap. Ex parte tua.

contingit vaſſallũ tuum decedere,& ad te ſeudũ ipſius redire, feudũ eius alijs liceat tibi dare, quamuis iuramento tenearis aſtrictus,non infeudare de nouo Romano pontifice inconſulto. Ad hæc ſi vaſallum tuum ſeudum alienare cõtingat, an ipſius filium vel conſanguineum eiuſdẽ ſeudi cõſortem de ipſo valeas inueſtire. Alia quoq; dubitatio continebat, vt cũ feudũ alienatũ repereris, q̃d p te facile recuperare nõ potes, vtrũ poſſes alicui laico in feudũ illud cõcedere,q & illud recuperet, & in feudũ per eccleſiam recognoſcat. Et infra.

In primo ergo caſu feudũ decedentis libere, ſi videris expe[illegible]ire, concedas,atq; in ſecundo filiũ vel conſanguineum alienantis inueſtiens, in tertio feudum alienatum poteris ei licenter concedere,per quem ipſa eccleſia valeat rehabere.

DE PIGNORIBVS & alijs cautionibus.

INNOCENTIVS PAPA III. G.ſubdiacono noſtro, & P. canonico Piſano.

Si uſurarius emit rem eo pacto,quod poſt tẽpus reſtituat eam uenditori,recipiendo aliquid ultra ſortem,fructibus tamen in ea computatis, iudicatur contractus fœneratitius.

Conſtit. LIX.

Extra lib. 3.tit.21 de pignoribus. cap. Illo vos.

ILlo vos credimus ſcientiæ dono vigere. Et infra. Sane intimaſtis nobis, quod cauſam quæ vertitur inter H. & B. filios G. de Coſa ex vna parte, & G. filiam T. & hæredes ipſius ex altera, ſuper quibuſdã terris p̃fatis perſonis p xxiii. libris pignori obligatis, vobis duximus committendam. Et infra. Ex parte p̃dictæ G. & heredum eius fuit propoſitũ, terras quas idem H. & B. repetebant, ab eis nõ eſſe pignori obligatas, ſed pure vẽditas, ſicut in inſtrumento confecto exinde continebatur. Præfatus vero H. p ſe ac fratre ſuo firmiter aſſerebat terras nõ eſſe pure vẽditas, ſed pignori obligatas, cum venditioni p̃dictæ talis fuerit adiecta cõditio, vt ſi à tẽpore cõtractus vſq; ad duos pximos annos p̃fato T. emptio diſpliceret, G. pater H. abinde vſq; ad annũ xxvi. libras pceptis fructibus cõputatis in ipſis dare deberet. Verũ qa ambigitis, vtrũ pura ſit & abſoluta vẽditio, an p̃ſatus cõtractus pignus debeat iudicari: reſpõdemus q̃d q̃liſcunq; fuerit intẽtio cõtrahentiũ, & ex forma cõtractus vẽditio nõ appareat conditionalis ſed pura: quãmuis p conditionẽ poſſit reſolui, ex duobus tñ, q̃ in pacto fuerũt exp̃ſſa, videlicet q̃d fructus pcepti deberẽt in ſoluẽda pecunia numerari, & q̃d vltra ſummã receptã +XL. ſolidi deberẽt pſolui, cõtra ipſum emptorẽ p̃ſumit vehemẽter, p̃ſertim cum vſuras conſueuerit exercere. LX.

IDEM EPIS. AQVINATEN.

Mulier agit pro dote contra quẽlibet detinẽtem bona mariti. Conſtit. LX.

Ibid. cap. Ex literis

EX literis fraternitatis tuæ accepimus, q̃d cauſam q̃ v̉tit ĩter R. & A. mulierẽ tibi duximus cõmittendã. Et in.

Siqdem pbatum eſt, q̃d p facinore à marito p̃dictę mulieris cõmiſſo, eo ſugã petẽte, tã frater mariti, p̃ſatus videlicet R. quã ipſa mulier, licet minus iuſte à regio iudiciario capti fuerint, & de ipſius mãdato bonorũ oĩm delinquẽits ſacta diſtractio & ſoluta pecunia metratori, q à marito mulieris vulneratus fuerat, & rebus pprijs ſpoliatus: ſed quædã poſſeſſiones illius penes eundẽ R. remãſerãt, q̊s idẽ de mãdato curiæ retinuit, ſoluta p cis pecunia p̃dicto mercatori, qa emptor alius ppter poſſeſſionũ nuntias nõ extabat: pars vero mulieris æſtimationẽ dotis inſtãtius petebat ſibi reſtitui, vel in poſſeſſiones, quæ mariti fuerant, ex officio delegationis induci. Et infra.

Mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit ex his, quę in præſentia tua fuerę ppoſita & pbata, q̃d mulier dicit viro dediſſe in dotẽ, & p̃dictũ R. de bonis fratris aliqua poſſidere, cũ mulieribus fauor multus in recuperandis dotibus debeatur: & cautum ſit in iure, q̃d ppter maleficiũ viri mulier remanere nõ debeat indotata, cum etiam bona viri mulieri ſint pro dote tacite obligata, & cum ſuo onere tranſierint ad quemlibet poſſidentem: R. p̃dictum eidẽ mulieri ad reſtitutionẽ dotis eatenus comdemnes, quatenus de bonis fratris ſui præfati noſcitur poſſidere.

IDEM R. DE MONTE fortino.

Si creditor, uel is qui ab eo cauſam habet, tot fructus percepit ex pignore, quod ſatisfa-ctum eſt ſorti, debet pignus reſtitui debitori.

Conſtit. LXI.

Ibid. cap. Cum con tia.

CVm cõtra G. ciuem Anaginenſem ſup qbuſdam poſſeſſionibus, quas q̃ndam pater tuus L. de Saul. ꝑ certa quã titate pecuniæ obligarat, & ipſius credi-toris hæredes ꝓdicto G. pignorauerant, mouiſſes in noſtra pꝛ̃ſentia quæſtionem, legitime ꝓbauiſti, q̃d ex earũ ꝓuentibus tantũ fuerat, tam ab eodem G. quam ab alȷ̃s, q eas tenuerant à tẽpore, q̃ fuerant obligatæ, ꝑceptum, q̃d fructus ſorti po-terant adæquare. Nos igitur attendẽtes, q̃d in talibus ꝑceptio fructuũ in ſolutio ne ſortis accedat, cũ ſcd'm canonicas ſan ctiones fructus reſtitui, & in ſortẽ debe-ãt computari, conſiderantes etiam, quod poſſeſſiones ipſę iã extenuaſſent penitus totũ onus, & debitũ annulaſſent, ipſas ti bi reſtituẽdas eſſe decernimus, & te ꝑ nũ cium noſtrum in poſſeſſionẽ induci feci mus corporalem.

Extra lib. 5. tit. 19. cap Quo niam.

IDEM INNOCEN. PAP. tertius

Si is qui ſub pacto legis commiſſoriæ pigno rauit rem ſuam, & iurauit non contrauenire, iuſte impeditus, infra diem ſtatutum non rede mit, poſt diem redimere poterit.

Conſtit. LXII.

Ibid. cap. Significã te

SIgnificante R. ciue Piſano nobis in-notuit, q̃d cũ domũ ſuã G. Piſano ci ui pro CCL. libris pignori obligaſſet, ac ꝓmiſiſſet pꝛ̃ſtito iuramẽto, q̃d niſi domũ ipſam ſtatuto termino recolligeret, credi torẽ vlterius ſup eo minime moleſtaret, & infra ſtatutũ tempus ꝑ certũ fidelẽ nũ cium, ꝓut ei videbat, creditori pecuniam numeratã remiſit, quã idẽ nũcius infide liter agens, ſicut ei iniunctũ fuerat non ꝑſoluit, & poſtmodum idem R. ab impe ratore detentus, dicto G. ſatisfacere non potuit vt debebat. Et infra.

Cũ igit pactum legis cõmiſſoriæ ſit in pignoribus improbatũ, & ꝓdictus R. quantum in eo fuit, iuramentum debitũ adimpleuit: cum per eum, quem certum nuncium eſſe ſperabat, pecuniam remiſe rit tempore ſtatuto, ſed in captione detẽ tus ſatisfacere non potuit creditori: Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, prædi-ctum creditorem, vt ſorte cõtentus, pen ſionibus pignoris computatis in eam, il-lud pꝛ̃fato R. oĩ dilatione poſtpoſita reſi-gnet, pacto tali vel iuramento nequaq̃ obſtante, cenſura eccleſiaſtica cogatis.

DE DONATIO-nibus.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo Florẽtino.

Non obſtante iuramento de non infeudando de nouo, prælatus integrare poteſt feudum, ſi apparet uaſallum in menſura fuiſſe deceptum.

Conſtit. LXIII.

Extra lib. 3. tit. 14 de donat. ca. Per tuas li teras.

PEr tuas literas pro ponere ꝓcuraſti, q̃d cum qdam no-biles Florentini tẽ pore ſchiſmatis e-piſcopũ Florẽtinũ in domo ſua tenue rũt, idẽ epiſcopus ſedata ſchiſmatis tempeſtate de manda-to Alexandri Papæ, quatuor modios ter ræ in feudum conceſſit eiſdem, & ſucceſ ſor ipſius, ꝓut eſt moris, de certo feudo pꝛ̃ fatos nobiles inueſtiuit. Verum cum ipſi aſſignatam terram menſurari feciſſent, non niſi duos modios inuenerunt, feu-dũ integrari cũ inſtãtia poſtulãtes, ſup q̃ dubitas, eo quod nõ ſunt in poſſeſſione ipſius ne de nouo videaris illud cõferre. Et infra.

Nos igitur attendentes quod eccleſia in actibus ſuis fraudem nõ debet aliquã adhibere, reſpondemus, quod feudum i-pſum ſecure poteris integrare, cum terra illa quatuor modiorum ipſis fuerit aſſi-gnata.

IDEM R. DE BVRGIS ET G. Berburg. Abbatibus.

In donationibus pleniſsima ſit interpretatio, & ob hoc clauſula oneroſa poſt multas donatio nes appoſita proximam donationem tantum re-ſpicit.

Conſtit. LXIIII.

Ibid. cap. Cũ dilectĩ

CVm dilecti filȷ̃ abbas & monachi, de Melios ꝓpoſuerint corã nobis, q̃d nobilis vir Alanus quaſdam terras à patre

patre ipſius eorũ eccleſiæ in eleemoſynã aſſignatas violẽter redigere cupiat in ſoreſtam. Et infra.

Mãdamus q̃tenus ad ſententiã ꝑ ipſo monaſterio ꝓferendã, appellatiōe poſtpoſita ꝓcedatis, cũ ex tenore inſtrumẽti *vehementer.* euidẽter apparet, q̃d hæc fuit mẽs & intẽtio donatoris, vt clauſula de foreſta, q̃ in fine ponit̃ inſtrumẽti, nō ad ſupiorẽ donationẽ, q̃ tã libera & pura fuit, vt immunis eſſet ab oĩ vexatiōe & cõſuetudine ſeculari, ſed ad inferiorẽ cõceſſionẽ, q̃ penſionẽ & determinationẽ habet inſertã, iuxta ſanũ referri debeat intellectum: qa ĩ cõtractibus plena, in teſtamẽtis plenior, in beneficiis quoque pleniſſima eſt interpretatio adhibenda.

Extra lib. 6. tit. 60. L. 4. Quæcũque res. ff. de reg. iuris. In teſtamentis. Intra lib. 5 tit. 40. Conſtit. Olim.

IDEM EPISC. ELIENSI.

Si epiſcopus in eccleſia, quam de conſenſu capituli pro loco conceſſit, percipiebat certos prouẽtus, illos donaſſe uidetur: alioquin omnes prouẽtus, præter cathedraticum, cedunt pro loco: & ſi epiſcopus conceſſit de conſenſu patroni, intelligitur patronus donaſſe ius paronatus.

Conſtit. LXV.

Ibid. cap. Paſtoralis

PAſtoralis officii. Et infra.

Tua nos duxit diſcretio conſulendos, ſi ep̃us cõſentiẽte patrono viris religioſis aliquam eccleſiã cõcedẽdo hac vtatur ſimplicitate v̾borum, cõcedimus vobis illã eccleſiã, vtrũ eo ipſo videat̃ in eorũ vſus fuiſſe conceſſa, vel ius tantummodo patronatus.

Nos aũt ingſitiōi tuę duximus reſpõdendũ, q̃d ſi epiſcopus eccleſiã illis cõferat de cõſenſu patroni, ꝑfecto patronus quod ſuũ eſt cõferre videtur, ius videlicet patronatus, & ep̃us q̃d tẽporaliter obtinet in eadẽ, vt ſi fructuũ eccleſiæ eiuſdẽ aliquam recipiat portionẽ, in eorũ vſus illa portio cõuertat̃. Quod ſi ex ipſius ꝓuentibus nullã debeat portionẽ habere, oẽs ꝓuentus p̃ter cathedraticũ in eorũ vſus credimus cõuertẽdos: ſed vt epiſcopi donatio ſit legitima, cõſenſus eſt ſui capituli requirendus.

IDEM FLORENTINO & Fiſulanenſi epiſcopis.

Poſſunt hoſpitalarii in præiudicium ſuum ſe & domum ſuã alteri religioſæ domui ſubiicere, & donare.

Conſtit LXVI.

Ibid. cap. Inter dilectos

INter dilectos filios hoſpitalarios ſancti ſepulchri ac fratres hoſpitalis ſancti Allutii ſup eodẽ hoſpitali q̃ſtiōe ſuborta, cũ iidẽ hoſpitalarii ſup poſſeſſorio, q̃d ſemel & iterum, ex cauſis tñ diſſimilibus, intentarũt, contrarã ſententiã reportaſſent: deinde ad petitoriũ recurrẽtes, ꝓponere curauerũt, q̃d cũ G. q̃ndã rector, & fratres ac patroni eiuſdẽ hoſpitalis, habito cõmuni cõtractu deliberaſſent, hoſpitale ipſum hoſpitalariis ſupponere ſupradictis, cõmiſerũt in hoc tribus ꝓcuratoribus vices ſuas, cõmuniter ſtatuẽtes, vt q̃d ꝑ ipſos fieret, acceptarẽt. Qui cũ eiſdẽ taliter ſtatuerũt, vt ad ipſum hoſpitale aliq̃ mitterent̃, q eorũ nomine acciperẽt aſſignationẽ ipſius. Cũ aũt duos illuc de ſuis fratribus trãſmiſiſſent, ipſi donationẽ & aſſignationẽ hoſpitalis, tã à magiſtro q̃ ſupradictis ꝓcuratorib. & aliis eiuſdẽ domus fratribus receperũt. Et in.

Procurator aũt partis alterius ex aduerſo reſpõdit, q̃d p̄dicta donatio debebat nõ ĩmerito retractari, qñ multis ex fratribus inconſultis, à prædicto rectore ac paucioribus fratribus excõmunicatis & ꝑiuris de re litigioſa in fraudẽ plebani de Piſcia, qui ſup eodẽ hoſpitali mouerat q̃ſtionẽ, fuerat celebrata. Et in.

Attẽdentes igit̃ q̃d fratres & patroni S. Allutii pro ſe, imo potius cõtra ſe turpitudinem allegabãt, videlicet ꝑiuriũ, excõmunicatiōem, fraudem: nõ vtiq; cõtra ipſos ſed ab ipſis cõmiſſam: & intelligentes donatiōem ab eis hoſpitalariis factã purã ac ſimplicẽ extitiſſe, qa nõ deceptoribus ſed deceptis iura ſubueniũt: vñ ꝑ ea q̃ ſuperius ꝓpoſita ſunt ſe cõtra factum ꝓpriũ legitime defendere non valebant, hoſpitale prædictũ cũ ꝑtinentiis ſuis hoſpitalariis ſancti ſepulchri adiudicare curauimus, ita q̃d ꝑ hanc ſententiã diœceſano epiſcopo & plebano de Piſcia nullũ p̄iudiciũ generet̃: cum res inter alios acta non debeat aliis præiudicium generare.

Supra lib. eod. tit. 10 Conſtit. 56. Cum vniuerſorũ

Supra lib. 2. tit. 22. Conſtit. Inter dilectos.

IDEM EPIS. S. ANDREAE.

Donatio quinquageſimæ uel cẽteſimæ, quam fecit epiſcopus cũ graui eccleſiæ ſuæ detrimento, poteſt legitime reuocari. Nec etiã poteſt ultra quinquageſimam uel centeſimam conferre, etiam ceſſante læſione eccleſiæ, ſine autoritate ſuperioris.

Conſtit. LXVII.

APoſtolicæ ſedis oraculo. Et infra. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, q̃d licet ſit in canone diffinitũ, vt ſi qs epiſcoporũ in parochia ſua monaſteriũ cõſtruere voluerit, & de rebus eccleſiæ, cui p̃ſidet, ipſum dotare, nõ amplius ibidem quã quinquageſimã partẽ: eccleſiæ vero, quam monaſticis regulis informare, vel p ſuis pprijs magnificare voluerit ſepulturis, nõ amplius q̃ centeſimam partem cenſus eccleſiæ, cui pręeſt, debeat elargiri. Quia tñ in eodem canone conſequenter adiungitur, vt hæc temperamẽti æquitas obſeruetur, quod cui tribuit, cõpetẽs ſubſidiũ cõferat, & cui tollit, dãna grauia non infligat: ea quidem cautela ſeruata, vt vnam tantũmodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem aſſumat. Hoc ſemper eſt obſeruandum, q̃d vnus epiſcopus vel alius, non ſolũ non debet amplius, ſed nec tantũ nec minus cum graui eccleſiæ ſuæ detrimento conferre, ſiue ſimul & ſemel id facere velit, ſiue pluries ſucceſſione eiſdem vel diuerſis eccleſijs cõferendo. Vnde cũ graue detrimẽtũ ſiue de poſſeſſionibus, ſiue de puentibus ad epiſcopalẽ menſam vel cathedralem eccleſiam ptinentibus in quãtalibet portione conſtiterit eſſe collatum, poterit legitime reuocari, niſi præſcriptione vel alia exceptione legitima actio huiuſmodi excludat. Nam & ſi prima facie p̃ſumatur, quod collatio quinquageſimæ vel centeſimæ partis graue non inferat detrimentum, qa tñ non ſolũ ſi ſępe, ſed etiã ſi ſemel id fiat, ex varijs circũſtantijs deprehendi poteſt interdum valde dãnoſum (q̃d qdẽ magis poteſt ex oſtenſiõe facti, quã exp̃ſſiõe alicuius ſtatuti cognoſci) nec qnquageſima, nec cẽteſima ſemel aut ſucceſſiue debet cũ graui eccleſię dãno cõferri. Si vero in tãtũ abũdat epiſcopus, vt ſine dãno eccleſię ſuę poſſit amplius etiã quã p qnquageſimã vel cẽteſimã partẽ neceſſitati alterius eccleſię ſubuenire, quãuis p ſe nõ debeat ſummã excedere à canone p̃finitã, p quã incaute largiri volẽtibus eſt occurſum: de ſupioris tñ autoritate põtificis, poteſt etiã in minori ſumma inopiæ alterius prouideri.

Ibid. cap. Apoſtolicæ.

DE TESTAMENTIS & vltimis voluntatibus.

INNOCENTIVS PAPA III. Epiſcopo Altiſiodorenſi.

Tenet teſtamentum ſi quis extremam uoluntatem ſuam alterius diſpoſitioni committit, & dicitur teſtatus ad pias cauſas. Conſtit. LXVIII.

QVum tibi de benignitate ſedis apoſtolicę. Et infra. In ſecũda quæſtiõe dicimus, q̃d q extremam volũtatẽ in alterius diſpoſitione committit, non videtur decedere inteſtatus.

Extra lib. 3. tit. 26 de teſtamẽt. cap. Cum tibi.

IDEM C. TITVLI SANCTI Laurẽtij in Lucina presbytero Cardinali, apoſtolicę ſedis legato.

De clericis eccleſiæ petit epiſcopus partem ſuam, licet aliquid fuerit ſibi à teſtatore relictũ, niſi eo modo & non in fraudem fuerit relictũ à teſtatore quod maneret ea parte contentus & legatum agnouerit. Conſtit. LXIX.

QVæſiuiſti, cum quis in teſtamento relinqt epiſcopo ppriam portionem, & alia multa monaſterijs vel eccleſijs, vtrum epiſcopus ex illis legitimã poſſit petere portionem. Et infra.

Ibid. cap. officij.

Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi portionem illam cũ conditiõe legauit epiſcopo, vt eſſet illa ſola cõtẽtus, & epiſcopus acceptauit, quia p hoc alijs renunciaſſe videtur, de cæteris non poterit exigere portionem. Quod ſi eam ipſe abſolute reliquit, portionem ſibi debitã poterit nihilominus de cæteris vẽdicare. Si ṽo cõſtiterit q̃d in fraudẽ modicũ cõſtituit mortuariũ, vt in cæteris ep̃s debita portione fraudaretur: quia fraus & dolus alicui patrocinari non debet, epiſcopus portionẽ ex illis poterit exigere à canone cõſtitutã, ſaluis indulgentijs Romani põtificis, quæ quibuſdam regularibus ſunt conceſſę.

10. quæſt. 1 cap. decreuimus.

IDEM INNOCEN. PAP. III.

Relictum epiſcopo contemplatione perſonæ non diuiditur cum eccleſia cathedrali: ſecus ſi contẽplatione eccleſiæ, ſiue nihil relinquatur eccleſiæ, ſiue aliquid, ſiue coniunctim, ſiue ſeparatim. Si autem ſoli eccleſiæ factum eſt relictũ, epiſcopus habebit portionem canonicam. Præſumitur autem relictum contemplatione eccleſiæ factum, quando fit ab extraneo habenti adminiſtrationẽm, ſecus ſi fiat ab adminiſtrationem

non habente

non habente. Cum eccleſijs uero inferioribus epiſcopus non diuidit ſibi relictum, quia non eſt ſibi tanta communio cum eccleſijs inferioribus, ſicut cum cathedrali.

Conſtit. LXVIII.

REquiſiuiſti de his quæ teſtator ꝓ anima ſua legat in vltima volunta-
10. queſt. 1 ca. Decernimus. te, qualiter ſint inter epiſcopum & eccle-
ſiam diuidenda. Et quidem regulariter
12. queſt. 2 ca. Nobis conceſſo. verum eſt, quod epiſcopus debet de his
ſecundum diuerſas conſuetudines tertiã vel quartã portionẽ habere, ſed cõſiderã dũ ẽ diligẽter, vtrũ teſtator leget hoc modo: Relinq̃ iſtud epiſcopo: an, Relinquo iſtud eccleſię, vel relinq̃ iſtud epiſcopo & eccleſię: an, Relinq̃ iſtud epiſcopo, & illud eccleſię. In primo caſu diſtinguendũ eſt, vtrũ relinquaẽ epiſcopo ab extraneo aut ꝓpinq̃. Si ab extraneo, generaliter verum eſt, quod præſumitur eſſe relictum intuitu eccleſiæ, nõ pſonæ. Vñ cathedralis eccleſia de illo poteſt canonicã petere portionẽ, quemadmodũ epiſcopo competit ſua portio, ſi aliqd eccleſiæ relinquaẽ. Et hoc verũ eſt, niſi teſtator exprimat, q̃d velit illud tantũ eſſe epiſcopi, nõ eccleſię. In q̃ caſu ſeruanda eſt diſpoſitio teſtatoris: ſecus aũt ſi exprimat, q̃d velit eſſe illud tantũ eccleſiæ, non epiſcopi: qa priuata diſpoſitio teſtatoris nõ poteſt gene-
12. queſt. 3 can. pontifices. ralẽ conſtitutionẽ canonis immutare.
Nec eſt contrariũ q̃d in canone legitur, videlicet, q̃d põtifices q̃bus ab extraneis aliqd aut cũ eccleſia aut ſequeſtratim dimittiẽ aut donaẽ: qa hic ille qui donat ꝓ redemptiõe animæ ſuæ nõ ꝓ cõmodo ſacerdotis probatur offerre, non quaſi ſuũ ꝓprium, ſed quaſi dimiſſum eccleſiæ inter facultates eccleſię computabunt: quoniam hoc eſt verũ, cum teſtator ita ſequeſtratim legat illud epiſcopo, quod nõ exprimit vtrum velit ad epiſcopum tantũ, nõ ad eccleſiã pertinere. Si vero relinquatur illud epiſcopo à propinq̃, non pſumitur eſſe relictum intuitu eccleſiæ, ſed perſonæ, niſi forte cõtrariũ pbaretur. Et de iſto nihil poteſt eccleſia petere in vita eius.

Quod ſi relinquaẽ epiſcopo & eccleſię, de illo canonica inter ipſos eſt diuiſio facienda.

Si vero iſtud epiſcopo & illud eccleſię relinq̃tur, ſiue eq̃lia ſiue ineq̃lia ſint relicta, reducẽda ſunt ad diuiſionẽ canonicã inter epiſcopũ & eccleſiã cathedralẽ, niſi ambo velint eſſe teſtatoris diſpoſitiõe cõtẽti, quã ꝓpter vltimę volũtatis fauorẽ ſatis decẽs eſt obſeruare, vbi neq; fraus interuenit neq; dolus, nec q̃ſquã nimiũ defrauderet debita portiõe. Secus aũt eſt, ſi aliq̃d legetur epiſcopo, & aliq̃ capellis, vel monaſterijs aut alijs pijs locis. Nã in hoc caſu q̃d legaẽ epiſcopo eius eſt pcipuum cũ eccleſia cathedrali, queadmodũ ſi cui libet alij legaret: & de illis quæ alijs legãtur portionẽ canonicã nihilominus obtinebit, q̃niã nõ eſt tanta cõmunio inter ipſum & inter capellas & monaſteria ſeu alia pia loca, quãta eſt inter epiſcopum & eccleſiam cathedralẽ, cui eſt ſpirituali cõiugio copulatus. Vnde quę acqrit epiſcopus, non illis, ſed iſti tantum acquirit.

Illud autem eſt generaliter obſeruandũ circa eũ qui poteſt ꝓprium poſſidere, prælationem vel adminiſtrationem eccleſię non habentem, q̃d ſi ei aliqd relinquatur ſpecialiter, nõ ſolũ à ꝓpinquo, verũetiã ab extraneo intelligiẽ eſſe relictũ, nõ intuitu eccleſię, ſed pſonæ, niſi pbatio in cõtrariũ appareret: & idcirco de illo nec epiſcopus nec eccleſia poteſt in vita eius ſibi aliquid vendicare: & hoc intelligiturẽ eſſe verũ, cum fraus minime ꝓcuraẽ, quæ ſi detecta fuerit, patrocinari non debet.

IDEM EPISC. TVSCANO.

In bonis patris, matris & Auiæ habet quis debitam iure naturæ, in qua grauari nequit, & filius rogatus de reſtituenda hæreditate ſub conditione, detrahit debitũ iure naturæ et Trabellianicã, in qua computantur fructus poſt litis conteſtationẽ percepti.

Conſtit. LXXI.

RAinutius de Clera duas habẽs filias, Alterochã videlicet & Adiectã, Ibid. cap. Rainutius
matrẽ inſup Clerã & vxorẽ nomine Adelaſiã, in extremis poſitus cõdidit teſtamẽtũ, Alterochę filiæ puberi vltra dotẽ quã ei dederat domũ & quẽdam hortũ in eo dẽ teſtamẽto relinquẽs. Adiectę vero impuberi reliqt cætera bona ſua, adijciens vt Alterocha & ſoboles, quã geſtabat in vtero, eidẽ impuberi ſuccederẽt, ſi abſq; liberis moreretẽ. Mortuo itaq; teſtatore tutores impuberis eã cum omnibus bo- Lõgobardo.
nis eidem relictis à patre iure lombardo cuidam

cuidam P. nomine tradiderunt, quæ filium ex eo ſuſcipiens, tandem ſine liberis eſt defuncta. Cuius bona idē P. maritus eius ſuperſtes aliquanto tempore poſſedit in pace. Qui cum alia muliere contrahēs matrimoniū & filios ſuſcipiens ex eadem, diem clauſit extremum. Poſtmodum inter Alterocham & filiū eius ex vna parte, & filios eiuſdem P. & Raineriū tutorem eorum ex altera ſuper bonis p̄dictis eiuſdem Adiectę ſuſcitata materia quæſtionis, cœperunt corā G. iudice Tuſcano ad inuicem litigaræ, corā q̄ Alterocha, & filius eius bona quondam Rainutij tanq̄ ex cauſa fidei commiſſi vel ſubſtitutionis ſibi debita petierūt, tutore filiorum prędicti P. ex aduerſo dicente, quod obſtabat illis annalis præſcriptio, vſucapio pro dote, ac longi temporis diuturnum ſilentium. Inſuper allegabat, quod de bonis illis tā tertia Cleræ matris teſtatoris & tertia Adelaſiæ vxoris eiuſdem, quā quarta per Trebellianū nomine ipſius Adiectæ erant ante oīa deducēdæ. Dictus vero iudex ſupradictū Rainerium tutorio nomine pupillorū in reſtitutione bonorū Rainutij condemnauit. Tertia Clerę primo deducta, quā Adiectę ac viro ſuo donauerat, de qua in ſubſtitutione, quam fecit Rainutius, non videtur aliquatenus cogitaſſe. Deducta quoque tertia Adelaſiæ quam ipſa P. vendiderat ſupradicto: præcepit etiam idem iudex de his rebus illas tertias deducendas, de q̄bus deduci poterant ſecundum Tuſcanę quęſtionē ciuitatis. Deduci p̄terea quartam p Trebellianum idē iudex iniunxit, cū etiā q̄libet extraneus reſtitutione grauatus eam deducere potuiſſet: ſed vtraq; pars ab illa ſententia p̄uocauit. Et infra.

Cum autem corā G. diacono cardinali auditore à nobis conceſſo fuiſſet diutius litigatum, ipſe de mādato noſtro ſententiam ſupradicti iudicis, videlicet in eo quod dixit tertiam Cleræ & tertiam Adelaſiæ integraliter deducēdas, p̄nunciauit iniuſtā, & ab ea legitime p̄uocatū definiens ſic illas tertias deducēdas, vt legitima portio iure naturæ debita Alterochę, illi ſalua ſit in vtraque, ad cuius reſtitutionē dictum Rainerium condemnauit. In eo vero q̄d quartam p Trebellianū idem iudex cenſuit retinendam, ſententiam confirmauit eiuſdem: ita videlicet q̄d fructus de bonis ipſius à tēpore litis conteſtatę percepti à prędicto P. & filijs eius poſt mortē Adiectæ cōputentur in ea. Qui ſi ſuffecerint ad quartam & fructus eius, eo nomine alia deductio nulla fieret. Alioquin iuxta quātitatem fructuū p̄ceptorum computationis ratio habeatur. Quia vero pater Adiectę ipſam in legitima nō potuit aggrauare, legitimam ipſam videlicet eius partis, quę ſibi debebatur ab inteſtato, deducendam cenſuit, & etiam retinendam, ita q̄d deductio fiat tantummodo de his rebus, de q̄bus ſecundum Tuſcanæ conſuetudinem ciuitatis fieri cōſueuit. In eo autem quod prænominatus iudex cōdemnauit Rainutiū nomine pupillorum ad reſidui reſtitutionem Alterochæ ac eius filio faciendā, ipſius ſententiam confirmauit.

Nos igit eiuſdē cardinalis ſentētiā ratā habētes, ipſam auto. apo. cōfirmamus.

DE SVCCESSIONIBUS AB INTEſTATO.

INNOCENTIVS PAPA III. Epiſcopo Murnenſi.

Valet teſtamentum ad pias cauſas conditum per uerba enunciatiua, etiam propter aliud prolata, quanquam teſtatio ſeu ſucceſſio uenıat ad excluſionem alterius eccleſiæ.

Conſtit. LXXII.

CVm dilectus filius Abbas de Bruſia pro cauſa quam aduerſus epiſcopum Aduenēſem habebat diutius expectaſſet, Abbas propoſuit antedictus q̄d archipresbyter de Alerio ad participationem creationum monaſterio de Bruſia obtulit ſe & ſua. Et infra. Extra lib. 3. tit. 27. de ſucceſſionibus cap. Cum dilectus fili⁹.

Sufficienter intelleximus eſſe p̄batum, quod dictus archipresbyter agens in extremis velut vltimā exprimēs voluntatē, aſſeruit ſe & ſua monaſterio contuliſſe. Vnde cum requiſitus eſſet, vt conderet teſtamentum, reſpondit ſe non poſſe teſtari: quia ſe & ſua contulerat monaſterio ſæpedicto: vt licet vnus teſtis ſolus dixerit ſe vidiſſe, quando ſe & ſua obtulit monaſterio, quia tamen alij teſtes dixerunt ſe au-

ſe audiſſe ipſum in abbatis pſentia, pdictũ eſt cõfitentẽ, nõ tanq̃ ſufficienter pbantes, ſed tanq̃ vehemẽter adminiculãtes aſſertionẽ abbatis plurimũ adiuuabãt

Quia vero pars epiſcopi aſſerebat ſe velle pbare, quod dictus archipresbyter in extremis laborans tanquam phreneticus alienatus erat à mẽte, vñ non voluit quod expreſſit: Nos cauſam illã tibi ſub hac forma duximus committendam, niſi præfatus epiſcopus legitime pbauerit ſępedictum archipresbyterum ſuę mẽtis compotem non fuiſſe, cum vltimam voluntatem expreſſit, ſup impetitiõe monaſterij perpetuũ ei ſilentium imponat, & cõpellatur reſtituere monaſterio quęcunque de bonis ipſius archipresbyteri vel etiam monaſterij occupauit. Si vero legitime pbauerit archipresbyterũ, quæ ſup vltima voluntate præmiſſa ſunt alienata mente dixiſſe, ad faciẽdam ei in nomine parochialis eccleſiæ, cuius ipſe administrationẽ geſſerat dum vixiſſet, reſtitutionẽ bonorum quæ ipſius archipreſbyteri fuerãt, monaſterium condemnet, cum idem archipresbyter ab inteſtato diſceſſerit, ipſiq; monaſterio ſuper impetitione epiſcopi ſilentium imponatur.

DE SEPVLTVRIS.

INNOCENTIVS PAPA III.

Archiepiſcopo Genuenſi.

Vbi quis ſepulchro maiorum relicto eligit ſepulchrum in loco minus religioſo dolo inductus ſeu ex contemptu, ſeu non dimiſſa eccleſiæ ſuæ canonica portione expreſſe uel tacite, non tenet electio. Conſtit. LXXIII.

Extra lib. 3. tit. 28. de ſepulturis cap. fraternitatem. FRaternitatẽ tuã nõ credimus ignorare mortuorum ſepulchra & cœmeteria apud illas eccleſias & monaſteria ex antiq̃ eſſe diſpoſita, in q̃bus religioſorum fratrum conuentus ſunt conſtituti, & orationes atque miſſarum ſolennia tam pro viuis quam p defunctis frequentius celebrant. Vnde ipſorũ deuotioni, & extremæ volũtati, q apud huiuſmodi ec-

13. quæſt. 2 cap. Hebrõ & Vnaquęque. cleſias ſepeliri deſiderãt, minime cõtradicendũ eſt. Qui vero relictis antiq̃s eccleſijs, & patrũ aliorũq; parentum ſuorum ſepulchris contra conſuetudinẽ patrum veteris teſtamenti, q cũ patribus ſuis ſepulti eſſe leguntur, ad noua & minus religioſa loca ſe transferũt, irrationabiliter, & cõtra antiquã inſtitutionem facere videntur.

Vñ ſi P. de caſtello cõtra antiquã & rationabilẽ cõſuetudinẽ aliq̃d de corpore ſuo ſepeliendo mandauit, hoc nõ piudicat rationi, ſed viribus debet carere.

Quocirca mandamus, quatenus corpus ipſius monachis ſancti Stephani reddi facias, & cum ſuis patribus ſepeliri.

IDEM EPISCOPO CLAremontenſi, & abbati Maurienenſi.

Priuilegiati ſuper iure funerãdi ſepelire poſſunt illos qui apud eos eligunt ſepulturam: ſoluendo tamen canonicam portionem eccleſiæ parochiali: ſi uero alios ſepeliunt, tenẽtur reſtituere quicquid occaſione funeris receperunt.

Conſtit. LXXIIII. Ibid. cap. In noſtra.

IN noſtra pſentia conſtitutis priore eccleſiæ montis Ferrandi, & pcuratore hoſpitalioꝝ Claremonteñ. diœceſis, idẽ prior propoſuit, prędicti hoſpitalarij q̃ſdam parochianos ſuos, quorum duo erant infra annos legitimos, receperunt ad eccleſiaſticam ſepulturam.

E contra prædictus propoſuit procurator, tam ex priuilegio, quam ex indulgentia ſpeciali licet hoſpitalarijs oẽs paſſim præter excommunicatos & interdictos ad eccleſiaſticam ſepulturam recipere, qui apud illos elegerint ſepeliri, fideique commiſſa in vltima voluntate relicta poſſunt licenter accipere, ſoluta tantummodo quarta parochiali eccleſiæ, de cuius parochia mortuorum corpora aſſumũtur, pter quam de equis & armis, quæ indulta ſunt ipſis in ſubſidiũ terræ ſanctæ, de q̃bus quartam deducere non tenentur. Et infra.

Talem ſuper his duximus ſententiam pferendã, pdicti hoſpitalarij decętero non recipiant parochianos eccleſiæ ſupradictę ad eccleſiaſticã ſepulturã, niſi apud eos elegerint ſepeliri: & tunc parochialis eccleſia, de oblationibus lectis & alijs q̃ defunctus p anima ſua in vltima diſpoſitiõe reliquit, pterq̃ de armis & equis, recipiat quartam partem, & hoſpitalarij reſiduũ habeãt, niſi dolo vel frau-

de corp̃ defunctus inductus fuerit ad diſpoſitionem huiuſmodi faciendam, nihilominus ipſis hoſpitalarijs iniungentes, vt de quarta trium milium ſolidorũ priori ſatisfaciant memorato, cum conſtet eos à parochianis eius illos ſolidos recepiſſe, niſi ſit ſufficiẽter oſtenſum, q̃d eorum oblati vel cõuerſi fuiſſent. Eiſdẽque p̃terea duximus iniungendũ, q̃d niſi ꝓbauerint q̃d Gu. parochianus prioris q fuit interfectus in campis apud ipſos elegerit ſepulturam, vniuerſa quę ipſius intuitu rerceperunt, priori reſtituant memorato: alioquin quartam partem ſolũmodo reſtituere teneãtur. Pro illis vero quos conſtat infra annos legitimos deceſſiſſe, quæ ſepulturę eorum gratia receperunt, reſtituant vniuerſa.

IDEM ARCHIEPISCO Turonenſi.

Caſualiter mortuus priuari non debet eccleſiaſtica ſepultura. Conſtit. LXXV.

Ibid. cap. Ex parte.

EX parte parentum M. nobis eſt intimatum, q̃d cum nobilis vir dñs I. de Inſula Butardi eidẽ poſuiſſet inſidias, quam ſolicitauerat ſępe de ſtupro, & ipſa garionibus qui eam rapere nitebantur ſuper quendam pontem occurreret: tandẽ fugiens manus illorum, in amnẽ de põte cadens, fuit caſu ſubmerſa.

Quocirca mandamus quatenus cũ illa non ſponte præcipitauerit ſe de ponte, ſed ſicut ſuperius eſt expreſſum, caſu ceciderit, corpus eius tradi facias eccleſiaſticæ ſepulturę: præſertim cum ex honeſta cauſa fugiſſe noſcatur: & cui communicabatur viuenti communicandum ſit iã defunctæ.

IDEM NIDROSIENSI archiepiſcopo.

Si oſſa excommunicatorum ſunt ſepulta in eccleſiaſtico cœmeterio & diſcerni poſſunt, debent exhumari & proijci: alias ſecus.

Conſtit. LXXVI.

Ibid. cap. Sacris eſt. 24. quæſt. 2. can. Achatius. & Maiores.

SAcris eſt canonibus inſtitutum, vt quibus nõ communicauimus viuis, non communicemus defunctis, & vt careant eccleſiaſtica ſepultura, qui prius erant ab eccleſiaſtica vnitate præciſi, nec in articulo mortis eccleſiæ recõciliati fuerint.

Vnde ſi contingat interdum, quod vel excõmunicatorum corpora per violentiã aliquorum, vel alio caſu in cœmeterio eccleſiaſtico tumulentur, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari debent, & procul ab eccleſiaſtia ſepultura iactari.

Quod ſi diſcerni non poterunt, expedire non credimus, vt cum excommunicatorum oſſibus corpora extumulentur fidelium: cũ licet non obſit iuſtis ſepultura nulla vel vilis, impijs tamen celebris vel ſpecioſa non proſit.

IDEM EPISCOPO MAgalonenſi.

Terra cœmeteriata pro ſepultura fodienda uendi non debet. Conſtit. LXXVII.

ABolendæ conſuetudinis peruerſitas apud montem Peſſulanũ, vt dicitur, inoleuit, vt decedentibus non prius permittatur effodi ſepultura quã pro terra in qua ſepeliendi ſunt, certum precium eccleſiæ perſoluatur. Et infra. Ibid. cap. Abolendæ.

Mandamus quatenus cum loci diœceſanus exiſtas, inhibeas clericis ne quicquam omnino præſumant exigere hac de cauſa.

DE DECIMIS.

INNOCENTIVS PAPA III. epiſcopo Piſtorienſi.

Locator uel conductor poſſeſſionum tenentur ad decimas, niſi ſe immunes oſtendant.

Conſtit. LXXVIII.

A Nobis tua fraternitas requiuit. Et inf. Cũ igitur quilibet decimas ſoluere teneatur, niſi à p̃ſtatione ipſarũ ſpecialiter ſit exẽptus, fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod à dantibus & recipientibus poſſeſſiones ad firmam, de fructibus, q̃s ꝑcipiunt, decimæ ſunt ſoluendæ. Niſi ab eis oſtendatur quare ab huiuſmodi ſint immunes. Extra lib. 3. tit. 30. de decimis cap. A nobis tua.

IDEM EPIS. VERCELLEN.

Imperialis cõceſſio ſub quacunq; forma à ſolutione decimarũ eximere non poteſt. Et decimæ noualiũ non pertinent ad laicũ qui decimas habet in feudum. Conſtit. LXXIX.

TVa. Et inf. Porro cũ laicis nulla ſit de ſpiritualibus cõcedendi vel diſponẽdi facultas, Imperialis conceſſio Ibid. cap. Tua.

quali-

16. quæſt. 1 ca. Reuertimini. Et extra lib. 3 ti. de decimis. ca. Parochianos.

quātumcunq; generaliter fiat, neminem poteſt à ſolutione decimarū eximere, quæ diuina cōſtitutione debent: nec occaſione decimatiōis antiquę (licet in feudū decimæ ſint cōceſſę) ſunt decimæ noualiū vſurpādæ, cū in talibus non ſit extendenda licentia, ſed potius reſtringenda.

IDEM EPISCOPO VERcellenſi.

Sine deductione ſeminis & ſumptuum debent dominus & colonus decimam ſoluere, & non cui uoluerint eccleſiæ uel pauperibus, ſed eccleſiæ cui debentur, nec ab hoc excuſantur propter malitiam clericorum.

Conſtit. LXXX.

Ibid. cap. Tua nobis.

TVa nobis fraternitas ītimauit, q̊d qdam laici decimas eccleſijs & clericis tuis peruerſis machinationibus ſubtrahere moliuntur: quidam enim ex eis ſemen & ſumptus qui fiunt in agricultura dicunt primitus deducendos, & de reſiduo impendendam decimam aſſeuerant. Alij vero de portione fructuum, quam à colonis accipiūt, partē decimę ſeparantes, eam capellis ſuis aut alijs clericis, aut etiam pauperibus conferunt, vel in vſus alios pro ſua voluntate conuertunt. Nonnulli etiam vitam clericorum tanq̄ abominabilem deteſtātes, decimas eis ob hoc ſubtrahere nō verent. Et inf.

16. quæſt. 1. ca. Decimæ. Pſal. 23

Verum ſi ad Deū, à quo cuncta bona pcedunt, aſſertores huiuſmodi debitum reſpectū haberent, ius eccleſiaſticū diminuere non contenderent, nec decimas, (quæ tributa ſunt egentium animarum) pſumerent detinere. Cū em̄ Deus, cuius eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarū & vniuerſi qui habitāt in eo, deterioris cōditionis eſſe nō debeat, quā dn̄s tēporalis, cuius ſtatutū de terris quas exhibet alijs excolendas, nō qdem deductis ſumptibus, aut ſemine ſeparato neceſſario, cū integritate pſoluitur: nimis pfecto videt iniquū, ſi decimę quas Deus in ſignū vniuerſalis dominij ſibi reddi pcepit, ſuas eſſe decimas & primitias aſſerēs, occaſione pręmiſſa vel excogitata magis fraude diminui valeāt, cū Deo debita ſit ſolutio decimarū, in tantū, vt ad eas clericis exhibendas, quibus eas ipſe p ſuo cultu conceſſit, Laici ſi moniti reddere noluerint, eccleſiaſtica ſunt diſtrictione cogendi. Et cum de cunctis omnino puentibus decimæ ſint reddēdæ, ſicut colonus de parte fructuū, quę ſibi remanet ratione culturæ, ſic & dn̄s de portione, quā percipit ratione terræ, decimam ſine diminutione reddere tenetur. Prætextu vero nequitiæ clericorum nequeant eas (niſi quibus ex mādato diuino debētur) pro ſuo arbitrio erogare, cum nulli ſit licitum aliena cuiquam concedere, pter domini voluntatem. Et infra.

16. quæſt. 1. ca In canonibus.

16. quæſt. 1 ca. Reuertimini.

Quoniam igitur pati nolumus, vt eccleſiarum, & clericorū iura pſumptione qualibet minuantur, Mandamus quatenus omnes qui ratione perſonarum aut etiam prædiorum decimas eccleſijs & clericis tuæ diœceſis exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas appellatione remota compellas.

32. diſt. ca. Preter hec.

IDEM ABBATI SANctæ Columbæ Senenſis.

Priuilegium ſuper decimis non ſoluendis eccleſiaſticis perſonis conceſſum noualia comprehendit.

Conſtit. LXXXI.

Ibid. cap. Ex parte.

EX parte tua. Et infra. Cum tibi q̊d maius eſt ſit cōceſſum, vt videlicet decimas de laboribus terræ parochiarū tuarū cum integritate percipias, de noualibus eas exigere ſatis potes: quia vbi maius conceditur, minus cōceſſum eſſe videtur.

11. quæſt. 1 ca. Precipimus.

IDEM EPISC. ELIENSI.

Negociator de lucro decimam ſoluit, deductis expenſis, quas fecit de pecunia decimata: expenſæ uero quæ ſunt pro habendis fructibus, nō deducuntur, & de fructibus ſoluitur decima, etiam non deductis expenſis factis pro re reſtauranda.

Conſtit. LXXXII.

Ibid. cap. Paſtoralis

PAſtoralis officij. Et infra. Explicari poſtulaſti, vtrū qs poſſit de molendinis & piſtarijs neceſſarias expēſas deducere, priuſquā ſoluat decimas ex eiſdem, ſicut eſt in negociatione conceſſum.

Ad q̊d reſpōdemus, q̊d licet circa res acquiſitas vel factas de pecunia decimata, cum ipſę venduntur, credamus deducendas expenſas, & de reſiduo quaſi de lucro decimas perſoluendas, vt ſi vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molēdinum, grex aut quęlibet mercęs.

Expenſas tñ, quæ fiunt pro fructibus percipiendis ex illis, de qbus fructus ꝑueniunt, non credimus deducendas, etiã ſi fuerint decimatæ: qm̃ ſalua decima fructus efficiunt eoꝝ, q faciũt ipſas expẽſas: fructus aũt ipſos alienari poſſe nõ credimus, niſi cũ onere decimaꝝ, nec ꝓ reſtaurãdo detrimẽto quarũlibet rerum, ex qbus decimę perſoluũtur, credimus deducendas expenſas de prouentibus decimãdis, quia penes dñm res ꝑmanent reſtauratæ, vt ſi pars aliqua moriat armenti, deterioretur vinea, portio mercis depereat, totus clibanus deſtruatur.

IDEM INNOCEN. PAP. III.

Qui præſcribit decimas in aliena parochia, ſi ibi inſurgunt noualia, ipſorum decimas non habebit. Conſtitutio LXXXIII.

Ibid. cap. Cum contingat.

CVm contingat interdũ in tua diœceſi. Et infra. Cũ in qbuſdã parochijs ad quaſdam eccleſias vel pſonas eccleſiaſticas ab antiq̃ ꝑtineat ꝑceptio decimarum, & de nouo fiant noualia in eiſdẽ, quæris à nobis, ad quam huiuſmodi noualium decima incipiat pertinere.

16. queſt. 1. ca. Statuimus

Vñ inq̃ſitioni tuę taliter reſpõdemus, q̃d cũ ꝑceptio decimarum ad parochiales eccleſias de iure cõmuni ꝑtineat, decimę noualiũ, q̃ fiunt in parochijs earundẽ, ad ipſas ꝓcul dubio ꝑtinere noſcunt, niſi ab his q alias ꝑcipiunt decimas, rationabilis cauſa oſtendat, ꝑ quam appareat noualium ad eos decimas pertinere.

IDEM EPIS. BELVACENSI.

Decima omnium fructuum prædij debetur ei, qui decimas ibi præſcripſit, ſed ad aliud prædium præſcriptio non extenditur. Conſtit. LXXXIIII.

Ibid. cap. Cũ in tua.

CVm in tua diœceſi q̃dã monaſteria & cõuẽtuales eccleſię in multis parochijs maiores decimas ꝑcipiant & minutas, de qbuſdã fructibus annuatim ꝑceptis nõ fuerũt decimæ ꝓſolutæ. Et inf.

Reſpõdemus, q̃d ſi fructus ꝓdicti de illa terra ꝓueniũt, de qua monaſteria vel cõuentuales eccleſiæ alijs ꝑcipiebant ratiõe decimarum prouẽtus, eis ꝓculdubio decimæ fructuũ debẽtur eorum, cum ipſis terra illa ab antiq̃ fuerit decimalis, & non debeat vna eadẽq; eccleſia diuerſo iure cenſeri: alioqn parochialibus eccleſijs exoluãtur, ad q̃s de iure commu ni ſpectat perceptio decimarum.

IDEM EPISCOPO VESprimenſi.

Laici eccleſias uel decimas donare non poſſunt, etiamſi ſunt reges, nec ex eorum titulo præſtatur cauſa præſcribendi.

Conſtit. LXXXV.

Ibid. cap. Dudum

DVdum aduerſus fratres Hieroſolymitanos hoſpitalis ſancti Stephani te ꝓponente in noſtra p̃ſentia quæ ſtionẽ, q̃d ipſi decimas de laboribus ruſticorum ſuorum Veſprimenſi eccleſiæ debitas non permitterent tibi ſolui. Et infra.

Comparentibus igitur te ac ipſis ſtatuto termino corã nobis, G. presbyterũ Cardinalem tibi & eis conceſſimus auditorem: coram quo decimas terrarũ, quæ ꝑ ruſticos hoſpitalis in Veſprimeñ diœceſi excolunt, & de chirographa & de nouacularia eccleſias, q̃ ꝑ ipſos hoſpitalarios detinent, intẽtione tua de iure cõmuni fundata petiſti. Prior autem hoſpitalis in prædictis decimis & eccleſijs p̃ſcriptionem allegãs, ꝓpoſuit ſe non teneri tibi ſuꝑ his reſpondere. Quod cum ꝑ auditorẽ ad noſtrã audientiã ꝑueniſſet, mandauimus, q̃d idẽ prior p̃ſcriptiõis titulũ, quẽ allegauit, probaret: qui B. regis ac reginæ Vngariæ priuilegia exhibuit, qui eccleſiã ſancti Stephani, ad quã dictæ eccleſiæ cum eiſdẽ decimis ꝑtinebant, in ꝑpetuam eleemoſynã hoſpitali donatiõis titulo cõceſſerunt, cõfirmationis Clemẽtis Papæ p̃deceſſoris noſtri ſcriptũ exhibens, ꝑ q̃d ꝓbare volebat cõceſſionẽ p̃dictam plenum habere vigorem. Et infra.

16. queſt. 1. ca. Omnes baſilicæ.

Cæterum ex parte tua fuit ꝓpoſitum, quod in decimis & eccleſijs à rege & regina donatis præſcriptionem non poterat opponere pars aduerſa, quæ nec à donatione ipſorum initium habere poterat, nec à confirmatione p̃fata tantum effluxit tẽporis, q̃d poſſit p̃ſcriptio confirmari, & ſic donationis regis ac reginę allegatus titulus nullus erat, cũ ſacrilegij crimen incurrat, q eccleſias vel eccleſiaſticum aliqd de manu receperit laicali. Et inf. Nos igit, cũ donatores p̃dicti cõferre nõ potuerint alijs, q̃ ipſi de iure nõ poterãt poſſidere, & ꝑ cõfirmationẽ p̃dicti Clemẽtis ſuꝑ eccleſia S. ſpũs hoſpitali cũ decimis & alijs ꝑtinẽtibus ad ſe factã, etiam

16. queſt. 7. ca. Siquis deinceps.

Ibid. ca. 1.

étiam ſi authẽtica appareret, iuri epiſco- pali nullatenus derogeť: ſentẽtialiter phi- bemus, ne fratres hoſpitalis pſumãt vlterius ĩpedire, q̃ minus decimas pcipias memoratas, & pacifice poſſideas in futurũ. (ss.diſt.ca. florẽtino. rum.)

DE REGVLARIBVS & tranſeuntibus ad religionem.

INNOCENTIVS PAPA III Epiſcopo & capitulo Targilenſi.

Furioſus profitendo non obligatur, niſi factus ſanæ mentis ratum habuerit. Co. LXXXVI.

(Extra lib. 3 tit. 31. de regularibus cap. Sicut tenor.)

SIcut tenor literarum. Et infra. Cõſultatiõi tuæ taliter reſpõdemus q̃d licet iſta duo inter ſe repugnãtia videãtur, vt qſq̃ ſcilicet ſit extra ſe poſitus, & de præſenti vita deſperent: ſi tamẽ eo tempore, q̃ P. ſacerdos lator pſentiũ poſitus extra mentẽ aſſeriť, indutus fuit habitu monachali, cũ alienatus nõ ſentiat, ac p hoc non valeat cõſentire, eũ denũcietis ab obſeruatione monaſtici ordinis abſolutũ, niſi poſtquam mentis ſuæ eſt cõpos ſpontanea voluntate profeſſionem fecerit monachalem.

IDEM PISANO ARchiepiſcopo.

Profeßio nec fieri nec recipi debet infra tẽpus probationis, ſed facta & recepta tenet.

Conſtit. LXXXVII.

(Ibid. cap. Ad apoſtolicam 17. quęſt. 2 Gonſaldus)

AD apoſtolicã ſedẽ. Et inſ. Cũ monachũ fieri ante vnius anni pbationẽ regularis inſtitutio interdicat. Et inſ. Quęſtionibus tuis taliter reſpõdemus, q̃d licet tempus pbationis à ſanctis patribus ſit indultũ, nõ ſolũ ĩ fauorẽ cõuerſi, ſed etiã monaſterij, vt & ille aſpitatis iſtius, & iſtud mores illius valeat expiri (q̃d vtrũq; eſt diligẽter obſeruandũ, pſertim cũ ab vtroq; de reliḡ facta certa notitia nõ habeť) ſi tñ ante tẽpus pbatiõis regulariter pfinitũ, is q cõuerti deſiderat, habitũ recipit, & pfeſſionẽ emittit, abbate p ſe vel p aliũ pfeſſionẽ recipiẽte monaſticã & monachalẽ habitũ cõcedẽte, vterq; renũciare videť ei q̃d p ſe noſcit itroductũ: ideoq; obligať p pfeſſionẽ emiſſam pariter & acceptã ad obſeruãtiã regularẽ, & vere monachus eſt cenſendus: qa multa fieri phibenť, q̃ ſi facta fuerint obtinẽt firmitatem. (17. queſt. 1 ca. Nos nouimus.)

Prohibendũ eſt abbatibus, ne paſſim ante tẽpus pbatiõis q̃ſlibet ad pfeſſionẽ recipiãt, & ſi contra formã pſcriptã q̃ſlibet indiſcrete receperint, animaduerſione ſunt debita corrigẽdi, cum in ſubſidium fragilitatis humanę ſpaciũ probationis ſit regulariter inſtitutum. (17. quęſt. 4. ca Monaſterijs.)

IDEM ACONENSI EPISC.

Qui profeßionem fecit, licet in clauſtro nunquam permanſit, ſed in ſeculo, & ſuis bonis uſus fuerit, ad obſeruantiam regularem compellitur. Conſtit. LXXXVIII.

(Ibid. cap. Sicut nobis.)

SIcut nobis fuit ppoſitũ, q̃dã clericus cũ ęgritudine nimia laboraret, quaſi de morte ſecurus, de recuperãda ſanitate deſperãs, habitũ can. regulariũ petijt & accepit: ſed nec ad eccleſiã trãſijt, nec bonis ſuis vti ceſſauit, videntibus & ſcientibus epiſcopo & canonicis eccleſię Nagareñ. à qbus habitũ ſuſceperat regularẽ. Et in. Fraternitati tuę taliter reſpõdemus, q̃d ſi regularẽ habitũ ſe poſtulãte ſuſcepit, & ad obſeruationẽ religiõis canonicæ ſua ſe pfeſſione ligauit, ad reſumẽdũ habitũ eccleſiaſtica eſt diſtrictiõe cogẽdis: cum q̃d tanto tẽpore extra canoniam manſit, nõ in excuſationẽ eius, ſed in maioris trãſgreſſiõis augmẽtũ merito valeat allegari. (33. quęſt. 5 ca. Quod deo.)

IDEM PRIORI ET CONuentui Dimolienſi.

Poteſt religioſus zelo ſanctioris uitæ ad religionem tranſire ſtrictiorem, petita prius licentia prælati ſui, licet non obtenta, etiamſi primum monaſterium ſit priuilegiatum, quod de illo ad aliud etiam arctius tranſire non poſſit.

Conſtit. LXXXIX.

(Ibid. cap. Licet quibuſdam 19. quęſt. 3 ca. ſtatuimus.)

LIcet quibuſdam monachis & canonicis nec non & hoſpitalarijs, & tẽplarijs à ſede apoſtolica ſit indultum, ne poſtquam aliquis profeſſus fuerit apud eos, ad alium locum poſſit ipſis inuitis, arctioris etiã religionis obtẽtu tranſire, vt vnuſquiſq; ſcd'm apoſtolum in ea vocatione permaneat, in qua dinoſcitur eſſe vocatus: quia tñ vbi ſpiritus Dei eſt, ibi libertas, & qui Dei ſpiritu agũtur, nõ ſunt ſub lege, quia lex non eſt poſita iuſto: ea ratione videtur hoc illis fuiſſe conceſſum, ne quis ex temeritate vel (1. Cor. 7 21. quęſt. 2. ca. 1) (2. Cor. 3 Rom. 8 1. Tim. 1)

leuitate in iacturã vel iniuriam ſui ordinis ſub prætextu maioris religiõis ad alium ordinem transuolaret, ſicut frequenter à multis conſtat eſſe præſumptũ: nõ qdem vt ei tranſeũdi licẽtia deneget, q eã cum humilitate ac puritate duxerit poſtulandam, vt nõ ficte, ſed vere ad frugẽ melioris vitæ valeat tranſmigrare. Talis ergo poſtquã à p̃lato ſuo tranſeũdi licẽtiam poſtulauerit, ex lege priuata, quę publicæ legi p̃iudicat, abſolutus, libere poteſt ſanctioris vitę ꝑpoſitum adimplere, nõ obſtãte ꝑteruia indiſcreti cõtradictione p̃lati: qa priuilegiũ meretur amittere, q cõceſſa ſibi abutiť poteſtate: cũ etiã Romanus Põtifex, q ſupmam in eccleſia obtinet poteſtatẽ, archiepiſcopis & epiſcopis cedẽdi licentiam ex iuſta cauſa petentibus ſine difficultate concedat.

11. quęſt. 3 ca. Priuilegium. Et 74. diſt. ca. Verum.

Quocirca nouerint vniuerſi, qbus huiuſmodi priuilegium eſt cõceſſum, ſe ad cõcedendam licentiã tranſeundi taliter poſtulantibus de iure teneri: qa ſicut ſubditus à pręlato cum humilitate & puritate debet tranſeundi licentiam poſtulare, ne bonum obedientiæ contemnere videať: ſic ꝑfecto p̃latus ſubdito ſine difficultate & prauitate qualibet debet trãſeundi licentiam indulgere, ne videať ꝑpoſitum impedire diuinitus inſpiratũ. Si vero ꝓbabiliter dubiteť, vtrũ qs velit ad ordinem arctiorẽ aut laxiorem, ex charitate an ex temeritate tranſire, ſuperioris eſt iudicium requirẽdum, ne forte angelus ſatanæ in lucis angelũ ſe transformet.

11. quęſt. 2 ca. Peruenit
2. Cor. 11

Illa ſemper regula inuiolabiliter obſeruata, vt nullus abſq; licentia Romani Pontificis p̃ſumat occaſiõe quacunque deſerere p̃ſulatum: qm̃ ſicut maius bonũ minori bono p̃ponitur, ita cõmunis vtilitas ſpeciali vtilitati prę́fertur: & in hoc caſu recte prępponitur doctrina ſilentio, ſolicitudo contemplationi, & labor quieti. Ad q̊d vtiq; deſignandum vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus non de Rachele ſecundum carnem natus eſt, ſed de Lya: nec legitur eum in domũ ſuam Maria recepiſſe, ſed Martha. Vnde quando poteſt epiſcopus prodeſſe pariter & præeſſe, non debet cedendi licentiam poſtulare, aut etiam obtinere.

7. quęſt. 1. ca. Scias.
Luc. 10

Cum ergo R. monachus veſter ad fratres Ciſtercienſis ordinis transmigrauerit, nõ vt ordini veſtro aliquatenus derogaret, ſed vt apud eos vitam duceret arctiorem, Mandamus quatenus ſuper eo, quod de corde puro & conſciẽtia bona, & fide nõ ficta feciſſe dinoſcitur, eũ nullatenus moleſtetis: quia charitas eſt fons proprius, cui non communicat alienus.

1. Tim. 1

IDEM PRAEPOSITO ET Decano & ſcholaſtico Demerenſibus Colonenſis diœceſis.

Coniuges religionem profitendo ab inuicem diuertere poſſunt, aliter ſi ſe abiurant, & non continent, illicitũ eſt iuramentũ. Con. XC.

Ibid. cap. Veniẽs ad

VEniens ad apoſtolicã ſedẽ S. mulier, ſupplici nobis inſinuatione mõſtrauit, q̊d cũ matrimoniũ cum E. in facie eccleſiæ contraxiſſet, & diutius cohabitaſſet eidem, orta eſt diſſenſio inter ipſos, intantum, vt q̊d deinceps alter nõ requireret alterum vterq; corporaliter p̃ſtitit iuramentũ: hãc vir ipſe diuortij cauſam aſſignãs, q̊d quandam ipſius mulieris amitam cognouiſſet, anteq̃ duceret eã in vxorẽ. Quod licet aſſererẽt quam plurimi, non fuit ſuper hoc eccleſiæ facta fides. Cum aũt poſtmodum ad ſecũda vota conuolaſſet vterq;, ſecundo viro viam vniuerſæ carnis ingreſſo, priore ſuperſtite, dicta mulier ſe fecit in arcto loco ad pœnitentiam agendam includi, poſtulãs vt ei dignaremur impendere conſiliũ ſalutare.

Nos igitur attendentes, q̊d illud fuit illicitum iuramentum, mandamus, quatenus p̃fatum virũ monitiõe p̃uia cõpellatis, vt ea quã ſuperduxit excluſa, p̃fatã mulierem recipiat. audituri poſtmodũ, ſi qd fuerit quæſtionis. Si vero cõtra matrimonium nihil fuerit oſtenſum, & vir ſeculo derelicto maluerit ad regularem vitam migrare, vos ei ſuper hoc licẽtiam tribuatis, vt & illa in ſuo propoſito poſſit permanere.

IDEM ABBATI DE AFfligeñ. & magiſtro R. & G. canonicis Traiectenſibus.

Qui ad monaſterium conuertitur ſumendo habitum nouitij, poteſt infra tempus probationis redire ad ſeculum: niſi appareat eum uitam uoluiſſe mutare omnino.

Conſtit. XCI.

Conſulti

Ibid. cap. Conſulti ſumus.

CONſulti ſumus frequēter à multis, vtrum is qui monaſterium ingreſſus eſt habitum ſumendo nouitij, ſi ante profeſſionem emiſſam infra tempus probationis exire voluerit, licite poſſit abſq; apoſtaſiæ nota vel noxa, pręſertim cū debita mor̄ correctiōe, ad ſeculū remeare.

Licet autem ſuper hoc ſenſerint diuerſi diuerſa, nos tamen credimus diſtinguēdum, vtrum is qui conuertitur propoſuerit abſolute vitam mutare, vt ſub habitu regulari omnipotenti Deo de cætero famuletur: an cōditionaliter experiri obſeruātiam regularem, vt ita demū ſi infra annum ſibi placuerit, ꝓfiteatur ordinis diſciplinam: aut ſi forte nō placuerit, moribus emēdatus ad ſtatum reuertatur priſtinum. In primo caſu debet, vt regulariter viuat, ad laxiorem ſaltem regulam ꝑtranſire: in ſecundo poteſt ad ſeculū, nō tamen vt viuat ſeculariter, remeare. Vt ergo quæ ſit eius intentio plenius agnoſcatur, propoſitū ſuū in principio ꝓteſtetur.

IDEM INNOC. PAPA III.

Qui infra annum probationis non facia profeſſione redit ad ſeculum, licite poteſt ad ordines & beneficia promoueri.

Conſtit. XCII.

Ibid. cap. Poſtulaſti

POſtulaſti. Et infra. Tertio quæſiuiſti, vtrū illi, qui in annis minoribus conſtituti nouitiorum habitum ſuſceperunt, & infra annum poſtmodum nō facta profeſſione, ad ſeculum ſunt reuerſi, & epiſcopis ſuis hoc ſciētibus ad ſacros ordines ſunt promoti, ſuſtineri debeant in illis eccleſijs miniſtrare, in qbus ſunt ab eiſdem epiſcopis inſtituti.

Nos fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod propter hoc non ſunt ab eccleſijs ipſis amouendi, ſed in eis poſſunt libere miniſtrare.

DE CONVERSIONE coniugatorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo Piſano.

Vxoratus religionem intrare non poteſt, niſi etiam uxor ingrediatur, uel niſi ſuſpecta non ſit, & continentiam promittat.

Conſtit. XCIII.

Extra libe 3. tit. 32. de conuerſione coniugat. cap. Ad apoſtolicam ſedem.

AD apoſtolicam ſedem. Et infra. Cū autem vir & vxor vna caro ſint per copulam coniugalē effecti, nec vna pars conuerti poſſit ad dominū, & altera in ſeculo remanere, profecto non eſt alter cōiugum recipiendus ad obſeruantiam regularem, niſi reliquus perpetuam continentiam repromittat: ſed & vitam debet mutare, niſi forte ſit eius ætatis, vt ſine ſuſpicione incontinentiæ valeat in ſeculo remanere.

IDEM ARCHIEPISCOPO Lugdunenſi.

Per religionis profeſſionem, non per propoſitum caſtitatis ſeruandæ in ſeculo diſſoluuntur ſponſalia de præſenti.

Conſtit. XCIIII.

Ibid. cap. Ex parte.

EX parte tua eſt intimatum, quod cum quædam mulier velum viduitatis coram duobus abbatibus aſſumpſiſſet, benedictione ſolenni cum celebratione Miſſæ ac litania, ſicut debuit, accedente, quidam nobilis proponebat ſe prius mulierem ipſam mediantibus internuncijs per verba de præſenti, arra etiā interpoſita, deſponſaſſe. Et infra.

At illa ſe in illum conſenſiſſe cōfeſſa, dixit, quod audierat eum eſſe lepra percuſſum, & ob hoc eius fuerit abominata complexus. Et infra.

Nos autem inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod etſi poſſit non inconſulte videri, quod ex quo matrimonium inter legitimas perſonas per verba de ꝑſenti contrahitur, illis viuentibus, in nullo caſu poſſit diſſolui, vt viuente reliquo alter ad ſecunda vota tranſmigret, etiam ſi vnus fidelium, inter quos eſt ratum cōiugium, fieret hæreticus, & nollet permanere cum altero ſine contumelia creatoris: niſi forte ſecus fieret ex reuelatione diuina, q̄ ſupat oēm legē, ſicut à qbuſdā ſanctis legit eſſe factū. Nos tñ nolētes à ꝑdeceſſor̄ noſtror̄ veſtigijs declinare, q̄ reſpōdere cōſulti, antequā matrimonium ſit p carnalē copulā cōſummatū, licere alteri cōiugum reliq̄ incōſulto ad religionem tranſire, ita q̄d reliquus extūc legitime poterit alteri copulari, hoc ipm ti- 27. queſt. 2. ca. Duæ ſunt

bi conſulimus obſeruandum in articulo
prænotato: quamuis falſa ſit cauſa, per
quam ad ſuſceptionem veli prędicta mu
lier eſt inducta, cũ ſine qualibet tali cau-
ſa idipſm religiõis obtẽtu facere potuiſſet

Porro licet prædicta mulier videatur
in veli ſuſceptione religionis habitum aſ
ſumpſiſſe, ſi tamẽ velit in domo propria
remanere, quaſi propoſitũ caſtitatis in ſe
culo ſeruatura, nihilominus conſummã
dũ eſt matrimoniũ iã contractum, niſi ſe
voto aſtrinxerit ad obſeruantiã regula-
rẽ: in q̃ caſu compelli poteſt, vt relicto ſe-
culo religionis propoſitum exequatur.

IDEM RVDINENSI EPISC.

Maritus factus monachus à coniuge adulterata reuocari non poteſt.

Conſtit. XCV.

Ibid. cap. Conſtitutus. CONſtitutus in præſentia noſtra H.
ſua nobis cõfeſſione mõſtrauit, q̃d
in acoluthatus ordine conſtitutus quan
dã puellã R. nomine in facie eccleſiæ du-
xit vxorẽ: quã cum carnaliter cognouiſ-
ſet, orta diſcordia inter eũ & amicos puel
læ, ipſa fuit cuidã alij V. nomine copula-
ta: & tu memoratum H. vſq; ad gradum
ſacerdotij ordinaſti. Cum autẽ eũ ſua cõ
ſcientia remorderet, habitum ordinis Ci
ſtertienſis aſſumpſit. Et infra.

Ideoq; mandamus, quatenus, ſi res ita
ſe habet, prædictam mulierem, vt à dicto
V. recedat, cui per adulterium eſt coniun
cta, nec prædictum monachum inqetet,
quo minus regulare votum valeat adim
plere, per cenſuram eccleſiaſticam cogere
non omittas.

IDEM EPISCOPO PICTA uienſi & Abbati de Boribard. Pictauienſis diœceſis.

Vxor non poteſt repetere maritum, de cuius licentia religionem intrauit, ſi poſt ingreſſum non continuit, licet ad conſentiendum ſeu ad dã dam licentiam dolo fuit inducta.

Conſtit. XCVI.

Ibid. cap. Veniens VEniẽs ad præſentiam noſtram L.
nobis intimauit, q̃d cum olim in
trandi monaſterium propoſitum conce
piſſet, pluribus ſacerdotibus pſentibus,
apud vxorẽ ſuam inſtitit, vt ſuper hoc ſu
um impartiretur aſſenſum. Et infra.

Ipſa demum tã ipſius, q̃ multorũ aſtan
tiũ precibus fletibusq; deuicta, caput e-
ius altari ſuppoſuit manu ſuã: qui eã præ
ſente tonſuratus, ibidem monaſterium
adijt: & finito probationis tempore, pro
feſſionem fecit ſolenniter monachalem,
Illa vero in ſeculo remanens, inhoneſtos
amatores admiſit. Et infra.

Quocirca mandamus, quatenus, ſi ita
eſt, prędictum L. in monaſterio, quod in
trauit, perſeuerare libere permittatis. Li-
cet enim in hoc videatur non modicum
deliquiſſe, quod captioſe aſſeruit, quia ni
ſi ſibi eadem mulier conſentiret, tam
ſibi q̃ toti mundo ſe inutilem redderet,
& cum presbyteros exorauit, ne prædi-
ctæ mulieri exponerent, quod eãdem re
linquere ſeculum oporteret, ſi forte licẽ-
tiam daret viro: ex quo tamen eadem ca-
put viri altari ſponte ſuppoſuit, & poſt-
modum non continuit: ſuper reuocatio
ne ipſius non eſt aliquatenus audienda,
cum ipſius intentio exceptione poſſit cõ
miſſæ fornicationis elidi, maxime cum
antequam fuerit fornicata, ipſum nõ du
xerit repetendum.

INNOCENTIVS PAPA III.

Vxor maritum profeſſum repetere poteſt, non obſtante licentia profitendi ab ea metu extorta.

Conſtit. XCVII.

ACcedens ad præſentiam noſtram Ibid. cap Accedens ad
I. mulier propoſuit, quod cum V.
vir eius eam ſibi matrimonio copulaſſet,
volens tandẽ idem vir habitum aſſumere
monachalem, poſtulabat humiliter ab
eadem, vt tam pio ꝓpoſito faueret ipſius,
quæ ꝓpter multa verbera, & alia grauami
na, q̃ dictus vir inferebat eidem, ſe ipſam
aſſerens dimiſſurum, annuit votis eius.
Cunq; idẽ in domo de Vader. Ciſterci-
enſis ordinis religionis habitum aſſum-
pſiſſet, mulier in domo monialium nul-
lo ibi habitu religionis aſſumpto vel vo-
to conuerſionis emiſſo, permanſit. Pro-
ceſſu ꝗo tẽporis, cũ idẽ vir ad ſeculũ redi
ens religiõis habitum reliquiſſet, eadem
mulier ſe inſtanter ab ipſo petijt reaſſu-
mi. Et infra.

Quocirca diſcretioni veſtræ manda-
mus, quatenus, ſi ita res ſe habet, dictum
virum, vt eam recipiat, eiq; affectum exhi
beat cõiugalem, appellatione remota co-
gatis.

IDEM EPISCOPO ET DEcano & theſaurario Lingonẽſibus.

Vxor

Vxor profeſſi quæ dedit uiro licentiam profi dendi, non compellitur ingredi religionem, ſi continens eſt, & non ſuſpecta.

Conſtit. XCVIII.

Ibid. cap. Significauit.

Significauit nobis A. mulier, q̊d cum ipſa F. viro ſuo coram decano ſancti Quiriaci vice archiepiſcopi Senoneñ. in hac parte fungente licentiam conceſſerit religionem intrandi, continentiæ tamen voto eidem iniũcto, & recepta fide ab ipſa, quod perpetuo cõtineret: idem decanus poſt factã profeſſionem à viro prædicto in monaſterio, in quo habitum aſſumpſerat monachalem, aſſeruit ipſã debere religionem intrare, quãquam id primo non expreſſiſſet eidem, & hoc expreſſo illi licentiam non dediſſet. Et infra. Quocirca mandamus, quatenus, ſi ita eſt & eſt talis ætatis, de qua ſuſpicio haberi non poſſit, ipſam votum continentię obſeruantem intrare monaſterium cõpelli non permittatis inuitam.

DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo Strigonenſi.

Executio uoti ultramarini autoritate papæ poteſt ex cauſa differri.

Extra lib. 3. tit. 34 de voto & voti redẽptione. ca. Nõ eſt voti.

NON eſt voti dicendus tranſgreſſor, qui quod vouit autoritate ſedis apoſtolicæ diſtulit adimplere. Sane ſignificauit nobis rex Vngariæ, q̊d cum in regni perturbatione conſiliũ & auxilium tuum ſibi ſenſerit hactenus profuiſſe, vtilitati eius non modicum derogaret, ſi Hieroſolymam, ſicut ex voto teneris, regno pergeres impacato. Et infra.

Ideoq; mandamus, quatenus non prius iter arripias Hierolymam adeundi, q̃ regnum ipſum fuerit tranquillitati priſtinæ reſtitutum, vel ſuper hoc receperis ab apoſtolica ſede mandatum.

Eccleſia compellit hæredem laicum per excommunicationem & bonorum ſubtractionem ad executionem uoti ultramarini, ad quod ſe obligauit pro defuncto.

Licet vniuerſis liberum ſit arbitrium in vouendo, vſq; adeo tamen ſolutio neceſſaria eſt poſt votum, vt ſine proprio ſalutis diſpendio alicui non liceat reſilire.

Accepimus ſiquidem, quod cum rex Vngariæ pater tuus agẽs in extremis votum quod vouerat domino Hieroſolymitanam prouinciam in forti manu, humili corde viſitare, ſub interminatione maledictionis paternæ commiſerit tuæ fidei exequendũ, & tu aſſumpto crucis ſignaculo te id impleturũ ſine dilatione q̃libet promiſiſti. Et infra. Mãdamus, quatenus poſtpoſitis cęteris ſolicitudinibus, vſq; ad feſtum Exaltationis ſanctæ crucis debitum acceptæ crucis exoluens, propoſitum iter arripias, & humiliter proſequaris. Ne ſi onus tibi à patre iniũctum, & à te ſponte ſuſceptum occaſione quali bet detractaueris, paterna te reddas ſucceſſione indignum, & hæreditatis emolumento priueris, cuius recuſaueris onera ſupportare, ſciturus extunc anathematis te vinculo ſubiacere, & iure quod tibi, ſi dictus rex ſine prole decederet, in regno Vngariæ competebat ordine geniture, priuandum, & regnum ipſum ad minorem fratrem tuũ appellatione poſtpoſita deuoluendum.

11 quæſt. 3 ca. Sylueſter

IDEM TRECENSI EPISC.

Commutat Papa uotum ultramarinum in uigilias, orationes, & ieiunia: tunc maxime cum ceſſat cauſa, quæ induxit ad uouendum: ita etiam quod expenſæ fiendæ, in eundo, morando, & redeundo integraliter mittantur in terræ ſanctæ ſubſidium.

Conſtit. C.

Ibid. cap. Magnę deuotionis.

MAgnę deuotionis. Et infra. Cũ Trecenſis eccleſia contra libertatem eccleſiaſticam grauaretur, nec per alium q̃ per comitẽ Campaniæ in vltramarinis partibus conſtitutum, eidem eccleſiæ crederes poſſe de facili ſubueniri, ad ipſum propoſuiſti accedere, ac in ſignum peregrinationis & deuotionis terræ Orientalis crucẽ dñicam aſſumpſiſti. Et inf.

Quamuis aũt audita morte ipſius intẽtionem tuam conſpiceres iam fruſtratã, noluiſti tamen ſine conſilio apoſtolicæ ſedis ad propria remeare, ſed ingreſſus vrbem intentionis tuę propoſitum ac ſtatum Trecenſis eccleſiæ nobis humiliter expreſſiſti. Et infra.

Et quidẽ tria præcipue in hoc duximus negocio attendẽda: Quid liceat ſcd'm ęquitatem, qd deceat ſcd'm honeſtatẽ, & quid expe

11. quęſt. 3 ca. Aliud.

expediat ſecundum vtilitatem. Sane non
videbatur contra votum licitum vt veni-
res, quum vox clamet Prophetica: Voue
Pſal. 75. te & reddite domino Deo veſtro, & pri-
mum ad conſilium, ſecundum ad impe-
rium referatur. Sed nec decẽs videbatur,
Luc. 9 cum ſit ſcriptum in Euãg. Nemo mittẽs
32. quæſt. manũ ad aratrũ, & reſpiciẽs retro, aptus
vir. can. eſt regno dei &c̃. Præterea nõ videbaſ ex
Non obſtructis. pedire, cum ex abſolutione tua ſcandalũ
poſſet laicorum mentibus generari, di-
centiũ: Vbi eſt Deus clericorũ? & hoc exẽ
plo credentiũ ſe ad voti obſeruantiã non
11. quæſt. 3 teneri. Qđ em̃ agitur à p̃latis, facile trahiſ
ca. Præcipue à ſubditis in exẽplũ, iuxta q̃d dñs inquit
Leuit. 4 ad Moyſen in Leuitico: Si ſacerdos, qui
eſt vnctus, peccauerit, faciet delinquere
populum. Verum ætatis vitę ſeneſcentis
defectus atq; canicies, quę vix labores &
dolores ſuos tolerare poſſunt, in con-
trarium allegabant, & eccleſiæ Treceñſis
ſuſpiria, cui vinculo paſtoralis ſolicitu-
dinis es ligatus, ſine cuius aſſenſu votum
peregrinationis emittere forſitan nõ de
7. quæſt. 1. bueras. Et infra.
ca. Pralẽ
tum. Ipſum etiam votum, q̃d ex ſui forma
ſanctum & honeſtũ erat, ex perſona vo-
De cõſ. di. uentis minus licitum videbatur. Quum
5. ca. Non enim iuxta canonica inſtituta, clericus
oportet. abſque ſui licentia epiſcopi peregrinari
non debeat, & epiſcopus nõ minus, imo
potius ſedi apoſt. ſit aſtrictus, viderime
rito poterat, q̃d abſq; gñali vel ſpeciali li
centia votũ peregrinatiõis, q̃d te tã diu
abſentares, emittere non deberes. Et inf.

Cum igitur in lege veteri, in qua non
minus præceptum domini obligabat, q̃
votum hodie obliget in eccleſia, primo-
Exo. 13. genita, quæ domino mandabantur of-
Exo. 22 ferri, quædã domino redderentur, vt pri
Num. 3 mogenita leuitarum, quædam redimerẽ
Num. 8 tur, vt aliarum tribuum, quædam cõm-
Deut. 15 mutarenſ in aliud, vt primogenitũ aſini,
qui pro oue cõmutabatur: ex hoc atten-
dentes, quod votum cõmutari poteſt in
opus aliud pietatis, non curantes, quod
Pſal. 62 os loquentium iniqua loquatur, dum ta
men non recedamus à tramite veritatis,
de illius autoritate ſecuri, qui cum audiſ-
Matt. 15 ſet à diſcipulis, Nonne ſcis, quia phariſęi
11. quæſt. 3 audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? Re-
ca. Inter ſpondit: Sinite illos, cæci ſunt, & duces
verba. cæcorum: tibi pro te & famulis tuis licen
tiam concedimus, votum peregrinatio-
nis taliter commutare, vt expenſas quas
ſueras in eundo, morando & redeundo
facturus, alicui religioſo committas in
neceſſarios vſus terræ illius ſine diminu-
tione qualibet transferendas. Et infra.

Laborem etiam laboribus recompen
ſes, ſolicitius inſtando vigiliis, deuotius
vacans orationibus, & in ieiuniis fortius
te exercens. Ad hanc autem indulgentiã
tibi faciendam ſpecialiter nos induxit,
quod cum pro libertate Treceñ. eccleſiæ
per dictum comitem aſſequendam, præ-
cipue votum peregrinatiõis emiſeris: eo
ſublato de medio, quia ceſſauerãt cauſæ,
facilius ceſſare potuit & effectus.

IDEM CANTVARIENSI Archiepiſcopo.

Impedito ad tempus exequi uotum ultramarinum conceditur dilatio: perpetuo uero impedito indicitur redemptio in eo quod magis expediat terræ ſanctæ. Conſtit. CI.

QVod ſuper his. Et infra. Quæſi Ibid. cap. Quod ſuper his.
uiſti de his, qui pro ſuccurſu terrę
ſanctę ſigno crucis aſſumpto, propter in
firmitatem, vel paupertatem, vel aliam iu
ſtam cauſam votum non poſſunt vtiliter
adimplere: quum ſine diſtinctione rece-
peris in mandatis, vt eos, qui ſignum cru
cis aſſumptum abiecerunt, ad reſumptio
nem ipſius & executionẽ voti cõpellas.

Nos autem inquiſitioni tuæ taliter re
ſpondemus, quod debiles & inopes ma
gis illuc in defectum, quã ad profectũ ac
cedunt, cũ iſti pugnare nõ poſſint, & illi
mendicare cogantur: niſi forte ſint nobi
les & magnates, qui ſecum ſuis expenſis
bellatores adducant, vel artifices & agri
colæ, qui de laboribus ſuis ſibi poſſint ac
quirere neceſſaria, & terræ ſubſidia mini
ſtrare: quamuis nõ multi talium propter
breuitatem poſſeſſionum & paucitatem
inhabitantium, ibi ſint opportuni.

Vnde credimus diſtinguendum inter
illos qui temporalem, & eos qui perpetu
am impedimẽti cauſam creduntur habe
re: q̃d primis indulgẽda eſt dilatio, ſecun
dis autẽ eſt redemptio iniungenda, ac re
rum facultate penſata, q̃s poſſunt aut q̃s
facturi eſſent expenſas, perſonarũ præte-
rea cõpenſato labore, in ſubſidium terrę
ſanctæ tranſmittant, exequentes per ali-
os, quod per ſe nequeunt adimplere.

Rur

Rurſus inter illos qui pro defenſione terræ ſanctæ votum peregrinatiõis emittunt,& eos,qbus pro ſatiſſactiõe ſuorũ criminum iter peregrinationis iniungitur,credimus diſtinguendũ.q̃d circa primos plus terrę ſanctę ſuccurſus,& circa ſecũdos plus labor itineris ſecundũ intẽtionẽ vouentis vel pœnitentis debet attẽdi. Vñ ſi qs hoc modo vouentiũ eſt inutilis ad pugnandũ,quãuis habilis ſit ad eundẽ,melius eſt redimere votũ,quã expẽſas cõſumere. Quod & de pœnitẽte,q propter debilitatẽ non poteſt iter iniũctę peregrinatiõis implere,ſane valet intelligi:non aũt de illo,q q̃uis ſit impotens ad bellãdũ,potẽs tamẽ eſt ad eũdũ.Et infra.

De mulieribus aũt credimus hoc obſeruandũ,vt q̃ remanere noluerint,viros ſuos ſequant.Cæterę vero(niſi forte ſint diuites,q̃ ſecũ in ſuis expẽſis poſſint ducere bellatores)votũ redimãt q̃d vouerunt

IDEM EIDEM CANTVArienſi Archiepiſcopo

Votum ultramarinum certis caſibus redimi & commutari poteſt,non tamen per alium, quã per papam,uel eum ipſius ſpeciali mandato.

Conſtit. CII.

Ibid. cap. Ex multa.

EX multa tuæ ſolicitudinis prouidẽtia.Et infra. Ex conſultatiõe,quã ad inquiſitionẽ tuam ſup negocio cruce ſignatorũ olim edidimus, viam inueniſti ad alias quæſtiões,& vtrũ quod in ea dicitur,ius conſtituat generale,vt paſſim prælatis quibuſlibet illos ſecundum formam expreſſã abſoluere liceat, qui eorũ ſunt iuriſdictioni commiſſi , ſolicite reqſiſti. Ad hoc igitur reſpõdemus,quod in conſultatione noſtra ius editur: & licet ad quales,ad quos tamen ſpecialiter ſpectat eius executio, nullatenus explicat: illis autem ſolũmodo ius hoc exequendũ incũbit,qui ſuper hoc mandatũ receperint à ſede apoſtolica ſpeciale.Sic ergo illi eſt inqſitioni reſponſũ,qua cõſequẽter tua fraternitas reqſiuit,de quibus religioſis intelligendũ hoc eſſet,vtrũ.ſ. ibi religioſi vocẽtur hi tantũ,q religiõis habitũ ſuſceperũt,quorũ plures idiotę ſũt, & iuris ignari,an epiſcopi,q ſicut dignitate p̃cellũt,ſic & religiõe debent alijs p̃eminere.Nã ad neutros illius executio iuris ſpectat,niſi per apoſtolicam ſedẽ eis ſpecialiter delegetur.

Habiles ad eundum,ſed inhabiles ad pugnandum, ſi ſunt ſtrenui concilio , uel milites bellatores poſſunt ſecum ducere, uotum ultramarinum non redimunt.

Secundo quęſiſti,vtrum q̃d dicitur,ſi quis vouentiũ eſt inutilis ad pugnandũ, q̃uis ſit habilis ad eundũ,melius eſt vt redimat votũ,quã conſumat expenſas,generaliter accipi debeat , vt nobiles & magnates,qui ſũt cõſilio ſtrenui,& multos ſecũ trahere poſſũt bellatores,an minores tantũmodo verbũ huiuſmodi cõprehendat.Verum ſi ad ſuperiora oculũ tuę cõſiderationis extẽdas,q̃ſtionẽ iſtã inuenies in ſerie cõſultationis noſtræ ſolutã, vbi dicitur,ꝙ debiles & inopes magis in defectũ terrę ſanctę , quã ad eius profectum accedunt.Et infra.

Quãuis poſſit aliter reſpõderi,ꝙ nõ ſunt inutiles ad pugnãdũ,qui etſi p ſe pugnare nõ poſſunt, maturitate tamẽ cõſilij adeſſe valẽt pugnantibus,& perſonæ defectum per alios releuare. Et infra.

Vxores poſſunt ſequi uiros ultra mare ſi uolunt,ſed non tenentur,niſi & ipſæ uouerint

Quod aũt ſuperius ponitur,mulieres quę remanere noluerint & c̃,de illis intelligẽdũ eſſe videtur,q̃ ſe ad pegrinationis propoſitum nullius voti vinculo aſtrinxerunt.Et infra.

Viri ſine conſenſu uxorum emittere poſſunt uotum ultramarinum.

In tãta quoq; neceſſitate populi chriſtiani,ne terræ ſãctę impediat ſubſidiũ, viri p̃ter vxorũ aſſenſũ huius pegrinationis ꝓpoſitum libere vouere valent, & q̃d vouerint libere adimplere. Vt autem cõſentiant ſunt attentius commonendæ.

Clerici,tanquã inhabiles ad pugnandũ,redimunt uotum ultramarinum,niſi in certis caſibus.

De clericis v̓o duximus reſpõdẽdũ,q̃d cũ clericatus officiũ eos reddat inhabiles ad pugnandũ, niſi vel cõſilio ſtrenui vel officio p̃dicationis inſtructi,aut magnatũ ſint obſeqo deputati , aut vſq; adeo diuites fuerint & potẽtes,vt in expẽſis ſuis aliq̃s ſecũ ducere valeãt bellatores , magis ab eis expedit redẽptionẽ accipe,q̃ ad votũ illos cogere proſequẽdũ, ſi neceſſitas exigit vel vtilitas pſuadet . Hęc aũt de vouẽtibus dicimus,nõ de his qbus labor pegrinatiõis in pœnitẽtia eſt iniunctus.

IDEM INNOC. PAPA III.

Qui

Qui uouit religionē ingredi, ſi uoto non completo fiat epiſcopus, renunciare debet, & uotum implere.

Conſtit. CIII.

Ibid. cap. Per tuas. PErtuas nobis literas intimaſti, te in Grationopolitana eccleſia ſuſcipiēdi habitum regularem votum ſolenniter emiſiſſe, & poſtea promiſiſſe in manibus prælati eiuſdem eccleſiæ, te infra duos menſes, poſtquam ab apoſtolica ſede rediſſes, votū, quod emiſiſti, impleturum. Cunq; termino ipſo tranſacto, non curaſſes quod voueras adimplere, tandem exiſtens voti tranſgreſſor, vocatus fuiſti ad regimen eccleſiæ Gebenēſis. Et infra.

Nos igitur tuę diſcretioni cōſulimus, vt ſi tuam ſanare deſideras conſciētiam, regimen reſignes eccleſiæ memoratæ, ac Pſal. 49 reddas altiſſimo vota tua. Quod ſi capitulum Gebenenſis eccleſiæ te poſtmodū canonice duxerit eligendum, electionē recipere poteris de te factam.

DE STATV MONAchorum & Canonicorum regularium.

INNOCENTIVS PAPA tertius V. plebano ſancti Ganniȷ.

Canonicus regularis poteſt præfici eccleſiæ parochiali, etiam ſeculari, ſed debet habere ſocium ſecum ſui ordinis, ſi commode fieri poteſt.

Conſtit. CIIII.

Extra lib. 3. tit. 35. de ſtatu monach. cap. Quod dei timorem. QVod Dei timorem p̄ oculis habeas, ex fructibus tuis colligitur euidēter, cum opera quæ facis teſtimonium perhibeant veritati.

Sane quondā deſiderans ad frugem melioris vitę trāſire, officium plebani reſignans coram fratribus ſancti Victoris Bonoñ. promiſſionē de tua conuerſione feciſti, neq; profeſſionem ſolennem emittens, neq; habitum religionis aſſumens: ſed parochiani plebis eiuſdem attendentes te laudabiliter pręfuiſſe, à Florentino epiſcopo impetrauerunt, vt miniſtrares ibidem. Hoc etiam P. presbyter cardinalis, tunc apoſtolicæ ſedis legatus, proponitur annuiſſe, quod iam dicti parochiani à nobis ratum haberi ſuppliciter poſtularunt: præſertim cum de licētia prioris ſancti Victoris noſcaris hactenus id feciſſe.

Licet autem in Lateranenſi concilio de monachis caueatur, ne ſinguli per villas & oppida, per quaſcunq; parochiales ponantur eccleſias, &c̄. quia tamen iſtud de canonicis regularibus ſpecialiter non cauetur, quia etſi à ſanctorum monachorum conſortio non putentur ſeiuncti, regulæ tamen inſeruiunt laxiori, & per antiquos canones etiam monachi poſſunt ad eccleſiarum parochialium regimen in presbyteros ordinari, ex quo debent prędicationis officium, quod priuilegiatum eſt, exercere: ſic annuēdum duximus poſtulatis, vt exercens plebani officium, ſi cōmode fieri poterit, vnum canonicum regularem tecum habeas ad cautelā, cuius in his quæ Dei ſunt & regularis obſeruantiæ, tam conſortio, quàm ſolatio perfruaris.

Extra lib. 3. tit. 35 de ſtatu mona. cap. Monachi.

16. quęſt. 1 ca. doctos

IDEM ABBATI ET CONuentui Sublacenſi.

Primo tractat de ueſtibus monachorum, ſecundo de abdicatione proprietatis, tertio de ſilentio, quarto de cibis, quinto de officijs in genere & in ſpecie.

Conſtit. CV.

CVm ad monaſterium Sublacenſe. Ibid. cap. Cū ad monaſterium
Et infra. Firmiter inhibuimus, ne quis de cętero monachorum lineis camiſijs vteretur. Et infra.

Prohibemus quoq; diſtricte in virtute obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudiciȷ, ne quis monachorum propriū aliquo modo poſſideat: ſed ſi quis aliquid habeat propriȷ, totum incontinenti reſignet. Si vero poſt hæc proprietatem aliquam fuerit deprehenſus habere, regulari monitiōe præuia de monaſterio expellatur, nec recipiatur vlterius, niſi pœniteat ſecundum monaſticam diſciplinam. Quod ſi proprietas apud quenquam inuenta fuerit in morte, ipſa cum eo in ſignum perditiōis extra monaſterium in ſterquilinio ſubterretur, ſecundū quod beatus Gregorius narrat in dialogo ſe feciſſe. Vnde ſi quidquā alicui fuerit ſpecialiter deſtinatum, non præſumat illud accipere, ſed abbati vel priori vel cellerario aſſignetur.

Extra lib. 3. tit. 35 de ſtatu monachorū. cap. Monachi.

In oratorio vero, refectorio & dormitorio continuũ ſemper ſilentium obſeruetur, in clauſtro quoq; certis horis & locis, ſecundum antiquam cõſuetudinem monaſterij, laudabiliter obſeruatam.

De.cõſec. diſt. 5.ca. Carnem.

In refectorio vero nullus omnino carne veſcatur, nec in quibuſdam ſolennitatibus, ſicut aliquando fieri conſueuit, cõuentus exeat cum abbate paucis ibi relictis, vt extra refectorium edant carnes: cum illis diebus præcipue regularis diſciplina ſit ſtudioſius obſeruanda. Sed nec extra refectorium, niſi in infirmitorio eſum carniũ credant ſibi licere, quanq̃ ex indulgẽtia poſſit abbas interdũ aliq̃s fratrum, nunc hos, nunc illos, prout neceſſitas poſtulauerit, aduocare, ipſisq; ſecum in camera ſua melius & plenius exhibere. Porro debiles & infirmi, qui minutione indigent, vel aliqua medicina, nõ ſeorſim in cameris, ſed oẽs in infirmitorio, q̃ neceſſaria fuerint, ſibi tam in carnibus, q̃ in alijs recipiant cõpetenter. Quod ſi qs eorũ debilis fuerit, aut etiã delicatus, vnde nõ poſſit cõmunibus cibis eſſe cõtentus: ſic ei prouideatur ſine ſcãdalo aliorũ, vt ſi abbas vel prior voluerit in refectorio miſericordiã facere ſpecialẽ, cibũ aliquem cõpetentem non ante illũ, ſed ante ſe faciat apportari, de q̃ ipſe illi faciat pitantiam pro ſuſtentatione naturæ.

41. diſt. 1. ca. Nõ cogantur.

Tales autem ad agenda officia monaſterij deputentur, qui fideles fuerint & diſcreti, nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo poſſidenda, tanq̃ in ſua ſibi vita locetur: ſed cũ oportuerit amoueri ſine cõtradictione qualibet reuocet.

Prior aũt præ cæteris, poſt abbatẽ, potens ſit in in opere & ſermone, vt exẽplo vitæ, verboq; doctrinæ fratres ſuos & inſtruere poſſit in bono, & à malo etiã reuocare: zelum religionis habens ſecundũ cõſcientiã, vt delinquẽtes corripiat & caſtiget, obedientes foueat & confortet.

Abbas vero (cui oẽs in omnibus reuerenter obediant) quanto frequentius poterit ſit cũ fratribus in conuentu, vigilem curam & diligẽtem ſolicitudinem gerẽs de omnibus, vt de officio ſibi commiſſo dignã poſſit Deo reddere rationẽ. Quod ſi p̃uaricator ordinis fuerit aut contemptor ſeu negligens aut remiſſus, pro certo ſe nouerit nõ ſolũ ab officio deponendũ, ſed & alio modo ſcd'm regulam caſtigandum: cũ offenſa non ſolũ propria, verũ etiam aliena de ſuis manibus requirat.

18. quæſt. 2 ca. Si quis abbas.

Ezech. 3

Nec æſtimet abbas quod ſup habẽda ꝓprietate poſſit cũ aliq̃ monacho diſpẽſare: qa abdicatio ꝓprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt annexa regulæ monachali, vt contra eã nec ſummus pontifex poſſit licentiam indulgere.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS.

INNOCENTIVS PAPA III.

Patriarchę Conſtantinopolitano.

Locus religioſus debet reformari de religioſis duntaxat non ſecularibus, niſi in defectum religioſorum. Conſtit. CVI.

Extra lib. 3. tit. 36. de religioſis domibus. cap. Inter quatuor.

INter quatuor animalia. Et infra. Quãdiu monaſteria p regulares remanere potuerint ordinata, non ſunt ad ſeculares clericos transferẽda: ſed ſi regulares defuerint, propter eorũ defectũ in eis ſeculares clerici poterũt ordinari.

19. quæſt. 3 ca. quæ ſemel.

IDEM ABBATI ET FRAtribus Cryptæ ferratæ.

Eccleſia ſita in diœceſi epiſcopi, tenetur ſibi in epiſcopalibus reſpondere, niſi appareãt remiſſa legitime, & poteſt epiſcopus remittendo epiſcopalia cenſum ſibi retinere.

Conſtit. CVII.

Ibid. cap. Conſtitutus.

COnſtitutus in p̃ſentia noſtra ep̃us Albanẽſis in eccleſia Caſtri, quod Pauli dicitur, in qua ius patronatus monaſterio veſtro recognoſcebat, à vobis ius epiſcopale petebat, qm̃ ſita erat in diœceſi Albanenſi, & ideo de iure cõmuni ei tenebatur in epiſcopalibus reſpondere. Et infra.

Verũ œconomus veſter ꝓpoſuit ex aduerſo, quod etſi eccleſia ſita eſſet in diœceſi Albanenſi, ei tamen nõ tenebat in aliquo reſpõdere, cũ Dominicus Lauitanus epiſcopus, q fuerat ep̃us Albanẽſis, vniuerſas eccleſias ad veſtrũ monaſteriũ ꝑtinentes in diœceſi eius ſitas, & qdquid iuris tã in monaſterio veſtro, q̃ in eis habebat, in emphyteuſin ſub annua octo denariorũ vſualiũ pẽſione monaſterio veſtro cõceſſit: ita videlicet, vt liceret abbati

16. quæſt. 7 ca. omnes baſilicæ. Et 18. quæſt. 2 ca. Monaſteria.

& fratribus à q̊cunq; vellēt epiſcopo tã
ordinationẽ clericorum q̃ conſecrationẽ al
lariũ in monaſterio ipſo, & eccleſijs p̄di-
ctis obtinere. In q̃bus etiã vobis tertiam
partẽ mortuariorum indulſit, & Celeſtinus
Papa p̄deceſſor noſter, q̊d ab eo ſactũ ſu
erat cõfirmauit. Verum etſi eccleſia ipſa ſu-
iſſet aliquãdo eccleſię Albanẽſi. ſubiecta,
monaſteriũ veſtrum nihilominus legiti
ma ſe poterat p̄ſcriptione tueri: quum p
XL. annos ipſam pacifice poſſediſſet.

Cæterum œconomus epiſcopi cõceſſio-
nẽ epiſcopi Lauitani nõ tenere dicebat,
vtpote continentẽ ſimoniacã prauitatẽ.
Cum eñ tertiã mortuariorum monaſterio
cõceſſiſſet, & tam in ordinationibus cle-
ricorum, q̃ altarium cõſecrationibus indul
ſiſſet plenariã libertatẽ, nõ eſt dubiũ q̄n
cum ſp̄ũalia hæc exiſtant, eo ipſo q̊d ſup
his recõpenſationem certæ penſionis ac
cepit, cõmiſerit vitium ſimoniæ: vnde cõ
tractus huiuſmodi nullã obtinet firmita
tem. Confirmatio aũt apoſt. ſedis ſuerat
per ſubreptionẽ obtẽta, cũ in eadem de
penſione nulla mentio habeatur. Et inſ.

Cum aũt nec inſolitum ſit, nec nouũ,
vt cum epiſcopi eccleſias cõceſſerint p̄nis
locis, aliq̄d ſibi reſeruent in eis nomine
penſionis: nos q̊q; cum libertatis priuile
giuni vel protectionis p̄ſidiũ aliq̄bus ec-
cleſijs indulgemus, gratis accipiamus cẽ
ſum gratis oblatũ: & in literis noſtris ad
ſucceſſorum noſtrorum memoriam cenſus ex
primamus etiam quantitatẽ: auditis ꝓpo
ſitis, œconomum monaſterij veſtri œco
nomo eiuſdẽ ep̄i eccleſiæ noĩe in ſolutio
nẽ penſionis p̄dictæ iuxta ratam, q̃ con-
tingit eccleſiã p̄dictã, & reſtitutionẽ ſub
tractę à XL. annis, ſcd'm ratã eandẽ, p dif
finitiuã ſententiã cõdẽnamus, & eundẽ
œconomũ veſtrũ ab impetitiõe œcono-
mi eiuſdem ei ſuper alijs reddimus abſo-
lutũ, perpetuum illi ſilentiũ imponẽtes.

IDEM ABBATI ET CON
uentui Farbenſi.

*Epiſcopus petens eccleſiam, quo ad tempora
lia & ſp̄ũalia, obtinet in ſp̄ũalibus eo ipſo quod
probat eſſe in ſua diœceſi, ſi non appareat exem
pta. ſed in temporalibus ſuccumbit, niſi aliter do
ceat de iure ſuo.* Conſtit. CVIII.

Ibid. cap. Cũ venerabilis.

CVm venerabilis frater noſter I. Sa-
binẽſ. ep̄us eccleſiã ſancti angeli
de Cauceia cũ ſuis pertinentijs & poſſeſ-
ſionibus petiſſet, aſſerens eam ad ſe, tam
in ſpiritualibus, quam in temporalibus
pertinere, allegauit ante omnia ius com
mune: quia cum conſtituta ſit in diœceſi
Sabinenſi, ſub ipſius debebat conſiſtere
poteſtate. In tẽporalibus quoq; ad ſe di-
ctam eccleſiam pertinere nitebatur oſtẽ-
dere, per publicũ inſtrumentum, in q̊ cõ
tinebatur exp̄ſſe I. Sabinẽſ. ep̄m H. Farbẽſ. ipſum
abbati & duabus pſonis poſt ep̄m di-
ctã eccleſiã cum ſuis pertinentijs locauiſ
ſe pro annua quatuor ſolidorum Papienſ.
penſione. Sed pars veſtra ꝓpoſuit inſtru
mento p̄dicto nullã fidem penitus adhi
bendã, propter ſuplinearẽ ſcripturã, & ra
ſuram loco ſuſpecto factã, vbi videlicet
annotatio tẽporis recenſetur. Et inſra.

Quia igitur nobis conſtitit eccleſiam
ſupradictam cõſtitutam in diœceſi Sabi
nenſi, epiſcopale ius in omnibus ſpiritua
libus eidem ep̄o adiudicauimus in eadẽ,
illis tñ exceptis, quæ per authentica ſcri
pta ei dinoſcũtur eſſe ſubtracta. Et infra.

Quia vero inſtrumentum p̄dictum, p
q̊d ep̄us eccleſiam intendebat q̊ ad tem-
poralia vendicare, ad ſaciendã ſuper hoc
fidem inualidum eſſe cognouimus, vtpo
te propter prædicta de iure ſuſpectum,
vos ab impetitione ipſius, quo ad tẽpora
lia eiuſdẽ eccleſiæ, duximus abſoluẽdos.

INNOCENTIVS PAPA III.

*Monaſterium ſubiectum eſt Epiſcopo, in cu-
ius diœceſi ſitum eſt, niſi probetur exemptum.*

Conſtit. CIX.

CVm dilectus filius. Et inſra. Quia
cauſa nõ poterat in noſtra p̄ſentia Ibid. cap. Cũ dilect.
terminari, cum nuncius monaſterij ſup
procuratione vel ratihabitiõe literas nõ
haberet, eã veſtro duximus examini cõ-
mittendam: mandantes, q̊tenus ſi cõſtite
rit abbatẽ ad ſedẽ apoſt. anteq̃ ep̄us in e-
um ſuſpenſionis vel excõicationis, & in
monaſterium interdicti ſentẽtias tulerit,
legitime appellaſſe, vel monaſteriũ à iu-
riſdictione ep̄i eiuſdẽ exẽptum, eo nõ ob
ſtãte q̊d abbas ab eo circũuentus p̄ter ſra
trũ ſuorum aſſenſum ei obedientiã repmi-
ſit, cũ ſraus & dolus ei patrocinari nõ de
beãt, iudicetis illas ſentẽtias nõ tenere.

Qđ ſi abbas in exẽptionis ꝓbatione
deſecerit, nec legitima poterit ſe præſcri-
ptione tueri, licet probet ſe ante p̄dictas
ſententias appellaſſe, nihilominus tamẽ
mo-

monaſterium iudicetis Aurienſi eccleſiæ ſubiacere, in cuius eſt diœceſi fundatum.

Similiter eo in probatione appellationis deficiente, ſi vobis conſtiterit de exceptione, vel legitima præſcriptione, tam abbatem, quam monaſterium ab impetitione epiſcopi abſoluatis.

DE CAPELLIS RE ligioſorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Archipresbytero & clericis S. Ceciliæ.

Si eccleſia non cathedralis uendicat ſibi ius in alia eccleſia, obtinebit ſolum, quo ad ea quæ probabit ſibi deberi præſcriptione, uel alio legitimo modo. Conſtit. CX.

Extra lib. 3. tit. 37 de capellis relig. cap. Dilectus

piſcinula

Dilectus filius M. ſyndicus eccleſiæ veſtræ ab œconomo ſancti Laurentij de *Piſcinia in ſcrutinijs, baptiſmate & capitulis & ſimilibus ſubiectionem poſtulans, poſſeſſorium, & petitorium intentabat. Cum enim eccleſia ſancti Laurentij ſit in parochia veſtra ſita, debet de iure communi eccleſiæ veſtræ in prædictis omnibus ſubiacere: quia nec priuilegiũ exemptionis habet, nec præſcriptionem pro ſe poterat allegare: quum illa eccleſia ſanctæ Ceciliæ præſcripſiſſet, ſicut per teſtes dicebat legitime comprobatũ. Præterea cum coram Celeſtino Papa p̃deceſſore noſtro, ſup p̃dictis inter veſtrã & prædictam eccleſiam quæſtio verteret, M. presbyter eiuſdem eccleſiæ fuit ſponte confeſſus, quod eccleſiæ ſanctæ Ceciliæ ſcrutiniũ & baptiſma debebat. Cunq; pars veſtra teſtes, qui ſe illum diuerſis tẽporibus ad capitulum vocaſſe, ipſumq; veniſſe aſſerebant, in medium produxiſſet, eis iurare paratis, prędictus presbyter ſe vocatum iuiſſe ad capitulum eſt confeſſus. Vnde p̃dictus p̃deceſſor noſter eccleſiam veſtram capitulo, quo ſe conqueſta fuerat ſpoliatam, ſaluo iure proprietatis eccleſiæ ſancti Laurentij reueſtire curauit, ſicut in eius literis cõtinet. Per hoc ergo proprietatẽ, quo ad ſcrutiniũ & baptiſma, & poſſeſſionem, quo ad capitulũ, veſter voluit ſyndicus comprobare.

Extra lib. 3 tit. 36. de religioſ. domibus cap. Conſtituturus.

Ad hæc ſancti Laurentij œconomus ex aduerſo reſpondit, quod eccleſia illa nullo medio ad Romanam eccleſiam pertinebat. Cum enim monaſteriũ monialiũ fuerit, & generaliter ſeruetur in vrbe, vt nullum monaſterium titulo ſit ſubiectum, incongruum videbatur, vt regulares ſecularibus ſupponant. Præterea vſque hodie nos in ea inſtitutionem & deſtitutionem liberã exercemus. Et infra.

18. quæſt. ca. Peruenit.

Nos igitur auditis propoſitis œconomum ſancti Laurentij ſyndico veſtro in baptiſmo & ſcrutinio cõdemnamus: ita vt per hoc eccleſię Romanæ nullum prę iudicium generetur, ſiquando forte ius ſuum duxerit proſequendum. In inſtitutione autem & deſtitutione & capitulo, œconomum ipſum ab impetitione ſyndici veſtri prorſus abſoluimus, ſyndico veſtro ſuper hoc perpetuum ſilẽtium imponentes.

DE IVRE PATRO natus.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo Rothomagenſi.

Patronus eccleſiæ uacantis, quanquam ſit clericus, ad eam ſe præſentare non poteſt. Conſtit. CXI.

Extra lib. 3. tit. 38 de iure patro. cap. Per noſtras.

Per noſtras poſtulatis literas edoceri, vtrum clericus ad vacãtem eccleſiam, in qua ius obtinet patronatus, ſeip̃m, ſi eſt idoneus, valeat præſentare.

8. quæſt. 1. ca In ſcripturis.

Cum igitur nullus ſe ingerere debeat eccleſiaſticæ p̃lationis officijs, reſpondemus quod nullus ſe poteſt ad perſonatũ alicuius eccleſiæ præſentare, quantumcũ que idoneus ſit, & quibuſcunque ſtudijs & meritis adiuuetur.

IDEM CONVENTRENENſi Epiſcopo.

Si quæſtio iuris patronatus inter patronos non diffinitur infra quatuor menſes, epiſcopus ordinabit eccleſiam ſine præiudicio eorundem. Conſtit. CXII.

Ibid. cap. Cũ propt

CVm propter diſcordias laicorum. Et infra. Fraternitati tuæ mãdamus, quatenus ſi de iure patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos, & ab eo, cui competit, infra quatuor menſes nõ fuerit diffinitum, extunc eccleſiam ipſam de pſo-

na non differas idonea ordinare, ita q̃d illi ex hoc non debeat in poſterum præiudiciũ gñari, q ius euicerit patronatus.

IDEM ARCHIDIACONO & Cancellario Altiſiodorẽſibus.

Legatus de latere eccleſiam, cuius alia eccleſia eſt patrona, collationi ſuæ reſeruare poteſt, licet non uacet, & conferre cũ uacat: & ex duobus præſentatis à patrono laico poteſt ſuperior inſtituere ſecundum. Conſtit. CXIII.

Ibid. cap. Cum dilectus.

CVm dilectus filius. Et infra. Cum Hoſtien. epiſcopus, tunc apoſtolicæ ſedis legatus, archidiacono Carnotẽſi mandauerat, vt eccleſiã, quam in archidiaconatu ſuo primo vacare cõtingeret, donationi ſuæ ſeruaret, inhibens, ne alicui conferret eandem: de qua Gu. clerico diſpoſuerat prouidere, & eccleſia de Berouilla ibi vacaſſet, idem archidiaconus contra mandatũ eiuſdẽ legati ad ipſam Gu. ſubbdiaconũ p̃ſentauit: cuius facto ab eodem legato caſſato, ipſe p̃fato G. cõceſſit eccleſiam ſic vacantem. Et infra.

Vacante vero quadam p̃benda in eccleſia S. Martini Carnotẽſis diœceſis, epiſcopus dictam eccleſiam ad p̃ſentationẽ archidiaconi H. clerico, prębendam vero p̃fato G. aſſignare curauit. Vnde ipſe H. ſupplicabat eandem ſibi eccleſiam confirmari, vtpote quã ad p̃ſentationem archidiaconi, veri patroni, ſe dicebat adeptũ. Et infra.

Nos igitur attendentes, q̃d etſi p̃fatus archidiaconus memoratũ G. tanq̃ laicus ad illam eccleſiam p̃ſentaſſet: quia tñ per diœceſanũ admiſſus non fuit, ſed dictus H. ab eodẽ archidiacono p̃ſentatus, à diœceſano epõ inſtitutus, iuxta ſtatutum Alexandri Papę, non primus, ſed ſecundus ius eſt aſſecutus in eccleſia memorata, etſi archidiaconus p̃fatum G. tanq̃ clericus p̃ſentauit: q̃m in eo q̃d tanq̃ clericus faciebat, ſuberat iuriſdictioni legati. Vnde poſtq̃ idem legatus donationẽ illius eccleſiæ ſibi decreuerat reſeruandam, ad eam tanq̃ clericus nõ potuit quempiam p̃ſentare: præſentationem ipſius minus canonice factam decernimus irritã, &, ea non obſtante, conceſſionem eiuſdẽ eccleſię factam prænominato H. pronunciamus canonicam extitiſſe, adiudicãtes eidem eccleſiam præfatam cũ fructibus medio tempore p̃ceptis ex ea, plene ac pacifice poſſidendam, prædicto G. ſuper hoc perpetuum ſilentium imponendo.

Extra lib. 3. tit. 38 de iure patronatu, ca. Quod autem.

IDEM ELIENSI EPISCOP.

Si laicus patronus duos ſucceſſiue præſentet, ualet inſtitutio de ſecundo, non obſtante appellatione primũ facta per primum. Epiſcopus tamẽ, qui malitioſe primum repulit, eidem in competẽti beneficio prouidere compellitur. Conſtit. CXIIII.

Ibid. cap. Paſtoralis.

PAſtoralis officij. Et infra. Poſtulaſti edoceri, an clericus ad aliquam eccleſiã à patrono laico p̃ſentatus, ſi diœceſanus epus ipſum non duxerit admittendum, ex hmõi præſentatione aliquid iuris aſſequatur in illa: & ſi forte idem ad ſedem apoſt. appellauerit, & poſt appellationem ab ipſo interpoſitam idem patronus alium curauerit præſentare, ac ſecundum inſtituit epus præſentatum, idem ab ipſa eccleſia debeat amoueri.

Extra lib. 3. tit. 38. de iure patro. cap. Quod autem.

Nos igitur Alexandri papæ veſtigijs inhærentes, qui inter præſentatos à clerico & laico patronis diſtinguẽs, inter pręſentatos à laico conditionem poſſidẽtis cenſuit meliorem: dicimus q̃d inſtitutio præſentati ſecundo loco à laico patrono robur obtinet firmitatis. Veruntamẽ cõſtituimus, vt epus, qui p̃ſentatum idoneũ malitioſe recuſauit admittere, ad prouidendum eidem in competenti beneficio compellatur, quatenus puniatur in eo in quo ipſum non eſt dubium deliquiſſe.

Supra li. 1. Conſtitutione 60.

IDEM EPISC. AVRIENEN.

Si ad præſentationem rectoris ad titulum eccleſiæ aliquis fuerit ordinatus, patronus qui nõ conſenſit ad ipſam, cum uacabit poterit præſentare. Conſtit. CXV.

Ibid. cap. Poſtulaſti.

POſtulaſti per ſedem apoſtol. edoceri, vt quum rectores parochialium eccleſiarum quoſdam præſentant ad ſuarum eccleſiaꝝ titulos ordinãdos, vtrum electio taliũ ad ipſos rectores pertineat, vel etiã ad patronos: & ſi in his patronorũ non eſt requirendus aſſenſus, vtrũ ius illis ſaluũ maneat eligendi, vt cum ipſas eccleſias vacare contigerit, intitulati huiuſmodi non ſint alijs præferendi.

Ad q̃d breuiter reſpondemus, q̃d per intitulationẽ huiuſmod i nullum patronis præiudicium generatur, quin poſſint alios ad illas eccleſias, quum vacauerint, præſentare, niſi de patronorum proceſſiſſet aſſenſu.

DE CENSIBVS, EXactionibus & procurationibus.

INNOCENTIVS PAPA III.

Abbati & Conuentui Bellæuillæ.

Qui tenetur procurare fratres alicuius domus, obligatur ad procurandum omnes, licet illorum numerus nunc creuerit. Sed ſi ex hoc grauaretur nimium, per iudicis officium ſibi prouidebitur. Conſtit. CXVI.

Extra lib. 3. tit. 19. de cenſib. ex act. & procurat. ca. Quanto creatori.

QVanto creatori. Et infra. Accepimus q̃d ab ipſo domus veſtræ primordio de fundatoris volũtate proceſſit, vt fratribus ſancti Irenæi procurationẽ vnã annis ſingulis liberaliter exhiberet, cum nihil teneatis ab eis, propter quod huiuſmodi procuratio ipſis debeat exhiberi. Verũ tunc ꝓpter fratrũ & ſeruientiũ paucitatẽ, talis procuratio non grauabat: ſed nũc intrm̃ excreuit numerus eorundẽ, q̃d ad procurationẽ vix q̃tuor Marchę ſufficerẽt, quę pro vna fieri cõſueuit. Et infra.

Indulgemus igitur, ne vltra primã mẽſuram in procuratione ipſa ſitis vlterius ꝑdictis fratribus obligati: ſed expenſis q̃ cõſueuerunt ſufficere ſint cõtenti, niſi facultates eccleſiæ intrm̃ excreuerint, q̃d ſine grauamine ampliato fratrũ numero, ad ſoluendum debitũ procurationis extendi poſſit quantitas expenſarum.

IDEM PRIMICERIO ET Clero Mediolanenſibus.

Omnes eccleſiæ, niſi quæ ab hoc per priuilegium apoſtolicum ſint exemptæ, procurare tenentur legatos ſedis apoſtolicæ, ſeu etiam eius nuncios, nec in hoc præſcriptione iuuantur. Item de modo procurationis.

Conſtit. CXVII.

Ibid. cap. Cũ inſtantia.

CVm inſtãtia veſtra quotidiana. Et infra. Poſtulationi veſtræ taliter reſpondemus, q̃d cum om̃es eccleſiæ legatis & nuncijs ſedis apoſt. procurationes impendere teneanť, ab eaꝝ pſtatione nullam habere volumus excuſatam, niſi forte per ſpeciale priuilegiũ ſedis apoſt. q̃d nõ credimus, ſit exempta, etiam ſi lõgiſſimo tempore procurationis obſequium non impenderint, cum in talibus ꝑſcriptio ſibi locũ nequeat vendicare: q̃a nos à prouiſione paſtoralis ſolicitudinis circa om̃es eccleſias nunq̃ om̃ino ceſſamus.

Extra lib. 3. tit. 39 cap. Procurationes.

Sane in his exigẽdis eum modũ & ordinem volumus obſeruari, vt nulla eccleſia vel ꝑlatus ſe indebite ꝑgrauari rõnabiliter cõqueratur. Si v̓o de cõmuni collecta legatoꝝ & nuncioꝝ noſtroꝝ expenſas duxeritis faciẽdas, q̃d vobis nõ duximus inhibendũ, ex hoc nobis & noſtris nullum præiudiciũ volumus gñari, quo minus poſſint à quocunq; maluerint ꝓcurationes ſibi debitas poſtulare: & ita quod ſi exactus vltra ſuã fuerit grauatus facultatẽ, ſibi ab alijs reſtaureť. Nũcijs t̃n in noſtris neceſſarijs exhibendis pareat quicũq; fuerit reqſitus: ita quod in fraudem nihil penitus attenteť, nec ꝑ cõmunes miniſtros procurationis obſequium, ſi noluerint recipe, compellãtur. Qui vero contumaciter eis duxerint reſiſtendũ, diſtrictione ſunt eccleſiaſtica cõpellendi.

IDEM ZAMORENSI ET Salamantino Epiſcopis.

Si ad unicam mẽſuram ſolui ſolet, quod debetur ex uoto, ad illam in poſterum ſolui debebit. Si uero ad diuerſas, liberabitur ſoluens etiã ad minorem. Conſtit. CXVIII.

Ibid. cap. Ex parte

EX parte Compoſtellani archiep̃i fuit ꝓpoſitum, quod cũ hi q vota beati Iacobi continue pſoluerunt, ad cõmunem terrę ſuę menſurã, cũ qua vz emũt & vendũt, ipſa pſoluerint, hactenus & pſoluant qdem, q̃a longis temporibus ab eoꝝ ſolutione ceſſarunt: nunc quandam menſurã exhibent paruiſſimã & ignotã. Et infra. Cum ergo non conſtet, ad quã menſurã anteceſſores eoꝝ ꝑdicta vota pſoluerint, credimus diſtinguendum, vtrum habitatores regionis ipſius ea continue pſoluerunt, ad vnã & eandem menſuram huiuſmodi vota perſoluerint, an ad varias & diuerſas. In primo nanq; caſu ad eandem & illi ſoluere ſunt cogendi. In ſecundo volentes ſoluere ad minorem non ſunt cogẽdi, vt ad maiorem perſoluãt, q̃m cum huiuſmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius ſunt à viris eccleſiaſticis exigenda, ne tanq̃ exactores videanť lucris tẽporalibus inhiare

IDEM CAESAR AVGVſtenſi Epiſcopo.

Eccleſiæ tenentur epiſcopo, in cuius diœceſi ſunt, reſpondere de procurationibus quarta deci

marum & alijs epiſcopalibus. Conſt. CXIX.

Ibid. cap. Cum oli.

CVm olim. Et inf. Quia nobis fides facta fuit, q̄d eccleſiæ de Luna, & de Bel. in tua ſunt diœceſi cōſtitutæ, non ſolū ꝑ alia, verūetiam ꝑ hoc ipm̄ q̄d in inſtrumentis cōpoſitionū continet exp̄ſſe, vt abbas S. Ioannis Prilateñ. tam de quarta decimarꝝ, q̄ de cęteris epiſcopalibus, tibi debeat rñdere, abbatē ipm̄ ad integrā ſolutionē quartę oīm decimarꝝ, nullis factis deductionibus, & ad p̄ſtationem ꝓcurationum & aliorum epiſcopalium iurium in p̄dictis eccleſijs condemnamus.

Licet em̄ ex forma ſecundę cōpoſitionis deductiones eſſent aliquę faciendæ, qa tñ cōpoſitionē idē abbas nullatenus approbauit, ſed ſtuduit multipliciter impugnare, ex ea nō debuit bñficium conſequi, cui renunciaſſe tacite videbatur.

15. queſt. 2 c. Quam præpoſterum C. de re. cre. L. Si quis iuſiurandum.

Abſonū erat p̄terea, vt negaret illā eccleſiam in tua diœceſi cōſtitutam, ſuper quam inſtrumenta prędeceſſoris tui oſtēdebat in iure monaſterio fuiſſe conceſſa, per quæ epiſcopale ius patebat expreſſe.

IDEM EPISC. SPOLETAN.

Soluendi ſunt cenſus ad antiquam monetam, in qua inſtituti fuerint, niſi ſit in alterius monetæ ſolutione præſcriptum. Conſtit. CXX.

Ibid. cap. Olim cauſam.

OLim cauſam, quā aduerſus clericos plebis Rupinæ ſuꝑ ſynodatico ꝓponebas, Tudertinenſi ep̄o & collegijs ſuis cōmiſimus terminandā, corā qbus ex parte tua fuit propoſitū, q̄d cum ijdem clerici p̄deceſſoribus tuis tres in feſto Natiuitatis, & tres in feſto Reſurrectionis dñicæ ꝓ ſynodatico ſoluerint denarios Papieñ. nunc tm̄ tres Lucenſes ꝓ ſingulis denarijs Papienſib. ꝓſoluebant: cū tñ vnus denarius Papieñ. valeat ſex Lucēſes, vñ petebas eos ad Papieñ. ſolutionē cōpelli: cū etſi tu Luceñ. primo anno receperis, ſemꝑ tñ ius tuum poſtmodū fueris ꝓteſtatus. Et infra. Cū igit̄ conſtet ꝙ Papieñ. olim ꝓ ſynodatico ſoluebant, q̄d ex eo etiā ſequit̄, q̄d Luceñ. ſoluti ſunt poſtmodū pro eiſdē: cū ex dictis teſtium & cōfeſſione aduocati alterius partis nō reuocata, poſtmodū appareat euidenter, q̄d tēpore L. p̄deceſſoris tui, ꝓ ſynodatico Papieñ. ſuit moneta ſoluta, & à tempore dicti L. nō niſi XXXVI. annorum ad plus tēpus effluxerit, & ſit legitime cōprobatum, q̄d tres Luceñ. qui pro vno Papieñ. poſt mortem ipſius L. ſoluebātur V. vel VI. valebant ex illis, qui hodie ſunt in vſu: intelligentes ex hoc q̄d per monetæ declinationem acciderit, vt vſq; ad tempus tuum Luceñ. dati fuerint pro ſynodatico, ſicut erant in vſu, procuratorē aduerſæ partis nomine clericorum plebis prædictæ tibi ad ſolutionem denar. Papieñ. vel æſtimationē eorꝝ pro ſynodatico per diffinitiuā ſententiā cōdemnamus.

IDEM PRIORI SANCTI Stephani.

Epiſcopus remittens eccleſiæ ſeruitia, quæ ſibi debebat, & ſtatuens, quod aliud ſeruitium nō imponetur, procurationem non intelligitur remiſiſſe Conſtit. CXXI.

Ibid. cap. Cum venerabilis.

CVm venerabilis frater noſter Fauentinus epiſcopus. Et infra.

Cognouimus, q̄d p̄ſatus ep̄us ſpallas quas habet ab eadē eccleſia, tam ipſe, quā p̄deceſſores ſui recipere cōſueuerant, eccleſiæ præfatę remiſit, & ſtatuit, q̄d aliud ei ſeruitium nō imponeret, ſibi & eccleſię ſuæ annuatim trium librarum cereo penſionis nomine reſeruato. Quia ergo viſitationi annexa eſt procuratio, & epiſcopus ratione epiſcopalis iuriſdictionis, quā habet in ea, teneatur cauſa correctionis eccleſiam viſitare præfatam, nec intelligatur quaſi nouum Imponi, q̄d ab ipſa fundatione de communi fuerat iure impoſitum: Decernimus, q̄d idem ep̄us, cum ad ipſam eccleſiam cauſa correctionis acceſſerit, moderatam ab ea procurationem accipiat bis in anno: ſed nihil aliud, p̄ter penſionē & procurationes præſcriptas ab eadem eccleſia exigere vel extorquere præſumat.

Extra lib. 3. eiſ. de cē ſibus cap. cum apoſtolus.

IDEM ARCHIEPISCOPO Compoſtellano.

Eccleſiæ de nouo conuerſæ, in procurationibus & alijs ſeruabunt conſuetudinem uicinarum Conſtit. CXXII.

Ibid. cap. Super eo.

SVper eo, q̄d fraternitas tua nos conſulere voluit, vt qa fere tota prouincia Compoſtellana de nouo eſt ad iuriſdictionem eccleſiæ tuæ cōuerſa, qualiter tibi prouinciam vel partem prouinciæ viſitanti obſequi debeat, & ſeruire, nec non in procurationibus prouidere: tibi duximus reſpondēdum, quod illud obſeruare tenetur, quod in vicinis prouincijs obſeruatur.

DE

DE CONSECRATIO nibus eccleſiarum.

INNOCENTIVS PAPA III. Tornacenſi Epiſcopo.

Diebus etiam non feſtis, poſſunt eccleſiæ conſecrari. Conſtit. CXXIII.

Extra lib. 3. tit. 40 de cõſecrat. eccle. cap. Tua fraternitas.

TVa fraternitas. Et inf. Inq̃ſitioni tuæ taliter reſpondemus, q̃d in diœceſi tua licet tibi eccleſijs dedicationẽ impẽdere tam diebus dominicis quã priuatis.

IDEM NIDROSIENSI Epiſcopo.

Amoto altari uel lapide continente ſigillũ, reconſecrabitur altare, non autem Eccleſia. Et oleum non conſecratum poteſt commiſceri oleo conſecrato, & totum fit conſecratum

Conſtit. CXXIIII.

Ibid. cap. Quod in dubijs.

QVod in dubijs. Et infra. Altari vero, in quo tabula, cui conſecrationis benedictio pontificali miniſterio adhibetur, ſi mota vel enormiter fracta fuerit, debet non immerito conſecrari. Nec negamus, quin oleum non conſecratum conſecrato poſſit oleo commiſceri.

IDEM COMPOSTELlano arrchiepiſcopo.

Reconciliatur eccleſia, quæ propter homicidia & uulnera hominum ibidem perpetrata polluta eſt.

Conſtit. CXXV.

Ibid. cap. Propoſuiſti.

PRopoſuiſti, quod venientibus ad eccleſiã S. Iacobi ex diuerſis regionibus peregrinis, & volẽtibus alijs ab alijs per contẽtiones & rixas altaris de nocte cuſtodiã vendicare, homicidia cõtingunt fieri interdũ & aliq̃n vulnera inferũtur. Et infra. Fraternitati tuę breuiter reſpondemus, quod manente eccleſia & altari, ipſa reconciliari poterit per aquã cum vino & cinere benedictam.

IDEM INNOC. PAPAE III.

Plura altaria ſemel in eadem eccleſia conſecrari poſſunt, & idem in pluribus epiſcopis.

Conſtit. CXXVI.

Ibid. cap. Cum ſis.

CVm ſis. Et infra. Noueris igit̃ q̃d plura in eccleſia vna altaria & plures epiſcopos ſimul poteris cõſecrare.

IDEM INNOC. PAPA III.

Corruente tecto, parietibus illæſis, & menſa altaris non enormiter fracta, nec altare nec eccleſia conſecratur.

Conſtit. CXXVII.

Ibid. cap. Ligneis

LIgneis ædificijs eccleſiæ veſtræ caſu conſumptis, parietibus tamen illæſis ac menſa principalis altaris in ſua extremitate modicã paſſa fracturã. Et infr. Inquiſitiõi tuæ taliter duximus reſpõdendum, q̃d cum parietes in ſua integritate pmanſerint, & tabula altaris mota vel enormiter lęſa nõ fuerit, ob cauſam prædictam nec eccleſia, nec altare debet denuo conſecrari.

De cõſec. diſt. 1. ca. de fabrica.

IDEM EPISC. SENONEN.

Polluitur eccleſia uel cœmeterium, ſi excommunicatus in ea ſepelitur. Con. CXXVIII.

Ibid. cap. Cõſuluiſti

COnſuluiſti. Et inf. Cœmeterea, in q̃bus excõmunicatorũ corpora ſepeliri cõtingit, recõcilianda erũt aſpſione aquæ ſolenniter benedictæ, ſicut in dedicationibus eccleſiarũ fieri cõſueuit.

De cõſec. diſt. 1. ca. Si motum

DE CELEBRATIOne Miſſarum & ſacramẽto Euchariſtiæ, & de diuinis officijs

INNOCENTIVS RAPA III. Epiſcopo Vigorienſi.

Sufficit ſacerdoti in die ſemel celebrare, exceptis duobus caſibus, ſcilicet neceſſitatis, & feſti natiuitatis Chriſti. Conſtit. CXXIX.

Extra lib. 3. tit. 41 de celebratione miſſarũ cap. Conſuluiſti. De cõſec. diſt. 1. ca. Nocte ſancta

COnſuluiſti. Et infra. Reſpondemus, quod excepto die natiuitatis dominicæ, niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat, ſufficere ſacerdoti ſemel in die vnã miſſam ſolummodo celebrare.

IDEM ARCHIEPISCO Bracharenſi.

In miſsa commemorationis licet dicatur propria præfatio, non tamen dicitur hymnus angelicus, nec ſymbolum.

Conſtit. CXXX.

Ibid. cap. Conſiliũ

COnſiliũ noſtrũ. Et inf. Req̃ſiſti vtrũ in diebus pfeſtis, in q̃bus ad honorem ſancti ſpiritus, beatæ virginis & S. Crucis miſſam celebrari contingit, hymnus angelicus, ſymbolũ ac pfatio ppria debeat decantari. Et infra.

Inquiſitioni tuę taliter reſpondemus, quod apud nos in diebus ꝑfeſtis cũ miſſarum ſolennia in honore beatę virginis celebrantur, neq; hymnus angelicus, neque ſymbolũ decantef: licet in miſſa propria pfatio decantetur, vt inter commemorationẽ & ſolẽnitatẽ differentia oſtẽ-
1.queſt.1. datur. Vnde Te Deum laudamus regularius dimittitur, quam dicatur in laudibus matutinis.

IDEM CLERICIS P. Magalenſis.

Quando in miſſa uinum ablutionis ſumendum.

Conſtit. CXXXI.

Ibid. cap. Ex parte. EX parte veſtra. Et infra. Poſtulationi veſtræ taliter reſpondemus, quod ſemp ſacerdos vino pfundere debet, poſtquam totũ accepit euchariſtiæ ſacramentum, niſi cum eodẽ die aliam miſſam debuerit celebrare: ne ſi forte vinum perfuſionis acciperet, celebrationẽ aliam impediret.

IDEM I. QVONDAM Archiepiſcopo Lugdunẽſi.

Si qua uerba ſunt in canone miſſæ, quæ ab Euangeliſtis dicta non fuerunt, credere debemus, quod à Chriſto apoſtoli, & ab apoſtolis eorum ſucceſſores acceperunt.

Conſtit. CXXXII.

Ibid. cap. Cum Marthæ. CVm Marthæ. Et infra. Quæſiuiſti, quæ ſint formæ verborũ, quas ipſe Chriſtus expreſſit, cum in corpus & ſanguinem ſuum panem transſubſtantiauit, & vinum, illud in canone miſſę, q̃ eccleſia vtitur generalis, adiecerit, quod nullus Euangeliſtarum legitur expreſſiſſe. Cum enim in euangelio ſic legatur: Accipiens calicem, gratias agens benedi-
Mat.26 xit, & dedit diſcipulis ſuis dicens, Bibite ex hoc oẽs, hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamẽti, q pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem pc̃torum. In canone miſſę ſermo iſte videlicet, myſteriũ fidei, ỹbis ipſis interpoſitus inuenif, vñ cũ nõ euangeliſta. Chriſtum hoc dixiſſe teſtef, miraris q̃d aliqs aſſeuerare tẽtaue-
1. queſt. 1. ca. Conſuluiſti rit eũ aliqd plus dixiſſe, quam aliqs euangeliſtaꝝ aſſeueret. Veꝝ ſi formã ipſius canonis inſpicias diligenter, ꝑter hoc de q̃ tua fraternitas requiſiuit, alia duo, videlicet, eleuatis oculis in cœlum, & æterni teſtamenti, poteris in ipſo canone reperire, quæ in textu euangelico non legunf. Sane multa tã de ỹbis quã de factis dñicis inuenimus ab euãgeliſtis omiſſa, q̃
Act. 20 apoſtoli vel ſuppleuiſſe verbo, vel facto expreſſiſſe legunf. Paulus nanq; in Actibus apoſtoloꝝ ſic ait: Meminiſſe nos oportet verbi dñi Ieſu, q dixit: Beatius eſt
26. queſt. 1 ca. Prædicator. dare, quam accipere. Hæc nullus quatuor euangeliſtaꝝ deſcripſit. Nullus etiam homo expreſſit, q̃d Paulus de Chriſto ad
1. Cor. 15 Corinthios ſcribens, ait: Viſus eſt plus quã quingentis fratribus ſimul, deinde viſus eſt Iacobo: nouiſſime aũt tanquam abortiuo, viſus eſt & mihi. Ipſi etiã euangeliſtæ mutuo inter ſe ſuppleuiſſe legun tur, quæ ab eoꝝ aliquo vel aliq̃bus ſunt omiſſa. Vnde cũ tres euangeliſtæ poſuerint, hoc eſt corpus meum, ſolus Lucas
Luc. 22 Mat. 26 Mar. 14 adiecit, q̃d ꝓ vobis tradef. Et cum Mathęus & Marcus dicant, ꝓ multis, Lucas dicit, ꝓ vobis: Mathæus autem, in remiſſio
Mat. 26 nem peccatoꝝ, adiunxit. Cæteꝝ quæ addunf in Canone miſſæ, poſſunt ex a-
Ioan. 11 liĳs locis Euangeliĳ cõpbari. Ioãnes enim ſuſcitationem Lazari deſcribens, Ieſum ſurſum oculos leuaſſe aſſerit, & dixiſſe: Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Et infra.

Si tunc igitur in cœlum oculos leuauit ad partẽ, cum ad corpus examine animam Lazari reuocauit, probabilius eſſe videtur, q̃d tunc oculos leuauerit ad patrem in cœlum, cum panem & vinum in corpus & ſanguinem proprium commutauit.

Cæteꝝ ſicut ſupius eſt expſſum, cũ in textu euangelico, noui teſtamẽti ponaf, hic interponif, & æterni. Nã vetus teſta-
Exo. 24 Heb. 9 Eia. 1 mẽtum, q̃d hircoꝝ & vituloꝝ fuit ſanguine dedicatũ, tẽporalia ꝓmittebat: Nouũ aũt, q̃d eſt Chriſti ſanguine cõſecratũ, ꝓmittit ęterna, & ideo teſtamentũ illud ſit vetus & trãſitoriũ, hoc aũt nouũ eſt & ęternum: vel vt vtamur alia ratione, vnde nouum, id eſt, vltimũ eſſe deſcribif, inde
C. de ſacro ſanct. eccle. L. 1. & C. de te ſt. L. Quoniam indig. Heb. 9 æternũ. i. ꝑpetuum cõprobatur. Nouiſſimũ etenim hominis teſtamẽtũ morte immobile pſeuerat, qa teſtatoris obitu cõfirmaf, iuxta q̃d apoſt. teſtamẽtũ in morte aſſerit cõfirmatũ: alioqn nõ valet, dũ vixerit q teſtaf. Præterea nõ ſolũ ſcriptura ſed etiã ꝓmiſſio dicif teſtamẽtũ, iuxta quod

quod Apoſtolus ipſe ſcribit, Ideo noui
Heb.9 teſtamenti mediator eſt, vt remiſſionem
accipiãt qui vocati ſunt hæreditatis æter
næ. Sic ergo intelligi debet, quod in ipſo
canone reperit: Hic eſt enim ſanguis me
us noui & æterni teſtamenti, id eſt, nouę
ac æternæ ꝓmiſſionis, ſcilicet confirma-
Ioan.6 tor, ſicut dñs repmittit: Qui manducat, in
quens, carnem meam, & ſanguinem meũ
bibit, habet vitam æternam.

Ex eo autem verbo, de q̃ mouit frater
nitas tua quæſtionem, videlicet, myſteri-
um fidei, munimentum erroris quidam
De cõſec. diſt.2.ca. Ego Berẽgarius. trahere putauerunt, dicentes, in ſacramẽ
to altaris nõ eſſe corporis Chriſti & ſan-
guinis veritatẽ: ſed imaginem tñ & ſpe-
ciẽ & figurã, ꝓ eo ꝙ ſcriptura interdũ cõ
memorat, id q̃d in altari ſuſcipit eſſe ſa-
De cõſec. diſt.2.ca. Non oportet cramentũ & myſterium, & exemplũ: ſed
tales ex eo laqueum erroris incurrunt,
q̃d nec autoritates ſcripturę cõuenienter
intelligunt, nec ſacramenta Dei ſuſcipi-
unt reuerẽter. Si enim, qa figura eſt ſacra
mentum altaris, veritas eſſe negatur, er-
go nec mors nec reſurrectio Chriſti (cũ
figura ſit) veritas eſt credẽda. Siquidem
mortem & reſurrectionẽ Chriſti ſimili-
tudinẽ & imaginẽ eſſe Apoſtolus mani-
Rom.6 1.Cor.15 feſtat: Chriſtus, inquens, mortuus eſt pro
delictis noſtris, & reſurrexit ꝓpter iuſtifi
cationẽ noſtrã. Apoſtoloꝝ etiã princeps
1.Petri.2 Petrus ſic in epiſtola ſua ſcribit, Chriſtus
paſſus eſt pro nobis, relinquẽs vobis ex
emplũ, vt ſequamini veſtigia eius. Sic er-
go tã mors Chriſti, quã eius reſurrectio
eſt exẽplum, vt & nos peccato mortui,
iuſtitiæ iã viuamus. Quare ſi nõ fuit veri
tas, qa fuit exẽplum, ergo nec vere mor-
tuus fuit Chriſtus, nec vere à mortuis re
ſurrexit. Sed abſit à fideliũ cordibus er-
ror iſte, cũ ꝓpheta de ipſo teſtet, q̃d vere
Eſa.53 languores noſtros ipſe tulit, & dolores
noſtros ipſe portauit. Dicit tñ myſteriũ
De cõſec. diſt.2. ca. forte dicas. fidei, qm̃ aliud ibi credit, quam cernatur,
& aliud cernit, quã credatur: cernitur ſpe
cies panis & vini, & creditur veritas car-
nis & ſanguinis Chriſti, ac virtus vnita-
tis & charitatis. Et infra.

Diſtinguendum eſt tñ ſubtiliter inter
tria quę ſunt in hoc ſacramento diſcreta,
videlicet formã viſibilem, veritatem cor
poris, & virtutẽ ſpiritualẽ. Forma eſt pa-
nis & vini, veritas carnis & ſanguinis: vir
tus vnitatis & charitatis. Primũ eſt ſacra
mẽtum & non res: ſecundũ eſt ſacramẽ De cõſec. diſt.2.ca. Sacrificiũ
tum & res: tertium eſt res, & nõ ſacramẽ
tum. Sed primũ eſt ſacramentũ geminæ
rei: ſecundũ eſt ſacramentũ vnius, & alte
rius res exiſtit: tertium eſt res gemini ſa-
cramenti. Credimus igit q̃d formã ver-
boꝝ, ſicut in canone reperitur, & à Chri
ſto apoſtoli, & ab ipſis eorum acceperint
ſucceſſores.

In ſacramento altaris aqua cum uino tranſſubſtantiatur in ſanguinem.

Quæſiuiſti etiã, vtrũ aqua cũ vino in
ſanguinẽ conuertat. Sup hoc autem opi
niões apud ſcolaſticos variant. Aliqbus
eñi videt, q̃d cum de latere Chriſti duo ꝓ
cipua fluxerint ſacramẽta, redemptionis
in ſanguine ac regñatiõis in aqua, in illa
duo vinũ & aqua, q̃ cõmiſcent in calice,
diuina virtute mutant: vt in hoc ſacramẽ
to plena ſit veritas & figura. Alij vero tenẽt,
q̃d aqua cum vino trãſſubſtantiat in ſan-
guinẽ, cũ in vinum trãſeat mixta vino, li
cet phyſici cõtrarium aſſeuerẽt, qa aquã à
vino ꝑ artificium poſſe aſſerunt ſeparari.
Præterea poteſt dici, q̃d aqua nõ trãſit in
ſanguinẽ, ſed remanet prioris vini accidẽ
tibus circumfuſa, ita q̃d vini ſaporẽ aſſu-
mit, q̃d inde conuincit, qa ſi poſt calicis
cõſecrationem, aliud vinum mittat in ca
licem, illud qdem nõ tranſit in ſanguinẽ,
nec ſanguini cõmiſcet, ſed accidentibus
prioris vini cõmixtum corpori, q̃d ſub
eis latet, vndiq; circumfunditur, non ma
didans circumfuſum: ipſa tñ accidentia
vinum appoſitum videntur afficere: qa ſi
aqua fuerit appoſita, vini ſaporem aſſu-
mit. Contingit igitur accidentia mutare
ſubiectum, ſicut & ſubiectum contingit
accidentia permutare. Cedit quippe na-
tura miraculo, & virtus ſupra conſuetu-
dinem operatur. Sed nec inconueniens
creditur aut abſurdum, ſi aqua in corpo
re Chriſti eſſe credatur: quum legatur de
ipſius corpore proceſſiſſe. Et infra.

Verum inter opiniones prædictas il-
la probabilior iudicatur, quæ aſſerit a- Ioan.19
quã vt cum vino in ſanguinem tranſmu
tari vt expreſſius eluceat proprietas ſacra
mẽti. Nã cũ aquæ multæ ſint populi mul Apoc.17
ti, iuxta quod alibi legit: Beati q ſeminãt Eſa.32
ſuper

ſup aquas: ideo vino aqua vniť, vt Chri-
De cõſec. di. 2. ca. In Chriſto patri. ſto populus adunetur. Per hoc enim q̊d
ſuſcepit ipſe de noſtro, & accepimus ipſi
de ſuo, tam inſolubili nexu cõiũgimur,
vt q eſt vnum cũ patre per ineffabilẽ vni
tatẽ, fiat vnũ nobiſcũ p admirabilẽ vnio-
Ioan 17 nẽ: ac p hoc ipſo cõmuniter mediante, cũ
patre vnum efficimur. Pater, inquit, ſan-
cte ſerua eos quos dediſti mihi, vt ſint v-
nũ, ſicut & nos. Non pro his rogo tantũ,
ſed p eis q credituri ſunt p verbũ eorũ in
me, vt & ipſi in nobis vnũ ſint, & mũdus
credat quia tu me miſiſti.

Oratio quæ dicitur in ſecreta in feſto ſancti Leonis, immutata eſt: quia ubi dicebatur, Annue nobis domine, ut animæ famuli tui Leonis hæc proſit oblatio, hodie dicitur, Vt interceſſione B. Leonis hæc nobis proſit oblatio, & hæc mutatio contingit, quia ſancti noſtris orationibus non indigent: ſed nos ſuis.

Tertio loco fraternitas tua reqſiuit,
quare fuerit mutatũ q̊d in ſecreta beati
Leonis ſcd'm antiqores continetur, ſic vi
delicet: Annue nobis dñe, vt animæ fa-
muli tui Leonis hęc pſit oblatio: cum in
modernis ſacramentariis habeať: Annue
nobis quæſumus dñe, vt interceſſione
August. B. Leonis, hæc nobis proſit oblatio. Sup
q reſpondemus, q̊d cũ ſacræ ſcripturæ di
cat autoritas, q̊d iniuriã facit martyri, q
orat p martyre, Idẽ eſt ratione conſimili
de ſanctis aliis ſentiendũ: qa oratiõibus
noſtris non indigent, p eo q̊d cũ ſint pſe
cte beati, oĩa eis ad vota ſuccedunt: ſed
nos potius oratiõibus eorũ indigemus,
nos q̊s cum miſeri ſimus, vndiq; mala ✶ no-
ſtra pturbant. Vñ q̊d in pleriſq; orationi
bus contineť, pſit vel pficiat huic ſancto,
vel illi talis oblatio ad gloriã & honorẽ,
ita debet intelligi, vt ad hoc pſit, q̊d ma-
gis ac magis à fidelibus glorificeť in ter-
ris. Licet pleriq; reputent non indignũ
ſanctorum gloriã vſq; ad iudiciũ augmẽ
tari: & ideo eccleſiam interim ſane poſſe
augmentũ glorificatiõis eorũ optare. Ve
rũ vtrũ in hoc articulo locũ habeat illa
diſtinctio, qua doceť q̊d defunctorũ alii
13. quæſt. 2. ca. tempus. ſunt valde boni, alii ſunt valde mali, alii
mediocriter boni, alii mediocriter mali:
vnde ſuffragia quæ fiunt à fidelibus in ec
cleſiã pro valde bonis, actiones ſunt gra
tiarum, Pro valde malis conſolationes
viuorum: expiationes p mediocriter bo
nis, & propiciatiões pro mediocriter ma
lis tua diſcretio inueſtiget.

IDEM RECTORIBVS
Romanæ frater.

Grauius peccat qui ſimulat conficere, & non conficit, quam ille qui conficit in mortali.

Conſtit. CXXXIII.

DE homine. Et infra. Quęſiuiſti qd Ibid. cap. De homine.
de incauto presbytero videať, q
cum ſe ſciat in mortali crimine conſtitu
tum, miſſarum ſolennia, quæ non poteſt
ppter neceſſitatẽ quãlibet intermittere, 16. quęſt. 1 ca. Mulier. Et 1. quęſt. 1 ca. Si quis õnem.
ppter ſui ſacinoris conſcientiam dubi-
tat celebrare, peractiſq; cæteris circum-
ſtantiis, miſſam celebrare ſe fingit, & ſup
preſſis verbis quibus conficitur cor-
pus Chriſti, panem & vinum tantũmo-
do pure ſumit, ita credens p id quod p̃-
tendit populo ſatisfacere, vt per hoc qd
intendit, Deum non debeat puocare.

Cum ergo ſalſa ſint abiicienda reme-
dia, quæ veris ſunt periculis grauiora, li-
cet is q p ſui criminis conſcientia repu- 12. quęſt. 2 ca. Certe.
tat ſe indignum, peccet grauiter, ſi ſe in-
gerat irreuerenter ad illud, grauius tñ vi
detur offendere, q ſic fraudulenter illud
p̃ſumpſerit ſimulare, cũ ille in ſolius mi
ſericordis Dei manum incidat: iſte vero
non ſolum Deo, cui nõ revereť illudere,
ſed populo, quem decipit, ſe aſtringat.

IDEM FERRARIENSI
Epiſcopo.

Hic improbat opinionem, quæ habet, quod in ſacramento altaris aqua conuertatur in phlegma, & probat Chriſtum fuiſſe uerum Deum & uerum hominem, & quod de ipſius latere exiuit uera aqua.

Conſtit. CXXXIIII.

IN quadam noſtra decretali epiſtola Ibid. cap. In quada.
aſſeris te legiſſe, illud eſſe nepharium
opinari, q̊d qdam dicere p̃ſumpſerũt, in
ſacramento videlicet Euchariſtię aquam
in phlema conuerti. Nã & de latere Chri
ſti nõ aquã, ſed humorẽ aquaticum mẽti
unť exiſſe. Et infra. Nos igiť ad tuæ ſup
plicationis inſtantiã rñdemus, q̊d qdam
dixerunt, ſed errauerant, Chriſtum non 24. quęſt. 1. ca. Quidã vero. Supra eodem Conſtit. Cum Marte.
fuiſſe verum Deũ, ſed adoptiuum, vt mi-
ſeri Arriani: Alii Chriſtum non fuiſſe ve
rum hominem, ſed phantaſticum, vt im-
pii Manichæi.

Sed aduerſus huiuſmodi hæreſes Io-
annes apoſtolus in epiſtola ſua loquitur
di-

1.Ioan.5 dicens:Tres ſunt qui teſtimonium dant
in cœlo,Pater,verbũ & ſpiritus ſanctus.
Et hi tres vnum ſunt.Per hoc intendens
oſtẽdere,q̊d Chriſtus ſit verus Deus. Et
tres ſunt q teſtimoniũ dant in terra,ſpi-
ritus,aqua, & ſanguis.Per hoc intendẽs
oſtendere, q̊d Chriſtus ſit verus homo.
Nam ad eſſe hominis duo principaliter
exigũtur,videlicet,corpus & anima. Ex
quorum coniunctione verus homo ſub
ſiſtit.Per hoc autem q̊d in articulo mor-
tis Chriſtus inclinato capite tradidit ſpi-
Matt.27 Lucæ.22 ritũ,de quo voce magna clamauerat: Pa
ter in manus tuas commendo ſpiritum
meum,manifeſte probaẽ,quod ipſe ſpiri
tum habebat, nõ ſolum flatum vitalem,
ſed animã rationalem, de qua p̃dixerat:
Matt.26 Ioan.10 Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. Et:
Poteſtatem habeo ponendi animam me
am,& iterum ſumendi eam.

Ioan.19 Per hoc autem quod vnus militũ lan-
cea latus eius aperuit, & continuo ſan-
guis exiuit & aqua, probaẽ aperte,quod
Chriſtus verũ corpus habebat. Nam de
phantaſtico corpore nec ſanguis, nec a-
qua potuiſſet exire. Vnde ille qui vidit,te
ſtimonium perhibuit,& teſtimoniũ eius
Ioan.19 1.Ioan.1 eſt verũ, q̄a tres ſunt qui teſtimoniũ dant
in terra:Spiritus,aqua & ſanguis. Quod
videlicet Chriſtus ſit verus homo ex ani
ma rationali & humana carne ſubſiſtẽs,
ꝓbatur ex eo,quod ſpiritum vitalem emi
Ioan.19 ſit:& de vero corpore ꝓbatur,quoniam
ex eo ſanguis exiuit & aqua. Rationalis
quippe anima non poſſet viuificare, niſi
corpus humanum, ex quibus verus ho-
mo conſiſtit.Cæterũ, ſicut ſuit verus ſpi
ritus & verus ſanguis,ita ꝓculdubio ve-
ra aqua,cũ Chriſtus ſit veritas, & à veri-
tate oĩs fallacia ſit penitus aliena.Nam ſi
non fuiſſet aqua,ſed phlegma q̊d de late
Ibid. re ſaluatoris exiuit,ille q vidit & teſtimo
nium veritati ꝑhibuit,ꝑfecto nõ aquam
ſed phlegma dixiſſet,nec in homine veræ
regenerationis ſacramentũ fuiſſet oſten
ſum:cũ p ſacramentũ baptiſmi non rege
neremur in phlegmate, ſed in aqua:neq;
per hoc poſſet vero argumẽto ꝓbari, q̊d
in ſacramento euchariſtiæ admiſcenda
ſit aqua vino, ſi de latere Chriſti non a-
qua,ſed phlegma cum ſanguine ꝓfluxiſ-
ſet:ſed nec vera fuiſſet figura, quæ ſuper
hac re p̃ceſſit in veteri teſtamento,quan-
do Moyſes virga percuſſit ſilicem, & ex
ea non phlegma ſed aqua emanauit. Re
ſtat igitur,vt qualiſcunq; fuit illa aqua,ſi
ue naturalis,ſiue miraculoſa,ſiue de no-
uo diuina virtute creata,ſiue de cõponen
tibus ex parte aliqua reſoluta,ꝓculdubio
vera fuit,cum naturaliter poſſit & com-
poſitum in componentia, & elementa-
tum in elementa reſolui: quemadmodũ Luc.22
verus extitit ſudor ipſius ſicut guttæ ſan
guinis decurrentis in terram.

Cum autem ad compoſitionem hu-
mani corporis quatuor elementa cõcur
rant,videlicet terra,aqua,aer,& ignis, &
ad vegetationẽ eiuſdẽ corporis q̃tuor hu
mores cõſimiles illis cõueniãt, videlicet
ſanguis,cholera,phlegma, & melancho
lia, vt veritatẽ humani corporis exp̃ſſius
demonſtraret, vnũ ex illis,& vnum ex i-
ſtis Ioannes expreſſit: illa quæ potius ex
illis,& ex iſtis quæ magis myſterio con-
gruebant, ex elementis aquam & ex hu
moribus ſanguinem,in quibus duobus
duo maxime ſacramenta,redemptionis maxima
videlicet & regenerationis relucent.

DE BAPTISMO ET eius effectu.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo Arelatenſi.

Sacramentum baptiſmi utiliter confertur paruulis, licet non credant, nec intelligant: & remittitur eis peccatum originale.

Conſtit. CXXXV.

MAiores eccleſię cau Extra lib. 1.tit.42 de Baptiſmo cap.Maiores. 17.diſt.ca. Huic ſedi. Et 24.quęſt.1.ca. Quoties.
ſas, p̃ſertim articu
los fidei cõtingen
tes,ad Petri ſedem
referendas intelli-
git, q cũ quærenti
dño, quẽ diſcipuli
dicerent ipſum eſ-
ſe,reſpondiſſe notabat: Tu es Chriſtus fi
lius Dei viui: & ꝑ eo dñm exoraſſe,ne de Matt.16 Luc.22
ficiat fides eius.

Quibuſdã igitur quæſtionibus, quas
contra catholicos hæretici mouerant,
nos poſtulas reſpõdere. Aſſerunt eñi par
uulis inutiliter baptiſma conferri,q̊d ni-
tũtur ꝓbare,illud primo & p̃cipue indu
cẽtes,q̊d cũ ſcdm ỽbũ Iacobi apo. dicẽtis Prou.10
in epiſtola ſua,Charitas operit multitu Iacob.5
dinẽ peccatorũ: & iuxta illud teſtimoniũ 1.Petri,4
verita

veritatis,in Euang.de peccatrice,q̄ ipſius
Lucæ 7. pedes lauerat,ꝑhibentis: Dimiſſa ſunt ei
pctã multa,qm̄ dilexit multũ:non niſi p
charitatem & in charitate nimia dimittã
tur paruulis: q nec ſentiunt nec conſen
tiunt, & charitatẽ nõ habent,q̄ ſentiẽti-
bus & cõſentiẽtibus tantũ infundiť,pec-
catũ nõ dimittiť in baptiſmo. Et infra.

Ad id autẽ tibi reſpondemus, q̄d cũ
batiſma ſucceſſerit circuncıſioni. Abſit
enim vt in illam damnatam hæreſim in-
cidamus,quæ perperam affirmabat legẽ
cum euangelio, & circunciſionem cum
baptiſmo ſeruandam: qm̄, ſecundum a-
Gal.5. poſtolum dicentem ad Galatas: Si circũ
cidimini,Chriſtus vobis nihil ꝓdeſt. Cũ
ergo circunciſio tã adultis, quã paruu-
lis ex p̃cepto dñi cõferreť, ne baptiſmus
qui ſuccedit loco ipſius, & generalior ta
mẽ exiſtit,cũ tam viri, quã fœminæ ba-
ptizenť,minoris videať effectus,tã adul-
tis quam paruulis eſt conferẽdus. Sicut
enim ſine diſtinctiõe qualibet moyſai-
Gen.17 ca lex clamabat: Anima cuius præpucij
caro circunciſa non fuerit, peribit de po
pulo ſuo: ita nunc indiſtincte vox into-
Ioan.3 nat euangilica: Niſi quis renatus fuerit
ex aqua & ſpiritu ſancto,nõ introibit in
regnum Dei:ab hac generalitate nec ſe-
xũ nec ætatẽ excludens. Caute tñ notan-
dum eſt, quãto plus baptiſmus hodie cõ
ferat Chriſtianis, quã quondam Iudæ-
Gen.17 is circunciſio contuliſſet. Dictum eſt in
fine p̃dictæ autoritatis inductę de veteri
lege: Peribit de populo ſuo. In euãgelica
vero veritatę ſubiunctum eſt: Nõ intra-
bit in regnum Dei: quoniam & ſi origi-
nalis culpa remittebatur p circuncıſio-
nis myſterium, & damnationis pericu-
lum vitabatur, non tñ ꝑueniebatur ad re
gnum cœlorũ, q̄d vſq; ad mortẽ Chriſti
fuit omnibus obſeratum: ſed p ſacramẽ-
tum baptiſmi,Chriſti ſanguine rubrica-
ti,culpa remittitur, vitatur periculum,&
ad regnum cœlorum etiam peruenitur,
cuius ianuã Chriſti ſanguis fidelibus ſu
is miſericorditer reſerauit. Abſit eñ vt v-
niuerſi paruuli pereãt, q̄rum q̄tidie tãta
multudo moritur,qn & ipſis miſericors
Deus, q neminẽ vult perire,aliq̄d remedi
um procurauerit ad ſalutẽ. Cęterum
ex vi literę ſatis patet,p̃dictas autoritates
intelligendas eſſe tãtũmodo de adultis,q
habent multitudinẽ peccatorũ: cũ de par
uulis nõ poſſit intelligi, q pctõ tantũ ori
ginali teneñt. Similiter & illa autoritas
eſt ſoluẽda, Qui crediderit & baptizatus
fuerit, &c. cũ nõ poſſint credere paruuli Mar.16
ſed adulti. Et ob hoc tota autoritas hic in
telligẽda eſt de adultis, ne ad alios prima
& ad alios ſecũda clauſula referať: quam
uis nõnulli cõcedant, q̄d paruuli credãt,
non p vſum ſed p habitũ fidei, quẽ ſuſci-
piũt in baptiſmo: ſicut & alia multa y^ba
ſcd̃m cõmunẽ vſum loquẽdi, nõ ad actũ
ſed ad aptitudinẽ referunť. Illud vero q̄d
opponẽtes inducũt, fidẽ aut charitatem
aliaſq; virtutes paruulis, vtpote nõ con-
ſentiẽtibus, nõ infundi, à pleriſq; nõ cõ-
ceditur abſolute, cũ ꝓpter hoc inter do-
ctores theologos q̄ſtio referať: alijs aſſe-
rentibus, per virtutem baptiſmi paruu-
lis quidem culpam remitti, ſed gratiam
nõ cõferri: nõnullis dicentibus, dimitti
peccatũ & virtutes infundi, habentibus
illas, quo ad habitum, non quo ad vſum,
donec ꝑueniant ad ætatem adultam.

*Originale peccatum, quod ſine coſenſu cõtra
bitur, remittitur in baptiſmo, etiam non conſen
tienti, ut paruulis: ſecus de actuali, quia ſicut nõ
committitur ſine conſenſu, ita non relaxatur.*

Verum, quidam ex hac ſolutiõe inue
niſſe ſe credũt viã ad alias quęſtiones, ar-
gumentantes ex eo q̄d dicimus paruulis
in baptiſmate peccatũ originale dimitti,
q̄d & adultis dormientibus, vel amenti-
bus peccatũ, ſi baptizentur, ratione ſimi
li dimittať. Cũ eñ neutri ſentiãt tũc vel
cõſentiãt, dicũt idẽ in cõſimilibus iudicã
dũ. Hic vero dicimus diſtinguendũ, q̄d
peccatum eſt duplex: Originale ſcilicet,
& actuale. Originale q̄d abſq; conſenſu
cõtrahiť, Actuale, q̄d cõmittiť cũ conſen
ſu. Originali igiť, q̄d ſine cõſenſu cõtra-
hiť, ſine cõſenſu p vim remittiť ſacramen
ti. Actuale vero q̄d cõſenſu cõtrahitur, ſi
ne conſenſu minime relaxatur.

*Licet in baptiſmo dimittatur originale pec
catum paruulis, qui tamen conſentire non poſ-
ſunt: in adultis tamen amentibus uel dormienti
bus, qui non conſentiunt baptiſmo, non dimitti
tur actuale, & idem etiam nec originale.*

Sed adhuc q̄ritur, q̄re non ſaltẽ origi
nale peccatũ amẽtibus & dormientibus
in baptiſmo, ſicut paruulis dimittať. Ad
hoc taliter eſt reſpondendum, q̄d domi-
nus

Ioan.5 nus,qui totum hoīem ſaluū fecit in ſab-
bato,opus imperfectionis non nouit: &
ob hoc pctā non ex parte,ſed ex toto di-
mittit.Præterea pœna originalis pcti eſt
carētia viſionis Dei : actualis vero pœna
pcti,eſt gehennæ perpetuę cruciatus. Vn
de ſi dimittetur alicui primum,altero nō
dimiſſo,talis non caret viſione Dei,pro-
pter originale dimiſſum , & cruciaretur
in gehenna perpetuo propter reatum cri
minis actualis, ſed hæc tanquam incom
paſſibilia ſeſe minime patiuntur:imo ſibi
mutuo aduerſantur.

*Amentes uel dormientes baptizati, ſi ante
dormitiōem uel dementiam baptizari uolebāt,
charecterem ſuſcipiunt,alias ſecus : Coacti uero
cauſatiue ſuſcipiunt.*

Item quæritur, vtrū dormientibus &
amentibus ſacramēti ſaltem character in
baptiſmate imprimatur,vt excitati à ſom
no vel ab ęgritudine liberati,non ſint de
nuo baptizādi.Sunt aūt nonnulli qui di
cunt,quod ſacramēta quę per ſe ſortiun-
tur effectum,vt baptiſmus & ordo, cæte
raq; ſimilia,non ſolum dormientibus &
amentibus,ſed inuitis & contradicenti-
bus,etſi non quantum ad rem,quantum
tamen ad characterem conſerūtur : cum
non paruuli ſolum,qui non conſentiūt,
ſed ficti, qui q̄uis non ore, corde tamen
diſſentiunt,recipiant ſacramentum.

Sed opponitur talibus,q̄d qui ſuiſſent
inuiti,& reluctātes immerſi,ſaltem ratio
ne ſacramenti ad iuriſdictionē eccleſiaſti
cā pertinerēt:vnde ad ſeruandā regulā fi-
dei Chriſtianæ ſorēt rōnabiliter compel
lendi. Ve℞ id eſt Chriſtianæ religioni cō
trariū,vt ſemp inuitus & penitus contra
dicens,ad recipiendam & ſeruandā Chri
ſtianitatē aliquis compellatur.

Propter q̄d inter inuitum & inuitum,
coactum & coactum,alīj nō abſurde di-
ſtinguunt:q̄d is q terroribus atq; ſuppli
cīȷs violenter attrahitur, & ne detrimen-
tum incurrat baptiſmi ſuſcipit ſacramen
tum,talis(ſicut & is q ficte ad baptiſmū
accedit)characterē ſuſcipit Chriſtianita-
tis impreſſum, & ipſe tanq̄ conditionali
ter volēs,licet abſolute nō velit,cogēdus
eſt ad obſeruantiā fidei Chriſtianæ : in
q̄ caſu debet intelligi decretū cōcilīj To
45 diſt.ca. De Iudęis letani,vbi dicitur, q̄d qui iam pridem ad
Chriſtianitatē coacti ſunt, ſicut factū eſt
tempore religioſiſſimi principis Siſibuti,
quia iam conſtat eos ſacramētis diuinis
aſſociatos,& baptiſmi gratiā ſuſcepiſſe,et
chriſmate vnctos eſſe, & corporis dn̄i ex
titiſſe participes:oportet etiā vt fidē, quā
neceſſitate ſuſceperūt, tenere cogant, ne 1.Tim.6
nomē dn̄i blaſphemet, & fides quā ſuſce
perūt vilis ac contēptibilis habeat.Ille ve
ro q nunq̄ conſentit,ſed penitus cōtradi
cit,nec rē,nec characterem ſuſcipit ſacra
mēti:qa plus eſt exp̄ſſe cōtradicere, q̄ mi
nime cōſētire:ſicut nec ille notā alicuius
reatus incurrit,q cōtradicēs penitus & re
clamās thurificare idolis cogit violēter.

Dormiētes aūt & amētes,ſi prius q̄ amē
tiā incurrerent aut dormirent, in contra
dictione perſiſterent,quia in eis intelligi
tur cōtradictionis ꝓpoſitū ꝑdurare : etſi
ſic ſuerint immerſi,characterē nō ſuſcipi
unt ſacramenti:ſecus aūt ſi prius catechu
meni extitiſſent,& habuiſſent ꝓpoſitū ba
ptizandi.Vn̄ tales in neceſſitatis articulo
conſueuit eccleſia baptizare. Tunc ergo
characterem ſacramentalē imprimit ope
ratio, cum obicem voluntatis contrariæ
non inuenit obſiſtentem.

IDEM METENSI EPISC.

*Nemo poteſt ſeipſum baptizare,etiam inſtan
te neceſſitatis articulo.* Conſtit.CXXXVI.

DEbitū.Et inſra.Sane intimaſti,q̄d Ibid.cap. Debitum.
quidā Iudæus in mortis articulo
conſtitutus,cū inter Iudęos tm̄ exiſteret,
in aquā ſeipm̄ immerſerit, dicendo: ego
baptizo me in noīe patris & filīj & ſpūs
ſancti,Amen.Et inſra. Rn̄demus,q̄d cū
inter baptizantē & baptizatum debeat
eſſe diſcretio , ſicut ex verbis dn̄i colligi
tur,dicētis apoſt.Baptizate oēs gentes in Mat.28
noīe patris,& filīj,& ſpūs ſancti:memo-
ratus Iudæus eſt denuo ab alīȷs baptizan
dus,vt oſtendat,quod alius eſt q baptiza
tur,& alius q baptizat.Ad quod etiā deſi Mat.3
gnandum , ipſe Chriſtus non à ſeipſo, Mar.1
ſed à Ioanne voluit baptizari:q̄uis ſi talis Luc.3
continuo deceſſiſſet , ad patriā protinus Ioan.1
euolaſſet,propter ſacramenti fidē,& non De pœnit. diſt.7.ca. Nullus ex
propter fidei ſacramentum.In baptiſmo pecter
qppe illa ſpiritualis gn̄atio celebratur,de 1.queſt.1. ca.firmiſſime.
qua ỽitas ait: Oportet vos naſci denuo:
quia niſi qs renatus fuerit ex aqua & ſpi Ioan.3
ritu ſancto,nō intrabit in regnum cœlo
rū. Sicut ergo in carnali gn̄atione,q̄,ples
ex viro & fœmina naſcit,alius eſt qui car

 naliter

naliter gignit, & alius eſt qui carnaliter gignitur: ſic & in ſacramentali generatione, qua ſoboles ex aqua & ſpiritu ſancto renaſcitur, alius debet eſſe q ſpiritualiter generet, & alius q ſpiritualiter gñetur. Sane cum corpus exterius, ſiue cum cor interius baptizatur, oportet vt vtrobiq; paternitas & filiatio valeat inueniri, quibus baptizãs & baptizatus ad inuicẽ referãt.

IDEM EPISC. MOROSIEN.

Vbi deeſt uerbum uel elementum aquæ, non eſt baptiſmi ſacramentum. Cõ. CXXXVII.

Ibid. cap. Non vt.

NOn vt apponeres. Et infra. Poſtulaſti, vtrum paruuli ſint pro Chriſtianis habendi, quos in articulo mortis conſtitutos propter aquę penuriã & abſentiã ſacerdotis aliquorũ ſimplicitas in caput ac pectus ac inter ſcapulas pro baptiſmo ſaliuæ conſperſione liniuit.

1. quęſt. 1. ca Detrahe

Reſpondemus, q cũ in baptiſmo duo ſemper, videlicet, verbum & elementum neceſſario requirantur, iuxta q̊d de verbo veritas ait: Euntes in mundũ vniuerſum, pdicate Euangeliũ omni creaturę. Et: Baptizate oẽs gẽtes in noĩe patris, & filij, & ſpiritus ſancti: eadẽq; dicat de elemẽto: Niſi qs renatus fuerit ex aqua & ſpũ ſancto, nõ intrabit in regnũ cœlorũ, dubitare nõ debes illos verum nõ habere baptiſmũ, in quibus non ſolum vtrunq; prædictorum, ſed eorum alterum eſt omiſſum.

Mar. 16
Mat. 28
Ioan. 3
C. de teſti. L. ubi vnus

DE PRESBYTERO non baptizato.

INNOCENTIVS PAPA III. Epiſcopo Cremonenſi.

Omiſſio baptiſmi non nocet credenti probabiliter ſe eſſe baptizatum.

Conſtit. CXXXVIII.

Ibid. cap. Apoſtolicam

APoſtolicam ſedem conſulere decreuiſti. Et infra. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, pſbyterũ quem ſine vnda baptiſmatis extremum diẽ clauſiſſe ſignificaſti, quia in ſanctę matris eccleſię fide & Chriſti noĩs confeſſione perſeuerauerit, ab originali pctõ ſolutum, & cœleſtis patriæ gaudium eſſe adeptum aſſerimus incunctanter, ſicut & D. Auguſtinus ait viij. libro de ciuitate dei, vbi inter cætera inquit: Baptiſmus inuiſibiliter miniſtratur, quem non cõtemptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit. Librum etiam B. Ambroſij de obitu Valentiniani idẽ aſſerentis reuolue. Sopitis igitur quęſtionibus doctorum, patrum ſententiã teneas, & in eccleſia tua iuges preces, hoſtiaſq; deo offerri iubeas pro presbytero memorato.

De cõſec. diſt. 4. ca. Catechumenum.
Ibid. cap. Baptiſmi vicem

IDEM EPIS. FERRARIEN.

Non baptizatus ordinari non poteſt, & ſi de facto ordinetur, non recipit ordinis characterem, licet credebatur baptizatus.

Conſtit. CXXXIX.

Ibid. cap. Veniens.

VEniens ad apoſtolicam ſedem I. lator pręſentiũ nobis expoſuit, q cum ad gradũ ſacerdotij aſcendiſſet, cõperit tandem, quod non fuerit ſecũdum formam Euãgelij baptizatus: vnde nos eum rite fecimus baptizari. Cumq; ſuper ordinibus fuiſſet diutius diſputatũ, quidam in eam declinauerũt ſententiam, vt cum baptiſmus ſit fundamentum oĩm ſacramentorum, & ante ſuſceptionem baptiſmi nõ ſuſcipiatur aliud ſacramentũ: qm̃ vbi fundamentum non eſt, ſupædificari nõ poteſt. Porro econtra videri põt. Nam cũ quis non ſolũ per ſacramentum fidei, ſed p fidem etiã ſacramenti efficiat proculdubio membrum Chriſti, & qui Chriſtum habet p fidẽ, etiã ſi baptiſmum nõ habeat, habet vtiq; fundamentum, pter q̊d aliud poni nõ poteſt, q̊d eſt Chriſtus Ieſus: ſupædificare poſſe videt, ſicut ſalutifera opera, ſic & quęlibet eccleſiaſtica ſacramẽta, cum illud non ſit gñaliter verũ, neq; de nouis neq; de veteribus ſacramẽtis, q̊d baptiſmus ſit fundamẽtum illorũ: qm̃ & ſacramẽtum coniugij, & eucharıſtiæ à non baptizatis recipi poteſt. Pręterea ſacramentum ordinis non ſolũ pontificalis, ſed ſacerdotalis etiã & Leuitici ex inſtitutione ſua pceſſit baptiſmũ: per quod forſitan videtur, q̊d ante baptiſmũ huiuſmodi ordines poſſent rite conferri: maxime his qui baptizati credunt.

1. Cor. 3

Quia vero in concilio apud compẽdium legitur conſtitutum, q̊d ſi quis in pſbyterum ordinatus dephenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & iterũ ordinet: nos circa latorem præſentium in hoc dubitabili caſu, q̊d tutius eſt ſequentes, mãdamus, quatenus ipſum per ſingulos ordines

Extra lib. 3. tit. 43. de cle. non bapt. cap. Siquis.

dñes vſq; ad ſacerdotiũ promouere procures, & permittas eum in ſacerdotio miniſtrare: quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur eſſe factũ: nec male de ſacramento ſentitur, cum illud non religionis contemptus, ſed articulus neceſſitatis excludit. Et certe de illo, qui natus de Chriſtianis parẽtibus, inter Chriſtianos eſt fideliter conuerſatus, tam violenter præſumitur, quod fuerit baptizatus, vt hæc pſumptio pro certitudine ſit habendã, donec euidentiſſimis forſitan argumentis contrarium probaretur.

DE OBSERVATIONE Ieiuniorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Clericis ſancti Petri Magolenſis.

Vigilia occurrens in dominica, ieiunari debet in ſabbato, & ieiunãda eſt uigilia Mathiæ.

Conſtit. CXL.

Extra lib. 3. tit. 46 de obſer. ieiuniorum cap. Ex parte.

EX parte veſtra quęſitum fuit, vtrum ſi natiuitatem dñi, vel aſſumptionem beatæ Mariæ, vel feſtiuitatem alicuius apoſtolorũ in ſecunda feria cõtigerit euenire, die ſabbati pręcedenti vigilia debeat ieiunari: & vtrum in vigilia B. Mathiæ apoſtoli ſit ieiunium iniungẽdum? Ad quod breuiter rñdemus, qđ die ſabbati feſtiuitates pręlibatas ſecundæ feriæ pręcedentis, & B. Mathiæ apoſtoli debet vigilia ieiunari.

IDEM ARCHIEPISCOPO Bracharenſi.

Non capit congruam ſummationem & textus in ſe ſatis clarus eſt. Conſt. CXLI.

Ibid. cap. Conſiliũ

COnſilium noſtrum. Et infra, Conſultationi tuę taliter reſpõdemus, quod omnim apoſtolorum vigiliæ ſunt in obſeruatione ieiunij celebrandæ, pter vigilias apoſtolorum Philippi & Iacobi, & B. Ioannis Euangeliſtæ: qm̃ eorũ ſolennitas infra ſolennitatem Paſchalẽ: iſtius aũt infra Natale domini celebratur.

76. diſt. ca. Non autẽ

Ieiunium etiam apud nos in Aduẽtu dñi agitur. Sanctorum quoq; vigilię, quorum feſtiuitates oportet ſecũda feria celebrari, in pcedenti ſunt ſabbato ieiunandæ.

De feſtiuitate vero B. Bartholomęi apoſtoli, de cuius celebratione dubietas oritur apud quoſdam, reſpondemus, quod in hoc conſuetudinem tuæ regionis obſerues. Et infra.

Cum aũt quæſieris, quę ſit illis pœnitentia iniungẽda, qui diebus quadrageſimalibus, tempore, quo tantæ famis inedia ingruebat, quod magna pars populi propter inopiam annonę periret, carnes comedere ſunt coacti: reſpondemus, quod in tali articulo illos non credimus puniendos, preces tamẽ pro illis dño & cum illis effundas, ne ipſis aliquatenus imputetur: quia bonarum mentiũ eſt ibi timere culpã, vbi culpa minime reperitur.

5. diſt. ca. Ad eius

Gregori⁹

Item de illis, qui propter debilitatem in ſabbato carnes ſumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri conſueuit, cum hoc ab alijs moleſte ferat, & oriatur inde illis occaſio detrahendi: rñdemus, quod ſuper hoc conſuetudinem tuæ regionis facias obſeruari: ſic tñ, quod debilibus & infirmis ſup hoc periculum nõ emergat.

11. diſt. ca. In his

propter

Præterea de illis, qui in quadrageſima vel alijs ieiunijs ſolennibus infirmãtur, & petunt ſibi eſum carnium indulgeri; reſpondemus, quod cum non ſubiaceat legi neceſſitas, deſiderium infirmorum, cum vrgens neceſſitas exigit, ſupportare potes & debes, vt maius periculum in eis euitetur.

De cõſec. diſt. 5. ca. Sicut

DE PVRIFICATIONE poſt partum.

INNOCENTIVS PAPA III. Armacanenſi Epiſcopo.

Mulier poſt partum ſtatim poteſt ingredi eccleſiam, nec tenetur abſtinere per aliquos dies ſecundum legem Moſaicam. Conſt. CXLII.

Extra lib. 3. tit. 47. de purificat. poſt partũ cap. Volens

VOlẽs. Et infra. Licet ſecundũ legem Moſaicam certi dies determinati fuiſſent, quibus mulieres poſt partum à tẽpli ceſſarent ingreſſu: quia tamen lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, inquiſitioni tuę taliter reſpondemus, quod poſtquam vmbra legis euanuit, & illuxit veritas Euangelij: ſi mulieres poſt prolem emiſſam acturæ gratias eccleſiã intrare voluerint, nulla proinde peccati mole grauantur, nec eccleſiarum eſt eis aditus negandus: ne pœna illis conuerti videatur in culpã.

Leuit. 12 Ioan. 1

5. diſt. ca. Si mulier

De cõſec. diſt.2.ca. Quotidie Si tamen ex veneratione voluerint aliquamdiu abſtinere, deuotionem earum non credimus improbandam.

DE IMMVNITATE eccleſiarum.

INNOCENTIVS PAPA III. Illuſtri Regi Scotiæ

Reus criminis ad eccleſiam fugiens, non eſt uiolenter ab ea extrahendus, nec debet amplius prætextu criminis commiſſi dãnari ad mortem, uel ad aliam pœnam corporalem, eſt tamen aliter legitime puniendus.

Conſtit. CXLIII.

INter alia. Et infra. Tuis quæſtionibus reſpondentes iuxta ſacrorũ ſtatuta canonum, & traditiones legum ciuilium, ita duximus diſtinguendum, quod fugiens ad eccleſiam, aut liber, aut ſeruus exiſtit. Si liber, quantumcunq; grauia maleficia perpetrauerit, nõ eſt violenter ab eccleſia extrahẽdus, nec inde damnari debet ad mortem vel ad pœnam, ſed rectores eccleſiarum ſibi obtinere debent membra & vitam. Super hoc tamen, quod inique fecit, eſt alias legitime puniendus. Et hoc verum eſt, niſi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, qui dum itinera frequentat, vel publicas ſtratas obſidet aggreſſionis inſidijs, ab eccleſia extrahi poteſt, impunitate non præſtita, ſecundum canonicas ſanctiones. (17.queſt. 4. ca. Reũ Ibid.ca.Si ne antiquitus)

Si vero ſeruus fuerit, qui confugerit ad eccleſiam, poſtquã de impunitate ſua dominus eius clericis iuramentum præſtitit, ad ſeruitiũ domini ſui redire compellitur etiam inuitus, alioquin à domino poterit occupari. (17.queſt.4 ca. Metuẽtes)

NE CLERICI VEL Monachi ſecularibus negocijs ſe immiſceant.

INNOCENTIVS PAPA III.

Clerici in ſacris compellendi ſunt per beneficiorum ſubtractionem, ut deſiſtant à tabellionatus exercitio.

Conſtit. CXLIIII.

SIcut te accepimus referente. Et infra. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus clericis in ſacris ordinibus cõſtitutis tabellionatus officiũ per beneficiorum ſubtractionem, appellatiõe poſtpoſita, interdicas. (Extra lib. 3.tit.50. Ne clerici vel monachi.cap.Sicut te.)

Libri Tertij FINIS.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMInis tertij, Conſtitutionum Decretalium in Eccleſia Catholica Liber quartus, agens potiſſimum de ſacramento Matrimonij, & de ad illud pertinentibus.

DE SPONSALIBVS ET MAtrimonijs.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei, Exonienſi Epiſcopo.

Sponſalia de futuro diſſoluuntur, ſi ſponſi ſe diſſoluunt, etiam ſi fuerint iurata.

Conſtit. I.

Præte-

Extra lib. 4.tit.1. de ſpõſalib⁹ & matrimonijs. cap. Prętereà hi qui

32.quęſt.8 ca. Non ſolum

PRæterea, hi qui de marrimonio contrahẽdo pure & ſine omni conditione fidem dederũt, commonẽdi ſunt, & modis omnibus inducendi, vt præſtitam fidem obſeruent.

Extra lib. 4.tit.1.de ſpõ.& matrimo.ca. Ex literis

20.quęſt.3 ca. Præſẽs clericus

Si autem ſe ad inuicem admittere noluerint: ne ſorte deterius inde contingat, vt talem ſcilicet ducat, quã odio habet, videtur, quod ad inſtar eorum, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandẽ ſibi remittunt, hoc poſſit in patientia tolerari.

IDEM FERNATINO Epiſcopo.

Sponſalia de futuro, etiam iurata, ſoluũtur per ſecunda ſponſalia de præſenti, non autẽ per ſecunda de futuro. Conſtit. II.

Ibid. cap. Sicut ex

SIcut ex literis tuæ fraternitatis accepimus, cum Lau. parochianus tuus P. mulierem ſe ducturum in coniugem, in manus patris eiuſdem P. iurantis, q̃d eam ſibi traderet in vxorem, proprio firmauit iuramento, nec per virum ſteterit, ſed per mulierem potius, quo minus inter eos matrimonialis ſolennitas ſit ſecuta: quatuor poſtmodum, vel quinq; annis elapſis, idem Lau. E. mulierem p verba de præſenti (vt eius conſanguinei aſſerunt) deſponſauit. Et infra.

C. de ſpõ. L.1

Poſtulationi tuæ taliter reſpõdemus, quod ſi tibi conſtiterit, quod idem L. P. per verba de futuro, E. vero deſponſauerit per verba de præſenti, impoſita ei pœnitentia competenti, quia primã fidem irritam fecit (niſi forſitan iuramẽto ſuo certum terminum, infra quẽ dictam P. duceret in vxorem, pręfixit, nec per eum ſtetit, quin ad ſtatutum terminum matrimonium *cõfirmauerit) matrimonium ſecundo loco contractum legitimũ iudices, & ad illud ſeruandum compellas eundem. Quod ſi forte per verba de futuro ſponſalia cũ vtraq; contraxit, iuramentum primũ, ſicut licite factum eſt, ipſum ſeruare cõpellas, de ſecundo ei pœnitẽtiam iniuncturus. Quod ſi de his non conſtat ad plenum, tam diu adhuc cognoſcas de cauſa, donec ſuper his ſufficienter inſtruaris.

* cõſummauerit

IDEM ARELATENSI Epiſcopo.

Mutus & ſurdus & omnes qui non prohibentur, matrimonium contrahere poſſunt.

Conſt. III.

Ibid. cap. Cũ apud ſedem

CVm apud ſedem apoſtolicam. Et infra. Sane conſuluiſti nos, vtrũ mutus & ſurdus alicui poſſint matrimonialiter copulari. Ad quod taliter reſpõdemus, quod cum prohibitorium ſit edictum de matrimonio contrahendo, vt quicunq; non prohibetur, per conſequẽtiam admittatur, & ſufficiat ad matrimonium ſolus conſenſus illorum, de quorũ quarunq; coniunctionibus agitur: videtur, quod ſi talis velit contrahere, ſibi nõ poſſit, vel debeat denegari: cũ quod verbis non poteſt, ſignis valeat declarare.

30. quę. 4 ca. Qui ſpiritualis

IDEM VERCELLENSI Epiſcopo.

Furioſus matrimonium contrahere non poteſt. Conſtit. IIII

Ibid. cap. Dilectus filius.

DIlectus filius R. propoſuit, quod filiam ſuam cuidam matrimonialiter copulauit. Et infra. Cum autem eadem mulier cũ ipſo viro, qui continuo furore laborat, morari non poſſit, & propter alienationem furoris legitimus nõ potuerit interuenire conſenſus, mandamus, quatenus ſi rẽ noueras ita eſſe, præfatas perſonas cures ab inuicẽ ſeparare.

32. quęſt. 7 ca. Neque furioſus

IDEM BRIXIENSI EPISC.

Solo conſenſu legitimo contrahitur matrimonium, ſed uerba requiruntur quo ad probationem, & intellige uel alia ſigna æquipollentia.

Conſtit. V.

Ibid. cap. Tuæ fraternitati

TVæ fraternitati. Et infra. Poſtulaſti, vtrũ ex ſolis verbis, & ex quibus matrimonium contrahatur.

Nos igitur inquiſitioni tuę taliter reſpondemus, quod matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris conſenſum: ſed neceſſaria ſunt, quantum ad Eccleſiam, verba conſenſum exprimentia de præſenti. Nam ſurdi & muti poſſunt contrahere matrimonium per conſenſum mutuum ſine verbis: & pueri ante annos legitimos p verba ſola non contrahunt, cum intelligantur minime conſentire.

27. quęſt. 2 ca. Sufficiat.

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Si alter contrahentium utitur uerbis dubijs animo decipiendi mulierem, & eam poſtmodum cognoſcit carnaliter, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali, ſecus in pœnitentiali.

Conſtit. VI.

Ibid. cap. Tua nos duxit

TVa nos duxit fraternitas cōſulen-
dos. Et infra. Conſequēter quę
ſiuiſti, cū quandam mulierē quidā aliter
inducere nequiuiſſet, vt ſibi commiſcere
tur carnaliter, niſi deſponſaſſet eandem:
nulla ſolennitate adhibita, vel alicuius
præſentia, dixit illi: Te Ioannes deſpon
ſat: cū ipſe Ioannes nō vocaretur, ſed fin
xit ſe vocari Ioannem: non credens eſſe
coniugium, eo quod ipſe non vocaretur
hoc nomine, nec haberet propoſitū con
trahendi, ſed copulam tantum exequen
di carnalem: vtrum inter prædictos ſit
matrimonium celebratum, cū mulier cō
ſenſerit in eundem, & ille diſſenſerit &
diſſentiat, nec aliud aliquid egerit, quàm
ſuperius eſt expreſſum, niſi q̄d cognoue
rit eandem? Super quo tibi reſponde-
mus, quod cum præfatus vir prædictam
deſponſauerit mulierem in propria per-
ſona, & ſub nomine alieno, quo vocari
ſe tunc finxit, & inter eos ſit carnalis co
pula ſubſecuta: videtur forte pro coniu-
gio p̄ſumendū, niſi tu nobis exp̄ſſe ſcri-
pſiſſes, q̄d ille nō propoſuit, nec conſen-
ſit illam ducere in vxorem: quod quali-
ter tibi conſtiterit, non videmus.

Extra lib. 4. tit. 1. de ſpōſalib. & matrimonijs. cap. Is q̄ fidem

22. quæſt. 5. ca. Hoc videtur

Nos autem quid iuris ſit reſcribentes
dicimus, quod ſi res ita ſe habuerit, vide
licet quod ille eam non propoſuit duce-
re in vxorem, nec vnquam conſenſit in
prædictam perſonā, non debet ex illo fa
cto coniugium iudicari, cum in eo nec
ſubſtantia coniugalis cōtractus, nec for
ma contrahendi coniugium valeat inue
niri: quoniam ex altera parte dolus ſolū
modo affuit, & deſuit omnino conſen-
ſus, ſine quo cętera nequeunt fœdus per
ficere coniugale.

27. quæſt. 2. ca. Sufficiat

IDEM EPIS. BELVACEN.

Ad denunciationem unius honeſti uiri, qui defert conſanguinitatem, & de fama uel ſcandalo docet, impeditur matrimonium contrahendum.

Conſtit. VII.

Ibid. cap. Cū in tua

CVm in tua diœceſi. Et infra. Sa
ne quia contingit interdum, q̄d
aliquibus volētibus cōtrahere matrimo
nium, bannis, vt tuis verbis vtamur, in ec
cleſijs editis, ac nullo contradictore pu-
blice comparente, licet fama priuatū im
pedimentum deferat parētelæ, cū ex par
te contrahentium iuramenta maiorum
de ſua propinquitate (vt ſuſpicionis tol-
latur materia) offeruntur: quid tibi ſit fa
ciendum in caſibus huiuſmodi, quæſi-
uiſti.

Ad quod taliter reſpondemus, quod
ſi perſona grauis, cui fides ſit adhibēda,
tibi denunciet, quod hi, qui ſunt matri-
monio copulandi, ſe propinquitate con
tingant, & de fama vel ſcandalo doceat:
aut etiā per teipſum poſſis certificari de
plano: nō ſolum debes iuramenta parē-
tum ſponte oblata non recipere, verum-
etiam eos, qui ſic contrahere nituntur, ſi
moniti induci nequiuerint, compellere,
vt à tali contractu deſiſtant, vel contra fa
mam huiuſmodi ſecūdū tuæ diſcretiōis
arbitrium iuramenta exhibeant propin
quorum: alioquin ſi perſona denunciās
non extiterit talis vt diximus, & de fama
vel de ſcandalo non poterit edocere: ad
deſiſtendum monere poteris, non com
pellere contrahentes.

DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.

DE DESPONSATIO
ne impuberum.

INNOCENTIVS PAPA
tertius C. & P. quondam filijs
Malebrancæ.

Accuſari matrimoniū non poteſt, quod non eſt, ut ſi cum minori ſeptennio ſit contractum: denunciari tamen poteſt impedimentum, ne contrahatur in poſterum.

Conſt. VIII.

AD diſſoluendū q̄d
factū fuerat inter
I. & S. Et inſ. Ac
cuſatione p̄ puel-
la ſup cōſanguini
tate propoſita, p̄fa
tus I. multas exce-
ptiōes p̄poſuit, p̄
quas nitebaẽ vos ab accuſatiōe multipli
citer remouere. Et inſ. Interloquēdo p̄
nunciauimus inter iuuenem & puellam
nec matrimonium, nec ſponſalia fuiſſe
cōtracta: cū conſtet puellam nondū ad
ſeptēnium peruiniſſe. Quocirca nec accu
ſatio locū habebat, cū nō eſſet q̄d poſſet
legitime accuſari, denūciari tū poterat cō
ſanguinitas, vt interdiceret̃ matrimoni-
um con

Extra lib. 4. tit. 2. de deſponſa. impuberū cap. Ad diſſoluendum

um contrahendum. Ad denunciationẽ ergo legitime probandam terminum aſſignamus,ſaluis exceptionibus,nõ ſolũ propoſitis,ſed etiam proponendis.Ne vero quicquam in puellam interim attentetur,autoritate apoſtolica interdicimus, ne in negocio de nouo procedatur vlterius,donec vel à denũciatione ceſſet, vel ea probata ordine iudiciario ꝓcedatur. Qđ ſi contra interdictum noſtrum in præiudiciũ ipſius aliquid fuerit attentatum,id irritum eſſe decernimns,& viribus omnino carere.

IDEM EPISCOPO ABbatenſi.

Si quis per uerba de præſenti contrahit cũ impubere ,in qua ætatem malitia non ſupplet, intelligitur non matrimonium,ſed ſponſalia cõtraxiſſe,etiam ſi ſubarratio intereeſſerit.

Conſtit. IX

Ibid,cap. Tuæ nobis
27.queſt.2 ca,Si quis vxorem

TVæ nobis exhibitæ literæ continebant , quod qdam filiam ſuam circiter xij.annos habẽtem cuidã nobili deſponſauit , qui ſubarrauit eandem,conſenſu mutuo accedẽte.Et inſra.Quia vero nobis conſtare non potuit,cuius ætatis eſſet puella, cum eidem viro extitit deſponſata,cum dicatur quod circiter duodecim annos habebat , vtrum ne prudentia tunc in illa ſuppleret ætatem:reſpondemus, quod ſi puella nubilis non erat ætatis,cum ſæpe præſatus vir deſponſauit eandem,& ętatem in ea prudentia nõ ſupplebat, proculdubio inter eos nõ cõiugium,ſed ſponſalia contracta ſuerunt, quamuis ab ipſo viro eadem ſuerit ſubarrata.

DE SPONSA DVOrum.

INNOCENTIVS PAPA III. Mutinenſi Epiſcopo.

Qui duas per uerba de præſenti deſponſat, primam deſponſatam babebit in uxorem,etiam ſi prius ſecundam cognouerit:nec ualet contraria conſuetudo. Conſtit. X.

Extra lib. 4 tit.4. de ſpõſa duorum.cap. Tuas dudum.

TVas dudum. Et inſra.De conſuetudine quæ in Mutineñ. obtinuit ciuitate , vtrum ſi qs iuraret ſe aliquam ducturũ, & citra carnis copulam deſponſaſſet,ſi conſequenter diſponſaſſet aliam ,& etiã cognouiſſet:primo cognita adiudicaret viro, non quæ prius extitit deſponſata. Et inſra.Ne vero turpis ſit pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo, & eccleſia Mutineñ.tenere debeat humiliter & ſeruare, q̃d beati Petri ſedem & ſuam metropolim ſequi viderit & docere, in matrimonijs de cætero contrahendis, illud te volumus obſeruare , vt poſtquã inter legitimas perſonas conſenſus legitimus interuenerit de p̄ſenti ,qui ſufficit in talibus iuxta canonicas ſanctiones,& ſi ſolus defuerit, cętera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur : ſi perſonæ iunctæ legitime cum alijs poſtea de facto cõtrahant:prius quod de iure factum fuerat non poterit irritari.

8.diſt.ca. Quæ contra mores
11.diſt. ca. Noli te.
28. queſt.2 ca.ſufficiat

DE CONDITIONIbus appoſitis in deſponſatione.

INNOCENTIVS PAPA III. Manſicanenſi Epiſcopo.

Qui ſub honeſta conditione ſponſalia contrahit,& ante conditionis euentum deſponſatam cognoſcit,à conditione recedit.

Conſtit. XI.

Extra lib. 4.tit.5.de cõditionibus appo. cap. Per tuas

PEr tuas literas intimaſti,q̃d cũ quędã mulier P. nomine M.poſtularet in virum, aſſerens inter ſe mutuũ de p̄ſenti cõſenſum interueniſſe & carnalẽ copulam acceſſiſſe:vir ipſe quamuis cõtracta ſponſalia , & carnis copulã nõ negaret,aſſerebat ſe tamen illam in vxorẽ ducere nõ teneri: quia ſponſalia inter ipſos ſub hac ſuerunt conditione cõtracta , ſi pater eius & patruus ſponſalibus conſentirent :ſed ipſi quam cito nouerunt, & ſponſo contradixerunt & ſponſæ . Verũ mulier replicabat,q̃d licet fides p̄ſtita ſuerit ab vtroq; ſub cõditione p̄ſcripta,non tñ ſibi fuerat à patre viri,vel patruo aliqñ contradictũ:& ante tẽpus contradictionis expreſſum à teſtibus,& poſt, dicebat inter ſe carnalẽ copulã acceſſiſſe . Et inf.

Conſultationi tuæ taliter reſpondemus,q̃d cũ liqdo conſtet,q̃d poſt cõtracta ſpõſalia carnalis eſt inter eos copula ſubſecuta,ꝓ matrimonio eſt p̄ſumendũ:

quia videtur à conditione appoſita receſſiſſe. Nā & ſi probatū ſit, q̄d poſtq̄ pater & patruus viri contradixere ſpōſalibus, idem vir mulierem illam carnali coniunctione cognouerit, non eſt tamē aliquo modo probatum, quod antequā ipſe cognouiſſet eandem, pater eius & patruus contradicere curauiſſent.

CLERICI VEL VOuentes contrahere non poſſunt matrimonium.

INNOCENTIVS PAPA III. Libonēſi & Lubecenſi Epiſcopis.

Votum ſolenne impedit & dirimit matrimonium poſt contractum.

Conſtit. XII.

Extra lib. 4. tit. 6. de Cleric. & vouētib. cap. Inſinuante. 31. quæſt. 1 ca. Nullus

INſinuante I. nobili muliere noſtro eſt apoſtolatui reſeratum, q̄d à qbuſdā curialibus fuit regi Legionenſi ꝑ ipſius copula ſupplicatū, q̄d cum ad conſanguineoꝝ eius notitiam perueniſſet, vt maritum acciperet, ei ſub obteſtatione regia ſuggeſſerunt: ipſa vero q̄d tunc nollet nubere, ꝓteſtās, conſilium accepit ab eis, q̄d votum emitteret caſtitatis: quod in manibus cuiuſdam de fratribus ſancti Auguſtini fecit eo adiecto tenore, vt in domo ꝓpria cum oī ſubſtantia ſua remaneret.

Sane in eiuſdē ordinis habitu biennio poſt ꝑmanſit, licet id ſe inuitā feciſſe aſſerat, & coactam, nō tam metu regio, quā parentum. Et infra.

Tandem attendens, quod inuita votū emiſerit, eo dimiſſo, de parentum conſilio. P. Michaeli publice fuit matrimonialiter copulata: de quo quatuor ſuſtulit filios tempore procedente. Et infra.

Nos igitur attendentes, quod in emiſſione voti quod pręceſſit, nulla vel modica coactio affuiſſet, quam patientia & ꝑſeuerantia ſequentis temporis penitus ꝓfugauit, & quod ſequens coniunctio potius iniqua fuit, & violenter extorta: Mādamus, quatenus ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, præfatam mulierem ad male dimiſſum religionis habitum reaſſumendum, & ſeruandum quod vouit, monere & inducere procuretis, & (ſi opus fuerit) per cenſuram eccleſiaſticam coercere.

DE EO QVI DVXIT in matrimoniū quam polluit per adulterium.

INNOCENTIVS PAPA III. Spoletano Epiſcopo.

Si quis mortua uxore contrahit cum ea quā uiuente uxore ſine fidei datione cognouerat, tenet matrimonium, dummodo in mortem defunctæ neuter fuerit machinatus.

Conſtit. XIII.

Extra lib. 4. tit. 7. de his q duxerunt. cap. Significaſti.

SIgnificaſti nobis, q̄d cum P. ciuis Spoletanus, quandā mulierē duxiſſet legitime in vxorem, ea relicta cuidam meretrici adhæſit. Et infra.

Veꝝ cum vxor ipſius eſſet viā vniuerſæ carnis ingreſſa, meretricē cui adhæſerat deſponſauit. Nos igiť inqſitioni tuæ taliter reſpondemus, q̄d niſi alter eorum in mortē vxoris defunctæ fuerit machinatus, vel ea viuente, ſibi fidē dederit de matrimonio contrahēdo, legitimū iudices matrimonium ſupradictum, excommunicato munus abſolutionis, ſi petierit, iuxta formam eccleſiæ impenſurus.

31. quæſt. 1. ca. Si quis viuente Et ibid. c. Prælatū.

22. quæſt. 1 ca. Prædicandum

IDEM MESSANENSI Epiſcopo.

Si quis uiuente prima, ſecundam huius rei inſciam duxerit uxorem, mortua prima, licite remanet cū ſecunda, nouo conſenſu interueniēte.

Conſtitt XIIII.

Ibid. cap. Veniēs ad præſentiā

VEniens ad p̄ſentiā noſtram G. laicus humili inſinuatiōe mōſtrauit q̄d cū in ciuitate Lemouiceñ. quandā ſibi matrimōialiter copulaſſat, ab ea recedēs Meſſanā aduenit, vbi M. mulierē inſciā q̄d aliā haberet vxorē, ſibi ſolēniter copulauit. Veꝝ cū eidē pœnitētia fuiſſet iniūcta, vť ad legitimā rediret vxorē, & ipſe ꝑpter hoc in ſuā patriā rediſſet, vxorē ſuā inueniēs carnis debita pſoluiſſe, ad Meſſanā rediit ciuitatē, & ſupradictæ M. tanquā legitimę cohabitauit vxori. Et infra.

Licet autem viuente vxore legitima ꝑdictam M. ſibi copulare nequiuerit in vxorem: quia tñ vxore defuncta, vtpote à lege ipſius ſolutus, in eandem M. de nouo potuit matrimonialiter conſentire, dummodo non præſtiterit fidem adulteræ, vel

34.queſt.1 ca.in lectū

ræ,vel machinatus fuerit in mortem vxoris: Mandamus, quatenus, ſi ita eſt,eidẽ G.vt ſupradictæ M. affectu adhæreat cõiugali,licentiam concedatis.

DE CONIVGIO ſeruorum.

INNOCENTIVS PAPA III.

Elienſi Epiſcopo.

Si liber contraxit cum ancilla ignoranter, & ex quo ſciuit non conſenſit,ſeparatur matrimonium,& cum alia contrahere poterit.

Conſtit. XV.

Extra lib. 4.tit.9.de cõiugio ſeruorum cap.Ad noſtram

29.queſt.2 ca.Si quis ingenuus.

AD noſtram noueris audientiam peruenisse,q̃d G.presbyter cardinalis, apoſtolicæ ſedis legatus R. militẽ à muliere quadã ꝓpter conditionis ſeparauit errorem. Ideoq; mandamus, quatenus,ſi conſtiterit,quod miles ignoranter contraxit cum ancilla,ita q̃d poſt quam intellexit conditionem ipſius, nec facto, nec verbo conſenſerit in eandem, ꝓpter q̃d ꝑ cardinalem eundem ab eius fuerit conſortio ſeparatus, contrahendi cum alia liberam ipſi concedas autoritate apoſtolica facultatem.

DE COGNATIONE ſpirituali.

INNOCENTIVS PAPA III.

Epiſcopo & archidiacono Linconienſibus.

Inter patrem baptizati,& leuantem,ſeu tenentem baptizatum,contrahitur cognatio ſpiritualis ualida ad impediendum & dirimendum matrimonium poſt contractum.

Conſtit. XVI.

Extra lib. 4. tit.2 de cognatione ſpirituali Extra lib. 4.tit. de cognatione ſpirituali can. Cõtracto matrimonio

VEniens ad apoſt. ſedem C. Anglicus. Et inſra.

Mãdamus quatenus, ſi cõſtiterit H. mulierẽ ꝓdicti viri filium de ſacro fonte leuaſſe antequam eam deſponſaſſet vxorem, vos inter eos diuortium appellatione poſtpoſita celebretis.

IDEM MAGISTRO S. CAnonico Herſordenſi.

Si filij duorum compatrum per quorum alterum deuentum eſt ad compaternitatem,matrimonium contrahant,ſeparantur, & tempore contractus ſcientes impedimentum illud denunciare tenentur. Conſtit. XVII.

Ibid. cap. Tua nos duxit Extra lib. 4. tit.2 de cogna. ſpirituali, cap. Verũ autem

TVa nos duxit diſcretio conſulendos,an natus ante compaternitatẽ, filium compatris patris ſui vel commatris ſibi poſſit matrimonialiter copulare? & ſi contraxit,an debeant ſeparari?& an conſcij talis matrimonij,teneantur illud in publico accuſare? Sup quo reſpondemus,quod huiuſmodi perſonæ non poſſunt matrimoniũ contrahere:& ſi cõtraxerint, poſſunt ab inuicem ſeparari:& q contractum ſciuerint, debent eccleſię illud nunciare.

DE AFFINITATIS violatione.

INNOCENTIVS PAPA III.

prępoſito Mgdeburgenſi.

Affinitas ſuperueniens non diſſoluit ſponſalia de præſenti. Conſtit. XVIII.

Extra lib. 4.tit.13.de eo qui cognouit cõſan. vxoris ſuę,ca. Diſcretionem

DIſcretionẽ tuã. Et inſra.Sane ex parte tua fuit ꝓpoſitum, q̃d qdam cũ muliere quadã legitime ꝑ verba de ꝑſenti contraxit, quã poſtmodum à ſe incognitã cuidam conſanguineo ſuo tradidit in quantum potuit renitentem. Ille vero cũ ipſa,licet inuita, matrimonij ſolennia celebrauit: ſed mulier quam cito fuit reddita libertati,auſugit ab eo,& ſe priori viro reſtitui poſtulauit.Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, q̃d & viro ꝓ tam turpi facinore grauis eſt pœnitentia iniungenda, & mulier ꝓpter publicã honeſtatẽ eſt monenda ſolicite ,vt nec primum repetat, cuius cõſanguineus eã licet inuitam cognouit:nec redeat ad ſecundum,cui non poteſt propter reatum adulterij commiſceri : ſed in continentia maneat, donec prior fuerit viam vniuerſæ carnis ingreſſus.

Quod ſi forſan ad id induci nequerit, prior vir cogatſ redire ad ipſam,& maritali eam affectiõe tractare:cum adulterium

ei nõ

ei non poſſit obijcere, qui eā adulterandā tradidit, præſertim inuitā. Nam etſi ſecundū euangelicam veritatē nunq̄, niſi ꝓpter fornicationis cauſam, aut vir vxorem, aut vxor poſſit dimittere virum: nō tamen ſemper propter cauſam eandem, vel vxor virum, vel vir dimittere poteſt vxorē, cū poſſit exceptione vel replicatione legitima impediri. Sed nec affinitas, quæ poſt cōtractum legitime matrimonium inter viꝝ & vxorem inique contrahitur, ei debet officere, quæ huiuſmodi iniquitatis particeps non exiſtit, cū ſuo iure non debeat ſine ſua culpa priuari: quanq̄ à quondam predeceſſore noſtro dicat in ſimili caſu fuiſſe diſtinctum, vtrū inceſtus vel adulterium maniſeſtum fuerit, an occultum: alijs aſſerentibus inter gradum proximum & remotum eſſe potius diſtinguendum.

Mat. 19 32. queſt. 7 ca. Omnes cauſas. Mar 10

IDEM ARCHIEPISCOpo Biſuntinenſi.

Copula carnalis habita cum puella ſeptem annorum dirimit matrimonium poſtea contractum cum conſanguinea. Conſtit. XIX.

Ibid. cap. Fraternitati.

FRaternitati tuæ. Et infra. Diuortij ſententiam approbamus, quam in eum canonice ꝓmulgaſti, qui illā ſibi poſtea copulare p̄ſumpſit, cuius antea ſororē adhuc ſeptennē cōtractis ſponſalibus extraordinaria libidine noſcit polluiſſe.

IDEM EPISCOPO Gerundinenſi.

Affinitas cauſata ex copula illicita rumpit ſponſalia præcedentia, & priuat facultatem contrahēdi matrimoniū. Conſtit. XX.

Ibid. cap. Ex literis

EX literis fraternitatis tuæ accepimus, q̄d G. lator eaꝝ matrem puellę, quā infra nubiles annos deſpōſauerat in vxorem, carnaliter ſæpe cognouit, & poſt carnali cōmixtione puellā tractauit adultā. Et inſ. Nos aūt eidē viro pœnitētiā iniūgi fecimus ꝓ peccato, cōſultationi tuæ reſpondentes, quod eis ab inuicē ſeparatis, mulier alteri viro nō nubat, ſi poſtq̄ nouit viri & matris delictū, ei non erubuit commiſceri. Vir etiam & mater mulieris nunquam debent ad alias nuptias conuolare, ſed ſemper continentiā ſeruare tenentur, & enorme deflere delictum, quod pro nephanda libidine contraxerunt, præſertim ſi circa perſonas huiuſmodi de lapſu carnis minime timeatur.

Extra lib. 4 tit. 13 de eo q cog. cap Veniens ad nos

32 queſt. 2. ca. In adoleſcentia.

IDEM ARCHIEPISCOpo Magdeburgenſi.

Idem quo ad titulum dicit quod decretum ſupra proximum. Conſtit. XXI.

Ibid. cap. Veniēs ad apoſto.

VEniens ad apoſtolicam ſedem E. laicus, nobis ꝓpoſuit, q̄d cū tempore infantiæ ſuæ quandam puellam ſe ducturū iurauerat in vxorē quā cito ad legitimam perueniſſet ætatem, pater puellæ confederatione huiuſmodi fideiuſſoꝝ obligatione hincinde firmata, eum in ꝓpriam domū recepit & nutriuit inſimul cum puella: deinde ex conuerſatione diuturna ſorori puellæ carnaliter ſe cōiunxit: Tādem amicoꝝ ſuoꝝ deuictus inſtantia, quam iurauerat in vxorē accepit: & nuptijs celebratis, quando ſe illi opportunitas ingerebat cognoſcebat vtrāque. Veꝝ, licet in p̄ſentia tua ſup hoc fuerit accuſatus, conuinci tñ non potuit, nec ſuum voluit confiteri delictū: nunc aūt reuerſus ad cor, pœnitens de commiſſis, ſalutis ſuæ conſilium requirit impendi.

1. Theſ. 5

Cum igitur non tantū à malo, ſed ab omni ſpecie mali p̄cipiat Apoſtolus abſtinere, Mandamus, quatenus p̄dicto E. ꝓ huiuſmodi enormitatis exceſſu iniuncta pœnitentia competenti, conſulas ei, monēs illū ſalubriter & inducens, vt de cætero abſtineat ab vtraque.

IDEM ARCHIEPISCOPO Strigonenſi.

Affinitas ſuperueniens non diſſoluit matrimonium. Conſtit. XXII.

Ibid. cap. Tuæ fraternitatis

TVæ fraternitatis deuotio poſtulauit, vtrū is, qui cū ſorore legitimę cōiugis fornicat, cū vxore poſſit poſtmodum commorari, & exigere debitum, ac ſoluere requiſitus. Nos igit reſpondemus, q̄d vxor vt à cōmixtione viri abſtineat ꝓpter publicā honeſtatē & in continentia maneat, donec vir viā vniuerſę carnis ingreſſus fuerit, diligētius eſt monēda. Quod ſi forte commonitioni parere recuſans, talis fuerit, vt de lapſu timeatur ipſius, vir eius poterit & debebit cum Dei timore debitum ei ſoluere coniugale, cum affinitas poſt matrimonium inique contracta, illi nocere nō debeat, quæ iniquitatis particeps non exiſtit.

De

DE CONSANGVINItate & affinitate.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo & capitulo Tyrenēſi.

Infideles coniuncti in gradu prohibito à lege canonica, poſt baptiſmum non ſeparantur.

Extra lib. 4. tit. 14. de conſangu. & affi. cap. De infidelibus. Gen. 2. 35. quæſt. 2. ca. 1. & 2. & ca. Contradicim⁹

Conſtit. XXIII

DE infidelibus ad fidē cōuerſis, vtrum ſi ante conuerſionē ſuā ſcd'm legis veteris inſtituta, circa gradus conſanguinitatis à canone denotatos coniuncti fuerint, ſeparari debeant poſt baptiſmum: Conſultationi tuæ duximus reſpondēdum, q̊d matrimonium ſic cōtractum, nō eſt poſt baptiſmi lauacrum ſeparādū: cū à Iudęis dominus reqſitus, ſi liceret vxorem ex quacunq; cauſa dimittere, ipſis reſpōdit: Quos Deus coniunxit, homo nō ſeparet: p hoc innuens eſſe matrimonium inter eos.

26. diſt. c. deinde opponitur Mat. 19 Mar. 10

IDEM ARCHIEPISCO Roſſanenſi.

Conſanguinei mariti cum conſanguineis uxoris licite contrahūt. In gradibus prohibitis non poßunt matrimonia contrahi, etiam ſi hoc habeat conſuetudo. Conſtit. XXIIII.

Ibid. cap. Quod ſuper

QVod ſuper his. Et infra. Super eo igit, q̊d pater & filius cum matre & filia, & duo cognati cum duabus cognatis, auūculus, & nepos cū duabus ſororibus contrahunt matrimonia, taliter tibi duximus reſpondendum: quod licet omnes conſanguinei viri ſint affines vxoris, & oēs conſanguinei vxoris ſint viri affines: inter conſanguineos tñ vxoris & viri, ex eorundē, ſcilicet viri & vxoris, cōiugio, nulla p̄rſus eſt affinitas contracta, ppter quā inter eos matrimoniū debeat impediri.

Ne autem infra gradus p̄hibitos matrimoniū cōtrahatur, debes publice inhibere, & p̄ſumptores eccleſiaſtica diſtrictione punire, non obſtante conſuetudine, quæ dicenda eſt potius corruptela.

INNOCENTIVS PApa tertius.

Non ualet obtenta diſpenſatio à Papa ſuper matrimonio inter conſanguineos contracto, ſi ibi cauſa falſa ſit expreßa, niſi poſtea eam Papa confirmaret.

Conſtit. XXV.

QVia circa. Et infra. Porro de nobili viro N. p cuius diſpenſatione, indulgentia ſcilicet remanendi cum ea, quæ ipſum qnto cōſanguinitatis gradu cōtingit, à ſede apoſtolica obtinēda, falſa nobis fuerat cauſa allegata, videlicet p̄les: cū tñ ante diſpenſationē obtentā vnica filia, quam habebat, viā fuerit vniuerſæ carnis ingreſſa, p̄ut tua conſultatio cōtinebat: diſſimulare poteris, vt remaneat in copula ſic contracta, cū ex ſeparatione, vt aſſeris, graue videas ſcandalum imminere.

Ibid. cap. Quia circa.

35. quæſt. 3 ca. Quidā lex

INNOCENTIVS PAPA III.

Teſtes, qui de conſanguinitate deponunt, computationem debent à ſtipite uel germine incipere. Conſtit. XXVI.

TVa enim nos duxit fraternitas conſulendos, vtrum illorum ſufficiat teſtimoniū ad matrimonium dirimendū, q conſanguinitatis gradus ab auunculo & nepote, videlicet fratris filio vel ſororis, inceperunt computare.

Ibid. cap. Tua nos duxit

Nos igit inqſitioni tuæ taliter reſpondemus, q̊d cū coniugium multū fauoris obtineat, teſtes, qui ad diuortiū celebrandum producti conſanguinitatis gradus computant, à ſtipite debent incipere, id eſt, à parentibus vel germanis, & ſic per ordinem diſtinguere gradus nominibus proprijs, vel æquipollentibus indicijs deſignando perſonas, p̄ſertim cum ſępius teſtimoniū p̄hibeāt de auditu: q̊d quāminus eſt validū, nō eſt in articulo huiuſmodi nimiū laxāda facultas: cū q̄ ratione cōputationē inciperēt à ſecunda, eadem ab vlterioribus inchoarent.

DE IMPEDIMENTIS actus carnalis.

INNOCENTIVS PAPA III. Altiſiodorenſi Epiſcopo.

Propter arctionem mulieris, ſi appareat quod præter diuinum miraculum abſque periculo corporali habilis reddi non poteſt, ſeparatur matrimonium: reintegratur tamen ſi poſtea appareat eccleſiam fuiſſe deceptam

Conſtit. XXVII.

Fra-

Extra lib. 4 tit 15, de frigidis & maleficiatis, cap. Fraternitatis tuæ.

FRaternitatis tuæ literas recepimus, cõtinentes q̃d O. mulier cuidã viro matrimonialiter nupſit, cũ q̃ ꝑ multos annos morata, nõ potuit carnaliter ab ipſo cognoſci. Licet aũt ꝑ archiepreſbyterum tuũ ſuꝑ hoc fuiſſes edoctus, tñ volens habere certitudinem pleniorẽ, quaſdam matronas ſuæ parochiæ prouidas & honeſtas, ad tuã p̄ſentiam euocaſti, diſtricte illis iniungens ſub periculo animarũ, vt mulierẽ ipſam prudenter inſpicerent, & perquirerẽt diligenter, vtrũ idonea eſſet ad viriles ampelxus. Quæ tãdem in fide ſua tibi aſſeruere conſtanter, q̃d eadẽ nunquã poterat eſſe mater aut coniunx, tanq̃ cui naturale deerat inſtrumentũ. Vñ inter ipſam & virũ diuortium celebraſti, mulierẽ inducens, vt ad religionem aliquam ſe transferret, perpetuã cõtinentiã ſeruatura: & viro licentiã tribuiſti, vt vxorẽ duceret, q̃a pater fieri cupiebat. Contigit aũt poſtea, q̃d mulier inuenit qui ſeras huiuſmodi reſerauit, & abiiciens continentiã quam promiſit, Gu. latori pręſentium ſupernupſit.

Quamuis igit̃ ſemiplene nobis exp̄ſſeris, q̃modo dicta mulier ſe ꝓmiſerit cõtinentiã ſeruaturam, vtrũ videlicet ſimplici verbo, an voto ſolenni, vtrumue ad religionẽ tranſierit, vt ꝓmiſit, an contra ꝓmiſſionem ſuam in domo remanſerit, & qualiter ſeras illas fecerit reſerari, vtrum videlicet artificio medici, an cõcubitu viri, ſeu alio q̃libet modo: Nos tñ ꝑſpicaciter attendẽtes, q̃d impedimentum illud non erat ꝑpetuum, q̃d p̄ter diuinũ miraculum ꝑ opus humanũ abſq; corporali periculo potuit remoueri: ſententiam diuortii ꝑ errorẽ licet ꝓbabilem nouimus eſſe ꝓlatam, cũ pateat ex poſt facto, q̃d ipſa cognoſcibilis erat illi, cuius ſimili cõmiſcet: & ideo inter ipſum & primũ virũ dicimus matrimonium extitiſſe: quare inter eã & p̄fatum Gu. matrimonium nõ eſſe cenſemus, eoſq; præcipimus ab inuicem ſeparari. Etſi prædicta mulier ad religionem tranſiuit, ſicut aſſerit promiſiſſe, primus vir, qui non cognouit eandẽ, cũ ea remaneat, cum qua poſtmodum ecclesiæ autoritate contraxit: aliogn ea dimiſſa, debet ad illam redire, cum qua primo contraxit, niſi ſe voto mulier illa cõſtrinxerit ad continentiã obſeruandam, vt intelligatur ꝑ hoc cum p̄ſato Gu. fornicata fuiſſe, vel niſi ſe fornicario modo alii viro miſcuerit, vt primus vir p̄textu fornicationis, eius velit conſortium declinare.

33. queſt. 1 ca. Requiſitis.

Nam ſi tantũ ſimplici verbo ſe promiſit continentiam ſeruaturam, & poſtea in conſpectu eccleſiæ nupſit memorato Gu. q̃diu articulus iſte dubitabilis erat, p̄ſumi nõ debet, quod fornicaretur cum illo, ſed amodo nõ debet cum illo aliquatenus remanere.

33. queſt. 2 ca. Cum ꝑ bellicam.

Per hæc autem quæſtionem illam noueris eſſe ſolutam, qua quæritur, vtrũ ea, quæ adeo arcta eſt, vt nulli poſſit carnaliter commiſceri, niſi per inciſionem, aut alio ſibi modo violentia inferatur, non ſolummodo leuis, ſed forte tam grauis, vt ex ea mortis periculũ timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea perhiberi.

Similiter illa, quæ viro cui nupſerat, adeo arcta eſt, vt nunquam ab eo valeat deflorari: ſi ab eo ſit per iudicium eccleſię ſeparata, & nubat alteri, cui arcta nõ ſit, & per frequentem vſum ſecundi reddat̃ etiam apta primo: vtrum ad eum redire debeat, cum quo prius fœdus inierat cõiugale. De talibus autem non eſt facile iudicandum, cum finale iudicium pendeat ex futuro.

QVI FILII SINT legitimi.

INNOCENTIVS PAPA III.

Statur dicto teſtium, qui probant aliquem legitimum, licet forma uicinæ & tractatu parentum habeat contrarium. Con. XXVIII.

Extra lib. 4. tit. 17. de illis qui ſint filii legit. cap. Per tuas

PEr tuas literas intimaſti, quod R. ex muliere, quã ſecundũ opinionẽ maioris partis viciniç in cõcubinã habebat, prole ſuſcepta, quandam poſt & aliã, ea defuncta, duxit in vxorẽ: & ea, de q̃ ꝓlẽ ſuſceperat, virũ ſibi aliũ copulauit: ꝓceſſu vero tẽporis idẽ R. in p̄ſentia mul

to rum

torum firmauit proprio iuramento, q̃d eam, quam habere viſus fuerat concubinam, prius adſidauerat in vxorẽ, quam ex ea filium genuiſſet: & poſtea cum ageret in extremis, eum, quem ex ea ſuſceperat, in teſtamento hęredem inſtituens, legitimum filium appellauit. Cum autem tuæ inquiſitioni fuiſſet commiſſum, an filius ſic ſuſceptus, legitimus eſſet hæres ipſius R. & ad eius patrimonium admittendus, tu pater id, quod ex quadam decretali bonæ memoriæ Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri ſtandum eſſe ſuper hoc verbo viri & mulieris credebas, receptis teſtibus à filio eiuſdẽ R. productis, quibus legitime comprobauit prædictũ R. matrem ſuam in capella ſancti Sergij affidaſſe, eum ipſius R. hæredem eſſe legitimum iudicaſti.

Extra lib. 4. tit. 7. de filiis legit. cap. Tranſmiſſæ.

Nos autẽ attendentes, quod plus eſt, quod in veritate agitur, q̃ quod ſimulate concipitur: licet dictus R. cum ea dimiſſa, quam vt concubinã habuerat, ad alia vota tranſiuerit, videatur ipſo facto matrimonium, quod inter eos celebratũ fuerat, denegaſſe: quia tamen deſponſatio per teſtes legitimos comprobata, eos matrimonialiter fuiſſe coniunctos oſtẽdit: ſiue ipſa deſponſatio fuerit de præſenti, vt per conſenſum legitimum per verba de pſenti expreſſum, copula matrimonij inter eos fuerit celebrata: ſiue p verba de futuro, carnali copula ſubſequuta: non tam decretali dicti prædeceſſoris noſtri, quæ in caſu diſſimili loquitur, quam inductis probationibus innitentes, te proceſſiſſe legitime reſpondemus, ſententiam tuam autoritate apoſtolica confirmantes.

IDEM NOBILI VIRO G. montis peſſulani.

In terris eccleſiæ Papa poteſt libere illegitimos legitimare, in terris uero alienis, non niſi ex cauſis multum arduis, uel niſi in ſpũalibus, tunc tamẽ indirecte, & per quandã conſequentiã intelligitur legitimare etiam quo ad temporalia: hoc tamen ultimum non eſt ſine ſcrupulo.

Conſtit. XXIX.

Ibid. cap. Per venerabilem

PEr venerabilẽ fratrẽ noſtrũ Arelateñ. archiepm tua nobis humilitas ſupplicauit, vt filios tuos legitimationis titulo dignaremur decorare, q̃tenus eis, q̃ minus tibi ſuccederent, nataliũ ob iectio non noceret. Quod aũt ſup hoc apoſtolica ſedes plenam habeat poteſtatem, ex illo videtur, quod diuerſis cauſis inſpectis, cum quibuſdam minus legitime genitis, non naturalibus tantũ, ſed adulterinis etiam, diſpẽſauit, ſic ad actus ſpirituales illos legitimans, vt poſſint in epiſcopos promoueri: ex quo veriſimilius creditur & probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat ſeculares, præſertim ſi præter Romanos pötifices inter homines ſuperiorem alium nõ cognoſcant, qui legitimandi habeat poteſtatem. Quia cum maior in ſpiritualibus tam prouidentia, quam autoritas & idoneitas requiratur: quod in maiori conceditur, licitum eſſe videtur & in minori. Per ſimile quoq; videtur id poſſe probari, cum eo ipſo quod aliquis ad apicem epiſcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria poteſtate.

30. quæſt. 4. ca. liberi

96. diſt ca. Duo ſunt

93. diſt ca. illud

Præterea etiam ſi ſimplex epiſcopus ſcienter ſeruum alterius in presbyterum ordinaret, licet ordinator domino ſatiſfacere teneretur, ordinatus tamẽ iugum euaderet ſeruitutis. Videretur ſiquidem monſtroſum, vt qui legitimus ad ſpirituales fieret actiões, circa ſeculares actus illegitimus remaneret. Vnde cum in ſpiritualibus diſpenſetur, conſequenter intelligitur in temporalibus diſpẽſatum. Id autem in patrimonio beati Petri libere poteſt apoſtolica ſedes efficere, in q̃ & ſummi pötificis autoritatẽ exercet, & ſummi principis exequitur poteſtatẽ. Videbatur autem ex eo trahere maiorẽ audaciam poſtulandi, q̃d cũ rex Francoꝝ Reginã dimiſerit, & ex alia poſtmodum ſupducta pueꝝ ſuſcepit & puellã, & tu ſimiliter excluſa legitima ſupduxeris aliã ex qua filios ſuſcepiſti: ſicut cum filijs regis eiuſdẽ, ſic cũ tuis credebatur de benignitate ſedis apoſtolicæ diſpenſandum. Veꝝ ſi veritas diligenter inſpicitur, non res ſimilis, ſed valde diſſimilis inuenit. Nam rex ipſe à regina p Remeñ. archiepiſcopũ apoſtolicæ ſedis legatũ fuit p ſententiã ſeparatus. Tu vero vxorẽ tuã à te temeritate ppria ſeparaſti. Ipſe q̃q; priuſq̃ ad eũ phibitio de nõ cõtrahẽdo cũ altera peruiſſet, aliã ſupduxit, ex q̃ plem geminã noſcit ſuſcepiſſe: ſed tu in cõtemptũ eccleſię, aliã ſupinducere attentaſti.

54 diſt ca. Si ſeruus

Præterea rex ipſe cõtra matrimoniũ impedimentũ affinitatis obiecit, & corã p̃fato archiepiſcopo teſtes induxit: cuius ſententia, qa caſſata fuit ſolũmodo propter iudiciariũ ordinẽ non ſeruatũ, nos poſt reſtitutionẽ reginæ alios cognitores duximus deputandos. Tu vero vxori tuæ nihil, q̃d diuortium induceret, obieciſti: cũ etſi fides thori ſit vnum de tribus bonis coniugij, nõ tamen ipſius violatio coniugale vinculum violaſſet. De filijs ergo eiuſdẽ regis, vtrũ legitimi vel illegitimi fuerint, quãdiu pẽdet quæſtio affinitatis obiectæ, poteſt non immerito dubitari. Nam ſi affinitas fuerit comprobata, p̃dictam reginã non eſſe regis coniugem apparebit: & per conſequens alia videbitur ſibi legitime copulata, & filios ei legitimos peperiſſe. Inſuper cũ rex ſuperiorẽ in tẽporalibus minime recognoſcat, ſine iuris alterius læſione in eo ſe iuriſdictioni noſtræ ſubijcere potuit, in q̃ videretur aliquibus, q̃d per ſeipſum (nõ tanq̃ pater cũ filijs, ſed tanq̃ princeps cũ ſubditis) potuit diſpẽſare. Tu autem noſceris alijs ſubiacere. Et infra.

2. quæſt. 6. ca.

32. quæſt. 2 ca. Omne itaque Et 11. q̃ſt. 1. ca. Non enim

Rationibus igiẽ his inducti, regi gratiam fecimus requiſiti, cauſam tam ex veteri, q̃ ex nouo teſtamento trahentes, q̃d non ſolũ in eccleſiæ patrimonio (ſuper q̃ plenam in temporalibus gerimus poteſtatem) verumetiã in alijs regionibus certis cauſis inſpectis temporalem iuriſdictionẽ caſualiter exercemus: non q̃d alieno iuri p̃iudicare velimus, ſed qa in Deuteron. cõtinetur, ſi difficile & ambiguum apud te iudiciũ eſſe cõſpexeris, inter ſanguinẽ & ſanguinẽ, cauſam & cauſam, leprã & leprã, & iudiciũ intra portas videris variari, venies ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: qui iudicabit tibi iudicij veritatẽ: & facies quæcunq; dixerint, q̃ p̃ſunt loco, quem elegerit dñs, ſequerisq; eorũ ſententiã. Qui aũt ſuperbierit, nolẽs obedire ſacerdotis imperio, q eo tẽpore miniſtrat dño Deo tuo, decreto iudicis morietur.

Deut. 17

Sane cũ Deuteron. lex ſecunda interpreteẽ, ex vi vocabuli comprobaẽ, vt q̃d ibi decerniẽ, in nouo teſtamento debeat obſeruari. Locus eñ quẽ elegit dñs apoſtol. ſedes eſſe cognoſciẽ. Cũ eñ Petrus vrbẽ fugiens, exiuiſſet, volens eũ dñs ad locũ, quẽ elegerat, reuocare, interrogatus ab eo, dñe q̃ vadis: R̃ndit: Venio Romã iterũ crucifigi. Q̃d intelligens pro ſe dictũ, ad locũ ipſum eſt protinus reuerſus. Sunt aũt ſacerdotes leuitici gñis fratres noſtri, qui nobis iure leuitico in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt. Is ṽo ſuper eos ſacerdos ſiue iudex exiſtit, cui dñs inquit in Petro: Q̃dcunq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ & in cœlis. Eius vicarius, q eſt ſacerdos in æternum ſecundũ ordinẽ Melchiſedech, conſtitutus à Deo iudex viuorũ & mortuorũ. Tria quippe diſtinguit iudicia: primũ inter ſanguinẽ & ſanguinẽ: per q̃d criminale intelligitur & ciuile. Vltimum inter lepram & leprã: per q̃d eccleſiaſticũ & criminale notaẽ. Mediũ inter cauſam & cauſam: q̃d ad vtrunq; refertur, tã eccleſiaſticũ, q̃ ciuile. In qbus cum aliquid fuerit difficile vel ambiguũ, ad iudicium eſt ſedis apoſtolicæ recurrẽdũ: cuius ſententiã q ſuperbiens contempſerit obſeruare, mori p̃cipitur. i. per excõmunicationis ſententiam velut mortuus à cõmunione fideliũ ſeparari. Paulus etiã vt plenitudinem poteſtatis exponeret ad Corinthios ſcribens ait: Neſcitis q̃ñ angelos iudicabitis? quanto magis ſecularia?

2. quæſt. 7. ca. Beatus Petrus & Paulus.

Mat. 16

Pſal. 109

Act. 10

1. Cor. 6

Licet igitur cum filijs ſæpe dicti regis (de quibus an fuerint legitimi ab initio dubitaẽ) duxerimus diſpenſandũ: qa tñ tam lex Moſaica, quã canonica ſobolem ſuſceptam ex adulterio deteſtatur, teſtãte dño, quod manſeres & ſpurij vſq; ad decimã generationem in eccleſiã non intrabunt: canone vero vetante tales ad ſacros ordines p̃moueri: ſecularibus q̃q; legibus non ſolũ repellentibus eos à ſucceſſione paterna, ſed negantibus ipſis etiam alimenta, petitioni tuæ non duximus annuendum.

IDEM H. ET R. CANOnicis Beneuentanis.

Si coniugatus uiuente prima in facie eccleſiæ contrahit cum ſecunda hoc ignorante, legitima erit eorum proles.

Conſtit. XXX.

Ibid. cap. Ex tenore

EX tenore literarum veſtrarum nobis innotuit, quod quum G. vidua hæreditatẽ quondam R. mariti ſui ſibi & pupillo filio ſuo reſtitui poſtularet, pars aduerſa

aduerſa petitonem eius nitebatur excludere pro eo, quod R. maritum ipſius viduę de adulterio genitũ aſſerebat. Et in.

Intelligentes, quod pater prædicti R. matrem ipſius in facie eccleſiæ ignaram, quod ipſe aliam ſibi matrimonialiter copulaſſet, duxerit in vxorem, & dum ipſa coniunx ipſius legitima putaretur, dictũ R. ſuſceperit ex eadem: in fauorem prolis potius declinamus, memoratum R. legitimum reputantes

IDEM EPIS. TIBERTINO.

Proles infidelium, qui poſtea conuertuntur, legitima eſt, etiã ſi parentes ſint in gradu probito lege canonica. Conſt. XXXI.

Ibid. cap. Gaudem⁹

GAudemus. Et infra. Cæterũ prolem de infideliũ coniunctionibus natam, qui ſecundo, tertio, vel vlteriore gradu, ſecundum opinionẽ illorum matrimoniali contraxerunt affectu, poſt fidem receptã (vtilitate publica ſuadente) legitimam volumus reputari.

QVI MATRIMONIum accuſare poſſunt vel contra illud teſtificari.

IDEM ARCHIEPISCOPO, Præpoſito & Priori S. Mariæ de Albaneñ. Genuenſi.

Repellitur accuſans matrimonium propter quæſtum. Conſt. XXXII.

Extra lib. 4. tit. 18. q matrimonium accuſare c. cap. Significante

SIgnificante M. de C mula noſtro eſt apoſtolatui declaratum, quod cum N. duxiſſet legitime in vxorẽ, S. mater ipſius niſa eſt matrimoniũ accuſare, vt ab eo pecuniam extorqueret: & licet intellectui ſuo praua nõ poſſint opera reſpondere, nihilominus vult habere pecuniam, vt ab accuſatione deſiſtat.

Cum igitur non ſit malitijs hoĩm indulgendũ, mãdamus, quatenus, ſi eſt ita, ipſam ab accuſatione matrimonij repellẽtes, eidem ſup hoc ſilentiũ imponatis.

2. queſt. 1. ca. Prohibentur

INNOCENTIVS PAPA III.

Repellitur ab accuſatione matrimonij, qui denunciationis tempore tacuit, niſi denunciationem probabiliter ignorauit, uel iuret de nouo didiciſſe, & quod non obiicit illam malitioſe.

Conſtit. XXXIII.

Ibid. cap. Cũ in tua

CVm in tua diœceſi. Et infra. Si vero poſt contractum matrimoniũ aliquis appareat accuſator, cum nõ prodierit in publicum, quãdo banna ſecundum conſuetudinẽ in eccleſijs edebantur, vtrum vox ſuę debat accuſationis admitti, merito quæri poteſt.

Super quo ſic duximus diſtinguendũ, quod ſi tempore denũciationis præmiſſæ, is qui iam coniunctos impetit, extra diœceſim exiſtebat, vel alias denunciatio non potuit ad eius notitiam perueni-re, vtputa ſi nimiæ infirmitatis feruore laborans, ſane mentis patiebatur exiliũ: vel in annis tam teneris conſtitutus, q̊d ad comprehenſionẽ talium eius ætas ſufficere nõ valebat: ſeu alia cauſa legitima fuerit impeditus, eius accuſatio debet audiri. Alioquin cum rationabiliter pręſumatur, quod denunciationẽ publice factam idem exiſtens in ipſa diœceſi minime ignorauit, tanq̃ ſuſpectus eſt procul dubio repellendus: niſi proprio firmauerit iuramento, quod poſtea didicerit ea, quæ obiecerit: & ad hoc non ex malitia procedat: quia tunc etiam ſi didiciſſet ab illis, qui denunciationis tempore ſiluerunt, claudi non debet eidem aditus accuſandi: quoniã etſi ab impetitione huiuſmodi culpa de ſilentio tali contracta illos excluderet, iſte tamen amoueri nequiret, cum culpabilis non exiſtat.

35. queſt. 6 ca. illa cauenda

DE DIVORTIIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Epiſcopo Ferrarienſi.

Vinculum coniugale non diſſoluitur altero coniugum fidelium in hæreſim lapſo. Sed ſi unus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, & alter nolit ſibi cohabitare, uel non ſine blaſphemia, uel ſine peccato mortali, ſoluitur coniugium, & conuerſus contrahere poterit.

Conſtit. XXXIIII.

Extra lib. 4. tit. 19 de diuortiis cap. Quãtum te nouimus

QVanto te nouimus in canonico iure peritum. Et infra.

Sane tua fraternitas intimauit, quod altero coniugũ ad hæreſim tranſeunte, qui relinquitur ad ſecunda vota deſiderat conuolare. Quod vtrum poſſit fieri, per tuas nos duxiſti literas conſulendos.

28.quæſt. 2.ca. Si infidelis Extra lib. 3.tit.33 de conuerſione infide. cap. Laudabilem

Nos igitur conſultationi tuæ reſpondentes diſtinguimus, licet quidã prædeceſſor noſter ſenſiſſe aliter videat, an ex duobus infidelibus, alter ad fidẽ catholicã conuertat, vel ex duobus fidelibus alter labatur in hęreſim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium coniugum ad fidẽ catholicã cõuertatur, altero vel nullo modo, vel non ſine blaſphemia diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad mortale pctm̃, ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad ſecunda, ſi voluerit, vota tranſibit.

28.quęſt.2 ca. Si infidelis. 1.Cor.7

Et in hoc caſu intelligimus, quod ait Apoſt. Si infidelis diſcedit, diſcedat: frater eñi vel ſoror nõ eſt ſeruituti ſubiectus in huiuſmodi. Et canonem etiã in q̃ dicitur, cõtumelia creatoris ſoluit ius matrimonij circa eũ, qui relinquitur.

28.q̃ſt. 2. ca. Si infidelis

Si vero alter fidelium coniugum vel labatur in hæreſim, vel tranſeat ad gentilitatis errorem, nõ credimus, q̃d in hoc caſu is, qui relinquitur, viuente altero poſſit ad ſecundas nuptias conuolare, licet in hoc caſu maior appareat contumelia creatoris.

28.quęſt.2 ca. Item illud. 32.quęſt.7 ca. 1

Nam etſi matrimonium verum inter infideles exiſtat, non tamẽ eſt ratum: inter fideles aũt verum & ratũ exiſtit: qa ſacramentũ fidei, q̃d ſemel eſt admiſſum, nunq̃ amittitur, ſed ratũ efficit coniugij ſacramentum, vt ipſum in coniugibus illo durante perduret.

Nec obſtat, quod à quibuſdam forſan obijcitur, quod fidelis relictus non debeat iure ſuo ſine culpa priuari, cũ in multis caſibus hoc contingat, vt ſi alter cõiugum incidatur.

32.quęſt.1 ca. Illi. 34.quęſt.1 ca. Dixit dominus

Per hanc reſponſionem quorundam malitiæ obuiatur, qui in odium coniugum, vel quando ſibi inuicem diſpliceret, ſi eas poſſent in tali caſu dimittere ſimularent hæreſim, vt ab ipſa (nubẽtibus coniugibus) reſilirent. Per hãc ipſam reſponſionem illa ſoluitur quæſtio, qua quæritur, vtrum ad eũ qui ab hæreſi vel infidelitate reuertitur, is, qui permanſit in fide, redire cogatur.

IDEM EPISCOPO TIberiadenſi.

Pagani iuncti in gradu prohibito, lege canonica tantum, conuerſi ad fidem, non ſeparãtur. Si paganus prius plures uxores habebat, poſt fidẽ ſuſceptam adhærebit primæ; & ſi repudiata uxore cum ſecunda contraxerit, etiam poſt baptiſmum dimittet ſecundam, & adhærebit primæ repudiatæ, etiamſi repudiata cum alio contraxiſſet: ſecus, ſi fornicata fuiſſet.

Conſtit. XXXV.

Ibid. cap. Gaudem⁹

GAudemus in domino. Et infra. Vtrum pagani vxores accipientes in ſecundo vel tertio vel vlteriore gradu ſibi coniunctas, ſic coniuncti, debeant poſt conuerſionem ſuã inſimul remanere, vel ab inuicẽ ſeparari, edoceri per ſcriptum apoſtolicum poſtulaſti. Super quo taliter reſpondemus, quod quum ſacramentum coniugij apud fideles & infideles exiſtat, quemadmodũ oſtendit Apoſtolus, dicẽs: Si quis frater infidelem habet vxorẽ, & hęc conſentit habitare cum eo, non illam dimittat, & in præmiſſis gradibus à paganis, q̃ ad eos, matrimonium licite ſit contractum: qui conſtitutionibus canonicis non arctantur (quid enim ad nos, ſecũdum Apoſt. eundem, de his quæ foris ſunt iudicare?) in fauorem præſertim Chriſtianæ religionis & fidei, à cuius perceptione per vxores ſe deſeri timentes viri, poſſunt facile reuocari: fideles huiuſmodi matrimonialiter copulati libere poſſunt & licite remanere coniuncti, cum per ſacramentum baptiſmi non ſoluantur coniugia, ſed crimina dimittantur.

26.diſt. ca. Deinde — 1.Cor.7 — 26.diſt. ca. deinde

Quia vero pagani circa plures inſimul fœminas affectũ diuidunt cnniugalem, vtrum poſt conuerſionẽ omnes, vel quã ex omnibus retinere valeant, non immerito dubitatur. Et infra.

Verum abſonum hoc videtur, & inimicum fidei Chriſtianę, quum ab initio vna coſta in vnam fœminam ſit conuerſa, & ſcriptura diuina teſtetur, quod propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna: nõ dixit, tres vel plures, ſed ſed duo: nec dixit, adhærebit vxoribus, ſed vxori. Et infra.

Gen.2 — Gen.3 Mat.19 Mar.10 Ephe.5 — 31.quęſt.2 ca. Quod ſi dormierit

Nec vlli vnq̃ licuit inſimul plures vxores habere, niſi cui fuit diuina reuelatione conceſſum: q̃ mos quandoq;, interdũ etiam fas cenſetur, per quam ſicut Iacob à mendacio, Iſraelitæ à furto, & Samſon ab homicidio: ſic & patriarchæ, & alij viri iuſti, qui plures leguntur habuiſſe vxores, ab adulterio excuſantur. Sane veridica

32.quęſt.2 ca. Dixit Sara — Gen.27 Ioſue.7 Iudic.16 — 14.quęſt.5 ca. Dixit dominus

ea hæc ſentẽtia probatur, etiã de teſtimonio veritatis, teſtantis in Euãgelio: Quicunq; dimiſerit vxorem ſuã, niſi ob fornicatiõem, & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo vxore dimiſſa, duci alia de iure non poteſt, fortius & ipſa retẽta: per q̃d euidenter apparet, pluralitatem in vtroque ſexu (cum non ad imparia iudicentur circa matrimonium) reprobandam.

Mat. 19 Luc. 16

Qui autem ſecundum ritum ſuum legitimam repudiauit vxorem, cum tale repudium veritas in euangelio reprobauerit, nunq̃ ea viuẽte licite poterit aliam etiam ad fidem Chriſti conuerſus habere, niſi poſt conuerſionem ipſius illa renuat cohabitare cum ipſo: aut etiam ſi conſentiat, non tamen abſq; contumelia creatoris, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum: in quo caſu reſtitutionem petẽti, quamuis de iniuſta ſpoliatione conſtaret, reſtitutio negaretur: quia ſecundũ Apoſtolum frater aut ſoror non eſt in huiuſmodi ſubiectus ſeruituti.

Mat. 19 · 32. quæſt. 1. ca. Dixit dominus in Euangelio · 28. quæſt. 1. ca. Si in fidelis · 1. Cor. 7

Quod ſi conuerſum ad fidem, & illa conuerſa ſequatur, antequã propter cauſas prædictas legitimam ille ducat vxorem, eam recipere compelletur. Quãuis quoq; ſecundum Euangelicam veritatẽ, qui duxerit dimiſſam mœchatur, non tamen dimiſſor poterit obĳcere fornicationem dimiſſæ, pro eo quod nupſit alĳ poſt repudiũ, niſi alias fuerit fornicata.

Mat. 19

IDEM LIVONIENSI EPIſcopo & eis q cum eo ſunt fratribus

Non licet relictam fratris in uxorem accipere, & de facto ducta ſeparanda eſt, niſi aliter eccleſia diſpenſet. Conſt. XXXVI.

Ibid. cap. Deus qui

Deus qui eccleſiam ſuam. Et infra. Quia diſpar eſt ritus in Liuonieñ. eccleſia de nouo ad fidem catholicam conuerſorum à noſtro: propter infirmitatem gentis eiuſdem cõcedimus, vt matrimonĳs contractis cum relictis fratrum vtantur, ſi tamen (fratribus decedentibus ſine prole, vt ſemen defuncti iuxta legem Moſaicam ſuſcitarent) cum talibus contraxerunt, ne tales ſibi de cætero, poſtquam ad fidem venerint, copulent prohibentes.

35. queſt. 1 ca. Quędã · Deut. 25

IDEM ARCHIEPISCOPO Compoſtellano & vniuerſis epiſcopis in regno Legionenſi conſtitutis.

Cogitur mulier ex officio iudicis donata ſibi à uiro propter nuptias pro conſeruatione illiciti matrimonii relaxare, ſi talis donatio præſtet impedimentum diſſolutioni talis matrimonii.

Conſtit. XXXVII.

Extra lib. 4. tit. 20 de donatione inter virum & vxorẽ, ca. Etſi neceſſe

ETſi neceſſe ſit. Et infra. Quia vero caſtra quædam, quę rex Legioñ. filiæ regis Caſtelli in dotẽ tradidiſſe proponitur, ita vt ſi eam aliqua occaſione relinqueret, ipſa cederent in ius eius, impedimentum præſtare videntur huiuſmodi copulæ diſſoluendæ: cum caſtra ipſa non tam ob turpem, quam ob nullã cauſam ſint data, vtpote cum inter eos matrimonium non exiſtat: & ideo nec dos nec donatio propter nuptias, ne ad commodum ei cedat, quod debet in pœnam eius potius retorqueri: caſtra ipſa reſtitui volumus, & ad puellam per excõmunicationis ſententiam coarctari.

16. quæſt. 3 ca. Legi

IDEM ARCHIDIACONO ſancti Andreæ de Schotia.

Vſufructuarius donans ſine conſenſu domini rem ipſam uxori propter nuptias non transfert in eam plus iuris, quam ipſe habebat. Idem de eo, qui ſub conditione adimente habet rem in hæreditatem uel in feudum.

Conſt. XXXVIII.

Ibid. cap. Nuper · 10. quæ. 2. ca. Hoc ius porrectum

NVper à nobis tua diſcretio requiſiuit, ſi aliqua terra alicui data fuerit, non in hæreditatem vel feudum, ſed tãtum quoad vixerit poſſidenda, & ipſe poſtmodum tertiam partem vxori ſuæ in dotem cõceſſerit, vtrum eo defuncto præfatam dotem vxor (dum vixerit) habere debeat & tenere: quum eccleſia dotes protegere teneatur viduarum? Poſtulaſti præterea, ſi qua terra data fuerit alicui, & hæredi, quem de vxore legitima procrearet, in hæreditatem vel feudum: & ipſe vxori ſuæ quadam parte ipſius in dotem conceſſa, deceſſerit poſtmodum ſine prole, an mulier dotem eandem de iure poſſet habere?

Nos autem conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod cũ regulariter nullus plus iuris transferre poſſit, quam eũ conſtat habere: vir, cui terra p̃dicto modo conceditur, non poteſt vxori relinquere, quod ei non licuit, niſi quoad vixerit poſſidere, nec licet vxori ſuæ partẽ illius terræ in donationem propter nuptias ex viri conceſſione tenere, niſi do-

1. queſt. 7. ca. Daibertum

nationi ille, ad quem ſpectat dominium illius terræ, voluerit conſentire.

Quod aũt de prima conſultatione dicimus, hoc reſpondemus etiam de ſecunda. Nam licet eccleſia in cauſis viduarum ſe fauorabilem debeat exhibere, contra iuſtitiam tamen non eſt eis fauor eccleſiaſticus concedendus. Illud vero te nolumus ignorare, quod vxor dare dicit viro dotem: vir autem vxori donationem facere propter nuptias, ſecundum legitimas ſanctiones.

24. diſt. ca. Epiſcop.

C. de donat. ante nup. L. 1 & vlt. ¶ Sãgimus

IDEM ARCHIEPISCOPO & Archidiacono Genuenſi.

Vir agens pro dote, non omnino excluditur ex eo quod uergat ad inopiam, nec præciſe cogitur ſatisdare ultra facultatem propriam, ſed dos ſibi aßignatur ſub cautione, quam præſtare poteſt. Et ſi per illam cautionem non eſſet ſufficienter prouiſum conſumptioni dotis, deponitur dos apud mercatorem, ut de honeſto lucro uir ſuſtineat onera matrimonij.

Conſtit. XXXIX.

Ibid. cap. Per veſtras

PEr veſtras literas intimaſtis, q̃d cum magiſtrũ R. ſuper quadam ſumma pecuniæ ꝑ H. paupere, autoritate noſtra curaueritis conuenire, quã idem H. pro dote vxoris ſuæ requirebat ab eo: dictus R. exceptionem oppoſuit contra ipſum, quod vxorem ſuam à ſe repulerat, & tacita veritate ſuper hoc literas impetrauerat: quia cum ſuper eadem dote alia vice coram veſtræ ciuitatis conſulibus quæſtio mota eſſet, ipſi pronunciauerunt, vt quoniam idem H. ad inopiam vergere videbatur, dos illa non aſſignaretur eidem, niſi cautionem idoneam de ipſa non peritura præſtaret: vnde vos ei, vt de ſaluanda dote caueret, & vxorem ſuam reciperet, præcepiſtis. Et infra.

C. ne fide iuſſo. do. dẽ. L. 1. & 2.

Cum ergo ſatis poſſit ei modicũ credi dotis, cui creditũ eſt corpus vxoris, mãdamus, quatenus dotem aſſignari faciatis eidem ſub ea, quam poteſt, cautione præſtare, vel ſaltem alicui mercatori committi, vt de parte honeſti lucri dictus vir onera poſſit matrimonij ſuſtentare: ne occaſione dotis detentæ, vxor à viro dimiſſa, ſeu vir, qui dimiſit vxorem, adulterij reatum incurrat.

ff. de iur. do. Si is § Stichum.

DE NVPTIIS ſecundis.

INNOCENTIVS PAPA III. P. nobili mulieri.

Mulier nubens infra annum lugubrem, infamiam non incurrit.

Conſtit. XL.

CVm ſecundũ Apoſtolũ, mulier mortuo viro ſuo ab eius ſit lege ſoluta, & nubẽdi cui vult, tantum in dño, liberam habeat facultatem: non debet legalis infamiæ ſuſtinere iacturam, quæ licet poſt viri obitum infra tempus luctus, ſcilicet vnius anni ſpaciũ, nubat, conceſſa ſibi tñ ab Apoſtolo vtitur poteſtate, cũ in his præſertim ſeculares leges non dedignẽtur ſacros canones imitari.

Extra lib. 4. tit. 21. de ſecũdis nuptiis cap. Cum ſecundum Rom. 7

7. quæſt. 1. ca. Sicut alterius

28. diſt. ca. De his

Libri Quarti FINIS.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS tertij, Conſtitutionum Decretalium Liber quintus.

DE ACCVSATIONIBVS, INQVISItionibus & Denunciationibus.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei, Archiepiſcopo Biſuntino.

Dicens

Dicens ſe aliquem accuſaturum coram iudice, ante inſcriptionem poteſt ſine pœna deſiſtere, & non accuſare. ſed ei deſiſtenti ſilentiũ imponitur in perpetuum.

Conſtit. I.

Extra lib. 5. tit. 1. de accuſationibus, ca. Licet in

Licet in beato Petro. Et infra. Sane cũ ex literis B. decani S. Stephãi & I. & O. canonicorũ eccleſiæ Biſuntinę ad ſedis apoſt. audiẽtiã peruenisſet, te varia crimina cõmiſiſſe, ac ab eis ſuiſſes per eaſdem literas ſuper periurio, crimine ſimoniæ & inceſtus delatus, Clemens Papa prædeceſſor noſter (ſeruata iudiciaria grauitate) tibi certum terminũ aſſignauit, q̃ reſponſurus obiectis apoſtolico te conſpectui p̃ſentares. Cum aũt iuxta tenorem citationis ad ſedẽ apoſt. acceſſiſſes, nec vllus appareret, qui te ita impeteret de prædictis, ne aliqd de cõtingentibus omittere videremur, ab I. & O. archidiaconis in noſtra præſentia conſtitutis quæſiuimus diligenter, ſi quid ſuper præmiſſis aduerſus te pro ſe, vel aliĳs ꝑponere vellent, & q̃d ſcripſerant, legitime demonſtrarent: ipſi aũt, quod non ꝓpoſito accuſandi hæc ſcripſerant reſponderunt, ſed quia ſup quibuſdam incorrigibilis videbaris, quædam de te apoſt. ſedi duxerant intimanda: ſed nuncius, qui pro literis acceſſerat impetrandis, mandati formam exceſſit.

4. queſt. 5. ca. Quiſquis Epiſcoporum

Nos igitur dictis canonicis ſuper p̃dictis ſilentium duximus imponendũ, ne te de cætero eis ſuper his accuſare liceat, vel etiam infamare.

Quia vero prædicti canonici, citra vinculum inſcriptionis deſiſtere voluerunt, eis de iuris permiſſione id non duximus imputandum. Ne autẽ in abſolutione

2. queſt. 5. ca. Si quẽ

tua minus canonice ꝓcedere videamur, quamuis potius in odore bonæ opinionis coepiſcoporum noſtrorum, quam eorum infamia delectemur, Cabilonen. epiſcopo & abbati de Firmitate, inq̃ſitionem tuę famę duximus committendam.

IDEM SALIBVRGENSI Archiepiſcopo.

Ad proſequendam accuſationem criminalem, non admittitur procurator, licet poſſit allegare cauſam abſentiæ, ſeu alias exceptiones non tangentes crimen propoſitum: & qui iurauit ſtare mandato alicuius, non admittitur ad accuſandũ illum, ſi virtute iuramenti ſibi fuit iniunctum ut non accuſaret. Conſtit. II.

Venies ad apoſt. ſedem A. Pragen. canonicus contra Pragen. epiſcopum inter alia ꝓpoſuit corã nobis, q̃d cũ eſſet filius ſacerdotis, in eccleſiam ſuerat Pragen. intruſus: & contra eiuſdem eccleſiæ priuilegiũ homagium duci Bohemię præſtitiſſet, ſic ſubĳciens Pragen. eccleſiam ſeruituti. Et infra. Vnde p̃dictum epiſcopum ad feſtum reſurrectionis dominicæ peremptorie nos meminimus citauiſſe. Idem vero ad ſuam excuſationem viaꝝ diſcrimina, cõſecrationẽ chriſmatis imminentẽ, & q̃d filius Bohemiæ principis eſſet ꝑ ipſum baptizandus, tũc temporis per nũcios & literas allegauit. Licet autem excuſationes huiuſmodi, ſicut erant, friuolas æſtimantes, ipſum reputauimus contumacem: nec procuratores eius in cauſa poſſemus recipere criminali: eis tamen conceſſimus auditores, vt ſi poſſent, illum aliquatenus excuſarent. Cumq; prædictus A. coram eis repetiiſſet obiecta, fuit ex aduerſo reſpõſum, q̃d cum olim ſuper hoc ad Magdeburgenſem archiepiſcopum literæ fuerant impetratę, idem A. in obiectorum ſe videns probatione deficere, ad pedes eius ſe humiliter ꝓſternens, veniam poſtulauit: & quod aduerſus eũ calũnioſe proceſſerat eſt confeſſus. Cæterum cũ ſuper hoc mãdato ſtare eiuſdem archiepiſcopi iurauiſſet, ipſe præcepit eidem, ſub debito ꝓſtiti iuramenti, vt contra eundem epiſcopum de cætero proponere talia non auderet.

Ibid. cap. Veniens

5. queſt. 3. ca. In criminali

Cum igitur nobis ex ipſius A. confeſſione conſtaret ipſum iuramentum huiuſmodi pręſtitiſſe, ac tale recepiſſe mandatum, ſuper impetitione dicti epiſcopi ſilentium ei duximus imponendũ: ꝓpter cõtumaciã tñ eidem epiſcopo citationẽ & purgationẽ ꝓpter infamiã indicẽtes.

3. queſt. 10. ca. Placuit

canonicã purgationem

IDEM PRIORI S. FRIDIANI, & magiſtro B. canonico Piſano.

Denunciator criminis non ſe inſcribit, quia ad correctionem tendit: accuſationem autem inſcribit, quia tendit ad pœnam: excipiens uero inſcribit ad pœnam extraordinariam, ſi per exceptionẽ deijcitur ab obtento: & dum diſcutitur de crimine per modum exceptionis, poteſt interuenire procurator.

Conſtit. III.

Ibid. cap. Super his

SVper his, de quibus nos conſulere voluiſtis, inqſitioni veſtræ breuiter reſpondemus, qđ tribus modis valet crimẽ opponi: Denũciando, excipiendo, & accuſando. Qñ crimẽ in modum denunciationis opponit, nõ eſt inſcriptio neceſſaria, ſed cũ in modum accuſationis, oportet inſcribi, quoniam ad depoſitionẽ inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionẽ eſt denunciatio facienda. Cũ aũt excipiendo fuerit crimen obiectũ, diſtinguendum eſt, quare opponatur & qñ. Si autẽ obijcit, vt ab accuſatione & teſtificatione aliqs repellatur, nõ eſt inſcribi neceſſe, ſed cum opponit, vt quis à promotione officij vel beneficij excludatur. Si ante confirmationem obijcitur, non cogitur quiſq̃ inſcribere: qa crimẽ hoc modo probatum, impedit promouendum, ſed nõ deijcit iam ꝓmotum. Poſt cõfirmationẽ vero, cum ſcilicet ordinandus fuerit aliquis aut etiam conſecrandus, quia etiam ab obtinendo repellit, & deijcit ab obtẽto, ad extraordinariam pœnã, ſcdm arbitrium iudicis diſcreti, citra vinculũ inſcriptionis eſt excipiẽs aſtringẽdus, ſi defecerit in ꝓbando: pro eo qđ crimine ſic probato perdit, qđ p electionem & confirmationẽ ei fuerat acquiſitum: ſed ob hoc prius habita non amittit. Licet enim agatur de crimine, nõ eſt tamẽ huiuſmodi quæſtio criminalis: vnde per procuratorem poteſt rite tractari.

Infra lib. 5 tit. de Simonia, cõ ſtitu. Licet heli

IDEM EPISCOPO VERcellenſi, & abbati de Tileto.

Generales inquiſitores, ſi non ſeruauerĩt debitum inquiſitionis ordinem, prudenter & caute ſe corrigere debent. Item quæ ſit forma iuramenti, quam inquiſitores exigunt ab inquiſitis.

Conſtit. IIII.

Ibid. cap. Qualiter

QValiter & quãdo. Et infra. Si circa Nouaſieñ. epiſcopum debitũ inqſitionis ordinem ſeruaſtis, diſcretionem veſtram in dño commendamus. Si vero qualibet occaſione prętermiſiſtis eundẽ, adhuc ipſm tẽpore oppostuno volumus obſeruari, ne inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcuntur. Ideoq; mãdamus, quatenus ad conſcientiæ veſtrę iudicium recurrentes, ſi contra præſcriptum ordinẽ, tanquam homines exceſſiſtis, non pudeat vos errorem veſtrũ corrigere, qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis errores: quoniam apud iudicem diſtrictũ, in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis: ita videlicet, vt inueniatis occcaſionem aliquam congruentem, per quam ne veſtra vileſcat autoritas, quanto cautius & prudentius poteritis ſuperſedeatis ad pſens: quoniam ex his, quæ inordinate ſunt acta, non poteſt ordinabiliter agi.

11. quæſt. 3. ca. Peruenit

Mat. 7

Si vero præſcriptum ordinem cuſtodiſtis, omni gratia & timore poſtpoſitis, Deum ſolum habentes præ oculis, via regia incedentes, ſine perſonarũ acceptione in negocio procedatis. Formam vero iuramenti, quam à clericis Nouarieñ. ſup inquiſitione facienda in hoc negocio recepiſtis, in ſimilibus volumus obſeruari: vt videlicet iurent clerici, quod ſuper his, quæ ſciunt vel credunt eſſe in ſua eccleſia reformanda, tam in capite, quam in membris (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicant inqſitoribus veritatem.

14. quæſt. 5. ca. Neq; enim ſi

Supra lib. 2. conſti.

IDEM ARCHIEPISCOPO Arelatenſi, & abbati Vallis magnę.

Si is, contra quem inquiritur, iurauit reſpondere tantum ad interrogata, poſt confeſſionem auditur uolens probare excuſationes quæ confeſſionem non perimunt, ſed exponunt: ſecus ſi iurauerit plenam & meram ueritatem dicere.

Conſtit. V.

Ibid. cap. Cum dilecti

CVm dilecti filij Ciſtertieñ. abbas & P. & R. monachi Fõtis frigidi apoſtol. ſedis legati ad eccleſiã Agathcñ. acceſſiſſent, vt in ea legationis officium exercerent, quia de Agatheñ. epiſcopo per frequentem clamorem multa ſibi fuerãt inſinuata ſiniſtra: voluerunt deſcendere ac videre, ſi clamorem opere compleuiſſet. Et infra.

2. quæſt. 1. ca. Deus omnipotens

Gen. 6

Quia vero nobis nõ cõſtitit, ſub qua forma

forma Epiſcopus cũ canonicis Agatheñ. corã dictis legatis pſtiterit iuramentum, vtrũ,videlicet ita iurauerit, vt ſuper ſtatu eccleſiæ plenã & meram diceret veritatẽ, an vt ad inquiſita veraciter reſponderet: Mandamus,quatenus eiſdem legatis ex parte noſtra mandetis,vt ſub qua forma iuramentũ præſtiterit, ſtudeant fideliter intimare.Et ſi ſecundum reſponſionem eoꝝ,ſub ſecunda forma iurauit, aut ipſe ſufficienter ꝓbauerit, ſe ſub illa forma iuraſſe,p depoſitiones teſtium, q̃s ꝓduxit, aut etiam alioꝝ:cum depoſitiões illæ nõ fuerint publicatæ,nec productioni teſtium renunciare curauerit: qm̃ ſcd'm eandem non teneret ex debito iuramenti,niſi ad inquiſita ſolummodo reſpondere, vos excuſationes ſuas audire curetis. Et ſi eas ꝓbauerit, cum excuſationes huiuſmodi confeſſiones non perimãt,ſed exponant,quæ tales ſunt,vt ad bonũ & malũ valeant retorqueri,& ideo iudicari debent ex cauſa,eũ ſublato appellatiõis obſtaculo abſoluatis:cũ & ſi repertus ſit culpabilis in q̃buſdã, ex labore tñ & pudore punitus, q̃s ꝓpter hanc cauſam incurrit,huiuſmodi leuis culpa leuiter ei valeat indulgeri. Quod ſi excuſationes illas ſuper dilapidationẽ, naufragio & ſimonia ꝓbare nequiuerit,aut ſub prima forma iurauerit, cũ ſecundũ eandem,nec veritatem tacere,nec admiſcere debuerit falſitatem:vos,(non obſtantibus excuſationibus,quas de nouo propoſuit:cũ in cõfeſſionibus ſuis nullã de illis omnino fecerit mentionem,quamuis firmiter aſſeruerit,quod plures ex illis legatis prædictis expoſuit, cum hoc p ſe probare non poſſet, tãquam qui ſolus examinabatur ab illis)eũ ab adminiſtratione Agatheñ. eccleſiæ remouere curetis.

j.queſt. 9. ca.Hortamur. 1.queſt.1. ca.Nulli.

IDEM ARCHIEPISCOPO Terraconenſi,& Abbati S.Mariæ de Populeto & Archidiacono Barchinoneñ.

De ueritate criminũ non inquiritur,niſi prius conſtet de infamia, & tunc nõ inimici uel periuri,ſed idonei uiri ad proſequendum inquiſitionem & ad teſtimonium admittuntur: & non probato crimine,indicitur infamatis purgatio.

Conſtit. VI.

CVm oporteat epiſcopum.Et infra. Sane venientibus ad apoſt. ſedẽ G. & H. canonicis Vicentinenſibus & multa enormia contra Viceñ. epiſcopum ꝓponentibus corã nobis, quia illa non debeamus ſub diſſimulatione tranſire,vobis inquiſitionẽ illoꝝ duximus committendam. Verꝰ dictus epiſcopus, antequã ad ipſum noſtra citatio perueniſſet,ad p̃ſentiam noſtram accedens propoſuit q̃d illi,qui enormia de ipſo ſuggeſſerant tipo malitię potius,quam iuſtitiæ zelo dicti nobis huiuſmodi intimarunt: cũ ipſi eius ſint inimici manifeſti, & cum eius hoſtibus conuerſentur, conſanguineos que ſuos ac complices intendant ad teſtificandum producere contra ipſum, qui ad denunciandum,ſeu teſtificandum ad mitti non debent, vtpote iuramenti præſtiti transgreſſores, & alijs criminibus irretiti.Et infra. Diſcretioni veſtræ mandamus,quod niſi ſuper prædictis famam ipſius læſam eſſe noueritis,vos ad inquiſitiõem illoꝝ,ſubito non ꝓcedatis.Quod ſi ad inquiſitionem fuerit procedẽdum, prædictos vel alios,quos ipſius eſſe conſtiterit inimicos, nec ad proſequendam inquiſitionem, nec ad perhibendum teſtimonium contra ipſum epiſcopum admittatis:ſed per viros idoneos ſuper his, quæ geſta ſunt,inquiratis diligentius veritatem: & ſi nihil graue probatum fuerit contra ipſum,vos purgationem canonicam indicatis eidem.

Ibid. cap. Cũ oporteat.

j.queſt.5. ca. Conſãguinei ac cu.

INNOCENTIVS PAPA III.

A denunciatione repellitur publicus concubinarius, excommunicatus & conſpirator & is qui non premonuit. Conſtit. VII.

CVm dilectus filius. Et inf. Si vobis cõſtiterit p̃dictos,q̃ꝝ nomine ſunt exceſſus huiuſmodi de epiſcopo nũciati, publice cõcubinarios tũc fuiſſe,ꝓpter q̃d in eos fuit excõmunicatiõis ſententia ꝓmulgata,vel p̃ſatũ epm̃ de iã dictis exceſſibus nõ fuiſſe ꝓmonitũ ab eiſdem, vel ipſos cõſpiraſſe in eũ,à denũciatiõe repellatis eoſdẽ:alioqn audiatis, quæ fuerunt hincinde ꝓpoſita: eidẽ epiſcopo autoritate noſtra nihilominus prohibentes,ne ſuper his , ſuper quibus ad audientiam noſtram fuerit legitime appellatum,præfatos clericos indebite grauare præſumant,donec cauſa ſupradicta iuxta formam mandati noſtri fuerit terminata.

Ibid. cap. Cũ dilect.

Inera.lib. 5.de ſimonia,conſti tu.p tuas.

Idem

præfatos clericos indebite grauari præſumat donec cauſa ſupradicta iuxta formam mandati noſtri fuerit terminata.

IDEM EPISC. GEBENEN.

Crimen probatum per modum inquiſitionis, regulariter pœna ordinaria non punitur: ſed ſi impedit ordinis executionem, fit depoſitio, ſicut in accuſatione: & ſi impedit tantum beneficij retentionem, fit priuatio à beneficio, nec poterit iudex hanc pœnam moderare. Coſtit. VIII.

Ibid. cap. Inquiſitionis

INquiſitionis negociũ, quã de epiſcopo & de canonicis Valentiñ. vobis cõmiſimus terminandam. Et infra.

Secundo qſiſtis, quid vobis ſit ſtatuẽdum, ſi contra quempiam per inquiſitionem probatum fuerit tale crimen, quod deponeret accuſatum criminaliter & cõuictum: in quo quidem duximus diſtinguendum, vtrum ſit tale crimen, quod ordinis executionem ſuſcepti, aut retentionẽ beneficij etiam poſt pactam pœnitẽtiam impediret: puta ſi homicidium cõmiſiſſet, vel adeptus eſſet ordinem, aut beneficium vitio ſimoniæ: quo caſu erit ſicut in accuſationis iudicio ꝓcedendum: alioquin ſecundum perſonæ merita, & qualitatem exceſſus pœnã poterit iudicantis diſcretio moderari.

Contra non infamatum ſuper ueritate criminum inquiri non debet, etiam ſi libellus famoſus contra eum oblatus fuerit in ſecreto, nec ſuper principali creditur teſti, qui iuratus dicit ſe illum, contra quem inquiritur, inimicum. Idem ſi hoc dicit ante iuramentum, niſi præſumatur hoc dixiſſe in fraudem.

Tertiæ dubitationis articulus cõtinebat, vtrum cum duo vel plures iurati affirmant aliquem crimẽ aliquod eiſdem videntibus commiſiſſe, de q̃ aliqua infamia non laborat, aliquã illi pœnã infligere debeatis. Et vtrum ad petitionem q̃rundam quaſdam ſcedulas vobis occulte tradentium infamationẽ epiſcopi continentes, ſit ad inquiſitionem eoꝝ, quæ in ipſis continent ſcedulis, ꝓcedendum, an fides eoꝝ dictis debeat adhiberi, qui

C. de teſtibus, l. nullum

poſt iuramentũ interrogati ſecreto, vtrũ ſint eoꝝ, de qbus inqrit, inimici: Reſpõdent, q̃d nõ diligũt illos, vel directe inimicos ſe aſſerunt eorundẽ, aut etiã ante iuramentum id publice confitentur, nullas tñ inimicitiarũ cauſas, ꝓbabiles oſtendentes. Ad hæc reſpondemus, nullũ eſſe pro crimine, ſup q̃ aliqua non laborat infamia, ſeu clamoſa inſinuatio nõ pceſſerit, propter dicta huiuſmodi puniendũ: q̃nimo ſup hoc depoſitiões cõtra eũ recipi nõ debere, cũ inqſitio fieri debeat ſolũmodo ſup illis, de qbus clamores aliqui pceſſerunt. Nec ad petitionẽ eoꝝ, q libellum infamationis porrigunt in occulto, ꝓcedendũ eſt ad inqſitionẽ ſup cõtentis ibidẽ criminibus faciendũ. Aut etiam aduerſus eos, contra q̃s ſit inqſitio, fides adhibenda dictis eorum, q poſt iuramentũ vel ante tacite, vel expreſſe inimicos ſe aſſerũt eorundẽ: niſi forſan ante iuramẽtũ in fraudẽ id facere pſumant.

5. queſt. 1. ca. Quidã

Non punitur quis de crimine, de quo non conſtat niſi per famam, & teſtium credulitatem: & per dicta paucorum non debet quis apud iudicẽ infamatus reputari.

Quæſiuiſti etiã, q̃d ſtatui debeat, ſi nihil p certã ſcientiã, ſed tantũ p famã, & eoꝝ, q fuerint inqſiti, credulitatẽ iuratã cõtigerit inueniri. Et vtrũ aliquis ſuper eo crimine reputari debeat infamatus, de q̃ ipſum duo vel tres vel etiã plures dixerint infamatum: licet de ipſo nihil ſiniſtri in publico audiatur. Ad q̃d eſt noſtra reſpõſio, q̃d ppter famã & deponentiũ credulitatẽ duntaxat nõ erit ad depoſitionis ſententiã ꝓcedendũ. ſed infamatio canonica poterit indici purgatio ſecũdũ arbitriũ iudicantis, q ppter dicta paucoꝝ eũ infamatũ reputare non debet, cuius apud bonos & graues læſa opino nõ exiſtit.

IDEM EPISCOPO ET Decano Saluatenſibus

Si ii, de cuius crimine in iudicio conſtat, petit reſtitutionem propter iudiciarium ordinem non ſeruatum, non eſt audiendus, ſed eum tanquam notorium crimìnoſum debet ſuperior de nouo priuare. Conſtit. IX.

Ibid. cap. Ad petitionem

AD petitionẽ Galteri q̃ndam Corbienſis abbatis R. P. canonicis Nouiomeñ. à nobis dudũ correctiõe cõmiſſa. Et inf. Veꝝ dilectus filius G. S. Mariæ in porticu diaconus cardinalis apo. ſedis legatus dicto G. pſente, nec reclamãte ſup ſtatu monaſterij cœpit inqrere diligenter, & cũ inqſitione finita eum Pariſius euocaſſet, ꝓpoſituꝝ cõtra inqſitionẽ eandẽ ſi q d ratiõabiliter duceret ꝓponendũ, idẽ pſentiã eius audiẽs, allegauit, quod

q̃d in monaſterij correctiõe pcedere nõ
valebat, q̃ p̃dictis iudicibus prius fuerat
autoritate noſtra cõmiſſa, licet cardinalē
ipſum ex iuſtis cauſis ſe aſſerēs habere ſu
ſpectũ, vocē ad nos appellationis emiſit:
quē cardinalis (inſpectis q̃ pbata fuerant
cõtra eũ) amouit à regimine abbatiæ, dã
do fratribus eiuſdē loci liberã facultatē
aliũ eligēdi: q priorē de argentolio elege
runt cõcorditer in abbatē. Et inſ. Cũ igit — 2. quæſt. 1 ca. In primis
nobis de talibus fuerit facta fides, ppter
q̃d p̃ſatus G. erat merito amouēdus, & ſi
reſtituēdus foret ppter iudiciariũ ordinē
nõ ſeruatũ, ipſum puidimus manere pri-
uatũ regimine abbatię: ſupradictũ prio-
rem, (pro eo quod p̃ſato G. ppter iuris
ordinem nõ ſeruatũ inordinate remoto,
intelleximus ob eãdem cauſam p conſe-
quentiã minus legitime ſubſtitutũ) per
ſententiã amouentes: quem qa nõ ppter
pſonæ vitiũ, vel ſcientię defectũ, ſed pro
pter iuris ſolennitatem prætermiſſam a-
mouimus, ipſum poſtmodum reſtitui-
mus in abbatem.

INOCENTIVS PAPA III.

*Agenti poßeſſorio adipiſcendæ in beneficia-
libus, non obſtat exceptio criminis, niſi de eo
ſit infamatus: & infamato, accuſatore non pro-
bante, uel non apparente, indicitur purgatio, in
qua ſi defecerit, punitur ut conuictus.*

Conſtit. X.

Ibid. cap. Accedens — ACcedens ad præſentiam noſtram
G. quondam nepos H. ſubdiaco-
ni noſtri, ſua nobis cõqueſtione mon-
ſtrauit, q̃d cũ idem H. apud ſedem apoſt.
viam vniuerſæ carnis ingreſſus fuiſſet, p̃
bendam, quã decedens habuerat in eccle
ſia Cremonẽ. ei duximus conferendã.
Et infra. Mandamus, quatenus, niſi p̃ſa-
tus G. ſup obiectis eidem in modũ exce-
ptiõis criminibus, videlicet piurio & ho
micido publice fuerit infamatus, conceſ
ſionem noſtrã ſibi factam executioni mã
detis. Deinde ſi legitimus accuſator appa
ruerit, audiatis quæ fuerint hinc inde p-
poſita: & ſi prædicta crimina vel eorum
aliquod legitime probatum fuerit con-
tra eum, ipſi ſuper eadem prębenda ſi-
lentium imponatis. Si vero contra eum
legitimus non apparuerit accuſator, &
ipſe ſuper prædictis criminibus dinoſci-
tur reſperſus infamia, purgationem ei ca
nonicam indicetis: in qua ſi defecerit, im
ponatis ei ſilentium. Si autem purgatio-
nem præſtiterit, contradictores ab eius
moleſtia compeſcētes, eos q eũ niſi ſunt
impedire in expēſis legitimis cõdēnetis.

DE CALVMNIATO ribus.

INNOCENTIVS PAPA III.

Camorenſi, Segebienſi & Abulen-
ſi Epiſcopis.

*Denunciator in probatione criminum defici
ens, ab officio & beneficio ſuſpenditur, donec
innocentiam ſuam purget.*

Conſtit. XI.

CVm dilectus filius — Extra lib. 5. tit. 2. de calumniatorib' ca. Cum dilectus
magiſter ſcholarũ
Paleſtinus ad ſedē
apoſt. acceſſiſſet, &
de ſuo ep̃o exceſ-
ſus varios nũciaſ-
ſet, examinationē
cõmiſimus exceſſu
um obiectorum. Et inſ. Cũ aũt pceſſum ne-
gocij examinauerimus diligēter, nec ĩtel
ligere potuerimus probatũ eſſe ſufficien
ter aliq̃d de prædictis, eundem epiſcopũ
abſoluendũ decernimus ab obiectis, vo
bis mandantes, quatenus memoratũ ma
giſtrum ſcholarum, donec purgauerit cano
nice ſuam innocentiã, ſcilicet quod non
calumnandi animo ad huiuſmodi crimi — 2. quæſt. 3 ca. Qui nõ proba
na pponenda proceſſit, ab officio & bene
ficio ſuſpendatis, vt cæteri ſimili pœna p — 2. quæſt. 7 ca. Qua propter
teriti, ad infamiam ſuorum facile non p-
filiant prælatorum.

DE SIMONIA, ET ne aliquid pro ſpirituali bus exigatur, vel promittatur.

INNOCENTIVS PAPA III.

Abbati de iugo Dei & Priori de Sill.

*Pro benedictionibus nubentium & exequijs
mortuorum nihil exigi debet.* Conſtit. XII.

SVani nobis paro- — Extra lib. 5. tit. 3. de Simonia, cap. Suam nobis
chiani de villa
Franca querimo-
niã deſtinarunt, q̃d
capellanus eorum
pro exequijs mor-
tuorum & benedi
ctionibus nubenti
um minus licite ab eis pecuniam exigit
&

& extorquet. Et inſra.

Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus dictũ capellanũ, vt à tanta præſumptione deſiſtat, & etiam pro exceſſu ſatis faciat competenter, moneatis ſibi (ſi obedire noluerit) pœnam canonicam infligentes.

IDEM ARCHIEPISCOpo Cantuarienſi.

Si per accuſationem conſtat monachũ ſimoniace fuiſſe receptum, receptus & recipiens deponuntur. Si uero per inquiſitionem, receptus in arctius monaſterium detruditur: recipienti uero & maioribus pœna condigna imponitur: & interim ab executione ordinum ſacrorum ſuſpenduntur.

Conſtit. XIII.

Ibid. cap. Dilect⁹ filius.

Dilectus filius A. nuncius tuus, pro parte tua ꝓpoſuit, q̃d cũ Cantuarienſem diœceſim viſitans, in monaſterijs & religioſis locis pullulaſſe repereris ſimoniacã prauitatẽ, ita quod in eis multi precio ſunt recepti, q potius gratis recipi debuiſſent, imo etiam ad religiõis obſeruantiã inuitari. Dubitas igitur, an (q̃a multitudo reperitur in cauſa) ſeueritati ſit aliquid detrahendum.

1. q̃ſt. 1. ca. Quã pio. 50. di. ca. vt conſtitueretur.

Nos inquiſitioni tuę taliter reſpondemus, quod ſi aduerſus eos, qui labe fuerint huiuſmodi maculati, accuſatio corã te fuerit canonice inſtituta: poſtquã crimen fuerit ordine iudiciario pateſactũ, tam in dantes, quam in recipientes canonicæ ſeueritatis exerceas vltionẽ. Quod ſi de hoc tibi p ſolã inq̃ſitionẽ cõſtiterit, eos, q p ſimoniacam prauitatem in locis talibus ſunt recepti, ab illis amotos, ad agẽdã pœnitẽtiã ad monaſteria dirigas arctiora. Abbatibus aũt abbatiſſis, prioribus, prælatis quibuſlibet, & officialibus eorundem iniungas pœnitentiam competentem: & donec illam peregerint, eos à ſacroꝝ ordinũ executione ſuſpendas, iniungens epiſcopis tuis, vt hanc formã per ſuas diœceſes ſtudeant obſeruare.

Extra lib. 5 tit. 3. de ſimonia cap. Inſinuatum.

Illud tñ gratãter recipi poterit, quod fuerit ſine taxatione gratis oblatum.

1. diſt. ca. de eulogijs

IDEM PRIORI SANCTI Victoris, Magiſtris I. Bononiẽſi & L. Modicenſi canonicis.

Abbas contra teſtes, qui depoſuerunt cõtra eum de ſimonia in iudicio inquiſitionis excipere poteſt, quod ſunt inimici & conſpiratores: alias uero exceptiones criminum opponere non poteſt.

Conſtit. XIIII

Ibid. cap. Licet Heli

Licet Heli ſummus ſacerdos in ſe bonus exiſteret, q̃a tñ filioꝝ exceſſus efficaciter nõ corripuit, & in ſe pariter, & in ipſis animaduerſiõis diuinæ vindictã excepit, dũ filijs eius in bello pemptis, ille de ſella corruẽs, fractis ceruicibus, expirauit. Ad corrigẽdos igiť ſubditoꝝ exceſſus, tãto diligẽtius debet ꝑlatus aſſurgere, quãto dãnabilius eoꝝ offenſas deſereret icorrectas, cõtra q̃s (vt de notorijs exceſſibus taceať) & ſi tribus modis ꝓcedi poſſit, p accuſationẽ videlicet, denũciationẽ & inq̃ſitionẽ ipſoꝝ: vt tñ in omnibus diligẽs adhibeať cautela, ſicut accuſationẽ legitimã ꝓcedere debet inſcriptio, ſic & denũciationẽ charitatiua correctio, & inq̃ſitionẽ clamoſa debet inſinuatio ꝓuenire. Deſcendã, inq̃t dñs, & videbo, vtrũ clamorẽ, q venit ad me, opere cõpleuerint. Tũc eñ clamor puenit ad ꝑlatũ, cũ p publicã ſamã, aut inſinuatinoem ſrequentẽ ſubditoꝝ ſibi referunť exceſſus: & tunc debet deſcendere & videre, id eſt, mittere & req̃rere, vtrũ clamorẽ, q venit, veritas comiteť. Nã iuxta canonicas ſanctiones, ſi q̃d de quocunq; clerico ad aures ꝑlati puenerit, q̃d eũ iuſte poſſit offẽdere, nõ facile credere, nec ad vindictã eũ res accẽdere debet incognita, ſed corã eccleſię ſenioribus diligenter eſt veritas ꝑſcrutatãda: vt ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpã ſeriat delinquentis: nõ tanq̃ ſit idem accuſator & iudex, ſed quaſi ſama deſerente, vel denunciãte clamore, ſui officij debitũ exequatur: eo ſemp adhibito moderamine, vt iuxta iudicij formam, ſentẽtię quoque forma dictetur.

1. Reg. 4. 23. queſt. 5 ca. Non ſunt

11. diſt. ca. Dictũ eſt.

Gen. 18. 2. queſt. 1. ca. Deus omnipotens long. 1

86. diſt. ca. Si quid vero.

2. queſt. 1. ca. In primis & ibi ca. Multi

Cũ igiť de abbate Põpõſiano ea nobis freq̃nter inſinuata fuiſſẽt, q̃ ab honeſtate regulari nimiũ diſſonabãt, monachis ad ꝑſentiã noſtrã accedẽtibus, q̃dã ex ipſis nobis ipſum de ſimonia, piurio, dilapidatione, ac inſufficiẽtia detulerũt, cõtra q̃s cũ idẽ abbas exciperet, q̃d denũciationẽ huiuſmdi fraterna correctio ſecundum regulam euangelicam non præceſſerat, & ndem conſtanter aſſererent, quod correctionem huiuſmodi pręmiſiſſent, licet ad

Mat. 18. 2. queſt. 1. ca. Si peccauerit

ad probãdum hæc duoꝝ monachorum
iuramenta ſuiſſent exhita: quia tamen ſu
per hoc ipſi nondum contendere deſiſte
bant, nos, vt prædiximus, frequentibus
clamoribus excitati, ex officio noſtro
voluimus ingrere de p̃miſſis omnes mo
nachos, qui vel cũ ipſo, vel contra ipſum
acceſſerant, iuramenti vinculo aſtringen
tes, vt de propoſitis plenam, quam ſcirẽt,
exponerent veritatem: quoꝝ depoſitio-
nes cum in ſcriptis redactæ, publicatę ſu
iſſent, ſuper illis cœperunt multipliciter
diſputare. Quia vero tum ex aſſertione
monachorum, tum ex ipſius abbatis cõ
feſſione cognouimus, q̃d idem non mo
dicam ſummam pecuniæ relictam à prę
deceſſore ſuo expenderat, & in alia ſum
ma maiori monaſterium obligarat: nos
eum quaſi de dilapidatione ſuſpectum
ab adminiſtratione abbatiæ duximus ſu
ſpendendum. Et quia ſimonia multis
modis cõtra ipſum abbatem videbatur
eſſe probata, ipſe cõtra teſtes multas ex-
ceptiones oppoſuit, ſuper quibus fuerat
multipliciter diſputatum: alijs aſſerenti-
bus in crimine ſimoniæ, ſicut in crimine
lęſę maieſtatis omnes indifferenter, tam
infames, quã criminoſos, non ſolum ad
accuſandũ, ſed etiã ad teſtificandũ admit
tendos: cũ inſtar publici criminis & læſę
maieſtatis ꝓcedat accuſatio ſimoniæ: a-
lijs econtrario reſpondentibus, quod li
cet hæc duo crimina, quantum ad accu-
ſationẽ, quaſi paria iudicentur: differunt
tamẽ in multis, cum alia pœna pro vno,
& alia pro altero inferatur: & inter per-
ſonas accuſatorum & teſtium ſit vtiq; di
ſtinguendum: cum non per accuſatores,
ſed teſtes crimina comprobentur.

35. quæſt. 6. ca. Epiſcopus in ſynodo

Ne vero vel innocentiæ puritas con-
fuſa ſuccumberet, vel ſimoniæ prauitas
effugeret impunita, nos æquitate penſa-
ta, illas duntaxat exceptiones oppoſitas
probandas admiſimus, quæ probatę nõ
de zelo iuſtitię, ſed de malignitatis ſomi
te procedere viderentur.

Supra eodẽ, conſt. proxima

INNOCENTIVS PAPA III.

An & quando teſtes criminoſi admittantur in crimine ſimoniæ, &c. Conſtit. XV.

PEr tuas literas nobis intimaſti, te
dubitare ſuper quadam epiſtola de
cretali, quam nos aſſeris edidiſſe de teſti
bus admittendis cõtra ſimoniacã praui-
tatem. Noueris igitur, quod nos illam
epiſtolam, quæ ſic incipit: Quamuis ad
abolendam, nequaquam edidimus: ſed
aliam, quæ ſic incipit: Licet Heli, nos edi
diſſe fatemur: ad eius intelligentiam cre-
dimus diſtinguendum, vtrum is, contra
quem agitur de ſimoniaca prauitate, de-
nuncietur ſimpliciter, aut criminaliter
accuſetur: & vtrum agatur ſecundũ iuris
rigorem, an ſecundum temperantiã æq-
tatis. Item, vtrum ipſe ſit regularis, qui
iam renunciauerit mundo, an ſecularis,
qui adhuc in mundo exiſtit, & an inferi
oris gradus, an excellentioris ſit digni-
tatis. Ad hæc, vtrum ante fuiſſet clarę
opinionis, & bonæ famæ, an grauiter in
famatus, & valde ſuſpectus: & vtrum de
facili poſſit puniri, an ſine ſcandalo ne-
queat condemnari. Præterea, vtrum te-
ſtes ſint honeſti, an criminoſi, & an ſint
emendati de crimine, an adhuc in crimi
ne perſeuerent. Rurſus, ſi crimina ſint ea
dem vel minora, an paria, vel maiora: v-
trumue teſtes ex zelo iuſtitiæ, an ex ma-
lignitatis fomite depoſuiſſe credantur.
Deniq;, vtrum ad prauitatem ſimoniacã
detegendam ſola dicta teſtium inducan
tur, an alia etiam adminicula ſuffragen-
tur.

Ibid. cap. Per tuas

2. quæſt. 1 ca. In primis

23. quæſt. 4 ca. Non poteſt

Hæc omnia ſunt ad intelligentiam il
lius epiſtolæ diſtinguenda. Ille quidem
Pompoſianus abbas, qui iam pridem re
nunciauit mundo, erat de ſimonia, periu
rio, dilapidatione ac inſufficientia graui
ter infamatus. Cũq; per monachos, qui
iurauerant perhibere teſtimonium veri-
tati, ſimonia multis modis videretur eſ-
ſe probata: ipſe contra teſtes multas ex-
ceptiones oppoſuit, conſpirationes vide
licet, inimicitias capitales, furtum & ad-
ulteriũ, vt eos à teſtimonio remoueret.
Nos vero (ne innocentiæ puritas confu
ſa ſuccumberet, vel ſimoniæ prauitas ef-
fugeret impunita) illas duntaxat exce-
ptiones probandas admiſimus, quibus
forte probatis, teſtes non zelo iuſtitiæ,
ſed malignitatis fomite proceſſiſſe con-
ſtaret, vt conſpirationes & inimicitias ca
pitales: cæteras aũt exceptiones, vt furti,
adulterij, propter immanitatem hæreſis
ſimoniacæ (ad cuius comparationem cæ
tera crimina quaſi pro nihilo reputant)
duximus repellendas: qm̃ & ſi ꝓbatę fidẽ

18. quæſt. 2. ca. Si qs Abbas

11. quæſt. 1 ca. Coniurationum

1. quæſt. 7 ca. Patet Simoniacos

MMm teſti-

teſtiũ debilitarent in aliquo, non tamen
euacuarent ex toto,alijs adminiculis ſuf
fragantibus,præſertim cum teſtes de cri
mine ſuerint emendati.

Tales igitur contra talem taliter duxi
mus admittẽdos,non ſecundũ rigorem
iuris,ſed ſecundum temperantiam æqui
tatis,cum ageretur non criminaliter, vt
deponeretur ab ordine : ſed ciuiliter, vt
ab adminiſtratiõe amoueretur, tanq̃ im
meritus & damnoſus:& vtiq; tales præ-
lati ex leuioribus cauſis poſſunt ab ad-
miniſtrationibus amoueri,ſicut quorũ-
dam religioſorum approbata conſuetu-
do depoſcit. Vnde p̃dictus abbas nõ ex
pectata ſententia,quaſi male conſcius ſi-
bi,ceſſit.

IDEM ABBATI TEM-
blacenſi.

*Non imputatur electo confirmato,ſi eo pro
hibente pro ipſius confirmatione pecunia data
fuit.* Conſtit. XVI.

Ibid.cap. Sicut tuis — SIcut tuis literis intimaſti, cũ in Tem
blaceñ.eccleſia fueris monachus, fu
iſti tandem promotus ad regimen eccle
ſiæ Floreñ. Verum abbate Temblacenſi
poſt ſublato de medio:ipſa quæ prius te
Supra lib. 1.conſti. Cũ inter canoni. — filium habuerat,in patrem per electionẽ
canonicam te vocauit . Et quia paſtore
carebat Leodieñ.eccleſia cathedralis, ad
Colonieñ.eccleſiam, quæ tua eſt metro-
polis,proficiſcens, ipſius autoritate in
Temblaceñ. eccleſia interim miniſtraſti.
Ceterum poſtquam in Leodieñ.eccleſia
fuit epiſcopus inſtitutus, is à te requiſi-
tus,electionem de te ſactam noluit con
firmare. Verum cum hæc fieri pro extor
quenda pecunia comperiſſes, ſub inter-
minatione anathematis vetuiſti, ne pro
facto huiuſmodi aliqua pecunia offerre
tur. Sed quidam de fratribus,te incõſul-
to & ignorante,contra excõmunicatio-
nis,à te ſactæ,ſententiam venientes, pro
miſerunt pecuniã,& etiam exoluerunt:
& ſic ab epiſcopo inuitatus,inſtitutionẽ
ab eo accepiſti libere, quẽadmodum po
ſtulabas. Et infra.

1. quæſt.3 ca. Præſẽtium — Quamuis aũt ſecundum ſacrorum ca
nonum inſtituta,etiam paruuli,qui cupi
ditate parentum eccleſias per pecuniam
ſunt adepti, eas dimittere teneãtur: quia
tamen longe diuerſum eſt non præbere
conſenſum, & expreſſum aliquid prohi
bere:taliter duximus reſpondendum, q̃
niam ex eo,quod contra prohibitionem
& voluntatem tuam(à qua poſtmodum
minime receſſiſti)aliqs penitus te igno-
rante promiſit pecuniam,& exoluit,præ
ſertim quum is nulla ſit tibi conſangui-
nitate cõiunctus,nihil debet tibi ad pœ
nam vel ad culpam,ſicut credimus,impu
tari,niſi poſtea conſenſeris,pecuniã ſol-
uendo promiſſam,aut reddendo ſolutã:
alioqui cõtingeret, quod alicuius factũ — C.de pœnis. L. ſancimus
inſidias inimico parantis ei damnoſum
exiſteret,cui penitus diſpliceret:& ſi cali
quis de fraude ſua commodum repor-
taret.

Illos autem qui dederunt pecuniam,
vel etiam receperunt, intantum conſtat
eſſe culpabiles, quod ſi exceſſus eorum
eſſet eccleſiæ manifeſtus, q̃ nõ iudicat de — 32. diſt. ca. Erubeſcit
occultis, pœna eſſent canonica feriendi.

IDEM DECANO BEL-
uacenſi.

*Si clericus cum pacto confert eccleſiæ bona
ſua,ut in ipſa recipiatur in canonicũ,& illa ſibi
retineat pro præbenda,ſimonia committitur: ſe
cus ſi hoc fiat ſine pacto.* Conſt. XVII.

TVa nos duxit diſcretio conſulen- — Ibid.cap. Tua nos duxit
dos. Et infra. Deuotioni tuæ ta
liter reſpondemus,quod ſi quis clericus — 1 quæſt.1 ca. Quam pio
cum conditione vel pacto largiatur, aut
offerat bona ſuã,vt illa poſtmodum pro
præbenda retineat,& in canonicum ad-
mittat, huiuſmodi oblatio vel receptio
fieri nõ poterit ſine vitio ſimoniæ, cum
in talibus omnis pactio aut conuentio
ceſſare debeat, iuxta canonicas ſanctio-
nes. Si vero pure ac ſine pacto ex con
ditione qualibet offerat,rogans humili-
ter,vt in canonicũ admittatur, & bona
ſua retinere ſibi liceat pro præbenda, &
clerici eiuſdem eccleſiæ pure cõſentiant,
huiuſmodi exceptio fieri potuit abſque
ſcrupulo ſimoniacæ prauitatis.

Licet aũt taliter duximus reſponden
dum,quia nobis datũ eſt de manifeſtis
tantũmodo iudicare: ſi tamen is, qui ta-
lem donationem facit, ea intentione du
catur,vt per tẽporalia bona, quæ offert,
ſpiritualia valeat adipiſci,& clerici, qui
eum in fratrem admittunt,non eſſent e-
um,niſi commoda temporalia p̃ciperẽt,
admiſſuri,ſine dubio tam ille,q̃ iſti apud
diſtrictum iudicem,qui ſcrutator eſt cor — Hiere.17
dium,

Apoc.2 dium,& cognitor ſecretorum, culpabiles iudicantur.

IDEM PRIORI CARTHVS.

Non debet quis ordinē recipere ab eo, quem credit ſimoniacum: ſed miniſtrare poteſt in illis, quos prius ab iſto recepit.

Conſt. XVIII.

Ibid. cap. Per tuas — PEr tuas literas intimaſti, quod cū B. in quadam domo Carthuſienſis ordinis ſuſcepiſſet habitum monachalē, à diœceſano epiſcopo fuit in ſubdiaconum ordinatus: ſed poſtmodū didicit ex relatione quorundam, quod epiſcopus

1.dist.ca Nã uiſſe — multoties commiſerat vitium ſimoniæ: propter quod idem monachus in ſuſcepto formidat ordine miniſtrare, nolens ab eodē epiſcopo ad ſuperiores ordines promoueri. Et infra.

Nos igitur reſpondemus, vt idem in ordine ſic ſuſcepto ſecure miniſtret: ſed contra conſcientiam ad ſuperiores ordines non aſcendat, ne forte ædificet ad gehennam: licet ex eo, quod conſcientiam nimis habuerit ſcrupuloſam, in difficultatem huiuſmodi ſit collapſus: quã vtiq; non euadet, niſi deponat errorem.

IDEM CANTVARIENSI Archiepiſcopo.

Pro chriſmate uel inueſtitura eccleſiarum, nihil exigi debet, nec excuſat conſuetudo uel nominis uariatio. Conſtit. XIX.

Ibid. cap. In cauſa — INtantum peccatis exigētibus corda quorundã ſimoniaca prauitas deprauauit. Et infra. Sane peruenit ad audientiam noſtram, quod cum olim quidã

Extra lib. 5. tit 3. de ſimonia cap. Ea q de. — ſuffraganei tui pro chriſmate certã conſueuerant pecuniæ accipere quãtitatem, non metuentes pœnam canonicã, & correctionē tuã eludere cupientes, tēpus faciendę ſolutionis anticipant, recipientes in media quadrageſima, quod recipere conſueuere poſt Paſcha: & vt cauſam recipiendi diſſimulent, nomen denariorū variãt, denarios, quos prius chriſmales, ſecundo Paſchales dicebant, conſuetudinem mediæ quadrageſimæ nuncupantes. Et infra. Cū vero expreſſius exprimat venditionis ſpeciem, qui prius recipit preciū, quã rem conferat p̄cioſam, & gratis ſit gratia cōferenda: mandamus,

1. quæſt.1 ca. Gratia ſi non gratis — quatenus taliter exceſſus corrigas ſupradictos, ſuffraganeos tuos, & officiales eorū à tã illicita exactione compeſcens, quod aliorū culpa tibi ob tuam negligētiam nō imputetur ad pœnã. Prauam etiam illam conſuetudinem de tua prouincia ſtudeas abolere, per quã pro eccleſiarum inueſtitura archidiaconi marchã argenti, minores vero decani vaccam albam ſibi dari poſtulant, vel certam ſolui pecuniæ quantitatem.

INNOCENTIVS PAPA III.

Ordinatus in ſubdiaconum, qui prius præſentatori ſuo promiſit, quod nil ab eo peteret, in ſuſcepto miniſtrare, uel ad ſuperiores ordines aſcendere ſine diſpenſatione non poteſt, etiam ſi peccare non crediderit. Conſt. XX.

PEr tuas nobis literas intimaſti, q̊d cū D. lator p̄ſentium vellet in ſub- — Ibid. cap. Per tuas — diaconum ordinari, & certū titulū non haberet, quendã presbyterū exorauit, vt ipſum ad eccleſię ſuæ titulū præſentaret: q̊d cum ille facere recuſaret, ipſe illi firmiter repromiſit, q̊d nunq̄, ſi p̄ſentaret eundem, in eccleſia ſua aliquã peteret portionē. Et ſic ad p̄ſentationem eius extitit ordinatus, nec ſe in hoc egiſſe aliquid illicitum intellexit. Et infra. Nos inqſitioni tuæ taliter reſpondemus, q̊d niſi cum eo fuerit miſericorditer diſpēſatum, nec ad ſuperiores aſcendere, nec in ſuſcepto debet ordine miniſtrare.

INNOCENTIVS PAPA III.

Simonia eſt dare pecuniam pro uicariatu, uel pro alia adminiſtratione rerum ſpiritualium ſeu eccleſiaſticarum habenda, & dantes & recipientes ſunt ab illa eccleſia eijciendi.

Conſtit. XXI.

COnſulere. Et infra. Quicunq; vice — Ibid. cap. Cōſulere — dominatū, vel aliã eccleſiaſticarū rerū adminiſtrationem per pecuniam obtinere voluerit, tam ementes, q̄ vendētes cum Simone percelluntur, & ab illa eccleſia, in cuius cōtumeliã dare pecuniã, & accipere voluerūt, iuſte excluduntur.

DE IVDÆIS ET Saracenis.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo Senonenſi, & Epiſcopo Parrhiſienſi.

Iudæi nutrices uel ſeruiētes Chriſtianos habere non debent: contra facientibus interdicatur Chriſtianorum commercium.

Conſtit. XXII.

Extra lib. 5. tit. 6. de Iudæis & ſaracenis. cap. Et ſi Iudæos

ET ſi Iudęos, (quos propria culpa ſubmiſit perpetuæ ſeruituti) pietas Chriſtiana receptet, & ſuſtineat cohabitationem illorum: ingrati tñ nobis eſſe non debent, vt reddant Chriſtianis pro gratia contumeliam, & de familiaritate cōtemptum: qui tanq̃ miſericorditer in noſtram familiaritatē admiſſi, nobis illam retributionē impendunt, quã iuxta vulgare prouerbium, mus in pera, ſerpēs in gremio, & ignis in ſinu, ſuis conſueuerunt hoſpitibus exhibere.

11. queſt. 3. ca. Eccleſiæ. ¶ Item præcipit

Accepimus aũt, quod Iudæi faciunt Chriſtianas filiorum ſuorum nutrices, & (quod non tantum dicere, ſed etiam nefandum eſt cogitare) cum in die reſurrectionis dominicæ illas recipere corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti cōtingit, per triduũ anteq̃ eos lactent, lac effundere faciant in latrinam. Alia inſuper contra fidem catholicam deteſtabilia & inaudita cōmittunt: propter q̃ fidelibus eſt verendũ, ne diuinam indignationē incurrant: cũ eos ꝑpetrare patiunt indigne, q̃ fidei noſtræ confuſionē inducunt. Et inſra.

86. diſt. ca. Facientis culpam

[illegible]hibemus ergo diſtricte, ne de cætero nutrices, vel ſeruientes habeant Chriſtianos, ne filij liberæ filijs famulētur ancillæ: ſed tanq̃ ſerui à domino reprobati, in cuius mortem nequiter coniurarunt, ſe ſaltem per effectum operis recognoſcant ſeruos illorum, quos Chriſti mors liberos, & illos ſeruos effecit. Et inſra.

22. queſt. 4 ca. Dicat aliquis

Si vero nutrices & ſeruientes non dimiſerint Chriſtianos, ſub excōmunicationis pœna inhibeatis diſtricte omnibus Chriſtianis, ne cum eis cōmercium aliquod audeant exercere.

INNOCENTIVS PAPA III.

Iudæus qui percuſſerit clericum, temporaliter punitur: & ſi de facto puniri non poteſt, interdicitur ſibi Chriſtianorum cōmercium, donec ſatisfecerit iniuriam paſſo.

Conſtit. XXIII.

Ibid. cap. Poſtulaſti

POſtulaſti, qualiter cōtra Iudæũ ꝓcedere debeas, q manus iniecit in quēdã clericum violentas. Ad q̃d breuiter rñdemus, q̄ ſi dictus Iudęus tuę iuriſdictiōis exiſtit, ipm̃ pœna pecuniaria puni as, vel alia (ſcd'm q̃d cōuenit) tēporali, faciens læſo ſatisfactionē congruã exhiberi. Alioquin eius dominũ moneas & inducas, vt paſſo iniuriã, & eccleſię ab eo ſatisfieri faciat competenter. Quod ſi dñs eius neglexerit adimplere, tu Chriſtianis omnibus per cenſuram eccleſiaſticã interdicas, ne cum ipſo Iudęo antequam ſatisfaciat, p̄ſumant cōmercia exercere.

DE HÆRETICIS.

INNOCENTIVS PAPA III.

Bona hæreticorum confiſcantur, & in terris eccleſiæ applicantur fiſco eccleſiæ, in terris imperii iudicis ſecularis fiſco: & procedit etiã ſi catholicos habent filios.

Conſtit. XXIIII.

VErgentis in ſeniũ ſeculi corruptelã. Et infra. In terris vero temporali noſtræ iuriſdictioni ſubiectis, bona hæreticorum ſtatuimus publicari: & in alijs idem præcipimus fieri per poteſtates & principes ſeculares, quos ad id exequendum (ſi forte negligētes extiterint) p cenſuram eccleſiaſticã, appellatione remota, cōpelli volumus, & mãdamus, vt nec ad eos bona eorum vlterius reuertant, niſi eis ad cor reuertētibus, & abnegantibus hæreticorum conſortium miſereri aliquis voluerit, vt temporalis ſaltem pœna corripiat, quem ſpiritalis nō corrigit diſciplina. Cũ enim ſcd'm legitimas ſanctiones, reis læſæ maieſtatis punitis capite, bona confiſcentur eorum, filijs ſuis vita ſolũmodo ex miſericordia conſeruata, quanto magis, qui aberrantes à fide dñi Dei filium Ieſum offendunt, à capite noſtro, q̃d eſt Chriſtus, eccleſiaſtica debēt diſtrictione p̄cidi, & bonis tēporalibus ſpoliari: cũ lōge ſit grauius, æternã, q̃ tēporalem lædere maieſtatē. Nec huiuſmodi ſeueritatis cenſuram orthodoxorum exhæredatio filiorum, quaſi cuiuſdam miſerationis p̄textu debet vllatenus impedire, cũ in multis caſibus (etiam ſecundum diuinum iudicium) filij pro patribus temporaliter puniantur, & iuxta canonicas ſanctiones quandoq; feratur vltio, non ſolum in autores ſcelerũ, ſed etiam in progeniem damnatorum.

Extra lib. 5. tit. 7. de hæreticis cap. Vergentis

Extra lib. 2. tit. 1. de iudiciis. cap. Nouit ille q

32. diſt. ca. Plurimos

17. queſt. 4 ca. Sicut ĝ eccleſiam

35. queſt. 5. ca. Cũ multæ

INNOCENTIVS PAPA III.

Aduocati & notarij hereticis uel eorum defenſoribus fauentes, aut ſub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis instrumenta ſcribentes, infames ſunt, & ab illo officio ſuſpenſi.

Conſtit. XXV.

Ibid.cap. Si aduerſus — SI aduerſus nos terra conſurgeret. Et infra. Quia timerri plus ſolet, quod ſpecialiter iniungitur, quàm quod generaliter imperatur: vobis aduocatis & ſcriniarijs firmiter inhibemus, ne hæreticis, credẽtibus fautoribus, vel defenſoribus eorundem in aliquo pręſtetis auxilium, conſilum aut fauorem: nec eis in cauſis, vel in factis, vel aliq̃bus litigantibus ſub eorũ examine veſtrum patrocinium præbeatis, & pro ipſis publica inſtrumenta vel ſcripta facere nullatenus attentetis. Quod ſi contra p̃ſumpſeritis, ab officio veſtro ſuſpenſos, perpetuę vos decernimus infamię ſubiacere. (23.diſt.ca. Quamq̃ 25.queſt.2 ca.vniuerſa)

IDEM VNIVERSIS CHRIſtifidelibus, tam in vrbe Metenſi, quàm in eius diœceſi conſtitutis.

Laici non prædicent, nec occulta conuenticula faciant, nec ſacerdotes reprehendant.

Conſt. XXVI.

Ibid.cap. Cum ex — CVm ex iniuncto. Et infra. Licet autem deſiderium intelligendi diuinas ſcripturas, & ſecundum eas ſtudium adhortãdi rep̃henden dum non ſit, ſed potius commendandũ: in eo tamen apparent quidam laici meri to arguendi, quod occulta conuẽticula celebrant, officium prædicationis Chriſti ſibi vſurpant, ſacerdotum ſimplicitatem eludunt, & eorum cõſortium aſpernantur, qui talibus non inhærent. (11. queſt.3 ca. conſpirationum 38.diſt.ca. Sedulo Ioan.1)

Deus enim lux vera, quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, intantum odit opera tenebrarum, vt apoſtolos ſuos in mundum vniuerſum pr̨edicaturos euangelium omni creaturæ miſſurus, eis præceperit aperte, dicens: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lucem: & quod in aure auditis, ſuper tecta prædicate. Et infra. (Mar.16 Mat.10)

Sicut enim multa ſunt membra corporis, omnia vero eundem actum nõ habent: ita multi ſunt ordines in eccleſia, ſed non omnes habent idem officium: quia ſecundum Apoſtolum, alios dominus dedit apoſtolos, alios prophetas, alios autem doctores, &c. Cum igitur doctorum ordo ſit quaſi præcipuus in eccleſia, non debet ſibi quiſq; indifferẽter prædicationis officium vſurpare. Nam ſecundum Apoſtolũ, quõ prædicabunt, niſi mittantur? Et veritas ipſa præcepit apoſtolis: Rogate dñm meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuã. Quod ſi forte quis argute reſpondeat, quia tales inuiſibiliter mittuntur à Deo, & ſi non viſibiliter mittantur ab homine, cũ inuiſibilis miſſio multo ſit dignior, quam viſibilis: & diuina longe ſit melior, quàm humana: poteſt rationabiliter reſpõderi, quod quum interior illa miſſio ſit occulta, nõ ſufficit cuiquam nude tantum aſſerere, quod ipſe ſit miſſus à Deo: quum hoc q̃libet hæreticus aſſereret: ſed oportet, q̃d aſtruat illam inuiſibilem miſſionem per operationem miraculi, vel ſcripturæ teſtimonium ſpeciale. Vnde cum dñs vellet mittere Moyſen in Aegyptum ad filios Iſrael, vt crederẽt ei, quod mitteretur ab ipſo, dedit ei ſignum vt conuerteret virgam in colubrum, & virgam iterum reformaret. Ioannes quoq; Baptiſta ſpeciale ſuæ miſſionis teſtimonium protulit de ſcriptura, dicens: Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viã domino, ſicut ait Eſaias propheta. Et infra. (1.Cor.12 39.diſt.ca. Singula Eph.3 16.queſt.1 ca. Adncimus. Rom.10 Mat.9 1.queſt.1. ca. Tenemus Exo.7 De cõſec. diſt.1.ca. Reuera Eſa.40 Ioan.1)

Licet autem ſcientia ſit valde neceſſaria ſacerdotibus ad doctrinam, quia iuxta verbum propheticum, labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore eius. Non eſt tamen ſimplicibus ſacerdotibus etiam à ſcholaſticis detrahendum, quum in eis ſacerdotale officium debeat honorari. Propterquod dominus in lege præcepit: Dijs non detrahes, ſacerdotes intelligens. Qui propter excellentiam ordinis, & officij dignitatem deorum nomine nuncupantur. Et infra. (Mat.3 Mal.1 43.diſt. ca. Si Rector 38.diſt.ca. Sedulo Exo.22 Ioan.10)

Nec quiſquam ſuæ pr̨eſumptionis audaciam illo defendat exemplo, quod aſina legitur reprehẽdiſſe prophetã: vel, q̃d dominus ait: Quis ex vobis arguet me de pc̃tõ? quum aliud ſit fratrem in ſe peccantem occulte corripere (quod quiſq; tenetur efficere ſecundum regulam euãgelicam: in quo caſu ſane poteſt intelligi, quod Balaam fuit correptus ab aſina) & aliud eſt fratrem ſuum delinquẽtem (Ioan.8 Nume.22)

reprehendere manifeſte, quod vtiq; nulli licet, ſecundum euangelicam veritatē. Nam qui etiam dicit fratri, fatue, reus erit gehēnæ ignis. Ruſus, aliud eſt, quod prælatus ſponte de ſua confiſus innocētia, ſubditorum ſe accuſationi ſupponit (In quo caſu præmiſſum domini verbū debet intelligi) & aliud eſt quod ſubditus non tam animo reprehendendi, quā detrahendi exurgit temerarius in prælatum, cum ei potius incumbat neceſſitas obſequendi. Quod ſi forte neceſſitas poſtularet, vt ſacerdos tanquam inutilis & indignus à cura gregis debeat remoueri, agendum eſt ordinate apud epiſcopū, ad cuius officium, tam inſtitutio, quā deſtitutio ſacerdotum noſcitur pertinere.

45. diſt. ca. euāgelica Matt. 5

2. quæſt. 7 ca. Nos ſi incompetenter

12. quæſt. 2 ca. Si quis abbas

DE SCHISMATICIS.

INNOCENTIVS PAPA III.

Archiepiſcopo Biſuntino.

Ordinatus à ſchiſmatico, ab officio eſt repellendus, niſi probet ſecum diſpenſatum per habētem poteſtatem. Conſtit. XXVII.

Extra lib. 5 tit. 8. de ſchiſmaticis. cap. Fraternitati tuæ

FRaternitati tuę. Et infra. Priorem, quē aſſeris à ſchiſmatico ordinatū, ab officio poteris repellere incunctāter, niſi legitime probauerit ſecum fuiſſe miſericorditer diſpenſatum, & ab ea perſona, quæ ſuper hoc poteſtatem habuerit diſpenſandi.

DE APOSTATIS.

INNOCENTIVS PAPA III.

Infamatus de apoſtaſia compellitur ſe purgare. Conſt. XXVIII.

Extra lib. 5. tit. 9. de Apoſtatis cap Tuæ fraternitatis

TVę fraternitati. Et infra. Super ſecūdo articulo inquiſitionis tuæ duximus reſpondendū, quod clerici, qui ſunt de apoſtaſiæ crimine infamati, qui videlicet abiecerunt habitū clericalem, non ſunt in ſeculari habitu tolerandi, ſed per diſtrictionem eccleſiaſticam coercendi, donec deficiente probatione ad infamiam abolendā purgationem canonicam curauerint exhibere.

DE HOMICIDIO.

INNOCENTIVS PAPA III.

Epiſcopo Lugdunenſi.

Homicidium caſuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.

Conſtit. XXIX.

Extra lib. 5. tit. 12. de Homicidio. cap. Dilectus filius

DIlectus filius A, cappellanus propoſuit, q̄d cum quadam corporis moleſtia grauaretur, vt comedendi appetitum aliquantulū excitaret, equū, quem nutriebat, aſcendit: qui quum bene non pareret habenis, ſed præter ſeſſoris arbitrium ſaltibus laſciuiret, ipſe (vt eius refrenaret impetum) freno vim intulit, equumq; calcaribus ſtimulauit: cumque fracto freno equus proprio arbitrio relictus curreret, feſtinanter quædā mulier veniens ex obliquo infantulum baiulans obuiauit: in quàm æquus irruens (procul abiecto ſeſſore) puerum prædictum oppreſſit.

Ideoq; mandamus quatenus ſi eſt ità, quum idem cappellanus nec voluntate nec actu homicidium perpetrauit, nec dedit operā illicitæ rei, nō īpedias, q̄ minus diuina poſſit officia celebrare.

ff. de furtis L. Qui iniuriæ L. diſt. ca. Hi qui,

IDEM METENSI EPISC.

Homicidium non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.

Conſt. XXX.

Ibid. cap. Ex literis

EX literis tuæ fraternitatis accepimus, quod quum H. presbyter fœnum vellet de curru deponere, perticam ſuperius alligatam proiecit in terram: & cum fœno inſiſteret deponēdo, puerum quendam iuxta currum reppērit ſemiuiuum, in quo præter modicum liuoris in fronte nihil inueniri potuit læſionis.

Nos autem ab eodem quæſiuimus ſacerdote, ſi priuſq̄ iaceret perticā circūſpexiſſet ſolicite, an aliquis eſſet circa currū: qui quod diligētiſſime circumſpexiſſet

aſſeruit,

aſſeruit,ſed q̃d vidiſſet aliquem denegauit. Ad te igitur remittentes eundem, Mandamus,quatenus,ſi res ita ſe habet, niſi circa eundem graue ſcandalũ ſit exortum,vel tanta laboret infamia,q̃d deficiente accuſatore, oporteat eidem canonicam purgationem indici,ipſum libere permittas exequi officium ſacerdotis.

IDEM BISVNTINO ARchiepiſcopo.

Summatur iſta ut duæ præcedentes conſtitutiones. Conſtit. XXXI.

Ibid. cap. Ex literis tuæ

EX literis tuæ fraternitatis accepimus,q̃d qdam monachus ad deponedam de campanili campanam ſubſeruiens,quia q̃ddam lignum corruit ipſo mouente , quendam puerũ oppreſſit & occidit. Quocirca mãdamus, quatenus ſi monachus ipſe rem neceſſariam agebat & vtilem,& in loco,per quem aliquẽ trãſire non crederet, vel ibidem exiſtere, vel etiã illuc de conſuetudine venire,quãdo lignum dinoſcitur mouiſſe, ſatis poterit,præſertim in monaſterio,ad altiores ordines promoueri.

IDEM EPISCOPO PAduano.

Summarium ut in præcedentibus.

Conſtit. XXXII.

Ibid. cap. ſignificaſti

SIgnificaſti nobis quod cũ F.clericus equitaret,equus , cui inſidebat, tã ſe, quam ipſum proiecit in aquã , vnde clericus ipſum grauiter calcaribus ſtimulauit:equus vero cũ exiſteret bucca durus, præter voluntatem ſeſſoris,raptus in curſum,mulierem quandum obuiam habuit,quã ex improuiſo pedibus interfecit. Cumq; nos ab eodem clerico feciſſemus inquiri,vtrũ equi vitium prius ſciuiſſet, illud aſſeruit ſe ignoraſſe. Ideoq; mandamus, quatenus,ſi ita eſt,ad cautelã iniungas eidem pœnitẽtiam competentẽ: qua peracta, non impedias , quo minus in ſuſceptis miniſtret ordinibus & ad maiores valeat promoueri.

51.queſt.5 ca. Excõmunicatorum

INNOCENTIVS PAPA III.

Non cenſetur homicida ir,quo prohibente & cauſam non dante à conſanguineis homicidium committitur.

Conſtit. XXXIII.

Ibid. cap. Petrus diaconus

PEtrus diaconus&monachus ſancti Ioannis de Puna ſua nobis inſinuatione monſtrauit, q̃d cum ipſum quondam ſeculari habitu in eccleſia de Rigelo beneficium obtinentem , abbas illius eccleſiæ eodem beneficio ſpoliaſſet : cognati & amici eius irati plurimũ & commoti ,nocte quadã in domo diaconi cõuenerunt ,& cœna facta,dicebant,quod vindictam volebãt ſumere de abbate.inhibiti autem expreſſe ab eodẽ diacono, ne abbatem occiderent, aut aliquid ſibi facerent,vnde ordinis ſui diſcrimen incurreret,& animæ detrimentum:nihilominus irruerunt in eũ, & plagis impoſitis,abierunt ſemiuiuo relicto:qui poſt dies aliquot experauit.Et infra.

Quocirca mandamus,quatenus, ſi p̃miſſa noueris veritate ſubnixa,ſępedicto diacono,non ſolũ in diaconatus officio miniſtrare, ſed etiam ad ordinem presbyteratus aſcendere,ſi aliud canonicum nõ obſtiterit, liberam cõcedas autoritate apoſtolica facultatem : præſertim ſi ſuper hoc non fuerit reſperſus infamia: cum ei non debeat imputari,q̃d contra prohibitionem eius expreſſam, eo cauſam vel occaſionem non dante,auſu ſacrilego fuit ab ipſius conſanguineis attentatum.

Extra lib. 5. tit. 3. de ſimonia. cap. Sicut 2.

IDEM ABBATI SANCTISSImæ Trinitatis de Meldenberga.

23 queſt.5 ca. Cũ homo

Irregularis cenſetur , qui alium letabliter percuſſit,licet ab alijs fuerit extinctus. idem ſi non apparet an lethaliter ,ſi etiam percuſſus ab alijs obijſe, & non apparet ex cuius uulnere deceſſerit,idem eſt ſi non percuſſerit lethaliter, ſi animũ occidendi habuit, & ex aliorum uulneribus percuſſus expirauit. Conſtit. XXXIIII.

Ibid. cap. Significaſti

SIgnificaſti nobis,quod cum qdã maleficus ingreſſus eccleſiam , euchariſtiam cum altarium ornamẽtis & libris eccleſiaſticis extra eccleſiam aſportaſſet, L.presbyter eccleſiæ canonicus regularis præfatum iniquitatis filium foſſorio arrepto percuſſit:ſed ſi ad mortem fuit ictus huiuſmodi,tu & ipſe penitus ignoratis,quẽ parochiani eccleſię videntes ornamẽta eccleſię aſportantẽ,arreptis gladiis & fuſtibus in eodem loco,p̃tinus occiderunt.Et inf. Nos in p̃nuſſo caſu credimus diſtinguendũ,vtrũ cõſtare poſſit, q̃d p̃ſatus ſacerdos nõ inflixit pcuſſionẽ lethalem,de qua,ſi aliorum non fuiſſent vulnera ſubſecuta , percuſſus mini-

me interiſſet:& ſi percuſſor voluntatem non habuerit occidendi, neq; ipſius ſtudio,conſilio,vel mãdato proceſſerint alij contra illum.

Et quidem,ſi hoc ita ſe habet(q̊d forſan ex eo poſſet oſtendi,ſi certa apparuiſſet percuſſio ab eodem inflicta tam modica & tam leuis,in ea parte corporis, in qua quis de leui percuti nõ ſolet ad mortem,vt peritorum iudicio medicorum talis percuſſio aſſereretur nõ fuiſſe letalis) cum de cæteris credendũ ſit ipſi, q non accuſatur,vel denunciatur ab aliquo,ſed per ſeipſum cõſiliũ appetit ſalutare, poſt pœnitentiam ad cautelam iniunctam, in ſacerdotali poterit officio miniſtrare, maxime religionis accedente ſauore, cũ ſit canonicus regularis, & ſine omni ſcãdalo poſſit ſacerdotale officium celebrare. Quod ſi diſcerni non poſſit,ex cuius ictu interijt,in hoc dubio tanq̃ homicida debet haberi ſacerdos:& ſi ſorte homicida non ſit,à ſacerdotali officio abſtinere debet:cũ in hoc caſu ceſſare ſit tutius,quam temere celebrare, pro eo quod in altero nullum,in reliq̊ vero magnum periculum timeatur. Et inſra.

Extra lib. 5. tit. 39. de ſententia excõ. cap. Si vero 1.

Si vero,quemadmodum perhibetur, ſacerdos iſte prius percuſſus ab illo ſacrilego, mox eum cum ligone in capite repercuſſit, quamuis vim vi repellere omnes leges & omnia iura pmittant:quia tamen illud debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelę, non ad ſumendam vindictam, ſed ad iniuriam propulſandam: nõ videtur idem ſacerdos à pœna homicidij penitus excuſari, tum ratione inſtrumenti, cum quo ipſe percuſſit,q̊d cũ graue ſit,non ſolebat leuem plagam inferre:tum ratione partis, in qua ipſe fuit percuſſus,in qua de modico ictu quis letaliter ſolet lædi.

INNOCENTIVS PAPA III.

Religioſus chirurgiam exercens, ſi ex ea mors ſequitur,irregularis eſt,etiam ſi ſit peritus & diligens, & hoc fecerit cauſa pietatis: ſed cum eo poſt ſatisfactionem miſericorditer diſpenſari poteſt.

Conſtit. XXXV.

Ibid. cap. Tua nos.

TVa nos duxit fraternitas conſulendos. Et inſra. Quæſiuiſti, quid ſit de quodam monacho ſentiendum,q credens ſe quandam mulierem à gutturis tumore curare, vt chirurgicus cũ ferro tumorem illum aperuit,& cum tumor aliquantulum reſediſſet,ipſe mulieri præcepit,ne ſe vẽto exponeret vllo modo,ne forte ventus ſubintrans gutturis apertionem, ſibi cauſam mortis inſerret:ſed mulier eius mandato contempto, dum meſſes colligeret,vẽto ſe expoſuit incaute,& ſic per apertionem gutturis ſanguis multus effluxit,& mulier diem vltimum ſic finiuit: vtrum videlicet cũ prædictus monachus ſit ſacerdos,liceat ei ſacerdotale officium exercere?

Nos igitur fraternitati tuæ reſpondemus,quod licet ipſe monachus multum deliquerit officiũ alienum vſurpãdo, q̊d ſibi minime congruebat: ſi tamen cauſa pietatis, & non cupiditatis id egerit, & peritus erat in exercitio chirurgiæ, omnemq; ſtuduit,quam debuit,diligentiam adhibere,non eſt ex eo q̊d per culpã mulieris contra conſilium eius accidit adeo reprobandus,quod non poſt ſatisfactionem condignam cum eo miſericorditer agi poſſit,vt diuina valeat celebrare, alioquin interdicenda eſt ei ſacerdotalis ordinis executio de rigore.

Qui iudici ſeculari dedit interſignia furis, à quo fuit uulneratus, irregularis non eſt,licet ille poſtmodum occidatur.

Ad vltimum fuit ex parte tua ꝓpoſitũ, quod q̃dam ſcholaris metuens, quod latrones in hoſpitio ſuo eſſẽt, de ſtrato cõſurgens,reperit ibi furem: qui non ſolũ ipſum ſcholarẽ proſtrauit ad terrã,ſed pene ad mortem vulnerauit eundem. Et infra. Manc itaq; ſcholares latronẽ quęſierunt eundem,quem vulneratum inuentũ poteſtati Vincentiæ tradiderũt:corã q̃ conſtanter negauit quod pręmiſſa minime perpetrauit:vnde præſata poteſtas ad eundem ſcholarem nũcios deſtinauit,vt exponeret, ſi qua ſciret de ſure prædicto,vel traderet interſignia:qui cultrum, quem ipſi latroni abſtulerat,& ſotulares ab eodem in ipſius domo dimiſſos,quos abſtraxerat,ne pedum ſtrepitus audiret, nuncijs tradidit memoratis, ſup eodem facto ſe nihil amplius intromittẽs.Poteſtas igit̃ receptis talibus interſignijs, latronẽ ipſum apparitoribus ſuis tradidit pu-

puniendum:qui ſibi amputauerunt viri
lia,& oculos eruerunt.Latro vero ira &
dolore commotus, nec potum ſumpſit,
nec cibũ:& ſic de medio eſt ſublatus. Vn
de per noſtrum oraculum poſtulas edo-
ceri, vtrum præfatus ſcholaris ad ſacros
valeat ordines promoueri?

Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter re-
ſpõdemus,quod ſi præfatus ſcholaris di
gnis meritis adiuuatur, propter præſcri
ptum euentum, à ſuſceptione ſacrorum
ordinum,nullatenus eſt arcendus.

IDEM PPIORI ET FRA-
tribus Carthuſiæ.

*Qui dat cauſam abortioni, homicida eſt, ſi
conceptũ erat uiuificatum animal rationale,ali-
as ſecus* Conſtit. XXXVI.

Ibid. cap. Sicut ex li terarum

SIcut ex literarũ veſtrarum tenore ac-
cepimus,cum quidam presbyter ve-
ſtri ordinis,qui prius fuerat niger mona
chus,quandam mulierem pregnantem,
cum qua contraxerat cõſuetudinem in-
honeſtam, & quæ aſſerebat ſe concepiſſe
ex eo,per zonam arripuerit quaſi ludẽs,
ipſa per hoc ſic ſe aſſeruit eſſe læſam, q̃d
occaſione huiuſmodi abortiuit:propter
quod idem presbyter proborũ virorum
vſus conſilio, ſeipſum duxit ab altaris
miniſterio ſequeſtrandum. Et infra.

32. queſt. 2 ca. Quod vero

Nos vero deuotioni veſtræ inſinuatio
ne præſentium reſpondemus,quod ſi nõ
dum erat viuificatus conceptus,miniſtra
re poterit:alioquin debet ab altaris offi-
cio abſtinere.

INNOCENTIVS PAPA III.

*Non imputatur clerico ciuiliter iuſtitiam
petenti de laico,ſi iudex in laicum exercet uin-
dictam ſanguinis.* Conſtit. XXXVII.

Ibid. cap. Poſtulaſti

POſtulaſti.Et inf.Quæſiuiſti p̃terea,
vtrũ cõtra q̃ſdam contempta excõ-
municationis ſententia debitas eccleſijs
decimas ſubtrahentes tibi,regiam implo
rare tibi liceat poteſtatẽ,cum ad ſolutio-
nem ipſarũ vix abſque ſanguinis effuſio-
ne valeant coarctare? Ad q̃d reſponde
mus, q̃d ſi te de huiuſmodi querimoniã
ſimpliciter deponẽte, rex, cui ad bonorũ

Rom. 13

laudem,vindictam vero malorum gladi
us eſt commiſſus,in eoſdem rebelles tra-
ditam ſibi exercuerit poteſtatem,eorum
erit duritiæ aut malitiæ imputandum.

DE SAGITTARIIS.

INNOCENTIVS PAPA III.

*Excommunicandus eſt ſagittarius & baliſta
rius contra chriſtianos.* Conſtit. XXXVIII.

Extra lib. 5. tit. 15. de ſagittarijs cap. Artẽ illam

63. diſt. ca. Salonitanæ

ARtem illam morti
feram & odibilem
baliſtariorum &
ſagittariorum ad-
uerſus chriſtianos
& catholicos exer
ceri de cætero ſub
anathemate p̃hi-
bemus.

DE ADVLTERIIS
& ſtupro.

INNOCENTIVS PAPA III.
Archiepiſcopo Turonenſi.

*Coniunx coniugem de adulterio impetere
non poteſt,ſi & ipſe adulterium commiſiſſe con
uincatur.* Conſtit. XXXIX.

Extra lib. 5. tit. 16. de adulterijs & ſtupro. cap. Intelleximus

INtelleximus,quod
cũ S.laicus H. vxo-
rẽ ſuã à maritali cõ
ſortio depuliſſet,
diœceſanus eorum
audiens eandẽ cum
quodam adultero
fornicari,eã & illũ
vinculo excommunicationis aſtrinxit:
quæ tandem adulterium abiurans,abſo-
lutione recepta, corã epiſcopo memora-
to prædictum virum ſibi reſtitui poſtula
uit.At ille obijciens ei adulterium,& q̃d
ab ipſo non expulſa,ſed ſpontanea receſ
ſiſſet, reſtitututionẽ ſui p̃poſuit minime
faciẽdam:quod mulier inficians,replica-
uit in ipſum,q̃d fuerat fornicatus. Et in.

32. diſt. ca. Priuſquã

32. queſt. 1 ca. Lotharius

Quocirca mandamus, quatenus, niſi
tibi conſtiterit, vel p̃ euidentiã rei vel per
confeſſionem legitimam mulieris,quod
adulterata ſponte fuiſſet:adulterij etiam,
quod vir dicitur commiſiſſe, probatione
ceſſante,ipſum recipere compellas ean-
dẽ:q̃d ſi prædicto modo de mulieris for-
nicatione cõſtiterit, (niſi teſtes,per quos
viri adulteriũ eſt probatũ, fuerint repro-
bati,cum matrimonij ius in vtroque læ-
ſum conſiſtat, & paria delicta mutua cõ
penſatione tollantur) nihilominus eum
cogas,vt eam recipiat,& maritali affectio
ne pertractet:alioquin mulieri ſilentium
imponere non poſtponas.

Idem

IDEM EPISCOPO AMbianenſi.

Non debet ſeparari matrimonium, quo ad thorum, propter adulterium, quando ambo coniuges fuerint adulterati.

Conſtit. XL.

Ibid. cap. Tua fraternitas

TVa fraternitas requiſiuit, vtrum aliquo denegante vxori ſuæ in adulterio deprehenſæ debitum coniugale, ſi poſtmodum ipſe cum alia perpetret adulterium manifeſte, cogi debeat, vt eandē maritali affectione pertrectet.

Super quo taliter reſpõdemus, quod cum paria crimina compenſatione mutua deleantur, vir huiuſmodi fornicationis obtentu, ſuæ vxoris nequit conſortium declinare.

DE RAPTORIbus.

INNOCENTIVS PAPA III. epiſcopo Saronenſi.

Rapta poteſt matrimonium contrahere cū raptore, ubi datur libera facultas in contrahēdo. Conſtit. XLI.

Extra lib. 5. tit. 17 de raptorib' cap. Accedens 36. queſt. 2 ca. De puellis Extra lib. 4. tit. 2. de ſponſalib' & matrim. cap Ad id quod

ACcedens ad apoſt. ſedem. Et infra.

Rapta puella legitime contrahet cū raptore, ſi prior diſſenſio tranſeat poſtmodum in cõſenſum: & q̃d ante diſplicuit, tandem incipiat cõplacere, dū modo ad cõtrahēdū legitimę ſint pſonę.

DE VSVRIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Prælatis in regno Franciæ conſtitutis.

Manifeſtus uſurarius appellans ad ſubtergiendum reſtitutionem audiendus non eſt.

Conſtit. XLII.

Extra lib. 5. tit. 19. de vſuris ca. Quam p'nitioſum

QVam pernitioſum. Et inf. Mandamus, q̃tenus manifeſtos vſurarios (maxime q̊s vſuris publice renūciaſſe cõſtiterit) cū eos aliquis conuenerit de vſuris, nullius permittatis appellationis ſubterfugio ſe tueri.

IDEM NARBONENSI ARchiepiſcopo.

Per ſubtractionem communionis chriſtianorum, & per principes ſeculares cogendi ſunt iudei ad uſuras reſtituendas. Conſtit. XLIII.

Ibid. cap. Poſt miſerabilem 3. diſt. ca. Quo iure. & C. de iudæis, l. Iudæi

POſt miſerabilē. Et infra. Iudæos ad remittendas chriſtianis vſuras, per principes & poteſtates cõpelli pcipimus ſeculares: & donec eis remiſerint, ab vniuerſis Chriſti fidelibus tam in mercimonijs, quam in alijs per excommunicationis ſententiam eis iubemus communionem omnimodam denegari.

IDEM MVTINENSI EPIſcopo.

Non obſtante iuramento de non repetendis uſuris per debitorem preſtito, poteſt iudex ex officio ſuo uſurarium ad reſtituendas uſuras compellere. Conſtit. XLIIII.

Ibid. cap. Tuas dudum

TVas dudum recepimus quæſtiões, quod q̃dam vſurarij eos, q̃bus dāt pecuniam ad vſuram, præſtare faciunt iuramentum, quod vſuras non repetēt, & ſuper his, quas ſoluerint, nullam moueant quæſtionem. Nos igitur reſpondemus, vt vſurarios ipſos modo pſato p cenſuram eccleſiaſticā, appellatione remota, compellas ante vſurarum ſolutionem ab earum exactione deſiſtere, vel reſtituere ipſas, poſtquam fuerint perſolutæ, ne de dolo & fraude contingat eos cõmodum reportare.

INNOCENTIVS PAPA III.

Non auditur uſurarius repetens uſuras, niſi prius reſtituat extortas.

Conſtit. XLV.

Ibid. cap. Quia fruſtra ff. tit. Q' met. cauſa. L. liti g dem

QVia fruſtra legis auxiliū inuocat, qui committit in legē: ſtatuimus, vt ſi quis vſurarius à nobis literas impetrauerit ſup reſtituēdis vſuris, vel fructibus cõputandis in ſortē: niſi prius ipſe reſtituerit vſuras, quas ab alijs noſcitur recepiſſe, autoritate literarum ipſarum nullatenus audiatur.

IDEM ALTISIODORENSI Epiſcopo.

Conuictus de uſuraria prauitate per famam & alia argumenta, põt manifeſtari uſurarius, & tanquam manifeſtus uſurarius compeſci. ſecundum diſpoſitionem Lateranenſis concilij.

Con-

Conſtit. XLVI.

Ibid. cap. Cum in diœceſi 11.queſt.3. ca. Iniuſtū

CVm in diœceſi tua ſint quamplurimi vſurarij, de quibus minime dubitatur, quin ſint vſurarij manifeſti, contra quos propter timorem potentū, qui tuentur eoſdem, nullus accuſator apparet, nec iidem ſunt per ſententiam cōdemnati.

Fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod licet contra eos non appareat accuſator, ſi tamen alijs argumentis illos conſtiterit eſſe vſurarios manifeſtos, in eos pœnam in Lateranenſi concilio contra vſurarios editam libere poteris exercere.

INNOCENTIVS PAPA III.

Maritus recipiens pignus pro dote promiſſa, non tenetur fructus in ſortem computare.

Conſtit. XLVII.

Ibid. cap. ſalubriter

SAlubriter. Et infra. Sane generū ad fructus poſſeſſionū, quę ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in ſortem, non credimus compellendum: cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda.

C.de iu. do.L. Pro onere

IDEM EPISCOPO BOnonienſi.

Repetens vſuras, non auditur, niſi reſtituat extortas per ſe, vel per alium, à quocunque cauſam habeat.

Conſtit. XLVIII.

Ibid.cap. Michael

MIchael laicus ſuā nobis querimoniam deſtinauit, quod M. & quidam alij Bononienſes ciues multa extorſerunt eo, & à patre ſuo, cuius hæres extitit, nomine vſurarū. Et inf. Attentius prouiſurus, ne autoritate noſtra in negocio procedas eodem, niſi dictus conquerēs reſtituerit, vel adhuc reſtituat, ſi quas aliqn̄ ipſe, vel pater eius extorſit vſuras.

DE CRIMINE falſi.

INNOCENTIVS PAPA III.

Exiſtens in curia literas apoſtolicas non recipiat, niſi de manibus Papæ, vel officialium ab ipſo deputatorum. Perſonæ tamen ſolennes per nuncios recipere poterunt, de manibus tamen prædictorum. Contra faciens, ſi laicus eſt, excommunicationi ſubiacet: ſi clericus, ab officio & beneficio deponitur.

Conſtit. XLIX.

Extra lib. 5.tit.20.de crimine falſi. cap. Dura ſępe

DVra ſępe mandata. Et inf. Statuimus & ſub excommunicatiōis pœna, & ſuſpēſiōis ordinis & beneficij diſtrictius inhibemus, ne quis apud ſedē apoſt. literas noſtras, niſi à nobis vel de manibus illorum recipiat, qui de mandato noſtro ad illud ſunt officium deputati. Si vero perſona tantæ autoritatis extiterit, vt ipſam deceat per nuncium literas noſtras recipere: nuncium ad cancellariam noſtram, vel ad nos ipſos mittat idoneum, per quem literas apoſtolicas iuxta formā præſcriptam recipiat. Si quis aūt in hac parte mandati noſtri trāſgreſſor extiterit, ſi laicus fuerit, excommunicationi ſubiaceat, ſi clericus, officij & beneficij ſuſpenſione damnetur. Et infra.

Inno. in conſi. Latera. cap. Non nulli C. de pœ. imper. offe. L. vniuerſis

Qui ſcienter literas falſas vltra viginti dies reſeruauerint nec eas aut deſtruxerint, aut reſignauerint, excommunicationis ſententiæ ſubijciuntur, & abſolutio ſoli Papæ reſeruatur, excepto mortis articulo.

Adijcientes ſtatuimus, vt generalē excommunicationis ſententiam promulgetis, quam per ſingulas parochias faciatis frequentius innouari, quod ſi quis falſas literas ſe habere cognoſcit, intra xx. dies literas illas aut deſtruat, aut reſignet, ſi pœnam excomunicationis voluerit euadere: quam (niſi forſan in mortis articulo) ſine ſpeciali mandato noſtro, à quoquam nolumus relaxari: nec etiam (ſi præſumpta fuerit) contra hoc abſolutio quicquam habeat firmitatis.

5. queſt. 1. ca. Quidā 22. queſt. 5. ca. Hoc videtur 17. queſt. 4 ca. Si quis ſua

IDEM ARCHIEPISCOPO & canonicis Mediolanēſibus

Ponit nouem modos falſandi literas papales.

Conſtit. L.

Ibid. cap. Licet ad

LIcet ad regimen. Et inf. Vt autē varietates falſitatis circa noſtras literas deprehendere valeatis, eas vobis præſentibus literis duximus exprimendas.

Prima ſpecies falſitatis hæc eſt, vt falſa bulla falſis literis apponatur.

Secunda, vt filum de vera bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immiſſum falſis literis inſeratur.

Ter-

Tertia, vt filũ ab ea parte, in qua charta plicatur inciſum, cum vera bulla falſis literis immittatur, ſub eadẽ plicatura cũ filio ſimilis canabis reſtauratum.

Quarta, cum à ſuperiore parte bullæ altera pars fili ſub plũbo reſcinditur, & per idem filum literis falſis inſerta, reducitur infra plumbum.

Quinta, cum literis bullatis & redditis in eis, aliquid per raſuram tenuẽ immutatur. Sexta, cum ſcriptura literarũ, quibus fuerat appoſita vera bulla, cũ aqua vel vino vniuerſaliter abolita ſeu deleta, eadem charta cum calce & alijs iuxta conſuetum artificium dealbata de nouo reſcribitur.

Septima, cum chartæ, cui fuerit appoſita vera bulla, totaliter abolitæ vel abraſæ, alia ſubtiliſſima charta eiuſdem quantitatis ſcripta, cum tenaciſſimo glutino coniungitur. Eos etiam pro crimine falſitatis non reputamus immunes, qui contra conſtitutionem noſtram ſcienter literas non de noſtra vel bullatoris noſtri manu recipiunt. Illos quoq; qui accedentes ad bullam falſas literas caute pijciunt, vt de vera bulla cum alijs ſigillentur. Sed hę duæ ſpecies falſitatis, non poſſunt facile comprehendi, niſi vel in modo dictaminis, vel in forma ſcripturæ, vel qualitate chartæ falſitas cognoſcat.

C. de fide inſtru. L. Comparatione In cæteris autem diligens indagator falſitatem poterit intueri, vel in adiũctione filorum, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtuſione, præſertim ſi bulla non ſit æqualis, ſed alicubi magis tumida, & alibi magis depreſſa.

IDEM EPISCOPO ATtinacenſi.

Falſæ ſunt literæ papales, in quibus epiſcopus uocatur filius, uel inferior frater, uel uni ſcribitur in plurali.

Conſtit. LI.

Ibid. cap. Quã graui Supra eo dẽ conſti. proxima in fine QVam graui pœnæ ſubiaceat. Et infra.

Nos vero literas, quæ tibi ſub noſtro nõie præſentatæ fuerũt, diligentius intuentes, in eis tam in continẽtia, quam in dictamine deprehendimus falſitatem, ac in hoc fuimus admirati, quia tu tales literas à nobis crediderας emanaſſe, cum ſcire debeas apoſtolicã ſedem conſuetudinem in ſuis literis hanc tenere, vt patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos fratres: cæteros autem reges, principes, vel alios cuiuſcunq; ordinis, filios in noſtris literis appellemus. Et cum vni tantum pſonæ noſtræ literæ dirigunt, nunquam ei loquimur in plurali, vt vos ſiue veſter, & his ſimilia in ipſis literis apponamus. In falſis autem literis tibi præſentatis, in ſalutatione dilecto in Chriſto filio vocabaris: cum in literis, quas aliquando tibi tranſmiſimus, te videre poteris à nobis fratrem venerabilem appellatum.

Propter quod ſic literas apoſtolicas ſtudeas intueri, tam in bulla, filo & charta, quam in ſtilo, quod veras pro falſis, vel falſas pro veris literis modo aliquo non admittas. Infra eod. conſt. proxima

INNOCENTIVS PAPA tertius.

Qui per ſe uel per alios literas papæ falſant excõmunicati ſunt cum ſuis fautoribus, & clerici officijs & beneficijs priuati ſunt, & degradandi, & tradendi curiæ ſeculari, per quam laicus legitime punitur. Qui uero falſis literis utitur, ſi clericus eſt, officio & beneficio priuatur, ſi laicus, excommunicatus eſt.

Conſtit. LII.

AD falſariorum confundendã malitiã Et infra. Ibid. cap. Ad falſariorum

De cõmuni fratrũ noſtrorũ conſilio duximus ſtatuendũ, vt q literis noſtris vti voluerint, eas primo diligẽter examinent: quoniam ſi falſis literis ſe vſos dixerent ignoranter, eorũ ſera pœnitentia euitare nequibit pœnas inferius annotatas.

Nos enim omnes falſarios literarum noſtrarum, qui per ſe vel alios vitiũ falſitatis exercent, cum fautoribus & defenſoribus ſuis anathematis vinculo decernimus innodatos: ſtatuentes, vt clerici, q falſarij fuerint deprehenſi, omnibus officijs & beneficijs eccleſiaſticis perpetuo ſint priuati: ita vt qui per ſe falſitatis vicium exercuerint, poſtquam per eccleſiaſticum iudicem fuerint degradati, ſeculari poteſtati tradantur ſecundum conſtitutiones legitimas puniendi: per quam & laici q fuerint de falſitate conuicti, legitime puniantur. C. ad legẽ corne. de fal. L. maiorem. ff. tit. Ad legẽ cor ne. de fal ſis. L. 1. in fine

Qui vero ſub nomine noſtro literis falſis

falſis vtũtur,ſi clerici fuerint, officijs & beneficijs eccleſiaſticis ſpolientur:ſi laici,tamdiu maneant excommunicationi ſubiecti,donec ſatisfaciãt competenter: ita tamen,vt in iſtis & in illis malitia grauius,quam negligentia puniatur, quod & de his,qui falſas literas impetrant,ſtatuimus obſeruandum.

INNOCENTIVS PAPA III.

Non præſumitur quis falſare literas de ſimplici iuſticia,nec punitur,ſi hoc comperto deſtiterit illis uti.

Conſtit. XXXV.

Ibid. cap. Accedens.

ACcedens.Et inf. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus,ſi literæ apoſtolicæ,in quibus falſitas deprehenſa fuerit,de ſimplici iuſtitia formam habeant,(cum p̃ſumi non debeat, q̃d pro talibus literis, quæ poſſunt facile obtineri, fraudẽ quis commiſerit falſitatis)nec literis vſus eſt,poſtquam eas falſas eſſe cognouit, tu ei officium beneficiumq; reſtituens, ipſum ſuper hoc vlterius non moleſtes.

Infra eod. tit. de exceſſi. pla. cõſt. Inter

INNOCENTIVS PAPA III.

Propter paucarum literarum raſuram in loco non ſuſpecto,reſcriptum non probatur falſum.

Conſtit. XXXVI.

Ibid. cap. Ex conſcientia.

EX conſciẽtia. Et inf. Verũ,literas ipſas,quæ redargutæ fuerant falſitatis diligentius intuentes, nullũ in eis falſitatis ſignum, vel ſuſpicionis inuenimus,niſi paucarũ literarũ raſuras,quę nequaquam ſapientis animum in dubitationem vertere debuerũt:vñ ſi vobis cõſtiterit p̃dictum R.obligaſſe ſe ſub periculo cauſæ q̃d literas illas falſas eſſe probaret,(cum qlibet ad renunciandum iuri ſuo liberam habeat facultatem)ipſi R. ſup dicta eccleſia ſilentium imponatis.

DE CLERICO EXcommunicato miniſtrante.

INNOCENTIVS PAPA III.
Capitulo Herbipolenſi.

Si habens notitiam excommunicatiõis, per ſolam famam celebrat,debet de rigore deponi, licet cum eo poſſit miſericorditer diſpenſari.

Conſtit. XXXVII.

Extra lib. 5. tit. 27. de clerico excommunicato miniſtrãte. ca. Illud dominus

ILlud dñs in beato Petro. Et inf. Venerabilis frater noſter quondã Hildeſemẽſis epiſcopus licentia non ſolum non obtenta, ſed nec etiam poſtulata (eccleſia Hildeſemenſi relicta) Herbipoleñ. eccleſiam occupauit. Et infra.

Vnde Magdeburgeñ.epiſcopo dedimus in mandatis,vt cum factum ipſum non poſſet in partibus illis non eſſe notorium, niſi dictus epiſcopus infra xx. dies ab Herbipoleñ. eccleſiæ adminiſtratione ceſſaret, eum excommunicatũ publice nunciaret,quod idem Magdeburgeñ.ſtuduit adimplere. Et inf. Ipſe vero epiſcopus in noſtra poſtmodum præſentia conſtitutus,& ſi ſuum recognoſceret & cõfiteretur exceſſum,& non iudicium,ſed miſericordiã poſtularet:hoc tñ inter alia in ſua excuſatione propoſuit, q̃d cum dictus Magdeburgeñ.non eſſet ordinarius iudex eius, non crediderat, q̃d monitione non præmiſſa autoritate delegata poſſet ꝓcedere cõtra ipſum,aut ſententiam in eum aliquam promulgare. Vnde cum nec ante factum monitorias,nec poſt literas ab eo aliquas accepiſſet,peccare non credidit,ſi diuina officia quantumcunq; ſolẽniter celebrauit, ꝑſertim cum ei non niſi ꝑ famam de ſententia cõtra eũ ꝓbata conſtaret. Et infra.

Supra eodẽ. tit. de crimine falſi, conſti. Dura ſæpe

Licet autẽ in hoc non videatur omnino culpabilis extitiſſe: quia tamẽ in dubijs via eſt eligenda tutior,& ſi de lata in eũ ſentẽtia dubitaret,debuerat tñ potius ſe abſtinere,quã ſacramenta eccleſiaſtica pertactare. Illud autem q̃d ſub ſpe venię diuina ſibi fecit,(poſtquam ſe à nobis excõmunicatum nouerat)celebrari,& cõmunioni fidelium ſe ingeſſit, potius cõtra eum facere credimus, quam pro eo, cum ſub fiducia pœnitentiæ non debuerat deliquiſſe, & excommunicato non vitare,multo magis,quam non vitari periculoſum exiſtat. Non vitare ſiquidẽ, cũ in eo ſit,excõmunicatus ſine delicto non poteſt:ſed cum ex alijs pendeat,ſine ſuo delicto poterit non vitari. Et infra.

De cõſecr. dist. 4. ca. Quãdo qs

Cum eo miſericordiam facientes, pœnam, quã canon minatur his, q poſt excommunicationem diuina p̃ſumpſerint officia celebrare, vel ſe celebratiõi ingeſſerint diuinorũ, ei non duximus infligendam.

11. quæſt. 3. ca. Si quis Epiſcop⁹.

IDEM ARCHIEPISCOPO Biſuntino.

Excommunicatus celebrans, à beneficio deponitur. Conſtit. XXXVIII.

Ibid. cap. Fraternitati.

FRaternitati tuæ. Et infra. Presbyteros autẽ & alios clericos, q p ſuis exceſſibus, à te nexibus anathematis canonice innodati, p̃ſumpſerunt, vel præſumunt officia celebrare diuina, rationabiliter poteris omnibus beneficijs eccleſiaſticis ſpoliare.

IDEM DECANO ET PRIORI Colonienſi.

Collatio beneficij excommunicato facta nõ tenet, & ſcienter talibus conferens à beneficiorum collatione ſuſpenditur. Conſt. XXXIX.

Ibid. cap. Poſtulaſtis. 11. quæſt. 3 ca. Excõmunicatio

POſtulaſtis p ſedẽ apoſt. edoceri. Et inſ. Conſultationi veſtræ reſpondemus, q̃d cum excommunicatis cõmunicari nõ debeat, & clericis excommunicationis vinculo innodatis eccleſiaſtica beneficia conferri nõ poſſint, nec illi valeant ea retinere licite, niſi forſan cũ eis fuerit miſericorditer diſpẽſatũ, cũ ea nõ fuerint canonice cõſecuti. Illi vero q ſciẽter talibus illa beneficia cõtulerũt, tãdiu debẽt à beneficioꝝ collatione ſuſpendi, donec ſup hoc veniam conſequi mereãtur, vt puniãtur in hoc, in quo delinquere præſumpſerunt.

Celebrans in loco interdicto, ſi eſt clericus ſecularis, beneficijs priuatur. Si uero monachus in arctius monaſterium detruditur.

Quæſiuiſtis præterea qualiter puniri debeãt clerici, monachi vel moniales eccleſiaꝝ conuentualiũ, q poſt latam interdicti ſententiã in locis ſuppoſitis interdicto præſumpſerunt hactenus, & adhuc etiã nõ verentur diuina officia celebrare, quamuis ꝓpter hoc ſint excommunicationis vinculo innodati.

Ad hoc breuiter reſpondemus, quod clerici, qui talia præſumpſerunt, ſunt eccleſiaſticis beneficijs ſpoliandi: monachi vero vel moniales in arctioribus monaſterijs ad peragendam pœnitentiam detrudendi.

IDEM DECANO ET SUBdiacono Pictauienſi, & magiſtro P. canonico Petragoricenſi.

Valet collatio beneficii ei facta, qui fuit primo excommunicatus, ſed abſolutus tempore collationis.

Conſtit. XL.

Ibidẽ. ca. Propoſuit

PRopoſuit corã nobis magiſter P. clericus epiſcopi Tuſculanẽ. q̃d G. S. Marię in porticu diacono Cardinali in partibus illis apoſt. ſedis fungẽte officio legationis, qdam de Lemouicin. ei humiliter ſupplicarũt, vt eoꝝ eccleſiam, quæ debito fraudabat clericoꝝ ſeruitio, ordinaret, p ſe ac magiſtro eodẽ p̃ces ſpecialiter porrigẽtes. Ipſe vero Lemouicẽ. ciuitatẽ ingreſſus, canonicos monuit, vt illos reciperẽt in ſocios & in fratres: maxime cũ p̃bendæ quinq; vel quatuor ab vltima ipſius eccleſię ordinatione vacaſſent, qbus poſt petitas & conceſſas deliberatiõis inducias nõ curantibus reſpõdere, de præbenda Lemouicẽ cardinalis pręd ictus eoſdem clericos inueſtiuit. Et inſ. Cũ aũt dictus magiſter & Lemouicẽ. pœnitentiarius in noſtra fuiſſent p̃ſentia conſtituti, & acta iudicij inſpici fecerimus diligẽter, p pœnitẽtiarij teſtes intelleximus q̃d Lemouicẽ. epiſcopus pluribus annis anteq̃ idẽ magiſter inueſtitus fuerit, clericos & Burgeẽ. caſtri Lemouicẽ. & eundẽ P. noĩatim (quẽ eoꝝ dicebat conſiliariũ & fautorem) vinculo excõmunicationis aſtrinxit. Per teſtes vero magiſtri P. ꝓbatur, quod ſi dictus epiſcopus in Burgeẽ. & eoꝝ fautores tam clericos, quã laicos Lemouicenſes excõmunicatiõis ſententiam ꝓtuliſſet, eos tñ per tres annos abſoluit, anteq̃ dictus magiſter fuerit inueſtitus. Et infra. Et quia idem epiſcopus dicto magiſtro communicauit poſtea in eccleſia, & in menſa. Et infra.

Quod vero dictum magiſtrum inueſtituræ ſuę tempore à p̃fato epiſcopo extitiſſe excommunicatum dictus pœnitẽtiarius, (ſicut obtulerat) nõ ꝓbauit, cũ ex aduerſo de abſolutione & cõione dicti epiſcopi fuerit facta fides, q̃d p dictum legatũ de memorato magiſtro factũ eſt,

per

per diffinitiuam ſentẽtiam duximus approbandum.

DE CLERICO PER ſaltum promoto.

INNOCENTIVS PAPA III. Epiſcopo Bononienſi.

Qui ignoranter per ſaltũ de ſubdiacono fit presbyter, poſt pœnitentiam in diaconum ordinatur & poſtea poteſt ſecum in ſacerdotio diſpenſari. Conſtit. XLI.

Extra lib. 5. tit. 29. de clerico p ſaltum p moto. cap. Tuę literę

QVæ literæ continebant, q̃d, ſicut ex relatione q̃rundã receperas, P. præsbyter diaconatus ordine ꝑtermiſſo, ſe fecit ad ſacerdotij ordinẽ ꝓmoueri. Ipſe tibi quoq; ſecreto cõfeſſus eſt, ſe ꝓ certo neſcire, ſi res taliter ſe haberet. Sed ex quo boni viri hoc aſſerebant, inter quos fuerat cõuerſatus, credebat aſſertioni eorum, eo quod tempore, quo ordines inferiores ſuſceperat, infra annos diſcretionis ſuerat conſtitutus. Et infra.

Mandamus, quatenus condignam pœnitentiam pro huiuſmodi negligentia iniungas eidem: qua peracta, quia non intelligitur iteratum, quod factum eſſe neſcitur, ipſum in diaconũ ordinare ꝓcures, & ſic de miſericordia eundem miniſtrare permittas in ordine ſacerdotis.

De conſe. diſt. 1 ca. Eccleſiæ 51. diſt. ca. Solicitudo

DE EXCESSIBVS Prælatorum & ſubditorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Archipresbytero S. Andreæ de Pall.

Suſpendi debet clericus, qui de ſuo crimine publice gloriatur.

Conſtit. XLII.

Extra lib. 5. tit. 13. de exceſſibus Prelatorũ cap. Quã ſit

QVam ſit graue crimen in clericis cũ malefecerint gloriari, nullus ſanæ mentis ignorat.

Accepimus ſane q̃d cũ R. Deſerień. P. filiam ſuam cuidã I. nomine tradiderit in vxorẽ, P. diaconus nõ erubuit publice cõfiteri, ſe mulierẽ pręd ictã carnaliter cognouiſſe: Vnde factũ eſt, q̃d vir eã ad ꝓpria remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Ideoq; mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit de ꝑmiſſis, appellatione ceſſante, ꝑfatum clericũ ab officio & beneficio ſuſpendere nõ poſtponas, cõpellens vir, vt vxorẽ ſuam recipiat, eiq;, ſicut iuſtũ eſt, officiũ exhibeat maritale.

IDEM EPISCOPO HYPOnẽſi, & abbati de Toleto viſitatoribus Lumbardiæ.

Clericus autoritatem uel conſilium directe uel indirecte homicidio præſtans, irregularis efficitur Conſtit. XLIII.

Ibid. cap. Ex literis

EX literis veſtris accepimus, q̃d cum ad Albiganẽſem eccleſiam vna cũ Piſano archiepiſcopo tũc epiſcopo Verſelleń. acceſſiſſetis, viſitationis officium impleturi: Albiganeń. epiſcopus inter cętera, quæ ꝓpoſita fuerãt cõtra ipſum, ore ꝓprio eſt confeſſus, q̃d cũ qdam in villa quadam ad eius iuriſdictionem ſpectante infamaretur de furto, & idem illud inficiaretur omnino, offerens quod candẽtis ferri iudicio ſe purgaret, & vt ſuſpendio puniretur, ſi deficeret in eodem, dictus epiſcopus requiſiuit à iudice, quid ſuper hoc videretur eidem: & cũ iudex reſpondiſſet, vt fieret ſicut ſur ipſe dixerat, ferrum candens in ipſius præſentia epiſcopi eſt allatum: Quod cũ accepiſſet fur ille, combuſtus eſt. Vnde iudex pauefactus, qd ſibi ſuper hoc videretur, conſuluit epiſcopum memoratum. Qui reſpondit, quod ſi fur ſic euaderet, malum eſſet, quanquam affirmet ſe verbis talibus vſum fuiſſe: Auditis quantus eſt clamor populi: oẽs dicunt, malũ eſt, ſi ſic euaſerit impunitus. Et ſic epiſcopus & iudex villam ipſam cum multidine ſunt egreſſi: in q̃rum præſentia eſt ꝑdictus fur ſuſpenſus: propter q̃d ipſum cũ literis veſtris ad ſedẽ apoſto. deſtinaſtis: ſed idem nihil ſuper his propoſuit coram nobis, nec literas veſtras vidimus: licet idem ſe nobis illas aſſerat præſentaſſe. Quinimo cum dictus archiepiſcopus ad ſedẽ apoſtolicã acceſſit, qui nobis huiuſmodi rei ſeriem plenarie indicauit, idem epiſcopus à noſtra diſceſſit præſentia & perquiſitus non potuit inueniri.

11. queſt. 1 ca. Certũ eſt

NNn ij Nos

ie.diſt.ca. De cõſiliis Nos autem q̃a idem epiſcopus non ſolũ in iudicio candẽtis ferri, verũ etiam in furis ſuſpendio grauiter noſcitur deli quiſſe, cum his non tantum autoritatẽ præſtiterit, verumetiam præſentiam exhi buerit corporalem, ipſum indignum al taris miniſterio reputamus. Cum igitur pontificale officium ſine altaris miniſte rio non valeat adimpleri, Mandamus, quatenus epiſcopatui cedat moneatis eũ dẽ: alioquin ipſum ab Albiganeñ. eccle ſia amouentes, faciatis eidem per electio nem canonicam de perſona idonea pro uideri.

IDEM ARCHIEPI. ET MA ioris monaſterij & ſancti Iulia ni Abbatibus Turonenſi bus.

Collatio beneficij facta indigno, occulta caſſari debet, & conferens ſecundo ante caſſationẽ primæ collationis, priuari debet ea uice poteſtate conferendi.

Conſtit. XLIIII.

Ibid. cap. Inte dilectos. INter dilectos filios B. & P. canoni cos Pictaueñ. ſuper ſuccẽtoria Picta uenſis eccleſiæ quæſtione ſuborta, vtro que aſſerente ſuccentoriã ipſam ſe p Pi ctaueñ. cantorem, ad quẽ eius donatio p tinebat, canonice aſſecutũ. Et inf. Nos In conci- lio Latera neñ. ca. Cle rici offi- cio. igit atteſtationibus vtriuſq; partis inſpe ctis, inuenimus eſſe pbatum eundẽ P. pu blicum aleatorẽ eſſe, ac vſurariũ manife ſtum, vtpote, qui vndecim denarios pro C. de vſu ris duodecim mutuauerat in ludo: vnde li cet ad palliandum tantæ præſumptio nis exceſſum ppoſuerit, q̃d hoc fecerat iuxta cõſuetudinẽ gallicorũ clericorũ, q̃ fere vniuerſi clerici mutuãt ſic frequẽter & ludunt. Nos tñ qui ex officij noſtri de bito, peſtes huiuſmodi extirpare pponi mus, atq; ludos voluptuoſos (occaſione ff. tit. ad le gem aqui L. Nãlud quorum ſub quadam curialitatis imagine ad diſſolutiõis materiã peruenitur) peni tus improbamus, excuſationẽ pdictam, quæ per prauam conſuetudinẽ, quæ cor ruptela dicẽda eſt, palliatur, friuolam eſſe 14. quæſt. 1. ca. Prædi cator. reputantes: cum in illis magis plectibilis ſit offenſa, per quos ad excuſandas excu ſationes in culpis, delinquẽdi autoritas vſurpatur: q̃d circa eundem P. de ſuccen toria factum eſſe dinoſcitur, propter in dignitatem & vtilitatẽ ipſius duximus irritandum: cum perſonis vilibus & in dignis portæ dignitatis patere non de beant, iuxta legitimas ſanctiones.

Præterea cõtra præfatum B. manife ſte per teſtes probatum fuit quod de cõ ſciẽtia iudicũ vltima clauſula inſerta nõ fuerit in literis eorundem, ſicut in ipſorũ depoſitionibus exprimitur euidenter. Et infra.

Vnde pars altera proponebat, quod cum prædictus B. ſcienter vſus fuerit lite ris ſic falſatis, debeat tanquam falſarius omnino repelli. Verum nos attendẽtes, quod & ſi conſtaret, quod dicta clauſu la literis illis fuiſſet appoſita, præter con ſcientiam iudicum prędictorum, quia ta men fides nobis facta non fuit, quod di ctus B. illam clauſulam appoſuerit, vel p curauerit, vt ab alio poneretur: vel etiam quod ſcienter vſus fuerit literis ſic falſa tis, ab huiuſmodi falſitatis obiectu eun dem duximus abſoluẽdum, maxime cũ poſtquam ſibi hoc obiectum fuit, præ termiſerit vti eis. Et infra.

Cum igitur per diſpoſitiones duorũ teſtium nobis conſtiterit, quod conceſ ſio P. facta præceſſerit, quanquam pro pter indignitatem eiuſdem meruit repro bari, conceſſionem poſtmodũ B. factam irritam decernimus & inanem. Quia ve ro cantor adeo inhoneſtum ſe habuit in hoc facto, vt prima donatione non re probata, ſecundam facere attentauerit, & dignum ſit, vt in eo quis puniatur, in quo viſus eſt deliquiſſe, in hoc eius duxi mus varietatis inconſtantiam punien dam, vt cõcedendi ſuccentoriam ipſam hac vice nullam habeat facultatem: præ ſentium vobis autoritate mandantes, cõ cedimus, quatenus eandem, autoritate noſtra ſuffulti, perſonæ idoneæ aſſigne tis.

DE NOVI OPE. ris nunciatione.

INNOCENTIVS PAPA III. Cantuarienſi Archie piſcopo.

Etiam eccleſia ædificata poſt nunciatio nem noui operis deſtruenda eſt expenſis conſtru entis.

Conſtit. XLV.

cum

Extra lib. 5. tit. 32. de Noui operis nunciatione, ca. Cũ ex in.

CVm ex iniũcto. Et infra Fraternitati tuæ mãdamus, q̃tenus qdquid ædificatum eſt in eccleſia de Lemech, poſt noui operis nunciationem, ex pẽſis tuis facias penitus demoliri, eo nõ obſtante, ſi etiam abſens extiteris: quum cautum ſit legitima ſanctione, vt ſi is, cui opus nouum fuerat nunciatum, ante remiſſionem ædificauerit, deinde agere ceperit ius ſibi eſſe ita ædificatum habere, ſibi debeat actio denegari, reducens prorſus in irritum, quidquid de inſtituendis ibi canonicis & alijs ad ipſam eccleſiam pertinentibus, à te vel prædeceſſore tuo cognoſcitur ordinatum, eorum redditibus ad ſtatum priſtinum reuocatis, quos ab obligatione præſtiti iuramenti, pro eo quod ibidem inſtituti fuerunt, autoritate noſtra per te denunciari præcipimus abſolutos. Cum enim amodo non teneat principale, quidqd ex eo vel ob id ſequutum eſt, ſub præmiſſa diſtrictione decernimus irritandum. Et infra.

14. queſt. 7 ca. Ex hoc diximus

Super eo quoq; non ſufficimus admirari, quod quum viri religioſi monachi Cantuarieñ. qui omnia dimiſerunt pro Chriſto, tot laboribus & periculis perſonas & res non dubitauerint frequenter exponere: quod nõ feciſſent, niſi cognoſcerent præmiſſa reſpicere in graue Cantuarieñ. eccleſiæ detrimentum: tu ſaltem pro vitando tam graui ſcandalo proximorum, ab huiuſmodi etiam tibi prohibitis non ceſſaſti: quum ſacræ ſcripturæ teſtimonio debueras didiciſſe, quod licet opera illa, quæ ſine mortali pctõ omitti non poſſunt, nõ ſunt ꝓ vitãdo ſcãdalo dimittẽda, nec ea debeãt ꝓ ſcãdalo vitãdo cõmitti, quæ ſine mortali peccato cõmitti non poſſunt: ab his tñ, quę ſine mortali pctõ committi poſſunt pariter & dimitti, ſit pro ſcandalo tollendo ceſſandum, & eis etiam pro vitndo ſcandalo inſiſtendum. Vnde Apoſtolus: Si ſcandalizatur frater, non comedam carnes in æternum. Et dominus in Euangelio contra eos, qui ſcandali præſtant materiam, Vę homini illi, per quem ſcandalum venit. Et licet maiorum ſcandalum ſit vitandum, vitandum eſt etiam ſcandalum puſillorum, iuxta teſtimonium veritatis: Qui ſcandalizauerit, inquit, vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, &c̃. Finis ergo his taliter à te imponat, quod prꝑteritę contradictionis rebellio per virtutem ſequentis obedientiæ valeat expiari.

1. Cor. 8.

Matt. 18

Ibidem.

DE PRIVILEGIIS, & exceſſibus priuilegiatorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo Lugdunenſi.

In tota prouincia exhortationis officio priuantur hoſpitalarij, qui mittunt pro eleemoſynis cruce falſo ſignatos, & ſi miſſi ſunt laici excommunicantur: ſi ſunt clerici, ab officio & beneficio ſuſpenduntur. Et eadem ſuſpenſione puniuntur, qui ante reconciliationem in polluta eccleſia celebrant, & ſuſpenſi per epiſcopos exemptos abſolui non poſſunt, & fratres priuilegiatorum, qui ad eos ſe omnino non trãsferunt priuilegiati non ſunt.

Conſtit. XLVI.

Extra lib. 5. tit. 33. de priuilegiis, cap. Tuarum nos

TVarum nos tenor edocuit literarũ, quod fratres hoſpitalis ſancti Ioannis, laicos & illiteratos mittunt pro eleemoſynis colligendis. Et infra.

Cum in quadam eccleſia baptiſmali eis à prædeceſſore tuo collata, quidam eorum percutiens vicarium ſacerdotem, ipſam eccleſiam ſanguinis effuſione fœdaſſet, vſq; ad reconciliationem diuina ibidem interdixiſti officia celebrari: ſed nihilominus ipſi in ea diuina officia celebrarũt: alios vero presbyteros ab officio ſuſpẽſos per epiſcopos ſuos, ijdem, cum ſint laici, ad diuina officia reſtituunt exequenda. Quoſdam præterea, qui cum vxoribus ſuis in domibus proprijs commorantur, eo q̃d eis de ſuis aliqd conferũt annuatim, ita emãcipare cõtendunt, vt aliquibus ſecundum legem terræ de ſibi obiectus reſpõdere minime teneant.

clero & populo Iotreſi.ſubiectionẽ omnimodam requirendo.Et infra.

Verum quum iudices ipſas grauarẽt valde,ad appellationis beneficium conuolarunt.Et infra.

Sed iudices appellationi non deferentes,nec fragilitati ſexus compatientes earum,in abbatiſſam excommunicationis & in clerum & in populum Iotreſi.interdicti ſententias protulerunt.

Sane quum iam nuncij Iotreſi. eccleſiæ prædicta,& alia in noſtra præſentia retuliſſent,priuilegium nobis apoſtolicum oſtenderunt,per quod eccleſiam Iotreſi.conſtabat ad Romanam eccleſiam ſpecialiter pertinere.

Nos autem eoſdem nuncios per appellationem prædictam diutius detinentes,quia tandem nullus apparuit idoneus reſponſalis,qui partem defenſaret aduerſam, priuilegium apoſtolicæ ſedis Iotreſi.eccleſiæ conceſſum duximus innouandum,ita tamẽ,vt per innouationem ipſius eidem eccleſiæ non plus iuris accreſcat,quàm per priuilegia prædeceſſorum noſtrorum obtinuit:cum per hoc non nouum ei concedere, ſed antiquum ius coſeruare velimus.

Libri Quinti FINIS.

CANDIDO LECTORI

Quia errata quædam in hoc volumine,partim poſt reperti exemplaris ſubſidio adiutus, partim vacillantibus oculis prætèrita deprehendi, Lector candidiſſime,quæ te in legendo forte remorari poſſint,ea tuæ humanitati indicanda putaui, omiſſis ijs,quæ quiuis per ſe facile aduertere poterit:rogans & obſecrans , vt boni conſulas,ſicubi in corrigendo noſtræ diligentiæ non reſponderit euentus.

Fol.1 col.4.linea 16.lege venir,&.fol.4.col.2.linea 23.lege inuenie.fol.6.col.1.linea ſermonis 12.ſic lege,nobis & quia col.2.linea 4.lege a barba.linea 46.lege Id.fol.7.col.1.lin.14.lege oſtendebant.lin.55. lege vt in no.fol.10.col.2.linea 4.lege Quare ſpiritus.fol.11.col.2.lin.23.lege ſubuerſionem.fol.12.col. 4.linea 1.Crudelis eſt.fol 13.col.1.linea 14.lege vt ſimplices tallar.fol.15.col.1.linea 6. Eruderemus itaque col.3.linea 1.tentatoris fol.46.col.3 linea 1.lege caret concretione fol.47.col.1.linea 5.lege Plenitudo eius.fol.48.col.1.lin.42.lege ſtabili.fol.50.col.1.linea 58.leg.debens,non.fol.64.col.3.linea 26.& ille,& quæ ſequuntur, vſq; ad Hic profecto,abundans.fol.67.col.4.linea 16.conuenerint.fol.70.col.3. lin.11.lege ſeir.fol.232.col.4.leg.nec canes ad venandum,nec aues ad.fol.235.col.4.linea 15.legendum videtur ſex menſes.fol.267.col.1 lin.capitis 16.lege archipresbyteri.